


B. 5469

7
P-a-H-S-

Exhibition Univers...
27 JAN 1902
CR. A
EXHIBIT 106
Table
137

1742902X



2 400 10/31/02 MADE IN SPAIN



Del Collegio de la Comp.^a de Jesus de Gran.^a B.^a

H V G O N I S DE SANCTO VICTORE.

Canonici Regularis Lateranensis,

TVM PIETATE, TVM DOCTRINA INSIGNIS;
OPERA TRIBVS TOMIS DIGESTA.

*Nunc à Donno Thoma Garzonio de Bagnacaballo postillis, Annotatiunculis,
Scholijs, ac vita auctoris expolita.*

IN GRATIAM REVEREND. D. PETRI FRANCISCI
à Ripa Veronensis eiusdem Congregationis Rectoris Generalis.

TOMVS TERTIVS.



M. D. LXXVIII.

Venetijs, Apud Ioannem Baptistam Somaschum.

T A B V L A
R E R V M I N S I G N I V M,
Q V A E I N H O C T E R T I O
T O M O C O N T I N E N T V R.

A



Bel, Abraham, & Melchisedech mysticè quid folio 180
Abissi vitæ tres. 126
Abstinentia quadruplex, eiusque effectus mirabiles. 97
Accedentem ad virtutem calciameta soluere oportere. 92
Actiua, & contemplatiue uitæ bona quæ. 177
Adam quando cæcus, claudus, surdus, & mutus. 85
Adam, quomodo immortalis ante peccatum, & quomodo sit prauaricatus. 82
Adorare quid sit. 99
Affectiones animi quattuor. 86
Affectio in Deum vnde oriatur. 89
Agere de arte, & agere per artem in quo differant. 7
Agnus Dei qui tollit peccata mundi à tribus generibus hominum tripliciter manducatur. 116
Altaris nudatio & campanarum silentium quid. 143
Altare cur in Ecclesia eminentiori loco paretur. 178
Alteratio duplex. 22
Amor sapientiæ quis sit folio. 1
Amor prolis vnde originem habeat. 22
Amor bonus, & amor malus, ignis bonus & malus. 68
Amor mundi & amor Dei quomodo differant. 123
Amor proximi temporalis & æternus. 262
Angelus Domini cur stetit in via cõtra Balaam, cui Deus licentiam eundi concessit. 67
Angeli vbi facti fuerint & quales creati sint. 196
Angelorum ad Deum conuersio, & ab eo auersio. eod.
Angelis an aliquid collatum sit post creationem, per quod Deum diligerent. eod.
Angelis quomodo insit liberum arbitrium, si boni peccare non possunt, nec mali benefacere. eod.
Angeli vtrum præsçij fuerint sui casus. 197
Angelorum ordines nouem. eod.
Angelorum ordo quid appelletur. eod.
Angeli eiusdem ordinis an omnes sint pares & æquales, eodem.
Angeli quare non omnes sic appellantur sed duo tantum inferiores ordines. eod.
Angeli quomodo sint custodes hominum. eod.
Angeli vtrum ad imaginem Dei sint vt homines creati. 198
Animæ perfectio sui ipsius agnitione consistit. 1
Animæ affectiones quomodo discipuli dicantur. 57
Animus Deum tripliciter contemplatur. 62
Animæ Christiana quare dicatur Hyerusalem. 69.
Animæ duæ naturæ sunt duæ piscinæ Hyerusalem. eod.
Animæ nobilitas. 83

Anima quare virgo dicatur. 94
Anima quibus aquis lauanda, vt sit munda. 96
Animæ vis quomodo diuidatur eod.
Anima quomodo tria vnguenta ad sui sanitatem conficiat. 101
Animæ peccatricis vestes quorum. 103
Anima quare villa, castellum, & ciuitas dicatur. 118
Anima cur in corpore collo cata. 195
Anima hominis vbi & quando creata. 198
Anima Eux an fuerit de anima viri propagata. 199
Anima pueri quomodo malum concupiscat, & bonum ignoret. 202
Animæ de nihilo creantur. 249
Anima Christi vtrum æqualem cum diuinitate habuerit scientiam. 269
Anima Christi vtrum ex vnione diuinitatis plenè beata fuerit. 270
An omnia tam bona quàm mala sint in Dei dispositione. 192
An trina immersio sit de necessitate baptismi. 207
Antichristus quare rhamnus dicatur. 98
Aqua si non apponatur, an vera fiat sanguinis consecratio. 211
Arithmetica materia. 4
Arma vnde dicta sint. 6
Arma humilitatis tria aduersus illatas iniurias. 67
Artium consideratio.
Astronomia & Astrologia differentia. 4
Assumere nomen Dei in vanum mysticè quid sit. 262
Auctores artium & scientiarum in eadem re sub diuersis respectibus possunt esse plures. 7
Auctoritates sine quibus nihil est tenendum quæ sint. 180
Auctoritates vnum Deum esse probantes. 188
Auës quare de aqua, & non de aere facte fuerint. 225
Austri habitatores qui. 54
Auster & plaga Australis in sacris scripturis quid significent. 118

B

B *Baptismi virtus & efficacia à quo. fo. 161*
Baptismatis à circumcissione differentia. 205
Baptismi Ioannis vtilitas, & forma illius quæ fuerit. 207
Baptismi sacramentum quando & quare institutum. eodem.
Baptismi susceptio multiplex. eod.
Baptizati à mulieribus vtrum rebaptizari debeant. 208
Baptizatus ab hæretico sacerdote an sit iterum baptizandus. eod.
Baptismus quare fiat tantum in aqua. 209
Baptisma an possit iterari. 287

Beatitudo ubi sita. 23
 Beata virgo pulchre uas nomen dicitur. 91
 Beatitudo hominis quae. 130
 Bellum triplex. 84
 Benedictione dignus quis dici possit. 88
 Boni quomodo illuminantur. 26
 Boni tria genera. 43
 Bonorum & malorum differentia. 49
 Botrus in veste mystice quid. 259
 Botrus in torculari mystice corpus Christi in cruce. fo. 59

C

Am & Diabolus quomodo Deum viderint. 323
 Campana & legales tuba praedicatorum significant. 139.
 Cantus in Ecclesia quando institutus. 151
 Capilli ante praecisi, & summitas capitis in corona modum abrasa siue munda quid significant. 163
 Carnis circuncisio quomodo fieri debeat, & in quibus partibus subsistat. 80
 Caro qualiter attenuanda. 134
 Caro & sanguis Domini dicitur dupliciter. 210
 Caro iumentum, & spiritus fessor. 248
 Carnis commixtio quare modo non sine peccato. 253
 Castitas duplex. 59
 Casula quid mystice. 174
 Causa mystica, eiusque differentia triplex. 178
 Cerui proprietates. 85
 Chananei exterminatio quomodo fiat. 78
 Caritas Diabolo formidabilis. 85
 Charitatis ignis quomodo in cordibus nostris nutriatur. 90
 Caritas quare regina virtutum dicatur. 100
 Caritas quomodo sola remunerabilis. 153
 Charitatis diffinitio. 185
 Charitatis ordo in dilectione. 205
 Charitatis precepta duo quare distincte data. 304
 Christa quare ex oleo & balsamo conficiatur. 315
 Christus Pontifex magnus secundum utramque naturam. 30
 Christum esse creaturam sicut hominem quare non concedendum. 32
 Christus factus homo de uno quomodo intelligatur. 35
 Christus quomodo secundum humanitatem praedestinatus dicatur. eod.
 Christus tria exempla reliquit. 49
 Christi membra pauperes iussit. 50
 Christus quomodo submeritus panis. 54
 Christus quomodo in Iudaea nascatur. 55
 Christus quomodo in caelo & in terra cibus sit. eod.
 Christi in carne passio & in mente compassio. 70
 Christi turbatio in suscitatione Lazari quae fuerit. eod.
 Christi Nouerca, mater, & pater, quibusue coronis singuli eum ornauerint. 86
 Christi ecclesia quomodo serculum Salomonis dicatur. 92
 Christus est gladius versatilis. 108.
 Christus voluntatem tribus modis reparat. 111
 Christus creaturis quot modis insit. 112
 Christi exaltatio quadruplex. 120
 Christo glorificato quadruplex potestas data. 122
 Christus cur leo, gallina, & agnus uocetur. 187

Christi aduentus qualis. 144
 Christus cur carnem suam a fidelibus sumi uoluit; nec carnem tantum sed & sanguinem; nec in specie carnis & sanguinis, cum sint caro, & sanguis, nec sub propria forma, sed sub sacramento
 Christus cur granum frumenti dicatur. 155
 Christi corpus quomodo eodem tempore in diuersis locis esse possit. eod.
 Christi corpus post sumptionem Eucharistiae ubi sit. eod.
 Christus quare Apostolis praecepit ut neminem in uia saluarent. 160
 Christus cur puer uocetur. 175
 Christi praerogatiuae tres, & charitas gemina. 178
 Christus hostia, panis, & calix. 179
 Christi potestas quadruplex. eod.
 Christi in Synagoga pietas. 180
 Christus quare aduentum suum in nouissima distulit tempora, idemque iudex futurus nunc consiliator erat. 183
 Christus natiuitate sua & morte quae magna operatus. eod.
 Christus quando iudicium nostrum & causam fecerit. eod.
 Christiani quando esse coeperint. 184
 Christus an sit in omnibus exauditus. 194
 Christus in triduo erat totus in inferno, & totus in caelo. 195
 Christus in triduo nec mortalis, nec immortalis. eod.
 Christi fidem habentes, sed ob necessitatis articulum non baptizati, utrum saluentur nec ne. 208
 Christus quando & quare sacramentum Eucharistiae instituit. 209
 Christus rex & sancti milites. 220
 Christus liber scriptus intus & foris. 240
 Christus secundum humanitatem in terra tantum erat, secundum diuinitatem in caelo & in terra. 274
 Christus an fuerit homo ante tempora. eod.
 Christus dominicus panis. 288
 Christus timorem Domini habuit. 303
 Cilicium, & cinis quid significant. 140
 Circuncisio triplex eiusque, modus. fo. 186
 Clauis Petro a Christo datae quae. 162
 Clericorum uita qualis esse debeat. 87
 Clerici unde dicti. 163
 Cogitationes male uolucres importuna dicuntur. 97
 Cognationis & affinitatis differentia. 163
 Cognitio humana tribus modis immutabilitati subiacet. 22
 Cognitio diuina quot modis dicitur. eod.
 Cognitio Dei eadem in varijs temporibus hominibus diuerse fuit. 51
 Compassionis triplex modus. 25
 Compassionum alia ex uitio, alia ex natura, alia ex uirtute. 70
 Compaternitas duplex. 163
 Confessio uera & fructuosa quae requirat. 134
 Confessio a Christo ob eius bonitatem & misericordiam instituta. 309
 Confessionis peccatorum necessitas. 312
 Coniugium uerum siue matrimonium quid sit. 37
 Coniugium quare in eodem sexu minime esse possit. 41
 Conscientia bona ex duobus oritur. 107

Consensus in peccato duplex. 71
 Consensus & mutua uoluntas coniugio est necessaria. 214
 Consuetudinem tendendi caput in coruam speciem Apostoli induxerunt. 278
 Contemplatio doctoribus & orantibus necessaria. 90
 Contra causam Dei nulla causa stare potest. 298
 Contritionis & deuotionis uirtus quanta sit. 59
 Conuersio reuigilatorum quomodo paradisi sit. 115
 Corde credere Christianus non sufficit ad salutem, nisi Christi fidem ore protestentur. 54
 Cordis duplex lepra. 78
 Cor feruens ardoribus uirtutum olla succensa dicitur. 90
 Cor hominis librum esse, & habere folia. 87
 Corpus cur dicatur funis. 84
 Corpus Domini indigne manducans quis. 155
 Corporis mutatio triplex. 158
 Corporis abominaciones quot & quae. 177
 Corpus Christi quare intinctum non accipitur. 288
 Corpus & anima ut diligenda. 304
 Creatura quae non peccauit quare puniatur. 64
 Creatura rationalis status quattuor. 122
 Creator & saluator quomodo duo & unum sint. 257
 Credentium tria sunt genera. 47
 Crux Christi, ex duplici ligno. 78
 Crucis Dominicae & Eucharistiae uirtus. 177
 Crucis latitudo, longitudo, & profundum mystice quid. eodem.
 Cui in primis studendum. 7
 Cultores Ecclesiae qui dicantur. 171
 Cupiditas in sacerdotibus quantum sit damnanda. 132
 Cur sacramentum altaris consecretur de pane frumenti & uino. 155
 Cur in diuinis lectionibus benedictio non postuletur, sicut in nocturnis, & diuina a maioribus, nocturna a minoribus legantur. 166
 Cur prius caelum & postea terra a Moyse nominetur. 222

D

Debita dimittere minus est quam inimicos diligere. 66
 Decor creaturarum quattuor complectitur. 21
 Delictum & peccatum in quo differant. 71
 Dei uerba quare non transibunt. 29
 Dei iudicia hominis quattuor. 66
 Dei sapientia uelata. 71
 Dei potestas est misericordia. 82
 Dei uisio triplex. 85
 Dei quinam sint cari, cariores, & charissimi. 88
 Dei misericordia erga peccatorem quanta sit. 113
 Dei uoluntas semper impletur aut de nobis aut a nobis. 192
 Dei uoluntas multipliciter accipitur. 193
 Dei cognitio quibus modis ad hominem ueniat. 132
 Dei uoluntas quomodo una & multa. 235
 Deo seruientium tres sunt fructus. 113
 Deo quoniam sacrificia sint odibilia. 145
 Deo quid & qualiter offerendum. 120
 Deo idem est habere quod esse & nihil est in Deo quod non sit Deus. 231

Desponsatio triplex. 110
 Deus quomodo sapientiam mundi destruxerit. 72
 Deus in nobis tribus modis exaltatur. 88
 Deum ponere thronum suum in electis, & eos ponere in throno quomodo intelligendum. 110
 Deum hominem cur flagellet. 136
 Deum creasse omnia simul, & semper creare quomodo intelligendum. 172
 Deus ubi sit. 180
 Deus quare indigentiam in homine esse uoluit. 182
 Deus cur praecepit homini in sacramentis salutem quare. 184
 Deus genuit Deum. 191
 Deus an sciat futura contingentia. eod.
 Deus cur elegerit hunc & non illum. eod.
 Deus an ab eterno dilexerit praedestinos. eod.
 Deus an disponat mala & ei placeant. 192
 Deus uult omnes saluos fieri. eod.
 Deus an rite praecepta & prohibitiones faciat cum non seruentur. eod.
 Deus nobiscum quattuor modis est. 79
 Deus an possit facere aliud quam faciat. 193
 Deus an possit melius quicquam facere quam fecit aut faciat. eod.
 Deus quando iudicare possit peccatum. 196
 Deus quare homines simul non creauit sicut Angelos. 198
 Deus quare hominem tentari permisit. 200.
 Deus quare creauit hominem quem sciebat esse casurum & Angelos qui ceciderunt, cum sit summus pius. eod.
 Deus quare poenam ad tertiam & quartam generationem comminetur. 203
 Deus utrum omnes aequaliter diligat. 206.
 Deus cur lucis & non tenebrarum auctor. 223
 Deus nullius indigens omnia fecit. 225
 Deus non inquinatur a loco immundo, sicut nec anima a corpore leproso. 230
 Deus quare ab initio nec totus manifestus, nec totus absconditus. 132
 Deum similitudinem habere, & in Deo similitudinem habere in quo differant. 236
 Deus malorum uoluntatum ordinator non creator. 238
 Deus cur ab homine animalibus nomina formari uoluerit. 241.
 Deus quare decimas sibi offerri praecepit. 260.
 Demones utrum omnes sint in isto aere usque in diem iudicij an aliqui eorum in inferno inferiori sint. 196
 Diabolus per indignationem & uariam gloriam nos decipere conatur. 67
 Diaboli opera duo. 69
 Diaboli gladius. 92
 Diaboli laqueus sola humilitas euadere potest. 112
 Diabolus cur draco magnus, serpens antiquus, & Sathan dicatur. eod.
 Diaconus & subdiaconus cur tempore aduentus non utatur dalmatica & tunica. 139
 Differentia & conuenientia inter ignem solis, & ignem gehemae. 68
 Dilectionis effectus. 84
 Diligere Deum ex toto corde, tota mente, & anima, quid sit. 305
 Discretio condimentum operationum. 95
 Diuersorum diuersa munera. 84

Diuinum officium quomodo tempore applicetur. 151
 Diuinarum personarum nomina; hocq; vocabulum persona quare à fide catholica repertum. 158
 Diuina voluntatis signa quæ sint. 192
 Diuitia sunt laquei Diaboli. 101
 Dolor triplex in corde pœnitentis. 134.
 Domino quid offerendum. 83
 Domino Deo corpus & spiritum homo asserere debet. 99
 Domus Dæmonis, hominis, animi, & Dei quæ. 103
 Doni & muneris differentia. 171
 Duo ad solum filium pertinentia iudicia quæ sint. 66
 Duo altaria in templo duos timores seruilem scilicet & filialem significant. 131
 Duo præcipui sub lege sacrifices qui 170
 Duplex in homine damnabilis ignorantia. 89
 Duplex assumptio hominis ad dignitatem esse debet. 30
 Duplex ara in homine qui templum Dei est inuenitur. 98

E

Ecclésiæ lætitia duplex. 87
 Ecclésiæ corporis vitis, caro, & ossa. 88.
 Ecclésiæ duplicem spiritum a Christo recipit. 91
 Ecclésiasticorum sacramentorum & officiorum utilitas. 159
 Ecclésiæ dedicatio, virginum consecratio, & clericorum ordinatio, Episcopo reseruata eod.
 Ecclésiæ primitiua qualis fuerit mos in communicando paruulos. 161
 Ecclésiæ ordines septem. 163
 Ecclésiæ partes quæ. 178
 Electionis modi tres qui sint. 113
 Episcopi ad Basilicæ ostium accessus & superliminaris percussio quid. 159
 Episcopus cur pax huic domui proferat. eod.
 Episcoporum triplex ordo. 164
 Error Iudæorum atque Gentilium. fo. 51
 Error grecorum circa tertiam personam Sanctissimæ Trinitatis. 189
 Error eorum qui verecundia impediti peccata confiteri non audent. 309
 Euangelij à dextera parte in sinistram trāslatio quid. 154
 Euchariſtiæ effectus, duplex; cuiusq; sacramenti materia conueniens quæ; & utrum sumatur tantum caro & sanguis an totus Christus. 155
 Euchariſtiæ sumptio duplex. eod.
 Euchariſtia quare sic nominetur. eod.
 Euchariſtia quare iteretur, & quomodo bene sumatur. 178.
 Euchariſtia ut proſit nobis, quid Deo offerendum. 179
 Euchariſtia quare dicatur hostia sacra diuiniſſima. 289
 Expositio tria continet. 8
 Exercitationis triplex genus. 45
 Exercitia prudentis & veri religioſi. 72
 Extremæ vnctionis fructus. 315.
 Ezechias agrotus mysticè quid. 255

F

Familia dua magna, una Christi altera Diaboli. 184
 Fasciculus mirræ passionis, botrus Cyperi resurrectionem Christi significat. 56

Fidei descriptio. 46
 Fidei cognitio differt à fide. eod.
 Fides duobus modis crescit. 47
 Fidem in baptizando requiri. 86
 Fidelium diuersitas. 94
 Fides rationem illuminat tribus modis. 111
 Fidei gradus quinque. 179
 Fidei diffinitio. 185
 Fides qua ratione sacramentum dicatur. eod.
 Fides non est contra rationem, sed supra rationem. 190
 Fidei plena ac generalis descriptio. 256
 Fides veterum & nostra eadem. 259
 Figura rerum multis modis mirabiles. 19
 Filius Dei cur filius hominis fieri uoluit.
 Filius naturam non personam assumpsit. 193
 Filius quomodo originale peccatum contrahat à parentibus à peccato originali mundatis. 302
 Firmamenti creatio, & an super illud sint aqua & quomodo. 181
 Floris attributa septem. 126
 Fornicatio duplex. 206
 Frumentum & vinum mysticè quid. 178

G

Gallus prædicatores representat. 148
 Generis humani diuisionis principium. 49
 Generatio quadruplex. 94
 Genus humanum à Christo conditum, redemptum, reasumptum. 102
 Geometria pulchra diuisio. 5
 Germina deserti, eiusq; habitatores. 60
 Gloria in excelsis, & ite missa est cur in aduentu intermittantur. 139
 Gratiarum actiones quænam Deo acceptæ sint. 101
 Gratia homini necessaria. 183

H

Hæc quid interpretetur. 78
 Historia, allegoria, anagoge, & tropologia, qd. 157
 Homicidium quot modis committitur. 205
 Homo quare in personam non in naturam assumptus dicitur. 32.
 Hominis natiuitas quadruplex. 36
 Homo per quæ bona opera uocetur mulier benefaciens. 65
 Homo per quæ sit uir inique agens. eod.
 Homo quam nauim fabricare debeat pro diluuij huius mundi naufragio euitando. 67
 Homo unde & quomodo edificare debeat hanc nauim, ut ad quietis portum peruenire possit eod.
 Hominem lauare in Iordano quando sit. 39
 Hominis indigentia & Christi charitas. 81
 Homo tripliciter dicitur. 82
 Hominis hostes qui eod.
 Hominum positiones quattuor. 113
 Homini ut negotiari possit, quinque sunt à Deo regiones destinatæ. 118
 Homo considerationem sui in tria diuidere debet. 124
 Hominis iustitia in superiorem, inferiorem, & æqualem, quæ esse debeat. 132

Homini

Homini mens imago Dei. 158
 Homo cur extra paradysum creatus sit. 182
 Homo an possit inordinate non appetere. 183
 Homo fide sola Deo non placet 185
 Homo, etsi Angelus non cecidisset, tamen factus esset. 197
 Homo non solum ad imaginem patris, sed etiam totius Trinitatis factus. 198
 Homo in qua ætate fuit factus. eod.
 Homo utrum per gratiam habitam ante peccatum potuerit stare nec ne. 200
 Homo ante peccatum an habuit virtutes. eod.
 Homo an fuerit præsciens sui casus. eod.
 Hominis vera reparatio quæ. 220
 Homo quomodo Deus sit. 31
 Hominis creatio tempore posterior sed causa prior rerum omnium uisibilium conditione. 225
 Homo cur inter Angelos & bruta positus. 240
 Hominis in sacramentis humiliatio. 253
 Homo duobus similitudinem Dei in se reparare potest. 2
 Hominis assumptio ad dignitatem duplex. 30
 Homini abscondita duo ante aduentum Saluatoris. 60
 Honorandi à nobis patres cuiuscunq; generis. 262
 Humana uoluntas tripliciter consideratur. 25
 Humani generis inimici tres. 53
 Humanæ mentis in contemplatione infirmitas. 67
 Humanæ uitæ qualitates quattuor. 69
 Humanæ conditionis instabilitas. 60
 Humani generis de uirga in serpentem, & de serpente iterum ad uirgam conuersio. 85
 Humilitas duplex. 59
 Humilitas regina uirtutum. 60
 Humilitatis uirtus. 61
 Humilitatis defensio contra adulationem. 67
 Humilitatis necessitas. 70
 Humilitas quanta sit laude digna, & quam Deo satisfactoria. 303
 Hydriæ sex mysticè quæ. 144
 Hyems quid significet. 53
 Hierusalem quattuor quæ sint. 80
 Hierusalem quattuor modis dicitur. 87
 Hieremiæ & Ioannis in utero sanctificatio qualis fuerit. 161
 Hypocritis quanta sit iniquitas. 97
 Hypocrita pulchrè apibus comparantur. 99
 Hypocritarum magna in hac uita miseria, & maxima in altera damnatio. 125

I

Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia, quomodo intelligatur. 269
 Incredulus quomodo credere dicatur. 125
 Ieiunium quattuor temporum quare institutum. 173
 Iephtæ fides quanta. 147
 Incorpora ia quomodo moueantur. fo. 158
 Iesus quid significet. 272.
 Ignis species undecim. 67
 In Deo nulla qualitas uel diuersitas. 153
 In Deum quare nullum genus mutationis cadat. 158
 Infernus uerisimiliter sub terra est. 317

Ingenitum dicere, & patrem dicere non est idem: licet in sancta Trinitate sit idem esse ingenitum & esse patrem. 190
 In homine tria consideranda. 29
 In mensa Dei qui pauperes, qui serui, & qui filij. 54
 In mola, in agro, & in lecto qui dicantur. 81
 In oratione cum uerborum prolatio. 172
 In Parasceue quare missa non cantetur, sed corpus Christi die præcedenti reseruatum sumatur. 176
 In sacramento matrimonij duo maxime attendenda. 41
 In sacrificio Missæ quare datur osculum pacis. 45
 Intellectus noster quid in cognitione sanctissimæ Trinitatis facere debeat. 97
 Interiores clientes quattuor. 103
 Intentio facit omnia opera ut bona sint aut mala. 127
 Interioris hominis in sacramentorum exercitatione immutatio. 254
 In tria cubicula intrare debet qui ad perfectionem aspirat. 105
 Ioannis Baptistæ triumphus tres. 174
 Iter illius qui se à Deo elongat trium noctium est. 111
 Iter pœnitentiæ trium dierum est. eod.
 Iudicium quodnam Deus requirat à nobis. 58

L

Labores tres habent cruces. 82
 Lectio quomodo fastidium ingerat. 24
 Legitimæ personæ quæ sint. 163
 Legis naturalis præcepta. 186
 Lex Christi in quo, & quo sit scripta. 78
 Lex Domini in sex consistit. 84
 Lex Diuina nec intelligi, nec impleri potest, sine Dei gratia. 92
 Lex scripta quare solis duodecim tribubus Israel data est. 205
 Libellus repudij in lege Moysis concessus. 214
 Liber uite sapientia Dei. 30
 Liberi arbitrij nobilitas. 127
 Libri ex quibus iudicandi sunt homines qui. 30
 Ligni crucis significatio & uirtus. 149
 Lignum scientiæ boni & mali cur sic uocetur. 245
 Logica est genus ad grammaticam Dialecticam, & Rhetoricam. 3
 Lucere coram hominibus, Angelis & Deo, quid. 125.
 Luxuriæ & tristitiæ affectus. 84
 Lux illa prima die facta quid fuerit. 198

M

Malus est bonum totius quam partis. 192
 Mali quomodo illuminentur. 26
 Mali contra bonos sentire cur permittantur. 38
 Malorum bonorumq; genera. 71
 Malorum siue uitiorum scientiæ & obliuiones due. 324
 Mansiones Aegypti tres. 85
 Mansio damnatorum quam dura sit & aspera. 130
 Mansuetudo & ira cur requirantur in Sacerdotibus. 138
 Manus laborantes, & digiti earum qui sint. 88
 Mariæ uirginis decem priuilegia. 121
 Maria uirgo quid conceperit. 271

Martyres

Martyres cur clament iudica Domine sanguinem seruum & c. 130
 Materia diuina scripturae quae 158
 Materia prima ubi vel qualis fuerit priusquam fomaretur. 181
 Matrimonium inter Christum & Ecclesiam, & animam cum Deo. 283
 Matrimonij uinculum nulla diuortione dissolui potest. 296
 Matrimonium impediencia quae. 163
 Mathematica diuisio. 4
 Meditatio quid. 8
 Medicinae operationes. 6
 Mendacium quid & quotuplex sit. 263.
 Mensa Domini quid mystice. 176
 Mens peccatrix merito menstruata nuncupatur. 89
 Mens Christiana quomodo & quando dulcedinem percipiat. 96
 Mentis circumcisio in quot & quibus consistat. 80
 Menti duplicem custodiam adhibendam esse. 95.
 Mentis corruptiones tres quae sint. 177
 Mentis & corporis motus. 240
 Mercurius mercatorum dominus. 6
 Miluus proximi malignitatem significat. 133
 Miraculum de Eucharistia. 178
 Misericordiae opera quae. 127
 Misericordiae Christi insignia. 171
 Missa sacrificium pro mortuis offertur, & illis prodest. 319
 Missio Seraphini & missio spiritus sancti in quo differant. 188
 Molles & carnales Deus non amat. 60
 Monachi gloriatio quae esse debeat. 72.
 Mors triplex. 82
 Mors temporalis amatoribus mundi dura est. 96
 Mors temporalis tribus modis inuadit nos, spiritualis totidem animas. 115
 Mortificati ossa quare arida dicantur. 88.
 Mortificationis tria genera. eod.
 Motus quadrifarius est. 19
 Moyse corpus Iudaicum populum significare. 73
 Mulieris creanda ratio, & cur de uiri latere. 182
 Mulier quare non horruit serpentem: & quomodo ab eo tentata fuerit. eod.
 Mulierum remedium contra originale peccatum. 205
 Mundus quibus sit crucifixus, & qui sint mundo crucifixi. 66
 Mundus iste cui assimilatur. 67.
 Mundus tribus modis diligere potest. 111
 Mundum vincentes qui sint. 113.
 Mundus quibus armis superetur. 114
 Mundi oscula similia oculis Iudae proditoris sunt. eod.
 Mundi inferni, & Paradisi portae quae. 120
 Mundi aetates sex quae. 148
 Musica & ranae Aegypti. 86
 Musica pulchra diuisio. 5.

N

Natura diffinitio difficilis est. 3
 Natura humana in Christo quare adoranda. 31
 Natura humana tripliciter accipitur. eod.
 Natura ignis triplex. 67

Natura in rerum uniuersitate quot & quae sint. 71
 Necessaria in studio quae. 13
 Nihil sit quod uniuersitati bonum non sit. 192
 Nos mundo, & mundum nobis crucifigi quomodo. 78
 Nullum peccatum impunitum. 212
 Numeri senarij perfectio. 53
 Nummorum probitas in tribus consistit. 115
 Nox quadruplex. 35

O

Obedientiae species triplex. 88
 Octonarij numeri significatio. 186
 Odium peccati quae efficiat. 142
 Offerenda a nobis Deo quae & quot. 58
 Officia diuina quare a prima, tertia, sexta, & nona, & non ab alijs nomen accipiant. 166
 Officium uespertinum unde dictum. eod.
 Olei & charitatis proprietates. 107
 Omnia etiam mala cooperantur in bonum bonis. 58
 Onera Diaboli militum tria. 49
 Opera solius Dei tria. 53
 Opus Dei multiplex. 181
 Ossa arida sine anima quid significent. 127
 Ostiarij, lectoris, exorcistae, Accoliti, Subdiacani, & Diaconi officia. 164
 Ordo Naturae, Iustitiae, & gratiae qui sit. 129
 Ordinatus a Simoniaco donum spiritus sancti accipit. 292
 Originalis peccati transmissio. 202
 Originale peccatum an sit voluntarium. eod.

P

Pacis fruitionem quomodo quis consequatur. 180.
 Panis unde dictus. 6
 Panis vnus & diuersus. 54
 Panis submeritus in sacra scriptura quid. eod.
 Panis quo a sacra scriptura reficimur triplex est. 97
 Passio Christi virtus. 160
 Passio Christi futura credentes sanctificabat sicut modo praeterita credentes sanctificat. 184
 Pastores, mercenarij, & lupi, qui sint. 49
 Pastoribus tria sunt necessaria. 83
 Pastoris voces tres. 106
 Pater quomodo maior intelligatur. 30
 Pater est spiritus & idem sanctus non tamen dicitur spiritus sanctus. 190
 Patres hominis duo. 56
 Paupertas in tribus consistit. 115
 Pax triplex. 84
 Peccata animarum vulnera. 67
 Peccatorum mortalium propagatio. 68
 Peccatum in voluntate & in actione quomodo. 71
 Peccatorum torrentes siue gradus. 84
 Peccatoris uinculum duplex. 312
 Peccatorum absolutio a quo fiat. 212
 Pedes Domini misericordia & iudicium, manus latitudo & fortitudo, os uero diuinitas. 93
 Persona unde dicatur. 31
 Per bonas & malas voluntates Deus bonum operatur. 66
 Petrus Synagoga & Ioannes Ecclesiam significabat. 57

Petrus & Paulus quomodo & in quibus gemelli. 83
 Penitens ut suorum peccatorum cognitionem habeat tria inspicere debet. 134
 Penitentiæ ueræ quinque necessaria. 136
 Penitentiæ concessus homini locus. 183
 Philosophiae diffinitio eiusque partes. 2
 Philosophiae nominis uariae descriptiones. 3
 Potentia, sapientia, bonitas, quomodo de personis diuinis dicantur. 190
 Praecepta sunt in triplici differentia. 71
 Praedestinatorum numerus an possit augeri vel minui. 191.
 Praelatorum modus alius in malos, & alius in bonos esse debet. 142
 Presbiteri & ceteri ecclesiae ministri quare in sabbatho ordinantur, & uirgines cur in festis Apostolorum uelentur. 164
 Praescientia Dei an sit causa rerum uel e contra. 191
 Praescientia & praedestinatio quid differant. eod.
 Principium diuisionis in humano genere. 49
 Processio palmarum quid mystice. 141
 Prolapsos rursus, non renouari ad penitentiam quomodo intelligendum. 73
 Propositum perpetuae uirginitatis Mariae. 39
 Propheta tripliciter dicitur. 220
 Proximus noster qua ratione & quomodo sit diligendus. 306

Q

Qualis fuerit omnium artium origo. 3.
 Quam indignus Pastoris officio sit qui trepidat, ubi audent ones. 54
 Quantitas abstracta quid. 4
 Quando & quis silentium rumpit. 35
 Quare in crucibus faciendis tanta diuersitas ostendatur. 179
 Quare corpus Domini integrum in eisdem crucibus faciendis manu teneatur. 180
 Quare in sancta trinitate illa persona quae a nullo est appellatur pater. 189
 Quare patri potentia filio sapientia, & spiritui sancto bonitas attribuitur. 190
 Quare non pater nec spiritus sanctus, sed solus filius carnem assumpsit. 193
 Quare non liberamur per baptismum a poena peccati sicut a peccato. 209
 Quattuor elementorum differentia. 28
 Quattuor sunt ad perfectam ciuitatis situm pertinentia. 80
 Quattuor sunt claustra ad quattuor paces consequendas necessaria. fo. 111
 Quae in excommunicatione pensanda sint. 162
 Quae primogenita in nobis interficienda sint. 100
 Quae soli patri, quae soli filio, & quae spiritui sancto nomina conueniant. 189
 Quae fuerit illa lux, per quam Deus uidit lucem quod esset bona. 223
 Quid per Naturam Veteres intellexerint. 3
 Quid Geometria interpretatur & unde orta. 4
 Quid nomen legis, & quid Euangelij sibi usurpet. 11
 Quid prius in legendis libris attendendum sit. 14

Quid differat inter uerbum diuinum & humanum. 36
 Quid & quomodo fugiendum. 3
 Quid nos a Christi militia separet. 77
 Quid sit ad utilitatem inique agere. 96
 Quid sit ore tantum, quid ore & spiritu, & quid ore, spiritu, & mente orare. 169
 Quid sit gigni & procedere. 100
 Qui se ipsum ab exterioribus purgat, intus Deum uidere meretur. 95
 Qui charitatem amplectitur, quam dignitatem adipiscitur. 106
 Quindenarius cur numerus sacratus. 79
 Quinque sensus quare quinque ciuitates Aegypti dicantur. 87
 Quomodo pertractanda scriptura sacra in suis sensibus reuoluerentur. 12
 Quomodo Deus sapiens sit, & homo sapiens dicatur. 26
 Quomodo omnis sapientia a Deo sit. eod.
 Quomodo ex prauis desiderijs bonae cogitationes nascantur & e contra. 29
 Quomodo plures essentiae uniantur. 53
 Quomodo Deum peniteat. 56
 Quomodo Deus corda malorum obduret. 66
 Quomodo claudicat qui propter amorem Dei amorem carnis contemnit. 93

R

Regnum Dei quomodo queratur. 119
 Religiosis quam periculosum sit consortium feminarum. 73
 Remittendi peccata Christus Episcopis & sacerdotibus in Ecclesia potestatem concessit. 312
 Requisita in adificatione. 86
 Requies Dei die septima. 198
 Rerum genera tria. 56
 Resurrecturi omnes morituri sunt nemine excepto. 320
 Rex aeternus quomodo triplici regno se habeat. 86
 Ros in uellere, & postea in area. 78

S

Sabbatum quid significet. 53
 Sabelij & Arii blasphemiam. 268
 Sacerdotum officium triplex. 81
 Sacerdotibus quomodo & quando liceat uti Chrismate. 142
 Sacerdotes & Episcopi quorum sint successores. 152
 Sacerdotem sacra ueste indutum de sacra aede procedere quid significet. 153
 Sacerdotis reditus ad dexteram altaris. 157
 Sacerdos cur prostratus dicat preces & stans orationem. 166
 Sacerdos pro quibus in missa oret. 179
 Sacerdotes dij uocantur. 312
 Sacramentum dupliciter dicitur. 160
 Sacramentum in quibus consistat. 161
 Sacramentorum vis uide. 178
 Sacramentum quid sit, & quotupliciter fiat. 184
 Sacramenta legis naturalis, & legis scriptae quam uirtutem habeant. 185

Sacramenta quare ab initio non fuerint instituta. 205
Sacramenti Eucharistiæ figura in veteri testamento.
 209
*Sacramentum matrimonij quid significet, & quibus cau-
 sis institutum.* 213
Sacramentum matrimonij mysticè quid. 252
Sacrificium Christi quale in cruce fuerit. 34
Sacræ scripturæ sensus quattuor. fo. 86
Sacrilegium quid. 206
*Salomonem à Cedro usque ad Hissopum disputare quid
 sit.* 79
*Salomonis templum non tantum ecclesiam, sed & Chri-
 sti corpus significat.* 137
Salus sine quibus fieri nequeat. 185
Samaritanæ viri quinque mysticè qui. 244
Sanctificatio triplex. 82
Sancti lapides viui. 138
Sancta & summa Trinitas quid. 159
Sanctorum in hac vita perfectio quæ. 169
Sanctæ Trinitatis signa in creaturis. 190
Sapientia quomodo omnia doceat. 42
Sapientiæ progressus. 72
Sapientia Dei pluribus appellatur nominibus. 191
Scandalum interius triplex. 108
*Scientia artium valde ad diuinarum scripturarum cogni-
 tionem confert.* 158
Scientia Dei non potest augeri nec minui. 191
Senarij numeri significatio. 134
Septem vitia capitalia omnium aliorum origo. 68
Septenaria altaris circuitio quid. 160
Sepulchrum triplex. 82
Signa perfecti, religiosi, & Christi militis quæ. 72
*Signum crucis Christianis gloriosum, & Diabolo formi-
 dosum.* 169
Solutio templi, separatio animæ à corpore. 33
*Solutio à peccato quando fiat, an in contritione, vel per
 confessionem, & manus impositionem.* 211
Spes memoriam tribus modis roborat. 111
Species quid sit. 19
Spine carnis & spiritus quæ. 94
*Spiritus sanctus quare non dicatur pater Christi, cum
 eius mater de spiritu sancto conceperit.* 40
Spiritus seffor, & caro iumentum est. 62
*Spiritus sanctus per Austrum & Diabolus per Aquilo-
 nem, significantur.* 68
Spiritus sancti opera duo. 69
Spiritus quomodo moriatur & resurgat. 91
*Spiritus sanctus cum non sit genitus an sit ingenuus di-
 cendus.* 189
Spiritus quos David postulabat qui sint. 190
*Spiritus sanctus an aliter fuerit in columba quam in alijs
 creaturis.* eod.
Spiritus sanctus quare in igne datus. 276
*Status hominis tres; & quid de vnoquoque susceperit
 Christus.* 195
Status primi hominis qualis fuerit ante peccatum.
 199
Substantia hominis duplex. 185
Summi Pontificis officium. 164
Superbia regina vitiorum. 60
Surditas tribus modis prouenit. 115

T

T *Templi Salomonis gradus quindecim, & psalmi
 graduales quid significant.* 148
Tentationum genera quattuor. 79
Terra triplex. 81
Testimonium falsum quid. 263
Thesaurus hominis, eius desiderium. 29
*Timor seruilis principio conuersionis bonus, & sufficiens
 salutem.* 60
Tria præcepta lectioni necessaria. fo. 1
Tria in anima scelera. 80
Tria sunt in superiori natura. 84
Tria ad Eucharistiæ sacramentum necessaria. 210
Tribus modis fit omnis mutabilitas. fo. 21
*Trinitatis ostensio in baptismo & transfiguratione Domi-
 ni.* 158
Trinitatis opera ad extra sunt inseparabilia. 191
*Trinitas de nulla persona singulatim, sed de tribus simul
 dicitur.* 190
*Tres in Natali Missæ tres Christi Natiuitates signifi-
 cant.*
Triplex periculum timendum in mari huius vitæ.
 129
Tuba sacræ scripturæ, quæ fuerint. 77
Turbatio Iesu quæ nam fuerit. fo. 25

V

V *Bi opinio, nec certitudo, nec fides esse potest.*
 30
*Verba Dei, quadrantes quattuor qui, atque eorum ef-
 fectus.* 79
Verbum naturam non personam assumpsit. 32
Verbum caro factum est, quomodo intelligatur. 33
*Verbum quare non dicatur assumpsisse personam sicut
 naturam.* 36
Verbum multiplex. 84
Veræ fidei virtus. 67
*Veste virili, hyppocrita, & fæminea vir sanctus quo-
 modo utatur.* 79
*Vestimenta sacra noui Testamenti & casula siue planeta
 quid significant.* 152
*Veteris fermenti à nobis expurgatio in tribus confi-
 sit.* 116
Via ad superos, & via ad inferos qualis sit. 109
Vicissitudo quadripartita est. 22
*Vicissitudinem quandam inter Deum, spiritum, carnem,
 & mundum inueniri.* 79
*Vinculum matrimoniale quale debitum coniugibus de-
 cernat.* 38
Vinea Dei sacræ scriptura. 86
Vir iustus templum Dei est. 98
Viri iusti progressus. 90
Virtutes Christianæ in floribus. 90
Virtutes Prælati necessaria quæ. 137
Vita actiua figurata per Iyam. 54
Vita contemplatiua figurata per Rachel. eod.
Vita hominis linca circularis. 144
Vmbra tres & dies totidem. 83
*Vmbra cur pluraliter dicantur, cum res vna sit cuius
 sunt*


sunt vmbra. eod.
Una persona Deus & homo. 30
*Vnde ogica dicatur, & vnde orta eiusdem peri-
 tia.* 3
Vnde Arithmetica. 4
Vnde Musica. eod.
Vnguentum triplex. 82.
*Vnusquisque in se serpentem, Euam, Adam, & terram
 habet.* 94
Voluntatis propriæ renunciatio quàm sit Deo grata.
 99.
Voluntas non omne peccatum tempore præcedit. 200
Voluntas, opus, & homo quomodo remunerentur.
 311
Votum occultum an matrimonium impediatur. 292
*Votum manifesta professione confirmatum ad coniuga-
 le votum descendere prohibet.* 298
Vtrum dicitur multipliciter. 21
Vtrum pluribus vnus Angelus sit datus ad custodiam,

an singuli singulis. 197
Vtrum Angelorum cognitio augeatur. eod.
Vtrum peccatum Adæ maius quàm Eue. 200
*Vtrum debeamus omnes equaliter diligere, an vnus
 plus alio.* 206
*Vtrum inter duos infideles contrahatur verum matri-
 monium.* 215
*Vtrum liceat viro uxorem dimittere pro qualibet for-
 nicatione.* 217
*Vtrum in primo homine ante peccatum virtutes fue-
 rint.* 242
*Vtrum simplices quibus non erat facta reuelatio saluati
 sint.* 187
*Vtrum animæ damnandorum egressæ à corporibus sta-
 tim ad infernum rapiantur.* 317.

Z

Zoroastes risit vt primùm natus est. 318

F I N I S.



M. HVGONIS

DE SANCTO VICTORE

AD REGVLAM D. AVGVSTINI

CANONICI REGVLARIS LATER.



Didascali Libri septem de studio legendi, quorum
primi hæc sunt Capita.

- Duo esse præcipua, quibus ad scientiam quisque instruitur.* Cap. I.
- De origine artium, & animæ perfectione.* Cap. II.
- Quodd studium sapientiæ philosophia sit.* Cap. III.
- Triplicem esse vim animæ, & solum hominem ratione præditum.* Cap. IIII.
- Quæ res ad philosophiam pertineant.* Cap. V.
- De ortu Theoricæ, Præcticæ, Mechanicæ.* Cap. VI.
- De tribus rerum differentijs.* Cap. VII.
- De mundo superlunari, & sublunari.* Cap. VIII.
- In quo homo similis sit Deo.* Cap. IX.
- De triplicibus operibus.* Cap. X.
- Quid sit natura.* Cap. XI.
- De ortu logicæ.* Cap. XII.
- Epilogus supradictorum.* Cap. XIII.

Sequitur Liber primus. De studio legendi.

Duo esse præcipua, quibus ad scientiam quisque instruitur: & quæ sit operis huius materia. Cap. I.



Væ præcipue res sunt, quibus quisque ad scientiam instruitur, videlicet lectio & meditatio, è quibus lectio priorem in doctrina obtinet locum, & de hac tractat liber iste, dâdo præcepta legendi. Tria autem sunt præcepta magis lectioni necessaria. Primum,

vt sciat quisque quid legere debeat. Secundum, quo ordine legere debeat. i. quid prius, quid posterius. Tertium, quomodo legere debeat. De his tribus per singula agitur in hoc libro. Instruit autem tam secularium, quàm diuinarum scripturarum lectorem: vnde & in duas partes diuiditur, quarum vnaquæq; tres habet distinctiones. In prima parte docet lectorem artium, in secunda diuinum lectorem. Docet autem hoc modo, ostendendo primùm quid legendum sit, deinde quo ordine, & quò legendum sit. Vt autem sciri possit quid legendum sit, in prima parte primum enumerat originem omnium artium: deinde descriptionem, & partitionem earum, i. quò vnaquæq; contineat aliam, vel cõtineatur ab alia, secans philosophiam a summo vsq; ad vltima membra: deinde enumerat authores artium, & postea ostendit, quæ ex his, videlicet artibus, præcipue legendæ sint: deinde et, quo ordine, & quò legendæ sint, aperit. Postremo legentibus vitæ suæ disciplinam præscribit, & sic finitur prima pars. In secunda parte determinat, quæ scripturæ diuinæ appellandæ sint: deinde numerum, & ordinem diuinorum librorum, & authores eorum, & interpretationes nominum: postea agit de quibusdam proprietatibus diuinæ scripturæ, quæ magis sunt necessaria: deinde docet qualiter legere debeat sacram scripturam is, qui in ea correctionem morum suorum, & formam viuendi querit. Ad vltimum docet illum, qui propter amorem scientiæ eam legit, & sic secunda quoque pars finem accipit.

Tria præcepta lectioni necessaria.

C

D Mnum expetendorum prima est sapientia, in qua perfecti boni forma consistit. Sapientia illuminat hominem, ut seipsum agnoscat, qui ceteris similis fuit, cum se præ ceteris factum esse non intellexit. Immortalis quippe animus sapientia illustratus respicit principium suum, & quod sit indecorum, agnoscit, ut extra se quicquid querat, cui quod ipse est, satis esse poterat. Scriptum legitur in tripode

Anima perfectio sui ipsius agnitione consistit.

Apollinis: *ὄρθισεν ἄνθρωπον*, i. nosce te ipsum: quia nimirum homo, si non originis suæ immemor esset, oēs, quod mutabilitati obnoxium est, quod sit nihil, agnosceret. Probata apud philosophos inīa, animam ex cunctis naturæ partibus asserit esse cōpactā. Et Timæus Platonicus ex diuina & indiuidua, mixtaque substantia, itemque eadē & diuersa, & ex utroque cōmixta natura, quo vniuersitas designat *ἐντελεχίαν* entelechian formauit. Ipsa namque & initia, & quæ initia consequuntur, capit; quia & inuisibiles per intelligentiā rerum cās cōprehendit, & visibiles actualiū formas per sensuum passiones colligit, sectaque in orbem geminos motum glomerat: quia siue per sensus ad sensibilia exeat, siue per intelligentiā ad inuisibilia ascendat, ad seipsam rerum similitudines trahens regyrat: & hoc est, quod eadem mens, quæ vniuersorum capax est, ex oī substantia, atque natura, quo similitudinis representet figurā, coaptatur. Pythagoricū namque dogma erat, similia similibus cōprehendi: ut scilicet animā rōnalis, nisi ex oībus cōposita foret, nullatenus oīa cōprehendere possit, sicut quod dicit quidam. Terrā terreno cōprehendimus, æthera flāmis, Humorē liquido, nō spirabile flutu. Nec tamen existimare debemus viros in oī rerum natura peritissimos, hoc de simplici essentia sensisse, quod vlla se partium quæritate distenderet: sed ut apertius mirabile eius demonstrarent potentia, dicebant ex oībus naturis constare, non sicut cōpositionem, sed sicut cōpositionis rōnem. Neque enim hæc rerum oīum similitudo aliunde, aut extrinsecus animæ aduenire credenda est, sed ipsa potius eā in se, & ex se nata quadā potentia, & propria virtute capit. Nam sicut Varro in Periphyllion dicit, non oīs varietas extrinsecus rebus accidit, ut necesse sit, quicquid variat, aut amittere aliquid, quod habuit, aut aliquid aliud, & diuersum extrinsecus, quod non habuit, assumere. Videmus, quod partes extrinsecus adueniente forma, imaginis cuiuslibet similitudinē accipit: cum vero impressor metallo figurā imprimat, ipsum quidem nō extrinsecus, sed ex propria virtute, & naturali habilitate aliud iam aliquid representare incipit. Sic nimirum mens rerum oīum similitudine insignita, oīa esse dicit, atque ex oībus cōpositionē suscipere, non integrat, sed virtualiter, atque potentialiter continere. Et hæc est illa naturæ nostre dignitas, quæ oēs æque naturaliter habet, sed non oēs æque nouerunt. Animus enim corporis passionibus confosus, & per sensibiles formas extra semetipsum abductus, oblitus est quid fuerit, & quia nihil aliud fuisse se meminit, nil præter id, quod videtur, esse credit. Reparatur autem per doctrinā, ut nostram agnoscamus naturam, & ut discamus extra non querere, quod in

nobis possumus inuenire. Summum igitur in vita solamen est studium sapientiæ, quam qui inuenit, felix est, & qui possidet, beatus.

Quod studium sapientiæ philosophia sit. Cap. III.

Rimus oīum Pythagoras studiū sapientiæ philosophiā nūcupauit. Maluitque philosophus quæ philosophos dicit, Nam antea philosophi, id est sapientes vocabantur. Pulchre equidem inquitores veritatis nō sapientes, sed amatores sapientiæ vocat, quia nimirum adeo latet oē verum, ut eius amore quæritur libet mens ardeat, quæritur libet ad eius inquisitionē assurgat, difficile tamen ipsam, ut est, veritatē cōprehendere queat. Philosophiā autem earum rerum, quæ veræ essent, suique immutabile substantiā sortirentur, disciplinā cōstituit. est autem philosophia amor, & studium, & amicitia quoddamō sapientiæ. Sapientiæ vero non huius, quæ in feramentis quibusdā, & in aliqua fabrilī sciētia, notitiaque versat, sed illius sapientiæ, quæ nullius indigens, vitæ mens, & sola rerum primæua rō est. Est autem hic amor sapientiæ intelligētis animi ab illa pura sapientia illuminatio, & quoddamō ad seipsam retractatio, atque aduocatio, ut videat sapientiæ studiū diuinitatis, & puræ mentis illius amicitia. Hęc igitur sapientia cuncto animarum generi meritum suæ diuinitatis imponit, & ad propriam naturæ vim, puritatemque, reducit. Hinc nascitur speculationū, cogitationumque, veritas, & sancta, puraque, actuum castimonia. Quæ vero humanis animis hoc excellentissimum bonū philosophiæ cōparatum est, ut viæ filo quodam procedat oratio, ab ipsis animæ efficientijs ordiendum est.

Triplicem esse vim animæ, & solum hominem ratione præditum. Cap. IIII.

Triplicem oīno animæ vis in vegetandis corporibus deprehendit: quarum vna quædam vitæ solū corpori subministrat, ut nascendo crescat, alēdoque subsistat. Alia vero sentiendi iudiciū præbet. Tertia vi metis, & rōne subnixā est. Quarum quidem primæ id officium est, ut creandis, nutriendis, alendisque corporibus præsto sit, nullum uero præstet rōnis, seu sensus iudicium. Hęc autem est herbarum, atque arborum, & quicquid terræ radicibus affixū tenetur. Secunda vero cōposita, atque cōiuncta est, ac primā sibi sumens, & in partem cōstituēs, uariū de quibus potest capere, ac multiforme iudiciū capit. Oēs enim animales, quod sensu viget, idem & nascitur, & nutritur, & alitur. Sensus uero diuersi sunt, & vsque ad quinarium numerum crescunt, ita. Quicquid tamen alitur, nō est sentit. Quicquid uero sentire potest, est alitur, & ei prima quoque vis animæ nascendi, scilicet, atque nutriendi, præbet esse subiecta. Quibus uero sensus adest, non tamen eas rerum capiunt formas, quibus sensibili corpore feriuntur præte, sed abscedente quoque sensu, sensibilibusque sepositis, cognitarum sensu formarum imagines tenent, memoriæque, conficiunt, & præter quodque animal ualeat, longius, breuiusque custodit. Sed eas imaginationes cōfusas, atque inevidentes sumū, ut nihil ex earum cōiunctione ac cōpositione efficere possint, atque iccirco meminisse quidem nec que oīa præstent, amissam obliuionem recolligere,

H Amor sapientia quæ sit.

I

K

L

M colligere, ac reuocare non præstent. Futuri uero ipsi nulla cognitio est. Sed uis animæ tertia, quæ secum priores alendi, ac sentiendi trahit, iisque, velut famulis, atque obedientibus utitur, eadem tota in ratione constituta, eaque, vel in rerum præteritū firmissima conclusione, vel in absentiu intelligētia, vel in ignotarum inquisitione versatur. Hęc humano tamen generi præsto est quæ nō solū sensus, imaginationeque perfectas, & nō inconditas capit, sed et pleno actu intelligētia, quæ imaginatio suggestit, explicat atque confirmat. Itaque (ut dictū est) huic diuinæ naturæ nō ea tamen in cognitione sufficit, quæ subiecta sensibus cōprehendit, uerū et ex sensibilibus imaginatione cōcepta, & absentibus rebus notia indere potest, & quæ intelligētia rōne cōprehendit, uocabulorum quoque positionibus aperit. Illud quoque ei naturæ propriū est, ut per ea, quæ sibi nota sunt, ignota inuestiget. Et nō solū vnūquodque, an sit, sed quod sit, & quæ sit, necnō & cur sit, oportet agnoscere.

N Quæ triplicem animæ vim sola (ut dictū est) hominum natura sortita est. Cuius animæ vis intelligētia motibus nō caret, quia in his quatuor proprie vim rōnis exercet. Aut enim aliquid, an sit, inquit: aut sic esse cōstitit, quod sit addubitat, quod si est utriusque sciētiā rōne possidet, quale sit vnūquodque rōne inuestigat, atque in eo cetera accidētium momenta perquirat. Quibus cognitis, cur ita sit querit, & rōne nihilominus inuestigat. Cui igitur hic actus sit humani animi, ut semper in præsentiu cōprehensione, aut in absentiu intelligētia, aut in ignotorum inquisitione, atque inuētione versetur: duo sunt, in quibus oēm operā vis animæ rōcinātis impedit. Vnū quidem, ut rerum naturas inquisitionis rōne cognoscat: alterū uero, ut ad sciētiā prius ueniat, quod post grauitas mortalis exercent.

Quæ res ad philosophiam pertineant. Cap. V.

Sed (ut video) in inextricabilē iam ipso loquendi ordine labyrinthū incidimus, ubi nobis nō proplexus sermo, sed res obscura difficultatem pariat. Quia enim de studio sapientiæ loqui suscepimus, idque solis hominibus quodam naturæ priuilegio cōpetere attestati sumus, cōsequenter nunc oīm humanorum actuū moderatricē quandā sapientiā posuisse uideamus. Si enim brutorū animalium natura, quæ nullo regitur rōnis iudicio, motus suos sicut solas sensuum passiones diffundit, & in appetēdo seu fugiēdo aliquid, non intelligētia utitur discretionē, sed cæco quodam carnis affectu impellitur: restat ut rōnalis animæ actus cetera cupiditas nō capiat, sed moderatrix semper sapientia præcedat. Quæ si uerū esse cōstitit, iam non solū ea studia, in quibus vel de rerum natura, vel disciplina agitur morū, uerū et oīm humanorum actuū seu studiorum rōnes nō incōgrue ad philosophiā pertinere dicemus. Secundū quæ acceptionē sic philosophiam diffinire possumus. Philosophia est disciplina oīm rerum humanarum, atque diuinarum rōnes plene inuestigās. Nec mouere dēbet, quod supra diximus, philosophiā esse amorem & studiū sapientiæ, non huius, quæ instrumētis explicatur, ut est architectura, agricultura, & cetera huiusmodi, sed eius sapientiæ, quæ sola rerum primæua rō est. Potest namque idē actus & ad philosophiā pertinere sicut rōnem suā, & ab ea excludi sicut admittit.

Philosophia diffinitio.

nistracionem. Verbi gratia, ut de præteriti loquamur, agriculturæ rō philosophi est, administratio rusticæ. Præterea opera artificum, & si natura nō sint, imitantur tamen naturā, & sui exemplaris formā (quæ natura est, qua imitatur) rōne exprimit. Vides iam qua ratione cogimur philosophiā in oīs actus hominum diffundere, ut iam necesse sit tot esse philosophiæ partes, quot sunt rerum diuersitates, ad quas ipsa pertinet cōstitit.

Philosophia partes.

De ortu theoricæ, practicæ, mechanicæ. Cap. VI.

Mnum autem humanarum actionum, seu studiorum, quæ sapientia moderantur, finis & intentio ad hoc spectare dēbet, ut uel naturæ nostræ reparetur integritas, vel defectuū, quibus præses subiacet uita, temperet necessitas. Dicā apertius, quod dixi. Duo sunt in homine, bonum, & malū, natura & uitiū. Bonū, quia natura est, quia corruptū est, quia minus est, exercitio reparandum est. Malū, quia uitiū est, quia corruptio est, quia natura nō est, excludendum est. Quod si funditus exterminari nō potest, saltē adhibito remedio temperandum est. Hoc est oīno, quod agendum est, ut natura reparetur, & excludatur uitiū. Integritas uero uitæ humanæ duobus perficitur, sciētia & uirtute, quæ nobis cum supernis & diuinis substantiis similitudo sola est. Nam homo cum simplex natura nō sit, sed gemina cōpactus substantia: sicut vna pars sui, quæ potior est, & (ut apertius id, quod oportet, dicā) quæ ipse est, immortalis est: sicut altera uero pars, quæ caduca est, quæ sola his, qui nisi sensibus fidem præstare nesciunt, cognita est, mortalitati & mutabilitati obnoxius est: ubi toties mori necesse est, quoties amittere id, quod est. Et hæc est uitiū pars rerum, quæ principium & finem habet.

De tribus rerum differentiis. Cap. VII.

Sunt autem in rebus alia, quæ nec principium habent nec finem, & hæc æterna notant: alia, quæ principium quidem habent, sed nullo fine clauduntur, & dicuntur perpetua: alia, quæ initium habent & finem, & hæc sunt temporalia. In primo ordine id cōstituiimus, cui nō est aliud esse, & id, quod est. id est, cuius causa & effectus diuersa nō sunt, quod nō aliunde, sed a semetipso subsistere habet, ut est solius naturæ genitor & artifex. Illud uero, cui aliud est esse, & id, quod est. id est, quod aliunde ad esse uenit, & ex causa præcedente in actum profluxit, ut esse inciperet, natura est, & que mundum cōtinet omnem. Idque in gemina secatur. Est quiddam, quod a causis suis primordialibus, ut esse incipiat, nullo mouente ad actum prodit, solo diuinæ voluntatis arbitrio, ubique immutabile omnis finis, atque uicissitudinis expertus consistit. Eiusmodi sunt rerum substantiæ, quas Græci uias dicunt, & cuncta sublunaris mundi corpora, que etiam ideo, quod non mutantur, diuina appellata sunt. Tertia pars rerum est, quæ principium & finem habet, & per se ad esse non ueniunt, sed sunt opera naturæ, quæ oriuntur super terram, sublunari globo, mouente igne artifice, qui uicquidā descendit in res sensibiles præcandans. De illis erit Necmorgo dictū est. Nihil in mundo moritur, eo quod nulla essentia pereat. Nō enim essentia rerum transeunt, sed forma cum.

Pulchra rerum distinctio.

Rerum substantia à Græcis uias dicuntur.

ma. Cum vero forma transire dē, nō sic intelligendū est, vt aliqua res existens perire oīno, & esse suū amittere credatur, sed variari potius: vel sic fortassis, vt quæ iuncta fuerant, ab inuicem separent, vel q̄ separata erant, coniungant, vel q̄ hic erant, illuc transeant, vel q̄ nunc erant, tunc subsistant, in quibus oībus esse rerum nihil detrimenti patitur. De iis dictum est, oīa orta decidūr, & aucta senescūt: eo q̄ cuncta naturæ opera, sicut principium hnt, ita et a fine aliena non sunt. De illis dictum est: De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti. Et eo q̄ oīs natura & primordialē habet cām, & subsistentiam perpetuam. De iis dictū est: Et redit in nihilū, qđ fuit ante nihil: eo q̄ oē opus naturæ sicut tēporaliter ex occulta cā in actū profluit, ita eodē actū tēporaliter destructo eo, vñ venerat, reuersurū sit.

Perfius.

De mundo superlunari, & sublunari. Cap. VIII.

Hinc est, q̄ mathematici mundum in duas partes diuiserunt, in eam, s. partē, q̄ est a circulo lunæ sursum, & in eam, q̄ deorsum est. Et superlunarem mundum, eō q̄ ibi oīa a primordiali lege consistant, naturam appellabant: sublunarem, opus naturæ, videlicet superioris, quia oīum genera aīantium, q̄ in eo vitalis spiritus infusione vegetantur, a superioribus per inuisibiles meatus infusum nutrimentum accipiunt, non solum, vt nascendo crescant, sed et vt alendo subsistant. Eundē etiā superiorem mundum tps vocabant, pp̄ cursum & motum siderum, quæ in eo sunt: inferiorem temporalem, quia sm̄ motus superiores agitur. Itē superlunarem pp̄ perpetuam lucis, & quietis tranquillitatem, elysium, hunc aut̄ propter inconstantiam, & confusionem rerum fluctuantium, infernū nuncupabant. Hæc paulo latius profecuti sumus, vt ostendamus hoīem, quia in parte mutabilitatis pariceps est, in ea quoque necessitati esse obnoxium: in ea vero, qua immortalis est, diuinitati esse cognatum. Ex quo colligi pōt id, quod supra dictum est, q̄ videlicet oīum humanarum actionum ad hunc finem concurrat intentio, vt vel diuinæ similitudinis imago in nobis restaretur, vel huius vitæ necessitudini cōsuleretur, quæ quōd facilius lædi potest aduersus, eō magis foueri, & conseruari indiget.

Pulchra de Mundo supero, & infero Destrina.

Elysiū.

In quo homo similis sit Deo. Cap. IX.

Dvo vero sunt, quæ diuinam in hoīe similitudinem reparāt. i. speculatio veritatis, & virtutis exercitium, quia in hoc homo similis Deo est, q̄ sapiens & iustus est: sed iste mutabiliter, ille immutabiliter, & sapiens, & iustus est. Illarū vero actionum, q̄ huius vitæ necessitudini deseruiunt, trimodū genus est. Primum, quod naturæ instrū administrat: s̄m, quod contra molesta, q̄ extrinsecus accedere pnt, munit: tertium, quod contra iam illata p̄stat remedium. Cum igitur ad reparandam naturam n̄sam intendimus, diuina actio est: cum vero illi, quod instrū in nobis est, necessaria pro-

Duo in homine similitudinem Dei reparant.

uidemus, humana. Oīs ergo actio vel diuina est, vel humana. Possumus aut̄ non incongrue illā (eo q̄ de superioribus habeatur) intelligentiā appellare: hanc vero (quia de inferioribus habeatur, & quasi quodam consilio indiget) scientiā vocare. Si igitur sapientia (vt supra dictū est) cunctas, q̄ rōne sunt, moderat̄ actiones, consequens est iā, vt sapientiam has duas partes continere. i. intelligentiā, & scientiā dicamus. Rursus intelligentia, qm̄ & in inuestigatione veritatis, & in morū consideratione laborat, eā in duas species diuidimus, in theoricā. i. speculatiuā, & practicā. i. actiuā, q̄ et̄ ethica. i. moralis appellat̄. Sciētia vero, quia opera humana prosequitur, congrue mechanica. i. adulterina vocat̄.

De triplicibus operibus. Cap. X.

Sunt etenim triplicia opera. i. opus Dei, opus naturæ, opus artificis imitantis naturā. Opus Dei est, quod non erat, creare, vnde illud: In principio creauit Deus cælum & terrā. Opus naturæ, quod latuit, ad actū producere, vñ illud: Producat terra herbā virentem &c. Opus artificis est disgregata coniungere, vel coniuncta segregare, vnde illud: Consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Neq; n. potuit vel terra cælum creare, vel hō herbam producere, qui nec palmū ad staturam suam adiciere potest. In his tribus operibus conuenienter opus humanū, qđ natura non est, sed imitatur naturā, mechanicum. i. adulterinū noiatur, quemadmodum, & clavis subintroduc̄ta mechanica dē. Qualiter aut̄ opus artificis imitetur naturā, longū esset & onerosum p̄sequi per singula. Possumus tñ exempli cā in paucis id demonstrare. Qui statuā fudit, hoīem intuitus est. Qui domū fecit, mōtē respexit. Quia n. (vt ait Propheta) Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ: eminentia montiū aquas non retinet, ita domus in altum quoddam cacumen leuanda fuit, vt irruentium tēpestatū molestias tanto excipere posset. Qui vsū vestimentorum primus adinuenit, considerauit, q̄ singula quæque nascentium pp̄pria qđam habeant munimenta, quibus naturam suā ab incommodis defendunt. Cortex ambit arborē, penna tegit volucrē, piscē squama operit, lana ouē induit, pilus iumēta & feras vestit, concha testam excipit, ebur elephantē iacula nō time re facit. Nec tñ sine cā factum est, q̄ cum singula aīantiū naturæ suæ arma secum nata habeāt, solus hō inermis nascit̄ & nudus. Oportuit n. vt illis, q̄ sibi prouidere nesciunt, natura consuleret: hoī aut̄ ex hoc et̄ maior reperendi occasio p̄staret, cum illa, q̄ cæteris naturaliter data sunt, propria rōne sibi inueniret. Multo n. nunc magis enitet rō hominis hæc eadem inueniendo, q̄ habendo claruisset. Nec sine causa prouerbum sonat, q̄ ingeniosa famæ oēs excuderit artes. Hac equidem ratione illa, quæ nunc excellentissima in studijs hoīum vides, reperta sunt. Hac eadem pingendi, texendi, sculpendi, fundēdi, infinita genera exorta sunt, vt iam cum natura ipsū miremur artificem.

Gene. 1. Ibidem.

Gene. 3.

Luc. 12.

Geor. 4.

Ps. 103.

Hinc pulcherrime concionator discurrere pōt.

Quid

Quid sit natura. Cap. XI.

Natura diffinitio difficilis est.



Via vero iam toties naturam nominauimus, licet vt ait Tullius naturā diffinire difficile sit, nō tamen huius vocabuli significatio oīno silentio pretereunda videtur. Neq; quia non oīa, quæ volumus dicere, possumus: id, quod possumus, tacere debemus. Plura veteres de natura dixisse inueniuntur, sed nihil ita, vt nō aliquid restare videatur. Quantū tñ ego ex eorum dictis conicere possum, tribus maxime modis huius vocabuli significatione vti solebant, singulis suam diffinitionē assignando. Primo modo per hoc nomē significare voluerunt illud archetypum exemplar rerum oīum, quod in mente diuina est, cuius ratione omnia formata sunt: & dicebant naturam esse vniuscuiusq; rei primordiale causam suam, à qua non solum esse, sed etiam talem esse habeat. Huic significationi talis diffinitio assignatur. Natura est, q̄ vnicuiq; rei suum esse tribuit. Secundo modo naturam esse dicebant, proprium esse vniuscuiusque rei, cui significationi diffinitio assignatur. Natura vnamquaq; rem informans propria dñia dicitur, scđm quam significationem dicere solemus. Natura est oīa ponderosa ad terrā vergere, leuia alta petere, ignem vrere, aquam humectare. Tertia diffinitio talis est. Natura est ignis artifex, ex quadā vi procedens in res sensibiles p̄creandas. Physici nāque dicunt, oīa ex calore & humore procreari. Vnde Virgilius Oceanū patrē appellat, & Valerius Soranus in quodā versu de Ioue, in signatione ignis ætherei dicit. Iuppiter oipotens rerū, regūq; repletor. Progenitor, genitrixq; Deū, verū vnus & idē.

De ortu Logice. Cap. XII.



Ostquam igitur theoreticæ, & practicæ, & mechanicæ ortū demonstrauimus: superest logicæ quoq; originem inuestigare, quam iccirco vltimam annuero, quia postremo inuenta est. Cætera prius reperta fuerant: sed necesse fuit logicā quoque inueniri, qm̄ nemo de rebus conuenienter differere pōt, nisi prius recte loquēdi rōnem agnouerit. Nam sicut dicit Boetius, cū primitus antiqui circa naturas rerū, & morum qualitates inuestigandas operā impenderent, necesse fuit sæpe falli eos, quia vocū & intellectuū discretionē non habebāt, vt in multis euenit Epicuro, qui atomis mundum consistere putat, & honestum voluptate metitur. Hoc aut̄ iccirco huic atque alijs accidisse manifestum est, qm̄ disputandi quicquid rōinatione cōprehenderāt, hac in res ipsas quoq; venire arbitrabatur. Hic vero magnus est error, neq; n. sese res, vt in numeris, ita et̄ in rōinationibus habēt. In numeris enim quicquid in digitis recte computantis euenit, id sine dubio in res quoque ipsas euenire necesse est, vt si ex calculo centum contigerit, cētū quoq; res illi numero subiectas eē necesse est. Hoc vero non æque in disputatione seruatur. Neque n. quicquid sermonū decursus inuenit, id in natura fixum tenetur. Ouare necesse est falli, qui abiecta

scientia disputandi, de rerū natura perquirerent. Nisi n. prius ad sciētā venerit, quæ rōinatio verā teneat semitā disputandi, q̄ verisimilē agnouerit, & q̄ fida, & q̄ possit esse suspecta. Rerū incorrupta veritas, ex rōinatione non pōt inueniri. Cū igitur veteres sæpe multis lapsi erroribus, falsa qđam & sibi contraria in disputatione colligerent, atque id fieri impossibile videretur, vt de eadē re contraria conclusione facta vtraq; essent vera, quæ sibi discutiens rōinatio conclusisset, cuiue rōinationi credi oporteret esset ambiguū: visum est prius disputatione ipsius verā atque integrā considerare naturam, qua cognita, cū illud quoque, qđ per disputationē inueniretur, an vere cōprehensum esset, posset intelligi. Hinc igitur profecta logicæ peritia disciplina, q̄ disputandi modos, atq; ipsas rōinationes internoscendi vias parat: vt q̄ rōinatio, nunc quidē vera, nunc aut̄ falsa, q̄ vero semper falsa, q̄ nunq̄ falsa, possit agnosci. Hæc tpe quidem postrema est, sed ordine prima: hæc n. inchoantibus philosophiā prima legenda est, proptereaq; in eo docetur vocū & intellectuū natura, sine quibus nullus philosophiæ tractatus rōnabiliter explicari pōt. Logica dē a græco vocabulo logos, qđ nomen geminā habet interpretationē. Dē n. logos sermo siue rō, & inde logica sermotionalis siue rōnalis scientia dici pōt. Logica rōnalis, q̄ disertiuā dē, cōtinet dialecticā & rhetoricam. Logica sermotionalis genus est ad grāmaticam, dialecticā, atq; rhetoricā, & continet sub se disertiuā. Et hæc est logica sermotionalis, quā quartā post theoreticā, practicā, & mechanicā annumeramus. Nec putandū est ideo logicā. i. sermotionalē dici, q̄ ante eius inuentionē nulli fuerint sermones, & quali hoīes mutuas locutiones prius non habuerint. Erant prius & sermones cōes & literæ, sed nondum rō sermonum & literarū in vsū redacta fuerat, nulla adhuc recte loquendi vel disputandi p̄cepta data erant. Oēs enim scientiæ prius erant in vsū q̄ in arte. Sed considerantes deinde hoīes, vsū in artē posse conuerti: & qđ vagū fuerat, & licentiosum prius, certis regulis, & p̄ceptis posse restringi, cœperunt (vt dictū est) cōsuetudinē, q̄ partim casu, partim natura exorta fuerat, ad artē reducere, id qđ prauū vsus habebat emendant, qđ minus habebat suppletes, quod superflū habebat rescātes, & de cætero singulis certas regulas, & p̄cepta p̄scribentes. Hmōi fuit origo oīum artium, hoc per singula currentes, verū inuenimus. Priusquā esset grāmatica, & scriberēt, & loquebantur hoīes. Priusquā esset dialectica, rōinando verū a falso discernebāt. Priusquā esset rhetorica, iura ciuilia tractabāt. Priusquā esset arithmetica, vsū numerandi habebant. Priusquā esset musica, canebant. Priusquā esset geometria, agros mensurabāt. Priusquā esset astronomia, per cursus stellarū discretionem tēporum capiebant. Sed venerunt artes, q̄ licet ab vsu principū sumpserūt, vsu tñ meliores sunt. Hic locus esset exponēdi, qui fuerint singularum artium inuētores, qm̄ extiterint, aut vbi, aut quomodo per eos disciplinæ exordiū sumpserint: sed volo quadam prius philosophiæ diuisione singulas a se inuicem discernere.

Vnde orta logica peritia.

Vnde logica dicatur.

Logica est genus ad Grammaticam, Dialecticam, & Rhetoricam.

Qualis fuerit omnium artium origo.

Epilogus supradictorum. Cap. XII.

Portet ergo breuiter recapitulare, que supradicta sunt, vt facilius fiat transitus ad sequentia. Quatuor tantum diximus esse scientias, que reliquas omnes continent: idest theoreticam, que in speculatione veritatis laborat: practicam, que morum disciplinam considerat: mechanicam, que huius vite actiones dispensat: logicam quoque, que recte loquendi, & acute disputandi scientiam prestat. Hic itaque non absurde ille quaternarius anime intelligi potest, quem ob reuerentiam sui, antiqui in iusurandum ascuerant. Vnde & illud dictum est: Per qui nostre anime numerum dedit ille quaternum. Hac qualiter sub philosophia contineantur, & rursum quas sub se contineant: repetita breuiter diffinitione philosophiae ostendamus.

Libri secundi Capita.

Table listing chapters: De discretione artium (Cap. I), In quas partes diuidatur philosophia (Cap. II), De theologia (Cap. III), De mathematica (Cap. IIII), De quaternario anime (Cap. V), De quaternario corporis (Cap. VI), De quadriuo (Cap. VII), De arithmetica (Cap. VIII), De musica (Cap. IX), De geometria (Cap. X), De astronomia (Cap. XI), De arithmetica (Cap. XII), De musica triplici (Cap. XIII), De geometria (Cap. XIIIII), De astronomia (Cap. XV), Diffinitio quadriuij (Cap. XVI), De physica (Cap. XVII), Quid sit proprium vniuscuiusque artis (Cap. XVIII), Collatio supradictorum, & diuisio theoreticae (Cap. XIX), Diuisio practicae (Cap. XX), Diuisio mechanicae in septem scientias (Cap. XXI), Prima est lanificium (Cap. XXII), Secunda armatura, & fabrilis (Cap. XXIII), Tertia navigatio (Cap. XXIIII), Quarta agricultura (Cap. XXV), Quinta venatio (Cap. XXVI), Sexta medicina (Cap. XXVII), Septima theatrica (Cap. XXVIII), De logica, & grammatica (Cap. XXIX), De grammaticae diuisione (Cap. XXX), De ratione differendi (Cap. XXXI).

De discretione artium. Cap. I.

Philosophia est amor sapientiae, quae nullius indigens, viuax mens, & sola rerum primaua ratio est. Hae diffinitio magis ad etymologiam nominis spectat. Philos enim graece, amor dicitur latine. Sophia sapientia: & inde philosophia dicta est, idest,

amor sapientiae. Quod autem auditur, quae nullius indigens, viuax mens, & sola rerum primaua ratio est, diuina sapientia significatur, quae propterea nullius indigere dicitur, quia nihil minus continet, sed semel & simul omnia intuetur praeterita, praesentia, & futura. Viuax mens circiter appellatur, quia quod semel in diuina fit ratione, nulla vnquam obliuione aboletur. Primaua rerum ratio est, quia ad eius similitudinem cuncta formata sunt. Dicunt quidam quod illud, vnde agunt artes, semper maneat. Hoc ergo omnes artes agunt, hoc intendunt, vt diuina similitudo in nobis reparetur, quae nobis forma est, Deo natura, cui quanto magis conformamur, tanto magis sapimus. Tunc enim in nobis incipit relucere, quod in eius ratione semper fuit, quod quia nobis transit, apud illum incommutabile consistit. Aliter. Philosophia est ars artium, & disciplina disciplinarum, idest, ad quam omnes artes, & disciplinae spectant. Ars dici potest scientia, quae artis praecipis, regulisque consistit, vt est in scriptura: disciplina, quae dicitur plena, vt est in doctrina. Vel ars dici potest, quando aliquid verisimile, atque opinabile tractatur. Disciplina, quando de ijs, quae aliter se habere non possunt, veris disputationibus aliquid differitur. Quam differentiam Plato & Aristoteles esse voluerunt inter artem, & disciplinam. Vel ars dici potest, quae fit in subiecta materia, & explicatur per operationem, vt architectura. Disciplina vero, quae in speculatione consistit, & per solam explicatur ratiocinationem, vt logica. Aliter. Philosophia est meditatio mortis: quod magis conuenit Christianis, qui seculi ambitione calcata, conuersatione disciplinali, similitudine future patriae viuunt. Aliter. Philosophia est disciplina omnium rerum diuinarum, atque humanarum rationes probabiliter inuestigans. Sic omnium studiorum ratio ad philosophiam spectat. Administratio non omnis philosophia est, & ideo philosophia aliquo modo ad omnes res pertinere videtur.

In quas partes diuiditur philosophia. Cap. II.

Philosophia diuiditur in Theoricam, Practicam, Mechanicam, & Logicam. Haec quatuor omnem continent scientiam. Theorica interpretatur speculatiua. Practica actiua, quam alio nomine ethicam, idest moralem dicunt, eo quod mores in bona actione consistant. Mechanica adulterina, quia circa humana opera versatur. Logica fermotionalis, quia de vocibus tractat. Theorica diuiditur, in Theologiam, Mathematicam, & Physicam. Hanc diuisionem Boetius facit alijs verbis, theoreticam secans in intellectibilem, & in intelligibilem, & naturalem: per intellectibilem significans theologiam, per intelligibilem mathematicam, per naturalem physicam. Denique intellectibile sic diffinit.

De Theologia. Cap. III.

Intellectibile est, quod vnum atque idem per se in propria semper diuinitate consistens, nullis vnquam

vnquam sensibus, sed sola tantum mente, intellectuque capitur. Quae res ad speculationem Dei, atque ad animi incorporeitatem, considerationemque verae philosophiae indagacione componitur: quam, inquit, Graeci theologiam nominant. Dicta autem theologia, quasi sermo habitus de diuinis. Theos enim Deus, logos sermo vel ratio interpretatur. Theologia igitur est, quando aut ineffabilem naturam Dei, aut speciales creaturas, ex aliqua parte profundissima qualitate differimus.

De Mathematica. Cap. IIII.

Mathematica autem doctrinalis scientia dicitur. Matetis enim quando t habet sine aspiratione, interpretatur vanitas, & significat superstitionem illorum, qui fata hominum in constellationibus ponunt, vnde & huiusmodi mathematici appellati sunt. Quando autem t habet aspiratum, doctrinam sonat. Haec autem est, quae abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas dicitur, quam intellectu a materia separantes, vel ab alijs accidentibus, vt est par, impar, & huiusmodi, in sola ratiocinatione tractamus: quod doctrina facit non natura. Hanc Boetius intelligibilem appellat, quae primam partem intellectibilem cogitatione atque intelligentia comprehendit, quae sunt omnium coelestium operum supernae diuinitatis, & quicquid sub lunari globo beatiore animo, atque puriore substantia valet, & postremo humanarum animarum, quae omnia cum prioris illius intellectibilis substantiae fuissent, corporum tractu ab intellectibilibus ad intelligibilia degenerarunt, vt magis ipsa intelligantur quam intelligant, & intelligentiae puritate tunc beatiore sint, quoties sese intellectibilibus applicarint. Spirituum namque, & animarum natura, quia incorporea & simplex est, intellectibilis substantiae particeps est. Sed quia per instrumenta sensuum non vniuniformiter ad sensibilia comprehendenda descenditur, eorumque similitudinem per imaginationem ad se trahit, in eo quodammodo suam simplicitatem deserit, quo compositionis rationem amittit. Neque enim omnimodo simplex dici potest, quod composito simile est. Eadem igitur res diuersis respectibus intellectibilis simul & intelligibilis est. Intellectibilis, eo quod incorporea sit natura, & nullo sensu comprehendi possit. Intelligibilis vero, ideo quod similitudo quidem est sensibilem, nec tamen sensibilibis. Intellectibile est enim, quod nec sensibile est, nec similitudo sensibilibis. Intelligibile autem, quod ipsum quidem solo percipitur intellectu, sed non solo intellectu percipit, quia imaginationem, vel sensum habet, quo ea, quae sensibus subiacent, comprehendit. Tangendo ergo corpora degenerat, quia dum visibiles corporum formas per sensuum passiones percurrit, easque attractas per imaginationem in se trahit, toties a sua simplicitate scinditur, quoties aliquibus contrariae passionis qualitatibus informatur. Cum vero ab hac distractione ad puram intelligentiam conscendens in

vnnum se colligit, fit beator intellectibilis substantiae participatione.

De quaternario anima. Cap. V.

Vius quoque progressionis, regressio- nisque rationem ipse etiam numerus docet. Dic ter vnum, sunt tria: dic ter tria, sunt nouem: dic ter nouem, sunt viginti septem: dic ter viginti septem, sunt octoginta vnum. Ecce in quarto gradu tibi vnitas prima occurrit, idemque euenire videbis, si vsque ad infinitum duxeris multiplicationem, vt semper in quarto gradu vnitas emineat. Rectissime autem simplex animae essentia vnitate exprimitur, quae ipsa quoque incorporea est. Ternarius quoque propter indissolubile mediae vnitatis vinculum congrue ad animam refertur, sicut quaternarius, quia duo media habet, ideoque dissolubilis est, & proprie ad corpus pertinet. Prima igitur progressio animae est, quae de simplici essentia sua, quae monade figuratur in virtualemente ternarium se extendit, vbi iam per concupiscentiam aliud appetat, aliud per iram contemnat, per rationem inter vtrumque discernat. Et recte a monade in triadem profuere dicitur, quia omnis essentia naturaliter prior est potentia sua. Rursum quod eadem vnitas in ternario multiplicante ter inuenitur, hoc significat, quod anima non per partes, sed tota in singulis suis potentijs consistat. Neque enim vel rationem solam, vel iram solam, vel concupiscentiam solam, tertiam partem animae dicere possumus, cum nec aliud, nec minus sit in substantia ratio quam anima, nec aliud, nec minus ira quam anima, nec aliud, nec minus concupiscentia quam anima, sed vna eademque substantia, secundum diuersas potentias suas diuersa fortitur vocabula. Deinde a virtuali ternario secunda progressionem ad regendam humani corporis musicam descendit, quae nouenario componitur, quibus quia nouem sunt foramina in humano corpore, secundum temperantiam naturalem, influit & effluit omne, quo idem corpus vegetatur & regitur. Hic quoque ordo est, quia prius naturaliter anima potentias suas habet, quam corpori commisceatur. Postea autem in tertia progressionem per sensus iam extra se profusa, ad visibilia haec, quae per viginti septem, qui solidus numerus est, & trina dimensione ad similitudinem corporis extenditur, figurantur dispensanda, per infinitas actiones. In quarta autem progressionem, soluta a corpore ad puritatem simplicitatis suae reuertitur: ideoque in quarta multiplicatione, vbi ter viginti septem in octoginta vnum excreuit, monas in summo apparet, vt euidenter clareat, quod anima post huius vitae terminum, qui per octoginta designatur, ad vnitate suae simplicitatis redeat, a qua prius discesserat, cum ad humanum corpus regendum descendebat. Quod autem in octoginta meta humanae vitae naturaliter consistat, Propheta declarat. Si inquit in valitudine octoginta anni, & am- p ius eorum labor & dolor. Hanc quadruplam progressionem illum quaternarium animae, de quo supra

Philosophia nominis descriptio.

Alia Philosophia de scriptio.

Differentia inter Artem & Disciplinam.

Alia Philosophia de scriptio.

Philosophia diuisio apud Anthonium in praemio super Philosophia habetur. & apud S. m. pli. cium super lib. Physicorum.

supra loquuti sumus , quidam intelligendum putant , eumque ad differentiam quaternarij corporis , quaternarium animæ appellatum .

De quaternario corporis . Cap. VI.

NAm corpori quoque suum assignant quaternarium . Sicut monas animæ , ita dias corpori congruit . Dic bis duo , fiunt quatuor : dic bis quatuor , fiunt octo : dic bis octo , fiunt sexdecim : dic bis sedecim , fiunt triginta duo . Hic in quarto loco similiter idem numerus , idest binarius , à quo multiplicatio initium sumpsit , tibi occurrit : idemque si in infinitum processeris , indubitanter continget , vt quarto semper gradu binarius emineat . Et hic est quaternarius corporis , in quo intelligi datur omne , quod à dissolubilibus compositionem accipit , ipsum quoque esse dissolubile . Vides nunc satis aperte (vt puto) quomodo animæ de intellectibilibus ad intelligibilia degenerat , quando à puritate simplicis intelligentiæ , quæ nulla corporum fuscatur imagine , ad visibilibus imaginationem descendunt : rursumque , beatiore fiunt , quando se ab hac distractione ad simplicem naturæ suæ fontem colligentes , quasi quodam optimæ figuræ signo impressæ componuntur . Est igitur (vt apertius dicam) intellectibile in nobis id , quod est intelligentia : intelligibile vero id , quod est imaginatio . Intelligentia vero est de solis rerû principijs , idest Deo , idæis , & hyle , & de incorporeis substantijs pura , certaque cognitio . Imaginatio est memoria sensuum ex corporum reliquijs inhærentibus animo , principium cognitionis per se certum nihil habens . Sensus est passio animæ in corpore ex qualitatibus extra accidentibus .

De quadriuo . Cap. VII.

Vm igitur (vt suprascriptum est) ad mathematicam proprie pertineat abstractam attendere quantitatem , in partibus quantitatis species eius quærare oportet . Quantitas abstracta nihil aliud est , nisi forma visibilis secundum lineam et aream dimensionem animo impressa , quæ imaginatione consistit , cuius geminæ sunt partes , vna continua , vt arbor , lapis , quæ magnitudo dicitur : alia discreta , vt grex , populus , quæ multitudo appellatur . Rursum multitudinis , alia sunt per se , vt tres , quatuor , vel quilibet alius numerus : alia ad aliquid , vt duplum , dimidium , sesquialterum , sesquitertium , vel quodlibet tale . Magnitudinis vero , alia sunt mobilia , vt sphaera mundi , alia immobilia , vt terra . Magnitudinem ergo , quæ per se est , arithmetica speculatur : illam autem , quæ ad aliquid est , musica . Immobilis magnitudinis geometria pollicetur notitiam . Mobilis vero scientiam astronomiæ disciplinæ peritia sibi vendicat . Mathematica igitur diuiditur in arithmetica , musica , geometria , astronomiam .

Quantitas abstracta quid .

Mathematica diuisio .

De arithmetica . Cap. VIII.

A Rete græce , virtus interpretatur latine , arithmus numerus , inde arithmetica virtus numeri dicitur . Virtus autem numeri est , quod ad eius similitudinem cuncta formata sunt .

De musica . Cap. IX.

Musica a moy , i . ab aqua vocabulû sumpsit , quod nulla euphonia , id est bona sonoras , sine humore fieri potest .

De geometria . Cap. X.

Geometria mensura terræ interpretatur , eo quod hæc disciplina primum ab ægyptijs reperta sit , quorum terminos cum Nilus inundatione sua limo obduceret , & confunderet limites , perticis & funibus terram mensurare cœperunt : deinde a sapientibus etiam ad spatia maris , & cæli , & aeris , & quorumlibet corporum mensuranda deducta fuit , & extensa .

De astronomia . Cap. XI.

Astronomia , & astrologia in hoc differre videntur , quod astronomia de lege astrorum nomen sumpsit , astrologia autem dicta est , quasi sermo de astris differens . Nomos enim lex , & logos sermo interpretatur . Ita astronomia videtur esse , quæ de lege astrorum , & conuersione cæli differit , regiones , circulos , cursus , ortus , & occasus siderum , & cur vnumquodque ita vocetur , inuestigans . Astrologia autem , quæ astra considerat secundum natiuitatis , & mortis , & quorumlibet aliorum euentuum obseruationem , quæ partim naturalis est , partim superstitiosa . Naturalis in complexionibus corporum , quæ secundum superiorum temperantiam variantur , vt sanitas , agritudo , tempestas , serenitas , fertilitas , & sterilitas . Superstitiosa in contingentibus , & in ijs , quæ libero arbitrio subiacent : quam partem mathematici tractant .

De arithmetica . Cap. XII.

Arithmetica materiam habet parem , & imparem numerum . Par numerus , alius est pariter par , alius pariter impar , alius impariter par . Impar quoque numerus tres habet species . Prima est primus , & in compositus , secunda secundus , & compositus , tertia per se secundus , & compositus , & ad alios comparatus primus , & compositus .

De musica triplici . Cap. XIII.

Tres sunt musica , mundana , humana , instrumentalis . Mundana , alia in elementis , alia in planetis ,

planetis , alia in temporibus . Quæ in elementis , alia in numero , alia in pondere , alia in mensura . Quæ in planetis , alia in situ , alia in motu , alia in natura . Quæ in temporibus , alia in diebus , vicissitudine lucis & noctis , alia in mensibus , crementis , detrimetisque ; lunaribus , alia in annis , mutatione veris , æstatis , autumnii , hyemis . Humana musica , alia in corpore , alia in anima , alia in conexu vtriusque . Quæ in corpore , alia est in vegetatione , secundum quam crescit , quæ omnibus nascentibus cõuenit . Alia est in humoribus , ex quorum complexione humanum corpus subsistit , quæ sensibiliter cõmunis est : alia in operationibus , quæ specialiter rationalibus congruit , quibus mechanica præest , quæ si modum non exceßerint , bonæ sunt , vt inde non nutriatur cupiditas , vnde infirmitas foueri debet , sicut Lucanus in laude Catonis refert .

Musica pulchra diuisio .

*Huic epula vicisse famem , magnique penates
Summouisse hyemem tecto , pretiosaque vestis .
Hirtam membra super , Romani more quiritis
Induxisse togam &c .*

Musica in anima , alia est in virtutibus , vt est iustitia , pietas , & temperantia : alia in potentijs , vt est ratio , ira , & concupiscentia . Musica inter corpus , & animam est illa naturalis amicitia , qua anima corpori non corporeis vinculis , sed affectibus quibusdam colligatur , ad mouendum , & sensificandum ipsum corpus , secundum quam amicitiam nemo vnquam carnem suam odio habuit . Musica hæc est , vt ametur caro , sed plus spiritus , vt foueatur corpus , non perimatur virtus .

Ephe. 5.

Musica instralis , alia in pulsu , vt fit in tympanis , & chordis : alia in flatu , aut in tibijs & organis : alia in voce , vt in carminibus & cãtilenis . Tria quoque sunt genera musicorum , vnum , quod carmen fingit : aliud , quod instrumentis agit : tertium , quod instrumentorum opus , carmenque ; diiudicat .

De Geometria . Cap. XIII.

Geometria tres habet species , planimetriam , altimetriam , cosmometriam . Planimetria planum metitur , i . longum & latum , & extenditur ante & retro , dextrorsum & sinistrorsum . Altimetria altum metitur , & extenditur sursum & deorsum . Nam & mare altum dicitur . i . profundum , & arbor alta . i . sublimis . Cosmos mundus interpretatur , & inde dicta est cosmimetria . i . mensura mundi , hæc metitur spherica . i . globosa , & rotunda , sicut est pila & ouum , vnde etiam a sphaera mundi propter excellentiam dicta est cosmimetria , non quia tantum de mundi mensura agit , sed quia mundi sphaera inter omnia spherica dignissima sit .

Geometria pulchra diuisio .

De Astronomia . Cap. XV.

Nec contrarium est , quod superius immobilem magnitudinem geometriæ attribuimus , & mobilem astronomiæ , quia hoc secundum primam inuentionem dictum est , secundum quam etiam geometria mensura terræ dicitur : vel possumus dicere , quod id , quod geometriæ

tria in sphaera mundi considerat . i . dimensio regionum , & circulorum cælestium immobile sit secundum hoc , quod ad geometricam considerationem pertinet . Geometria . n . non considerat motum , sed spatium . Quod autem astronomia speculat mobile sit . i . cursus astrorum , & interualla temporum . Sicque ; vniuersaliter dicemus immobilem magnitudinem geometriæ esse subiectam , mobilem astronomiæ , quia licet ambæ de eadem re agant , vna tamen contemplatur id , quod permanet , altera id , quod transit , speculatur .

Diffinitio quadriuij . Cap. XVI.

Arithmetica est igitur numerorum scientia : musica est diuisio sonorum , & vocum varietas . Aliter : Musica siue harmonia est plurium dissimilium in vnum reductorum concordia . Geometria est disciplina magnitudinis immobilis , formarumque descriptio contemplatiua , per quam vniuscuiusque termini declarari solent . Aliter : Geometria est sensuum , & origo dictionum . Astronomia est disciplina inuestigans spatia , motus , & reditus cælestium corporum certis temporibus .

De Physica . Cap. XVII.

Physica causas rerum in effectibus suis , & effectus in causis suis inuestigando considerat : vñ tremor terris , qua vi maria alta tumescant , herbarum vires , aëros , irasque ; ferarum : oë genus fructuum , lapidum quoque , reptiliumque . Physis natura interpretatur , vnde etiam superiorum diuisione theoreticæ , physicæ naturalis Boetius notauit . Hæc etiam phylogia dicitur . i . sermo de naturis differens , quod ad eandem causam spectat . Physica aliquando large accipitur æquipollens theoreticæ , secundum quam acceptionem philosophiam quidam in tres partes diuidunt , i . physicam , ethicam , logicam : in qua diuisione mechanica non continetur , sed restringitur philosophia circa physicam , ethicam , & logicam .

Quid sit proprium vniuscuiusque artis . Cap. XVIII.

Vm vero omnes artes ad vnum philosophiæ tendant terminum , non vna tamen via omnes currunt , sed singulae suas proprias quasdam considerationes habent , quibus ab inuicem differunt . Logica consideratio est in rebus , attendens intellectus rerum , siue per intelligentiam , vt neque ; sint hæc , neque ; horum similitudines , siue per rationem , vt neque ; sint hæc , sed horum tamen similitudines . Considerat ergo logica species , & genera rerum . Mathematicæ autem proprium est , actus confusos inconfuse per rationem attendere , verbi gratia . In actu rerum non inuenitur linea sine superficie , & soliditate . Nullum . n . corpus sic solummodo longum est , vt latitudine , vel altitudine careat , sed in omni corpore hæc tria simul sunt : ratio tamen attendit sine superficie , & crassitudine lineam pure

Phisica consideratio .

Artium consideratio .

pure per se: quod est mathematicum, non quia in re ita vel sit, vel esse possit, sed quia ratio saepe actus rerum considerat, non ut sunt, sed sicut esse possunt, non in se, sed quantum ad ipsam rationem, id est ut ratio pateret esse. Secundum quam considerationem dictum est, continuam quantitatem in infinita decrescere, & discretam crescere in infinitum. Talis est. n. viuacitas rationis, ut oculo longum in longa diuidat, latum in lata, &c. utque ipsi rationi nihil carens interuallo interuallum generet. Physicæ autem est proprium actus rerum permixtos impermixte attendere. Actus. n. corporum mundi non sunt puri, sed compositi ab actibus purorum, quos physica, cum per se non inueniantur, pure tamen & per se considerat, purum. s. actum ignis, siue terræ, siue aeris, siue aquæ, & ex natura vniuscuiusque; per se considerata de concretione, & efficientia totius iudicat. Hoc est non pretereundum est, quod sola physica proprie de rebus agit, ceteræ omnes de intellectibus rerum. Logica tractat de ipsis intellectibus secundum predicamentalem constitutionem. Mathematica vero secundum integrale compositionem, & idem logica quantumque; virtus pura intelligentia, mathematica autem nunquam sine imaginatione est, ideoque nihil vere simplex est. Quia. n. logica & mathematica priores sunt ordine discendi quam physica, & ad eam quodammodo instructi vice funguntur, quibus vnumquemque; primum informari oportet antequam physicæ speculationi operam det: necesse fuit, ut non in actibus rerum, ubi fallax experimentum est, sed in sola ratione, ubi inconcussa veritas manet, suam considerationem ponerent, deinde ipsa ratione priuata, ad experientiam rerum descenderent. Postquam igitur demonstrauimus, quomodo diuisio theoreticæ, quam ponit Boetius, superiori conuenit: breuiter nunc utrasque; repetemus, ut singula vtriusque; verba diuisionis inuicem conferamus.

Collatio supradictorum. Et diuisio theoretica.

Cap. XIX.

Theoretica diuiditur in theologiam, mathematicam, & physicam, vel ita. Theoretica diuiditur in intellectibilem, & intelligibilem, & naturalem: vel aliter. Theoretica diuiditur in diuinalem, & doctrinalem, & philologiam. Eadem est igitur hæc theologia, intellectibilis, & diuinialis. Eadem mathematica, intelligibilis, & doctrinalis. Eademque; physica, philologia, & naturalis. Sunt qui has tres theoreticæ partes mystice quodam Palladis nomine, quæ dea sapientiæ fingitur esse, significari putant. Dicitur. n. tritonia, quasi trita gnosis, id est tertia cognitio, videlicet Dei, quam intellectibilem nominauimus, & animarum, quam intelligibilem diximus, & corporum, quam naturalem appellamus. Et ab his tribus tantum sapientia vocabulum sumit, quia licet tres reliquas. id est ethicam, mechanicam, logicam, conuenire ad sapientiam referre possimus, expressius tamen logicam propter vocis eloquentiam, mechanicam, & ethicam propter circumspersionem morum & operum, prudentiam, siue scientiam appellamus, solam autem theoreticam propter speculationem veritatis rerum, sapientiam nominamus.

Practica diuiditur in solitariam, priuatam, & publicam, vel aliter. In ethicam æconomicam, & politicam. vel aliter, moralem, & dispensatiuam, & civilem. Vna est solitaria, ethica, & moralis. Vna rursus priuata, æconomica, & dispensatiua. Eademque; publica, politica, atque; civilis. Oeconomicus interpretatur dispensator, inde æconomica dicta est dispensatiua. Polis græce, latine ciuitas dicitur, inde politica dicta est. id est. civilis. Quoniam ethicam partem constituimus practicæ, strictè accipienda est ethica in moribus uniuscuiusque; personæ, & est eadem, quam solitaria. Solitaria igitur est, quæ sui curam gerens cunctis sese erigit, exornat, augetque; uirtutibus, nihil in uita admittens, quo non gaudeat, nihilque; faciens penitendum. Priuata est, quæ rei familiaris officium mediocri componens dispositione distribuit. Publica est, quæ reipublice curam suscipiens cunctorum salutis suæ prouidentiam solertia, & iustitiæ libra, & fortitudinis stabilitate, & temperantiæ patientia medetur. Solitaria igitur conuenit singularibus, priuata patribus familias, politica rectoribus urbium. Practica actualis dicitur, eo quod res propositas operationibus suis explicet. Moralis dicitur, per quam mos uiuendi honestus expetitur uel acquiritur, & instituta ad uirtutem tendentia præparantur. Dispensatiua dicitur, cum domesticarum rerum sapienter ordo disponitur. Civilis dicitur, per quam totius ciuitatis utilitas administratur.

Diuisio mechanica in septem scientias. Cap. XXI.

Mechanica septem scientias continet, lanificium, armaturam, navigationem, agriculturam, uenationem, medicinam, theatricam. Ex quibus tres ad extrinsecum uestimentum nature pertinet, quo seipsa natura ab incommodis protegit, quatuor ad intrinsecum, quo se alendo & fouendo nutrit, ad similitudinem quidem triuij & quadriuij, quia triuium de uocibus, quæ extrinsecum sunt, & quadriuium de intellectibus, qui intrinsecum concepti sunt, pertractat. Hæc sunt septem ancillæ, quas Mercurius a philologia in dotem accepit: quia nimirum eloquentiæ, cui iuncta fuerit sapientia, omnis humana actio seruit, sicut Tullius in libro Rhetoricorum de studio eloquentiæ dicit: hæc tuta, hæc honesta, hæc illustris, hæc eadem uita iocunda fit. Nam hinc ad rem publicam plurima commoda ueniunt, si moderatrix omnino præsto est sapientia. Hinc ad eos, qui ipsam adepti sunt, laus, honos, dignitas, consistit. Hic amicis quoque; eorum certissimum, tutissimumque; præsidium est. Hæc mechanicæ appellantur, id est adulterinæ quia de opere artificis agunt, quod a natura formam mutuatur. Sicut alie septem liberales appellatæ sunt: uel quia liberos, id est expeditos & exercitatos animos requirunt, quia subtiliter de causis rerum disputant, quia liberi tantum antiquitus, id est nobiles in eis studere consueuerat: plebei uero, & ignobilium filij in mechanicis propter peritiam operandi. In quo Prætorum apparatus

ret diligentia, qui nihil intentatum linquere uoluerit, sed omnia sub certis regulis & præceptis stringere. Mechanica est scientia, ad quam fabricæ omnium rerum concurrere debent.

De lanificio. Cap. XXII.

Lanificium continet omnia texendi, confuendi, retorquendi genera, quæ sunt manu, acu, fuso, subula, gurgillo, pectine, alibro, calami, tro, chilindro, siue alijs quibuslibet instrumentis, ex quacumque; lini uel lanæ materia, & omni genere pellium erasarum, uel pilos habentium; cannabis quoque; uel suberis iuncorum, pilorum, floccorum, aut alia qualibet re homini, quæ in usum uestimentorum, operimentorum, linteorum, sagorum, saginarum, subtratorum, cortinarum, matularum, filtrorum, telarum, cassium, funium, redigi potest. Stramina quoque; ex quibus galeros, & sportellas texere solent homines: hæc omnia studia ad lanificium pertinent.

De armatura, & fabrilis. Cap. XXIII.

Secunda est armatura. Arma aliquando quælibet instrumenta dicuntur, sicut dicimus, arma belli, arma nauis. id est. instrumenta belli, & nauis. Ceterum proprie arma sunt, quibus tegimur, ut scutum, thorax, galea: uel quibus percutimus, ut gladius, bipennis, sarissa. Tela autem sunt, quibus iaculari possumus, ut hasta, sagitta. Dicta autem arma ab armo. id est. brachio, quia brachium muniunt, quod ictibus opponere solemus. Tela autem dicuntur a græco telon. id est. longum, eo quod longa sint homini, inde & protelare. id est. prolongare dicitur. Armatura igitur quasi instrumentalis dicitur scientia, non tam ideo quod instrumentis operando utatur, quam quod de præiacenti alicuius massæ materia aliquod (ut ita dicam) instrumentum efficiat. Ad hanc omnis materia lapidum, lignorum, metallorum, arenarum, argillarum pertinet. Hæc duas habet species, architectonicam & fabrilis. Architectonica diuiditur in cæmentariam, quæ ad latomus & cæmentarios: & in carpentariam, quæ ad carpentarios & tignarios pertinet, alioque; homini utriusque; artifices, in dolabris & securibus, lima & asciculo, serra & terebra, rucinis, artauis, trulla, examuffi, polientes, dolantes, sculpetes, limates, scalpètes, coppingetes, linietes, in qualibet materia, luto, latere, lapide, ligno, osse, sabulo, calce, gipso, & si qua sunt similia operatum. Fabrilis diuiditur in malleatoriã, quæ feriẽdo massam in formam redigit. Et in exclusoriã, quæ fundendo massam in formam redigit. Vnde exclusores dicti sunt, qui de confusione massæ nouerunt formam uasis exprimere.

De navigatione. Cap. XXIII.

Nauigatio continet omnem in emendis, uendendis, mutandis, domesticis siue peregrinis mercibus negotiationem. Hęc rectissime quasi quedam sui generis rhetorica est, eo quod huic professioni eloquentia maxime sit necessaria. Vnde &, is qui faciendi præesse dicit, Mercurius, quasi mercatorum kyrius,

id est dominus appellatur. Hęc secreta mundi penetrat, littora inuisa adit, deserta horrida lustrat, & cum barbaris nationibus, & linguis incognitis commercia humanitatis exercet. Huius studij geres conciliat, bella sedat, pacem firmat, & priuata bona ad communem usum omnium immutat.

De agricultura. Cap. XXV.

Agricultura quatuor species habet, aruam, agrum, quæ sationi deputatur: & colitur, quæ fructibus, & arboribus, ut sunt uineta, pomaria, syluæ: pascuum, ut prata, rēpe, resquasaltus: floridum, ut horti sunt, & rosaria.

De uenatione. Cap. XXVI.

Uenatio diuiditur in ferinam, aucupium, & piscaturam. Ferina multis modis exercetur: retibus, pedicis, laqueis, præcipitijs, arcu, iaculis, cuspide, indagine, pennarum odore, canibus, accipitribus. Aucupium fit laqueis, pedicis, retibus, arcu, visco, hamo. Piscatura fit sagenis, retibus, gurgulij, hamis, iaculis. Ad hanc disciplinam pertinet omnium ciborum, saporum, & potuum apparatus. Nomen tamen accepit ab una parte sui, quia antiquitus plus uenaticis uesci solebat, sicut adhuc in quibusdam regionibus, ubi rarissimus panis est, carnem pro cibo, & mulsam uel aquam pro potu habent. Cibus in duo diuiditur, in panem & obsonium. Panis dictus est, uel quasi panis, quia omnibus mensis apponitur, uel a græco pan, quod est omne, quia nullum conuiuium bonum sine pane ducitur, uel quod pascat. Panis multa sunt genera, azimus, fermentatus, subcinericius, rubigus, spogia, placeta, clibanicus, dulciarius, siligineus, ordeaceus, amolus, similia, & cetera multa. Obsonium dicitur quasi adiunctum panis, quod nos cibarium dicere possumus. Huius multa sunt genera. Carnes, pulmenta, mulsæ, olera, fructus. Carnium, alie sunt asæ, alie frixæ, alie elixæ, alie crudæ, alie salæ. Alie dicuntur succidia, lardum quoque; siue taxea, perna uel petasunculus, axungia, aruina, sepum, adeps. Pulmeti item sunt genera, lucanica, farcinæ, minuta, afrosum, mortisia, galatia, & cetera quæcumque; princeps cocorum excogitare potuit. Mulsæ habent lac, colostrum, babbutã, butyrum, caseum, serum. Olerum & fructuum nomina annumerare quis potest. Saporum alij calidi sunt, alij frigidi, alij amari, alij dulces, alij sicci, alij humidi. Potuum alij tantum sunt potus, id est qui humectant tantum & non nutriunt, ut aqua: alij potus & cibus, id est qui humectant & nutriunt, ut uinum. Rursus qui cibus sunt, alij naturaliter sunt cibus, ut uinum, & sicera quælibet: alij accidentaliter, ut ceruisia, medones. Venatio igitur continet omnia piscorum, laniorum, cocorum, cauponumque; officia.

De medicina. Cap. XXVII.

Medicina diuiditur in duas partes, occasiones, & operationes. Occasiones sex sunt. Aer, motus & quies, inanitio & repletio, cibus & potus, somnus & uigilia, & accidentia animæ. Quæ ideo dicuntur esse occasiones, quia faciunt & conseruant sanitatem, si temperata fuerint: si intemperata, infirmitatem.

Mercurius mercatorum dominus.

Y

Z

Panis unde fit dicitur.

Eruditionis Didascalice.

infirmitate. Accidentia aia ideo dicuntur occasio sanitoris vel infirmitatis, quia aliqui vel comouent calorē ipetuoſe vt ita, vel leniter vt delectationes, vel attrahunt & celat, idq; aut impetuoſe vt terror & timor, aut leniter vt anguſtia. Et ſunt, quæ comouēt naturalē virtutē intus & extra, vt eſt triftitia. Ois operatio medicinae, aut intus fit, aut extra. Intus vt ea, quæ ore, naribus, auribus, ſiue ano itro mittunt, vt potiones, vomitiones, pulueres, cliftera &c. quæ bibēdo, vel maſticādo, vel attrahēdo ſumuntur. Foris, vt epidimata, cataplaſmata, eplaſtra. Chirurgia, quæ duplex eſt, in carne, vt incidere, ſue re, vrere. In oſſe, vt ſolidare, & iuncturæ reddere. Nec moueat quēpiā, quod cibum & potum iter at tributa medicinae annuero, quæ ſuperius venatio ni attribui, quia ſm diuerſos reſpectus hoc factum eſt. Vinum quoq; in botro agriculturae eſt, in penu cellarij, in gultu medici. Similiter ciborum apparatus ad pituitum macellum, coquinā pertinet: virtus ſaporis ad medicinam.

Pulchra Medicina.

De theatriciſcientia. Cap. XXVIII.

Theatrica unde. Vbi ludifiebant.

Theatrica dicitur ſcīa ludorum a theatro, quo populus ad ludēdum cōuenire ſolebat, nō quia in teatro tātū ludus fieret, ſed quia celebrior locus fuerat cæteris. Fiebant autē ludi, alij in theatris, alij in atrijs, alij in gymnajijs, alij in amphicircis, alij in arenis, alij i cōuiuijs, alij in phanis. In teatro geſta recitabātur, vel carminibus, vel lar uis, vel perſonis, vel oſcillis. In atrijs choreas ducebāt, & ſaltabāt. In gymnajijs luētabāt. In amphicircis curſu certabāt vel pedum, vel equorum, vel cur rium. In arenis pugiles exercebāt. In cōuiuijs rhythmis, & muſicis inſtrumentis, & odis pſallebāt, & alea ludebāt. In phanis tpe ſolemni deorum laudes canebāt. Ludos vero idcirco inter legitimas actiones cōnumerabāt, q̄tēperato motu naturalis calor nutrit in corpore, & lætitia eius reparat. Vel qd̄ magis videt, quia necelle fuit populum aliqui ad ludū cōuenire, voluerunt determinata eē loca ludendi, ne in diuerſorijs cōuenticula facientes probroſa aliqua aut faciuroſa perpetrarent.

De logica, quæ eſt quarta pars Philoſophie: Et de Grammatica. Cap. XXIX.

Logica diuidit in grāmaticā, & rōnem diſſerendi. Grāma grace, litera interpretat latine, ide dicta eſt grāmatica, id eſt literalis ſcīa. Litera proprie eſt figura, quæ ſcribit: elementum ſonus, qui pronuntiat. Cæterum hic large accipienda eſt litera, vt & vocem, & ſcripturam intelligamus, vtrumq; n. ad grāmaticā pertinet. Quidā dicunt grāmaticam nō eſſe partē philoſophie, ſed quaſi quoddam appendicium, & inſtrumentum ad philoſophiam. De rōne aut diſſerendi Boetius dicit, quod pars eſſe poſſit & inſtrumentum ad philoſophiam, ſicut pes, manus, lingua, oculi &c. partes ſūt corporis & inſtrumenta. Grāmatica ſimpliciter agit de vo-

cibus, id eſt ſecundū ſe, inuentionē, & formationē, compositionem, inflexionem, prolationem, & cetera ad prononciationem tātum pertinentia pertractans. Ratio diſſerendi agit de vocibus ſecundum intellectum.

De Grammatica diuiſione. Cap. XXX.

Grammatica diuidit in literam, ſyllabā, dictionem, & orationem, Vel aliter. Grammatica diuidit in literas, id eſt in id, quod ſcribitur: & in vocales, id eſt i id, qd̄ pronuntiat, Vel aliter. Grāmatica diuidit in nomen, verbum, participium, pronomen, aduerbium, præpoſitionem, coniuñtionē, interiectionem, in vocem articulatam, literam, ſyllabam, pedes, accentus, poſturas, notas, orthographiam, analogiam, gloſſas, differentias, barbariſmū; ſolœciſmum, vitia, metaplaſma, ſchemata, tropos, proſas, metra, fabulas, hiftorias. Quorū idcirco expoſitionē tranſeo, quia prolixior eſſet, q̄ huius ſchemata breuitas expētat, & quia eſt in hoc opūſculo, diuiſiones tantum rerū & nomina inueſtigare poſui, vt tantummodo quoddam principium doctrinæ lectori cōderet. Qui autem ſcire deſiderat, legat Donatum, Seruium, Prifcianū de accentibus, & de duodecim verſibus Virgilij, & Barbariſmum, & Iſidorum in libris etymologiarum.

De ratione diſſerendi. Cap. XXXI.

Ratio diſſerendi integrales partes hēt, inuentionem & iudicium: diuiſiuas vero, demonſtrationem, probabilem, ſophiſticam. Demōſtratio eſt in neceſſarijs argumentis, & pertinet ad philoſophos. Probabilis pertinet ad dialecticos, & ad rhetores. Sophiſtica ad ſophiſtas, & cauillatores. Probabilis diuiditur in dialecticā & rhetoricam, quarum vtraq; integrales habet partes, inuentionem & iudicium. Quia n. ipſum genus, id eſt artem diſſertiuam, integraliter cōſtituunt, necelle eſt vt in compoſitione omnium ſpecierum eius ſimul inueniat. Inuentione eſt, quæ docet inuenire argumenta, & cōſtituere argumentationes. Scientia iudicandi, q̄ de vtroq; iudicare docet. Quæri pōt, vtrū inuentione & iudiciū ſub philoſophia cōtineantur. Videtur. n. neq; ſub theorica, neq; ſub practica, neq; ſub mechanica, neq; ſub logica (de qua magis videretur) cōtineri. Sub logica non cōtinentur, quia neq; per grammatice, neq; per diſſertiuam. Per diſſertiuam non continentur, cum integraliter eam conſtituant, nulla aut res eſſe poſſit ſimul itegralis & diuiſiuas partes eiusdem generis. Sicq; philoſophia non omnem ſcientiam cōtinere videtur. Sed ſciendum, q̄ ſcientia duobus modis accipi ſolet, id eſt pro aliqua diſſertiuam, ſicut cum dico dialecticam eſſe ſcientiam, id eſt artem vel diſſertiuam: & pro qualibet cognitione, ſicut cum dico ſcientiam habere eum, qui ſcit aliquid. Verbi gratia. Si ſcio dialecticam, ſcientiam habeo: & ſi ſcio notare, ſcientia habeo: & ſi ſcio Socratem eſſe Sophronici filium, ſcientia habeo.

Queſtio

habeo. Et uniueraliter ois, qui aliquid ſcit, pōt dici ſciam habere. Sed tñ aliud eſt cū dico, dialectica eſt ſcīa, id eſt ars uel diſſertiuam, atq; aliud cū dico, ſcire q̄ Socrates eſt Sophronici filius, eſt ſcientia, id eſt cognitio. De oī ſcīa, quæ eſt ars, uel diſſertiuam, uerum eſt dicere, q̄ ſit pars philoſophie diuiſiuam: non aut uniueraliter dici poſſe, q̄ ois ſcīa, q̄ eſt cognitio, pars ſit philoſophie diuiſiuam. Eſt tñ proſus ois ſcientia, ſi ue diſſertiuam, ſiue qualibet: cognitio pars philoſophie, uel diuiſiuam, uel integralis: diſſertiuam aut eſt ſcientia, q̄ abſolutum finē hēt, in quo proſitutum ar- tis perfectæ explicatur, q̄ ſcientiæ inueniendi uel iudicandi non conuenit, quia neutra p ſe abſoluta eſt, & iō diſſertiuam dici non poſſunt, ſed partes diſſertiuam, id eſt diſſertiuam. Rurſum quæritur, vtrū inuentione & iudicium eadē partes ſint dialecticæ & rhetoricæ: quod inconueniens uidetur, ut duo oppoſita gna eidem proſus conſtituantur partibus. Dicit ergo pōt has duas uoces æquiucas eſſe ad partes dialecticæ & rhetoricæ, Vel (q̄ fortaliſſimè melius eſt) dicamus inuentionem & iudicium proprie partes eſſe diſſertiuam, & ſub his uocibus uniuocari. In inferioribus tñ huius gnis, quibusdam proprietatibus a ſe diſſerere, q̄ tñ differentia per has uoces non diſcernuntur, quia per eas non ſm hoc q̄ ſpecies cōponunt, ſed ſm hoc quod partes ſunt gnis, ſignificatur. Grammatica eſt ſcientia loquendi ſine uitio. Dialectica diſſertatio acuta, uerum a falſo diſtinguens. Rhetorica eſt diſſertatio ad peruadendum quæque idonea.

Queſtio

Lib. III. de ordine legendi Capita.

- De diſſertiuam, & eius diuiſione cap. i.
- De authoribus artium. cap. ij.
- Quæ artes præcipue legendi ſint cap. iij.
- De duobus generibus ſcripturarum cap. iij.
- De artium coherentia cap. v.
- Vnicuiq; arti quod ſuum eſt, tribuendum eſſe. cap. vi.
- Quid ſit neceſſarium ſtudentibus cap. vii.
- De ingenio & memoria, quæ duo pertinent ad naturam cap. viij.
- De ordine legendi cap. ix.
- De modo legendi cap. x.
- De meditatione cap. xi.
- De memoria cap. xij.
- De diſſertiuam cap. xij.
- De humilitate cap. xiiij.
- De ſtudio quærendi cap. xv.
- De quatuor reliquis præceptis cap. xvi.
- De quiete cap. xvij.
- De ſcrutinio cap. xvij.
- De parcitate cap. xix.
- De exilio cap. xx.

De diſſertiuam, & eius diuiſione. Cap. I.

Philoſophia diuiditur in theoreticam, practicā, mechanicā, logicā. Theorica diuiditur i theologiam, phyſicam, mathematicam. Mathematica in arithmeticā, muſicā, geometricam. Practica in ſolitariā, priuatam, publicam. Mechanica diuiditur in lanificiū, armaturā, nauigationem,

agriculturam, uenationem, medicinam, theatricam. Logica diuiditur in grammatice & diſſertiuam. Diſſertiuam diuiditur in demōſtrationem, probabilem, & ſophiſticam. Probabilis diuiditur in dialecticam & rhetoricam. In hac diuiſione ſolummodo diuiſiuam philoſophie partes continentur: ſunt alia adhuc ſubdiuiſiones iſtarum partium, ſed iſtæ nunc ſufficere poſſunt. In his igitur ſi ſolum numerum reſpicis, uigintiſimam; ſi gradus cōputare uolueris, triginta octo reperiēs. Authores harū ſcientiarum diuerſi leguntur. Alij incipiendo, alij augendo, alij perficiendo artes inueniunt, ſicq; eiſdem artis plures ſæpe referuntur authores. Ex his paucorum nomina ſubter annuero.

Authores artium, & ſcientiarū in eadē re, ſub diuerſis reſpectibus poſſūt eſſe plures.

De authoribus artium Cap. II.

Theologus apud græcos Linus fuit, apud latinos Varro, & noſtri tporis Ioannes Scotus, de decem cathegorijs in Deū. Phyſicā naturalem, apud Græcos Thales Mileſius unus de ſeptem ſapientibus reperit, apud latinos Plinius deſcribit. Arithmeticā Samius Pythagoras inuenit, Nichomachus ſcripſit. Apud latinos primū Apuleius, deinde Boetius tranſtulit. Hic etiam Pythagoras mathema tetrados fecit, id eſt librum de doctrina quadriuij, & c. v. ad ſimilitudinem uitæ humanæ inuenit. Muſicæ repertoire Moyſes dicit fuiſſe Tubal, qui fuit de ſtirpe Cain. Græci Pythagoram: alij Mercurium, qui primus tetrachordum inſtituit: alij Linum, uel Zetum, uel Amphionem. Geometriā apud Ægyptum primū dicunt eſſe reperit, cuius author apud Græcos optimus Euclides fuit. Huius artem tranſtulit Boetius: Herato Athenes quoq; ſugaciſſimus in geometria, qui ambitum orbis reperit. Dicunt q̄ Chā filius Noë aſtronomiā primus inuenit. Chaldaei primū aſtrogiam docuerunt ſm natiuitatis obſervationē. Iosephus autem aſſeuerat Abraham primū docuiſſe apud Ægyptios aſtrogiam. Aſtrogiam Ptolomæus rex Ægypti reparauit. Hic etiam canones inſtituit, quibus curſus aſtrogium inuenitur. Aiuñ: qd̄ Nembroth giga tem ſummū fuiſſe aſtrogū, ſub cuius nomine eadē aſtrogia inuenitur. Græci dicunt hanc artem ab Atlante primum excogitatam, pp qd̄ etiam cælum ſuſtinuiſſe fertur. Ethicā inuentione Socrates fuit, de qua uiginti quatuor libros ſm poſitiuam iuſtitiā tradidit. Deinde Plato diſſertio eius libros multos de republica ſm utraq; iuſtitiā naturalem, ſi, & poſitiuam conſcripſit. Deinde Tullius in latino ſermone libros de republica ordinauit. Fronto quoq; philoſophus ſcripſit librum ſtratogematō. i. militaris ſubtilitatis. Mechanica diuerſos habuit authores. Heſiodus Aſcræus primus apud Græcos in deſcribendis rebus ruſticis ſtudiuit. Deinde Democritus: Maggo quoq; Carthaginēſis uigintiſeptem uoluminibus ſtudiū agriculturae conſcripſit: Apud Latinos primus Cato opus de agricultura inſtituit: quod deinde Marcus Terentius Varro expoliuit. Virgilius quoq; Georgicā fecit: Deinde Cornelius, & Iulius Agricola Æmilianus, ſiue Columella inſignis orator, qui rotū corpus diſſertiuam huius complexus eſt. Palladius quoq; de agricultura ſcripſit. Vitruuius autem de ar-

De Autho-ribus artium legas Polydorū Virgilium Alexandrum Sardum, Ioannem Rauifiſium in offici-ſtam Platam.

chitectura. Lanificij usum apud Græcos primam Mineruam monstrasse ferunt. Hanc est primam telam ordinasse, lanasque colorasse, oliuæ quoque & fabricæ inuenticem fuisse credunt, Ab ipsa Dædalus didicit & ipse post eam fabricam fecisse creditur. Apud Aegyptum autem Isis filia Inachi usum ferendi lini reperit, & qualiter inde uestimenta fierent, monstrauit. Similiter lanæ usum ibidem ipsa reperit. In Libya primum usus lanæ exortus est, a templo Ammonis. Ninus rex Assyriorum primus bella mouit. Vulcanum primum fabrum fuisse credunt. Diuina autem historia asserit Tubal. Primus Prometheus ferro circulo lapidem imprimens, usum annuli inuenit, Nauigij usum Pelasgi primi inueniunt. Ceres prima in Græcia apud Eleusum usum frumenti inuenit: Isis in Aegypto. Pilumnus in Italia usum frumenti & farris, & ritum molendi & pinlendi. Tagus in Hispania ritum ferendi. Osiris apud Aegyptum cultum uinearum repetit, Liber apud Indos. Dædalus primus mensam fecit & sellam. Apertius quidam Romanus primus composuit apparatus coquinæ, qui tandem in ea re cõsumptis bonis morte uoluntaria perijt. Medicinæ author apud Græcos Apollo fuit. Hæc filius eius Esculapius laude & opere ampliauit, qui postquam fulmine periit, diu medendi cura intermissa est, lauitque; per annos penè quingentos usque ad tempus Artaxerxis regis. Tunc eam reuocauit in lucem Hippocrates Asclepio patre genitus in insula Cos. Ludi a Lydis initium sumpsisse creduntur, qui ex Asia uenientes, in Hærruria confederunt sub Tyrreno duce, ibique inter ceteros superstitionum suarum ritus, spectacula instituerunt: quæ morem Romani imitati sunt, accersitis inde artificibus, idemque ludi a Lydis uocati sunt. Literæ Hebræorum a Moyse per legem initium sumpsisse creduntur. Chaldæorum & Syrorum per Abraham, Aegyptiorum literas Isis inuenit. Græcorum Phœnices, quas Cadmus a Phœnice in Græciam attulit. Carmentis mater Euandri, quæ proprio nomine Nicostrata uocabatur, latinæ literas reperit. Diuinam historiam primus Moyses scripsit. Apud Gentiles primus Darhes Phrygius Troianam historiam edidit, quam in folijs palmarum ab eo scriptam esse ferunt. Post Darhetem in Græcia Herodotus historicus primus habitus est. Post quem Pherecides iisdem temporibus claruit: quibus Hædras legem scripsit. Fabulas primum inuenisse creditur Alcino Crotonensis. Aegyptus mater est artium, inde in Græciam: deinde in Italiam uenerunt. In ea primum grammatica reperta est tpe Osiris mariti Isis. In ea quoque dialectica primum inuenta est a Parmenide, qui ciuitates & cætos hominum fugiens in rupe confedit non modico tpe, sicque dialecticam excogitauit: unquam rupes Parmenidis appellata est. Plato autem post mortem Socratis magistri sui amore sapientiæ in Aegyptum migravit, ibique perceptis liberalibus disciplinis Athenas rediit: & apud Academiam uillam suam coadunatis disciplinis philosophiæ studijs operam dedit. Hic primus logicam rationalem apud Græcos instituit, quam postea Aristoteles discipulus eius ampliauit, perfecit, & in artem redegit. Marcus Terentius Varro primus dialecticam de græco in

latinum transtulit. Postea Cicero topicam adiecit. Demosthenes Fabri filius apud Græcos rhetoricæ princeps creditur. Tifias apud Latinos. Corax apud Syracusas. Hæc ab Aristotele, & Gorgia, & Hermagora in græco scripta est, translata in latinum a Tullio, Quintiliano, & Titiano.

Quæ artes precipue legenda sint. Cap. III.

His autem omnibus scientijs supra enumeratis septem specialiter decreuerant antiqui in studijs suis ad opus eruditorum, in quibus tantam utilitatem esse præ cæteris omnibus perspexerunt, ut quisquis harum disciplinam firmiter percepisset, ad aliarum notitiam postea inquirendo magis, & exercendo, quæ audiendo perueniret. Sunt enim quasi optima quædam instrumenta, & rudimenta, quibus uia paratur animo ad plenam philosophicæ ueritatis notitiam. Hinc triuium & quadriuum nomen accepit, eo quod ijs quasi quibusdam uis uia uax animus ad secreta philosophiæ introeat. Nemo tunc temporis nomine magistri dignus uidebatur, qui non harum septem scientiam profiteri possit. Pythagoras hanc in studijs suis consuetudinem seruasse legitur, ut usque ad septennium, secundum numerum uidelicet septem artium liberalium, nullus discipulorum suorum de ijs, quæ ab ipso dicebantur, rationem poscere auderet, sed fidem daret uerbis magistri quousque; omnia audiuisset, sicque iam per semetipsum rationem eorum posset inuenire. Has septem quidam tanto studio didicisse leguntur, ut planè ita omnes in memoria tenerent, ut quascunque scripturas deinde ad manum sumpsissent, quascunque rationes soluendas, aut comprobandas proposuissent, ex his regulas & rationes ad definiendum id, de quo ambigeretur, folium librorum non quærerent, sed statim singula corde parata haberent. Hinc profecto accidit eo tpe tot fuisse sapientes, ut plura ipsi scriberent, quam nos legere possimus. Scholastici autem nostri aut nolunt aut nesciunt modum congruum in discendo seruare, & idcirco multos studentes, paucos sapientes inuenimus. Mihi uero uidetur non minori cura prouidendum esse lectori, ne in studijs inutilibus operam suam expendat, quam ne in bono & utili proposito tepidus remaneat. Malum est bonum negligenter agere, peius est in uanum labores multos expendere. Sed quia non omnes hanc discretionem habere possunt, ut intelligant quod sibi expedit, idcirco quæ scripturæ mihi utiliores uideantur, lectori breuiter demonstrabo: ac deinde de modo quoque differendi pauca annectam.

De duobus generibus scripturarum. Cap. IIII.

Duo sunt genera scripturarum. Primum genus est earum, quæ proprie artes appellantur. Secundum est earum, quæ sunt appendentia artium. Artes sunt, quæ philosophiæ supponuntur, id est

id est quæ aliquam certam & determinatam philosophiæ materiam habent, ut est grammatica, dialectica, & cæteræ huiusmodi. Appendentia artium sunt, quæ tantum ad philosophiam spectant, id est quæ in aliqua extra philosophiam materia uersantur, aliquando tamen quædam ab artibus discrepta sparsim & confuse attingunt, uel si simplex narratio est, uiam ad philosophiam præparant. Huiusmodi sunt omnia poetarum carmina, ut sunt tragædiæ, comædiæ, satyræ, heroica quoque, & lyrica, & iambica, & didascalica quædam, fabulæ quoque, & historiæ illorum et scripta, quos nunc philosophos appellare solemus, quæ & breuè materiâ longis uerborum ambagibus extendere cõsueuerunt, & facilem sensum pplexis sermonibus obscurare, uel et diuersa simul cõpilantes, quasi de multis coloribus & formis unam picturam facere. Nota quæ tibi distinxerint duo sunt, Artes & appendentia artium. Sed inter hæc tanta mihi distantiâ esse uidetur, ut ille ait.

Virg. in bucol. *Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ. Punice is humilis quantum saliuuca rosetis.*

Ita ut quicumque ad scientiam pertingere cupit, si relicta ueritate artium reliquis se implicare uoluerit, materiâ laboris nedum plurimam, sed & infinitam sustinebit, & fructum exiguum. Denique partes sine appendentiis suis perfectum lectorem facere possunt, illa sine artibus nihil perfectionis cõferre ualent. Maxime autem cum nihil in se expetendum hiant, unde lectorem inuident, nisi traductum ab artibus, & accõmodatum: neque quicquam in eis gratum, nisi quod artium est. Quæ mihi uidetur, primam opera danda esse artibus, ubi fundamenta sunt omnium, & pura, simplexque; ueritas aperitur, maxime his septem quas prædixi, quæ totius prophetiæ instrumenta sunt. Deinde cætera quæque; si uacat legatur, quæ aliquando plus delectare solent seruis admixta ludicra, & raritas pretiosum facit bonum. Sic in medio fabulæ cursum inuentam sententiam audiendi aliquando retinemus. Verum tamen in septem liberalibus artibus fundamentum est omnis doctrinæ, quæ præ cæteris omnibus ad manum habendæ sunt, ut potè sine quibus nihil solet, aut potest philosophica disciplina explicare, aut definire.

De artium coherentiâ. Cap. V.

Hæc quidem ita sibi coherent, & alternis uicissim rationibus indigent, ut si uel una defuerit, cæteræ philosophiæ facere non possint. Unde mihi errare uidentur, qui non attendentes talem in artibus coherentiâ, quasdam sibi ex ipsis eligunt, & cæteris intactis, his se posse fieri perfectos putant.

Unicuique arti quod suum est, tribuendum esse. Cap. VI.

St rursum alius error non multo minor isto, quem summopere uitare oportet. Sunt enim quædam, quæ licet ex iis, quæ legenda sunt nihil præmittant, nulli tamen artium quæ suum est, tribuere norunt, sed in singulis legunt omnes. In grammatica de syllogismorum ratione disputant: in dialectica inflexiones causales inquireunt, & quædam magis irrisione dignum est, in titulo totum penè legunt librum, & incipit, tertia uix lectione expediunt

Nō alios docent hominibus, sed suam ostentant scienciam. Sed utinam quales mihi, tales omnibus apparent. Attende quæ peruersa sit hæc cõsuetudo: cum profecto quoniam magis superflua aggregaueris, tanto minus ea, quæ utilia sunt, capere possis uel retinere. In qualibet igitur arte duo nobis maxime discernenda sunt & distinguenda. primum, qualiter oporteat in ipsa arte agere: secundum, qualiter oporteat ipsius artis rationes quibuslibet aliis rebus accomodare. Duo sunt, agere de arte, & agere per artem. Verbi gratia. Agere de arte, ut est agere de grammatica. Agere per artem, ut est agere grammaticæ. De grammatica agit, quæ regulas de uocibus datas, & præcepta ad hæc uocem pertinentia tractat: grammaticæ agit omnia, quæ regulariter loquitur uel scribit. Agere igitur de grammatica, quibuslibet tantum modo, ut Prisciano, Donato, Seruio, & similibus, cõuenit. Agere uero grammaticæ, omnibus. Cum igitur de qualibet arte agimus, maxime in docendo, ubi omnia ad cõpendium restringenda sunt, & ad facilem intelligentiam reuocanda, sufficere debet id, de quo agitur, quanto breuius & apertius potest explanare, ne si alienas nimium rationes multiplicauerimus, magis turbemus quam ædificemus lectorem. Nō omnia dicenda sunt, quæ dicere possumus, ne minus utiliter dicantur ea, quæ dicere debemus: id tandem in unaquaque arte quæratur, quæ ad eam specialiter pertinere consistit. Deinde cum legeris artes, & quæ uniuscuiusque sunt, præpriè agnoueris disputando & cõferendo, tunc denum rationes singularum in uicem cõferre licebit, & ex alterna cõsideratione uicissim quæ minime prius intellexeras, inuestigare. Noli multiplicare diuerticula, quoad usque; semitas didiceris, secutus discurre cõ errare non timueris.

Quid sit necessarium studentibus. Cap. VII.

Necessaria sunt necessaria studentibus. Natura, exercitium, disciplina. In natura consideratur, ut facile audita percipiat, & percepta firmiter teneat. In exercitio, ut labore & sedulitate naturalem sensum excolat. In disciplina, ut laudabiliter uiuens, mores cum scientia componat. De his tribus per singula modo introductionis pauca perstringemus.

De ingenio & memoria, quæ duo pertinent ad naturam. Cap. VIII.

Qui doctrinæ operam dant, ingenio simul & memoria pollere debent, quæ duo in omni studio & disciplina ita sibi coherent, ut si desit alterum, neminem alterum ad perfectum ducere possit, sicut nulla potest esse possunt lucra, ubi deest custodia, & incassum receptacula munit, quæ quæ recõdat, non habuerit. Ingenium inuenit, & memoria custodit sapientiâ. Ingenium est uis quædam naturaliter a natura insita per se ualens. Ingenium a natura perficitur, uel iuuatur, immoderato labore retunditur, & temperato acuitur exercitio. Unde satis eleganter a quodam dictum est. Volotadè tibi parca labor est in chartis, curte per aera. Duo sunt, quæ ingenium exercent, lectio & meditatio. Lectio est, cum ex his, quæ scripta sunt, regulis & præceptis informamur. Trimodum est lectionis genus, docetis, discetis, uel per se inspicetis. Dicimus enim. lego librum illi, & lego librum ab illo, & lego librum. In lectione maxime cõsideranda sunt ordo & modus.

hoc frustra laborant?
Agere de Arte & Agere per Artem differunt.
In hoc peccant multi congregantes extra propositum multa.
Quid dicat de Thefauro rerum omnium memoria? inquit Tullius in Or.

Alcma R

Quos modum in

De ordine legendi. Cap. IX.

Cordo consideratur, alius in disciplinis, ut si dixerim grammaticam dialecticam antiquiorem, uel arithmeticam priorem musica. Alius in libris, ut si dixerim Catilinarium Iugurthino priorem.

Alius in narratione, quæ est in continua serie. Alius in dispositione. Ordo in disciplinis attenditur secundum naturam: in libris secundum personam authoris, uel subiectam materiam. In narratione secundum dispositionem, quæ duplex est, naturalis scilicet quædo res eo refertur ordine, quo gesta est: & artificialis, id est, quædo id, quod postea gestum est, prius narratur: & quod prius, postmodum dicitur. In expositione consideratur ordo secundum inquisitionem. Expositio tria continet, literam, sensum, sententiam. Litera est congrua ordinatio dictionum, quam etiã constructionem uocamus. Sensus est facilis quædam & aperta significatio, quam litera prima fronte præfert. Sententia est profundior intelligentia, quæ nisi expositione uel interpretatione non inuenitur. In his ordo est, ut primum litera, deinde sensus, deinde sententia inquiratur: quo facto, perfecta est expositio.

De modo legendi. Cap. X.

Modus legendi in diuidendo constat. Omnis diuisio incipit a finitis, & ad infinita usque progreditur. Omne autem finitum magis notum est, & scientia comprehensibile. Doctrina autem ab his, quæ magis nota sunt, incipit: & per eorum notitiam ad scientiam eorum, quæ latent, pertingit. Præterea ratione inuestigamus, ad quam proprie pertinet diuidere, quando ab uniuersalibus ad particularia descendimus diuidendo, & singulorum naturas inuestigando. Omne namque uniuersale magis est de terminatum suis particularibus. Quando ergo discimus, ab ijs incipere debemus, quæ magis sunt nota, & determinata, & completæ: sic quod paulatim descendendo, & per diuisionem singula distinguendo, eorum, quæ continentur, naturam inuestigare.

De meditatione. Cap. XI.

Meditatio est cogitatio frequens cum consilio, quæ causam & originem, modum & utilitatem uniuscuiusque rei prudenter inuestigat; Meditatio principium sumit a lectione, nullis tamen regulis stringitur aut præceptis lectionis. Delectatur enim quodam aperto decurrere spatio, ubi liberam contemplandæ ueritati aciem affigat, & nunc has, nunc illas rerum causas perstringere, nunc autem profunda quæque penetrare, nihilque anceps, nihilque obscurum relinquere. Principium ergo doctrinæ est in lectione, consummatio in meditatione. Quam si quis familiariter amare didicerit, eique sapius uacare uoluerit, iocundam ualde reddit uitam, & maximam in tribulatione præstat consolationem. Ea, uero, maxima est, quæ animam a terrenorum actuum strepitu segregat, & in

hac uita æternæ quietis dulcedinem quodammodo prægustare facit. Cumque iam per ea, quæ facta sunt, eum, qui fecit omnia, quærere didicerit, & intelligere, tunc animum pariter & scientia erudit, & lætitia perfundit: unde fit, ut maximam sit in meditatione oblectamentum. Tria sunt genera meditationis. Unum constat in circumspectione morum, aliud in scrutatione mandatorum, tertium in inuestigatione diuinorum operum. Mores sunt in uitiis & uirtutibus. Mandatum diuinum, aliud præcipiens, aliud promittens, aliud terrens. Opus Dei est, & quod creat potentia, & quod moderatur sapientia, & quod cooperatur gratia. Quæ omnia quanta sint admiratione digna, tanto magis quisque nouit, quanto attentius Dei mirabilia meditare consueuit.

De memoria. Caput. XII.

De memoria hoc maxime in prænti præmittendum non esse existimo: quod sicut ingenium diuidendo inuestigat & inuenit, ita memoria colligendo custodit. Oportet ergo, ut quod discendo diuisum, commendando memoriæ ea colligamus. Colligere est ea, de quibus prolixius uel scriptum uel disputatum est, ad breuem quandam & compendiosam summam redigere, quæ a maioribus epilogus, id est, breuis recapitulatio supradictorum appellata est. Habet namque omnis tractatio aliquod principium, cui tota rei ueritas, & uis sententiæ innititur, & ad ipsum cuncta alia referuntur: hoc quærere & considerare colligere est. Unus fons est, & multi riuuli qui anfractus fluminum sequeris, tene fontem, & totum habes. Hoc idcirco dico, quoniam memoria hominis hebes est, & breuitate gaudet, & si in multa diuiditur, fit minor in singulis. Debemus ergo in omni doctrina breuem aliquid & certum colligere, quod in arcula memoriæ recondatur, unde postmodum, cum res exigit, aliqua deriuentur. Hoc etiã sæpe replicare, & de uentre memoriæ ad palatum reuocare necesse est, ne longa intermissione obsoleat. Unde rogo te o lector ne nimium læteris, si multa legeris, sed si multa intellexeris, nec tamen intellexeris, sed etiam retinere poteris. Alioqui nec legere multum prodest, nec intelligere. Quare superius me dixisse recolo, eos, qui doctrinæ operam dant, ingenio & memoria indigere.

De disciplina. Cap. XIII.

Sapiens quidam cum de modo & forma discendi interrogaretur. Mens respondit, humilis, studium querendi uita quieta, scrutinium tacitum, paupertas, terra aliena: hæc referre solent nonnulla obscura legenti. Audierat puto, quod dictum est, mores ornant scientiam; & ideo præceptis legendi præcepta quoque uiuendi adiungit, ut & modum uitæ suæ, & studij rationem lector agnoscat. Illi audabilis est scientia, quæ uita maculat impudica. Et idcirco summopere cauendum est ei, qui querit scientiam, ut non negligat disciplinam.

De humilitate. Cap. XIII.

Primipium autem disciplinæ humilitas est, cum multa sint documenta, hæc tria præcipue ad lectorem pertinent. Primum, ut nullam scientiam, nullam

lam scripturam uilem teneat: secundum, ut a nemine discere erubescat: tertium, ut cum scientiam adeptus fuerit, ceteros non contemnat. Multos hoc deceptis, quod ante tempus sapientes uideri uolunt. Hinc namque in quædam elationis tumorem prorumpunt, ut iam & simulare incipiant quod non sunt, & quod sunt erubescere, eoque longius a sapientia recedunt, quod non esse sapientes, sed putari uolunt. Cuiusmodi multos noui, qui cum primis adhuc elementis indigeant, non nisi summis interesse dignantur, & ex hoc solummodo se magis fieri putant, si magnorum & sapientium, uel scripta legerint, uel audierint uerba. Nos, inquit, uidimus illos: nos ab illis legimus. Sæpe nobis loqui solebant. Illi summi, illi famosi, cognouerunt nos. Sed utinam me nemo cognoscat, & ego cuncta nouerim. Platonem uidisse, non intellexisse gloriamini? Puto indignum uobis est deinceps, ut me audiat. Non ego sum Plato, nec Platonem uidere merui, sufficit uobis ipsum, philosophiæ fontem potastis, sed utinam adhuc sit iretis. Rex post aurea pocula de uase bibit testeo. Quid erubescitis? Platonem audistis, audietis & Chrysimmum. In prouerbio dicitur. Quod tu non nosti, fortassis nouit asellus. Nemo est, cui omnia scire datum sit, nec quisquam rursus cui aliquid spiritus a natura accepisse non contigerit. Prudens igitur lector omnes libenter audit, omnia legit, non scripturam, non personam, non doctrinam spernit. Indifferenter ab omnibus, quod sibi deesse uidet, querit: nec quantum sciat, sed quantum ignoret, considerat. Hinc illud Platonem aiunt, Malo aliena uerecunde discere, quam mea impudenter ingerere. Cur discere erubescis, & nescire non uerecundaris? Pudor iste, maior est illo. Aut quid summa affectas, cum tu iaceas in imo? Considera potius, quid uires tuæ ferre ualeant. Aptissime incedit, qui incedit ordinate. Quidam dum magnum saltum facere uolunt, præcipitium incidunt. Noli ergo nimis festinare, hoc modo citius ad sapientiam pertinges. Ab omnibus libenter discere, quod tu nescis, quia humilitas commune tibi facere potest, quod natura cuique proprium fecit, sapientior omnibus eris, si ab omnibus discere uolueris. Qui ab omnibus accipiunt, omnibus ditiores sunt. Nullam denique scientiam uilem teneas, quia omnis scientia bona est. Nullam si uacat scripturam uel saltem legem contemnas, quia si nihil lucraris, nec perdes aliquid, maxime cum nulla scriptura sit secundum meam existimationem, quæ aliquid experendum non proponat, si conuenienti loco & ordine tractetur, quæ non aliquid etiam speciale habeat, quod diligens uerbi scrutator alibi non inuentum, quanto rarius, tanto gratius carpat. Nihil tamen bonum est, quod melius tollit. Si omnia legere non potes, ea, quæ sunt utiliora, lege: etiam si omnia legere potueris, non omnibus tamen idem labor impendendus est, sed quædam ita legenda sunt, ne sint incognita, quædam uero, ne sint inaudita, quia aliquando pluris esse credimus, quod non audiuimus, & facilius existimatur res, cuius fructus agnoscitur. Videre nunc potes quæ necessaria tibi sit hæc humilitas, ut nullam scientiam

Prouerbiū notabile.

Notabilis sententia.

Muili pendas, & ab omnibus libenter discas. Similiter tibi quoque expedit, ut cum tu aliquid sapere cœperis, ceteros non contemnas: hoc autem tumoris uitiū hinc quibusdam accidit, quod suam scientiam nimis di-

ligenter inspicunt, & cum sibi aliquid esse uisi fuerint, alios, quos non nouerunt, tales nec esse, nec potuisse fieri, putant. Hinc etiam ebullit, quod nugigeruli nec quidam nescio unde gloriantes, priores patres simplicitatis arguunt, & secum natam, secum morituram credunt sapientiam. In diuinis eloquiis ita simplicem modum loquendi esse aiunt, ut in eis magister audire non oporteat, posse satis quemque proprio ingenio ueritatis arcana penetrare. Corrugant nasum, & ualgium torquent in lectores diuinitatis, & non intelligunt, quod Deo iniuriam faciunt, cuius uerba pulchro quidem uocabulo simplicia, sed sensu prauo insipida prædicant. Non est mei consilii huiusmodi imitari. Bonus enim lector humilis debet esse & mansuetus, a curis inanibus & uoluptatum illecebris prorsus alienus, diligens & sedulus, ut ab omnibus libenter discat, nunquam de scientia sua præsumat, peruersi dogmatis auctores quasi uenena fugiat, diu rem pertractare antequam iudicet, discat, non uideri doctus, sed esse discat, uel quærat, dicta sapientium intellecta diligit, & ea semper coram oculis quasi speculum uultus sui tenere studeat. Et si qua forte obscuriora intellectum eius non admiserint, non statim in uituperium prorumpat, ut nihil bonum esse credat, nisi quod ipse intelligere potuit. Hæc est humilitas disciplinæ legentium.

De studio quærendi. Cap. XV.

Studium quærendi ad exercitium pertinet, in quo exhortatione magis quam doctrina lector indiget. Qui enim diligenter inspicere uoluerit, quod antiqui propter amorem sapientiæ pertulerint, quam memoranda posteris uirtutis suæ monimenta reliquerint, quamlibet suam diligentiam inferiorem esse uidebit. Alii calcauerunt honores, alii proiecerunt diuitias, alii acceptis iniurijs gaudebant, alij pœnas spreuerunt, alii contubernia hominum deserentes, & intimos recessus, & secreta eremi penetrantes, soli se philosophiæ dedicauerunt, ut eo contemplationi uacarent liberius, quod nullis, quæ uirtutis iter impedire solent, cupiditatibus animum subiecissent. Parmenides philosophus quindecim annis in rupe egyptia confedisse legitur. Et Prometheus ob immodicam meditandi curam in monte Caucaſo uulturi expositus memoratur. Quia enim sciebant uerum bonum in æstimatione hominum, sed in pura conscientia esse absconditum, & eos iam non homines esse, qui rebus perituris inherentes bonum suum non agnoscerent, ideo quantum mente & intelligentia a cæteris different, ipsa locorum distantia demonstrabant, ne una teneret habitatio, quos non eadem sociabat intentio. Quidam philosopho cuidam referere dicent. Nunquid non uides, quod te derident homines: & ille. Ipsi me, inquit, derident, & eos asini. Cogita si potes, quanti æstimauerit laudari ab eis, a quibus nec uituperari timuit. De alio rursum legitur, quod post omnia disciplinarum studia, & artium acumina, ad opus figuli descenderit: & alterius cuiusdam discipuli cum laudibus magistrum suum efferent, inter cætera nec su-

Lutherani sūt ex istis

N

O

P

toriae peritia eum carere gloriati sunt. Hanc igitur diligentiam in nostris lectoribus esse uellem, ut nunquam in eis fenesceret sapientia. Sola Abisag Sunamitis senem Dauid calefecit, quia amor sapientiae etiam marcescente corpore dilectorem sui non deserit. Omnes penè uirtutes corporis mutantur in senibus, & crescente sola sapientia decrescunt cetera. Senectus enim illorum, qui adoloscantiam suam honestis & artibus instruxerint, etate fit doctior, usutrior, processu temporis sapietior, & ueterum studio rum dulcissimum fructus meriti. Vnde & sapiens ille uir Graeciae Themistocles cum repletis centum septem annis se morti cereret, dixisse fertur sese dolere, quod egredereur de uita quando sapere coepisset. Plato octoginta unius annorum scribens mortuus est. Socrates nonaginta nouem annos in docendi scribendique dolore laboreque compleuit. Taceo ceteros philosophos, Pythagoram, Democritum, Xenocratem, Zenonem, & Eleatem, qui iam etate longaeua in sapientiae studijs floruerunt. Ad poetas uenio Homerum, Hesiodum, Simonidem, Thersilochum, qui grades natu cygneum nescio quid, & solito dulcius uicina morte cecinerunt. Sophocles cum post nimiam senectutem, & rei familiaris negligentiam a suis accularetur amentiae: Oedippi fabulam, quam nuper scripserat, recitauit iudici, & tantum sapientiae in etate iam fracta specimen dedit, ut seueritatem tribunalium in fauorem theatri conuerteret. Nec mirum, cum etiam Cato censorius, & Romani generis disertissimus iam tenex graecas literas discere nec erubuerit, nec desperauerit. Certe Homerus refert, quod de lingua Nestoris iam uetuli, & penè decrepiti dulcior melle oratio fluxerit. Animaduerte igitur quantum amauerint sapientiam, quos ne decrepitas ab eius inquisitione potuit reuocare. Iste igitur tantus amor sapientiae, tanta in senibus abundantia congrue etiam ex ipsius supradicti nominis interpretatione colligitur. Interpretatur enim Abisag pater meus superfluum, uel patris mei rugitus, ex quo ostenditur abundantissimum, & ultra humanam uocem in sensibus diuini sermonis tonitruum commorari. Verbum namque superfluum in hoc loco plenitudinem, non redundantiam significat. Porro Sunamitis in lingua nostra coccinea dicitur, quod satis conuenienter feruorem sapientiae significare potest.

factibus

Notabilia Exempla.

rendi contineri. Quod si uerum est, superfluo repetitur, cum in superiori parte annumeratum sit. Sed sciendum est hanc inter haec duo esse differentiam, quod studium quaerendi instantiam significat operis: scrutinium uero diligentiam meditationis. Opus peragunt labor & amor, consilium pariunt cura & uigilia. In labore est ut agas, in amore ut pericias. In cura est ut provideas, in uigilia ut attendas. Isti sunt quatuor pedissequi, qui portant lecticam philologiae, quia mentem exercent, cui sapientia praesidet. Cathedra quippe philologiae sedes est sapientiae, quae his suppositis gestari dicitur, quonia in his se exercendo promouetur. Vnde pulchre iuuenes propter robur a fronte lecticam tenere dicuntur, uidelicet φιλος και κόπος, Philos & Kopos, idest amor & labor, quia foris opus peragunt: a posteriori puellae, uidelicet ἐπιμέλεια και ἀγρυπνία, Epimelia & Agrypnia, quae interpretantur cura seu diligentia & uigilia, quia intus in secreto consilium pariunt. Sunt quidam, qui putant per cathedram philologiae humanum corpus significari, cui anima rationalis praesidet, quod ministri quatuor portant, idest quatuor elementa componunt. De quibus duo superiora idest ignis & aer, actu & nomine masculina sunt. Duo uero inferiora idest terra & aqua, foemina.

De paritate. Cap. XIX.

Paritatem quoque lectoribus suadere uolunt, idest superflua non sectari, quod maxime ad disciplinam spectat. Pinguis enim uenter (ut dicitur) sensum non gignit acutum. Sed quid ad hoc scholastici nostri temporis respondere poterunt, quod non solum in studiis suis frugalitatem sequi contemnant, sed etiam supra id, quod sunt, diuites uideri laborant. Nec iam quid didicerit quisquam iactitat, sed quid expenderit. Sed fortassis suos magistrorum imitari uolunt, de quibus quod digne dicam, non inuenio.

De exilio. Cap. XX.

Rostremo terra aliena posita est, quae & ipsa quoque hominem exercet. Omnis mundus philosophantibus exilium est. Quia tamen, ut ait quidam, Nescio qua natale solum dulcedine cunctos ducit: & immemores non sinit esse sui: magnum uirtutis principium est, ut discat paulatim exercitatus animus uisibilia haec & transitoria primum commutare, ut postmodum possit etiam derelinquere. Delicatus ille est adhuc, cui patria dulcis est. Fortis autem iam, cui omne solum patria est: perfectus uero, cui mundus totus exilium est. Ille mundo amore fixit, iste sparsit, hic extinxit. Ego a puero exulau: & scio quo maerore animus actum aliquando pauperis turgurij fundum deserat, qua libertate postea marmoreos lares, & tecta laqueata despiciat.

Libri quarti Capita.

- De studio diuinarum scripturarum. Cap. I.
- De ordine, & numero librorum. Cap. II.
- De authoribus diuinarum librorum. Cap. III.
- De bibliotheca. Cap. IIII.

Quatuor, quae sequuntur, sic alternatim disposita sunt, ut alterum semper ad disciplinam, alterum ad exercitium spectet.

De quiete. Cap. XVII.


Vitae quies siue interior, ut mens per illicita desideria non discurrat: siue exterior, ut ocium & opportunitas honestis & utilibus studiis suppetat, utraque ad disciplinam pertinet.

De scrutinio. Cap. XVIII.

Scrutinium autem, id est meditatio, ad exercitium spectat. Videtur autem scrutinium sub studio quae

- De interpretibus. Cap. V.
- De authoribus noui testamenti. Cap. VI.
- Quid sit apochriphum. Cap. VII.
- Ratio diuinarum librorum. Cap. VIII.
- De nouo testamento. Cap. IX.
- De canonibus euangeliorum. Cap. X.
- De canonibus conciliorum. Cap. XI.
- Quatuor esse principales synodos. Cap. XII.
- Qui bibliothecas fecerunt. Cap. XIII.
- Quae scripturae sint authenticae. Cap. XIII.
- Quae sint apochriphae scripturae. Cap. XV.
- Etyologiae quorundam ad lectionem pertinentium. Cap. XVI.

De studio diuinarum scripturarum. Cap. I.



Scripturae, quae uel de Deo, uel de bonis inuisibilibus loquuntur, nec oēs, nec solae diuinae appellandae sunt. In libris siquidem Gentilium multa de aeternitate Dei, animarum immortalitate, & de uirtutum praemijs sempiternis, praemijsque malorum, satis probabili ratione scripta inuenimus, quos tali uocabulo indignos esse nemo dubitat. Rursus ueteris & noui testamenti serie percurrētes totam pene de praesentis uitae statu, & rebus in tempore gestis contextam cernimus, raro aliqua de dulcedine aeternorum bonorum, & caelestis uitae gaudijs manifeste deprimi. Tamen has scripturas diuinas appellare fides catholica solet. Philosophorum scripturae, quasi luteus paries dealbatus, nitore eloquij foris pollent. Quae si quando ueritatis praetendunt speciem, falsa admiscendo, quasi quodam colore superducto luti erroris operiunt. Contra, diuina eloquia aptissime fauo comparatur, quae & pro simplicitate sermonis arida apparent, & intus dulcedine plena sunt: unde constat quod merito tale uocabulum sortita sunt, quae sola sic a falsitatis contagione aliena inueniuntur, ut nihil ueritati contrarium continere praebentur. Scripturae diuinae sunt, quas a catholicae fidei cultoribus editas, autoritas uniuersalis ecclesiae ad eiusdem fidei corroborationem in numero diuinarum librorum computandas recepit, & legendas retinuit. Sunt praeterea alia quae plurima opuscula a religiosis uiris & sapientibus diuersis temporibus conscripta, quae licet autoritate uniuersalis ecclesiae probata non sint, tamen quia a fide catholica non discrepant, & nonnulla et utilia docent, inter diuina computantur eloquia, quae fortasse enumerando melius quam definiendo ostenderimus.

Philosophorum scripturae qualis.

Sententia Notabilia

De ordine, & numero librorum. Cap. II.

Mnis diuina scriptura in duobus testamentis continetur, in ueteri uidelicet & nouo. Vtrumque testamentum tribus ordinibus distinguitur. Vetus testamentum continet legem, prophetas, agiographos. Nouum autem euangelium, Apostolos, patres. Primus ordo ueteris testamenti, id est lex, quae Hebraei theorath nominant, peratheuchum habet. id est quinque libros Moysi. In hoc ordine primus est bresith, qui est Ge-

nesis. Secundus hellesmoth, quae est Exodus. Tertius uaietra, qui est Leuiticus. Quartus uaiedaber, qui est Numeri. Quintus adabaiim, qui est Deuteronomius. Secundus ordo est prophetarum, hic continet octo uolumina. Primum Iosue bennun, id est filium Nun, qui & Iosue, & Ies, & Iesunaue nuncupatur. Secundum sophtim, quae est liber iudicum. Tertium Samuel, qui est primus & secundus regum. Quartum Malachim, qui est tertius & quartus regum. Quintum Elaiā. Sextum Hieremiā. Septimum Ezechielem. Octauum thareastra, qui est duodecim prophetarum. Deinde tertius ordo, octo libros habet. Primus est Iob. Secundus Dauid. Tertius Masloth, quod graece parabo a, latine pro uerbia sonat, uidelicet Salomonis. Quartus coelech, qui est Ecclesiastes. Quintus, sira siriim, id est Cantica canticorum. Sextus Daniel. Septimus dabraiamin, qui est Paralipomenon. Octauus Esdras. Nonus Ester. Oēs ergo numero sunt uigintiduo. Sunt praeterea alij quidam libri, ut Sapientia Salomonis, liber Iesai filij Sirach, & liber Iudith, & Tobias, & libri Macabaeorum, qui leguntur quidem, sed non scribuntur in canone. Primus ordo noui testamenti, quatuor habet euangeliorum uolumina. Matthaei, Marci, Lucae, & Ioannis. Secundus similiter quatuor: Epistolas Pauli numero quatuordecim sub uno uolumine contextas, & canonicas epistolas, Apocalypsim, & Actus Apostolorum. In tertio ordine primum habet locum decretalium, quos canones, id est regulas appellamus: deinde sanctorum patrum, & doctorum scripta Hieronymi, Augustini, Gregorij, Ambrosij, Ildou, Origenis, Bedae, & aliorum multorum orthodoxorum, quae tam in finita sunt, ut numerari non possint. Ex quo profecto apparet quantum in fide christianam feruorem habuerunt, pro cuius assertionem tot & tanta opera memoranda posteris reliquerunt. Vnde nostra quoque pigritia arguitur, qui legere non sufficimus, quae dictare illi potuerunt. In his autem ordinibus maxime utriusque apparet euenientia, quae sicut post legem prophetarum, & post prophetas agiographi, ita post euangelium Apostoli, & post Apostolos doctores ordine succederunt. Et mira quadam diuina dispensationis ratione actum est, ut cum in singulis plena & perfecta ueritas consistat, nulla tamen superflua sit. Haec breuiter de ordine, & numero diuinarum librorum perstrinximus, ut quae sibi sit praescripta materia, lector agnoscat.

De authoribus diuinarum librorum. Cap. III.



Vinque libros legis Moyses scripsit. Libri Iosue, id est Iosue, cuius nomine interbitur, author fuisse creditur. Librum iudicum a Samuele editum dicunt. Primam partem libri Samuelis ipse Samuel scripsit: sequentia uero usque ad calcem, Dauid. Malachim Hieremias primum in unum uolumen collegit, nam antea sparsus erat per singulorum regum historias. Esaias, Hieremias, Ezechiel, singuli suos libros fecerunt, qui in scripti sunt nominibus eorum. Liber est duodecim prophetarum, authorum suorum nominibus praenotatur: quorum nomina sunt Osee, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, & Malachias. Qui propterea minores dicuntur, quia sermones eorum breues

Hac oia in Oecono-mijs Bibliorum Ederi locum pletius habes.

D

E

F

G

H

breues sunt, unde & uno uolumine cōprehenduntur. Esaias autem, & Hieremias, & Ezechiel, & Daniel, hi quatuor maiores, sunt singulis suis uoluminibus distincti. Librum Iob alij Moyſen, alij unum ex prophetis, nonnulli ipsum Iob scripsisse credunt. Librum psalmodū Dauid edidit: Esdras autē postea ita ut nūc sunt ordinauit, & titulos addidit. Parabolā autē, & Ecclesiastem, & Cātica cātorū Salomō composuit. Daniel sui libri author fuit: Liber Esdrā authoris sui titulo prānotatur, in cuius textu eiusdem Esdrā Nehemięque sermones pariter continentur. Librū Ester Esdras conscripsit. Liber Sapientię apud Hebræos nusquā est: & ipse stylus grācam magis eloquentiā redolet. Huc quidam Iudæi Philonis esse affirmant. Librum Ecclesiasticum certissime Iesus filius Sirach Hierosolymita, nepos Iesu sacerdotis magni (cuius meminit Zacharias) composuit. Hic apud Hebræos reperitur, sed iter apocriphos habetur. Iudith uero, & Tobias, & libri Machabæorum, quorum (ut testatur Hieronymus) secundus magis grācus esse probatur, quibus authoribus scripti sint minime constat.

De bibliotheca. Cap. IIII.

Bibliotheca de græco nomen accepit, eo quod ibi libri recondantur. Nam bibliotheca librorum, theca repositorium interpretatur. Bibliothecam ueteris testamenti Esdras scriba post incensam legem a Chaldeis, dū Iudæi regressi sunt in Hierusalem, diuino afflatus spiritu reparauit, cunctaq; legis ac prophetarum uolumina quę fuerāt a Gentibus corrupta, correxit: totūq; uetus testū in uiginti duos libros constituit, ut tot libri essent in lege, quot habebantur & literę. Porro quinque literę duplices apud Hebræos sunt, caph, mem, num, phe, lade. Aliter. n. per has scribunt principia medietateque uerborū, aliter fines. Vnde & quinque libri a plerisq; duplices existimantur. Samuel, Malachim, Dabreiamin, Esdras, Hieremias cum cynoth. id est lamentationibus eius.

De interpretibus. Cap. V.

Interpretes ueteris testamenti, Primū septuaginta, quos Ptolemęus cognomento Philadelphus rex Ægypti oīs literaturę sagacissimus, cum Pisistratum Atheniensium tyrannū, qui primus apud Græcos bibliothecam instituit, & Seleucū, Nicanorem, & Alexandrum, & ceteros priores, qui sapientię operam dederant, in studio bibliothecarum æmularerent, nō solū Gentiliū scripturas, sed et diuinas literas in suā bibliothecā conferens, ita ut septuaginta millia librorū in tpe eius Alexandria inuenirentur, ab Eleazaro Pōtifice petens scripturas ueteris testamenti in grācam uocem ex hebræa lingua interpretari fecit. Sed singuli in singulis cellis separati, ita omnia per spiritū sanctū interpretati sunt, ut nihil in alicuius eorum codice inuentum esset, qđ in cæteris uel in uerborum ordine discreparet, pp qđ una est eorum interpretatio: sed Hieronymus dicit huic rei nō esse adhibendā fidē.

Secundā, & tertiam, & quartā faciunt Aquila, Symmachus, & Theodocion: quorū primus. i. Aquila Iudæus fuit. Symmachus uero, & Theodocion Ebionitæ hæretici. Obtinuit tñ usus, ut post septuaginta interpretes, ecclesię Græcorū eorū reciperent exemplaria, & legerēt. Quinta est uulgaris, cuius author ignoratur: unde specialiter sibi uendicauit, ut quinta appellaretur. Sexta & septima est Origenis, cuius codices Eusebius, & Pamphilus uulgauerūt. Octaua est Hieronymi quę merito ceteris antefertur, nam & uerborū tenacior est, & pspicuitate snæ clarior.

De authoribus noui testamenti. Cap. VI.

Lures euangelia scripserunt, sed quidā sine Spiritu sancto magis conati sunt ordinare narrationem, q̄ historię texere ueritatem. Vnde sancti patres per Spiritum sanctum docti quatuor tñ in autoritatē receperunt, ceteris reprobatis. i. Matthæi, Marci, Lucę, & Ioannis, ad similitudinem quatuor fluminum paradisi, & quatuor uectium arcę, & quatuor animalium in Ezechiele. Primus Matthæus euangeliū suū scripsit hebraice. Secundus Marcus græce. Tertius Lucas inter omnes euangelistas græci sermonis eruditissimus, quippe ut medicus, in Græcia euangelium scripsit Theophilo epō, ad quē et Actus Apostolorum idē scripsit. Quartus & ultimus Ioannes euangeliū scripsit. Paulus quatuordecim scripsit epistolas, decē ad ecclesias, quatuor ad personas. Vitimā autē ad Hebræos pleriq; dicunt nō esse Pauli: eandemq; alii Barnabam scripsisse: alii Clemētem suspicantur. Canonice epistolę septē sunt, una Iacobi, duę Petri, tres Ioannis, una Iudæ. Apocalypsim scripsit Ioannes Apostolus in Pathmos insulam exilio relegatus.

Cetera esse apocripha, & quid sit apocriphum.

Cap. VII.

His sunt scriptores sacrorum librorū, qui per Spm sanctū loquentes ad eruditionem nostri pręcepta uiuendi, regulęq; conscripserunt. Pręter hæc, alia uolumina apocripha nuncupantur. Apocripha autē dicta. i. secreta, quia in dubiū ueniunt. Est enim eorum occulta origo, nec patet patribus, a quib; usque ad nos autoritas ueraciū scripturarū certissima & notissima successione peruenit. In his apocriphis & si inuenitur aliqua ueritas, tñ propter multa falsa nulla est in eis canonica autoritas, quę recte iudicantur non esse eorū credenda, quibus ascribuntur. Nam multa & sub nominibus prophetarum, & recentiora sub noibus Apostolorū ab hæreticis pferuntur, q̄ oīa nomine apocriphorū ab autoritate canonica diligenti examinatione remota sunt.

Ratio diuinorum librorum. Cap. VIII.

Pentateuchū a quinque uoluminibus dicitur. Pentateuchus n. grece quinque, theucos uolumen uocatur. Genesis eo dicitur qđ gnatio seculi in eo continetur. Exodus ab exitu filiorū Israel de Ægypto. Leuiticus, eo qđ leuitarū ministeria, & diuersitate uictimarum exequi-

exequitur. Numerorū liber uocatur, eo quod in eo egressa de Ægypto tribus enumerantur, & quadraginta duę per eum māsiones. Deuterus, uerbū græcū est trisyllabū, & interpretatur secundus, nomos interpretatur lex. Inde dictus est Deuteronomius, quasi secunda lex: quia in eo replicantur ea, q̄ in pcedentibus trib; diffusius dicta sunt. In libro Iosue, quem Hebræi Iosue bennum dicunt, terra promissionis populo diuiditur. Liber Iudicum dictus est a principibus, qui iudicabant populum Israel, anteq; reges essent in eodem populo. Huic quidam cōpingunt historiā Ruth sub uno uolumine. Liber Samuel dictus est, quia natiuitatem eius, & sacerdotiū, & gesta describit. Qui licet et historiā Saul, & Dauid contineat: utriq; tñ ad Samuelē referuntur, quia unxit utriq; Malach hebraice, Latine regū interpretatur, unde dictus est Malachim, pro eo qđ reges Iudæ, & Israelitę gentis, gesta; eorum per ordinem digerat. Esaias euangelista potiusquā propheta edidit librū suum, cuius oē contextum eloquentiā pla incedit. Canticum uero hexametro & pentametro uersu discurrit. Hieremias similiter librum suum cum threnis, quos lamenta uocamus, eo qđ in tristioribus rebus, funebribusq; adhibeatur, in quibus quadruplex diuerso metro cōposuit alphaberū, quorū duo prima quasi sapphico metro scripta sunt, quia tres uersiculos, q̄ sibi nexi sunt, & ab una tñ litera incipiūt, heroicū cōma cō. Iudith. Tertium alphabetum trimetro scriptum est, & a ternis literis idem terni uersus incipiunt. Quartum alphabetum simile primo & secundo habetur. Ezechiel principium & finem obscuriora habet. Vnum est uolumen duodecim prophetarū. Principia & fines libri Iob apud Hebræos prosa oratione cōtexta sunt. Media autem ipsius ab eo loco, quo ait: pereat dies, in qua natus sum: usque ad eum locum, ubi ait: accirco ipse me reprehendo, & ago pniām: oīa heroico metro discurrunt. Psalmorum liber græce psalterium, hebraice nabla, latine organum dicitur. Ideo autem uocatur psalteriū, qđ uno propheta canente ad psalterium chorus sonando rñderit. Hunc librum, quinque incisionibus, & uno psalmodii uolumine comprehendunt. Psalmos Dauid composuit, sed Esdras postea ordinauit. Oēs autem psalmi, & lamentationes Hieremię, & oīa ferme scripturarum cantica, apud Hebræos metricē cōposita sunt, ut testantur Hieronymus, Origenes, Iosephus, Eusebius, Cæsariensis. Nam in morem Quinti Flacci latini, & Pindari græci, nunc alii iambo currunt, nunc sapphico nitent, trimetro uel tetrametro incedentes. Tribus noibus uocatur esse Salomonē scriptura manifestissime docet: Idida. i. dilectum Domini, quia eum dilexit Dñs: Goeleth. i. ecclesiasten: Ecclesiastes autē Græco sermone appellatur, qui ceterum. i. ecclesiā congregat: quem nos nuncupare possumus concionatorem, qui loquitur non ad unum specialiter, sed ad totam concionem populi. Porro Pacificus uocatus est, eo qđ in regno eius pax fuerit. Is itaq; iuxta numerum uocabulorum tria edidit uolumina, primum, quod hebraice masloth, græce parabola, latine prouerbia inscribitur, eo qđ in ipso sub comparatiua similitudine figurarum uerborum, & imagines ueritatis ostenderit. Quę uidelicet parabola

in fine ab eo loco, in quo ait: Mulierem fortē qđ inueniet, alphabeto textuntur, sicut lamentationes Hieremię, & cetera quædā scripturę cantica. Secundum, qđ hebraice coeleth, græce ecclesiastes, latine concionator dicitur, eo qđ sermo eius nō specialiter ad unum, sicut in prouerbiis, sed ad uniuersos gnaliter, quasi ad totam concionem & ecclesiam dirigatur. Tertium sira sirim. i. cantica canticorum, qđ est quasi epithalamium. i. carmen nuptiale Christi & ecclesię. In prouerbijs pauulum docet, & quasi in officijs per sententias erudit, unde & ad filium ei crebro sermo repetitur. In ecclesiaste uero maturæ uirum ætatis instituit, ne quicq; in mundi rebus putet esse perpetuum, sed caduca & breuia uniuersa, quę cernimus. Ad extremum iam cōsummatum uirum, & calcato seculo præparatum in cātico cāticorum sponi iungit amplexibus. Haud proculdubio ab hoc ordine doctrinarum & philosophi suos sectatores erudiunt, ut primum Ethicā doceant, deinde Physicā interpretentur, & quę in his profecisse perspexerint, ad theologiā usque perducant. Daniel apud Hebræos non inter prophetas, sed inter agiographos habetur. Hunc fm septuaginta interpretes catholica ecclesia non legit, eo quod multum a ueritate discorder. Daniel maxime, & Esdras propheta, & una pars Hieremię, hebraicis quidem literis, sed chaldaico sermone conscripti sunt. Iob quoq; cum Arabica lingua plurimā habet societatem. Daniel apud Hebræos nec Susannæ habet historiā, nec hymnum trium puerorum, nec Beli, draconisq; fabulas. Paralipomenon græce dicitur, quod nos prætermissorum uel reliquorum dicere possumus: quia ea, quę in lege, uel regū libris uel omiſsa, uel non plene relata sunt, in isto summam ac breuiter replicantur. Hic hebraice dicitur dabreiamin, quod interpretatur uerba dierum, quod significantius Chronicon totius diuinę historię possumus appellare. Liber Esdrę quartus est, in quo eiusdem Esdrę, Nehemięq; sermones sub uno uolumine continentur. Secundus, tertius, & quartus apocriphi sunt. Liber, qui Sapientia Salomonis inscribitur, ideo sapientia uocatur, quia in eo Christi aduentus (qđ est sapientia patris) & passio euidenter exprimitur. Liber Iesu filii Sirach ideo ecclesiasticus dicitur, qđ de totius ecclesię disciplina religioſe conuersationis, magna cura & rōne sit editus. De his duobus Hieronymus sic dicit. Fertur parantos Iesu filii Sirach liber, & alius pseudographus, qđ sapientia Salomonis inscribitur, quorum primorem hebraicum reperi, non ecclesiasticum apud nos, sed parabolas prænatum. Cui iuncti erant ecclesiastes & cantica canticorum, ut similitudinem Salomonis non solum librorum numero, sed etiā materiarum genere cōpararent. Secundus apud Hebræos nusq; est, quia & ipse stylus grācam eloquentiam redolet. Et nonnulli scriptorum ueterum hunc esse Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Tobias, & Machabæorū libro legit quidem ecclesia, sed inter canonicas eos scripturas nō recipit, sic & hæc duo uolumina legat ad ædificationem plæbis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandā. Quomodo ergo uiginti duo elementa sunt, per qđ hebraice scribimus omne, quod loquimur, & eorum

I
De his uide etiam Isidorum in lib. Ethimol.

O
Hac oīa passim et apud Isidorum in li. Ethimol. reperitur.

ram in itijs uox humana comprehenditur, ita uiginti duo uolumina supputantur, quibus quasi literis & exordijs in Dei doctrina tenera adhuc & lactes uiri iusti eruditur infantia. Quidam historiam Ruth, & lamentationes Hieremias seorsum per se inter agiographa computantes, & hos duos precedentibus uiginti duobus addentes, uiginti quatuor ueteris legis libros numerant, figura & numero uiginti quatuor seniorum, qui in Apocalypsi agnum adorant.

De nouo testamento. Cap. IX.

X
Quid nomen legis, et quod Euangelij sibi usurpet.

Sicut omnis scriptura ueteris testamini appellari potest, specialiter tamen libri Moysi quinque, lex dicuntur: ita generaliter totum nouum testamini euangelium dici potest, sed tamen specialiter ista quatuor uolumina, Matthaei, I. Marci, Lucae, atque Ioannis, in quibus facta & dicta Saluatoris plane explicantur, nuncupari meruerunt. Euangelium interpretatur bonum nuntium, quia aeterna bona promittit: non terrenam felicitatem, ut uetus testamini secundum litteram intellectum.

De canonibus euangeliorum. Cap. X.

Anones euangeliorum Ammonius Alexandriensis primus excogitauit, postea Eusebius Caesariensis sequutus plenius composuit: qui id factum est, ut per eos inuenire, & scire possimus, qui reliquorum euangelistarum similia aut propria dixerunt. Sunt autem numero decem, quorum primus continet numeros, in quibus quatuor eadem dixerunt: Matthaeus, Marcus, Lucas, Ioannes. Secundus in quibus tres, Matthaeus, Marcus, Lucas. Tertius in quibus tres, Matthaeus, Lucas, Ioannes. Quartus in quibus tres, Matthaeus, Marcus, Ioannes. Quintus in quibus duo, Marcus, Lucas. Sextus in quibus duo, Matthaeus, Marcus. Septimus in quibus duo, Matthaeus, Ioannes. Octauus in quibus duo, Lucas, Marcus. Nonus in quibus duo, Lucas, Ioannes. Decimus in quibus singuli eorum propria quaedam dixerunt, quorum expositio haec est. Per singulos enim euangelistas numerus quidam capitulis affixus adiacet, quibus numeris subdita est area quaedam in imo notata, quae indicat in quo canone positus sit numerus, cui subiecta est area. Verbi gratia. Si est area prima in primo canone. Si secunda in secundo, si tertia, in tertio, & sic per ordinem usque ad decimum peruenies. Si igitur aperto quolibet euangelio placuerit scire, quae reliquorum euangelistarum similia dixerint, assumes adiacentem numerum capituli, & requires ipsum numerum in suo canone quem indicat, & ibi inuenies qui & quod dixerint, & ita demum in corpore inquisita loca, quae ex ipsis numeris indicantur per singula euangelia de eisdem dixisse inuenies.

De canonibus conciliorum. Cap. XI.

Non autem graece, latine regula interpretatur. Regula autem dicta, quae recte ducit, nec aliquid aliorum trahit. Alij dixerunt regulam dictam, uel quae regat, uel quae normam recte uiuendi praebet, uel quae distortum prauum corrigat. Canones autem generalium, conciliorum, a temporibus Constantini coeperunt. In precedentibus namque annis persecutione feruente docendarum plebium mi-

nime dabatur facultas: inde Christianitas in diuersas scissas haereses est, quia non erat comestus episcopi in unum conueniendi nisi temporibus supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregandi. Sub hoc est sancti patris in concilio Niceno de ordine terrarum conuenientes, iuxta fidem euangelicam & apostolicam, secundum, post Apostolos, symbolum tradiderunt.

Quatuor esse principales synodos. Cap. XII.

Inter caetera autem concilia quatuor sunt uenerabiles synodi, quae totam principaliter fidem complectuntur quasi euangelia, uel totidem paradisi flumina. Harum prima Nicena synodus trecentorum decem et octo episcoporum. Constantino Augusto imperatore peracta est, in qua Arrianae perfidiae condennata blasphemiam, quam de inaequalitate sanctae Trinitatis idem Arius assererat: consubstantiali Deo patri Deum filium eadem sancta synodus per symbolum definiuit. Secunda synodus centum quinquaginta patrum Theodosio seniore Constantinopolim congregata est, quae Macedonium spiritum sanctum negantem Deum esse condennans, consubstantiali patri & filio spiritum sanctum demonstrauit, duas symboli formam, quam tota Graecorum & Latinorum confessio in ecclesijs predicat. Tertia synodus Ephesina prima ducentorum episcoporum sub iuniorum Theodosio Augusto edita est, quae Nestorium duas personas in Christo asserentem iusto anathemate condennauit, ostendens in duabus naturis unam Domini nostri Iesu Christi personam. Quarta synodus Chalcedonensis, sexcentorum & triginta sacerdotum, sub Marciano principe habitata est, in qua Eutychem Constantinopolitanum abbatem, uerbi Dei, & carnis unam naturam pronuntiantem, & eius defensionem Dioscorum quendam Alexandrinum episcopum, & ipsum rursus Nestorium cum reliquis haereticis, una patrum sententiam dannaui, predicans eadem synodus Christum Deum sic natum de uirgine, ut in eo substantia & diuina & humana consistatur natura. Haec sunt quatuor principales synodi, fidei doctrinam plenissime predicantes. Sed & si qua sunt concilia, quae sancti patres spiritu Dei pleni saeuerunt, post istarum quatuor auctoritatem omnino manent stabilita uigore, quorum gesta in hoc opere continentur condita. Synodum autem ex graeco interpretari comitatum uel coetum. Concilium uero nomen tractum ex more Romano. Tempore enim quo causae agebantur, conueniebant omnes in unum, concilioque intentione tractabant. Unde & concilium a consilio intentione dictum, quasi consilium. Nam cilia oculorum sunt integumenta. Unde & consilium consilium dicitur in littera trahente. Ceterum uero conuentus est, uel congregatio a coeundo. id est conueniendo in unum. Unde & conuentus est nuncupatus, sicut conuentus uetus concilium, a societate multorum in unum. Epistola graece missa interpretatur latine. Epistola canonica. id est regulae, quae et dicuntur catholicae. id est uniuersales, quia non uni tantum populo, uel ciuitati, sed uniuersis gentibus generaliter scriptae sunt. Actus Apostolorum primordia fidei christianae in gentibus, & nascentis ecclesiae historia digerunt, & Apostolorum gesta narrat: unum est actus Apostolorum uocatur. Apocalypsis ex graeco in latinum reuelatio interpretatur: iuxta quod Ioannes dicit. Apocalypsis Iesu Christi, quam de-

dedit illis Deus palam facere seruo suo Ioanni.

Qui bibliothecas fecerunt. Cap. XIII.

D
Ampliora ex officio Te-storis percipies.

A pud nos Pamphilus martyr, cuius uitam Eusebius Caesariensis conscripsit, Pistratum in sacrae bibliothecae studio ad aequum contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope triginta millia uoluminum habuit. Hieronymus quoque, atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe quarentes ordine persecuti sunt, eorumque studia in uno uoluminis indiculo comprehenderunt.

Quae scripturae sint authenticae. Cap. XIII.

De nostris apud Graecos, Origenes in scripturarum labore tam Graecos quam Latinos operum suorum numero superauit. Denique Hieronymus sex millia librorum eius se legisse fatetur. Horum tamen omnium studia Augustinus ingenio uel scia sua uicit. Nam tanta scriptis, ut diebus ac noctibus non solum scribere libros eius quisquam, sed ne legere quidem accurate ualeat. Scripsit & alii catholici uiri multi, & insignia opera: Athanasius Alexandrinus episcopus, Hilarius Pictauesis episcopus, Basilius Capadocenus episcopus, Gregorius theologus, & Gregorius Nazanzenus episcopus, Ambrosius Mediolanensis episcopus, Theophilus Alexandrinus episcopus, Ioannes Constantinopolitanus episcopus, Cirillus Alexandrinus episcopus, Leo papa, Proculus, Isidorus Hispalensis, Beda, Cyprianus martyr & Charthagenensis episcopus, Hieronymus presbyter, Origenes, cuius scripta nec omnino refutat, nec per omnia recipit ecclesia, Orosius, Sedulius, Prudentius, Iuuenius, Arator, & Ruphinus, qui multos libros edidit, & interpretatus est quasdam scripturas. Sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrii libertate notauit, illa sentire debemus, quae & Hieronymus. Gelasius etiam fecit quinque libros aduersus Nestorium & Eutychem, & tractatus in modum Ambrosii. Item libros duos aduersus Arrium. Fecit etiam sacramentorum praefata, & orationes, & epistolas fidei. Dionysius Auiopagita, episcopus ordinatus Corinthiorum multa ingenii sui uolumina reliquit. Item chronica Eusebij Caesariensis, atque eiusdem historiae ecclesiasticae libri, quamuis in primo narrationis suae libro tetuerit, & post in laudibus, atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum, propter rerum tamen singularem notitiam, quae ad instructionem pertinet, non usquequaque ecclesia refutat. Cassiodorus quoque, qui in explanatione Psalmodum satis utile opus conscripsit. Sunt adhuc & alii multi, quorum nomina hic taceo.

Quae sint apocryphae scripturae. Cap. XV.

Tinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis, libri octo apocryphi: Actus Andreae Apostoli apocryphus. Actus nomine Thomae Apocryphus. Euangelia nomine Barnabae Apostoli apocrypha. Euangelia nomine Thomae Apo-

li apocrypha. Euangelia nomine Andreae Apostoli apocrypha. Euangelia, quae falsauit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quae falsauit Titius apocrypha. Liber de infantia Saluatoris apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de sancta Maria, uel de obstertrice eius apocryphus. Liber, qui appellatur pastoris, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Leuitus discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur thesaurus, apocryphus. Liber, qui est de filiabus Adae uel Genesim, apocryphus. Centimetrum de Christo Virgilianis compaginatum uersibus apocryphus. Liber, qui appellatur actus Teclae & Pauli apocryphus. Liber qui appellatur nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum ab haereticis conscriptus, & sancti Sixti nomine signatus apocryphus. Reuelatio, quae appellatur Pauli, apocrypha. Reuelatio quae appellatur Thomae apostoli, apocrypha. Reuelatio, quae appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur transitus sanctae Mariae, apocryphus. Liber qui appellatur penitentia Adam apocryphus. Liber Diogiae nomine gigantis, qui post diluuium cum dracone ab haereticis pugnasse prohibetur, apocryphus. Liber qui appellatur testamentum Iob, apocryphus. Liber qui appellatur testamentum Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur penitentia Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur Ianne, & Mambre, apocryphus. Liber, qui appellatur fors Apostolorum, apocryphus. Liber Lusae apocryphus. Liber canonum Apostolorum apocryphus. Liber phisilogus ab haereticis conscriptus, & beati Ambrosii nomine signatus apocryphus. Historia Eusebij Paphili apocrypha. Opuscula Tertulliani, siue Africani apocrypha. Opuscula Posthumani, & Galli apocrypha. Opuscula Montani, & Priscillae, & Maximillae apocrypha. Omnia opuscula Faustii Manichei apocrypha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini apocrypha. Opuscula Cassiani presbyteri Galliarum apocrypha. Opuscula Victorini Pictauesis apocrypha. Opuscula Faustii Reginensis apocrypha. Opuscula Frumentii apocrypha. Epistola Iesu ad Abagarum apocrypha. Passio Ciriaci, & Iulitae apocrypha. Passio Georgij apocrypha. Scripta, quae appellantur Salomonis contradictio, apocrypha. Philacteria omnia, quae non ab angelo, ut illi fingunt, sed magis a demone conscripta sunt, apocrypha. Haec, & his similia, quae Simon Magus, Nicolaus, Cherintus, Marcio, Basilides, Chio, Paulus etiam Samosatenus, Phorinus, & Bonosus, qui simili errore defecerunt. Montanus quoque cum suis obscenissimis sequacibus. Apollinaris, Valentinus, Manichaeus, Faustus, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Fabatus, Calixtus, Donatus, & Eustathius, Nibianus, Pelagius, Iulianus, & Laciensis, Coelestinus, Maximianus, Priscillianus ab Hispania, Lapedius, Dioscorus, Euticius, Petrus, & alter Petrus, & quibus unus Alexandriam, alter Antiochiam maculauit. Achatius Constantinopolitanus cum consortibus suis, nec non & omnes haereses, quas ipsi, eorumque discipuli, siue schismatici docuerunt, uel scripserunt, quorum nomina minime retinemus, non solum repudiata, uerum etiam ab omni catholica, & Romana ecclesia eliminata, atque cum suis authoribus, authorumque sequacibus sub anathematis indissolubili uinculo in aeternum consistemus esse damnata.

Quadam etymologia dictionum adlectionem pertinentium. Cap. XVI.

De triplici intelligentia. Cap. II.

Q uod ex multorum librorum est, liber uolaminis, & dictus codex per translationem a codicibus arborum seu uitiu; quasi caudex, quod in se multitudinem librorum quasi ramorum contineat. Volumen est a uolendo. Liber est interior cortex arboris, in quo antiq ante usum chartae uel membranarum scribere solebant. Vnde & scriptores librarios uocabant, unde dictus est liber uolumen. Scheda, cuius diminutiuu est schedula, graecum nomen est. Et est scheda, proprie, q adhuc emendatur, & necdum in libros redactum est. Chartarum usus primu apud Memphis ciuitate Aegypti inuentus est. Dicta aut charta, q carptim papiri tegmen decerptu glutinatur, & sic charta conficitur, cuius gna plura sunt. Pergamenum dicitur a Pergamio, ubi inuentu est. Dicuntur et membranae, quia ex membris pecudu detrahuntur. Fiebant aut membranarum primu luthari coloris, postea Romae candidae membranarum reperitae sunt. Homilia est quasi sermo popularis, sicut ubi uerbu fit ad populu. Tractatus est unius rei multiplex expositio. Dialectus est collatio duoru uel pluriu. Latini sermonem dicunt. Sermo aut dictus, qa feritur inter utruq; Comentarum dicta quasi cum mente, uel a cominiscor, sunt em interpretaciones, ut comentaria iuris uel euangelij. Dicunt qda comenta appellada Gentiliu libroru, expositiones aut diuinoru. Glossa graecum est, & interpretatur lingua, qa quodammodo loquitur significatione subiectae dictionis. Hanc philosophi aduerbium dicunt, qa uocem illa, de cuius re qritur, uno & singulari uerbo designa. uerbi gra, ut coticescere est tacere

aduerbium.

Libri quinti Capita.

- De quibusdam sacra scripturae proprietatibus. praeuentionio. Cap. I.
- De triplici intelligentia. Cap. II.
- Quod res etiam significant in diuina scriptura. Ca. III.
- De septem regulis. Cap. IIII.
- Quid studium impediatur. Cap. V.
- Quis sit fructus diuinae lectionis. Cap. VI.
- Quomodo legenda sit scriptura diuina ad correctionem morum. Cap. VII.
- Lectionem esse incipientium, opus perfectorum: & quid monacho competat. Cap. VIII.
- De quinque gradibus, quibus exercetur uita iustoru. C. IX.
- De tribus generibus legentium, seu lectorum. Cap. X.

De quibusdam sacrae scripturae proprietatibus praeuentionio. Cap. I.

Non debet onerosum esse studio lectori, q ta uarie, multipliciterq; numerum, & ordinem, & uocabula diuinorum librorum tractamus, qa saepe accidit, ut hec minima ignota, magnarum rerum & utiliu notitiam obscurant. Quapropter tenet se expediat lector, ut his, quasi quibusda elanfulis, prima fronte referatis, libero gressu possit deinde propositum iter currere, ne in singulis libris noua rudimenta querere oporteat. His ergo expeditis, deinceps cetera, q ad propositu opus ualere uidebantur, tractabim;

Primo omnium intelligendum est, q diuina scriptura triplicem habet modum intelligendi, id est historiam, allegoriam, tropologiam. Sanè non omnia, q in diuino reperiuntur eloquio, ad hanc triplicem inuoluenda sunt interpretatione, ut singula historia, allegoria, & tropologia simul continere credantur. Quod etsi in multis congrue assignari possit, ubiq; tamen obseruare aut difficile est, aut impossibile. Sicut enim in citharis, & huiusmodi organis musicis non quidem omnia, quae tanguntur canorum aliquid resonant, sed tantu chordae, caetera tamen in toto citharae corpore io facta sunt, ut essent ubi conecereantur, & quo tenderentur illa, quae ad cantilenae suauitatem modularurus est artifex: ita in diuinis eloquiis quaedam posita sunt, quae tm spiritaliter intelligi uolunt, quaedam uero moru grauitati deseruiunt, quaedam etiam fm simplicem sensum historiae dicta sunt, nonnulla aut, quae & historice & allegorice, & tropologice couenienter exponi possunt. Vnde mo mirabili ois diuina scriptura ita per Dei sapientia conuenienter suis partibus aprata atque disposita est, ut quicquid in ea cotinetur, aut uice chordarum spiritalis intelligentiae suauitatem psoner, aut per historiae seriem, & literae soliditatem mysterioru dicta sparsim posita continens, & quasi in unu connectens ad modum ligni cocauit super extensas chordas simul copuler, earumq; sonu recipies in se, dulciorem auribus referat, quem non solum chorda edidit, sed & lignu modulo corporis sui formauit: Sic & mel in fauo gratis. Et quicquid maiori exercitio qritur, maiori etiam desiderio inuenitur. Oportet ergo tractare sic diuinam scripturam, ut nec ubiq; historia, nec ubiq; allegoria, nec ubiq; queramus tropologiam, sed singula in suis locis, prout ro postulat, competenter assignare. Saepè tamen in una eadeque litera omnia reperiri possunt, sic ut historiae ueritas, & mysticum aliquid per allegoria insinuet, & quid agendum sit, pariter per tropologia demostret.

Pulchra similitudo

Quo praeuentionio scribenda scriptura, in suis sensibus requirendii.

Sciendum est etiam, q in diuino eloquio non tm uerba, sed etiam res significare habent, qui modus non adeo in alijs scripturis inueniri solet. Philosophus solam uocum nouit significationem, sed excellentior ualde est reru significatio, q uoce: quia hanc usus instituit, illam natura dictauit. Haec hominum uox est, illa uox Dei ad homines. Haec prolata perit, illa creata subsistit. Vox tenuis est nota sensu; res diuinae rationis est simulacrum. Quod ergo sonus oris, qui simul subsistere incipit & desinit, ad rationem mentis est: hoc omne spatium temporis ad aeternitatem. Ratio mentis intrinsecum uerbum est, quod sono uocis, id est uerbo extrinsecum manifestatur: & diuina sapientia, qua de corde suo pater eructauit in se inuisibilis per creaturas, & i creaturis agnoscitur. Ex quo nimirum colligitur, q profunda in sacris literis requirenda sit intelligentia, ubi per uocem ad intellectum, per intellectum ad rem, per rem ad rationem, per rationem uenitur ad ueritatem. Qd du quidam minus docti non considerant, nulli in eis esse subtilitate existimant, ubi exerceri possint ingenia: & ob hoc ad Apostoloru scripturas se transferunt, quia profecto nihil aliud

ibi

ibi concipiunt, nisi sola literae superficie, uirtute ueritatis ignorantes. Quod aut rerum significatione sacra urantur eloquia, breui quoda & aperto exemplo demostrebimus, dicit scriptura. Vigilate, qa aduersarius uester diabolus tanq leo rugiens circuit. Hic si dixerimus, leone significare diabolum: non uocem, sed rem intelligere debemus. Si. n. duae haec uoces id est diabolus & leo, unam eandem rem significat, incopetens est similitudo eiusde rei ad seipsum. Restat ergo, ut haec uox, leo, animal ipsum significet, animal uero diabolum designet; & caetera oia ad hunc modu accipienda sunt, ut cu dicimus uermem, uitulū, lapidem, serpetem, & alia hmoi, Christu significare.

1. Pet. 5.

De septem regulis. Cap. IIII.

Prima regula. Illud quoq; diligenter attendendum est, q septem esse inter caeteras regulas locutionu sanctaru scripturarū, quidam sapientes dixerunt. Prima regula est de Dno & eius corpore, quae de uno ad unu loquitur, atq; in una persona mo caput, modo corpus ostendit: sicut Esaias ait. Induit me Dns uestimentis salutis, & indumento iustitiae circumdedit me, quasi sponsam decoratu corona, & quasi sposa ornatam monilibus suis. In una. n. persona duplici uocabulo nominata: & caput, id est sponsu: & ecclesia, id est sponsam manifestauit. Proinde notandum est in scripturis, qn specialiter caput scribitur, qn & caput, & corpus, aut qn ex utroq; transeat ad utrumque, aut ab altero ad alterum: sicq; quid capiti, qd corpori coueniat, prudens lector intelligat. Secunda regula est de Dni corpore uno ac simplice & permixto. Na uidentur quaedam uni continere personam, q tm non sunt unius, ut est illud q Puer meus es tu Israel, ecce deleui ut nubes iniquitates tuas, & sicut nebulam peccata tua. Conuertere ad me, & redimam te. Hoc ad unum no congruit. Na altera pars est, cui peccata deleuit, & cui dicit, meus es tu: & altera, cui dicit, conuertere ad me, & redimam te: qui si conuertantur, peccata eoru delentur. Per hanc. n. regulam sic ad oes loquitur scriptura, ut & boni redarguantur cum malis, & mali laudentur propter bonos: sed quid ad quem pertineat, qui prudenter legerit, discet. Tertia regula est de litera & spu. i. de lege & gratia: lege, per qua praepcepta facienda admoentur: gratia, per qua ut operemur, adiuuamur. Vel q lex no tm historice, sed etiam spiritaliter sentienda sit. Nanq; & historice oportet fidem tenere, & spiritaliter legem intelligere. Quarta regula est de specie & genere, per qua pars pro toto, & totu pro parte accipitur, ueluti si uni populo uel ciuitati loquatur Deus, & tm intelligatur omnem continere mundu. Na licet aduersus unam ciuitatem Babyloniam per Esaiam prophetam Dns cominetur. tm du contra ea loquitur, transit ad genus de specie, & conuertit contra totu mudu sermonem. Certe si no diceret aduersus uniuersum orbem, no adderet infra generaliter: ut disperdat omnem terram: & uisitabo super orbis mala, & caetera, quae sequuntur, ad intentionem mundi pertinentia: unde & adiecit. Hoc est consilium, quod cogitauit super omnem terram, & haec

Prima regula.

Esa. 6.

Multas alias Regulas habes apud Sanctum Pagninum, & in economijs Bibl. Ederi, & in Bibliotheca sancta Francis Sixti. Secunda. Esa. 44. q Seruus q Reuertere.

Tertia.

Quarta.

Esa. 13.

Esa. 14.

manus extensa super omnes gentes. Item postq sub persona Babylonie arguit uniuersum mundum: rursum ad eadem quasi de genere ad speciem reuertitur, dicens quae eidem ciuitati specialiter contigerunt. Ecce ego suscitabo super eos Medos. Nam regnante Esai. 13. Balthasar, a Medis obteta est Babylonia. Sic ex persona unius Aegypti totu uult intelligere mundu dicit: Et concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios, regnu aduersus regnum. Cum Aegyptus non multa regna, sed unu habuisse describatur regnu. Quinta regula est de temporibus, per qua aut pars, maxima teporis per partem minorem inducitur, aut pars minima ipis p partem maiorem intelligitur. Sic est de triduo dnica sepulturae, dum nec tribus plenis diebus ac noctibus iacuerit in sepulchro, sed tm a parte totu triduu accipitur. Vel sicut illud, q quadragesimo annis pdixerat Deus filios Israel seruituros i Aegypto, & sic de egressuros. Qui tm dnante Ioseph Aegypto dnati sunt: nec statim post quadragesimos annos egressi sunt, ut fuerat repromissum, sed annis quadragesimo triginta peractis ab Aegypto recesserunt. Est & alia de tribus figura, per qua qda, quae futura sunt, quasi ia gesta narrantur, ut est illud. Foderunt manus meas, & pedes meos. Et diuiserunt sibi uestimenta mea: & his similia, in quibus futura, ac si iam facta sint, ita dicuntur. Sed cur, quae adhuc facienda erant, iam facta narrantur? Quia ea, q nobis futura sunt, apud Dei aeternitatem ia facta sunt. Quapropter qn aliquid faciendum esse, pronuntiat, fm nos dr: qn uero quae futura sunt, ia facta dicuntur, fm Dei aeternitatem accipienda sunt, apud quem ia oia facta sunt, quae futura sunt. Sexta regula est de recapitulatione. Recapitulatio est enim dum scriptura tendit ad illud, cuius narratio ia traserat, sicut cum filios filioru Noe scriptura commemorasset, dixit illos fuisse in linguis, & gentibus suis, & tm postea quasi hoc est in hoc ordine teporu requiritur: Erat, inquit, ois terra q labiu unu, & uox una oibus erat. Quo ergo fm suas gentes, & fm suas linguas erant, si una lingua erat oibus, nisi quia ad illud, qd ia traserat, recapitulado est reuersa narratio? Septima regula est de diabolo & eius corpore: q saepe dicuntur ipsius capitis, quae suo magis conueniunt corpori. Saepè uero uidentur esse dicta membroru, & non nisi capiti congruunt. Et nomine quippe corporis, intelligitur caput, ut est in euangelio de zizanijs tritico admixtis, dicente Dno: inimicus homo hoc fecit, hominem ipsum diabolum uocans, & ex nomine corporis caput designans. Itè ex nomine capitis significatur corpus, sicut in euangelio dr. Duodecim uos elegi, & unus ex uobis diabolus est: Iuda utiq; indicans, quia diaboli corpus fuit. Apostata quippe angelus omniu caput est iniquorum, & huius capitis corpus sunt omnes iniqui, sicque cum membris suis unus est, ut saepe quod corpori eius dr, ad eu potius referatur. Rursum quod illi ad membra ipsius iteru deriuetur, sicut in Esaiam ubi dum contra Babyloniā, id est dum contra diaboli corpus multa dixisset sermo propheticus, rursus ad caput. i. diabolum oraculi sententiam deriuat, dicens. Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris?

Psal. 21.

Sexta.

Gen. 10.

Gen. 11.

Labii uni? &c.

Septima

Matt. 13

Ioan. 6.

Esa. 14.

Quid studium impediatur. Cap. V.

Postquam certam materiam praescripsimus lectori; & eas scripturas, quae ad diuinam praecipue pertinent lectionem, suis nominibus assignando determinauimus: consequens uidetur, ut et de modo, & ordine legendi aliquid dicamus, quatenus ex his, quae dicta sunt, agnoscat cui rei studium impendere debeat, ex his uero, quae sunt dicenda, eiusdem studij sui modum & rationem accipiat. Quia uero facilius quid agendum sit intelligimus, si prius quid non sit faciendum agnouerimus, instruendus est primus quid cauere debeat, ac deinde informandus qualiter ea, quae sunt agenda, perficiat. Dicendumque est, quid sit quod ex tanta turba discipulorum, quorum multi & ingenio pollent, & uigent exercitio, tam pauci & tam numerabiles inueniantur, quibus ad scientiam peruenire contingat. Et ut de illis taceam, qui naturaliter sunt hebetes & tardi ad intelligendum, hoc maxime me mouet, & dignum ratione uisum, unde hoc accidit, quod duo pari ingenio, & aequali studio uni lectioni intendunt, nec tamen simili effectu eius intelligentiam consequuntur. Alter cito, quod quaerit, apprehendit: alter diu laborat, & parum proficit. Sed sciendum est, quod in quolibet negotio duo sunt necessaria, opus uidelicet, & ratio operis, quae ita sibi connexa sunt, ut alterum sine altero aut inutile sit, aut minus efficax. Verumtamen melior (ut dixi) prudentia est fortitudine; quia & potera aliquid, quae uiribus mouere non possumus, arte leuamus. Sic nimirum est in omni studio, quod sine discretionem operatur, laborat quidem sed non proficit, & quasi aerem uerberans uires inuentum fundit. Aspice duos pariter syluam transeuntes, & hunc quidem per deum laborantem, illum uero recti itineris compendia legentem, pari motu cursum tendunt, sed non aequae cito perueniunt. Quid autem scripturam dixerim nisi syluam, cuius inuasiis quasi fructus quosdam dulcissimos legendi carpimus, tractando ruminamus? Qui ergo in tanta multitudine librorum legendi modum, & ordinem non custodit, quasi in condensitate saltus oberrans tramitem recti itineris perdidit, & est inter eos, unde dicitur, semper discit & nunquam ad scientiam peruenient es. Tamen. n. ualet discretio, ut sine ipsa & omne opus turpe sit, & labor inutilis. Ut autem uniuersaliter complectamur. Tria sunt, quae praecipue studiis legentium obesse solent, negligentia, imprudentia, fortuna. Negligentia est, quod ea, quae discenda sunt, uel prorsus praetermittimus, uel minus studiose discimus. Imprudentia est, quod congruum ordinem, & modum in his, quae discimus, non seruamus. Fortuna est in euentu, casu, siue naturaliter contingente, quod uel paupertate, uel infirmitate, uel naturali tarditate, siue etiam doctorum raritate, quia aut non inueniuntur qui doceant, aut qui bene doceant, a proposito nostro retrahimur. In his autem rebus de primo quidem. i. negligentia lector admonendus est: de secundo uero. i. imprudentia instruendus: de tertio autem. i. fortuna, adiuuandus.

Necessaria in studio

Qui sit fructus diuinae lectionis. Cap. VI.

Quoniam ad diuinam lectionem erudiendus accesserit, primum qualis sit fructus eius agnoscat.

scat. Nil enim sine causa appeti debet, nec desideria trahit, quod utilitatem non promittit. Geminus est diuinae lectionis fructus, quia mentem uel scientia erudit, uel moribus ornat. Docet quod scire delectet, & quod inuari expediat. Quorum alterum. i. scientiam magis ad historiam, & allegoriam: alterum. i. institutionem morum ad tropologiam magis respicit. Omnis diuina scriptura refertur ad hunc finem. Sane quauis expediat magis instum esse quam sapientem, scio tamen plures in studio sacri eloquii scientiam quaerere quam uirtutem. Ego autem quoniam neutrum improbandum, sed utrumque necessarium & laudabile esse censeo, quid cuiusque intentioni competat, paucis absoluiam. Et primum quidem de eo, qui moralitatis gratiam amplectitur, expediam.

Quomodo legenda sit scriptura diuina ad correctionem morum. Cap. VII.

Quia uirtutum notitiam, & formam uiuendi in sacro quaerit eloquio, hos libros magis legere debet, qui huius mundi contemptum suadent, & animam ad amorem conditoris sui accendunt, re etiamque uiuendi tramitem docent, qualiterque uirtutes acquiri, & uitia declinari possint, ostendunt. Primum enim inquit, quaerite regnum Dei, & iustitiam eius: ac si aperte dicat. Et caelestis patriae gaudia desiderate, & quibus iustitiae meritis ad ea perueniatur, solerter inquirite. Vtrumque bonum, utrumque necessarium, amate & quaerite. Si amor est, otiosus esse non potest. Peruenire desideratis: discite quomodo perueniatur quod tenditis. Haec uero scientia duobus modis comparatur, uidelicet exemplo & doctrina. Exemplo, quoniam sanctorum facta legimus: doctrina, quoniam eorum dicta ad disciplinam nostram pertinentia discimus. Inter quae beatissimi Gregorij singulariter scripta amplexanda existimo, quae quia mihi praeter ceteris dulcia, & aeterna uitae amore plena uisa sunt, nolo silentio praeterire.

Oportet autem, ut qui hanc ingressus fuerit uiam in libris, quos legerit, discat non solum colore dictaminis, sed uirtutum aemulatione prouocari, ut eum non tam uerborum pompositas aut concinnatio, quam ueritatis pulchritudo delectet. Sciat etiam ad propositum suum non conducere, ut inani rapto desiderio scientiae obscuras & profundae intelligentiae scripturas exquirat, in quibus magis occupetur, quam aedificetur animus: ne sic eum sola lectio teneat, ut a bono opere uacare compellat. Christiano philosopho lectio exhortatio debet esse, non occupatio, & bona desideria pascere, non necare. Relatum mihi aliquando memini de quodam satis probabilis uitae uiro, qui tanto sanctorum scripturarum amore flagrabat, ut eis continuum impenderet studium. Cumque in dies crescente scientia cresceret & desiderium eius, cepit tandem sapientiam zelatus imprudenter (spretis simplicioribus scripturis) profunda quaeque & obscura rimari, atque aenigmatibus prophetarum enodandis, & mysticis sacramentorum intellectibus uehementer insistere. Sed mens humana tamen non sustinens pondus cepit mox & rei magnitudinem, & intentionis iugitate deficere, tantaque huius

Exemplum notabile.

Matt. 11

Psal. 70

Matth. 6

V Lectio quomodo facti diu igerat.

Psal. 75

Eccl. 12

Ibidem.

huius importunae occupationis cura confundi, ut non solum iam ab utilibus, sed et a necessarijs actibus cessaret. Verbo siquidem euctu in contrarium, qui legere scripturas ad aedificationem uitae suae ceperat, quae discretionis moderamine uti non nouit, eadem nunc occasionem erroris habebat. Sed miseratione diuina tandem per reuelationem admonitus est, ne amplius harum literarum studio incuberet, sed sanctorum patrum uirtutem & martyrum triumphos, aliasque tales simplici stylo dictatas frequentare consuefceret: sicque in breui ad statum pristinum reductus, tantam internae quietis gratiam accipere meruit, ut uere in eo illam Domini uocem impletam diceret, qua ipse nostrum laborem & dolorem confideras, pie nos consolari uoluit dicens. Venite ad me oes, qui laboratis, & onerati estis, & ego uos reficiam. & deinceps inuenietis, inquit, requiem animabus uestris. Hoc exemplum ideo apposui, ut ostenderem eis, quod in disciplina non literaturae, sed uirtutum positi sunt; non oportere lectionem esse fastidium, sed oblectamentum. Nam & propheta, non cognoui (siquis) literaturam siue negotiationem, introibo in potestas Domini: Domine memorabor iustitiae tuae solius. Deus docuisti me a iuuentute mea &c. Qui enim ad occupationem scripturas & (ut ita dicam) ad afflictionem spiritus legit, non philosophatur, sed negociatur, uixque tam uehementer & indiscreta intentio uitio superbiae carere ualet. Quid autem de lectione simplicis Pauli dicam, quae ante implere legem uoluit quam discere? Quae nobis profecto satis exemplo esse potest: non auditoris, neque lectoris, sed factoris potius iustus esse ante Deum. Considerandum praeterea est, quod lectio duobus modis animo fastidium ingerere solet, & affligere spiritum, qualitate uidelicet si obscurior fuerit, & quantitate si plixior extiterit, in quo utroque magno uti moderamine oportet, ne quod ad refectionem quaesitum est, sumatur ad suffocationem. Sunt quae omnia legere uolunt: tu noli contedere: sufficiat tibi, nihil tua interest, an non oes legeris libros. Infinitus est librorum numerus: tu nolis sequi infinita. Vbi finis non est, requies esse non potest: ubi requies non est, pax nulla est: ubi pax non est, Deus habitare non potest. In pace, inquit, propheta, factus est locus eius, & in Sion habitatio eius. In Sion, sed in pace esse Sion oportet, sed pacem non amittere. Contemplare, & occupari noli. Noli auarus esse, ne forte sepe regeas. Audi Salomonem, audi sapientem & discite prudentiam. Fili mi, inquit, amplius his ne requiras: faciendi plures libros nullus est finis: frequentique meditatio carnis afflictio est. Vbi ergo est finis? Finem loquendi oes pariter audiamus. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est omnis homo.

Lectio in esse incipientium, opus perfectorum: & quid monacho competat. Cap. VIII.

Nemo me pro his, quae superius commemorauimus, existimet lectorum diligentiam reprehendere, cum ego potius diligenter lectores ad propositum hortari intendam: & eos, qui libenter discunt, laudabiliter ostendere: sed ibi locutus sum eruditus, nunc autem erudiendis, & doctrinam, quae principium est disciplinae, inchoantibus. Illis studium uirtutum, istis uero interim exercitium lectionis propositum est, sic

tamen ut nec hi uirtute careant, nec illi prorsus lectionem omittant. Nam sepe minus prouidum est opus, quod non praecedat lectio, & doctrina minus utilis, quam non sequitur bona operatio. Oportet autem summo opere & illos caueri, ne forte ad ea, quae retro sunt, aspiciant: & istos consolari, si ubi illi sunt, quoniam peruenire desiderant. Vtrosque ergo exerceri, & utrosque, promoueri conuenit. Nemo retro abeat, ascendere licet, sed non descendere. Si uero necdum ascendere potes, sta in loco tuo. Liber a culpa non est, qui alienum usurpat officium. Si monachus es, quid facis in turba? Si amas silentium, cur de clamantibus assidue inter esse delectaris? Tu sepe ieiunij & fletibus insistere debes, & tu philosophari quaeris. Simpliciter monachi philosophia eius est. Sed docere, inquit, alios uolo. Non est tuum docere, sed plagere. Si tamen doctor esse desideras, audi quid facias. Vilitas habitus tui, & simplicitas uultus, innocentia uitae, & sanctitas conuersationis tuae docere debent homines. Melius fugiendo mundum doces quam sequendo. Sed adhuc forte prosequeris, ecquid inquit, non te saltim si uolo discere, mihi licet? Supra dixi tibi, lege, & occupari noli. Exercitium tibi esse potest lectio, sed non propositum. Doctrina bona est, sed incipientium est. Tu uero te perfectum fore promiseras, & ideo tibi non sufficit si incipientibus coaquare. Plus aliquid te facere oportet. Considera ergo ubi sis, & quid agere debeas, facile agnosces.

De quinque gradibus, quibus exercetur uita iustorum. Cap. IIII.

Quatuor sunt, in quibus nunc exercetur uita iustorum, & quasi per quosdam gradus ad futuram perfectionem subleuatur, uide licet lectio siue doctrina, meditatio, oratio, operatio. Quinta deinde sequitur contemplatio, in qua quasi quodam praecedentium fructu in hac uita est quod sit boni operis merces futura praegustatur. Vnde Psalmista cum de iudicijs Dei loqueretur, commendat ea statim subiunxit: In custodiendis illis retributio multa est. De his quinque gradibus primus gradus. i. lectio incipientium est, supremus. i. contemplatio perfectorum. Et de medijs quidem quanto plures quis ascenderit, tanto perfectior erit: uerbi gratia. Prima lectio intelligentiam dat, secunda meditatio consilium praestat, tertia oratio petit, quarta operatio quaerit, quinta contemplatio inuenit. Si ergo legis, & intelligentiam habes, & nosti iam quid faciendum sit, initium boni est, sed adhuc tibi non sufficit, nondum perfectus es. Scade itaque in arcem consilij, & meditare qualiter implere ualeas, quod faciendum esse didicisti. Multi enim scientiam habent, sed pauci sunt, qui nouerint qualiter scire oporteat. Rursus quoniam consilium hominis sine diuino auxilio infirmum est & inefficax: ad orationem erigere, & eius adiutorium petere, sine quo nullum potes facere bonum, ut uidelicet ipsius gratia, quae praenueniendo te illuminauit, subsequendo etiam pedes tuos dirigat in uiam pacis, & quod in sola adhuc uoluntate est, ad effectum perducat bonae operationis. Deinde restat tibi, ut ad bonum opus accingaris, ut quod orando petis, operando accipere merearis: tecum operari uult

Psal. 118.

Lectio Pulchre discursus.

Meditatio.

Oratio

Deus; non cogaris, sed iuuaris. Si solus tu operaris, nil perficis: si solus Deus operatur, nil mereris. Operetur ergo Deus ut possis, opereris & tu ut aliquid merearis. Via est operatio bona, qua itur ad uitam.

Contemplatio. Qui uiam hanc currit, uitam quaerit. Confortare, & uiriliter age. Habet haec uia praemium suum, quoties eius laboribus fatigati superni respectus gratia illustramur, gustantes & uidentes, quoniam suauis est Dominus. Sicque fit, quod supradictum est, quod oratio quaerit, contemplatio inuenit. Vides igitur quomodo per hos gradus ascendebis perfectio occurrit, ut infra remanserit, perfectus esse non possit. Propositum ergo nobis debet esse semper ascendere: sed quoniam tanta est mutabilitas uitae nostrae, ut in eodem stare non possimus, cogimur saepe ad transacta respicere: & ne amittamus illud, in quo sumus, reperimus quicquid; quod transuimus: uerbi gratia. Qui in opere strenuus est, orat ne deficiat. Qui precibus insistit, ne orando offendat, meditatatur quod orandum sit: & qui aliquando in proprio consilio minus confidit, lectionem consulit, & sic euenit, ut ascendendi nobis semper sit uoluntas, descendere tamen aliquando cogat necessitas, ita tamen in uoluntate non necessitate propositum nostrum consistat. Quod ascendimus, propositum est; quod descendimus, praeter propositum. Non hoc ergo, sed illud principale esset debet.

De tribus generibus legentium, seu lectorum Ca. X.

Z Atis (ut puto) aperte demonstratum est prouectis, & aliquid amplius de se promittentibus non idem esse propositum cum incipientibus: sed sicut illis aliquid conceditur, quod isti sine culpa minime agere possunt: ita etiam ab istis aliquid requiritur, quo illi nodum obligati sunt. Nunc igitur ad promissa soluenda redeo, ut uidelicet ostendam qualiter eis diuina scriptura legenda sit, qui adhuc in ea solum quaerunt scientiam. Sunt nonnulli, qui diuinam scripturam scientiam appetunt, ut uel diuitias congregent, uel honores obtineant, uel famam acquirant, quorum intentio quantum peruersa, tam est miseranda. Sunt rursus alij, quos audire uerba Dei, & opera eius discere delectat, non quia salutaris, sed quia mirabilia sunt. Scrutari arcana, & in audita cognoscere uolunt, multa scire, & nil facere. In uanum mirantur potentiam, qui non amant misericordiam. Hos ergo quid aliud agere dicam, quam praeconia diuina in fabulas commutare? Sic theatralibus ludis, sic scenicis carminibus intendere solemus, ut laudatum pascamus, non animum. Homo tamen non tam confundi quam adiuuari oportere censeo, quorum uoluntas non utique maligna est, sed improvida. Alij uero idcirco sacra scripturam legunt, ut secundum Apostoli praecceptum parati sint omni poscenti reddere rationem de ea fide, in qua positi sunt, ut uidelicet inimicos ueritatis fortiter destruant, minus eruditos doceant, ipsi perfectius uiam ueritatis agnoscant, & altius Dei secreta intelligentes, arctius ament, quorum nimirum deuotio laudanda est, & imitatione digna. Tria igitur sunt genera hominum sacra scripturam legentium: quorum quidem primi miseran-

di sunt, secundi iuuandi, tertij laudandi: nos uero, quia Trialegentium genera. oibus consulere intendimus: quod bonum est, in oibus auereri cupimus: & quod puerum, commutari. Oes intelligere uolumus quod dicimus, oes facere quod hortamur.

Libri sexti Capita.

Quomodo legenda sit sacra scriptura a quaerentibus scientiam in ea.	Cap. I.
De ordine, qui est, in disciplinis.	Cap. II.
De historia, & libris in ea legendis.	Cap. III.
De allegoria.	Cap. IIII.
De tropologia, & moralitate.	Cap. V.
De ordine librorum.	Cap. VI.
De ordine narrationis.	Cap. VII.
De ordine expositionis.	Cap. VIII.
De litera.	Cap. IX.
De sensu.	Cap. X.
De sententia.	Cap. XI.
De modo legendi.	Cap. XII.
De meditatione cur nunc sit praetermittendum.	Cap. XIII.
Diffinitio trium remediorum philosophiam concernentium contra totidem mala, & de philosophiae altera diuisione.	Cap. XIII.
De magica, & partibus eius.	Cap. XV.
Quomodo legenda sit sacra scriptura a quaerentibus scientiam in ea.	Cap. I.

D Vo tibi lector, ordinem, & modum propono, quae si diligenter inspexeris, facile tibi iter legendi patebit. In horum uero consideratione nec omnia tuo ingenio relinquam, neque per meam diligentiam satis tibi fieri promitto: sed sic quaedam breuiter praebando transcurram, ut & posita aliqua, quibus erudiaris, & aliqua praetermissa, quibus exercearis, inuenias. Ordinem legendi supra quadrifarium esse commemorauimus: alium in disciplinis, alium in libris, alium in narratione, atque alium in expositione. Quae qualiter in diuina scriptura assignanda sint, nodum ostendi.

De ordine, qui est in disciplinis. Cap. II.

Rimū ergo hunc ordinem, qui quaeritur in disciplinis inter historiam, allegoriam, tropologiam, dininorum lectorum considerare oportet, quae harum aliam ordine legendi praecedat. In quo illud ad memoriam reuocare non inutile est, quod in aedificiis fieri conspicitur, ubi primum quidem fundamentum ponitur, dehinc fabrica superaedificatur, ad ultimum consummato opere domus colore superducto uestitur.

De historia, & libris in ea legendis. Cap. III.

Noc nimirum in doctrina fieri oportet, ut uidelicet, prius historiam discas, & rerum gestarum ueritatem a principio repetens, usque ad finem, quid gestum sit, a quibus gestum sit, & ubi gestum sit, diligenter memoriae commendes. Hac enim quatuor praecipue, & in historia requirenda sunt, per-

persona, negotium, tempus, & locus. Neque ego te perfecte subtiliter posse fieri puto in allegoria, nisi prius fundatus fueris in historia. Noli contemnere minima haec. Paulatim deficiunt, qui minima contemunt. Si primo alphabetum discere contempsisses, nunc inter grammaticos tamen nomen non haberes. Scio quod da esse, qui statim philosophari uolunt, fabulas pseudo apostolis relinquendas aiunt. Quorum scientia formae asini similis est. Noli huiusmodi imitari.

Paruis imbutus tentabis grandia tutus.

Ego affirmare audeo nihil me unquam, quod ad eruditionem, pertineret, contempsisse: sed multa saepe didicisse, quae alijs loco, aut deliramento similia uidentur. Memini me dum adhuc scholasticus essem, elaborasse, ut omnium rerum oculis subiectarum, aut in usu uenientium uocabula scirem, perpendens libere, rerum naturam illum non posse prosequi, quae earundem nomina adhuc ignoraret. Quoties sophismatum meorum, quae gratia breuitatis una uel duabus in pagina dictionibus signaueram, a meipso quotidianum exegi debitum, ut etiam sententiarum, quoniam, & oppositionum omnium fere, quas didiceram, & solutiones memoriter tenerem & numerum. Cas saepe informaui, & dispositiones adinuicem controuersis: quod rhetoris, quod oratoris, quod sophistae officium esset, diligenter distinximus. Calculos in numerum posui, & nigris pauimentum carbonibus depinxi, & ipso exemplo oculis subiecto, quae ampligonij, quae ortogonij, quae oxigonij differentia esset, patenter demonstraui: utrum ne quadratum, aequilaterum duobus in se lateribus multiplicatis embadum impleter utrobique; procurrente podismo didici. Saepem nocturnis horis scopus ad hiberna peruigilia excubauimus. Saepem ad numerum protensum in ligno Magadam ducere solebam: ut & uocum differentiam aure perciperem, & animum pariter meli dulcedine oblectarem. Haec uerilia quidem fuerant, sed tamen non inutilia. Neque ea nunc scire stomachum meum onerant. Haec autem non tibi replico, ut uel meam scientiam, quae uel nulla est uel parua est, iactitem: sed ut ostendam tibi illum incedere aptissime, qui incedit ordinate: neque ut quidam, qui dum magnum saltum facere uolunt, in praecipitium incidunt. Sicut in uirtutibus, ita in scientijs quidam gradus sunt: sed dicis. Multa inuenio in historijs, quae nullius uidentur esse utilitatis: quare in huiusmodi occupabor? Bene dicis. Multa siquidem sunt in scripturis, quae in se considerata nihil expetendum habere uidentur, quae tamen si alijs, quibus coherent, comparaueris, & in toto suo trutinare coeperis, necessaria pariter & competentia esse uidebis. Alia propter se scienda sunt: alia autem, quamuis non propter se uideantur nostro labore digna, quia tamen sine ipsis illa enucleate sciri non possunt, nullatenus debent negligenter praeteriri. Omnia dilce uidebis postea nihil esse superfluum. Coarctata scientia iocunda non est. De libris autem, qui ad hanc lectionem utiles sunt, si quid mihi uideatur, quaeris: hos magis frequentandos existimo: Genesim, Exodum, Iosue, librum Iudicum, & Regum, & Paralipomenon. Noui uero testamenti primum quatuor euangelia, dehinc actus Apostolorum. Hi undecim magis ad historiam per-

tinere mihi uidentur, exceptis his, quos historiographos proprie appellamus. Si tamen huius uocabuli significatione largius utimur, nullum est inconueniens, ut, si historiam esse dicamus non tantum rerum gestarum narrationem, sed illam primam significationem cuiuslibet narrationis secundum proprietatem uerborum exprimitur. Secundum quam acceptio nem omnes utriusque testamenti libros eo ordine, quo supra enumerati sunt, ad hanc lectionem secundum literalem sensum pertinere puto. Et fortasse, nisi puerile uideretur, in hoc loco aliqua de modo constituendi praeccepta interponerem, quia noui diuinam scripturam magis caeteris omnibus in textu suo esse concisam, quibus tamen iccirco superfedere uolo, ne interpolatione nimia propositum extendam. Sunt quaedam loca in diuina pagina, quae similiter legi non possunt, quae magna discretionem discernere oportet, ne uel per negligentiam aliqua praereamus, aut per importunam diligentiam ad id, ad quod scripta non sunt, uolenter intorqueamus. Hoc est ergo o lector, quod tibi proponimus: hic capus tui laboris uomere bene sulcatus, multiplicem tibi fructum referet. Ordine uiceta gesta sunt, ordine incede, per umbram uenitur ad corpus. Figuram discere, & inuenies ueritatem. Nec hoc nunc dico, ut prius ueteris testamenti figuras labores euoluere, & mystica eius dicta scruteris, quam ad euangelii fluentia potanda accedas. Sed sicut uides, quod omnis edificatio fundamento carens, stabilis esse non potest; sic est etiam in doctrina. Fundamentum autem, & principium doctrinae sacrae historia est, de qua quasi melius fauo ueritas allegoriae exprimitur. Adificaturus ergo primum fundamentum historiae pone: deinde per significationem typicam in arcem si dei fabricam mentis erige: ad extremum ergo per moralitatis gratiam quasi pulcherrimo superducto colore aedificium pingere. Habes in historia quo Dei facta mireris, in allegoria quo eius sacramenta credas; in moralitate, quo perfectionem ipsius imiteris. Lege ergo, & discere, quod in principio fecit Deus caelum & terram; lege, quod principio plantauit paradysum uoluptatis, in quo posuit hominem, quem formauerat: peccantem expulit, & in aeternas huius seculi detecit. Lege qualiter ab uno homine uniuersa humani generis propago descendit: qualiter deinde peccantes unda diluuij obruit: qualiter Noe iustum cum filijs suis in medijs aquis diuina clementia seruauit: qualiter deinde Abraham fidei signaculum suscepit: post uero Israel in Aegyptum descendit: quomodo deinde Deus filios Israel de Aegypto in manu Moysi Aaron per mare rubrum eduxit, in deserto pauit, legem dedit, in terra promissionis locauit, & caetera multa, quae fecit. ad extremum uero nutante iam seculo filium in carnem misit, uitam aeternam poenitentibus, missis in mundum uniuersum Apostolis, promissit: uenturum se in fine saeculorum ad iudicium praedixit: reddere unicuique secundum opera sua: peccatoribus scilicet ignem aeternum, iustis autem uitam aeternam: & regni, cuius non erit finis. Vide, quod ex quo mundus coepit, usque ad finem saeculorum non deficiunt miserationes Dei.

Ost lectionem historiae, reliquum est al-
legoriarum mysteria inuestigare, ubi
mea exhortatione opus esse non pu-
to, cum ipsa res satis per se digna ap-
pareat. Nolle tamen te uolo o lector,
hoc studium non tardos & hebetes sensus, sed ma-
tura ingenia expetere, quæ sic inuestigando subtili-
tatem teneant, ut in discernendo prudentiam non
amittat. Solidus est cibus iste, & nisi masticetur, trās-
glutiri non potest. Tali ergo te moderamine uti
oportet, ut dum inquirendo subtilis fueris, in præ-
sumendo temerarius non inueniaris, recolens quod
ait psalmista. Arcum suum tentendit, & parauit il-
lum, & in eo parauit uasa mortis. Meministi ut au-
tumo, supra me diuinam scripturam ædificio simi-
lem dixisse, ut primum fundamento posito structu-
ra in altum leuetur, plane ædificio similem, nam &
ipsa structuram habet. Non ergo pigeat, si hæc simi-
litudinem paulo diligentius prosequamur: respice
opus cœmentarij. Collocato fundamento lineam
extendit in directum: perpendicularum demittit, ac
deinde lapides diligenter politos in ordinem ponit:
alios atque alios deinde quarit: & si forte aliquos
primæ dispositioni non respondentes inuenierit,
accipit limam, præ eminentia præcidit, aspera planat,
& informa ad formam reducit, sicque demum reliquos
in ordine dispositis adiungit. Si uero aliquos tales
inuenierit, qui nec comminui ualeant, nec congrue
coaptari eos non assument: ne forte dum silicem
frangere laborat, limam frangat. Intende, re tibi
proposui inuentibus contemptibilem, sed intelligentibus
imitatione dignam. Fundamentum in terra est, nec
semper politos habet lapides. Fabrica super terram,
& æqualem quarit structuram. Sic diuina pagina
multa secundum naturalem sensum continet, quæ &
sibi repugnare uidentur, & nonnunquam absur-
ditatis aut impossibilitatis aliquid afferre. Spiritu-
alis autem intelligentia nullam admittit repugnantiam,
in qua diuersa multa, aduersa nulla esse possunt.
Quod etiam primam feriem lapidum super funda-
mentum collocandorum ad protensam lineam dispo-
ni uides, quibus, scilicet totum opus reliquum
innititur & coaptatur, significatione non caret.
Nam hoc quasi aliud quoddam fundamentum est,
& totius fabricæ basis. Hoc fundamentum & portat
superposita, & a priori fundamento portatur. Primo
fundamento insident omnia, sed non omni modo
coaptantur. Huic insident, & coaptantur reliqua.
Primum fabricam portat, & est sub fabrica.
Hoc portat fabricam, & non est solum sub fabrica,
sed in fabrica. Quod sub terra est fundamentum,
figurare diximus historiam: fabricam, quæ super-
ædificatur, allegoriam insinuare. Vnde & ipsa
basis fabricæ huius ad allegoriam pertinere debet.
Multis ordinibus confurgit fabrica: & quisque
suam basim habet: & multa sacramenta in diuina
pagina continentur, quæ singula sua habent principia.
Vis scire qui sunt ordines isti? Primus ordo est,
sacramentum Trinitatis: quia & hoc scriptura conti-

net, quod ante omnem creaturam trinus & unus
fuerit Deus. Hic de nihilo omnem fecit creaturam,
uisibilem, & inuisibilem. Ecce secundus ordo. Ra-
tionali creaturæ liberum dedit arbitrium, & gra-
tiam præparauit, ut mereri posset æternam beatitu-
dinem: deinde sponte labentes puniuit, & persisten-
tes, ut amplius labi non possint, confirmauit. Quæ
origo peccati, & quid sit peccatum, & quid sit pœ-
na peccati. Ecce tertius ordo. Quæ sacramenta pri-
mum sub naturali lege ad reparationem humani
generis instituerit. Ecce quartus ordo. Quæ scripta
sub lege. Ecce quintus ordo. Sacramentorum in-
carnationis uerbi. Ecce sextus ordo. Sacramenta no-
ui testamenti. Ecce septimus ordo. Ipsi denique
resurrectionis. Ecce octauus ordo. Hæc est tota diu-
nitas, hæc est illa spiritualis fabrica, quæ quot con-
tinet sacramenta, tot quasi ordinibus constructa in
altum extollitur. Vis & ipsas bases agnoscere. Bases
ordinum principia sunt sacramentorum. Ecce ad le-
ctionem uenisti spirituale fabricaturus ædificium.
Iam historiae fundamenta in te locata sunt, restat
nunc tibi ipsius fabricæ bases fundare. Linum ten-
dis, ponis examullum, quadros in ordinem collo-
cas, & circungyrans quædam futurorum murorum
uestigia figis. Linea protensa recte fidei trames est,
ipse spiritualis operis bases quædam fidei sacramen-
ta sunt, quibus initiaris. Debet siquidem prudens
lector curare, ut antequam spatiosa librorum uolumina
prosequatur sic, de singulis quæ magis ad propositum
sunt, & professionem ueræ fidei pertinent, instru-
ctus sit, ut quæcumque postmodum inuenierit, tuto
super ædificare possit. Vix enim in tanto librorum pe-
lago, & multiplicibus sententiarum anfractibus, quæ
& numero & obscuritate animam legentis confundunt,
aliquid unum colligere poterit, qui prius summa-
tim in unoquoque (ut ita dicam) genere, aliquod
certum principium firma fide subnixum, ad quod
cuncta referantur, non agnouit. Vis, ut doceam te,
qualiter fieri debeant bases istæ? Respice ad ea, quæ
paulo ante tibi enumeravi. Est sacramentum Trini-
tatis: multi iam de illo libri facti sunt, multæ datæ
sententiæ difficiles ad intelligendum, & perplexæ
ad soluendum. Lægum tibi & onerosum est adhuc
omnes prosequi cum multa fortassis inuenias, in quibus
magis turberis, quam ædificeris. Noli instare: sic
nunquam ad finem uenies. Disce prius breuiter &
dilucide, quid tenendum sit de fide Trinitatis: quid
sane profiteri ueraciter credere debeas. Cum autem
postea legere cœperis libros, & multa obscure, &
multa aperte, multa ambigue scripta inuenieris, ad-
iunge basi suæ, quæ aperta inuenis, si forte conue-
niant: quæ ambigua sunt, ita interpretare, ut non dis-
cordent: quæ uero sunt obscura, refera si potes. Quod si
ad intellectum eorum penetrare non uales, trās: ne dum
presumere conaris, quod non sufficit, periculum erro-
ris incurras. Noli ea contemnere, sed potius uenera-
re, quia audisti quod scriptum est. Posuit tenebras lati-
bulum suum. Quod si etiam aliquid inuenieris contrarium
illi, quod tu iam firmissima fide tenendum esse didicisti,
non tamen expedit tibi quotidie mutare sententiam,
nisi prius doctiores te consulueris, & maxime
quid fides uniuersalis, quæ nunquam falsa esse potest, inde
iubeat

Pauli, quæ etiam ipso numero designant utriusque
testamenti perfectionem se continere.

De Tropologia, & moralitate. Cap. V.

Tropologia nihil aliud in presenti di-
cam, quam quod supra dictum est, ex-
cepto quod ad eam magis rerum, quam
uocum significatio pertinere uidetur. In
illa enim naturalis iustitia est, ex qua
disciplina morum nostrorum, id est postrema iustitia
nascitur. Contemplando quod fecerit Deus, quod
nobis faciendum sit, agnoscimus. Omnis natura De-
um loquitur. Omnis natura hominem docet. Omnis natu-
ra ratione parit, & nihil in uniuersitate infæcundum est.

De ordine librorum. Caput VI.

Non idem ordo librorum in historica
& allegorica lectione seruandus est.
Historia ordinem temporis sequitur.
ad allegoriam magis pertinet ordo co-
gnitionis: quia sicut supra dictum est,

doctrina semper non ab obscuris, sed a per-
tis, & ab iis quæ magis nota sunt, exordium
sumere debet. Vnde consequens est, ut nouum
testamentum, in quo manifesta prædicatur
ueritas, in hac lectione ueteri præponatur,
ubi eadem ueritas figuris adumbrata
occulte prægnuntiat. Eadem utrobique
ueritas: sed ibi occulta, hic manifesta: ibi
promissa, hic exhibitæ. Audisti cum
legeretur in Apocalypsi, quia signatus
est liber: & nemo inueniri poterat, qui
solueret signacula eius, nisi leo de tribu
Iuda. Signata erant prophetiæ: quia
occulte tempora redemptionis uenturæ
prænuuntiantur. Nonne tibi ille liber
signatus fuisse uidetur qui dixit: Ecce
uirgo concipiet, & pariet filium: &
uocabitur nomen eius Emanuel. Et alius.
Tu, inquit, Bethlehem Effrata, paruulus
es in millibus Iuda, ex te mihi, egredietur,
qui sit dominator in Israel, & egressus
eius ab initio diebus eternitatis. Et
psalmista. Nunquid Sion dicet homo &
homo natus est in ea, & ipse fundauit
eam Altissimus. Et rursum. Domini
Domini, inquit exitus mortis. Et iterum.
Dixit dominus Domino meo, sede a
dextris meis. Et post pauca. Tecum
principium in die uirtutis tuæ: in
splendoribus sanctorum ex utero ante
luciferum genui te. Et Daniel. Aspicebam
in uisione noctis: & ecce cum nubibus
cæli quasi filius hominis ueniebat, &
usque ad antiquum dierum peruenit:
& dedit ei potestatem, & honorem,
& regnum: & omnes populi, tribus,
& lingue ipsi seruient: potestas eius
potestas æterna, quæ non auferetur.
Quis putas hæc, antequam comple-
rentur, intelligere poterat? Signata
erant: & nemo poterat soluere signacula,
nisi leo de tribu Iuda. Venit ergo
filius Dei, & induit naturam nostram:
natus est de uirgine, crucifixus, sepultus,
resurrexit, ascendit ad cælos: & implendo
quæ promissa erant, aperuit, quæ latebant.
Lego in Euangelio, quod angelus Gabriel
ad Mariam uirginem mittitur: parituram
præ nuntiat. Recordor prophetiæ, quæ
dicit. Ecce uirgo concipiet. Lego quod
cum esset Ioseph in Bethlehem

iubeat sentiri, agnoueris. Sic de sacramento
altarum, sic de sacramento baptismatis,
confirmationis, coniugii, & omnibus,
quæ tibi enumerata sunt supra, facere
debes. Vides multos scripturas legentes,
quia fundamentum ueritatis non habent,
in errores uarios labi, & toties fere mutare
sententias, quot legerint lectiones. Rursum
alios uides, qui secundum illam ueritatis
agnitionem: qua intus firmati sunt, quaslibet
scripturas ad congruas interpretationes
fletere nouerunt, & quid a sana fide
discordet, aut quid conueniat, iudicare.
In Exechiele legis, quod rotæ animalia
sequuntur, non animalia rotas. Cum
ambulant, inquit, animalia, ambulabant
pariter & rotæ iuxta ea. Et cum eleuantur
animalia de terra, eleuantur simul & rotæ.
Sanctorum quippe mentes, quantum uirtutibus
uel scientia proficiunt, tantum sanctorum
scripturarum arcana profunda esse conspiciunt,
ut qui simplicibus, & adhuc stantibus in
terra iacere uidebantur, erectis sublimis
appareant. Nam sequitur. Quocumque ibat
spiritus illic eunte spiritu, & rotæ pariter
leuabantur sequentes eum. Spiritus enim
uitæ erat in rotis. Vides, quod rotæ
hæc animalia sequuntur, & sequuntur
spiritum. Rursum alibi dicitur. Litera occidit,
spiritus autem uiuificat: quia nimirum
oportet diuinum lectorem spirituales
intelligentiæ ueritati esse solidatum, ut
eum literarum apices, quæ & peruersæ
nonnunquam intelligi possunt, ad quælibet
diuertacula non inclinent. Quare antiquus
ille populus, qui legem uitæ acceperat,
reprobatus est, nisi quia sic solam literam
occidentem sequutus est, ut spiritum uiuificantem
non haberet. Hæc uero non ideo, ut
quibuslibet ad uoluntatem suam interpretandi
scripturas occasionem præbeam, sed ut ostendam
eum, qui solam sequitur literam, diu sine
errore non posse incedere. Oportet ergo,
ut & sic sequamur literam, ne nostrum
sensum diuinis authoribus præferamus:
& sic non sequamur, ut in ea totum
ueritatis iudicium pendere credamus.
Non literatus, sed spiritualis omnia
di iudicat. Ut ergo secure possis iudicare
literam: non de tuo sensu præsumere,
sed erudiri prius, & informari oportet,
& quasi quandam inconcusse ueritatis
basim, cui tota fabrica innitatur, fundare.
Neque a teipso erudiri præsumas, ne
forte dum te introducere putas, magis
seducas a doctoribus & sapientibus hæc
introducitur querenda est, qui & authoritatibus
sanctorum patrum, & testimoniis
scripturarum eam tibi, prout opus est,
& facere & aperire possint. Cumque
iam introductus fueris, testimoniis
scripturarum legendo singula, quæ
docuerint, confirmare. Sic mihi uidetur,
qui me in hoc imitari placuerit, libes
accipio: cui uisum fuerit non ita oportere
fieri, faciat quod placuerit, non contendam.
Scio enim plures hunc morem in
discendo non seruare. Sed quomodo
quidam proficiant rursus non ignoro.
Si quis libri magis ad hanc lectionem
ualeant, ego puto principium Genesis
de operibus sex dierum, tres ultimos
libros Moysi de legalibus sacramentis,
Esaïam, principium & finem Exe-
chielis, Iob, psalterium, Cantica
canticorum, duo præcipue euangelia,
scilicet Matthæi, & Iohannis, Epistolas
Pauli, canonicas epistolas, & Apocalypsum,
præcipue tamen Epistolas

Pulchrum
DocumentumK
Psal. 7.Pulchra si-
militudo.L
Pulchre di-
scurre.

T

Apo. 5.

Esa. 7.

Mich. 5.

Psal. 86.

Psal. 67.

Psa. 109

Eodem.

Danie. 7.

V

Apoc. 8.

Luc. 1.

Esa. 7.

hem

Eruditionis Didascalice

Luc. 1. hem cum Maria uxore sua pręgnante uenit tempus eius pariendi, & peperit filium suum primogenitum, quem angelus prędixerat regnaturum in throno Dauid patris sui. Recordor prophetię Bethlehem Effrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. **Mich. 5.** Lego rursum. In principio erat uerbum: & uerbum erat apud Deum: & Deus erat uerbum. Recordor prophetię, quę dicit. Egressus eius ab initio a diebus æternitatis. Lego, uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Recordor prophetię, quę dicit. Vocabitur nomen eius Emanuel, id est nobiscum Deus. Et ne fortę singula prosequendo fastidium tibi faciã, nisi prius natiuitatem Christi, prędicationem, passionem, resurrectionem, atq; ascensionem, & cętera, quę in carne per carnem gessit, agnoueris, ueterum figurarum mysteria penetrare non ualebis.

De ordine narrationis. Cap. VII.

De ordine narrationis illud maxime hoc loco considerandum est, quod diuinę paginę textus nec naturalem semper, nec continuum loquēdi ordinem seruat, quia & sæpe posteriora prioribus anteponeit, sic ut cum aliqua enumerauerit, subito ad superiora quasi subsequētia narrationis sermo recurrat. Sæpe etiam ea, quę longo distant intervallo, quasi mox sibi succedentia connectat, ut uideatur nullum disiunxisse temporis spatium illa, quę discernit nullum interuallum sermonis.

De ordine expositionis. Cap. VIII.

Yxpositio tria continet: literam, sensum, sententiam. In omni narratione litera est. Nam ipsę uoces etiam literę sunt: sed sensus & sententiã nõ in omni narratione simul inueniuntur. Quędam habet literam & sensum tantum. Quędam habet literam & sententiam tantum. Quędam omnia hæc tria simul continet. Omnis autem narratio ad minimum duo habere debet. Illa narratio literam & sensum tantum habet, ubi per ipsam prolationem sic aperte aliquid significatur, ut nihil aliud relinquatur subintelligendum. Illa uero literam & sententiam tantum habet, ubi ex sola pronuntiatione nihil concipere potest auditor, nisi addatur expositio. Illa sensum & sententiã habet, ubi aperte aliquid significatur, & aliquid aliud subintelligendum relinquatur, quod expositione non aperitur.

D Litera. Cap. IX.

Zitera aliquando perfecta est, quando ad significandum id quod dicitur, nihil præter ea, quę posita sunt, uel addere, uel minuere oportet. Ut omnis sapientia a Domino Deo est. Aliquando imminuta, quando subaudiendum aliquid relinquatur, ut Senior electę dominę. Aliquando superflua, quando uel propter inculcationem, uel longam in-

terpositionem idem repetitur, uel aliud non necessarium, adiungitur, ut Paulus in fine epistolę ad Romanos dicit. Et autem: & postea multis interpositis infert: cui est honor, & gloria. Aliquid hic tupe fluū esse uidetur, superfluum dico, id est nõ necessarium ad enuntiationem faciendam. Aliquando talis est litera, ut nisi in aliam resoluatur, nihil significare, uel incongrua esse uideatur, ut est illud. Dominus in celo sedes eius, id est sedes Domini in celo: & filii hominum, dentes eorum arma, & sagittę, id est filiorum hominum dentes: & homo sicut fœnū dies eius, id est dies hominis. Nominatiuus scilicet nominis, & genitiuus pronominis, pro uno genitiuo nominis positi: & multa alia similiter. Ad literam constructio, & continuatio pertinet.

De Sensu. Cap. X.

Sensum alius congruus, alius incongruus. Incongruorum, alius incredibilis, alius absurdus, alius falsus. Multa huiusmodi inuenies in scripturis ut illud. Comederunt Iacob. Et illud. sub quo curuantur hi, qui portant orbem. Et illud: elegit suspendium anima mea: & multa alia. Sunt loca quędã in diuina scriptura, ubi licet aperta sit uerborum significatio, nullus tamen sensus esse uidetur, siue propter aliquam circumstantiam, quę legendi intelligentiam impedit. Ut est uerbi gratia, illud, quod dicit Elaias. Apprehendent septem mulieres uirum unū in illa die dicentes: panem nostrum comedemus, & uestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. Plana sunt & aperta uerba. Intelligis factis, apprehendent septem mulieres uirum unum: intelligis, panem nostrum comedemus, intelligis uestimentis nostris operiemur: intelligis, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos: intelligis, aufer opprobrium nostrum. Sed fortasse quod hoc totum simul significare uelit, intelligere nõ potes. Quid dicere uoluerit propheta, bonum pro miseris, an malum minatur fuerit, ignoras. Vñ euenit ut spūaliter tantum intelligēdū credas, quod qualiter ad literam dictū sit, non uides. Dices igitur, septem mulieres, septem esse dona Spūs sancti, quod unū uirū apprehendent. i. Christū, in quo oēm plenitudinem grę placuit inhabitare, quia ipse solus sine mentura Spiritū scđm accepit. Qui solus earum opprobrium auferret, ut inueniant, in quo requiescant: nullo alio uiuente, ut Spūs sancti dona poscebant. Ecce, spiritualiter interpretatus es: & quid sit dicere ad literam, nõ intelligis. Potuit tñ propheta per hæc uerba et ad literam aliquid significare. Quia. n. supra de intentione populi puaricatoris locutus fuerat, subiungit nūc tā tā in eodē populo cladē futurā, & usq; adeo uirorū genus delendū, ut uix septem mulieres uirū unū inueniant, cū mō una unū hēre soleat. Et cū mulieres nūc a uiris rogari soleant, tunc conuerso more, mulieres uiros rogabunt. Et ne fortę unus uir septem mulieres ducere simul formidaret, cum unde eas pascere & uestire non haberet, dicunt ei, panem nostrum comedemus, & uestimentis nostris operiemur, non

te oportet de nobis esse sollicitum, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, ut dicaris uir noster, & sis, ne repudiatę dicamur, & iteriles, & sine semine moriamur: quod eo tempore magnum opprobrium fuit. Et hoc est quod dicunt, aufer opprobrium nostrum. Multa huiusmodi inuenies in scripturis, & maxime in ueteri testamento, secundū idioma illius linguę dicta, quę cum ibi apertę sint, nihil apud nos significare uidentur.

De sententia. Cap. XI.

Sententia diuina nunquam absurda, nunquam falsa esse potest: sed cum in sensu (ut dictum est) multa inueniantur contraria, sententia nullam admittit repugnantiam, semper congrua est, sęper uera. Aliquando unius enuntiationis una est sententia: aliquando unius enuntiationis plures sunt sententię: aliquod plurium enuntiationum una est sententia: aliquando plurium enuntiationum plures sententię. Cum igitur diuinos libros legim⁹, in tanta multitudine ueterum intellectuum, qui de paucis eruuntur uerbis, & sanitate catholice fidei maniantur, id potissimum eligamus, quod certum apparuerit eum sensisse, quem legimus. Si autē hoc later, id certe, quod circumstantia scripturę non impedit, & cum sana fide concordat. Si autem & scripturę circumstantia pertractari ac discuti non pōt, saltem id solum, quod fides sana præscribit. Aliud est enim, quid potissimum scriptor senserit, non dinoscere: aliud, a regula pietatis errare. Si utrumque uiterur, perfecte se habet fructus legentis. Si uero utrūque uitari non potest, & si uoluntas scriptoris incerta sit, sanę fidei congruam non inutile est, eruisse sententiam. Item in rebus obscuris, atque a nostris oculis remotissimis, si qua inde scripta etiam diuina legimus, quę possint salua fide aliis atque aliis parere sententijs, in nullam earum nos præcipiti affirmatione ita proiciamus, ut si fortę diligentius discussa ueritas eam labefactauerit, corruamus: non pro sententia diuinarum scripturarum, sed pro nostra ita dimicantes, ut eam uelimus scripturarum esse, quę nostra est, cum potius eam, quę scripturarum est, non stram esse uelle debeamus.

De modo legendi. Cap. XII.

Modus legendi in diuidendo constat. Diuisio fit & partitione, & inuestigatione. Partiendo diuidimus, quando ea, quę confusa sunt, distinguimus. Inuestigando diuidimus, quando ea, quę occulta sunt, referamus.

De meditatione cur nunc sit prætermittendum. Cap. XIII.

Ecce iam ea, quę ad lectionem pertinet, quāto lucidius, & compendiosius potuimus, explicata sunt. De reliqua uero parte doctrinę. i. meditatione aliquid in præsentem dicere omitto, quia

res tanta speciali tractatu indiget: & dignum magis est omnino silere in huiusmodi, quā aliquid imperfecte dicere. Res enim ualde subtilis est, & simul iocunda, quę & incipientes erudit, & exercet consūmatos, in experta adhuc stilo, ideoque amplius prosequenda. Rogemus ergo nūc sapientiam, ut radare dignetur in cordibus nostris, & illuminare nobis in semitis suis, ut introducat nos ad puram, & sine animalibus cœnam.

Diffinitio trium remediorum philosophiam concernentium contra totidem mala: & de philosophiã altera diuisione. Cap. XIII.

Tria sunt, sapientia, uirtus, necessitas. Sapientia est comprehensio rerum pro ut sunt. Virtus est habitus animi in modum naturę rationi consentaneus. Necessitas est sine qua uiuere non possumus, sed felicius uiueremus. Hęc tria remedia sunt contra mala tria, quibus subiecta est uita humana. Sapientia contra ignorantiam, uirtus contra uitiū, necessitas contra infirmitatem: propter ista tria mala exstirpanda quę sita sunt ista tria remedia, & propter hæc tria remedia inuenienda, inuenta est omnis ars, & omnis disciplina. Propter sapientiam inuenta est theoria, propter uirtutem inuenta est practica, propter necessitatem inuenta est mechanica. Istę tres usu primę fuerunt, sed postea propter eloquentiam inuenta est logica. Quę cum sit inuentio ne ultima, prima tamen esse debet in doctrina. Quatuor igitur sunt principales scientię, a quib⁹ omnes alię descendunt, theoria, practica, mechanica, logica. Theoria diuiditur in theologiam, physicam, Theoricam, mathematicam. Theologia tractat de inuisibilibus substantiis, physica de inuisibilibus uisibilibus causis, mathematica de inuisibilibus uisibiliū formis. Et hæc mathematica diuiditur in quatuor scientias. Prima est Arithmetica, quę tractat de numero. i. de quantitate discreta per se. Secunda est musica, quę tractat de proportione. i. de quantitate discreta ad aliquid. Tertia est geometria, quę tractat de spatio. i. quantitate continua immobili. Quarta est astronomia, quę tractat de motu. i. de quantitate continua mobili. Elementum arithmetice est unitas. Elementum musicę est unisonum. Elementum geometrię est punctum. Elementum astronomię est instans. Practica diuiditur in solitariam, priuatam, publicā. Solitaria docet, quomodo unusquisque propriam uitam honestis moribus instituat, uirtutibus exornet. Priuata docet, quomodo regendi sint familiares, & qui per carnis affectum sunt affines. Publica docet, qualiter populus totus, & gens a suis rectoribus gubernari debeat. Solitaria pertinet ad singulos, priuata ad patres familias, publica ad rectores ciuitatum. Mechanica tractat de operibus humanis, & hæc diuiditur in septem. Prima est lanificium, secunda armatura, tertia nauigatio, quarta agricultura, quinta uenatio, sexta medicina, septima theatra. Logica diuiditur in grammaticam, & in rationē disserendi. Ratio disserendi diuiditur in probabilem, & ne-

Pulchra Diffinitio

A Pulchra sensuum diffinitio.

Psal. 78. Job. 9. Job. 7.

Esa. 4.

B

Practica

Mechanica

Logica

& necessariam , & sophistcam . Probabilis diuiditur in dialecticam , & rhetoricam . Necessaria pertinet ad philosophos : sophistica ad sophistas . In his quatuor partibus prophetia talis ordo in doctrina seruari debet , ut prima ponatur logica , secunda ethica , tertia theorica , quarta mechanica . Primum enim comparanda est eloquentia , deinde , ut ait Socrates in ethica , per studium uirtutis oculus cordis mundandus est : ut deinde in theorica ad inuestigationem ueritatis perspicax esse possit . Nouissime mechanica sequitur , quæ per se omni modo modo inefficax est , nisi ratione præcedentium fulciatur .

De magica , & partibus eius . Cap. XV.

Magica repertor primus creditur Zoroastres rex Bactrianorum , quem nonnulli asserunt ipsum esse Cham filium Noe , sed nomine mutato . Hunc postea Ninus rex Assyriorum bello uictum interfecit , eiusque codices artibus maleficiorum plenos igne cremari fecit . Scribit autem Aristoteles de hoc ipso , quod usque ad bis & uicies centum millia ueruum eius de arte magica ab ipso dictatos libri eius usque ad posteritatis memoriam traduxerunt . Hanc artem postea Democritus ampliauit tempore quo Hippocrates in arte medicinae insignis habebatur . Magica in philosophia non recipitur , sed est extrinsecus falsa professione , omnis iniquitatis & malitiæ magistra , de uero mentiens , & ueraciter lædens animos seducit a religione diuina , culturam demonum suadet , morum corruptionem ingerit , & ad omne scelus ac nephas mentes sequacium impellit . Hæc generaliter accepta , quinque complectitur genera maleficiorum . Mantice , quod sonat diuinationem , & mathematicam uanam , sortilegia , maleficia , præstigia . Mantice autem quinque continet species sub se . Primam necromantiam , quod interpretatur diuinatione in mortuis . *νεκρός* enim id est necros græce , mortuus latine . & *νεκρός* cadauer dicitur : unde diuinatione , quæ sit per sacrificium sanguinis humani , quem demones sicut , & in eo delectantur effuso . Secunda est geomantia id est diuinatione in terra . Tertia hydromantia , id est , diuinatione in aqua . Quarta est aerimantia id est diuinatione in aere . Quinta est diuinatione in igne , quæ dicitur pyromantia . Varro enim quatuor dixit esse , in quibus diuinatione constaret , terram , aquam , aerem , ignem . Prima ergo id est necromantia ad infernū uidetur pertinere , secunda ad terram , tertia ad aquam , quarta ad aerem , quinta ad ignem . Mathematica diuiditur in tres species , in haruspicinam , in augurium , in horoscopicam . Haruspices sunt dicti quasi horuspices , id est horarum inspectores , qui obseruant tempora in rebus agendis : uel haruspices quasi haras inspicientes , qui in extis & fibris sacrificiorum futura conuiderant . Augurium uel auspicium aliquando ad oculum pertinet , & dicitur auspicium quasi auspicium , quia in motu & uolatu auium attenditur : aliquando ad aures pertinet , & tunc dicitur augurium , quasi garrutus auium , quia aure percipitur . Horoscopia , quæ etiam constellatio dicitur , est quando in stellis facta hominum quærentur , sicut genethiaci faciunt ,

De omnibus Hisce materijs loquuntur habere potestatis in Palatio nostro

qui natiuitates obseruant , qui olim specialiter magi nuncupabantur , de quibus in euangelio legimus . Sortilegi sunt , qui sortibus diuinationes quærent . **Q** Malefici sunt , qui per incantationes dæmoniacas , siue ligaturas , uel alia quacunque execrabilia remedium genera cooperatione dæmonum , atque instructu nefanda perficiunt . Præstigia sunt , quando per phantasticas illusiones circa rerum immutationem sensibus humanis arte dæmoniacæ illuditur . Sūt ergo omnes simul undecim . Sub mantice quinque , id est necromantia , geomantia , hydromantia , aerimantia , pyromantia . Sub mathematica , tres id est haruspicina , auspiciū , horoscopia . Postea tres aliæ id est sortilegium , maleficium , præstigiū . Præstigia Mercurius dicitur primus inuenisse . Auguria Phryges inuenerunt . Haruspicinam , & sortilegia Tages primus Etruscus tradidit : hydromantia primum a Persis uenit .

LIBRI SEPTIMI, QVEM in Didascalico non comperi , sed quasi illius appendicem . Tractat enim de meditatione , qua ex visibilium cognitione ad inuisibilis etiam diuinæ Trinitatis asurgimus agnitionem , hæc sunt Capita .

- De tribus inuisibilibus Dei , à quibus emanant omnia quæ sunt potentia , sapientia , benignitas . Cap. i.
- De immensitate diuinæ potentia , quomodo eam perspiciamus ex creaturarum multitudine . Cap. ii.
- De creaturarum magnitudine . Cap. iii.
- De earundem pulchritudine in quatuor . Cap. iiii.
- De situ , & de dispositione rerum in loco . Cap. v.
- De dispositione temporum . Cap. vi.
- De ordine , qui in unaquaque re consideratur ex dispositione partium . Cap. vii.
- De omnifario rerum motu . Cap. viii.
- De specie , figurisque rerum . Cap. ix.
- De iis , quæ quia rara , miranda sunt . Cap. x.
- De iis , quæ quia pulchra , sunt mirabilia . Cap. xi.
- De rerum uarijs coloribus . Cap. xii.
- De sensibilibus rerum qualitatibus . Cap. xiii.
- De rerum utilitate quadruplici . Cap. xiiii.
- De tribus similibus , & quanta sit diuini opificii supra humanum excellentia . XV.
- Quod inter tria inuisibilia Dei , sapientia sit prima inuestiganda . Cap. xvi.
- Quomodo per rationalem creaturam ostenditur rerum creator esse æternus . cap. xvii.
- Ex motu rerum quadruplici creatoris quoque æternitatem comprobari . cap. xviii.
- Quod rerum creator unus est , & immutabilis . capit. xix.
- Mutationum secundum quantitatem , aut qualitatem Deo competere non posse . cap. xx.
- Ex anima rationali diuinam ostendi posse Trinitatem . cap. xxi.
- Quod in diuinis pater suam sapientiam propter seipsam diligit . cap. xxii.

In Sum-

In summa Trinitate mutuam esse dilectionem . cap. xxiii.
Summi patris ad homines , ut filium suum audiant , exhortatio , et pæ antedictorū pbatio . cap. xxiiii.
Quod ordo conditionis , & cognitionis rerum diuerso se habeat . cap. xxv.
De tribus diebus inuisibilis lucis . cap. xxvi.
Quod dicti dies mystici prius in genere humano compleri sint , & in nobis compleri debeant , & quomodo . cap. xxvii.

De tribus inuisibilibus Dei , a quibus emanant omnia quæ sunt potentia , sapientia , benignitas . Cap. I.

A Verbum
Rom. i. B



Quam lepide discursu.

Verbum bonū , & uita sapiens , quæ mundum fecit , cōtemplato mundo conspicitur . Et uerbū ipsum uideri non potuit , & fecit quod uideri potuit , & uisum est per id , quod fecit . Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea , quæ facta sunt intellecta , conspiciuntur . Tria sūt inuisibilia Dei , potentia , sapientia , benignitas . Ab his tribus procedunt oīa : in his tribus consistunt oīa : & per hæc tria reguntur oīa . Potentia creat , sapientia gubernat , benignitas conseruat . Quæ tñ tria sicut in Deo ineffabiliter unū sunt , ita in operatione oīno separari non possunt . Potentia per benignitatem sapienter creat . Sapientia per potentiam benigne gubernat . Benignitas per sapientiam potenter conseruat . Potentiam manifestat creaturarū immensitas , sapientiam decor , benignitatem utilitas . Immensitas creaturarum in multitudine , & magnitudine . Multitudo in similibus , in diuersis , in permixtis . Magnitudo in mole , & spatio . Moles in massa , & pondere . Spatium est in longo , & lato , & profundo , & alto . Decor creaturarum est in situ , & motu , & specie , & qualitate . Situs est in compositione , & ordine . Ordo est in loco , & tempore , & proprietate . Motus est quadripartitus , localis , naturalis , animalis , rationalis . Localis est ante & retro , dextrorsum & sinistrorsum , sursum & deorsum , & circum . Naturalis est in cremento , & decremento . Animalis est in sensibus , & appetitibus . Rationalis est in factis , & consilijs . Species est forma uisibilis quæ oculo discernitur sicut colores , & figuræ corporum . Qualitas est proprietas interior , quæ cæteris sensibus percipitur , ut melos in sono auditu aurium , dulcor in sapore gustu faucium , fragrantia in odore olfactu narium , lenitas in corpore tactu manuum . Utilitas creaturarum cōstat in grato , & apto , & commodo , & necessario . Gratum est quod placet , aptum quod conuenit , commodum quod prodest , necessarium sine quo quid esse non potest . Nunc propositas partitiones a principio repetamus , & in unoquoque diuisionis genere qualiter , uel ex uniuersitate creaturarum creatoris manifestetur potentia , uel ex decore sapientia , uel ex utilitate benignitas , perquiramus . Et quia immensitas prima fuit in partitione , prima esse debet in prosecutione .

Species
Qualitas

De immensitate diuinæ potentia , quam perspiciamus ex creaturarum multitudine . Cap. II.

Diligenter igitur audite , & considerate quæ dicturus sum . Quādo nihil erat , facere , ut aliquid esset , qualis potentia erat . Quis sensus potest cōprehendere , quæ uirtus sit de nihilo , etiam unum aliquid facere , quāuis exiguum . Si ergo unum aliquid quāmlibet paruum de nihilo facere tanta potentia est , ut cōprehendi non possit : quāta existimanda est potentia tam multa facere ? Quā multa ? Quot sunt . Numerata stellæ cæli , arenam maris , puluere terræ , guttas pluuiæ , pennas uolucrum , squammas piscium , pilos animalium , gramina camporū , folia siue fructus arborum , & cæterorum innumerabilium innumerabilia numerata . Innumerabilia in similibus , innumerabilia in diuersis , innumerabilia in permixtis . Quæ sunt similia ? Quæ sub eodem genere continentur : ut homo unus , & alteri leo unus , & alter : aquila una , & altera : honoruscopa una , & altera : hæc singula , & cætera talia in suis generibus similia sunt . Quæ sunt diuersa ? Quæ dissimilibus differentijs informantur , ut homo & leo , leo & aquila , aquila & honoruscopa : hæc inuicem diuersa sunt . Quæ sunt permixta ? Omnia simul cōsiderata . Quomodo ergo in similibus infinita ? Quomodo in diuersis infinita ? Quomodo in permixtis infinita ? Audi . Homo unum genus est , sed unus homo non est . Quis eos numerare potest ? Leo unum genus est , sed unus leo non est . Quis eos numerare potest ? Aquila unum genus est , sed aquila una non est : quis eas numerare potest ? & ita in cæteris innumerabilibus innumerabilium rerum generibus infinita rerum geneta , & in singulis generibus infinita similia . Simul uero oīa infinita innumerabilia .

De creaturarum magnitudine . Cap. III.

Sed fortassis qui tot fecit , parua fecit , multa simul & magna , facere non potuit , quanta tamen ? Metire moles montium , tractus fluminum , spatia camporum , altitudinem cæli , profunditatem abyssi . Miraris , quia deficiis : sed melius deficiente miraris . Meditantibus de creaturarum immensitate : quasi seminarium quoddam iecimus nunc ad cōtemplandam earū pulchritudinem transeamus .

De earundem pulchritudine in quatuor . Cap. IIII.

Quāuis multis ac uarijs modis creaturarum pulchritudo perfecta sit , quatuor tamen præcipue sunt , in quibus earundem decor consistit . Hoc est in situ , in motu , in specie , in qualitate . Quæ quidem si quis inuestigare sufficeret , mirabilem in eis sapientiam Dei lucem inueniret . Et hoc uinā ego tam possem subtiliter perspicere , tam competentē enarrare , quā possum ardentē diligere . Delectat . n . me , quia ualde dulce & iocūdum est de his rebus

rebus frequenter agere, ubi simul & ratione eruditur sensus, & suauitate delectatur animus, & emulatione excitatur affectus, ita ut cum psalmista stupeamus, & admirantes clamemus. Quam magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapientia fecisti. Et alibi. Delectasti me in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua Domine: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognosceret, & stultus non intelliget hæc. Vniuersus enim mundus iste sensibilis quasi quidam liber est scriptus digito dei, hoc est uirtute diuina creatus: & singulæ creaturæ quasi figuræ quædam sunt non humano placito inuentæ, sed diuino arbitrio institutæ ad manifestandam inuisibilibus Dei sapientiam. Quemadmodum autem si illiteratus quis apertum librum uideat, figuras aspiciat, literas non cognoscit: ita stultus & animalis homo, qui non percipit ea, quæ Dei sunt, in uisibilibus istis creaturis foris uidet speciem, sed intus non intelligit rationem. Qui autem spiritualis est, & omnia diiudicare potest, in eo quidem, quod foris considerat pulchritudinem operis, intus concipit quam miranda sit sapientia creatoris. Et ideo nemo est, cui opera Dei mirabilia non sint, dum insipiens in eis solam miratur speciem, sapiens autem per id, quod foris uidet, profundam rimatur diuinæ sapientiæ cogitationem, uelut si in una eademque scriptura alter colorem seu formationem figurarum commendet, alter uero laudet sensum, & significationem. Bonum ergo est assidue contemplari, & admirari opera diuina, sed ei, qui rerum corporalium pulchritudinem in usum nouit uertere spiritualem. Nam & ideo scriptura tantopere nos ad desideranda mirabilia Dei excitat, ut per ea, quæ foris credimus, intus ad agnitionem ueritatis ueniamus. Vnde Psal. quasi pro magno aliquo se iam & hoc fecisse commemorat, & ad huc facturum promittit dicens. Memor fui dierum antiquorum; meditatustum in omnibus operibus tuis, & in adinventionibus tuis exercebor. Hinc est etiam, quod quibusdam ignorantibus creatorem suum, & cultum Deo debitum idolis exhibentibus in Esai. 40. Esaias dicitur. Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera? Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sicut locustæ? Qui extendit uelut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum? Et Psal. mista iterum in quodam loco cum argueret idolorum cultores ait. Omnes dii Gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit. Quid est ergo putatis, quod in assertionem ueræ distinctiuitatis opera Dei ita in medium deducuntur, & dicitur, Dominus autem cælos fecit, nisi quia creatura recte considerata homini creatorem suum ostendit? Consideremus & nos, quanta sint mirabilia Dei: & per pulchritudinem rerum conditarum quæramus pulchrum illud pulchrorum omnium pulcherrimum, quod tam mirabile & ineffabile est, ut ad ipsum omnis pulchritudo transitoria, & si uera sit, comparabilis esse non possit. Et quia superius omnem pulchritudinem uisibiliū in quatuor constare diximus: nunc ordine per singula currentes, qualiter ex ipsis inuisibilis Dei sapientia cla-

rescat, uideamus. Scio quidem quod minus erit quicquid dixerimus, sed tamen decens non est, ut ideo omnino taceamus, ibi præcipue, ubi si fieri posset, maxime decenter loqui deberemus.

Quatuor diximus, situm, motum, speciem, & qualitatem. Primum ergo primo discutiamus. Situs est in compositione, & ordine id est in compositione, & dispositione. Compositio duo habere debet, aptitudinem, & firmitatem, hoc est ut componenda apte & competenter coeant, & composita firmiter cohereant: laudabilis est compositio talis. Aptitudo consideratur in quantitate, & qualitate. In quantitate, ne nimis tenuia & exilia, grossis & corpulentis. In qualitate, ne nimis humida siccis, nimis calida frigidis, nimis leuia ponderosis: & si qua sunt talia, inordinare coniungantur. Vide si pulchritudini diuinorum operum aliquid horum desit, & si nihil deesse uideris, iam aliquid habes unde etiam in hac parte mireris. Et primum quidem si uniuersitatis huius machinam intuitus fueris, inuenies quam mirabili ratione & sapientia compositio rerum omnium perfecta sit, quam apta, quam congrua, quam decora, quam cunctis partibus suis absoluta, in qua non solum concordiam seruant similia, sed etiam quæ create potentia diuersa atque repugnanti ad esse prodierunt, distante sapientia in unam quodammodo amicitiam & federationem conueniunt. Quid repugnantius esse potest aqua & igne: quæ tamen in rerum natura ita Dei contemperauit prudentia, ut non solum ad inuicem commune societatis uinculum non dissipent, uerum etiam nascētibz cunctis, ut subsistere possint, uitale nutrimentum subministrent. Quid de humani corporis compage loquar, ubi omnium membrorum iuncturæ tantam ad inuicem seruant concordiam, ut nullum omnino possit inueniri membrum, cuius officium alteri non uideatur præstare adminiculum: Sic omnis natura se diligit, & miro quodammodo pluriū dissimilium, & in unum redactorum concordia unā in omnibus harmoniam facit. Aptæ est ergo & conueniens rerum omnium compositio: sed quomodo est firma? Quis non uideat? quis non miretur? Ecce cæli, qui ambitu suo concludunt omnia, quomodo solidi sunt, & quasi ex ære fusiles desuper circumquaque oppanfi. Terra uero in medio, suo pondere librata, semper immobilis perseverat, ut cætera in medio fluctuantia, hinc soliditas cælorum, illinc terræ stabilitas in unum coarctent & constringant, me citra legitimos terminos diffusa concordiam uniuersitatis dirumpant. Ecce quomodo per uiscera telluris intrinsecus tracones aquarum sparsi, & foris per alueos suos in diuersa deducti: intus fathiscentem, ne dissoluatur, conglutinant: & foris, ne fathiscat, arenam rigant. Ecce quomodo in humani corporis fabrica iuncturas ossium uincula neruorum ligant, & medullis intus per fistulas tibiæ diffusis, canales etiam uitalem uenarum sanguinem per omne corpus deducunt, ac deinde teneritudinem carniū cutis tegmen inuoluit, ut & rigor ossium intrinsecus corpus sustineat, & pellis munimē foris defendendo custodiat. Quis duritiam lapidū, quis soliditatem metallorum, quis nodositatē robo-

Situs.

Elegantissime quidem dicitur.

N

F

O

rum, quis tenacitatem glutinum, quis cætera innumerabilia enumerare queat? Ex quo claret, quæ sint firma rerum uincula, cum singula quæque cõdita tanto nisu naturæ, & esse suū defendant, simul uero oia à cõcordia societatis suæ dissolui oino non queant.

De situ, & dispositione rerum in loco. Cap. V.

Dispositio rerum.

Dispositio rerum. Ost cõpositionē sequitur, ut de dispositione rerum qualis sit consideremus. Neque, minima fiet admiratio, si quis diligenter attendat, quæ singulis locis, singulis temporibus, singulis rebus, diuina prouidentia cās suas distribuit, ut in nullo penitus ordo rerum perturbetur. Ecce cælum sursum est, & terra deorsum. In cælo stellas, & luminaria collocat, ut subiecta oia illustrarent. In aere uentis, & nubibus uiam fecit, ut coagitationibus suis dispersæ pluuiæ deorsum funderent. In gremium telluris moles aquarum recipi iussit, ut per gurgites suos huc illucque, quo nutus ferret iubentis, discurrerent. Volucres in aere suspendit, pisces aquis immergit, terram bestijs, & serpentibus, & aliorum reptiliū, uerumque generibus repleuit. Quasdam regiones ditauit ubertate frugū, quasdam opulentia uinearū, alias fertilitate olerum, alias fecunditate pecorum, alias potētibus herbis, alias gemis pretiosis, alias animalibus, & bestiis monstruosis, alias coloribus uariis, alias diuersarum artium studiis, alias metallorū, alias thimiamatū diuersis generibus, ut nulla prorsus regio sit, quæ non aliquid præ cæteris nouū, & spæle possideat: nulla itē, quæ non aliquid nouū, & spæle ab aliis accipere queat. Quid quod et ea, quæ humanis uisibus necessaria sunt, in cõi hominum frequentia ipsa creatoris prouidentia constituit: ea uero, quæ non natura pro necessitate, sed cupiditas expetit propter speciem, in aditis terrarum sinibus abscondit, ut quem amor uirtutis ab immoderato appetitu non castigat saltem laboris tædio uictus conualescat.

Discurfus Rulcher.

De dispositione temporum. Cap. VI.

Hæc de dispositione locorum diximus: quid de dispositione temporum dicemus: Quis satis admirari potest, quæ mira ratione prouidentia diuina cursus temporum distinxit? Ecce post noctem uenit dies, ut torpentes in ocio labor exerceat: post diē sequitur nox, ut fessos ad refocillandum quies excipiat. Non semper dies, non semper nox, non semper æqualis dies & nox, ne uel immoderatus labor debilitatos frangat, uel quies continuata naturam inficiat, uel identitas perpetua animo tedium gignat. Itē quæadmodum uicissitudo dierum ac noctium astantia renouat, ita quatuor tempora anni ordine sibi succedentia totius mundi spem mutant. Primum per teporē ueris quadam in nouatione mundus nascitur. Deinde per feruorem æstatis quasi in iuuetutem roboratur. Post hæc superueniente autumno ad maturitatem conscendit. Postremo succedente hyeme ad defectum uergit. Idcirco autem semper deficit, ut semper post defectum renouari possit: quia nisi prius à statu suo deficeret uetera, quasi illis lo-

cum occupantibus non ualerent exurgere noua. Hoc quoque satis mirabile in hac dispositione cernitur, quod ipsa tempora ita immutabili lege suæ mutabilitatis uices custodiunt, ut nec aliquando ab explendo ministerio suo deficiant, neque secus currentia ordinem primæ institutionis confundant.

De ordine, qui in unaquaque re consideratur ex dispositione partium. Cap. VII.

Hæc de dispositione temporum exempli causa dicta sufficiunt. Nunc illum ordinem prosequamur, qui in unaquaque re consideratur, secundum congruam dispositionem partium. Hic uero intrinsecus est: alij. scilicet secundum locum & tempus, extrinseci sunt. Et hic quoque non minus miranda est sapientiæ efficacia, quæ ita congrue in uniuersitate singula distribuit, ut nusquam oino iunctura partium generet repugnantiam qualitatum. Ecce, ut exempli causa de multis pauca ponamus, in compositione humani corporis quanta elucet sapientia creatoris? Sursum est homo uniformis, deorsum bifariam diuisus: quia & uniformis est principale mentis, id est ratio, quæ inuisibilia respicit: & ut gemina est animæ qualitas, ita & concupiscentia, quæ deorsum ad terrena descendit. Item brachijs in latum extenditur, tibijs deorsum figuratur statura humani corporis, quia & intentio operationis animum extendit, & affectus desideriorum figit. Item secundum latitudinem hinc inde per digitos pedum in quinque finitur humani corporis protensio: quia siue in latum tendatur animus per intentionem operis, siue deorsum figatur per desiderium affectionis, quinque sensus sunt, per quos foris exit. Item digiti ternis articulorum interuallis distinguuntur, qui de una palma in manibus, in pedibus de una planta prodeunt: quia de una sensualitate quinque sensus exeunt, in quibus prima distinctione primum sensus, deinde sentire, postmodum sensibile inuenitur. Postremo in singulis digitis extremorum articulorum capita superpositis unguibus, quali galeata cernuntur, ut quocumque, siue manus extensa, seu pes promotus, offendiculum inuenerit, ipsi suo munimine protecti, illa si permānere possint. Similiter terrena illa ad similitudinē unguium foris sensibus in hærentia, quasi in necessitate nos muniunt, sed quantum non pertinent ad necessitatem, quasi extra carnem sine sensu præcidi possunt. Ecce in humana facie quam rationabili distinctione instrumenta sensuum collocata sunt. Supremum locum obtinet uisus in oculis, deinde auditus in auribus, post hunc in naribus olfactus, atque post hunc in ore gustus. Scimus autem, quod reliqui omnes sensus foris intro ueniunt: solus uisus intus foras exit, & eminentius posita mira præ cæteris agilitate percipit. Bene ergo quasi speculator eminentiorem cunctis locum obtinuit, ut quæ cæteris sensibus superuentura sunt, ante periculum præuide-re possit. Post hunc auditus, & loco, & nobilitate secundus est. Deinde olfactus. Gustus autem, qui nil sentire potest, nisi id, quod tangit, merito (tardior cæteris sensibus) in imo resedit. Tactus specia-

lem sedem non habet, qui ideo uniuersalis est, quia cunctis cooperatur sensibus. Vnde & in digitis pollex, qui tactum signat, coadunatis in unum digitis solus oibus rñdet, quia sine tactu nullus sensuum esse pot. Vide et quo in humano corpore ossa intrinsecus collocata sunt, quatenus robur eoru corpus sustineat: deinde caro ossa uelut, ut duritia eorum molliter tactu excipiat. Ad uultum pellis carnem induit, ut sua quodammodo tenacitate ab incommodis foris accidentibus corpus muniat. Attēdite quo illud, quod molle est, & infirmum, in medio quasi in loco tutiore ponit, ne vel intrinsecus, sulci menro carens concidat, vel extrinsecus munimentum non hñs fathiscat. Quod aut in vno exemplificatum est, in cunctis gnibus rerum inueniri pot. Sic. u. cortex munit arborē, sic pennae & rostra uolucres, sic squammæ pisces, rebusque singulis fm competentiam naturae suae, p̄ouidentia creatoris munimenta instituit. Hucusque de situ locuti sumus: nunc ad motum transeamus.

De omnifario rerum motu. Cap. VIII.

Motus est quadrifarius. Localis, naturalis, aialis, ronalis. De quibus, quia per singula multa dicere non possumus, breuiter singula perstringamus. Vide quo in motu locali sapientia conditoris appareat: Cogita nunc, vñ defluentib. sp̄ aquis indeficiens sp̄ uena ministrat, vñ motus uentorum educitur, quis infatigabilem astrorum cursum moderatur, quis Solem per hiberna descendere signa precipit, quis rursus per aestiua eum signa ascendere facit, quis eum ab Oriente in Occidentem ducit: & iterum ab Occidente in Orientem reuehit. Hæc cuncta mirabilia, & soli Deo possibilia sunt. Quid et de naturali motu dicā? Quis putas nascētib. cunctis incrementum tribuit, & quasi de quodam occulto naturae sinu in apertum germinatia educit, rursusq; eadē mercantia illuc, vnde uenerant, reuerti facit? Satis hæc diligenter intuentibus mirabilia apparebunt. Deinde sequit̄ motus aialis, qui est in sensibus, & appetitib. Cogita ergo qualis esse possit, qui sensus oium uiuentium fabricat, appetitus creat, & in singulis quibusq; aiantib. quid appetere, & q̄tum appetere debeant, ordinat. Deniq; motu ronalis, qui est in factis, & consilijs, satis admirationis tibi ingerit, si attendere uolueris q̄ ineffabilis sit sapientia, quae oia hoium facta, oēs uoluntates, oēs deniq; cogitationes cordiū, ita ad suae uoluntatis arbitrium intorquet, ita imperat & moderat, ut nihil in uniuersitate possit fieri, quod non ipsa ad decorem operum suorum, aut precipiendo, aut permittendo fieri uelit.

De specie, figurisque rerum. Cap. IX.

Hæc de motu pro breuitate dicta sufficiat. Deinde sequitur species. Species est forma uisibilis, quae continet duos, figuram & colores. Figura aut rerum multis modis apparent mirabilia. Aliqñ ex magnitudine, aliqñ ex paruitate, aliqñ quia rara, aliqñ

quia pulchra, aliqñ ut interim ita loquar, quia quodammodo conuenienter inepta, aliqñ quia in multis una, aliqñ quia in uno diuersa, singula ordine suo psequamur. Figura fm magnitudinem attenditur, qñ res quaelibet sui generis modum in quantitate excedit, sic miramur gigantem inter hoies, cetum inter pisces, gryphonem inter uolucres, elephantem inter quadrupedes, draconem inter serpentes. Figura fm paruitatem considerat, qñ res quaelibet sui gn̄is q̄titati aequari nō pot, ut est succerio in capillo, tinea in indumento, uermes, & ciniphes, & filia, quae inter caetera quidem aialia uidentur, sed caeteris oibus corporis exiguitate dispares sunt. Vide ergo quid magis mireris, detes apri, an tineae, alas gryphis, an ciniphis: caput equi, an locustae: crura elephantis, an culicis: rostrum suis, an fuccerionis: aquila, an formicam: leonem, an pulicem: tigridem, an testudinem? Ibi miraris magnitudinem, hic miraris paruitatem: corpus paruum magna sapientia conditum. Magna sapientia, cui nulla subrepat negligentia. Illis dedit oculos, quos uix cōprehendere potest oculus, & in tam exiguis corporibus sic omnifariam lineamenta naturae suae congrua plenissime distribuit, ut nihil uideas deesse in minimis eoru oium, q̄ natura formauit in magnis.

De ijs, quae quia rara sunt, miranda sunt. Cap. X.

Restat nunc dicere de ijs, quae rara sunt: & ob hoc magis mira uñt. Sunt quaedam in rebus conditis, quae idcirco cum uñt, magis mira sunt, quia ad hoium notitiā raro perueniunt, vel ob hoc, q̄ in suo gn̄e pura creata sunt, uel quia remotis sedibus, & in abditis naturae sinibus abstrusa. Hæc autem idcirco creatoris prouidentia seorsum collocare uoluit: ut illorum consortio, quae noxia sunt, non lædatur humana societas: eoru, quae pretiosa sunt, specie probet̄ humana cupiditas: eorum, quae rara sunt, nouitate excitata admirari discat humana tarditas: postremo ut hæc bona simul, & mala quasi eminus posita, quodammodo alloquant̄ hoiem, ut attendat q̄to studio mala aeterna fugere, & bona aeterna appetere debet, si p̄ his t̄p̄alib. bonis ad piscēdis, & malis euitadis tantos labores sustinet.

De ijs, quae quia pulchra sunt, mirabilia sunt. Cap. XI.

Sequitur de ijs, quae mirabilia sunt propter pulchritudinem. Quarundam rerum figurationem miramur, quia speciali quodam modo decoris sunt, & conuenienter coaptatę, ita ut ipsa dispositio operis quodammodo innuere uideatur sp̄alem sibi adhibitam diligentiam conditoris. Rursum alia idcirco miramur, quia monstruosa sunt, uel ridicula, quoru quidē plasmatio q̄tum ab humana rōne aliena est, tanto facilius humanū aium in admiratione cōpellere pot. Quare crocodilus manducans inferiorē molā nō mouet: & quō salamandra in igne illa pmanet: quis dedit hericio spinas, & docuit eum,

Discurrit pulcherrime.

eum, ut se pomis turbine discussis inuoluat, quibus onustus incedēs stridet quasi plaustrū? & formicā, q̄ hyemis superuenturæ p̄scia granis horrea sua replet? araneā, q̄ de uisceribus suis laqueos nectit, vñ p̄dam capiat: isti sunt testes sapientiae Dei. Est adhuc aliud uerū, & euidentis diuinæ sapientiae argm: q̄ oē genus sise sibi p̄creat, & in tam multis similitudo una p̄pagata primæ originis formā non mutat, non ouis uitulū, non vacca agnum, non cerua leporem, non leo vulpē, sed in sibi sise p̄paginem suam extendit oē, quod est. Hoc quoq; insensibilis natura custodit: aliud genus arboris est tilia, aliud fagus, aliud quercus, unumquodq; sp̄em suam hēt, & unumquodq; gn̄is sui seruat similitudinē. Vide folium quo ferratis dētibus per gyrū distinguit, quo intrinsecus, p̄ductis costulis huc illucq; intexitur. Numera unū, numera aliud. Oē, qd̄ est unius gn̄is, unius inuenies, & multitudinis, & similitudinis: tot dentes in uno, quot dentes in alio: tot costulas in uno, quot costulas in alio: talē formā in uno, qualē formā in alio: talē colorē in uno, qualē colorem in alio. Ecce quo mora, quo fraga, quibusdam granulis adinuicē cōpactis circūqua; distinguunt: tale unumquodq; quale alterū: & oīs natura quasi cuiusdā intrinsecus dictantis p̄ceptū acceperit, nūquā terminos suos excedere p̄sumit. Hoc quoque mirabile est: q̄ in uno corpore tot constituunt mēbra, tot mēbrorū formæ, tot loca, tot officia. Ecce in uno hoīs corpore quot mēbra? Aliud auris, aliud oculus, aliud lingua, aliud nasus, aliud pes, aliud manus, singulis sua forma, sua loca, sua officia, & cū sint ita diuersa in singula iuicē cooperant oia.

De rerum varijs coloribus. Cap. XII.

Rest figurā sequit̄ color. De colore rerum multū differere opus non est, cū ipse uisus p̄bet q̄tū naturae decoris additur, cū tā varijs distincta coloribus adornat. Quid luce pulchrius, q̄ cū colorē in se non hēt, oium tñ colores rerū ipsa quodammodo illuminando colorat? Quid iocūdius ad uiuendū cœlo cū ferenū est, qd̄ splendet quasi saphyrus, & gratissimo quodā suae claritatis tēperamento uisum excipit, & demulcet aspectū? Sol sicut aurū rutilat, Luna pallet quasi electrū, stellarū qdā flāmeo aspectu radiāt, qdā luce rosea micant, qdā uero alternatim nunc roseū, nunc uiridē, nunc candidū fulgorē demonstrant. Quid de gēmis, & lapidibus p̄tiosis narrē? quoru nō solū efficacia utilis, sed aspectus quoq; mirabilis est. Ecce tellus redimita floridus q̄ iocundū spectaculū p̄bet, quo uisum delectet, quo affectū puocat: Videmus rubentes rosas, candida lilia, purpureas violas: in quibus oibus non solū pulchritudo, sed origo quoq; mirabilis est. Quo .i. Dei sapientia de terrae puluere talē p̄ducit sp̄em. Postremo sup̄ oē pulchrū uiridē quo aros intuentiū rapit, qñ uere nouo noua quadā uita germina p̄deūt, & erecta sursum in spiculis suis quasi deorsum morte calcata ad imaginē futurę resurrectionis in lucem pariter erumpunt. Sed quid de operibus Dei loquimur? cum etiam humana

obsup

industria fucos adulterina quadam sapientia fallentes oculos tantopere miramur?

De sensibilibus rerum qualitatibus. Cap. XIII.

Rest sp̄em de qualitate rerū differere dēmus: ob hoc prouidentia creatoris tā diuersas qualitates rebus indidit, ut oīs sensus hoīs sua oblectamenta inueniat. Aliud percipit uisus, aliud auditus, aliud odoratus, aliud gustus, aliud tactus. Uisum pascit pulchritudo colorū, suauitas cantilenæ demulcet auditū, fragrantia odoris olfactū, dulcedo saporis gustū, aptitudo corporis tactū. Et q̄s oēs delicias sensuū enumerare queat? Quae tā multiplices sunt in singulis, ut si q̄s quēlibet sensū per se consideret, quēlibet p se ditatū putet. Quot. n. oblectamēta oculorū in diuersitate colorū mōstrauimus, tot oblectamēta auriū in uarietate sonorū inuenimus. Inter q̄ prima sunt dulcia sermonū cōmercia, quibus hoies adinuicē suas uolūtates cōcant, p̄terita narrāt, p̄ntia indicant, futura nūciāt, occulta reuelāt: adeo ut si his careat uita humana, bestiis cōparabilis uideat. Quid aut cōcētus auriū? quid humane uocis melos iocundū? qd̄ dulces modos sonorū oium cōmemorē? quia tā multa sunt harmoniae gn̄a, ut ea nec cogitatus percurrere, nec sermo facile explicare possit, q̄ tñ cuncta auditui seruiūt, & ad eius delicias creata sunt: sic est de olfactu. Hñt thimiamata odorē suum, hñt uinguēta odorē suū, hñt rosaria odorē suū, hñt rubeta, prata, resqua, nemora, flores odorē suū: & cuncta, q̄ suauē p̄stant fragrantia, & dulces spirāt odores, olfactui seruiunt, & in eius delicias creata sunt. Eodem modo gustus, & tactus varia hñt oblectamenta, quae ex similitudine priorum satis perpēdi p̄nt.

Pulchre discurrit.

De uilitate rerum quadruplici. Cap. XIII.

De imēsitate creaturarū, & de pulchritudine earū quo potuimus, non quōdebuius, locuti sumus: nunc restat, ut ad cōsiderandā earūdem uilitatē transeamus. Utilitas rerū quatuor cōplectit̄, necessaria, cōmoda, congrua, & grata. Necessariū unicuiq; rei est, sine quo ipsa subsistere cōmode nō pot, utpote in uictu hoīs panis & aqua: in uestitu lanea siue pellicea, aut qlibet eiufmodi indumēta. Cōmodū est, qd̄ licet aliqñ amplius dilectet, sine ipso tñ uita duci pot, utpote in uictu hoīs, poculū uini, & esus carniū: in uestitu byssus, & sericū, uel qdlibet aliud mollius indumentū. Aprū & congruū est, qd̄ licet utentibus non profit, ad utendum tñ conuenit, quales sunt tincturæ colorū, p̄tiosi lapides, & quaecunq; eiufmodi censentur. Gratū est eiufmodi, quod ad usum quidē habile non est, & tñ ad spectandū delectabile, qualia sunt fortasse qdā herbarū gn̄a, & bestiarū, uolucrum quoque, & pisciū, & quæuis filia. Sed dignū ualde inquisitione est: quare Deus hæc creare uoluit, quæ usui hoīs (p̄pter quē oia fecit) non necessaria fore p̄uidit? Sed hoc citius cognoscetur, si cā & modus humane condōnis attendatur. Deus hoiem propter se fecit, cuncta alia p̄pter hoies condidit. Propter

pter se fecit hoīem, non q̄ ipe indigeret hoīe, sed vt hoī, quia melius dare nil potuit, seipsum fruendum daret: alia vero creatura sic facta est, vt & subiecta hoī esset per condonem, & deseruiret ad utilitatem. Homo ergo, quasi in quodam medio collocatus, hēt super se Deum, sub se mundum, & corpore quidem deorsum mundo cōiungitur, spiritus autē sursum ad Deū subleuatur. Necessē autē fuit, vt visibilibus conditio ita ordinaretur, quatenus hō in eis foris agnosceret: quale esset inuisibile bonū, quod intus q̄rere deberet, hoc est vt sub se videret quid supra se appeteret. Non igitur decebat, vt rerum visibilibus copia in parte aliqua defectū sentiret, q̄ ob id maxime instituta est, vt inestimabilem æternorum bonorum affluentiam nuntiaret. Hoc est quod diximus: cur Deus illa ēt creare voluit, q̄ humanis visibus necessaria non esse p̄uidit. Si. n. sola necessaria tribueret, bonus quidem esset, sed diues non esset. Cum vero necessarijs ēt commoda adiungit, diuitias bonitatis suæ ostendit. Cum autē cōmoda cōgruis superadditis cumulant, abundantia diuinæ bonitatis eius demonstratur. Sed dum postremo congruis etiam grata, & iucunda adiungit, quid aliud quàm superabundantes diuitias bonitatis suæ notas facit?

De tribus similibus, & quanta sit diuini opificij supra humanum excellentia. Cap. XV.

Hæc de utilitate scripturarum breuiter dicta sufficiant: sed libet adhuc ad cumulum diuinæ laudis paulisper attendere, q̄ mire tria hæc simul in opere suo conseruauerit Deus. Quod q̄ra admiratione dignum sit, sic facilius fortasse cognoscemus, si prius hæc quæ in ope humano simul esse non possint, consideremus? Certe hō cū multa facere desiderat, magna facere non p̄t, quia tanto minus p̄ualer in singulis, q̄to plura sunt, per q̄ intentionis suæ conatus diuidit. Rursus cū ad magnitudinē innitit, a multitudine retardat, quia multis p̄stare non sufficit vires, quas ad vnius effectū specialiter effundit. Simili mō minor diligentia decori operis impenditur, quoties ad multitudinē solā, siue ad magnitudinē perficiendā aīus occupat. Videmus, q̄ scriba eas figuras, q̄ exiles sunt, p̄p̄rius format, in magnis figurandis p̄p̄rius desudat: & calamus q̄to velocius trahitur, tanto deformiores sunt literæ, q̄ exprimuntur. Nā & in formandis vestibus ij, qui nimis pulchritudinē diligunt, sæpe utilitatem perdunt, & qui utilitatem conseruare cupiunt, pulchritudinē h̄re non p̄t. Sed in opere Dei, nec multitudo magnitudinē minuit, nec magnitudo multitudinē stringit, neq; simul vel multitudo, vel magnitudo pulchritudini officit, neque pulchritudo utilitatē tollit, sed sic facta sunt oīa, quasi facta sint singula, vt cū vniuersa aspexeris, I singula mireris. Hæc de visibilibus dicta alicui fortassis, q̄tum ad cōpendium tractandi pertinuit, plurima videbunt, sed attendere debet, q̄ tā operosa materia non facile paucis verbis explicat. Nā cū

Rom. 1. dicat Apostolus, q̄ per ea, q̄ sunt in mundo, mani-

festantur ea, q̄ inuisibilia sunt in Deo, necesse est, vt quisquis per visibilia ad agnitionē inuisibiliū peruenire desiderat, prius ipsa visibilia agnoscat. Propter qd̄ & ego cum hæc pro posse meo inuestigare p̄ponerem: tribus inuisibilibus in exordio enumeratis, & tribus itidem visibilibus contra hæc dispositis, ratus sum hunc esse cōpetentissimum ordinē narrandi, vt prius ipsorum visibilibus aliq̄ notitiā in mediū afferrem, ac sic deinde quasi referato contemplationis aditu, per inuestigationem inuisibilium procederem. Postquam igitur ijs, quæ de visibilibus dicenda erant, finem fecimus: nunc quomodo, vel quo ordine per hæc ad inuisibilia ascendantur, considerare debemus.

Quod inter tria inuisibilia Dei, sapientia sit prima inuestiganda. Cap. XV I.

Ria diximus inuisibilia, potentiam, sapientiam, benignitatem. Quæredum est ergo, quod horū ceteris prius contemplantibus in agnitione occurrat. Et credo, q̄ illud inuisibile prius in contemplatione cōprehenditur, qd̄ in suo visibili simulacro expressius, & manifestius declarat. Simulacra autē inuisibilium ipsa visibilia dñr, vt potē inuisibilis potentie simulacrum est creaturarum immensitas. Inuisibilis sapientie simulacrū est creaturarum decor. Inuisibilis benignitatis simulacrū est creaturarū utilitas. Oīs autē creatura q̄to vicinior similitudini creatoris appropinquat, tanto euentius creatorē suum declarat. Illud ergo visibile simulacrum inuisibile exēplar prius ostendere debet, quod diuinæ similitudinis imaginem perfectius in se expressam retinet. Immensitas autē creaturarum magis ad essentiam, decor vero creaturarū magis pertinet ad formam. Essentia vero absq; forma cōsiderata informis est. Quod autē informe est, in hoc quidem quod est, Deo simile est, sed in hoc quod forma caret, à Deo diffidet. Quod ergo formatū est, magis Deo simile est, quàm id, quod formam non habet. Vnde constat, q̄ plus euidens simulacrum est decor creaturarum, quæ ad solā spectat essentiam. Item decor creaturarum propter formam naturalem pertinet ad habitum, utilitas vero ad actum, quia in hoc creaturæ vtilis sunt, quod subiectæ homini seruiunt, & obsequium reddunt. Quod ad habitum pertinet, magis proprium est, & magis certū, quàm id, quod pertinet ad actum, quia habitum natura indidit, actum vero institutio adiunxit. Simulacrum ergo decoris immensitatem pariter & utilitatem in cognitione præcedit, & propterea in cognitione prius est, quia in manifestatione est euidens. In hoc igitur simulacro primum vestigium contemplationis ponere debemus, vt dum primum inquisitionis ingressum recte tenuerimus, ipso, quem quærimus, duce pede inoffenso ad reliqua procedamus. Pulchre autem inquirenda sapientia ab ipso sapientie simulacro inquisitionis exordium sumitur, quia per sapientiam suam pater manifestatur, non solum quando sapientiam suam in carnē misit, sed tunc quoq; quando

Decor creaturarum quatuor completitur.

quando per sapientiam suam mundum creauit. De cor creaturarum, quem simulacrum sapientie Dei esse diximus, quatuor cōplectitur, situm, modum, speciem, qualitatem. Sed in his quatuor, motū excellentiorem locum habere dubium non est, quia viciniora vitæ sunt mobilia, q̄ ea quæ moueri non possunt. Motus autē quadripartitus est, localis, naturalis, animalis, rationalis. Sed motus naturalis localem motum superat, quia in naturali motu non solum imago vitæ exprimitur, sed ipsa quodammodo vita inchoatur. Rursus animalis motus tantum naturali præcellit, q̄tum insensibili id, qd̄ sentit. Postremo rationalis cunctis superponitur, quia in eo non solum sensus ad animandum, sed ratio quoq; ad intelligendum mouetur. Hoc simulacro nullum in creaturis esse potest euidens, quia inuisibilem sapientiam ostēdit cunctis manifestius id, qd̄ sapit.

Quo per rationalem creaturam ostenditur rerum creator esse æternus. Cap. XV II.

Rimum ergo est, ac principale sapientie sacramentum sapientia creata. i. rationalis creatura, quæ quia fm aliq̄ visibilis est, fm aliq̄ inuisibilis ianua cōtemplationis facta est, pariter & via. In quantum visibilis, est ianua, in quantum inuisibilis, est via. Ianua est, quia ingrediendi ad contemplationem animo primum aditum pandit. Via est, quia currentem in contemplationem ad finem animam perducit. Ianua est, quia quodammodo inuisibilia visibiliter ostendit. Via est, quia de visibilibus per inuisibilia euntes vsq; ad visibilibus pariter & inuisibiliū creatorem videndum perducit. Hoc in semetipso p̄t agnoscere homo. Nemo enī est sane sapiens, qui se esse non videat. Et tamen hō si vere qd̄ ipse est, attēdere cēperit, omnium, quæ in se vel videntur, vel videri possunt, nihil se esse intelligit. Illud nāq; qd̄ in nobis rationis capax est, q̄uis (vt ita dicam) infusum & commixtum carni sit, ipsum tamen se a substantia carnis propria ratione se cernit, & alienum esse intelligit. Cur ergo homo inuisibilia esse dubitet, qui id ipsum, qd̄ vere homo ē, de cuius exitētia nequaquā dubitat, inuisibile esse videtur. Ianua ergo contemplationis homini aperitur, quando ipse sua se ratione ducēte ad se cognoscendum ingreditur. Ingresso autē via vsq; ad finem currenda reitatur, vt. s. quisq; ex consideratione propria ad cognitionem creatoris sui perueniat. Illud nāq; in nobis, qd̄ carnis non habet essentiam, a carne nō potest habere materiam, sed sicut diuersum est a carne, ita alienum se sentit a carnis origine. Initium tamen se habere in hoc verissime agnoscit, q̄ cum se intelligat esse, semper se fuisse nō meminit, cum tamen nesciens intellectus esse non possit. Si ergo intellectus esse non potest, nisi intelligens, restat vt quem non semper intellexisse cognoscimus, nō semp fuisse, ac per hoc aliq̄ cepisse credamus. Sed sicut iā dictum est, q̄ spiritalem habet essentia, non p̄t originē habere corpoream, quia quicquid ex materia præiacente traducitur, corporeum esse cōprobat. Si igitur inuisibile nostrum initium habuerit, superest vt nō de præiacenti materia, sed de

† intelligens.

nihilo factum sit. Qd̄ autē nihil est, esse sibi dare nō p̄t: & idcirco quicquid initium habuerit, dubium non est, quin ab alio esse acceperit. Qd̄ autē a semetipso non est, esse alijs dare non p̄t. Igitur quisquis ille est, qui rebus esse contulit, ab alio esse non accipit. Quod inde quoq; liquido cōprobat: quia si quicquid est, creaturam esse credimus, nullum in rebus finem inuenimus. Nostra ergo nos natura instruit, q̄ creatorem habemus æternum, cui suum & proprium est q̄ subsistit: quia si ab alio esse accepisset, prima rerū origo veraciter dici nō posset. Si enī aliq̄ non erat, a seipso initium non habuit, sed nec primus dici p̄t, si ab alio esse accepit. Igitur si creator est, semper fuit. Item qd̄ a semetipso est, nō esse non p̄t. Quicquid .n. a semetipso est, huic idē est esse, & id, qd̄ est & constat, quia nulla res a semetipso diuidi aut separari p̄t. Cui igitur idem est esse, & id, qd̄ est, necessario semper est, quia a semetipso separari nihil p̄t. Si igitur quicquid a semetipso est, huic idem est esse, & id, qd̄ est, qui aliunde esse non accipit, sequitur necessario vt semper sit, vtq; aliunde auferri nō possit, qd̄ aliunde datum nō sit. Necessē est ergo, vt quæ creatorē credimus, hūc nec principium, nec finē habere posse cōfiteamur, Principium .n. non habet qd̄ semper fuit, nec finē, qd̄ nūq; definit. Neq; ergo æternus præter solum creatorem est, neq; creator nisi æternus esse potest.

Ex motu rerum quadruplici creatoris quoq; æternitatem comprobari. Cap. XV III.

Hanc cognitionem in rationali motu inuenimus, quod. s. creatorē æternum habemus, qui principio caret, quia sēpre fuit: finem non patitur, quia semper erit. Huic autē cognitioni cæteri quoq; motus attestantur, hoc est animalis, naturalis, localis. In animali nāq; motu sunt sensus, & appetitus. Omnis autē naturalis appetitus in rebus explementum inuenit, neq; aliquis est ordinatus affectus, quæ suus effectus cōsequi nō possit. Verbi gratia. Esuriunt animantia, inueniunt quod comedat; sitiunt, inueniunt quod bibant; algent, inueniunt quo calefiant. Constat ergo, quod prouidentia præcessit, cuius cōsilio hoc tunc cautū est, ne quod nūc indigentis rerū necessarium præsidium desit. Qui .n. appetitus instituit, ipse appetitibus alimēta preparauit. Neq; vilo modo fieri posset, si rerum euentus fortuiti essent, vt sic per oīa cunctis affectibus sui effectus responderent. Idē motus naturalis probat. Sicut .n. impossibile est, vt per se aliquid de nihilo fiat: sic omnino impossibile est, vt per se aliquid augmentū accipiat, hoc est qd̄ sibijpsi dare non p̄t initium, sibijpsi dare nō p̄t incrementū. Quicquid .n. crescenti in augmentū venerit, præter id esse cōprobat, qd̄ per se prius solū sine incremento fuit. Si ergo nil crescere p̄t, nisi addatur ei, qd̄ prius nō habuerit, patet q̄ nulla res crescēs p se incrementū sumit. Qui ergo crescit, dat incrementū, ipse nō existit. Idē motus localis p̄bat. Quasdam nāq; creaturas p̄petuo motu agitari cernimus, quasdam vero fm tēpus moueri videmus, & alias sic, atq; alias sic. Et licet ita dissimiliter res moueant, nūq; tamen

M. Hug. à S. Vic. To. iij. D 3 tamen

tamen ordo rerum confunditur. Vnde non est dubium, quin intus sit dispositio praesidentis, qui certa lege cuncta moderatur. Quia ratione ergo negamus providentiam, si omnis rationalis appetitus naturaliter sibi preparatam inuenit alimoniam, neque vnquam oino hoc fieri contingat, vt quod in vno natura appetit, in altero natura non habeat? Similiter cum motus & incrementum ita varie & dissimiliter foris currentia, nunquam tamen confundant ordinem, quomodo negare possumus intus esse dispositionem? Dubitari igitur non potest, quin inuisibilis intus rector praesideat, qui rerum omnium euentus, & prudentia sua prouenit, & sapientia disponit.

Quod rerum creator vnus est, & immutabilis.
Cap. XIX.

Vnum inquam. Nam & hoc quoque natura ipsa docet, vnum scilicet esse rerum omnium opificem, vnum esse rectorem. Nam si diuersa intus consilia praesidentium essent, ipsi se foris rerum cursus ab inuicem aliquando diuiderent. Nunc autem omnia, dum sic concorditer ad vnum finem currunt, profecto indicant, quod vnus est fons, & origo, vnde procedunt. Sed quia vnum diuersis modis accipitur, considerandum est, quomodo creator rerum vnus esse dicatur. Nam est vnum collectione, & vnum compositione, & vnum similitudine, & vnum essentia, & vnum identitate. Vnum collectione est, quemadmodum cum gregem dicimus vnum, in quo multa sunt animalia. Vnum compositione, quemadmodum cum corpus vnum dicimus, in quo multa sunt membra. Vnum similitudine, quemadmodum cum vocem vnam dicimus, quae a multis est placata. Sed horum omnium nihil vere vnum est. Secundum aliquem tamen respectum vnum dicta sunt, quia quodammodo ad vnitatem accedunt. Fas ergo non est, vt existimemus creatorum rerum, aut collectione diuersorum, aut compositione partium, aut similitudine plurium vnum esse, cum illud etiam, quod in nobis rationale est, horum omnium in semetipso nihil possit inuenire. Illud enim nostrum, quod partium multitudine compositum cernitur, non rationale, sed rationali coniunctum esse, ipsa nostra ratione comprobatur. Si ergo nostrum rationale vere vnum est, quanto magis creator eius vere vnus esse credendus est? Vere autem vnum est, quod essentialiter vnum est, cui totum est vnum esse, & simplex esse, quod est. Quicquid igitur vere vnum est, simplex est, & in partes omnino aliquas separari non potest, & ideo sectionem partium non admittit, quia partium compositionem non recipit. Creatori igitur rerum ideo vnum esse, quod est, quia totum vnum, & simplex esse, quod est. Sed adhuc considerare nos oportet, quod quaedam res inueniuntur, quae vere vnum sunt, & tamen summe vnum non sunt, sicut animae, quae vnum sunt essentialiter, sed vnum non sunt inuariabiliter. Quod autem vere & summe vnum est, essentialiter & inuariabiliter vnum est. Restat ergo, vt si Deum vere vnum esse credimus, utrum ne

etiam summe vnus dici possit, inquiramus. Quod tunc veraciter ostendimus, si eum omnino inuariabilem esse comprobamus. Sed quia scire non possumus, quomodo Deus inuariabilis sit, nisi prius agnoscamus, quot modis res quaelibet variari possit, primum nos oportet omnes mutabilitatis modos describere, ac deinde per singulas qualitates a Deo remoueantur, ostendere. Tribus modis fit omnis mutabilitas, loco, forma, & tempore. Localiter mutatur res quaelibet, quando de loco ad locum transit, hoc est esse definit ubi fuit, & ubi non fuit esse incipit. Et est extrinseca haec mutatio, nihilque variat de ipsius rei essentia, quia si esse definit ubi fuit, non tamen quod fuit esse definit, etsi esse incipit ubi non fuit, non tamen quod non fuit, esse incipit. Formaliter mutatur res quaelibet, quando vel secundum suam essentiam in eodem persistens loco, vel secundum augmentum aliquid accipit, quod prius non habuit, vel secundum detrimentum aliquid, quod prius habuit, amittit; vel secundum alterationem aliquid, quod prius habuit, aliter habere incipit, quam prius habuit. Mutatio secundum tempus ex duobus praecedentibus nascitur, quia nihil temporaliter mutari potest, quod vel formaliter non mutetur, vel localiter. Vnde euidenter colligitur, quod immutabile omnino est, quicquid neque forma, neque loco mutari potest. Si igitur Deum neque forma, neque loco mutari posse constiterit, immutabilem omnino esse dubium non erit. Localem autem mutationem facile ab eo remouemus, si eum ubique esse ostendimus. Quod enim ubique est, in omni loco est. Quod autem in omni loco est, de loco ad locum transire non potest. Deum autem ubique esse multa sunt indicia. Primum ipsa anima nostra, quam & ratio simplicem essentiam esse non dubitat: & sensus per omne, quod viuificat, corpus diffusum esse probat. Quaecumque enim animati corporis pars laeditur, vnus est, ad quem sensus omnis doloris retorquetur: quod omnino non fieret, si vnus & idem ubique non diffusus esset. Si ergo rationalis spiritus hominis cum sit simplex, per omne, quod regit, corpus diffunditur: dignum non est, ut ille creator, qui omnia regit & possidet, uno aliquo in loco coarctari, & non omnia potius implere credatur. Nam & ipsi rerum motus, qui tam certo, & tam rationabili ubique moderamine currunt, uitam intrinsecus mouentem esse ostendunt. Nec tamen villo modo credendum est, quod sicut sensus hominis cum corpore, quod sensificat, personaliter coniungitur: ita quoque creator ille spiritus cum corpore huius sensibilis mundi personaliter coniungatur, quia aliter impleret mundum. Deus, & aliter anima corpus. Anima implet corpus, & eo continetur, quia circumscribibilis est: Deus implet mundum, sed mundo non concluditur, quia ubique praesens nusquam comprehenditur potest. Praeterea cum diuinae virtutis effectus nusquam deesse cernimus, cur eandem Dei virtutem omnibus inesse rebus dubitemus? Si autem Dei uirtus ubique est, cum alia non sit Dei uirtus quam Deus, constat quod nusquam Deus deest. Neque enim vt homo

Z Tribus modis fit omnis mutabilitas.

Deum esse ubique, multa sunt indicia.

A

ad operandum aliena uirtute Deus indiget, quia homo saepe alieno adminiculo perficit, quod facere propria uirtute non ualet. Vnde secundum quandam loquendi consuetudinem, illic homo aliquando operari dicitur, ubi per semetipsum absens esse non dubitatur, quemadmodum cum rex in ciuitate sua residens, procul cum hostibus conflagrare, uincere, uel superari prohibetur: quia militariter eius uolente ipso & iubente conflagrant, uel ui superantur. Tale est, cum quis in rem eminens positam, uel uirgam extendit, uel lapidem iacit, & tangere dicitur quicquid uel lapis, uel uirga tetigerit. Multa quidem sunt talia, sed horum omnium nihil proprie dicitur, quia alteri tribuitur, quod alter operatur. Deus autem, qui per semetipsum cuncta propria uirtute facit, ubicunque praesens est opere, praesens etiam necesse est ut sit deitate. Quod si quis forte quarrat, quomodo diuina essentia, quae simplex est, ubique esse possit? Sciatur, quod aliter spiritus simplex dicitur, aliter corpus. Corpus enim propter paruitem simplex dicitur. Cum autem spiritus simplex dicitur, non paruitem, sed unitas significatur. Creator igitur est simplex, quia vnus est, & ubique est, quia Deus est. In omni loco existens, nusquam comprehenditur, quia uniuersa replens, continet non continetur. Quia igitur in omni loco est, mutari localiter non potest: & quia a nullo comprehenditur, localis non est.

Simpliciter duplex.

Mutationem secundum quantitatem, aut qualitatem Deo competere non posse. Cap. XX.

Sed neque illa, quae secundum formam est, mutabilitas in ipsum cadere potest. Quicquid enim secundum formam mutatur, uel secundum augmentum, uel secundum diminutionem, uel secundum alterationem mutatur, sed horum omnium diuina natura nihil recipit: quod facile uidere est per singula. Non augetur. Quicquid enim per incrementum crescit, amplius aliquid semetipso accipit. Quicquid autem praeter id, quod in semetipso habet, aliquid accipit, aliunde accipiat necesse est: quia nulla res sibi ipsi, quod non habet, dare potest. Creator autem rerum a quo aliquid, quod non habet, accipiat, cum omne, quod exiit, ab ipso procedat? Non potest igitur crescere, qui semetipso amplius nil potest recipere, neque minui potest. Quicquid enim semetipso minus fieri potest, uere vnum non est: quia id, quod in separatione se diuidit, in coniunctione idem non fuit. Deus igitur, cui totum vnus est esse quod est, nullo modo semetipso minor fieri potest. Neque igitur perfectio augeri, neque unitas minui, neque immensitas comprehendendi, neque qui, praesens ubique est, localiter potest uariari. Nunc de sola alteratione restat, ut ostendamus qualiter diuinae naturae non conueniat. Et quia alia est alteratio corporum, alia spirituum, cum ex supradictis constat Deum non corpus, sed spiritum esse: cum de Deo loquimur, non necesse est de alteratione corporum multa disserere. Breuiter tamen eam attingimus, ut competentius ad alterationem

Duplex alteratio.

spirituum perueniamus. Alteratio corporum fit in transpositione partium, & uicissitudine qualitatum. Alteratio spirituum per cognitionem, & affectum. Secundum affectum mutantur spiritus, ut nunc tristes, nunc hilares. Secundum cognitionem, ut nunc minus, nunc amplius sapientes. Duo uero sunt praecipua, quae affectum operantis mutare solent, id est siue quia aliquid praenitendum fecerit in praeterito, siue aliquid inordinatum proponat de futuro. Sed quod Deus de facto non praeniteat, satis euidenter ostendit immutabilis iste cursus rerum omnium, qui sic lege perpetua primae institutionis modum non deserit. Quod uero nil inordinatum proponat, rationalis probat euentus, qui in tanto corpore naturae nusquam sibi contradicit. Semper ergo immutabilis est uoluntas Dei, qui nec consilium mutat de praeterito, nec propositum de futuro. Sic quoque cognitione immutabilis esse credendus est. Tribus enim modis mutabilitati subiacet humana cognitio, per augmentum, per diminutionem, per uicissitudinem. Per augmentum, ut quando dicimus, quod nescimus. Per diminutionem, quando quod scimus, obliuiscimur. Vicissitudo autem quadripartita est, in essentia, in forma, in loco, in tempore. In essentia uicissitudinem patitur humana cognitio, quando nunc hoc, nunc illud cogitamus: quia simul omnia nostro sensu comprehendere non possumus. In forma, quando id ipsum nunc tale, nunc uero tale attendimus: quia utrumque simul non ualemus. In loco, quando nunc huc, nunc illuc cogitatione ducimus: quia simul ubique esse cogitatione non ualemus. In tempore, quando nunc praeterita, nunc praesentia, nunc futura consideramus. Tunc etiam tempore cognitio uariatur, quando nunc habitam cognitionem intermittimus, nunc intermissam iterum resumimus, quia eam sine intermissione tenere non possumus. Sed has omnes mutabilitates diuina cognitio non recipit. Non augetur, quia plena est. Neque enim nescire potest omnia, qui creat, qui gubernat, qui penetrat, qui portat omnia. Et qui omnibus praesens est deitate, absens esse non potest uisione. Minui non potest, qui aliunde non est quicquid est, sed idem ipsum quicquid est, ab ipso est, ab uno, & unum totum quod est. Quid de uicissitudine dicam? Quomodo uicissitudinem recipere possit sapientia, quae omnia simul & semel sub uno uisionis radio comprehendit? Simul, quia omnem essentiam, omnem formam, omnia loca, omnia tempora. Semel, quia uisionem nec intermissam recipit, nec habitam intermittit: sed quod semel est, semper est, & quod semper est, totum est. Omnia uidet, & de omnibus omnia uidet, & semper uidet, & ubique uidet. Nihil enim nouum, nihil alienum aduenit, nihil suum. Quando futurum est, prauidet: quando praesens est, uidet: quando praeteritum est, retinet. Nec aliud, quam quod in ipso est, prauidet, uidet, & retinet: sed quod aduenit in tempore, fuit in uisione: & quod praeterit in tempore, permanet in uisione. Quemadmodum si totum corpus tuum esset oculus, nec aliud tibi esset esse, & aliud uidere, quocumque se res uerteret, praesens tibi non esse non posset, & sub uno uisionis

D Tribus modis mutabilitati subiacet humana cognitio. Vicissitudo quadripartita est.

E

F

nis ictu immobilis permanens comprehenderes quicquid quoque versum in conspectu haberes, immo non nisi ante te certeres, quicquid circumquaque contra te positum haberes. Res transfret, & staret viuo, & quocumque sua se mobilitate verteret, stanti non nisi praesens esset. Nunc autem, quia ex parte vides, mutabiliter vides, & cum res videnti transit, aut videri desinit, aut secum mutabiliter visionem trahit. Quod si rotus oculus esses, sic mutabiliter non videres. Quicquid igitur ex parte est, mutabile est: & quicquid ex parte non est, mutabile non est. Deus autem, cui idem est esse, vivere, & intelligere, cum per essentiam ex parte non sit, nec per sapientiam ex parte esse poterit, sed sicut immutabilis est essentia, ita quoque immutabilis est sapientia. Hoc iam de cognitione diuina dictum sufficiat. Sed sciendum est, quod haec cognitio, & visio dicitur, & sapientia dicitur, & praesentia dicitur, & prouidentia dicitur. Visio est, quia aspicit, sapientia est, quia intelligit, praesentia quia praesentia, prouidentia quia disponit. De quibus multa difficile, & perplexa quaestiones oriuntur, quas huic compendio interpolare timemus. Igitur ad ea, quae restant, transeamus.

Ex anima rationali diuinam ostendi posse Trinitatem. Cap. XXI.

H quo pridem de visibilibus ad inuisibilia oculo contemplationis ingressi sumus, ad hoc usque via inuestigatio nis penetrauimus, vt iam creatorem rerum omnium sine principio, sine fine, sine mutabilitate esse non dubitemus: & hoc quidem non extra nos, sed in nobismetipsis inuenimus. Consideremus ergo, si adhuc amplius aliquid eadem ipsa natura nostra de creatore nostro nos doceat, quia fortassis non solum vnum, sed & trinum ostendat. Certe mens rationalis vna est, & generat de se intellectum, vna vnum. Quem nonnumquam dum conspicit, quam subtilis, quam verus, quam conueniens, quam iocundus sit, mox diligit eum, & complacet sibi in ipso. Videt pariter & itupet, & se tale aliquid inuenire potuisse miratur. Vehementer libet semper illud aspicere, semper habere, semper illo perfrui, semper in illo delectari. Ipsum per se placet, ipsum propter se placet, nec aliquid est, quod extra illud quaeritur: quia in illo totum amatur. In illo contemplatio veritatis ad videndum delectabilis, ad habendum suauis, ad fruendum dulcis. Cum illo secum mens requiescit, nec vnquam secreti sui tadio afficitur, quia vnico quidem, non tamen solitario consorte laetatur. Considera ergo tria haec, mentem, intellectum, amorem. De mente intellectus nascitur, de mente pariter & intellectu amor oritur. De sola mente intellectus, quia mens de se intellectum gignit. Amor vero nec de sola mente, quia nec de solo intellectu, quia ab vtrisque procedit. Prius mens, deinde mens & intellectus, postea mens & intellectus, & amor. Et hoc quidem in nobis sic est. Verum in creatore esse longe aliter suadet ratio. Quia enim ipsum fuisse

semper credimus, semper quoque sapientiam habuisse oportet confiteamur. Nam si aliquando sine sapientia fuisse dicitur, quis eum post modum sapientem fecerit, aut a quo sapientiam acceperit, nullo modo inuenitur: cum & hoc absurdissimum sit, & ab omni ratione alienum credere, eum, qui est fons & origo sapientiae, aliquando sine sapientia extitisse. Semper ergo in illo sapientia, semper ab illo sapientia, semper cum ipso sapientia fuit. Semper in illo sapientia, quia semper sapientiam habuit, semper sapiens fuit. Semper ab illo sapientia, quia sapientiam quam habet, ipse genuit. Semper cum illo sapientia, quia genita se a gignente non diuidit. Semper genita est, & semper gignitur: nec cum gignitur inchoans, nec cum genita est cessans: semper gignitur, quia aeterna: semper genita est, quia perfecta. Est ergo qui genuit, & est qui genitus est. Qui genuit, pater est: qui genitus est, filius est. Et quia qui genuit semper genuit, aeternus pater est. Et quia qui genitus est, semper genitus est, aeterno patri filius coaeternus est. Item qui semper sapientiam habuit, semper sapientiam dilexit. Qui vero semper dilexit, semper amorem habuit. Itaque aeterno patri, & filio coaeternus amor est. Et tamen pater a nullo est, filius a patre solo est, amor vero a patre simul & filio est. Sed quia superius creatorem omnium summe, & vere vnum esse asseruimus, haec tria in Deo vnum esse substantialiter oportet confiteamur. Quia item ille, qui genitus est, non potest esse ille, a quo genitus est: neque item ille, qui a gignente, & genito procedit, ille esse potest, qui est gignens vel genitus, inexpugnabili ratione veritatis cogimur in deitate personarum trinitate, & substantiae unitatem cognoscere. Tribus ergo in deitate vna communis est, & aequalis aeternitas, & aeterna aequalitas, quia non potest esse singulis dissimile, quod omnibus facit deitas vna commune. Tres ergo vnum sunt, quia in tribus personis est vna substantia: sed tres vnus non sunt, quia sicut distinctio personarum vnitatem deitatis non diuidit, ita & vnitas deitatis distinctionem personarum non confundit.

Quod in diuinis pater suam sapientiam propter seipsam diligit. Cap. XXII.

Sed libet adhuc paulo attentius considerare, quomodo dictum sit, quod pater diligit sapientiam suam. Homines enim saepe solent diligere scientiam suam propter opus, non opus propter scientiam. Sicut est scientia colendi, scientia texendi, scientia pingendi, & caetera huiusmodi, vbi prorsus peritia iudicatur inutilis, nisi consequatur in opere fructus utilitatis. Quod si de sapientia Dei dicitur, iam nimirum opus factori suo antefertur. Propterea dicendum est, sapientiam semper pretiosorem esse opere suo, & semper propter se amandam esse sapientiam. Quod si quando forte sapientiae opus suum antefertur, non hoc est ex iudicio veritatis, sed ex errore hominis. Sapientiam enim

enim vita, & amor sapientiae est felicitas vitae. Quapropter cum dicitur, quod pater sapientiae complacet sibi in illa: absit ab intellectu nostro, vt credamus, quod Deus sapientiam suam propter opera, quae per illam facit, diligit: quin potius omnia opera sua non nisi propter illam amet. Propterea enim dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, non in terra, aut in caelo, non in Sole, aut in Luna, & Stellis, non etiam in Angelis, & quae excellentissima sunt in creaturis, quia & ista si suo modo placita sunt, tamen nisi in ipso, & per ipsum placere non possunt. Tanto enim amplius amore suo digna sunt, quanto vicinius ad eius similitudinem accedunt. Non ergo propter opera sapientiam, sed propter sapientiam opera sua diligit Deus. In illa enim omne pulchrum & verum, & ipsa tota est de siderium. Lux inuisibilis, & vita immortalis, cuius aspectus est tam desiderabilis, vt oculos Dei delectare possit, simplex & perfecta, non redundans & plena, sola, non tamen solitaria, vna & continens omnia.

In summa Trinitate mutuum esse dilectionem. Cap. XXIII.

M Ed quia tres personas in deitate vna credimus, superest vt quod de qualibet harum dicitur, vt vtrum ne etiam de alijs dici possit, inquiratur. Dictum est autem, quod pater amat filium. Restat ergo vt consideremus, an pari modo dici possit, quod amor patris, & filij amet filium, quod filius amet seipsum. Item, quod pater amet se, & filius amet patrem. Item, quod amor patris & filij amet se, & pater amet amorem suum & filij, quod filius amet amorem suum & patris. Postremo, vt vtrum quod vnus & idem amor est, quo quisque amat seipsum, vel adiuicem quisque alium. Sed haec facilius inueniamus, si ea, quae iam dicta sunt, ad memoriam reuocemus.

In supradictis enim rationibus asserimus, quod Deus prima causa est, & origo bonorum omnium. Eo autem, qui fons est, & principium omnium, excellentius bonum nullum esse potest. Summum igitur bonum Deus est. Beatitudo autem nusquam rectius, quam in summo bono collocatur. Deus igitur solus & proprie, & principaliter beatus est. Beatus autem quomodo esse potest, cui idipsum non placet, quod est? Quisquis igitur beatus est, & seipsum diligit, & id, quod ipse est, diligit. Si igitur pater & filius, & amor patris & filij vnum sunt, & vnus Deus sunt: cum in solo Deo vera beatitudo sit, necesse est, vt & quisque amet seipsum, & ad inuicem quisque alterum. Neque beatitudo veraciter dici posset, immo potius summa infelicitas foret, si per contrariam voluntatem se diuiderent, & per eandem naturam ab inuicem separari possent. Sicut igitur natura vnum sunt pater & filius, & amor patris & filij, ita quoque voluntate & amore vnum non esse non possunt. Vno amore se diligunt, quia vnum sunt: nec aliud est, quod quisque amat

in altero, quam quod quisque amat in seipso, quia non aliunde est, quod quisque est, quam quod alter est. Quod pater diligit in filio, hoc idem filius diligit in seipso; & quod amor patris & filij diligit in filio, hoc idem filius diligit in seipso. Item quod filius diligit in patre, hoc pater diligit in se: & quod amor patris & filij diligit in patre, hoc pater diligit in se. Item quod pater & filius diligunt in amore suo, hoc amor patris & filij diligit in seipso. Item quod pater diligit in seipso, hoc diligit in filio, & in amore suo. Et quod filius diligit in seipso, hoc diligit in patre, & in amore suo. Et quod amor patris & filij diligit in se, hoc diligit in filio, & in patre.

Summi patris ad homines, vt filium suum audiant, exhortatio, & per eam antedictorum probatio. Cap. XXIII.

A Vdi, vt vtrum vox patris huic, quod loquimur, concordet. Hic est, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Non dixit separatim, ego mihi complacui: neque dixit separatim, ille mihi placuit: neque vero simul dixit, ego mihi complacui, & ille mihi complacuit, sed dixit, ego mihi complacui in ipso, hoc est quod mihi de me placet, in ipso est, extra ipsum non est, quia quod ego sum, ipse est. Quia enim aliud quam ipse non sum, extra ipsum mihi placere non possum. Hic est ergo filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quicquid mihi placet, in ipso, & per ipsum placet. Ipse est enim sapientia, per quam feci omnia. In ipso aeternaliter disposui, quicquid temporaliter feci. Et tanto amplius vnumquodque opus meum diligo, quanto perfectius illud primae dispositioni concordare video. Nolite putare, quod ipse tantum sit mediator in reconciliatione hominum, quia per ipsum etiam commendabilis, & placita sit aspectui meo conditio omnium creaturarum. In ipso examino cuncta opera mea, quae facio: & non amare nequeo, quod intueor simile illi, quae amo. Solus ille me offendit, qui ab eius similitudine recedit. Si ergo vultis mihi placere ei, similes estote, ipsum audite. Et si forte ab eius similitudine male agendo discessistis, ipsum imitando ad ipsum redite. In ipso datur praecipuum, in ipso datur consiliu. Praecipuum vt persistatis, consiliu vt redeatis. Vtinam tenuissetis praecipuum: sed quia transgressi estis praecipuum, saltem audite consiliu: ipsum audite. Magni consilij Angelus nobis mittitur, vt qui conditis datus fuit ad gloriam, idem perditis veniat ad medelam. Ipsum audite. Ipse conditor, ipse est & redemptor: ipse Deus mecum vos condidit, qui vobiscum homo, solus ad vos venit. Ipsum audite. Ipse est forma, ipse medicina, ipse exemplum, ipse est remedium. Ipsum audite. Felicius fuisset semper tenuisse eius similitudinem, sed iam minus gloriosum non erit, ad eius redire imitationem. Ipsum audite. O homo quid caularis ignorantiam tuam? Ecce ipsa natura tua te arguit, ipsa te conuincit. Nosti qualis sis, vnde venias, quem factorem

Cognitio diuina quot nominibus dicitur.

Pulchra super id. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Esa. 6.

Pulchra consideratio.

factorem habeas, quo mediatore egeas, & tu adhuc impudenter te defendendo contra Deum clamas. Nosti quod malus es, & quod a bono opifice malus factus non es, & cessas, & non clamas ad eum, qui te fecit, ut veniat, & reficiat, qui creauit, ut redimat. Noli dubitare de potentia eius, vide opera illius quanta sint. Noli dubitare de sapientia, vide opera eius quam pulchra sint. Noli dubitare de benivolentia, vide opera eius quomodo ad vtilitatem tibi seruiant. Monstrat ergo tibi suo opere quantum possit in tui redemptione. Monstrat item tibi quâ formidandum expectare possis iudicem, si nolueris habere redemptorem. Nemo resistere ei potest, quia omnipotens est: nemo eum fallere potest, quia sapientissimus est: nemo eum corrumpere potest: quia optimus est: nemo eum declinare potest, quia ubiq; est: nemo eum tolerare potest, quia æternus est: nemo eum flectere potest, quia incommutabilis est. Si ergo nolumus talem sentire iudicem, ipsum quem ramus redemptorem.

Quod ordo conditionis, & cognitionis rerum e diuersose habeant. Cap. XXV

Quando pridem de visibilibus ad inuestiganda inuisibilia progredi cœpimus, primo a corporea creatura ad incorpoream, hoc est ad rationalem creaturam transiimus: ac deinde a rationali creatura vsq; ad sapientiam Dei peruenimus: nunc vero redeuntibus primo a sapientia Dei ad rationalem creaturam: deinde a rationali creatura ad corpoream habita consideratione procedemus. Ille ordo est cognitionis, iste cōditionis, quia primū corporea creatura, quæ visibilis est in cognitione occurrit, deinde a corporea creatura ad incorpoream cognitio transit; postremo via inuestigationis aperta vsq; ad conditorem vtriusq; peruenit; In conditione vero primo gradu ad imaginem Dei rationalis creatura facta est, deinde creatura corporea, ut creatura rationalis in ea foris agnosceret, quid a creatore intus accepisset. In sapientia Dei est veritas, in rationali creatura imago veritatis, in corporea creatura umbra imaginis. Rationalis creatura facta est ad Dei sapientiam. Corporea creatura facta est ad rationalem creaturam. Propter quod omnis motus, & conuersio corporeæ creaturæ est ad rationalem creaturam: & omnis motus, & conuersio rationalis creaturæ esse debet ad Dei sapientiam, ut dum quodq; suo semper superiori adheret per conuersionem, nec primæ conditionis ordinem, nec primi exemplaris in se perturbet similitudinem. Quisquis ergo via inuestigationis de visibilibus ad inuisibilia transit, primum a corporea creatura ad rationalem creaturam, deinde a rationali creatura ad cōsiderationem sui creatoris mentis intuitum ducere debet. Reuertens autem de inuisibilibus ad visibilia, primum a creatore ad rationalem creaturam, deinde a rationali creatura ad corpoream creaturam descendit. Ordo autem cognitionis in mente humana semper præcedit ordinem cōditionis, quia nos, qui foris sumus, redire ab intimis non possumus,

nisi prius oculo mentis intima penetremus. Sequitur autem semper ordo conditionis ordinem cognitionis, quia etsi aliquando humana infirmitas ad interna contemplanda vel tenuiter admittitur, diu tamen ibidem stare hanc suæ mutabilitatis fluxus non permittit.

De tribus diebus inuisibilis lucis. Cap. XXVI.

Rostquam igitur nos, quantum Deus largiri dignatus est, de visibilibus ad inuisibilium cognitionem peruenimus: nunc iam mens nostra ad semetipsam redeat, & quid sibi ex hac cognitione vtilitatis prouenire possit, attendat. Quid enim nobis prodest, si in Deo cognoscimus maiestatis celsitudinem, & nullam nobis inde colligimus utilitatem? Sed ecce, dum de illo intimo diuinæ cōtemplationis secreto reuertimur, quid nobiscum afferre poterimus? quid nisi lucem de regione lucis venientes? Hoc enim decens & necessarium est, ut si a lucis regione venimus, ad fugandas nostras tenebras nobiscum lucem apportemus. Et quis scire poterit, quod ibi fuimus, si illuminati non redimus? Appareat ergo, quod ibi fuimus, appareat, quod ibi vidimus. Si ibi vidimus potentiam, apportemus lucem diuini timoris. Si ibi vidimus sapientiam, apportemus lucem veritatis. Si ibi vidimus benignitatem, apportemus lucem dilectionis. Potentia torpentes ad amorem excitet, sapientia ignorantiam tenebris cæcatis illuminet, benignitas frigidus calore charitatis inflammet. Videte quæso quid lux sit, nisi dies: & quid tenebræ, nisi nox. Et sicut oculus corporis habet diem suum & noctem suam, ita quoq; oculus cordis habet diem suum & noctem suam. Tres ergo dies sunt inuisibilis lucis, quibus interiori spiritualis vitæ cursus distinguitur. Primus dies est timor, secundus est veritas, tertius est charitas. Primus dies solem suum habet potentiam, secundus dies solem suum habet sapientiam, tertius dies solem suum habet benignitatem. Potentia ad patrem, sapientia ad filium, benignitas pertinet ad Spiritum sanctum. Alij sunt dies nostri, quos habemus exterius, alij, quos interiori habemus. Dies nostri exteriores, etiam quum nolumus, transeunt: dies vero interiores, si volumus, permanere in æternum possunt. Nam de timore Domini dicitur, quod in seculum seculi permanet. De veritate quoq; dubium non est, quin permaneat in æternum: quia etsi in hac vita incipiat, tunc tamen plena & perfecta in nobis erit, cum ipse, qui est veritas, post huius vitæ terminum manifestus apparebit. De charitate item dictum est: quia charitas nunquam excidit. Boni dies isti, qui nunquam transeunt. Nam illi dies mali sunt, qui non solum non permanent semper, sed nec ad modicum stare possunt. De his diebus per Prophetam dicitur. Homo sicut fenū, dies eius sicut umbra declinauerunt. Isti sunt dies, quos meruit culpa: illi dies, quos dedit gratia. De illis diebus dixit Propheta. In diebus meis inuocabo: qui alibi dixit. Media nocte surgebam

T Dies tres

Psal. 18.

1. Cor. 13

Pal. 102.

Psa. 114

Psa. 118

gebam ad confitendum tibi. Sed illos dies suos vocat: quia alios dies non amat. Sicut Hieremias dicit. Domine die hominis non desideravi, tu scis. Isti sunt dies quibus plenus fuit Iob, de quo scriptum est, quia mortuus est senex & plenus dierum. Nam de alijs diebus plenus esse non poterat, qui transacti iam non erant. Illos dies, qui foris sunt, solos mali nouerunt: boni vero, qui iam internos dies videre meruerunt, eos, qui foris sunt, non solum non diligunt, sed et maledicunt. Pereat, inquit beatus Iob, dies, in quo natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras, & non requiratur eum Deus desuper, & non illustret lumine. Illos ergo dies, qui intus sunt, potius debemus amare, ubi lucem non sequuntur tenebræ, ubi æterni solis splendore illuminantur oculi interiores cordis mundici. De his diebus Psalmista cecinit: Annuntiate de die in diem salutare eius. Quid est salutare eius, nisi Iesus eius? Sic interpretatur Iesus, hoc est salutaris. Qui ideo salutaris dicitur, quia per eum homo ad salutem reformatur. De ipso autem Ioannes loquens. Lex inquit per Moysem data est gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Item Paulus Apostolus vocat Christum Iesum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Si igitur Dei sapientia Iesus Christus est, & per Christum Iesum veritas facta est, constat quod per sapientiam Dei veritas facta est. Dies ergo sapientiæ est veritas. De hoc die suo ipsa sapientia loquitur Iudæis dicens. Abraham pater vester exultauit, ut videret diem meum, vidit, & gauisus est. Veritas enim Dei redemptio est generis humani. Hanc enim prius promiserat. Quam nimirum dum postmodum exhibuit, quid aliud quam seipsum veracem ostendit? Recte autem per sapientiam hæc veritas impleta est, a quo omnis veritas est. Nec aliud ad implendam veritatem mittendus fuit, nisi is, in quo omnis veritatis plenitudo consistat. Bene ergo Abraham ad diem veritatis exultat, quia impleri veritatem desiderat. Quam profecto diem tunc per spiritum vidit, quando Dei filium ad redemptionem humani generis in carnem venturum agnouit: dicitur ergo. Annuntiate de die in diem salutare eius. Diem secundum de die primo in diem tertium, diem veritatis de die timoris in diem charitatis. Primum vnus dies erat, dies timoris. Venit dies alter, dies veritatis. Accessit non successit, quia prior non discessit. Ecce duos dies: iterum est in diem tertium, in diem charitatis: sed & ille cum venit, priores non expulit. Beati dies isti. Istis diebus homines impleri possunt, ubi futuris superuenientibus præsentibus non trahunt. Vbi numerus cum augetur, claritas multiplicatur.

Quod dicti dies mystici prius in genere humano completi sint, & in nobis compleri debeant, & quomodo. Cap. XXVII.

Rimum homines sub peccato constituti, per legem separati sunt, & ceperunt Deum timere iudicem, quia cognouerunt iniquitatem. Ipsum ergo timere hoc iam erat agnoscere, quia profecto nequaquam timere possent, si nullo modo agnoscerent.

Iam aliquid luciserat ipsa agnitio, iam dies erat, sed necdum clarus, quia peccati adhuc tenebris caligabat. Venit ergo dies veritatis, dies salutis, qui peccatum destrueret, claritatem prioris diei illuminaret, & timorem non tolleretur, sed in melius commutaret. Sed necdum plena erat claritas, donec adiungeretur veritati charitas. Nam ipsa veritas dicit. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Omnis ergo veritas ut & mala tolleretur, & bona reformaret. Ecce tres dies sunt: dies timoris, qui manifestat malum: dies veritatis, qui aufert malum: dies charitatis, qui restituit bonum. Dies veritatis clarificat diem timoris: dies charitatis clarificat & diem timoris & diem veritatis, donec perfecta fuerit charitas, & perfecte manifestetur omnis veritas, & timor penam transeat in timorem reuerentiam. Annuntiate ergo de die in diem salutare eius. De his diebus locutus est Osee propheta dicens. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos. Nam qualiter Dominus noster Iesus Christus tertia die surgens a mortuis in se nos viuificauerit, & suscitauerit, audiuius, & gauisi sumus. Sed dignum valde est, ut recõpensemus ei beneficium, suum & quemadmodum nos in ipso tertia die resurgente resurreximus, ita & nos pro ipso, & per ipsum tertia die resurgentes, eum resurgere in nobis faciamus. Nec credendum est, quin a nobis sibi ipse velit retribui, quod prior ipse nobis voluit impertiri. Sicut ergo ipse, ut nostram in se & per se salutem operaretur, tres dies habere voluit, ita & nobis, ut nostram in nobis per ipsum salutem operemur, tres dies dedit. Sed quia illud, quod in ipso gestum est, non tantum remedium, sed etiam exemplum fuit, & sacramentum: oportuit, ut visibiliter foris fieret, quatenus illud, quod in nobis inuisibiliter fieri debuit, significaret. Dies ergo eius extrinsecus fuerunt, nostri dies intrinsecus quaerendi sunt. Tres ergo dies habemus intrinsecus, quibus illuminatur anima nostra. Ad primum diem mors pertinet, ad secundum sepultura, ad tertium resurrectio. Primus dies est timor, secundus est veritas, tertius est charitas. Dies timoris, est dies potentiam, dies patris: dies veritatis, est dies sapientiam, dies filij: dies charitatis, est dies benignitatis, dies Spiritus sancti. Dies quidem patris, & dies filij, & dies Spiritus sancti, in claritate diuinitatis vnus dies: sed in nostram mentis illuminatione quasi alium diem pater, alium filius, atque alium habet Spiritus sanctus, non quod vllatenus credendum sit Trinitatem, quæ inseparabilis est natura, in operatione posse separari, sed ut discretio personarum in distinctione operum valeat intelligi. Quando ergo omnipotentia Dei cōsiderata in admirationem cor nostrum excitat, dies patris est. Quando vero sapientia Dei inspecta agnitione veritatis cor nostrum illuminat, dies filij est. Quando autem benignitas Dei attendita ad amorem cor nostrum inflammat, dies Spiritus sancti est. Potentia terret, sapientia illuminat, benignitas lætificat. In die potentiam per timorem morimur. In die sapientiam per contemplationem veritatis a strepitu huius mundi sepelimur. In die benignitatem

Ioan. 16

Notalia de tribus diebus.

Ose. 6.

Y

benignitatis per amorē, & desiderium æternorum bonorum resurgimus. Ideo enim Christus sexta die mortuus est, septimo die in sepulchro iacuit, octavo die resurrexit, vt simili modo primum potentia in die suo per timorem nos a carnalibus desiderijs foris occidat, deinde sapientia in die suo intus in abscondito contemplationis sepeliat, postremo benignitas in die suo per desiderium diuini amoris viuificatos exurgere faciat, quia sextus dies ad laborem, septimus ad requiem, octauus pertinet ad resurrectionem.

**LIBELLVS, DE POTE-
state & voluntate Dei, vtra
maior sit.**



A Veritur de potestate Dei, an maior sit voluntate eius. Si enim plus potest Deus, quam vult, videret potestas eius maior quam voluntas. Si autem potestas eius maior est quam voluntas eius, videretur in eo esse inæquale aliquid, & non totus sibi conuenire Deus. Quo ergo vnum est totum quod est, si maius & minus ibi est? Si vero idem illi est, & posse, & velle, eadem est potestas eius, & voluntas eius. Si autem idem illi est, & posse, & velle, quicquid vult, potest: & quicquid potest, vult. Vult autem omne quod facit: quia contra voluntatem nihil facit, qui voluntarie facit quicquid facit. Rursum omne quod vult facit, quia ad omnia posse adest, cum velle non deest. Si ergo amplius non potest Deus facere quam vult, neque amplius facere vult quam facit: constat proculdubio, quod amplius facere non potest quam facit. Amplius. **B** Si potest Deus plus facere, quam vult, potest contra voluntatem suam facere, & facere quod in voluntate non habet, & est potestas eius contraria voluntati eius. Unde consequens esse videtur, quod omne, quod potest, & vult, facit: sicut omne, quod facit, potest & vult. Sic omne, quod potest vult, sicut omne, quod vult potest. Sed si hoc recipitur, quod Deus aliud vel aliter nihil facere possit quam facit, necessitate operatur omnia, & alligatur atque constringitur lege operum suorum, vt dominetur ei conditio operis sui: sed hoc nefas est confiteri. Quo ergo, inquirunt, idem est Deo velle & posse, si maior est potestas eius quam voluntas? Videte quid dicunt. Maior, inquirunt, secundum vos potestas Dei est quam voluntas eius. Quare? Quia dicit is Deum plus posse quam velle. Intendite. Si idcirco maior dici debet potestas Dei quam voluntas eius, quia multa facere potest, quæ fecere non vult; ergo & voluntas maior esse dicatur quam potestas, quia multa, quæ facere potest, non facit, quia facere non vult. Si non potestas maior dicitur, quia voluntatem transcendit: & voluntas maior dicatur, quia potestatem constringit. Sed sicut potestas non coarctatur in eo quod sine voluntate nihil operatur, ita & voluntas non superatur in eo, quod non ad omnia, quæ in potestate sunt, dilatur. **D** Tria sunt, affectus, effectus, & respectus. Volun-

tas ergo & potestas in Deo, & affectu, & effectu vnum sunt, sed respectu ad unum non sunt. Quo hæc duo in Deo affectu unum sunt? Quia in ipso nec voluntas sine potestate est, nec potestas sine voluntate. Potestas sine voluntate esset, si aliquam haberet potentiam, quam habere nollit. Rursum voluntas sine potestate esset, si aliquando non ex virtute, sed ex infirmitate aliquid uellet. Quia ergo & potestas in ipso semper voluntaria est, & voluntas potestatiua (quoniam quod potest, omne posse vult: & quod vult, omne ex potestate vult) idcirco in ipso, nec potestas sine voluntate est, nec voluntas sine potestate est. Similiter in effectu nec voluntas a potestate, nec potestas a voluntate ullatenus separari potest. Quicquid enim Deus voluntate facit, facit & potestate: & rursum quicquid facit potestate, facit & voluntate. Quia omnia, quæ facit, & voluntate, & potestate facit. Ergo in omni opere suo Deus & voluntatem, & potestatem exercet, nec se diuidunt in opere, quæ diuidi non possunt in operante. Sic igitur potestas Dei & voluntas, & affectu in ipso, & effectu per ipsum indiuisa perseverant, respectu extra ipsum dissimiliter se demonstrant. Quia enim Deus veraciter non omne, quod potest, velle dicit, quia multa facere potest, quæ facere non vult, nihil autem facere vult, quod facere non potest: ideo ad quædam respicit potestas eius, ad quæ non respicit voluntas eius. Ad omnia autem, ad quæ respicit voluntas eius, respicit potestas eius. Sic igitur potestas diuina respectu aliquando ad alia se habet quam voluntas, sed in se aliud non habet quam voluntas, quia contra voluntatem nihil habet. Sed dicunt, si Deus aliquid facere potest, quod non vult, aliquid facere potest contra voluntatem suam. Si autem contra voluntatem suam aliquid facere potest, non est omnipotens, qui cogi potest, & duci ad id, quod non vult. Sed uidete quomodo cohæreat, quod dicunt, quod si Deus aliquid facere potest, quod facere non vult, ergo contra voluntatem suam aliquid facere potest. Contra voluntatem suam quippe faceret, si faceret quod facere nollit. Non autem idcirco, quia aliquid facere potest, quod facere non vult, contra voluntatem suam facere potest: quia si id faceret, quod facere potest, & non vult: iam illud facere uellet, quod faceret: sicut modo, quia facere non vult non facit, quod tamen facere posset, si uellet. Sic præscientia, & prædestinatio in Deo si secundum respectum considerantur, dissimiliter se habent, cum tamen in Deo unum sint. Præscientia enim & ad mala, & ad bona se habet. Prædestinatio ad bona tantum. Omnia quippe futura præsciuit, electos autem tantum prædestinauit. Similiter & prædestinatio, quando pro dispositione accipitur, in respectu tamen præscientiæ parificari non potest, quia præscientia Dei, & ad ea, quæ facturum est, pertinet, & ad ea, quæ permissurus. Prædestinatio autem ad ea, quæ facturum est tantum. Ambrosius enim dicit. Prædestinauit Deus impiorum gehennam, sed non prædestinauit impiorum culpam. Quod enim facturus fuit, prædestinauit; quod autem facturum non fuit, sed permissurus, non prædestinauit, sed præsciuit.

Ambrosius.

**LIBELLVS ALTER, DE
quatuor voluntatibus in Christo.**



K Veris de voluntate Dei, & de voluntate hominis similiter. Christus Deus fuit, & ideo voluntas diuina in illo fuit. Et quia et homo fuit, similiter voluntas humana in illo fuit. Non dico humanam, quam culpa & vitium hominis facit, sed quam natura hominis requirit. Ergo in Christo diuina voluntas fuit, in quantum Christus Deus fuit: & similiter humana voluntas in ipso fuit, in quantum ipse homo fuit. Humana autem voluntas tripliciter consideratur, secundum rationem, secundum pietatem, secundum carnem. Ergo in Christo voluntas fuit diuinitatis, & voluntas rationis, & voluntas pietatis, & voluntas carnis. Voluntas diuinitatis per iustitiam suam dictabat. Voluntas rationis per obedientiam ueritatem approbabat. Voluntas pietatis per compassionem in malo alieno suspirabat. Voluntas carnis per passionem in malo proprio murmurabat. Vide, an non omnia hæc in Christo. Ille leprosus, qui sanitatem precabatur, & maiestatem confitebatur, potentiam uoluntatis diuine confessus est dicens. Domine, si uis, potes me mundare. Et Dominus, ut eiusdem uoluntatis diuinæ & sententiam & potentiam ostenderet, per sententiam ait, uolo: per potentiam subiunxit, mundare. Hoc est exemplum uoluntatis diuinæ in Christo. Propter uoluntatem rationis, quæ uoluntati diuine per obedientiam subijciebatur, dixit. Spiritus quidem promptus est. Propter uoluntatem carnis, quæ penam horrendo per infirmitatem passioni renitebatur, dixit: caro autem infirma. Spiritus promptus erat per uoluntatem rationis dispositionem diuinæ uoluntatis in passione carnis sequendo. Caro autem infirma per naturalem uoluntatem, quæ malum suum odire acceperat, passioni renitendo. Secundum uoluntatem itaque; deitatis in dispositionem precedentem, & secundum uoluntatem rationis diuinam dispositionem approbantem & subsequentem Christus pati uoluit. Secundum autem uoluntatem carnis, secundum quam naturaliter in quantum homo fuit, eadem carnem suam, quæ odio non habuit, pati noluit. Neque in hoc tantum diuinæ uoluntati contrarius fuit, quia & hoc ipsum, quod noluit, eum nolle diuina uoluntas fuit. Erat adhuc alia uoluntas in Christo, uoluntas pietatis siue humanitatis. Nam ipsa pietas humanitas uocatur: & dicuntur humani, quia pijs sunt, & facile alienis miseris compatiuntur. Proprium est enim humanitatis compati, & moueri pietate in miseria aliena. Bestia pati potest, compati autem humanitatis est proprium. Idcirco uoluntas humanitatis uocatur, quia hominis est pietate moueri. Et hæc similiter secundum naturam humanitatis in Christo inuenitur. Cum appropinquaret Hierusalem uidens ciuitatem fleuit super eam. Quare flebat, si non doluit? Ergo noluit, quod doluit. Quid doluit? perditionem illorum. Quomodo noluit? secundum uoluntatem utique; diuinam, quod iustum futurum erat, uoluit. Secundum uoluntatem rationis iustitiæ consensit, & iustitiam approbavit. Porro secundum uoluntatem pietatis sine odio iustitiæ condoluit miseris, quemadmodum secundum uoluntatem

Humana voluntas tripliciter consideratur.

Luc. 5.

Matt. 26

Eph. 5.

Luc. 19.

carnis iustitiam non accusabat, sed penam recusabat. Vnaqueque uoluntas, quod suum erat, operabatur, & quod ad se pertinebat, sequebatur. Voluntas diuina iustitiæ, uoluntas rationalis obedientiæ, uoluntas humanitatis misericordiæ, uoluntas carnis naturæ. Neque alia alij contraria erat, sed unaqueque, quod suum erat, appetiit, ut quis ad aliud esset, alij in contraria non esset. Hoc est ut licet ad aliud uelle haberet, ad aliam tantum nolle non haberet. Sicut enim diuinitati natura erat iustitiæ non deserere, sic carni iustum erat naturam seruare, & pietati alienam miseriam non amare. Sic itaque; in Christo uoluntas fuit diuinitatis iustitiæ dictans, uoluntas rationis iustitiæ approbans, uoluntas humanitatis pietatis, per quam nulli malum uoluit, uoluntas carnis per quam sibi penam noluit. Iustum itaque; carni erat, quod passionem suam noluit, quia hoc erat secundum naturam; & iustum Deo erat, quod passionem illius uoluit, quia hoc erat secundum iustitiam. Neque enim idcirco caro noluit, quia Deus uoluit: sicut & Deus idcirco non uoluit, quia caro noluit. Similiter & pietas, quod secundum affectum compassionis in pena uel perditione miserorum misericorditer noluit, nequaquam contra Deum id iuste uolentem noluit, sed quod suum erat amauit misericordiam, & tantum quod suum non erat non improbauit iustitiam. Sanè sciendum, quod id, quod caro mortalis timore passionis uritur, & pietas amore compassionis passibiliter mouetur, penam tantum uitæ debitum est, in qua & malis compassio debetur, quod diu corrigi possunt, & bonis passio non tollitur, quod diu meliores esse possunt. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, & corruptibile hoc incorruptionem, tunc utique; sicut carnem neque; passio, neque; timor passionis ullius affliget, sic mens nullam ex compassione alieni doloris penam suscipiet. Illic quippe & caro habebit contra passionem securitatem, & anima habebit in pietate puritatem. Securitas carnis erit ex impassibilitate, puritas mentis ex ueritate. Intellige quod dico. Pati & compati utrumque; pena est. Pati datum est homini per iniquitatem: compati autem preceptum est pro bonitate. Iustum est enim, & æquum coram Deo, ut qui patitur, compatiatur: ut per passionem deleatur iniquitas, per compassionem exerceatur bonitas. Hoc siquidem ad bonitatem pertinet uitæ mortalis, ut se in alijs conditionibus suæ accommodet, & alienæ passionis per compassionem particeps efficiatur, ut sicut id, quod patitur necessitatis est, ita id, quod compatitur opus sit bonitatis. Vbi autem pati non erit, compati non erit. Non tantum quia crudelitas erit in pena aliena, sed quia cruciatus non inerit ex aliena miseria. Hic compati, uirtutis est: illic non compati, felicitatis. Hic compateris uoluntate, moueris pietate, condoles bonitate. Illic non compateris felicitate, non moueris æternitate, non condoles impassibilitate. Sic itaque; compati esse non potest, nisi illic tantum, ubi pati esse potest, quoniam & ipsum compati, pati est. Sanè qui illic pati non exiuit, compati non deponunt: quia sicut pro sua iniquitate corruptibiliter patiuntur, ita per alienam infelicitatem secundum uitæ mortalis affectum carnaliter compatiuntur. Hinc est, quod diues ille in tormentis positus pro fratribus sollicitatur, ut ei ad miseriam cumulum accederet, quod eum in sua pena et aliena miseria cruciaret. Abraham autem et cruciatum uidit, & tantum sine compassionis dolore in certitudine felicitatis persistens, eum per iustitiam reperit. M. Hug. à S. Vict. To. iij. E lit

1. Cor. 15

Luc. 16.

Ibidem, lit dicēs. Fili. recepisti bona in uita tua & Lazarus si
 militet mala. Hinc est et q̄ psalmista prauides, quē
 admodū in illo æternitatis gaudio corda iustorū di
 uinæ iustitiæ p̄ ueritate amorē immutabiliter inhe
 rentia nō aliud appetere uel improbare poterit,
 nisi hoc solū, q̄ d̄. s̄. in illā esse cognoscunt, ait. In troi
 bo in potentia Dñi. Dñe memorabor iustitiæ tuæ
 R. solius. In hac autē uita, ubi eiusdem diuinæ iustitiæ
 sn̄am perfecte nec scire, nec præscire possumus, q̄
 dā ē. q̄ s̄. in ipsam iusta nō sunt, sine iniustitia uelle
 possumus; quia hoc solū ad nos pertinet, ut ubi ne
 scimus q̄d potius Deo placeat, hoc potissimū eliga
 mus, q̄d pietati cōcordat. Vbi autē diuinæ iustitiæ se
 rentia immutabiliter præfixa ostenditur, cōtra eam
 deinceps pierati locus nō debetur. Quia si quid nos
 illic ex cōpassione tetig. rit, uel ex uitio est affectui
 S. dominare, uel ex infirmitate corruptibilis nature
 passioni resiste. e non ualēte. Triplex. n. cōpassionis
 modus. Est quippe cōpassio alia ex uitio, alia ex
 natura, alia ex uirtute. Cōpassio ex uitio est, q̄n̄ affe
 ctus illic reprehensibili dolore tangitur, ubi illicito
 prius amore tenebatur. Cōpassio ex natura est, q̄n̄
 ex insito sibi pietatis affectu aīus alienis ærūnis cō
 dolet, quoties cōtra pietatis uel humanitatis mentu
 rā naturā opprimi siue affligi uidet. Cōpassio ex uir
 tute est, q̄n̄ pp̄ Deū alienis doloribus cōpatimur, cū
 s̄. uel iustitiā premi, uel innocentia affligi uidemus.
 Cōpassio ex uitio culpabilis est, cōpassio ex natura,
 irrephensibilis, cōpassio ex uirtute laudabilis: pri
 ma reprehenditur, tertia laudatur. Scda autē nec cul
 pā hēt, quia ex natura est: nec p̄miū, quia ex uirtute
 nō est. In hac ergo uita q̄d̄iū caro mortalis lædi pōt
 passione, tād̄iū et animus mutabilis tāgi potest com
 passione. Vbi autē utrūq; ueraciter impassibile erit,
 tūc profecto neq; passio carni, neq; compassio men
 ti ulla inesse poterit. Nūc ergo mutabilitate sua be
 ne utrūq; utitur, si & caro in passione patientiā nō
 deserit, & animus in cōpassione iustitiæ mēsurā nō
 trāscendit. Si igitur ips cōpassionis queris, q̄d̄iū pa
 ti possumus cōpati debemus. Si locū queris, illic cō
 passionis miseria exhibenda est, ubi adhuc passionis
 misericordia desperāda non est. Dauid ægrotante si
 lio lachrymas fudit: mortuo faciem lauit, ut osten
 deret q̄ tād̄iū compassionis miseria portanda est, q̄
 diū passionis misericordia desperāda non est. Et tñ
 qdā compassionis affectus, qui naturā ēt perditā mi
 seratione p̄sequitur, s̄. in que in nostri gñis similitu
 dine sicut culpæ non corrigendæ irascimur, ita na
 turæ non extinguendæ miseremur. Nunc autē uita
 mortalis, & mutabilitati subdita, interim pro parte
 miseriæ sustinet, sed postea ad incorruptionem trā
 slata deponet. Nunc infirma in utroq; & passione
 uidelicet in carne, & compassione in mente: tūc in
 utroq; sanabitur, ut per immortalitatem carnis cō
 tra passionem, & per immutabilitatē mentis, con
 tra compassionem confirmetur. Sicut, n. agritudo
 carnis est pati, ita agritudo mentis est compati. Pro
 pterea Deus homo, qui utrunq; tollere uenit, utrū
 que tolerauit. Suscepit passionem in carne, suscepit
 compassionem in mēte. In utroq; agrotare uoluit
 propter nos, ut in utroq; nos agrotantes sanaret. In
 firmatus est passione in pœna sua, infirmatus est cō

passione in miseria aliena. Eousq; passionē sustinuit
 ut pro morituris moreretur: eousq; compassionem
 suscepit, ut pro perituris lachrymaretur. Propter
 misericordiam aīam suam turbauit ad cōpassionē.
 In carne sua doluit pro nobis, patiendo, in mēte sua
 condoluit nobis compatiendo: & quem admodum
 carnis infirmitas ī ipso secūdū affectum nature uo
 luit pœnā suā: sic mētis pietas s̄. m̄ affectū misericor
 diæ noluit miseriā alienā. Sicut, n. calico cōpassionis
 secūdum carnis uoluntatem a se transfertipostula
 bat, quem non transferendū, præsciebat: sic sn̄am
 condemnationis secūdū pietatem aliis mitigari ora
 bat, quā immutabiliter præuidebat. Pietas, n. quod
 suū erat operabatur miserando, & rō qd̄ suū erat se
 quebatur diuinæ dispositioni obediendo. Propte
 rea nihil cōtrarietatis erat. Si Christus homo s̄. m̄ af
 fectū pietatis, quā in humanitate sua assūperat, ali
 quid uolebat, qd̄ tñ s̄. m̄ uolūtate diuinā, in qua cū
 p̄re oīa disponebat, futurū nō esse p̄sciebat, quia &
 hēc ad uerā humanitatem p̄tinebat, ut pietate mo
 neretur: & hoc ad uerā diuinitatē p̄tinebat, ut a sua
 dispositione nō moueretur. Itaque s̄. m̄ utrūq; fecit,
 qd̄ debuit. Neq; iō sibi contrarius fuit, si s̄. m̄ pietatē
 humanitati congruā uoluit, qd̄ s̄. m̄ iustitiā diuinita
 ti debitā noluit: q̄a & hoc uelle, & illud nolle utrū
 que uoluit. Scriptū est, Iesus autē infremuit spiritu,
 & turbauit semetipsum. Hic intendite. Turbauit se
 metipsum Quō turbauit? Quē fuit ista turbatio, qua
 semetipsum turbauit Iesus? Pietas ipsa, miseria ip
 sa, fuit turbatio. Bona turbatio; bene turbabatur, q
 pietate mouebatur. Turbauit semetipsum Misera
 tio turbauit eum, & ipse semetipsum turbauit, qui
 miserationem sponte suscepit. Sicut tradidit semet
 ipsum, q̄n̄ Iudas tradidit eū. Sic turbauit semetipsū
 q̄n̄ miseria turbauit eum. Notum est hoc, & fre
 quenti usu probatum. Dicitur hōī, q̄n̄ aliquid pati
 tur: tu te ipsum turbasti: tu tibi fecisti malum hoc.
 Sic Iesus semetipsum turbauit, q̄n̄ miseria turbauit
 eum, quā sponte susceperat: & semetipsum tradi
 dit, q̄n̄ ille tradidit, cui ad tradendum p̄tate concess
 erat. Sic itaq; Iesus in humanitate assumpta, quā
 diu eā passibile portare uoluit s̄. m̄ proprietatē hu
 manitatis & passionē in carne & cōpassionē in mē
 te portauit. In qua tñ mō ad immutabilitatem trā
 slata nec pati pōt ad corruptionem, nec cōpati ad
 turbationem. Quō Christum secundum hominem
 nouimus, & patientem & compatientem noui
 mus. Defecerunt, inquit, sicut sumus dies mei, & ossa
 mea sicut cremium aruerunt. Dies defecerunt pro
 pter passionem, ossa aruerunt pp̄ compassionem:
 pp̄ passionem mortua est caro, pp̄ compassionem
 arefacta est aīa. Dolor compassionis quasi fruxura q̄
 dam aīæ fuit, qua urebatur miseratione, p̄mebatur
 compassione, siccabatur d̄peratione: desperatione
 dico nō pp̄ se, sed pp̄ illos, q̄ nec ī malo corrigendi
 neq; a malo erāt liberādi. In his oībus Christū s̄. m̄
 carnē nouimus, q̄n̄ uerā humanitatē, & ī uera huma
 nitate uerā portauit mortalitatē. Nūc autē eā secun
 dum carnem non nouimus, postquam resurgens a
 mortuis iam non moritur mors illi ultra non
 dominabitur. Quod autem uiuit, uiuit Deo.

Triplex cō
passionis
modus.

1. Re. 12

X

Y

Z

2. Cor. 5.
Psal. 101.

Pulcherrima
confi
deratio.

Rom. 6.

EIVS-

EIVSDEM DOCTISSIMI
 Theologi Hugonis : de sapientia anime
 Christi, an equalis cum diuina fuerit. Li
 bellus optimus, in quem premittitur epi
 stolaris prefatio.

A Rudenti, ac religioso uerbi di
 uini inter ceteros & præ cete
 ris scrutatori G. Hugo pecca
 tor. Aliquoties accidisse com
 peri, ut in rerum difficultū tra
 ctatione aut insipientia relato
 ris auditotem corrumperet,
 aut temeritas auditoris relato
 rem infamaret. Qua
 propter æque cauendū mihi uidetur, ut potissimū
 illic, ubi sine periculo aliud sentiri nō pōt, nec faci
 le nra præsumamus asserere, nec aliena temere iudi
 care. Noui. n. quāta (ut dicit Beatus Augustinus) sō
 nia cor humanū pariat: atq; eo iudicio, quo in sui
 cognitione fallitur, cetera quoq; q̄ præter ipsum
 sunt, non recte conspicietur. Quid enim hoc esse pu
 tatis, q̄ de rerū ueritate tā diuersa sentire solent hō
 mines? Nūquid noīa est ueritas? Ecce (ut interim de
 Deo taceamus) quid est, quod dialectica tot diuers
 as, & tā aduersas, ne dicam peruersas habet sn̄as?
 Nunquid oēs nouerunt unū id, quod est, sed amore
 fallendi diuersa finxerunt? Nō sic ego puto. Sed nar
 rant quiq; somnia sua, & ea, qua primum ipsi in se
 opinione decepti sunt, postmodum alios nescientes
 seducunt. Et sicut beatus Iob amicis suis arroganti
 bus, & de se plusquam oportebat præsumētib;
 dicit: Omnes iam nō solū secum morituram, sed ex
 ortam quoq; a se sapientiam putant. Dignū ergo est
 ut, idipsum in nostra nos assertionem reddat timidos,
 q̄ in unius assertionem ueritatis tot iam uidemus esse
 diuersos. Quia. n. de longe ueritas uidetur, diuersa
 iudicia parit, & tñ de ipsa quisq; pōt, quantū ipse
 est. In nobis quippe quod de rerum cognitione per
 cipimus, & eo mō, cordis intellectus de iis, q̄ extra
 sunt, ad ueritatem indicat, quo se interius animus ī
 representatione figurat. Vñ necesse est, ut dū mens
 interius corrupta prae afficitur, intellectus quoq;
 in iudicio eorum, q̄ foris sunt, decipiatur. Hęc ipsa
 est causa, q̄ aliquñ in unitate sensuum controuersiam
 uerborum gnare solet, q̄ tñ tunc magis uenialis sit,
 cū p̄tinax non fuerit. Hanc igitur nos, qui uerbi Dei
 tractatores, & inquisitores ueritatis esse uidemur, si
 inter nos fortē (ut asserat) aliquñ inuenerim, citius in
 idipsum redeamus, ne si cōperimus nra dicta p̄tina
 citer defendere, aliud putemur sapuisse. Illud, qd̄ de
 aīa Christi charitas uestra a me querere dignata est,
 iam pridem inter quosdam sapientes uentilatum
 fuisse didici, atq; ex illis qd̄ senserint, quibus magis
 credendum esse existimamus, tū aliis de ipsis, tum ip
 sis de se referentibus agnouit. Ego autē, cū sapiens hac
 q̄stione pulsari soleam, talem me esse profiteor, qui
 nollem hinc aliquñ ab oibus uel tam curiose ac lu
 perstitiose inquiri, uel tam fidenter asseri. Vñ nunc
 quoq; gemina in hac rem consideratione coarctor,
 cum uideam me & prudentiæ tuæ debere silentiū,

& bonitati r̄sum. Inter hęc ipsa etiam rei difficul
 tas occurrit, q̄ fortassis non poterit a me ita ut de
 cet cōpendiose discuti, cum ego, si modum in dicen
 do transiero, timeam superstitiosus uideri. Volo tñ
 & multo magis uolo aliqua in parte inscitia argui,
 q̄ charitatis contemptor uideri, & uerba incompra
 habere, quām cor peruersum.

SEQUITVR DECISIO QUÆ
 stionis de anima Christi, utrum equa
 lem cum diuinitate scientiam habuerit.



Veris de anima Christi. de
 illo rōnali spū, qui huma
 nam in Christo hōie carnē
 uegetauit, quem uerbū cū
 carne, & in carne ipsa sibi
 in unitatem personæ uni
 uuit, ut esset Christus unus
 in una persona, duabus na
 turis, tribus esēis. Vna uidelicet p̄sona, q̄a idē hō,
 pp̄ quem suscepit, & Deus: pp̄ qd̄ fuit duabus natu
 ris, diuina. Latq; humana, in Deo & hōie uno, non
 unis: tribus essentiis diuinitate, carne, & aīa, sine se
 paratione discretis, sine confusione sociatis. De il
 la, inquam, aīa, qua mediantē uerbum caro factum
 est, & habitauit in nobis, queritis utrum equalem
 cum diuinitate sciam habuerit. Adicitis etiam, q̄ si
 illa aīa, q̄ quis creatrici nature ineffabiliter unita
 fuerat, indubitanter tñ creatura erat, æqualem cū
 diuinitate sciam habuerit: tunc nimirum creatura
 creatori æqualis fuit: non posse autem creatori fa
 cturam suam in æqualitatem cōparabilem fieri, &
 si potuerit in cōfortiū unitatis assumi. Longe aliud
 esse unici dignatione, & cōparari maiestate. Multa
 sunt alia, quæ in hūc modum fortasse absurda, ostē
 dere potuist. Sed ego sic unā tecum falsa refellere
 cupio, sicut uera p̄fiteri. Quō. n. Deus immensus es
 set, si ad eius æqualitatem aliqua quamlibet excel
 lens, q̄libet singularis creatura pertingeret? Maga?
 (inquit psalmista) Dñs est, & magna uirtus eius, &
 sapientiæ eius non est numerus. Et Salomon. Nō est
 sapientia, non est prudentia, nō est consilium cōtra
 Deum. Vbi quantū non est tñ dici qd̄ pōt: Porrio q̄
 ritur, ubi numerus nō inuenitur. Sapientiæ eius nō
 est numerus. Quid igitur dico? Aīa Christi aut crea
 tura nō fuit, aut creatori æquari nō potuit. Immo
 uero, quia creatura est, creatori non dico æquanda,
 sed plus audeo dicere, etiam comparanda non est.
 Ergo, dicitis, minorem habuit sapientiam, quām
 uerbum? Sed quæto, quid dicimus, cū animam sa
 pientem dicimus? Nunquid non sapientia sapien
 tem dicimus? Quis. n. sapiens est, si sapientia sapiens
 non est? Et tñ aliter sapiens est, in quo sapientia est,
 aliter sapiens est, qui sapientia est. Creatura sapiens
 est, quia in ipsa sapientia est. Creator uero sa
 piens est, quia ipse sapientia est. Nullus tamen sine
 sapientia sapiens esse pōt, siue ea, quam habet, siue
 ea quæ ipse est. Anima igitur Christi si sapiens est,
 immo quia est, aut illa proculdubio sapientia sapiens
 est, quam habet, aut illa, quæ ipsa est. Creat. n. autē
 & si participatione sapientiæ sapiens est, ipsa tñ sapiē
 M. Hug. à S. Viçt. To. iij. E 2 tia

E

F

G

H

Quo Deus
sapiens sit,
et hō sapiēs
dicatur.

Ioan. 1
obiectio

Psal. 146

Prou. 21

Ita esse nō pōt. Quae igitur est illa sapientia, qua aīa
Ioan. 1. Christi sapiens est? Quid dicit Ioannes de uerbo? Er-
 rat, inquit, lux uera, quae illuminat oēm hoīem ue-
 nientem in hunc mundū. Quid est uerbum, nisi sa-
 pientia? Idem. n. qui uerbum Dei a Ioanne dicitur,
 ipse sapientia Dei a Paulo nominatur. Christum, n.
1. Cor. 1. (inquit Paulus Apostolus) Dei uirtutem & Dei sapiē-
 tiam. Christus igitur ipse est uerbum, & ipse est sa-
 pientia. Verbum sapientia, & sapientia uerbū. Ver-
 bum sapientia; quia, Eructauit cor meū uerbum bo-
Psal. 44. num. Sapientia uerbū: quia, Ego sapientia ex ore Al-
Eccl. 24. tissimi prodij, primogenita ante oēm creaturā. Sa-
 pientia igitur uerbum cordis, & uerbum sapientiae
 oris: quia dum uerbū ex corde, & sapientia ex ore
 prodire dī, idē esse sapientia & uerbū demonstra-
 tur. Itaq; si uerbū illuminat, sapientia illuminat: quā
 nec illuminare uerbum poterat, si sapientia non
K erat. Quid. n. facit uerbum sine sapientia? Verbum
 sonat, sapientia illuminat. Nā & ipsa sapientia lux
 est, & Deus lux est, quia Deus sapientia est: & cum
 Deus illuminat, sapientia illuminat, & luce illumi-
 nat, nec alia luce illuminat, sed ea luce, quae ipsa est,
 quia lux est, & uerbum lux est, & sapientia lux est,
 quia uerbum sapientia est, & sapientia Deus est. Er-
Ioan. 1. rat (inquit) lux uera quae illuminat omnē hominē
 ueniētē in hunc mundum. Quid igitur? Malos illu-
 minat lux ista, & malos Deus illuminat? Quō ergo
 exi sunt? Audi quid sequitur. Et lux in tenebris
 lucet, & tenebrae eam non cōprehenderunt. Quid
 est lux in tenebris lucet? Et quid tenebrae faciunt, si
 lux ibi est? & tenebrae eam non comprehendunt. Tñ
 ipsa lux lucet & illuminat, sed non oēs eā uident, qui
 uident per eam. Lux lucet, & per se lucet: lucet per
 se, & illuminat ex se. Nā ut sciamus, q̄ per se lucet,
 & ex se illuminat. Erat (inquit) lux uera, quae illumi-
 nat omnem hoīem ueniētem in hunc mundum.
Matth. 5 Ioannes lux erat, quia uos estis lux mundi, sed uera
Ioan. 5. lux non erat, quia lucerna erat ardēs, & lucens, nec
 per semetipsam lucens, & ex semetipsa illuminans,
 ut lux, quae illuminat oēm hoīem ueniētē in hunc
 mundum. Duos dixit? Bonos non dixit, nec spirita-
M les, sed oēm hoīem ueniētem in hunc mundū. V-
 nus est. n. sol, & oīs oculus per eū irradiatur, sed nō
 omnes, qui per eum uident, agnoscunt eum. Simili-
 ter lux uera, quae illuminat oēm hoīem ueniētem
 in hunc mundum, cunctis superfunditur, in oēs cla-
 rescit, uniuersos illustrat, sed alius p̄ eā uidet, alius
 eā uidet. Mali illuminantur, ut caetera uideant, ipsū
 p̄ quem uident, non uideant, quia lux in tenebris
 lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. Boni
 uero illuminantur, ut eū uideant, a quo, & per quē
 uident, ut ad eum referant, & in eo ament omne,
 quod uident, & eum ament super oē, quod uident.
 Oēs ergo p̄ eū illuminantur, qui uident, sed excellē-
N tius, qui eum uident. Per eum illuminantur, qui ui-
 dent, & ex eo illuminantur: quia ipse est lux, a quo
 illuminatur. Vnde aut lux illuminaret, si ex semet-
 ipsa nō illuminaret? Vnde illuminaret, si id, quod ip-
 sa est, participandū nō p̄beret? Sed forte timendum
 est, ne polluat ab imundo, ne obscuretur a tene-
 broso, & indignum sit, ut prophanis sc̄m, coinqui-
 natis impollutum, erratibus uerum cōicabile dica-

ur. Superfluo ista cogitantur; quia lux, quae in tene-
 bris lucet, sicut nō obscuratur a tenebroso, sic non
 corrumpitur a contaminato, in tenebris clara, & in-
 ter sordes incoinquinata perseverans. Nā cum oīa
 in ipsa, & in oībus ipsa sit, ei tñ uniuersa creaturā
 nec turpitudine turpis est, nec malitia nocet, nec er-
 ror errat. Lucet ergo, & illuminat, nec per aliud, nec
 ex alio, sed hoc, quod ipsa est, & qua ipsa lucet oīb⁹
 illuminandis cōicandum p̄bet, & totum ipsa possi-
 det. Audite iterum Dñs, inquit, scriptura dat sapien-
 tia. Quā sapientiā fortē aliquod accidens dat, quo
 nos afficimur, ut sapiētes efficiamur. Quid. n. est sa-
 pientia? Nōne accidēs? Dat ergo Dñs sapientiā. Quā sa-
 pientiā? Oīs sapientiā a Dño Deo est. Bñ, q̄a oīa acci-
 dētia a Dño Deo sūt, a quo sunt oīa, q̄ sūt. An fortē
 quoddā accidens a Deo non est, quia p̄t̄m ab ipso
 non est? Oīs tñ sapientia a Deo est. Quō ab ipso est.
 Fortē quia donum eius ab ipso est: quia factura eius
 est, ab ipso est. Nunquid non & oīs aīa ab ipso est,
 & omnis substantia ab ipso est? Quid magnum? qd
 nouum? quid mirū dictum est? oīs sapientia a Dño
 Deo est: si accidens quoddam ab ipso est, a quo oīs
 substantia est? Quō ergo oīs sapientiā a Dño Deo est?
 Aut quia opus eius, aut quia donū eius? Si sapientia
 creatura est: stultitia quid est? Creatur Deus sapien-
 tiam, & non creauit stultitiam? Ergo qdā acciden-
 tia Deus creauit, alia esse habent, & ab ipso non ha-
 bent, Quis hoc aut dicere praesumat, aut dictū ap-
 prober: q̄ aliquid esse habet, & a Deo non habet?
 Quid dicimus? Deus ergo accidentia non creauit,
 & alter quidam est creator sapientiae, Deus dator.
 Ergo dare sapientiam Deus potuit, creare non po-
 tuit? Ergo aliunde accepit, quod dedit, & dedit, qd
 suum non fuit, & accipere potuit, quod non habue-
 rit. Quis hoc dicat? Quis sani capitis hoc uel in co-
 gitationem suam admittat? Qualiter ergo omnis
 sapientia a Dño Deo est? Siue quia donū eius est,
 siue quia factura eius? Nam si factura est, non sem-
 per est, quia quod aliquando coepit, non semper ef-
 fe habuit. Quid ergo ait? Oīs (inquit) sapientia a
 Dño Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante
 eum. Mirum est ergo accidentia semper cum Deo
 fuerunt; & si accidentia semper cum Deo fuerunt,
 substantiae non fuerunt. An omnis sapientia a Deo
 est, & non oīs sapientia cum Deo est? Absit. Sed oīs
 sapientiā ab illo est, & oīs sapientiā in illo est, & oīs sa-
 pientia cum illo est, & semper est. Et quid facimus
 de sapientia quae accidens est? Nunquid non ipsa
 semper cum Deo est? Quō ergo oīs sapientia a Dño
 Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante eum?
 Quid ergo de illa facimus? Excludamus ab adyto sa-
 pientiae insipientiae signenta & phantasiae? Has me-
 scio quales, & somnia uana, q̄ nobis uere acciden-
 tia sunt, quia nobiscum creata non sunt. Agno-
 scamus uerata sapientiam, qua sapiamus quicquid
 sapiamus quicquid sapiamus, etiā si eā non sapiamus.
 Ad lucem lucentem in tenebris attendamus, ne tene-
 brae simus, quia lux in tenebris lucet, & tenebrae
 eam non comprehendunt. Et tenebrae (inquit) eā
 non cōprehenderunt immo potius, nōdeprehen-
 derunt. Quomodo enim incōprehensibilem com-
 prehendere potuissent? Et tenebrae eam non com-
 prehende-

O Dan. 2.

Eccl. 1.

P. Quo oīs sa-
pientia a
Deo sit.

Q

Eccl. 1.

R

S

prehenderunt. Lux ergo quid fecit? Lux lucem
 comprehendit? Et quae est ista lux? Vtiq; si lux lu-
 cem comprehendit, lucem cōphenderūt, q̄ a luce lux
 facta sunt. Lucē comprehenderūt, qui a luce illumina-
 ti sunt. Lucem comprehenderunt, qui eam lucentem
 super se in se susceperunt. Comprehenderunt simili-
 tudine, non comprehenduntur aequalitate. Hoc est
 ergo unum, & uerum lumen omnium spirituum ra-
 tionalium, praecipue sanctorum, quod illuminat om-
 nem hominem ueniētem in hunc mundum. Quod
 sine diminutione sui ab omnibus participatur, & cū
 idem sit in omnibus, non tamen ab omnibus eodem
 modo percipitur. Ipsum enim quicquid est, totum est
 & ubique totum est, nec minus aut maius in eo est: &
 tamen secundum participationis differētiam minus
 & magis de illo percipiunt omnes, qui secundum cō-
 ditionem suam aut donum gratiae, largitoris minus ac
 magis huius eiusdem communicationis ac participa-
 tionis capaces sunt. Participatio igitur alias maior, a-
 lias minor est. Participatus autem nō alias maior aut
 minor, sed idem ipse totus, ac plenus, & perfectus ubi
 que est. Cum igitur animas sapientes dicimus, & sapie-
 tia sapientes dicimus, istam sapientiam cogitemus, &
 ipsam solam esse credamus, qua sapiunt quicunque
 rationales mentes uim intelligendi atque discernen-
 di perceperunt. Hae est (inquit) uita aeterna, ut cogno-
 scant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christū.
Ioan. 17 Cognitio itaque Dei uita aeterna est, & quid est cog-
X nitio Dei? nunquid accidens? Ergo amor Dei accidens
 est, & beatitudo accidens est, & in accidentibus est
 beatitudo nostra. Quare non magis Deus sit beatitu-
 do nostra? Ipse est sapientia, qua cognoscimus: ipse a-
 mor, quo diligimus: ipse gaudium, quo exultamus.
 Ergo una sapientia est, qua omnes sapiunt, nec tamen
 uno modo sapiunt, quia participādo sapiūt. Quōd si
Y omnes hac sapientia sapiunt quicunque sapiunt, mul-
 to magis hac sapientia sapit illa anima, quae ipsi sapien-
 tia unita fuit. Quae non forte participationis ex illa
 uiguit, sed priuilegio unitatis plenitudinem possedit.
 Quid enim de sapientia minus habere poterat, cui ip-
 sa plenitudo sapientiae incorporata erat? In quo (ait)
Coloss. 2 inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.
 De quo hoc dixit, nonne de Christo? Quomodo ergo
 in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis?
Z Tres essentiae sunt in Christo: Caro, anima, diuinitas.
 Quid ergo habitat in quo? an diuinitas in diuinitate,
 an diuinitas in anima, an diuinitas in carne? Sed quid
 est diuinitas habitat in diuinitates? Nunquid hoc aut
 congruum erat dicere, aut necessarium audire? ergo
 in humanitate Christi habitat plenitudo diuinitatis
 Christi. Quōd si plenitudo diuinitatis Christi,
 ergo & plenitudo sapientiae Dei. Quid enim est
 diuinitas Christi, nisi sapientia Dei? Ergo plenu-
 do sapientiae Dei habitat in humanitate Christi. Vbi:
A in carne an in anima? an simul in carne & in anima?
 an in carne per animam? In carne ergo sapientia ha-
 bitaret, & non habitaret in anima? Absit. Sedes
 sapientiae anima iusti, & domus sapientiae anima Chri-
 sti. Et quid dixi? Domus sapientiae anima Christi.
 Amplius dicere debui si amplius dicere potui: quia
 enim sapientia in ea habitat, ideo domum dixi: sed
 quia corporaliter habitat, ideo amplius dicere debui

si amplius dicere potui. Quid est corporaliter habi-
 tat? Vnum facta est cum illa, in qua habitat. Quomo-
 do unum? Non uersibilitate naturae, sed unitate per-
 sonae: una persona, non una essentia. Ergo incorpora-
 ta est diuinitas habitaculo suo, cui plenitudinem in-
 fudit, ueritatem sociauit. Sapientia aedificauit si-
 bi domum, excidit columnas septem. Quales? Re-
 quiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapien-
 tia, & intellectus. Spiritus consilij & fortitudinis,
 spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritus
 timoris Domini. Ecce columnae septem in domo
 sapientiae. Excidit columnas septem. Vnde excidit?
 De monte excidit: de quo monte? De monte um-
 broso & condenso. De quo monte? Diuinae maie-
 statis excidit columnas septem. Excidit, sed non ab-
 scidit. Accepit, sed non abstulit. Columnas de
 monte excisas in aedificium domus posuit, & tamen
 montem non minuit. Et quid mirum si sapientia
 ad fabricandam domum suam columnas erexit de
 monte excisas, & a monte non separatas, quae ad
 habitandam domum uenit, & tamen unde uenerat,
 ibi permansit? Sapientia ergo aedificauit sibi do-
 mum. Qualem domum? De qua dictum est: In quo
 habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.
 Et iterum. In Christo complacuit omnem plenu-
 dinem diuinitas inhabitare: & per eum reconcilia-
 ri omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis
 eius, siue quae in terris, siue quae in caelis sunt. Videte
 quid facimus? Apostolus testatur plenitudinem ibi ef-
 fe, & nos dicimus, quod tota sapientia non est in do-
 mo sua. Ergo dimidia intus habitat, & dimidia foris.
 Et ubi quae retur, si domi non inuenitur? In quo habi-
 tat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Vbi
 plenitudo est, nihil deest: ubi nihil deest totum
 est. Sed forte plenitudo diuinitatis ibi est, & ple-
 nitudo sapientiae non est. Verum dicit. In quo sunt
 omnes thesauri sapientiae, & scientiae absconditi. Sed
 dicitis bene. Omnes thesauri sapientiae, & scientiae ibi
 sunt, sed absconditi sunt. Portat, & non uidet. Absit au-
 tem ab intellectu nostro, ut sic sentiamus. Sed abscon-
 diti sunt, non ut ab eo abscondantur, sed ne in eo ab
 impijs uideantur. Absconditi sunt, ut tempore oppor-
 tuno proferantur. Absconditi sunt, & reconditi sunt.
 Absconditi, ne per eum indignis aperiantur. Recondi-
 ti, ut in eo digne custodiantur. Reconditi sunt, ne ob-
 fuscentur aliqua rubigine peccatorum, ne polluantur
 aliqua sorde criminum, aut contagione uitiorum. Re-
 conditi sunt, uelut in uase sincero, uelut in habitacu-
 lo mūdo, ne forte quis ualeat eis maculam ingerere,
 & tunc incipiat opprobriū sustinere. Apprehendent
 septem mulieres uirum unū in die illa, dicentes. Panē
 nostrū comedemus, & uestimētis nostris operiemur,
 tātūmodo inuocetur nomen tuū super nos; aufer op-
 probriū nostrū. Ergo reconditi in eo sunt, sed abscon-
 diti ab eo non sunt. Deū (inquit) nemo uidit unq̄. Vni
 genit⁹ filius, q̄ est in sinu patris, ipse enarrauit: si enar-
 rauit, & uidit. Vnde hoc pbamus? Qui de terra est de
 terra loquitur: qui de celo uenit, sup oēs est, & qd uidit
 & audiuit, hoc testatur. Ergo uidit. In quo uidit? In di-
 uinitate, an in humanitate? Forte in diuinitate uidit, i
 humanitate enarrauit. Illi ergo, q̄ audierūt, in quo ui-
 derūt? Aut si nō uiderūt, q̄e audierūt? Vidit ergo i di-
 uinitate. M. Hug. à S. Vi. Ct. To. iij. E 3 unitate

Proue. 9
Esa. 11.

Coloss. 2

Coloss. 1.

Coloss. 2

Esa. 4.

1. Ioan.

Ioan. 14

Ioan. 3

G

uinitate, uidit & in humanitate, tñ ex diuinitate sūt & illi quæ audierunt non nisi ex illustratione diuini luminis uidere potuerunt. Erat igitur plenitudo diuinitatis in anima Christi; erat & plenitudo sapientiae in anima Christi: & ex plenitudine sapientiae plene sapiens erat anima Christi. Ergo, inquit, tantam sapientiam habet anima Christi, quantum Deus habet. Quid facit comparatio, ubi unus solus est? Vna est sapientia Dei, qua sapiens est anima Christi; nec participando sapiens est, ut hoc uel illud in illa, & per illam sapiat, sed plenitudinem habendo, ut totum possideat. Non ergo dicamus, tanta aut quanta, sed dicamus, tota sapientia Dei in anima Christi est, & ex tota sapientia Dei anima Christi sapiens est, nec tam æqualis Deo anima Christi est, quia sapientia Dei non est. Porro longe aliud est, sapientia sapere, & aliud, sapientiam esse: quia qui sapientia sapit, quod habet, aliunde accepit: qui sapientia est, ex semetipso habet, quod sapit, illic gratia, hic natura: & idem ille gratia quod hic natura: nec tamen illic gratia naturam ad immensitatem commutat, nec hic natura ad mensuram gratiam coarctat. Qui ergo audeat dicere plenitudinem sapientiae non fuisse in anima Christi, dicat plene sapientem non fuisse animam Christi. Tota igitur sapientia Dei erat in anima Christi, quia tota sapientia Dei unita erat, & corporata animæ Christi, nec tamen æqualis Deo erat anima Christi. Non enim naturæ comparari poterat, quamuis sine mensura gratiam acceperat, quia cum immensa gratia, erat passibilis natura. Nam illud, quod intulistis: quod si haberet æqualem cum Deo scientiam, etiam beatitudinem æqualem haberet, quomodo sibi non cohereret, in presenti nil attinet dicere, quia æqualitatem comparationis tollimus, ubi singularitatem unitatis demonstramus. Et longe aliud est, idem habere, & idem esse; quia habere pertinet ad gratiam, esse pertinet ad naturam. Sed esto multitudo sapientiarum siue scientiarum comparationem admittat, nunquid æqualem beatitudinem facit æqualis sapientia? Ergo & maior maiorem, & minorem minor, & demones tanto hominibus beatiore sunt, quanto eos scientia antecedunt. Et quid de charitate dicam? Scientia inquit: charitas ædificat. Non ergo quicumque amplius sapiunt, statim de maiori dilectione præsumere possunt, quia longe aliud est uidere, & aliud est diligere. Nunc, inquit, & uiderunt & oderunt, & me & patrem meum. Nihil tamen hic interest, utrum æqualis notitia cuiuscunque rei æqualis amor comiteretur: quia ubi una est sapientia, sicut non potest esse comparatio, ita nec æqualitas diuersorum. Postea adiecit, & dixit. Cum sapientia sit magnum & spirituale bonum; tunc si anima Christi æqualem habet cum Deo sapientiam, falsum erit, Deum in omni bono maiorem habere sufficientiam, quam eius creaturam. Et deinceps; Sicut non potest creatura æquari creatori, ita nec bono unius bono alterius. Sed hoc bene & ueraciter ibi dicitur. Vbi creaturæ bonum aliud atque diuersum a bono creatoris inuenitur? Vbi uero unum & idem ipsum est, maius ac minus esse quod potest? Quod est enim uerum bonum creaturæ præcipue rationalis aliud præter Deum? Aut quod est bonum Dei aliud præter ipsum? Si ergo uerum,

& unicum bonum est creaturæ, Deus est, & bonum Dei aliud præter ipsum esse non potest. Nunquid idcirco Deus minor aut maior seipso est, quia creaturæ suæ pariter & suum bonum ipse est. Cesset ergo tandem tam crebra repetitio comparationis, ubi singularitas est unitatis. Deinde ad comprobendam propositam assertionem adduxistis uerba Apostoli, quibus astruere putatis minorem Deo sapientiam habuisse animam Christi. Dicit enim. Quis nescit hominum quæ sunt hominibus, nisi spiritus hominibus, qui est in homine? Itaque; & quæ Dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus Dei. Ergo (ut uideatur) non cognouit anima Christi, si nemo cognouit nisi spiritus Dei. Nisi forte quis nobis respondere uelit & Christi animam fuisse spiritum Dei? Quæ tandem sunt ista Dei, quæ nemo cognouit nisi spiritus Dei? Quæ nisi illa, de quibus ibidem dicitur. Deus, oculus non uidit absque te, quæ preparasti bona diligentibus te. Quia nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit &c. Ista ergo nemo nouit nisi spiritus Dei: & quid est quod sequitur: Nobis autem reuelauit Deus per spiritum sanctum. Quæ spiritus? Subdit. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum Christi, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. Ergo & spiritus Dei spiritus est Christi, & illi etiam noverunt, quibus ea per spiritum reuelata sunt. Ergo anima Christi multo magis hæc nouit, & plene ac perfecte nouit quæ ipsius spiritus plenitudinem accepit. Non enim (inquit) ad mensuram Deus dat spiritum. Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre plenam gratiam & ueritatis. Nos et quicumque; hæc noscere meremur, & quantumque; noscere meremur de eius plenitudine, non plenitudinem, sed gratiam portionem accipimus. Pater, inquit, manifestauit seu reuelauit nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi. Quid est reuelatio hominis nisi aspiratio cognitionis? Ergo ipse aliis nomen reuelauit, cuius ipse cognitionem non habuit? Absit. Rursum. Cum autem uenerit spiritus ille ueritatis, quem ego mittam uobis, docebit uos omnem ueritatem. Quare prius ipse ab illo spiritu ueritatis omnem ueritatem discipulis misit? Sed misit spiritum, & spiritum non amisit, cuius charismata hominibus fidelibus prout uoluit, distribuit, & plenitudinem ipse retinuit. Alijs eum infundit, sed eum a se non effudit; alios replens, se non euacuans; se non minuens, & alios ditans. Ergo quod spiritus Dei nouit, & anima Christi per spiritum Dei nouit: & plene nouit, quia spiritus Dei plenitudinem habuit. Postremo quedam uerba beati Ambrosij in medium adducitis, & ne assertioni uestre contrarie uideantur, qualiter intelligenda siue determinanda sint; demonstratis. Dicit enim, animam Christi omnia habere per gratiam: quæ Deus habet per naturam. Quibus uerbis, fere, adiungendum esse putatis; ne si forte sine temperamento isto omnia prorsus; quæ deitatis sunt eam habere dixerimus; creaturæ, quæ initium habuit, eternitatem, & quæ terminum habet, immensitatem, & quæ mutabilitatem habuit, atque passibilitati subiacere potuit, incommutabilitate, & cætera, quæ soli diuinæ nature competere noscuntur, tribuere uideantur. Sed hæc de terminatio quamuis non omnino refutanda uideatur, est tamen multo competentior & commodior expo-

O Ad arg. tertium.

1. Cor. 2

Et Esa. cap. 64.

Ibi dem.

P

Ioan. 3.

Ioan. 1.

Ioan. 17

Ioan. 16,

Q

R

Ad arg. quartum.

expositio, ad quam sententia hæc accommodari possit. Anima namque Christi idcirco omnia habere dicitur per gratiam, quæ Deus habet per naturam, quia plenitudo deitatis in uerbo ei unita est, ex tempore per gratiam, quæ in Deo æternitate fuit per naturam. Hoc illa ex tempore habet, quia accepit, quod ille ex æternitate habuit, quia fuit. Accepit non ut in eius, quod accepit, naturam mutata transiret, sed ut in eius consortium sublimata ascenderet. Ista accepit, quod non habuit; ille nec accipere potuit, quod non habuit, nec desit esse, quod fuit. Quid ergo accepit anima Christi? Plenitudinem deitatis, plenitudinem sapientiae, plenitudinem uirtutis. Totum, quod Deus est, accepit. Quomodo accepit? Non uersibilitate nature, sed firmitate personæ. Accepit, non quia in illud essentialiter mutata est, sed quia ineffabiliter illi unita est. Accepit non ut illud essentialiter fieret, sed ut cum illo personaliter unum esset. Totum tamen accepit, & totum habet, quod ille non accepit, & habet. Ergo anima Christi æternitatem habet: si totum habet, quod Deus habet? Quid nisi ecce dicatur. Licet in omnibus necessarium non sit uerborum usum ad eiusmodi admittendum, immensitatem habet, æternitatem habet, habet omnia per gratiam, quæ Deus habet per naturam. Quomodo habet? forte quia dicimus æternitatem habet, quia dicimus immensitatem habet, hoc cogitemus, ut principio careat, quod esse cepit: interminabile sit, quod circumscriptionem recipit. Nunquid etiam quia Deum habet ut Deus sit? Aut quia non est, ideo non habet? Quomodo tandem habet? Sed habet personaliter, unita, non naturaliter insita: habet totum, non quod creatura æterna aut immanens esse possit, sed quod æterno & immenso unita sit. Quid enim est æternitas aut immensitas? Nunquid accidens? Ergo æternitas & immensitas Dei accidentia sunt? Absit. Cum ergo dicitur Deus hoc habet per naturam, intelligitur quod Deus hoc est. Cum uero dicitur, anima Christi hoc habet per gratiam, intelligitur quod illi unita est. Ergo totum anima Christi hoc habet per gratiam, quod Deus est per naturam. Nec tamen inde sequitur, quod creatori opus suum æquale sit, quia cum immensitatem gratiæ acciperet, conditionem nature non amisit. Accepit quod non habuit, sed non desit esse quod fuit. Accepit plenitudinem sapientiae, in qua, & per quam plene ac perfecte sapiens esset, non tamen accepit, ut sapientia esset. Et quid necesse est singula persequi? Breuiter uobis quid mihi in hac re sentiendum esse uideatur, ostendam. Plenam ac perfectam & totam Dei sapientiam in anima Christi fuisse credimus: & ex ipsa sapientia eandem animam plene ac perfecte sapientem non ex ipsa participando, sed totam possidendo, quam singulariter concepit, & ineffabiliter comprehendit. Quare ineffabiliter comprehendit? quia secundum plenitudinem accepit. Ioannes lucerna erat ardens, & lucens: hic lucem comprehendit, quia tenebræ non erat. Sed quia ex parte comprehendit, propterea ineffabilem illam in Christo comprehensionem comprehendere non poterat, sed ait. Cuius non sum dignus, ut soluam corrigiam calciamenti eius. Ergo Ioannes corrigiam Christi soluere non potuit. In illo enim erat de plen-

Obiectio

X Quo intel ligitur id dictum. Deus hoc habet per naturam.

Y Resolutio. q.

Ioan. 5

Luc. 3

itudinem accipere supra illum plenitudinem comprehendere. Hoc itaque, quod nouerat, dicere potuit, quod non conceperat, credere elegit, discutere non præsumpsit. Noluit igitur ille unionem soluere ne nos præsumamus unitati comparare. Quid uobis uidetur? Nonne illi corrigiam incarnati uerbi soluere uolunt, qui unitatem ineffabilis sacramenti differentia comparationis diuidunt? Anima igitur Ioannis de plenitudine accepit; anima Christi plenitudinem comprehendit. Comprehendit dico, non in æqualitate nature, sed plenitudine gratiæ & unitatis, propriate. Ecce dixi postulanti, quod & iubenti debuera, quod magis in hac assertionem approbandum putauit. Sed in rebus dubijs si manifesta autoritate non ualeo, ab alijs quidem sic accipi uolo, ut quærentes me adiuuent, inuentem non refutent. Quicumque autem in eo persistunt, ut hoc asserere contentant, quod alia fuerit illa sapientia, quam anima Christi, sapiens extitit; alia, quæ animæ Christi unita fuit: ego nemini præiudicium facere uolo: uideant ipsi quæ sensu hoc asserant, ne forte carnale sit, magis tua quæ uera pronuntiās. Hoc unum ego indubitanter assero: quod aut alia sapientia præter diuinam in anima Christi non fuit; aut si alia fuit, æqualis illi non fuit. Hoc credenti quod non credit, non bene credit. Ad cætera ego non cogo, sed suadeo; in his, quæ mihi credit, mecum credit: qui mihi non credit, sibi credat, donec ueniat ubi mecum credat. Sic tamen ut interim unusquisque in suo sensu humiliter abundare studeat, non arroganter præsumere. Vale.

DE VNIONE CORPORIS & Spiritus ex primo Miscellaneorum.



Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Si nihil inter spiritum & corpus medium esset, neque spiritus cum corpore, neque corpus cum spiritu conuenire potuisset. Multum autem distat inter corpus & spiritum, longe sunt a se duo hæc. Est ergo quiddam, quo ascendit corpus, ut appropinquet spiritui; & rursum quiddam, quo descendit spiritus, ut appropinquet corpori. Id, quo ascendit corpus, altius corpore est; & iterum id, quo descendit spiritus, inferius est spiritu. Sed & ipsa corpora non omnia eiusdem qualitatis sunt, sed facta sunt alia superiora, alia inferiora, alia suprema, & corpoream naturam penè transcendentia. Similiter & spirituum sunt alij superiores, alij inferiores, alij infimi, & penè infra spirituales naturas prolapsi, ut in hunc modum infima cum summis copulentur. Ascendit Moyses in montem, & Deus descendit in montem. Nisi ergo Moyses ascendisset, & Deus descendisset, non conueni-

Z

A

B

uenissent in unum. Magna sunt in his omnibus sacramenta. Ascendit corpus, & descendit spiritus. Ascendit spiritus, & descendit Deus. Quo ascendit corpus, superius est corpore. Quo descendit spiritus, inferius est spiritu. Rursum quo ascendit spiritus, superius spiritu: & quo descendit Deus, inferius Deo: Corpus sensu ascendit, spiritus sensu a litate descendit. Item spiritus ascendit contemplatione, Deus descendit reuelatione. Theophania est in reuelatione, intelligentia in cōtemplatione, imaginatio in sensualitate, in sensu instrumentum sensualitatis, & origo imaginationis. Vide scalā Iacob: in terra stabat, & summitas eius cælos tangebatur. Terra corpus, cælum Deus. Ascendunt animi cōtemplatione ab infimis ad summa. A corpore ad spiritum, mediante sensu & sensualitate. A spiritu ad Deum mediante cōtemplatione & reuelatione. Dominus autem scalę innititur, ut ad infima suprema inclinentur. Ascendamus igitur & nos consideratione quantum possumus, quia & si totum non possumus, fortē aliquid possumus. Si non sumus angeli uolantes, tamen sumus homines ambulantes. Angei scala non indigent, qui uolant diuina cōtemplatione: sed homines, qui repunt, uel, si amplius, ambulant humana ratione. Ego non puto angelos scalam quæsiuisse propter se, sed ut homines docerent quid facere debeant ipsi. Ascensus est ab infimis ad suprema. Pone ergo primum, quæ infima sunt, ut ab illis incipiens ordine ad superiora conscendas. Sunt igitur in hoc mundi corpore quatuor elementa proprijs qualitibus distincta, id est terra, aqua, ignis, aer. Sed ex his primum id est terra sola per se immobilis est, quia moueri non potest, nisi extrinsecus impellatur. Reliqua tria mobilia sunt, quia per se mouentur sine impulsu extrinsecus. Hoc tamen interest, quod aqua teneri potest, ut nō moueatur, aer & ignis non possunt. Rursum aer ad statum teneri nō potest, ad præsentiam potest. Ignis uero nec ad statum tenetur, ut non moueatur, nec ad psētiā, ut nō elabatur. Quæcūq; ergo extrinsecus siue ad psētiā siue ad statum teneri possunt, extrinsecus etiam moueri possunt, uel ut moueantur, si mobilia sunt, uel ut amplius moueantur, si minus sunt. Solus ignis sicut teneri non potest, sic etiā extrinsecus moueri non potest, in se omnem morū habens & ex se. In his ergo quatuor quæcunque magis sensui subiacent, magis corpora dicuntur: quæ uero a sensu plus longe sunt, magis a natura corporum recedunt, & ad naturam spirituum accedunt. Hinc est quod ipse aer, quia præ sui subtilitate uideri non potest, spiritus appellatur, cum corpus sit: quoniam in ea parte, qua sensum corporis excedit, tantum spirituali naturæ appropinquat, ut in appellatione etiam nomen illius usurpet. Sed ignis, qui ipso aere longe subtilior est, & mobilius, & non sicut aer, extrinsecus terrena corpora afflando mouet, sed interius uegetando uiuificat, magis proprie uocatur spiritus. Sed hic spiritus, id est ignis alius est in iis corporibus, quæ tantum uegetat, non sensibilis: alius in iis, quæ & uegetat, & sensibilis. Vegetat. n. qdā, non sensibilis sicut arbores, & plantas, & uniuersa in terra germinantia: qdā autē uegetat, & sensibilis, si-

cut bruta animantia omnia, in quibus quædā sunt, quæ sensum tantum habent, imaginationem non habent: quædam, quæ & sensum, & imaginationem habent. Cum itaque sensibilis maius sit quàm uelletari tantum, constat profecto hanc uim subtiliorem esse, ubi sensum præstat, quàm illic, ubi solam uegetationem confert. Vbi autem magis subtilis est, quodammodo magis spiritus est, quia in eo, quo magis incorporeæ naturæ appropinquat, nomen pariter & proprietatem illius usurpat: non tamen propria, quia in eo ipso, quod spiritus dicitur, corporeæ naturæ proprietatem nequaquam excedere cōprobatur. Infirmum uero & maxime corpus est illud, quod per se omnino moueri non potest. Post hoc proximum & minus corpus est illud, quod per se quidem moueri potest, & tamen extra se ad statum cohiberi potest. Deinde sequitur illud, quod in natura corporis iam spiritus nomen sortitur, quod per se moueri potest & extra se, quamuis ad præsentiam, ad statum tamen teneri non potest, quod non uidetur, & semper mouetur. Summum est corpus, & spūali naturæ proximū, quod per se semper moueri habet, extra nunquā cohiberi habet: quod quidem in quantum sensum præstat, imitatur rationalem uitam: in quantum imaginationem format, uitalem sapientiam. Nihil autem in corpore altius, uel spirituali naturæ uicinius esse potest, quod ubi post sensum & supra sensum uis imaginandi concipitur. Quod quidem intantum sublime est, ut quicquid supra illud est, aliud non sit quàm ratio. Ipsa utique uis ignea, quæ extrinsecus formata sensus dicitur, eadem forma usque ad intimum traducta imaginatio uocatur. Forma nanque rei sensibilis per radios uisionis foris concepta operante natura ad oculos usque retrahitur, atque ab eisdem suscepta uisio nominatur. Deinde per septem oculorum tunicas, & tres humores transiens, nouissime purificata, & colata introrsum ad cerebrum usque traducitur, & imaginatio efficitur. Postea eadem imaginatio ab anteriore parte capitis ad mediam transiens, ipsam animæ rationalis substantiam contingit, & excitat discretionem, intantum iam purificata & subtilis effecta, ut ipsi spiritui immediate coniungatur: ueraciter tñ naturā corporis retinens & proprietatem, ut constat, quod scriptum est. Quod natum est ex carne, caro est. Sicut enim de spiritu corpus non nascitur, sic etiam de corpore spiritus non procreatur. Quamuis enim corpus usque ad spiritum subleuetur, & spiritus usque ad corpus humilietur, nec spiritus tamen in corpus, nec corpus in spiritum transmutatur. Sed quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Tamen quod summum est in corpore, propinquum est spiritui, & in ipso uis imaginandi fundatur, supra quam est ratio. Quod enim imaginatio extra substantiam animæ rationalis sit, argumentum est, quod bruta animalia uim imaginandi hñe probantur, quæ rationē omnino non habeat. Est itaq; imaginatio similitudo sensus in summo corporalis spiritus, & in imo rationalis corporalem informans, & rationalē contingens. Sensus nanq; siue per uisum, siue per auditū, siue per olfactum, siue per gustum, siue per tactum, extrinsecus corpus


Ioan. 3.

G

corpus contingens formatur, ipsamq; formā ex corporis contactu conceptam intrinsecus reducens per meatus singulis sensibus emittendis & reuocandis introrsum dispositos ad cellam phantasticam colligit, eaque illi parti puriori corporei spiritus imprensus imaginationem facit. Quæ quidem imaginatio in brutis animalibus phantasticam cellam non transcendit, in rationalibus autem usque ad rationalem progreditur, ubi ipsam incorpoream animæ substantiā contingit, & excitat discretionem. Ergo imaginatio nihil aliud est, quàm similitudo corporis per sensum quidem corporeos ex corporū contactu concepta extrinsecus, atq; per eosdem sensus introrsum ad partem puriorem corporei spiritus reducta, eiq; impressa. Hęc autē in rationalibus purior fit, ubi ad rationalē & incorporeā animæ substantiā contingendā defecatur, tñ illic quoque extra substantiā illius manens, quia similitudo corporis est, & fundatur in corpore. Rationalis autē substantia corporea lux est, imaginatio uero in quantum corporis imago est, umbra est. Et idcirco postquam imaginatio usque ad rationē ascendit, quasi umbra in lucem ueniens & luci superueniens, in quantum ad eam uenit, manifestatur & circumscribitur: in quantum illi superuenit, obnubilat eam, & obūbrat, & inuoluit, & contingit. Et si quidē rō ipsa sola cōtēplatione eā susceperit, quasi uestimentum ei est ipsa imaginatio extra eā & circa eā, quæ facile exui & spoliari possit. Si uero ēt delectatione illi adhæserit, quasi pellis ei fit ipsa imaginatio, ita ut non sine dolore exui possit, cui cū amare inhæsit. Hinc est, quod aia corporibus exuta, corporalibus adhuc passionibus teneri possunt, quæ uidelicet a corruptione corporalium affectionū nō dū mundatæ sunt. Hęc nāq; & ipse spiritus quandā in sua natura mutabilitatem, secundam quam corpori uiuificando appropinquat, in qua illa spiritualis & incorporea substantia non nihil suæ puritatis deponit, & quasi quadam grossiori proprietate corpori assumendo occurrit. Quæ quidem coaptatio si solum solā naturā sit, mutationem hēt, corruptionē nō hēt. Si autē uitiosa est, in hoc ipso puriore naturam corrūpit, quæ eā ad cōfortiū ignobilioris terminos nauat transire cōpellit. Et hoc uitium quanto altius animæ in corpore manenti inhæserit, tanto difficilius a corpore descendente deserit, & non tollitur passio, et cū tollitur cā passionis. Ipsa quippe aia in quantum delectatione corporis afficitur quasi quadam corpulentiam trahens, in eadē phantasticis imaginationū corporalium deformatur, eisdēque alte impressis etiam soluta a corpore non exiit. Quæ uero in hac uita se ab eiusmodi sæculentia mundare studuerint, hinc exeuntes, quia nihil corporeum secū trahunt, a corporali passione immunes persistunt. Sic itaq; ab infimis & extremis corporibus sursum usque ad spiritū incorporeū, quæ dā progressio est per sensum & imaginationē, quæ duo in spiritu corporeo sunt. Postea in spiritu incorporeo proxima post corpus ē affectio imaginaria, qua anima ex corporis coniunctione afficitur, supra quā est rō in imaginationem agens. Deinde rō pura supra imaginationem, in qua rōne supremum est anima a corpore sursum. Quando autē ab aia sur-

sumitur ad Deum, prima est intelligentia, quæ est rō ab interiori formata, quia rationi concurrēs coniungitur præsentia diuina, quæ sursum informans rōnem facit sapientiā, siue intelligentiā: sicut imaginatio deorsum informans rōne sciētā facit.

Quomodo sermo Dei unus est, scilicet uerbum incarnatum: item uiuus, efficax, penetrabilis &c. & quomodo omnia nuda & aperta sint Deo: & de sacerdotio Christi ex miscellaneorum primo.



Emel loquutus est Deus, quia unū uerbum genuit per quod omnia fecit. Hoc uerbum est sermo eius. Unus est ergo sermo Dei, quia unum est uerbum Dei. Et ideo uere unus, quia unius unus, qui sententias multiplices non complectitur, sed uno & simplici uerbo cōsummat. Quare ergo dicitur in psalmo. Ut iustificeris in sermonibus tuis. Et alibi. Viuifica me, ut custodiam sermones tuos. Si. uere sermo Dei unus creditur, quomodo multi sermones eius dicuntur? Sed sciendum est, quod aliter per hominum ora loquitur Deus: aliter per semetipsum. Nam quod Deus in hominibus per homines loquitur, hoc fere omnis & ueteris, & noui testamenti scriptura testatur. Loquitur ergo Deus per homines, loquitur per se, multos sermones per homines, unum per semetipsum. Sed quocumque per hominum ora protulit, iste unus in omnibus illis fuit, & omnes in isto uno unum sunt, qui sine isto quolibet loco uel tempore prolata esse non possunt. Videamus ergo magnum sacramentū uerbum Dei humana carne uestitum, semel uisibile apparuit, & nunc quotidie idem ipsum humana uoce conditum ad nos uenit. Et quamuis aliter per carnem, atq; aliter per uocem humanā hominibus innotescat, quodammodo tamen hic intelligenda est uox uerbi, quod ibi caro Dei. Humanitatem Christi mali quoque & increduli non solum uidere, sed etiā occidere potuerunt, & adhuc quotidie sermonem Dei foris audiunt, & contemnunt. Et quemadmodum illi hominem occidere non præsumerent, si Deum cognoscere potuissent, ita quoque isti nequaquam uerba diuina audita respuerēt, si uirtutem eorum interno sapore gustare ualerent. Sermo igitur Dei uiuus est, quia uita in eo est. In eo quod foris auditam excitat, id, quod intus est, cor uiuificat. In eo quod auribus illabatur, id, quod cordi inspiratur. Quod foris est, transit: quod intus est, mutabilitatē non recipit. Quod foris decursus uerborum explicat, intus ueritas incommutabilis dicitur. Propterea (inquit) cælum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Ibi utique non transibunt, ubi transitoria non sunt, quia sicut in multis unum uerbum non diuiditur, ita multa in uno uerbo non uariantur. His itaque de sermone Dei breuiter explicatis: nunc Apostoli uerba inspiciamus. Viuus est, inquit, sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Viuus, quia non mutatur. Efficax, quia non deficit. Penetrabilis, quia nō fallitur. Non mutatur in promisso, non deficit in facto, nō fallitur in iudicio. Promissio eius obliuio

L

Psal. 61.

Psal. 50.

Psal. 118.

In hoie, p
baiem, et p
se loquitur
Deus.

M

Luce. 21

Quare uer
ba Dei nō
transibūt.

Hebr. 4.

ne nō moritur, nec intentione mutatur. Operatio eius difficultate nō vincitur. Iudiciū eius ambiguitate non fallitur. Veraciter promittit, fortiter facit, subtiliter discernit. Vivus est sermo Dei, ut credas, efficax ut speres, penetrabilior, ut timeas. Vivus est in præceptis & prohibitionibus, efficax in promissis & comminationibus, penetrabilior in iudicijs & dānationibus. Sed quia veritas promissorū, & oī potentia operū eius credenda potius quā discutienda sunt, quæ sit subtilitas iudiciorū eius consideremus. Penetrabilior (inquit) est sermo Dei oī gladio ancipiti. Anceps est gladius, qui ex ambabus partib⁹ incidit, qui cū infigitur penetrans ex utraq; parte secādo uīa sibi aperit, hic tñ non nisi carnē incidit: sed Dei gladius utriq; secat, quia pōt aīam & corpus perdere in gehennā ignis. Siue in iudicijs utriusque secat, quia utriusque diiudicat, incidit & discernit. Sequitur. Pertingens usq; ad diuisionem aīæ ac spūs. In unoquoq; hoīe tria sunt, Caro, spiritus, & mens. Ad carnē pertinet delectatio, ad spiritū cogitatio, ad mentem discretio. Delectatio est serpens, cogitatio Eua, discretio Adā. In delectatione est superfluitatis concupiscentia, in cogitatione est necessitatis prouidentia, in discretione est ueritatis snia. Delectatio prouidentiam obtentu necessitatis ad superfluitatem præcipit. Prouidentia rōnē per compassionē inferioris inclinā a snia ueritatis. Prima diuio est inter serpentem & Eua, hoc est inter carnalitem siue animā, uel animalitatē & spiritū: inter delectationem & cogitationem, inter superfluitatem & necessitatem. Secunda diuio est inter Eua & Adā, inter cogitationem & intentionem, uel discretio inter prudentiam carnis & sniam ueritatis. Sermo etiam Dei quasi inter aīam & spiritum diuidit, qñ sacrū eloquium nobis, quæ inter carnalia & spiritualia desideria repugnātia habeatur, ostendit. Sequitur. Compagum quoque & medullarū, id est etiā usq; ad diuisionem cōpagū & medullarū pertingit ipse sermo Dei. Quid uero per cōpages & medullas accipere debeamus, explanatur cū subditur. Cogitationū & intentionū. Cōpages sunt cogitationes: medullæ intentiones. Primum foris sunt opera quasi cutis, deinde delectatio quasi caro. Deinde cogitationes quasi ossa, deinde intentio quasi medulla. Sicut cutis carnem tegit, sic opera delectationem: & sicut ossa carnem fulciunt, sic cogitationes desideria pascunt: & sicut medullæ ossibus interiores sunt, sic in cogitationibus intentiones latent. Cogitationes et cōpages uocantur, quia quodāmodo ita desideria adinuicē copulāt, sicut cōpages membrorū artus ligant. Cōpago. n. uinculū est, qđ medium est, & extrema coniungit. Et similiter cogitationes, quia & ex desiderijs nascuntur, & desideria generant quodāmodo, & hæc nutriendo & illa gignendo utraq; ad inuicem ligant. Quasi. n. præcedentibus sequentia cōnectunt, quia & ipsæ de illis, & illæ de ipsis prodeunt. Quod uero desideria cogitationes gignere diximus, nemini, q seipsum cognoscit, ignotum esse pōt, quia illius profecto sapius in cogitatione uolumur, cuius amore plus affecti sumus. Vnde et Dñs in euangelio dicit. Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Ac si diceret. Vbi est desi-

derium tuum, ibi est & cor tuum. Id est, ubi est affectio tua, ibi est & cogitatio tua. Rursus q cogitationes desideria generent. Psalmista ostendit dicens: In meditatione mea exardescet ignis. Quia cuius rei cogitatio animo frequenter infederit, illius amor acrior in corde exardescit. Conuenienter igitur p medullas, quæ i corpore magis secretæ sunt & reconditæ, intentiones accepimus, quæ quasi cogitationum nostrarum medullæ sunt, quia in cogitatione cordis latet intentio cogitationis. Quam dum subtiliter discutimus, quasi ad interiora ossium penetramus. Liqueat ergo, quod recte compages cogitationes, & medullæ dicantur intentiones. Superest inquirere quomodo sermo Dei usque ad diuisionem eorum pertingat. Prima diuio est inter aīam & spūm, hoc est inter uoluptates carnales & spirituales. Scda diuio est inter cōpages. i. cogitationes carnales & spirituales. Primum. n. discernuntur uoluptates, & utrum bono an malo desiderio affectus sit animus. Quæ discretio ideo prima est, quia facilius quisq; sua desideria diiudicare potest: deinde sequitur discretio cogitationum, quæ magis est occulta, & difficilius comprehenditur. Quia enim ex prauis desiderijs bonæ nonnūquā cogitationes oriuntur, & rursus ex bonis desiderijs prauæ cogitationes prodeunt, nō facile est cogitationum qualitatem discernere, uel discutere, cū non solum ex præcedentibus desiderijs, de quibus oriuntur, sed et ex subsequentibus, quæ ipsa gignunt, eas oporteat iudicare. Sed ut apertius uideatur, qualiter ex prauis desiderijs bonæ, & ex bonis desiderijs prauæ cogitationes nascantur, exemplo mōstretur. Nemo est, qui desiderium rapinæ nesciat malum esse, sed aliquando ex desiderio rapiendi nascitur desiderium occidendi, & sape ex desiderio occidendi nascitur horror homicidij. Dum ergo ex malo desiderio cogitatio bonorū gignes affectū prodit, quasi in radice mala surculus bonus dulcē fructū facit. Similiter aliquando ex bono desiderio mala cogitatio nascitur, ut nonnūquā pollutionē carnis abominando, turpitudinem carnalis concupiscentiæ cogitare incipimus, & ex ipsa nostra cogitatione ad delectationem illicitam inflamamur, & quasi de puro fonte aqua manare inceperat, sed paulatim defluens in sentinā turpitudinis ibat. Aliquando autem cogitationes & ex bonis desiderijs prodeunt, & bona desideria gignunt uel ex malis ortæ similiter mala proferunt. In qua ambiguitate, quia difficilius ueritas discerni potest, bene post diuisionem animæ ac spiritus, id est carnalium & spiritualium uoluntatum, diuio cōpagū. i. cogitationū bonarū & malarum, quasi perplexior & difficilior est posita. Postremo quia discretio intentionū ijs oibus seci etior esse cognoscitur, merito in extremo medullarū quoq; diuio subditur. Hæc autē oīa sermo Dei diiudicando penetrat, quia ille, qui p sapientiam suam intus secreta nostra subtiliter intellegendō discernit, foris per doctrinā suā utiliter nōs illuminando eadem intelligere facit. ¶ Quia igitur uiuus est sermo Dei, credamus eū uera pmittere: quæ efficax est, speremus eum pmissa perficere: quia penetrabilis est, & falli nō potest, offendisse eū nos peccare, & de reliquo timeamus offendere. Ipse enim

Thesaurus hominis eius desiderium. Psal. 38.

R

S Quo ex grauis desiderijs bonæ cogitationes nascantur, & contra.

T

Oculus triplex

& uoluntates nostras intelligit, & cogitationes uidet & intentiones comprehendit. Sequitur. Nō est ulla creatura inuisibilis coram ipso. Oculus Dei & lōgin qua capit, quia ubiq; præsens est, & intima, quia in omnibus est, & subtilia, quia perspicax est, & maxima cōprehendit, quia oīa in ipso sunt: hoc psequitur dicens: Oīa sunt in cōspectu eius nuda, quia in ipso sunt oīa: & aperta, quia ipse est in oibus: uel nuda creatura dicitur, nuda actio, uel cogitatio, uel intentio humana. Quidam est oculus, qui foris est & non intus sicut oculus carnis: quidā intus est ad aliqd & ad aliqd quid foris, ut oculus cordis: & quidam oculus, qui intus est tantum & nō foris, ut oculus Dei. Oculus carnis uidet tm extima corporū, & oculus mentis extima cordiū, oculus Dei intima uidet. Oculus cordis ad oculū carnis intus est, ad oculū Dei foris. Et sicut oculus carnis non capit, quæ capit oculus carnis: sic oculus cordis non capit, quæ capit oculus Dei: sed oculus Dei capit, quæ capit oculus cordis. Igitur oculus carnis tm capit extima corporū. Oculus cordis & extima, & intima corporū sed tm extima cordium. Oculus uero Dei extima simul & intima non solū corporū sed et cordiū capit. Ergo nō est ulla creatura inuisibilis corā eo. Oīa autem sunt nuda & aperta corā eo. Ab oculis nostris teguntur sepe et, quæ inuisibilia sunt, quæ inuisibilia sunt, clauduntur. Actio inuisibilis est, intentio inuisibilis est. Sed actiones hominum licet in sua natura inuisibiles sint, multis tñ modis teguntur ab oculis nostris, ne uideantur. Intentio autem uideri non potest, etiam si ipsa actio uideatur. Igitur oculis Dei oīa sūt nuda, quia ipse oēs actiones hoīm uidet ubiq; sūt, quia nō sunt tenebræ, & nō est umbra mortis, ubi abscondantur, qui operatur malū: nec operum tenebræ, nec tenebræ, nec tenebræ intercludit, nec caligo abscondit nos ab oculis eius. Ergo oīa sunt nuda, quia ipse uidet oē, quod agit. Quia aperta, quia ipse uidet qua intentione agatur. Sequitur. Ad quem nobis sermo id est ad deū uel ad sermonem eius, subauditur uel est, uel erit, uel esse debet sermo. Primū fit sermo Dei ad nos, postea sermo noster ad Deū. Duobus autem modis fit sermo Dei ad nos, interius & exterius. Interius per inspirationem: exterius per prædicationem. Item per inspirationem duobus modis, per naturam & per gratiam. Per naturam quando conditis inspirat cognitionem boni. Per gratiam, quando reparatis suggerit amorem boni. Duobus etiam modis fit noster sermo ad ipsum, uel consulendo rationem, uel reddendo rationem. Si modo rationem ex uoluntate consulere ad faciendum nolumus, tunc ex necessitate de factis rationem reddemus: sicut in Apocalypsi dicuntur libri aperti: & deinde liber alius apertus, qui est uita: postea iudicatos mortuos ex iis, quæ scripta erant in libris. Libri sunt corda hominū. Liber uitæ est sapientia Dei. Libri aperiuntur, quia manifesta sunt secreta cordium. Liber uitæ aperietur, quia unicuique luce interiori manifeste patecet omne, quod faciendum est. Et mortui ex his, quæ in libris sunt, non quæ in libro, iudicantur, quia peccatores ex suis operibus iudicabuntur. Libri nostri ad librum Dei scripti sunt, quia corda nostra ad similitudinem sapientiæ Dei condita sunt, sicut dici-

Apoca. 20. Libri ex quibus iudicandi sūt homines & Liber uita sapientia Dei.

Psal. 4.

Eph. 5.

Z

Christus Pontifex magnus secundum utranque naturam.

A

Psal. 2.

Matt. 3.

Mar. 6.

& Matt.

17.

Ioan. 12

Hebr. 5.

B

Duplex assumptio hominis ad dignitatē esse debet.

Luc. 20.

C

Luce. 12

Hebr. 4.

P

Tria in homine consideranda.

Q

Matt. 6.

tionem exhibere debet, ut eum oblationibus, & sacrificio spirituali, precibusque placatum reddat. In eo officio, quo est legatus Dei ad populum, ad ipsum pertinet ignorantes docere, peccantes corrigere. De illo officio, in quo est legatus populi ad Deum, dictum est, ut offerat sacrificia & oblationes pro peccatis. De illo officio, in quo est legatus Dei ad populum, dictum est, ut sciat compatii, qui ignorant & errant, Quoniam & ipse circumdatus est infirmitate, Quidam sunt, qui se in infirmitate esse cognoscunt, sed circumdatos infirmitate non putant. Hi videlicet, qui in quibusdam actionibus suis fortes se esse considerant. Qui vero in omnibus suis se infirmari conspiciunt: ij quantum ad existimationem suam, undiq; infirmitate circumdati sunt.

APOLOGIA DE VERBO incarnato, continens obiectiones contra eos, qui dicunt Christum non esse aliquid secundum quod est homo.

Ides est certitudo rerum inuisibilium ad religionem pertinentium supra opinionem, & infra scientiam constituta. Ex hac fidei assignatione patet, quod non licet dubitare uel opinari circa fidei articulos. Vbi enim est

opinio, non est certitudo, ubi uero non est certitudo, non est fides. In naturalibus opinionibus, uel poeticis existimationibus, uel in allegoricis, uel tropologicis sententijs licet diuersas sententias promere: circa fidem non licet, non solum aliud constituere, sed nec de ipsa ueritate ad modicum dubitare, sed oportet firmiter ipsam profiteri. Vnde in symbolo Athanasij. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit. Si autem de nullo fidei articulo licet diuersa opinari, maxime de illo, quod ceteris est principalior, cui ceteri tanquam fundamento innituntur, qui in his uerbis exprimitur. Verbum caro factum est, id est homo constans ex carne & anima. Vnde Augustinus. Firmissime tene, & nullatenus dubita, ipsum, qui æternaliter natus est de patre, esse illum, qui essentialiter conceptus est, & natus de Virgine, unius naturæ cum matre. Ecce Augustinus prohibet dubitare, & iubet firmissime tenere, i Christo duas esse naturas, diuinam scilicet, secundum quam dicit: Ego & pater unum sumus: & humanam, secundum quam dicit: Pater maior me est.

Quæro igitur ab his, qui dicunt, Christum non esse aliquid in eo quod est homo: quid per me significetur cum dicitur: Pater maior me est, an quod est Christus, an quod non est Christus: si dicatur aliquid, quod non est Christus, per me significari in tali loco, consequens est, ut Christus dicat se esse aliquid, quod ipse non est: quod non conuenit ueritati. Item si aliquid per me ibi significatur quod est Christus, illud est uel substan-

tia increata, uel creata. Sed nulla substantia increata maior est patre. Sin autem substantia creata est, uel est rationalis, uel irrationalis. Sed substantia irrationalis esse non potest, ergo est substantia rationalis, & sic uel angelica uel humana: sed angelica non est, ergo humana. Oportet itaque ibi significari substantiam creatam, & rationalem, & humanam, id est hominem constantem ex anima & carne. Vnde Augustinus dicit, quod pars cum dicitur: Verbum caro factum est, ponitur pro toto: scilicet caro pro homine. Necessario ergo homo est aliquid totum, cuius pars sit caro, & illud totum sit Christus. Vnde idem dicit. Deus in æternam personam diuinitatis, temporalem accepit substantiam carnis. Quid est in personam accepit, nisi personaliter sibi uniuert, id est ut quod assumptum est una esset cum assumente persona? Vnde in libro de agone Christiano. Incommutabilis ueritas per spiritum animam, & per animam corpus suscipiens, totum hominem assumptum liberauit. In eodem. Non eos audiamus, qui sic dicunt ab æterna sapientia susceptum hominem qui de uirgine natus est, quomodo & alij homines ab ea sapientes fiunt. Aliud est. n. sapientem tantum fieri per sapientiam dei: & aliud est ipsam personam suscipere sapientiam Dei. Audis quod homo ille personam suscepit sapientiam Dei: Vnde & per gratiam homo transiit in Deum, non naturæ uersibilitate, sed Dei dignatione mirabiliter assumptus in unitatem personæ. Quapropter & aliter sapiens homo ille, qui personam sapientiam gerit, aliter alij. Vnde Augustinus super epistolam ad Galatas. Per fidem induendo Christum, omnes fiunt filij non natura sicut unicus filius, qui sapientia Dei est, Neque præpotentia & singularitate susceptionis ad habendam naturaliter, & agendam personam sapientiam sicut ipse mediator unum cum ipsa suscipiente sapientia.

Quæro item quomodo Augustinus dicat, susceptum hominem ad habendam naturaliter personam sapientiam patris, cum alibi dicit, quod in unitate personæ assumptus homo ille gratiæ est, non naturæ. Solutio. Naturale duobus modis dicitur, & quod est de substantia rei, & quod est originale, id est ab origine creationis suæ datum. Vnde quia homo assumptus ex quo fuit, persona diuina fuit, non tamen per naturam, sed per gratiam, quodammodo naturale est ei esse personam Dei, sed hoc naturale non excludit gratiam. Vnde Augustinus in Enchiridio. In naturæ humanæ susceptione facta est quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis. Nam ex quo homo esse cepit, non aliud esse cepit quam filius, & hic unicus, ut quemadmodum una est persona, anima rationalis & caro, ita una persona Deus & homo. Filius tribus modis dicitur, adoptione ut nos per fidem, susceptione ut mediator, s. homo assumptus, natura ut uerbum, quod eadem substantia est cum patre, non persona, & eadem persona cum mediatore, non substantia: Vnde Augustinus in libro de Trinitate Cum filius sit Deus & homo, alia tamen substantia Deus, alia substantia homo.

Quæritur, an substantia humana in Christo sit adoranda? Solutio. Dignitatis potestas non amittitur, dum humilitas adoratur, ut dicit Hilarius.

Natura humana in Christo quare adoranda.

Ioan. 20

Et Augustinus. Terra adoratur a uerbo Dei assumpta: quia nemo carnem eius manducat, nisi prius eam adoret, non tamen propter ipsum, sed propter eum, cui unitur. Dicit autoritas, quod creator est creatus, prædestinans prædestinatus, infectus factus: quod secundum naturam humanam intelligendum est. Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum, ad Deum meum, & Deum uestrum. Si Christus non est aliqua substantia creata, non habet Deum, quia tantum creaturæ Deus est, sed ipse dicit se habere Deum. necessario ergo est aliquid, quod habet Deum, uel creatorem. Dicitur alibi, quod tanta est unio hominis & Dei, quod totum est Deus, totum est & homo. Quid per hominem significatur cum dicitur, totum est homo? Quid est, quod sequitur, quod non in substantijs hominis? Si enim sic intelligitur, Deus est homo. i. habet hominem. Sic potest dici anima est caro. i. habet carnem. Augustinus dicit super Ioannem, quod aliud est uerbum Dei, & aliud homo. Quid hic per hominem significatur? Si. n. (ut quidam opinantur) hic per hominem anima & caro intelligitur, & non aliquid compositum ex duobus: dicere deberet, aliud est uerbum Dei, alia sunt homo, cum per hominem plura, & non unum significetur. Augustinus dicit alibi super epistolam ad Colossenses. Homo excellentius assumptus personam gerit sapientiam. Si igitur id, quod est assumptum, non est persona (ut uolunt quidam) nec personam gerit sapientiam, quomodo ergo audent negare hominem assumptum personam esse? cum adeo aperte hic dicat autoritas? Qui descendit (id est Deus) & qui ascendit. i. homo. Dicit enim expositor, quod deitas & humanitas sunt eadem persona. Vnde Leo Papa. Mirabilior nobis sit in Deo humilitas, quam potentia: & difficilius capit a nobis maiestatis diuine exinanitio, quam seruilis formæ summa pueritio. Et potest licet aliud sit creator, & aliud creatura: in unam tantum personam concurrat utriusque naturæ proprietates. Omnia, quæ Dei sunt & hominis, simul humanitas expleuit & deitas. Legitur, quod Christus sicuti est hominibus pater, sic est hominibus mater. Sed si Christus non est id, quod est homo, sed tantum id, quod est pater, nihil quod est consubstantiale matri, est substantiale filio, & diuerso, ergo non est ei consubstantialis, cum nullum habeat substantiale cum illa commune. Sed dicent foras. Christus ideo hominibus matri dicitur, quia eiusdem naturæ est cum matre. Et ego quomodo per naturam humanam intelligant, cum dicitur. Christus est eiusdem naturæ cum matre? Dicitur corpus & animam. Sed alia est anima Christi, & alia anima uirginis. Vnde si idem est natura humana quod anima & corpus, si non sunt eiusdem anime & carnis, nec eiusdem sunt naturæ. Vel si eiusdem sunt naturæ, nec tantum sunt eiusdem carnis & anime, aliud intelligitur per naturam, aliud per animam & carnem. Nota uero autem, quod natura humana tripliciter accipitur, s. pro forma substantiali, quæ humanitas dicitur: & pro re existenti in tali proprietate. s. pro illo composito ex corpore & anima, quod quicquid hoc nomine humanitas significatur: dicitur et quicquid humana natura corpus & anima. Verum est ergo Christum assumptum esse corpus & animam, & illud compositum, & illam formam. s. humanitatem. Quin autem hæc forma sit assumpta, non potest negari, cum non solum corpus & anima sint assumpta, sed et omnes proprietates assumptæ sint.

Natura humana tripliciter accipitur.

Quest. 2.

Vna persona Deus et homo.

Quest. 3.

Ideo quomodo ab ijs, qui dicunt, quod in Christo non est aliquid, quod sit homo: quod sit subiectum humanitati huic formæ. Non enim deitas potest ei esse subiecta, nec caro, nec anima. Quid ergo? Si nihil est constitutum ex corpore & anima Christi, quod sit Christus, in quo quasi in subiecto possit esse humanitas: necessario igitur Christus est quoddam totum constans ex anima & corpore, uel non habet hanc formam humanitatem. Confitemur itaque in Christo duarum substantiarum unionem, non mutationem, uel uersibilitatem, uel promixtionem, uel confusionem.

Dicit Hilarius in nono lib. de Trinitate. Quod homini acquirebatur, ut Deus esset. Quæro igitur quis sit iste homo, cui acquiritur, ut Deus sit? Nunquid animæ uel carni? Non utique, sed homini constanti ex utroque. Idem in octauo libro de Trinitate. Nescit, plane uitam suam nescit, qui Christum Iesum, ut uerum Deum, ita uerum hominem ignorat. Si enim non est id, quod est homo, non est homo: & si non est homo, non est uerus homo. Quanta ergo est temeritas, negare Christum aliquem hominem esse, & tamen ipsum uerum hominem prædicare? Augustinus dicit super Domine refugium. Quod Christus incepit esse quod non erat, seruata substantiarum proprietate. Quod erat creabile, mansit creabile: & quod increabile, increabile: & quod mortale, mortale: & quod immortale, immortale. Vtrumque uero in immortalis tamen persona, & uere uirtutis. Vnde Isidorus in libro de summo bono ait. Humanitas a Christo suscepta tertia persona est in Trinitate. Cui consonat illud, quod Augustinus dicit in secundo libro de Trinitate: Forma suscepti hominis persona filij est. Quid apertius? Quomodo ergo audes dicere, quod nihil, quod est assumptum, est persona filij? Redi ad cor tuum, & animaduerte ueritatem. Quis sit, qui loquitur, attende. Recole, quod periculum animæ tuæ incurris, si negaueris tam manifestam ueritatem. Memorare etiam, quod homo erat, qui negauit Christum esse aliquid, quod sit homo, & ideo potuit decipi. Et utinam solus deceptus, alios non decepisset. Si nondum credis prædictis autoritatibus, audiui quid Augustinus dicat in eodem libro. Humanam illam formam ex Maria uirgine Trinitas operata est, sed filij solius persona est. Idem in tertio decimo de Trinitate. Humanam naturam Deo uerbo copulata est, ita ut cum ipso fieret una persona. Nota, quod in hominibus locis humanitas, uel forma serui, uel natura humana non significat corpus & animam, uel illam proprietatem, quæ proprie & secundum usum loquendi dicitur humanitas, sed rem existentem in tali proprietate notat. Firmiter ergo tenendum, quod nomine humanitatis quandoque id, quod est homo, significatur. Noli ergo mirari, quod humanitas dicta est persona, cum nomine humanitatis homo assumptus significetur in tali loco. Hilarius in octauo libro de Trinitate sic ait. Deo est proprium fuisse aliud, quam manebat, nec tamen non esse, quod manserat. Hilarius dicit, quod Deus est aliud quam fuit, manens quod fuit. Et quia nulli creaturæ hoc potest conuenire, ut maneat simul quod est, & aliud fiat, dicit hoc proprium Deo esse, aliud esse

M. Hug. à S. Vict. To. ij. F esse

Vbi opinio nec certitudo, nec fides esse potest.

Ioan. 1. De fide ad Petrum.

Ioan. 10. Ioan. 14.

Quest. 1.

Pater quomodo maior intellectu naturæ.

esse q̄ fuit, & manere quod fuit. Dic ergo quō prae-
sumis dicere, q̄ Christus non est aliquid, quod non
fuit ab aeterno. Ecce plures auctoritates habemus,
q̄ Christus factus est aliquid, quod non fuit. Quae-
ro ut saltem vnam auctoritatem ostendas, q̄
dicat, q̄ Deus non est aliquid in eo quod est homo,
vel q̄ nō factus sit aliquid, quādo factus est homo.

Obiectio prima.

Nunc ponendae sunt obiectiones quorundā cō-
tra nos. Si Deus essentialiter est homo, vel ho-
mo est Deus, tunc si Deus assumpsisset hoīē in sexu
muliebri, & mulier esset Deus, & Deus esset mulier.
Sed potuit Deus in tali sexu assumpsisse hoīem, er-
go potuit Deus esse mulier. Solutio. August. di-
cit. Qui essentialiter natus est de patre, est essentialiter
ille, qui cōceptus, & natus est de virgine. Ideo-
q; fateor, q̄ Deus semper potuit, potest, & poterit
in vtroq; sexu assumpsisse hominem. Vtinam te
videres, vbi te video, qui hāc obijcis. Cum igitur v-
terq; sexus erat redimendus, decens fuit, vt sexus
honorabilior assumeretur, & de femina, vt sit vter
q; sexus ad redemptionem pertinere ostenderetur.
Vnde Augustinus de symbolo fidei. Illa dispensatio
vtrunq; sexum honorari, & ad curam pertinere
monstrauit. Non solum quem suscepit, sed per
quam suscepit, virum gerendo, de femina nascēdo.

Solutio.

Vero ab ijs, qui dicunt nihil esse compositum
ex anima & carne Christi, quomodo sexus
sit assumptus. Non enim in carne vel anima
est aliquis sexus, sed in solo toto ex duabus parti-
bus constituitur. Decuit quaternarium diuinum cō-
pleri. Fecit enim Deus primum hominem sine cō-
plexione sexuum. Feminam vero produxit de vi-
ro. Ex maritali vero admixtione formauit vtrum-
que. Restabat quartum, vt quasi vicem femina
redderet viro: quod completum est, dum contra
rationem, & supra naturam peperit virgo.

Quest. 6.

Quero ab ijs, qui dicunt nihil esse compositum
ex anima & carne Christi, quomodo sexus
sit assumptus. Non enim in carne vel anima
est aliquis sexus, sed in solo toto ex duabus parti-
bus constituitur. Decuit quaternarium diuinum cō-
pleri. Fecit enim Deus primum hominem sine cō-
plexione sexuum. Feminam vero produxit de vi-
ro. Ex maritali vero admixtione formauit vtrum-
que. Restabat quartum, vt quasi vicem femina
redderet viro: quod completum est, dum contra
rationem, & supra naturam peperit virgo.

Obiectū secundū.

Objicitur. Si Deus potuit assumere mulierem,
ergo mulier potuit esse Deus. Solutio. Non
sequitur: sicut nō sequitur, Deus pōt d̄ hoīē facere
lapidē, ergo homo pōt fieri lapis, Deus .ni pōt im-
possibilia, nec tamen impossibilia sunt possibile.

Obiectū tertium.

Item obijcitur. Si illa substantia, quae verbo vnita
est, cepit esse Deus, & e contrario Deus cepit esse
illa, quaedam substantia est Deus quae non semper
fuit Deus, & quaedam substantia est Deus, quae non
est diuina substantia, & Deus est aliquid, quod nō
semper fuit. Adduntq; . Si homo assumptus est
persona, ergo vel tertia in Trinitate, vel alia, sed nō
alia, ergo tertia in Trinitate, & sic Deus. Solutio. In
hoc ipso se probant non esse catholicos, cum id, qd̄
tot auctoritatibus probatur, habent pro inconueni-
enti. Nonne Isidorus dicit, quod humanitas a
Christo suscepta est tertia persona in Trinitate?
Et Hilarius asserit, quod proprium est Deo fuisse
aliud quam manebat, nec tamen non esse quod mī-
ferat. Et Augustinus. Creator temporum inuen-
tus est in tempore, etiam ipse factus. Et alibi. Ho-
mo recens, sed non Deus recens. Hoc est inconueni-
ens, quod nos adoramus. Hāc est abusus, per quā
redempti sumus. Scio vbi tenentur oculi tui, qui
habes pro inconuenienti, quod Deus sit aliquid, qd̄
non semper fuit, quia non capis modum illum,

Solutio.

Solutio. In hoc ipso se probant non esse catholicos, cum id, qd̄
tot auctoritatibus probatur, habent pro inconueni-
enti. Nonne Isidorus dicit, quod humanitas a
Christo suscepta est tertia persona in Trinitate?
Et Hilarius asserit, quod proprium est Deo fuisse
aliud quam manebat, nec tamen non esse quod mī-
ferat. Et Augustinus. Creator temporum inuen-
tus est in tempore, etiam ipse factus. Et alibi. Ho-
mo recens, sed non Deus recens. Hoc est inconueni-
ens, quod nos adoramus. Hāc est abusus, per quā
redempti sumus. Scio vbi tenentur oculi tui, qui
habes pro inconuenienti, quod Deus sit aliquid, qd̄
non semper fuit, quia non capis modum illum,

quo aliquid dicitur esse aliud, propter ineffabilem
vnionem. In hoc enim, quod Deus homini secun-
dum plenitudinem se infudit, & omnia, quae hominis erant, in se suscepit,
vere dicitur, & est Deus homo, & homo Deus. Ho-
mo est Deus non per naturam, sed per gratiam, nō
adoptionis, sed per gratiam vnionis siue susceptio-
nis. Deus est homo per dignationem. Cum ergo
Deum hominem, vel hominē Deum predicamus,
non naturae in naturam versibilitatem significa-
mus, sed naturae vtriusq; mutuam oīmodam par-
ticipationem. Notandum, esse quosdam, quibus
non videtur esse argumentum. Illa substantia Deo
vnita est Deus, ergo quaedam substantia, quae non
semper fuit. Vt in hoc simili apparet. Candela lu-
cet, ergo quaedam substantia, quae non est ignis lu-
cet, cum ignis ex se, candela ex igne luceat. Est alia
similitudo. Hic homo factus est ad imaginem Dei,
ergo quaedam substantia, quae non est anima, vel an-
gelus: non sequitur. Sic verbum per se Deus est, si-
cut ignis lucet, homo vero Deus ex verbo, sicut cā-
dela lucet ex igne, & homo est imago ex anima.
Nullo tamen modo negandum substantiam vnitā
uerbo Dei, esse filium Dei, sed (ut iam dictum est)
homo per gratiam Deus est, verbum est per natu-
ram Deus.

Homo quomodo Deus sit.

T

V
Quest. 7
Luc. 1.

Si modum credis, audi adhuc verba veritatis su-
per Lucam, vbi scriptum est: Hic erit magnus.
Legitur, quod potentiam, quam Dei filius natura-
liter habet, homo accepturus erat ex tempore, ut
una sit persona Deus & homo. Quaeo quid per
hominem significatur, & cum dicitur, homo acce-
pturus &c. an substantia diuina an humana: sed na-
turae diuinae nil datum est ex tempore, ergo huma-
nae: & sic substantia humana habet potentiam,
quam filius Dei habet per naturam, ergo homo
habet omnipotentiam, & sic est omnipotens, &
sic Deus, quod ipse profitetur dicens. Data est mi-
hi omnis potestas in caelo & in terra. Cui data est
omnis potestas? Audi expositorem super eundem
locum. Hoc non de coaeterna patri diuinitate,
sed de assumpta humanitate. Quicquid dicas de
Christo, ego melius credo Christo de se, quam
tibi. Nonne contradicis Christo, dum negas,
quod ille affirmat? Vide ergo, quod tua exposi-
tio contraria est Christo, & orthodoxis patribus.
Tu dicis, quod homo assumptus non habet om-
nipotentiam: & ipse dicit. Data est mihi omnis
potestas. Vnde Apostolus. In quo inhabitat om-
nis plenitudo diuinitatis corporaliter. Tu ipse
diudica. Quid est illud, in quo habitat omnis
plenitudo diuinitatis? Nunquid verbum Dei? Cur
ergo addit corporaliter. Hilarius in octauo dicit.
Vera fides est neq; Deum ignorare quod homo sit,
neque carnem ignorare quod uerbum sit. Reco-
le quid nomine carnis significetur. Audi Augusti-
num. Verbum caro factum est. i. homo. pars pro-
to ponitur. Cui consonat illud in Ioanne. Potesta-
tem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis
est. In huiusmodi, quae Deo conuenire non pos-
sunt, solent sic ex ponere. Hoc accepit p̄sona s̄m na-
turam humanam. Intelligis q̄ dicis: Si p̄sona non est
aliquid.

Matt. 28

Colof. 2

Ioan. 5.

aliquid secundum humanitatem (vt tu asseris) quō
persona accepit aliquid s̄m eam? Item dicitur tibi.
Si natura humana hoc non accepit, ergo nec perso-
na s̄m eam, sicut corpus tuum non est album, ergo
nec tu es albus s̄m corpus. Vel si anima non est ratio-
nalis, nec tu es rationalis s̄m eam. Concedendū
quidem est, q̄ persona accepit potētiam, quam ha-
bet naturaliter s̄m humanitatem, & ipse homo ac-
cepit eam, & sic in ipso ipsa persona. Et quod sic sit
intelligendum, declarant aliae auctoritates, vnde
Hilarius dicit. Non est ignorandum carnē esse ver-
bum: & humanitati data est oīs potestas in caelo &
in terra. Assignent si possunt quid sit illud, cui data
est oīs potestas iudicādi, quod vocatur filius altis-
simi, quod temporali relatione refertur ad matrē.
Non. n. aeterna filiatione filius dicitur matris. Quō
filius matris, si nihil habet esse ex matre? Nunquid
dicendus est aliquis ducere originem ex oue, quia
eius vestis inde est? Si ergo Christus non est aliquid
ex virgine, sed eius vestis inde est, quomodo est fi-
lius virginis? Sicut ergo verbum lucis est per se ho-
mo assumptus ex verbo, sic verbum per se persona
est, homo vero personantiam (vt sic loquar) habet
ex verbo. ¶ Sed dicet aliquis. Nonne homo assum-
ptus persona esset, si non esset vnitus verbo? Solu-
tio. Esset quidem persona, & haberet suam perso-
nantiam ex sua rationalitate. Nunc vero ex quo
totus splendor diuinitatis se infudit lucernae huma-
nitatis, minus lumen cedit maiori, id est homo as-
sumptus trahit suam personantiam ex verbo, &
dicitur, & est persona vna cum illo ex eadem per-
sonantia, quam habuit verbum ab aeterno. Vna-
quaeque creatura rationalis ex hoc dicitur perso-
na, quod habet excellentius: quia ergo splendor di-
uinitatis incomparabiliter excellentior est lucerna
humanitatis, merito ex eo homo est persona. Vn-
de scriptura est. Natura naturam non consumit,
sed persona personam, quia nomen iuris est. Hāc
diligenter intueri lector, & intelliges quare homo
dicatur in personam, non in naturam assumptus.
Et quare verbum dicatur assumpsisse naturam non
personam. Ideo enim homo assumptus est in perso-
nam diuinam, quia factus est particeps diuini lumi-
nis, vt per ipsum habet omnibus discernetur sicut
verbum. Non in naturam, licet persona diuina sit
diuina natura, quia hoc esset mutari & conuerti
in eam. Verbum vero ideo naturam hominis, non
personam assumpsit, licet id, quod est assumptum
sit persona, quia non trahit personalitatem, vel
personantiam ex eo, quod est assumptum, habens
multo digniorem personantiam ex natura diuini-
tatis. Sicut lampas in nocte dicitur lumen Eccle-
siae: in die vero solis maiore splendore superueni-
ente, iam lampas non dicitur lumen Ecclesiae,
sed potius lumen Solis. Sic homo persona qui-
dem esset ex sua rationalitate, si non esset assum-
ptus. Nunc (vt iam dictum est) ex eo, quod in
ea dignius est, id est in lumine diuino est persona.
Huius rei in creaturis expressam non inuenio simi-
litudinem. Nihil enim manens, quod est, potest
aliud fieri: quod soli Deo est proprium, vt dicit

Obiectum.

Persona unde dicatur.

Quare in personam non in naturam homo assumptus dicatur. Verbum naturam non personam assumpsit.

Hilarius. Qualiter tamen splendor verbi se infun-
dat homini, vt eum illuminet, licet à verbo non Z
recedat, potest qualicumque similitudine ostendi.
Splendor siquidem ignis, vel calor candela, vel
carboni accedit, nec ab igne recedit, sed simul
in igne, & in candela est. Sed in igne per natu-
ram, in candela ex accidenti. Maior tamen est
vnio inter Deum & hominem. Vnde verbum con-
fert homini, vt sit cum illo non vna substantia,
sed vna persona. Inde est, quod aliud est Deus,
aliud homo, sed non alius Deus, alius homo, sed
vnus & idem Deus & homo, sicut multae autori-
tates manifeste ostendunt. Veluti corpus, & ani-
ma vnus homo, & vna persona sunt, licet aliud
sit corpus, & aliud animus. Christus itaque ge-
mina est substantia, scilicet diuina & humana, ta-
men non nisi vna persona, quia vtraque substantia
vna persona.

Cum igitur Christo sit substantia humana: A
nunquid est concedendum, quod sit creatura? Obie-
tum. Non est simpliciter concedendum, quod Christus sit
creatura, nisi addatur secundum hominem. Non-
ne concedimus simpliciter, quod Christus est ho-
mo, quare ergo non similiter conceditur, quod sit
creatura? Solutio. Ideo sine determinatione vsus
sanctae Ecclesiae non consuevit concedere simpli-
citer, Christum esse creaturam, ne secundum v-
tramq; naturam hoc intelligatur, ne videatur con-
sentire perfidiae Arrianae, quae dicebat, Christum
tantum esse creaturam. Cum fides catholica dicat,
eum esse, & creatorem secundum diuinam natu-
ram, & creaturam secundum humanam substan-
tiam. Tene ergo firmiter, verbum assumens natu-
raliter esse Deum, assumptam vero substantiam
naturaliter esse creaturam. Et propter ineffabi-
lem vnionem, & mirificae susceptionis sacramen-
tum, vt verbum sit homo, & homo Deus inconfu-
sa & inconuersa vtraque perseverante substantia.
Vnde Hilarius in quinto libro de Trinitate. Ex vir-
tute potentis naturae est, cum in eo, quod esset, ma-
neret, tamen quod non erat esse posset. Moneo vt
his, quae in scripturis sanctis leguntur, fidei assen-
sum adhibeas. Nec tibi mirum videatur, si nōdum
omnia ad plenum intelligas. Recole, q̄ fides non B
habet meritum, cui ratio humana praebet experi-
mentum. Solet ignorantia naturalium amplius an-
gere quosdam, quam ignorantia credendorum. Vt
imago in speculo quid sit, aut quomodo habeat esse.
Quomodo idem fons sit modo haec aqua, modo
illa. Quomodo diuersae voces sint idem nomē.
Amice, si haec leuia & quasi puertilia non capis, qua
fronte ineffabile incarnationis sacramentum atten-
tare praesumis? Noli ergo sic argumentari circa
Christum. Si Christus est quaedam substantia sim-
plex vel increata, ergo non est quaedam composita
vel creata, cum sit vtrunq; licet non secundum
idem. Cur non sic argumentaris? In dieb. carnis suae
fuit mortalitatis, ergo tunc non fuit immortalis. Vel C
sic. Tunc fuit passibilis, ergo tunc non fuit impassibilis.
¶ Dicit aliquis mihi: Arrianum te video, aliud.
quia dicis Christum esse creaturam. Diligentius.
M. Hug. a S. Vic. To. iij. F 2 ergo

Et

O

O

B

Arg.

C

Obiectū

ergo intueamur, an verum sit. Arrius dicebat Christum esse puram creaturam, non a patre cōsubstantialiter genitum, sed tantum creaturam, ideoque patre minorem & posteriorem, affirmans quidem Christum esse Deum, non quidem per naturam, sed tantum per adoptionem. Nunc quæro, an Hieronymus idem senserit, quod Arrius, cū dicat. Audacter proclamamus Christum esse creaturam. Et Hilarius, qui dicit, quod est quod non fuit. Aut Apoitolus, qui ait. Qui fidelis est ei, qui fecit illum. Et alibi dicit. Qui factus ex semine David secundum carnem. Et Augustinus, qui asserit diuinam substantiam immutabilem, & creaturam mutabilem, secundum quam Christus omnia pertulit, quæ scriptura de eo recolat. Tametsi ergo hæreticus, & catholicus eadem verba habent in ore, non est consequens, ut idem sensus sit in corde vtriusque. Veluti non sequitur. Si aliqua participant eodem nomine, quod ideo etiam re nominis. Ut Deus & idolum nomine Dei, non tamen eadem deitate participat. Quod ergo scriptum est: Qui dixerit Christum esse creaturam, anathema sit: intelligendum est puram, ut Arrius intelligebat, vel dicebat. Secundum eandem rationem intelligendū est, quod dicit Ambrosius Christum non esse vanitati subiectum, & ideo creaturis non esse connumerandum: quia creatura omnis vanitati subiecta est. Nūquid quia Christus est homo, & omnis homo mendax, ergo Christus mendax? Multa dicuntur generaliter de homine, nō tamen de homine Christo, quia non est purus homo, sed Deus & homo. Augustinus dicit. Non est creatura, per quem facta est omnis creatura. Ecce negat Christum esse creaturam: quod contrarium videtur prædictis. Solutio. Non est creatura, per quem &c. idest id in Christo, per quod facta est omnis creatura, non est creatura, sed creatrix essentia. Agit enim de persona secundum diuinam naturam. Item dicit Hilarius. Non est aliud filius hominis, & aliud filius Dei: & nos dicimus & credimus, quod aliud filius est hominis, & aliud filius Dei. Quid ergo? Cōtrarij sumus Hilario? Solutio. Frequentius quidem his terminationibus significatio est substantiæ. Interdum tamen in neutrali, licet raro, significatur persona. Sensus est: ergo non est aliud filius hominis, & aliud filius Dei. i. non est aliud filius hominis, & aliud filius Dei, sed vnus & idē. Vnde Augustinus de tribus personis loquens ait. Et hæc tria vnum. Et alibi dicit, quod mediator ipse vnum sit cum ipsa sciipiente sapientia. Quibus verbis substantiarum differentia non confunditur, sed vnio personalis prædicatur. Hilarius tamen non ait. Non est aliud verbum, aliud homo: sed hoc neutrum est aliud quàm Christus. Et Augustinus dicit, homo ille nō est factus aliud, quàm Dei filius. i. nō est factus aliquid, quod non sit Dei filius. Quicquid enim est persona diuinæ essentia, non est aliud quàm ipsa persona, licet aliud sit quàm natura diuina. Vnde Hieronymus. Verbum Deus est, nō caro assumpta. Quibus verbis non naturæ ad personam, sed naturæ ad naturam ostenditur differentia. Si autē per carnem pars, non totum intelligitur, constat quod

verbum non est caro, sed per carnem totus homo significatur: tamen (ut ait Ambrosius) aliud est, quod est assumptum, & aliud est, quod assumptum. Alioquin Christus si non est aliquid secundum quod est homo, ipse non est aliquid secundum quod est mater hominios, vel secundum idem est hominios patri & matri. Hilarius alibi seipsum exponit dicens: Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationē hoīs in morte cognosce. Et cum sint vtraque suis gesta naturis, vnum tamen Christum Iesum eum memento esse, qui vtrunque est. Non dixisset vtrunque de vna natura, neq; vnus de duabus personis. Vtrunq; non admittit naturarum singularitatem, vnus excludit personarum pluralitatem.

Dicunt quidam, quod sicut non est alius filius Dei, & alius filius hominis, sic nō est aliud filius Dei, & aliud filius hominis. Sed si hoc est, ergo sicut est indifferens persona, sic indifferens est natura. Dicunt quidam, quod quando verbum caro factum est, factum est quoddam totum compositum ex creatore, & creatura, scilicet diuinitate & carne, & anima. Illud compositum est creatura, quia nō semper fuit, & illius compositi pars est diuinitas, ergo creator est pars cuiusdam creature. Sed quid absurdius, immo quid falsius? Item omne totum maius est qualibet sua parte, ergo si diuinitas est pars aliquis, oportet quod aliquid sit maius ipsa diuinitate. Vel si ipsa est maior omni re, ergo maior est eo, cuius est pars: & sic ipsa legē, & ius totalitatis suo toti adimit, vel totum suum illa circumscribit. Itē si diuinitas est pars integralis, vbicunq; ipsa est, & suum totum, sed ipsa est vbicq;, ergo & suum totum vbicq; est. Item nulla pars integralis prædicat de suo toto, ergo si Christus esset quoddam totum, cuius pars esset Deus vel deitas, nullo modo esset Christus Deus, cum nullum totum sit sua pars. Multo ergo melius sacra scriptura dixit personalem vnionem esse inter Deum & hoīem, vel inter assumptum & assumens verbum, quàm integram consōtionem vel compositionem. Sciendum est plura genera esse compositionis. Aliter. n. domus cōponitur ex suis partibus. Aliter panis ex aqua & farina. Aliter statua ex materia & forma. Aliter species ex genere & differentia. Aliter homo ex carne & anima. Dicuntur etiam quæ vnita composita, ut cum legitur, quod hypostasis est composita ex duabus naturis: quod sic est intelligendum. Duæ naturæ sunt vnite in vna persona sine uersibilitate, & confusione. Sicut ergo ignis carboni infunditur, non tamē partialiter ei sociatur, ut ex igne, & ex carbone aliquid totum perficiatur, quod non sit ignis vel carbonis: sic verbum homini unitur, non tamen aliquid totum inde efficitur, quod non sit hoī uel uerbum.

Quæro a te, qui negas aliquid, quod est assumptum, esse filium Dei. Quid dicas esse semen Abraham; illud ne ad cuius aduentum prædicat Apostolus legis statū dicens: quod lex disposita est in manu mediatoris, donec ueniret semen, cui promissum est. Nunquid semen Abraham dices, quod non est ex Abraham? Deus pater non nisi id, quod ipse est genuit. i. Deus Deum. Quid ergo genuit

G Obiectio.
Opinio falsa.
Improbatur.
Respon.
Cōpositio multiplex.
Quæst.
Gala. 3.

nuit Abraham homo, nisi id, quod est homo suæ naturæ prolem? Quod semen venturum erat, quando promissio facta est Abraham. Hoc ergo semen quid est, si id, quod est assumptum, homo non est. Nunquid homo non hominem genuit?

Quæst. 9. **Q**uæro, an Christus sit aliquid, quod mediante virgine sit de Abraham, idest homo de homine, creatura de creatura? Mediator Dei & hominum. **Q**uæro quid sit medium. Audi Apostolum. Homo Christus Iesus. Non ait verbum, quia non est mediator in eo, quod est Deus: sed vnum de extremis. Si ergo id, quod est assumptum, nō est Christus, nec est mediator. Quid ergo? Dic quæ sint illa tria, quorum duo sunt extrema, & tertium mediator. Deus enim & homines reconciliati, duo sunt extrema. Mediator autem quid erit? Audi saltem quid super hoc dicat Apostolus. Homo Christus Iesus, quem nobis coniungit naturarum communio. Deo autem eum sociat vnus & eiusdem personæ vnio, nō integralis, Deo indigna compositio.

Quod autē Deus non sit pars huius personæ, Augustinus dicit his verbis. Christus est persona geminæ substantiæ, non tamen pars huius Deus est. Hæc dictio totum quādoq; vim collectiuam partium integralium habet. Ut cum dicitur, totus homo creatus est a Deo, videlicet, quælibet pars hoīs, aīa & caro, forma & cōpago partium, creatione Dei existit. Quæque, per eandem vocem sit oīs compositionis exclusio. Ut cum dicitur, totus Deus est vbicq; essentialiter: quibus verbis partes habere negatur. Si. n. diuersitate partium occuparet diuersitate locorum, nō esset vbicq; totus. Sensus hic est. Deus vbicq; est totus. i. nusquam de eius essentia quicquā abest. Quæque, totum significat non totaliter vnitorum consortium. Ut cū vnionē aīa & corporis totum dicimus, vel carbonem ignitum. Baptismus etiam ex duobus constare dicitur, elementis. scilicet & verbo vitæ. Et factum Eucharistiæ ex specie visibili & corpore, & sanguine Christi. Sic Christum dicimus quasi totum quantum ad diuinitatē & humanitatē, quia hæc duæ naturæ in vna persona, sunt sociatæ, sicut elementum & verbum in baptismo, & species visibilis & caro Christi in altaris sacro sibi sociantur. Multum tamen differenter, quia incomprehensibilis est concretio, qua vniantur Deus & homo. In nullis prædictis vnitis alterum dicitur de altero. Quia nec ignis carbo, nec carbo ignis. Visibilis species non est caro Christi, nec caro aīa, & e conuerso. Sed in Christi persona ineffabilis inuenitur conuertentia. Nam & Deus homo, & homo Deus, & totum Deus, & totum homo. Quid est totum? Christus. Sicut. n. aīa & corporis consortium vocatur homo, sic humanæ & diuinæ naturæ personalis concretio dicitur Christus, etiam sic quasi quoddam totum quantum ad duas vnitas in Christo naturas. Nec tamen est eadem prædicandi in homine reciprocatio, quia duæ rōnales, & personæ capaces non sunt vnite in eo substantiæ. In Christo ergo vel eius factis nō est partialis integritatis vul-

Medius est Christus Iesus. Medium nō est aliquid nisi inter extrema. Quæro igitur quid sit hoc medium, & quæ sint extrema. Habes vnum de extremis, vbi legitur, Mediator Dei: alterum vbi ait, & hominum. Quæro quid sit medium. Audi Apostolum. Homo Christus Iesus. Non ait verbum, quia non est mediator in eo, quod est Deus: sed vnum de extremis. Si ergo id, quod est assumptum, nō est Christus, nec est mediator. Quid ergo? Dic quæ sint illa tria, quorum duo sunt extrema, & tertium mediator. Deus enim & homines reconciliati, duo sunt extrema. Mediator autem quid erit? Audi saltem quid super hoc dicat Apostolus. Homo Christus Iesus, quem nobis coniungit naturarum communio. Deo autem eum sociat vnus & eiusdem personæ vnio, nō integralis, Deo indigna compositio. Quod autē Deus non sit pars huius personæ, Augustinus dicit his verbis. Christus est persona geminæ substantiæ, non tamen pars huius Deus est. Hæc dictio totum quādoq; vim collectiuam partium integralium habet. Ut cum dicitur, totus homo creatus est a Deo, videlicet, quælibet pars hoīs, aīa & caro, forma & cōpago partium, creatione Dei existit. Quæque, per eandem vocem sit oīs compositionis exclusio. Ut cum dicitur, totus Deus est vbicq; essentialiter: quibus verbis partes habere negatur. Si. n. diuersitate partium occuparet diuersitate locorum, nō esset vbicq; totus. Sensus hic est. Deus vbicq; est totus. i. nusquam de eius essentia quicquā abest. Quæque, totum significat non totaliter vnitorum consortium. Ut cū vnionē aīa & corporis totum dicimus, vel carbonem ignitum. Baptismus etiam ex duobus constare dicitur, elementis. scilicet & verbo vitæ. Et factum Eucharistiæ ex specie visibili & corpore, & sanguine Christi. Sic Christum dicimus quasi totum quantum ad diuinitatē & humanitatē, quia hæc duæ naturæ in vna persona, sunt sociatæ, sicut elementum & verbum in baptismo, & species visibilis & caro Christi in altaris sacro sibi sociantur. Multum tamen differenter, quia incomprehensibilis est concretio, qua vniantur Deus & homo. In nullis prædictis vnitis alterum dicitur de altero. Quia nec ignis carbo, nec carbo ignis. Visibilis species non est caro Christi, nec caro aīa, & e conuerso. Sed in Christi persona ineffabilis inuenitur conuertentia. Nam & Deus homo, & homo Deus, & totum Deus, & totum homo. Quid est totum? Christus. Sicut. n. aīa & corporis consortium vocatur homo, sic humanæ & diuinæ naturæ personalis concretio dicitur Christus, etiam sic quasi quoddam totum quantum ad duas vnitas in Christo naturas. Nec tamen est eadem prædicandi in homine reciprocatio, quia duæ rōnales, & personæ capaces non sunt vnite in eo substantiæ. In Christo ergo vel eius factis nō est partialis integritatis vul-

garis compositio. Dicunt quidam, quod ex anima & carne Christi nihil est compositum, sicut nec ex duabus naturis. Vnde consequenter adiungunt, quod nihil quod est homo, est Deus, vel tertia persona in Trinitate. Nos credimus & confitemur vtrunque, quod ex carne & anima Christi sit quoddam compositum, & quod illud sit Deus, & tertia in Trinitate persona per gratiam non per naturam: quod prius demonstrandum est authenticis testimoniis, & deinde rōnibus. Hoc autem in primis sciendum est, quod nec canonica scriptura, sed nec sanctorum patrum hoc dicit, quod ex duobus prædictis non sit aliqua composita substantia. Quomodo ergo audes prædicare, quod nulla autoritate potest probari? Dic tu ipse si potes, quis sanctorum sit vsus his verbis. Christus nihil est in eo, quod est homo, vel nihil constat ex aīa & carne Christi, vel nihil quod est hoī, est Deus, vel tertia persona in Trinitate? Fatetur tamen nobiscum Deum esse hominem, & hominem esse Deum.

Quæro ergo quid sit res huius nominis homo. Nonne res constans ex anima & carne? Quomodo nominis rem negant, & ipsum nomen sine re sua Deo tribuunt? Nō enim corpus purum & anima nuda est homo, sed corpus animatum, vel anima habens carnem. Cum igitur anima Christi per omnia uegetet corpus suum, & viuere faciat, sicut anima mea corpus meum, immo multo excellentius: quomodo ex coniunctione corporis mei, & animæ meæ habet esse verus homo, & ex anima & corpore illo sanctissimo non habet esse verus homo? Si ergo nihil habet esse ex illis duobus (ut quidam dicunt) non fuit in Christo animæ & corporis similis cæteris hoīb; concretio. Cōtra quos dicit Hilarius in nono libro. Cum natus sit Christus lege hoīum, non tamen conceptus hōis in se etiam consōtionem humanæ conditionis in origine. Intueamur igitur quæ sit constitutio hominis in nobis, & hanc credamus cum Hilario esse in Christo. Idem in eodem. Christum non ambigimus esse Deum verum. Neque rursus filium hominis ex anima & corpore constituisse ignoramus. Fiducialiter ergo credamus, quod sic affirmat Hilarius, cui consonat, quod Augustinus dicit, exponens illud: Et verbum caro factum est. Asserit enim, quod pars pro toto ponitur. Quæ pars pro toto? Caro pro hoīe. Oportet ergo hominem esse quoddam totum, cuius pars sit caro. De hoc eodem iam superius dictum est. Sed & alia, quæ iam dicta sunt, non est superfluum repetere in testimonium veritatis. His consentit Hieronymus: ipsum Dei filium dicimus in fine seculorum perfectum hoīem nostræ naturæ suscepisse. Si igitur nihil est ex aīa & carne Christi, quid perfectum dicit susceptum hoīem? Nonne Athanasius in symbolo de Christo. Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rōnali, & humana carne subsistens? Si adhuc post tanta testimonia veritatis dubitas, audi Hieronymum dicentem: Anathematizamus Apollinarem, & eius consimiles, qui dicunt hoīem assumptum his, propter quos assumptus est, fuisse dissimilem. Dic, quæso, quid aīa tua agat in corpore tuo, quātum ad naturalia, quod anima Christi non faciat in corpore suo? Dicit aliquis.

M. Hug. à S. Vict. To. iij. F 3 Ex

Opinio erronea.
Sententia.
auctoritas.
Quæst. 10.
Verbum caro factum est, quō intelligatur.

Obiectio. Ex anima & corpore huius hominis consistit quædam persona, quæ non est filius Dei. Nonne igitur ex anima & carne Christi est quædam persona quæ non sit filius Dei? **Solutio.** concedendum est, quod id, quod est compositum, est persona, non tamen a natura suscepta contrahit suam personalem differentiam, sed a verbo Dei, cui unitur. Hinc dicimus, quod homo assumptus est in personam verbi, sed verbum non assumpsit personam hominis, quia non superius ab inferiori, sed inferius a superiori persona dicitur. Recole quæ dicta sunt de persona in præcedentibus.

Quæst. 11. **S**i Christus non est aliquid constans ex corpore & anima, quæro quid fuerit in eo capax eorum quæ in Euangelio de eo dicuntur. Legitur enim quod ieiunavit, comedit, sedit, stetit, dormiuit, vigilavit, quævit, itinere fessus fuit, fleuit, infremuit, ingemuit, super mare ambulavit. Talium ergo capax fuit substantia, an non substantia; creata, an increata; animata, an inanimata? Nemo dicat has appellationes nudas fuisse in Christo. Ut enim Hilarius dicit in sexto proprietates nomina sequuntur. Nonne ergo in sanæ est professioni nominum detrudere veritatem proprietatum? Quid igitur mortis capax fuit assumens, an assumptum? Mortuus est homo ille, Nunquid more solito, sic expones: Homo ille id est habens hominem mortuus est. Hic non licet procedere. Absit enim ut mortuum sit verbum, quod hominem assumpsit; quia fons vite non aruit. Cum enim legitur Dominus gloriæ crucifixus est, & ultra in ligno moritur: solum id, quod assumptum est, morti subiectum esse debet intelligi. Sed anima mori non potest, ergo vel corpus, vel aliquid constitutum ex anima & corpore mortuum est, sed corpus, quod non est rationis capax, nunquam vixit vita humana: quomodo ergo mortuum eo genere mortis, quo homines moriuntur.

Quæst. 12. **Q**uæro, quid in Christo subiectum fuit sensibilitati. Non enim anima fuit sensibilis nec caro, quia quod non est animal, non est sensibilis. Si ergo in Christo non fuit aliquid compositum ex anima & carne, nec vere Christus fuit sensibilis, nec mortalis: & sic nec vere mortuus. Item, Nonne perceptibilis erat disciplinæ, vel risibilis. Si ista ei conveniunt, quomodo non erat id, quod est homo. Vel si hæc species homo non prædicatur de eo, quomodo eius proprium potest ei convenire? Nunquid dicit aliquis quod potuit Christus flere, sed non ridere? Si ergo ea dicuntur de Christo, quæ soli substantiæ ex anima & carne constitutæ habent convenire: quis audeat negare ipsum esse substantiam ex corpore & anima constitutam? Non est auditum a seculo esse aliquam animam, quæ cum corpore personam huiusmodi non constituerit. In hoc enim differt anima ab angelo. Cum igitur anima Christi sit spiritus nec angelus, naturalis conditio exigit, ut cum corpore aliquam substantiam constituat. Dominus dicit loquens Iudeis: Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud. Quæro igitur, cuius rei fuerit illa solutio? De carne enim scriptum est. Non dabis sanctum tuum corruptionem. Ergo necessario separatio illa fuit animæ & carnis. Divinitas enim a neutro separata est. Sed quomodo mors sequuta est diuortium, cum non erant unita ad aliquid vi-

T Ioan. 2. **Solutio 12** pli separatio anima a corpore. Psal. 13. est diuortium, cum non erant unita ad aliquid vi-

uens constituendum. Dicit Ioannes. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Quod non est intelligendum quasi in se fuerit caro dissoluta, quia (ut iam dictum est) non vidit corruptionem. In quo ergo fuit illa dissolutio? Vel quid subiectum fuit dissolutioni? Non inuenies quid, nisi dicas aliquid compositum ex corpore & anima: coniuncta ergo erant vivendo, quod dissoluta sunt moriendo: & anima vivum, & spirans templum, quod mori potuit, & a morte excitari: anima vivum, & spirans templum, de quo dixerat: ego in triduo excitabo illud. Concedunt nobiscum, quod Christus est homo. Non enim cum mutatione intellectus audent mutare, & verba. Nos quidem sic intelligimus, immo omnes catholici intellexerunt. Christus est homo, id est substantia creata constans ex corpore & anima. Ipsi sic exponunt. Christus est homo, id est habens hominem.

Quæst. 13. **Q**uæro ergo, an Christus, & Henoch sint homines? Si Christus non est homo eadem significatione qua aliquis ex nobis: quomodo frater noster est? Petrus homo erat, non hominem habebat. Christus homo erat, id est hominem habebat (ut isti exponunt.) Nunquid igitur licet pluraliter inferre, ergo Christus & Petrus homines erant? Item, Nonne passibilis & mortalis erat sicut unus ex nobis? Si ergo passibile potest nobis & illi in eadem significatione convenire: quare non homo? Quare potius concedimus accidentia nobis & illi esse communi, & non esse hominem? Nunquid convenit nobiscum in accidentalibus, & non in substantialibus? Augustinus dicit, quod habitus est hominis susceptio quasi vestis, quæ non mutat quod vestit. In quo verbo quasi gloriantur. Non ait tamen Augustinus, quod homo susceptus est vestis verbi assumptis, sed quasi. Et in quo consistat similitudo, ostendit dicens, quod non mutat quod vestit. Quibus verbis nihil aliud vult ostendere, nisi hoc, quod in susceptione hominis non est mutatum vel conversum in aliud verbum Dei. Deus enim factus est homo (ut dicit scriptura) non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione. Non ergo qui inuentus est, ut alius homo, caruit veritate humanæ naturæ. Nunquid vestis aliqua sic unitur homini, ut vestis appellatio transeat in uestitum, ut homo dicatur uestis, vel eiusdem naturæ cuius uestis? Sicut Deus est homo, & eiusdem naturæ cum homine?

Quæst. 14. **Q**uæro quid sit ille habitus, qui prædicatur de verbo, cum dicitur, Deus est homo secundum istos. Habere enim animam & carnem prædicatur, ut dicunt. Est accidens, an substantia, an aliquid quod non est hoc vel illud, respondeant. Non enim potest dici, quod nihil cum eo Christus sit similis aliis hominibus. Petrus est id, quod est, homo non habet hominem, Christus non est id, quod est homo. In quo ergo similes? Quomodo ergo fratres? Dicent forsitan in hoc similes sunt, quod uterque habet carnem & animam. Sed Petrus cum dicitur esse homo, prædicatur substantia constans ex carne, & anima. Cum vero Christus dicitur esse homo, prædicatur hæc carnem & animam, non substantiam constans ex carne & anima. Secundum opinionem eorum ergo in hoc non sunt similes, sed valde dissimiles. Si qua ergo est ibi similitudo secundum solam nominis æquivalenci appellationem intellectus. Sed hæc modica, vel nulla est similitudo, cum Christus non sit idem, quod homo,

mo, nec etiam vestitus aliquo quod sic homo, nec eo modo participat carne & anima quo ceteri. Dicit Apostolus in epistola ad Hebræos, quod Christus similiter nobis carne & sanguine, id est anima participavit. Vbi dixit. Quia pueri concitauerunt carnem & sanguini, & ipse participavit similiter eisdem, id est erat homo constans ex anima & carne (ut dicit expositor.) Et alibi super epistolam primam ad Timotheum, ubi legitur Regi seculorum. Dicit expositor, quod homo assumptus non semper fuit rex seculorum, sed in tempore cepit esse rex seculorum. Videat hæc quilibet fidelis, & iudicet an scripturæ manifeste dicant, quod Christus sit id, quod est homo, ut sic nobiscum habeat veram fraternitatem, & non fictam humanitatem. Item dicit idem Apostolus. Angelos nusquam apprehendit, sed semen Abraham apprehendit, id est in unitatem personæ univit. Unde debuit fratribus per omnia similari: sed in nullo substantiali nobis similis est, si non est id, quod est homo: quomodo ergo per omnia fratri assimilatus? Agnosce saltem, quod ipse Apostolus aliter sentit quam tu de Christo. Vel responde si potes. Si Christus per omnia assimilatur fratribus, ergo in substantialibus, genere, & specie, & alijs substantialibus, & omnibus naturalibus. Videatur an sententia apostolica velis nolis te conuincat, qui dicitis, hæc species, homo, non convenit Christo. Item quod magis naturale est homini quam constare ex carne & anima, cum sit esse animalis secundum prudentiam huius seculi, nec naturæ humanæ capax est, cui talis compositio non competit. Si ergo non convenit Christo hoc, sine quo nullus potest esse homo, quomodo per omnia fratribus assimilatur? Si hominis tibi simillimi contingeret dissidium, nunquid amplius tibi similis diceretur? Si ergo Christus non constat ex corpore & anima: quomodo per omnia fratribus assimilatur? Ergo aut confitere Christum plenum hominem nostræ naturæ per omnia participem, & ex anima & carne constarem: aut nega ipsum per omnia nobis præter peccatum assimilari. In quo nihil depreßum, sed aliquid est erectum, qui solus potuit creaturæ suæ illabi sine ulla diminutione suæ substantiæ. Omnia enim quæ Dei sunt, per naturam sunt, & hominis per gratiam: & omnia, quæ hominis sunt per naturam, etiam Dei sunt per dignationem. Inde est, quod Deus homo & homo Deus verissime prædicatur, & Deus propter humanitatem suam & homo Deus propter divinitatem suam, & persona eadem est utriusque, sicut Augustinus dicit Christum esse id, quod est Deus, & esse id, quod est homo: quod & nos credimus & confitemur: quia hæc est fides communis omnium sanctorum. Per id, inquit, quod verbum est, æqualis est patri: per id, quod est homo, maior est pater. Si Christus non est id, quod est homo, quomodo Apostolus eum annumerat hominibus dicens: Factus est primus homo Adam in animam viventem: secundus homo in spiritum vivificantem? Et primus homo de terra terrenus, & secundus homo de celo celestis? Unde si Christus non esset id, quod est homo, non diceretur secundus homo vel novissimus respectu primi. Veluti

i. Co. 15. **†** novissimus Adam.

nemo dicit de non veste, hæc uestis est prima, hic uestitus est uestis novissima. Si ergo primus homo, verus homo fuit, secundus homo quomodo non est, id quod est homo, sed habens hominem? Aufer omnem ordinem inter illos, & ille non diceretur primus, nec iste novissimus. Si enim tamen haberet materiam primi hominis, & non esset aliqua substantia constans ex carne & anima, quomodo esset de eadem materia, de qua primus homo? Nunquid iste purpuratus & hæc purpura possunt dici de eadem materia? Quod in Christo fuit animale, nunquid anima caruit? an animale fuit & non sensibile? Nonne si sentire non potuit, animale non fuit? Non enim animale fuit, quod cuiuslibet sensus expertus fuit. Vide ergo si Christus sentire potuit, quia aliquid animale & sensibile fuit, & sic substantia constans ex anima & carne fuit.

Quæst. 15. **Q**uæro ergo, an animale quod fuit Christus, fuerit rationale, an non rationale? Sed irrationale esse non potuit, quod bruta anima non vixit, fuit ergo rationale & mortale, quod in Christo prius fuit animale, nunc vero spirituale. Quod probat talis connumeratio. Primus homo de terra terrenus, secundus de celo celestis. Si ergo secundus homo non esset id, quod est homo, nullo modo connumeretur cum primo homine. Quis enim sic connumerat: primus homo Adam, secundus homo Gabriel? Solent his, & huiusmodi respondere dicentes. Ideo dictus est Christus esse humanæ naturæ, quia indutus est carne & anima. Nunquid natura uestis diceretur esse uestiti? Qualis celestis, tales & celestes, ut dicit Apostolus. Uniformis naturæ identitatem postulat relatio, quam facit Apostolus per talis & qualis. Et alibi dicit. Sicut portavimus imaginem terreni, portemus imaginem celestis. Quis est iste celestis? Nonne homo verbo Dei unicus? qui dictus est celestis, quia supra legem humanam de sancto spiritu conceptus est? Dicit Augustinus in Homilia de symbolo. Hæc fuit natura hominis, qui factus ex virgine, quæ natura fuit virginis, ex qua Christus formatus & natus est, quemadmodum eiusdem naturæ est cum patre secundum divinitatem.

Quæst. 16. **Q**uæro quid eiusdem naturæ sit cum matre, si aliquis homo non consistit ex anima & carne Christi. Item si caro & anima in Christo uniantur dissimiliter cæterorum hominum, quomodo similis est matri? Cum qua idem est humanitate, sicut cum patre idem est deitate. Dicit Hilarius in secundo libro de Trinitate, quod Christus voluit se esse corporeum.

Quæst. 17. **Q**uæro quid illud corporeum fuerit vel sit, quod Hilarius confitetur Christum fuisse, si non est homo constans ex anima & carne? Nunquid magis Christum membra corporis humani habere, quam verum esse hominem. Pro Isaac oblatus est aries, viva hostia: pro Christo vero secundam deitatem impassibili quid est oblatus? Nunquid sola caro, & non potius consortium animæ & carnis, id est homo? Non est auditum, ut quod non est homo, verus homo diceretur. Agnus paschalis, qui Christum figurabat, erat aliquid: & Christus

F nō si hoc retica. **E** Improbat. **1.** Cor. 15 **I**bidem.

F Quæst. 16

G Quæst. 17

Sacrificiū Christi quale in cruce fuit.

stus secundum humanitatem nihil erat? Figura aliquid erat, ipsa vero veritas nihil erat? Non enim deitatis, sed humanitatis aries vel agnus ille figura: sed humanitatis nihil est, sed aliqua secundum dogma nouitatis. Si igitur homo assumptus non vnum, sed aliqua fuit, nec Christus aliquid obtulit, sed duo. Ecclesia confitetur duas naturas in Christo unitas.

H **Q**uæro quid per duas naturas debeamus intelligere. Oportet per duas naturas intelligere, aut duas substantias, aut proprietates essentiarum, aut vnâ substantiam & vnâ proprietatem. Quis autem altera natura sit diuina vna, nemo est qui ambigat, quæ non est ex compositis, vt in ea aliud sit quod habet, & aliud quod habetur? Nihil est enim in Deo, quod non sit Deus: quæ enim possit partium vel formæ ad substantiã adesse concretio, a quo creata consistit omnis forma, omnisq; compago? Quid igitur per alteram naturam intelligitur substantia an proprietas? Forsitan more solito dices. Non vnum aliquid, sed plura per alteram naturam intelligi, scilicet animã & corpus.

I **Q**uæro, si Deus crearet nunc animam & carnem non unitas ad aliquid constituendum: vtrum vna natura nominarentur, an vna substantia? Quid plura? Rectius Christus sic triplicis substantiæ quam geminæ diceretur: nec aliquid corporeum erit contra Hilarium. Neq; substantia humanitatis ex anima & carne contineretur contra Hieronymum. Neq; audiendi sint Augustinus, & Hilarius, qui dicunt aliud verbum, aliud homo, sed nõ aliud. Aliud est enim esse, aliud habere. Hoc est verbum vita de quo Ioannes dicit.

1. Ioã. 1. **Q**uod audiimus, & vidimus, & manus nostræ contrectauerunt. Non solum aucebatur, quia & paterna vox audita est, sed etiam visus, & manibus contrectatus. Negabis visibile & palpabile, quod Ioannes confitetur se contrectasse? Aliud est enim rem indumenti tangere, aliud est ipsum indumentum. Sed Ioannes dicit se in ipsum verbum horum effectus expleuisse sensum. Si potes, detrahe hæc Christo, & confer ea indumento. Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi vnus Deus. Eò tendit negantis intentio, vt quem verum hominem videbat, & bonum magistrum nominabat, Deum quoque crederet. Cui singulariter & incomparabiliter congruit appellatio bonitatis. Ego principium, qui & loquor vobis. In principio verum Deum esse intellige. In eo quod dicit, qui & loquor vobis, verum hominem agnosce. Dicit Propheta. Post hac in terris uisus est, & inter homines conuersatus est homo: quis cognosceret illum? Quomodo ergo audes negare ipsum esse verum hominem, vel id, quod est homo? cum Spiritus sanctus per Prophetam allegerat verum hominem super terram uisum, & inter alios homines conuersatum? Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur. Cuius est hæc vox? Hominis assumpti, qui orat non alium, sed sibi personaliter unitum, vt dicit expositor. Constat igitur, quod persona non est unita personæ, nec habens hominem est si-

bi unitum. Quis ergo orat? quis est oranti persona liter unitus? Homo assumptus loquebatur ad uerbum sibi unitum. Hic est homo, qui uiuet, & non uidebit mortem, & eruet animam suam de manu inferi. Centurio ille magnus dicit. Vere filius Dei erat homo iste. Quid quaeso demonstrabat? Quid filium Dei prædicabat? Nonne illum hominem assumptum? Nam, vt dicit Hilarius, creaturam illã filium Dei profitebatur. Augustinus dicit, quod assumptus est homo ille in unitatem personæ, vt qui suscepit & quod suscepit, una esset persona. Quid aperiens? Aiunt tamen sic exponendum: vtrumque est Christus, & vna persona, quia in vtraque vna persona & vnus Christus subsistit. Ita etiam susceptum. Vna est persona cum suscipiente, quia susceptum suscipienti est unitum in unitatem personæ. Ita quod unitas personæ permansit. Hoc dicentes negant acquisitum esse homini assumpto vt sit Deus, quod Hilarius dicit. Sed hoc est, ut aiunt, hominem assumptum esse in personam assumptam personam non esse diuisam, sed permansisse vnã in incarnatione quemadmodum & ante. Fatentur Christum esse in vtroq; , vnde oportet esse duo in vtroq; , quorum assignent Christum personaliter esse, vel damnent Augustinum, qui vt diuersa quod assumpsit & quod assumptum est, commemorat. Si Christus suscepto tamen hoc contulit vt in eo vna persona sit, non tamen illud sit persona: quid aliud accepit iud unitum quam quælibet creatura? quæ est creatura, in qua non sit essentialiter illa persona? Nonne animam & corpus assumpsit, & humani corporis partes, vt manus & pedes? Nūquid diceret singulam horum personaliter Christum assumpsisse, eo quod hæc assumendo vna persona esse non desijt? Nonne Spiritus sanctus in columba, vel in linguis igneis apparens permansit vna & eadem persona, quæ fuit prius? Nefas est tamen dicere Spiritum sanctum ea personaliter assumpsisse. Item. Quid est hominem in eadem personam vniri, nisi vnã & eãdem personam fieri? An idẽ putas in personam assumi, & in personam vniri? Membra humani corporis Christus suscepit, an singula in unitatem personæ assumpsit? Non est manus mea spiritui meo personaliter unita, nec animam habere dicitur quamuis sit in ea, quia sicut ceteræ partes animata est. Nota, quod homo est corpus habens animam rationalem, vel anima rationalis habens corpus. Si hominem illum virgo peperisset non unitum verbo, nonne persona esset? Solutio. Persona esset quidem, sed humana, a sua rationalitate trahens personalitatem, qui nunc sacramento vnionis factus diuina est persona. Si persona assumens non esset id, quod assumpsit, sed assumptum assumptis indumentum tamen & vestis esset: cur pro solo indumento filius diceretur patre minor? Item. Moyse, cæterisq; sanctis in multis formis apparuit, non tamen propter illas formas minoratus est angelis. Oportet ergo esse differentiam inter hanc incarnationem & illas apparitiones. Hæc. n. non fuit indumentalis, sed potius personalis. Illæ vero tantum indumentales, non personales. Vnde nusquam pater maior Spiritu sancto,

Sententia hæretico rum.

N

O

Quæstio hæretica. Rñsio.

Q

cto, vel spiritu sanctus patre minor vt dicatur, legitur, quia non sic assumpta est creatura, in qua appareret Spiritus sanctus, sicut assumptus est filius hominis, in qua formæ persona verbi presentaretur, non ut haberet verbum Dei sicut cæteri sapientes, sed vt verbum ipsum esset. Aliud est uerbum in homine, aliquod uerbum homo. His verbis Augustinus manifeste exprimit hoc, quod credimus de uerbi incarnatione. Dicit. n. filium hominis esse assumptum. Velis nolis oportet vt concedas, quod hoc, quod uerbum assumpsit, est filius hominis. Dic quaeso quid est hoc quod est assumptum, & quod est filius hominis? Vide saltem nunc tot documentis edoctus, quod aliquid quod est homo constat ex anima & carne Christi. Igitur si id, quod est assumptum, est filius hominis, necessariũ est, vt sit & filius Dei, vel filius Dei non sit filius virginis. Absit autem, vt uerbum & id, quod est assumptum, non sit filius virginis, cum de vtroq; dicat au. horitas, quod filius est virginis. Item attende quod dicit Augustinus, quod assumptus est filius hominis, non vt haberet tantum, sed vt esset ipsum uerbum. Ait. n. aliud est uerbum in homine. Aliud uerbum homo. Dicit Christus. Ascendo ad patrem meum & ad patrem uestrum, ad Deum meum & ad Deum uestrum. Si igitur Christus nõ est nisi id, quod fuit ab æterno, dic quõ habet Deum. Nil. n. Deum habet nisi id, quod est aliquid creatum. Dicit alibi idem Christus. Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam a me. Verbum a se animã non separauit. Ex qua enim Deus factus homo, animam non deposuit, nec etiam desijt secundum quosdam esse homo: anima quoq; sibi absentari non potuit, ergo a carne separata est necessario: sed quæ fuit in carne separatio, nisi eam corpori sociauerit vitalis vnio? Ipse ergo homo assumptus animam deposuit, dum carni sensualis vegetatio abscessit. Solutum est ergo consortium quo fiebat homo ex anima & carne, vnione uerbi ad vtrumq; perseverante. Caro igitur spoliata est anima, vel anima carne: quæ duo in hora resurrectionis sibi sociata sunt. Vnde scriptura dicit Christum factum hominem denuo. In quo nil aliud intelligitur quam carnis & animæ iterata cõiunctio. Sicur etiam illud beati Iob. Expectabo donec iterum fiam. Dicit Augustinus. Si quis dixerit, atq; crediderit hominem Iesum Christum a filio Dei nõ fuisse susceptum, anathema sit. Cui consonat illud Bedæ. Pereat de terra memoria eorum, qui Christum Deum & hominem esse verum denegat. Eadem igitur substantia & facta est & prædestinata, ab æterno prædestinata, & facta in tempore. Et gerit ergo homo vnuerfa, quæ Dei sunt, habetq; Deus & gerit omnia, quæ hominis sunt præter peccatum. Hinc est, quod fidei profitemur religio: vera esse de Christo vtriusq; gesta substantiæ, & vtriusq; veritatem substantiæ. Inde est, vt infectus dicatur secundum diuinitatem, factus secundum humanitatem dicit Apostolus de Christo loquens. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute. Quid est enim prædestinatio? In tempore gratiæ conferre de preparatio, seu saluatorum prælectio. Quid

R

Ioan. 20

Ioan. 10

Christus factus homo de vno quomodo intelligitur.

Iob. 14.

mutatio mea.

V

Rom. 1.

igitur beate viuere potens prædestinatum fuit in Christo? Quod enim semper fuit, prædestinationi subesse non potest. Dicent forsitan, hominis animam esse prædestinatam. Sed cur eam animam hominis dicent, quæ nunquam aliquem hominem cum carne constituit? Item non ait Apostolus de filio Dei, cuius anima est prædestinata, sed qui prædestinatus est. Relatio cogit eundem Dei filium & prædestinatum intelligi. Hic ab eis respondetur esse prædestinatum filium Dei, non tamen secundum id, quod assumpsit, sed secundum id, quod assumptum est. Hæc verba sana sunt, & vtinam horum uerborum intellectum sanum haberent. Responde quaeso si Christus nihil est quod sit assumptum, quomodo ipse sit prædestinatus secundum id, quod est assumptum? vel si id, quod est assumptum, non est prædestinatum: quõ Christus secundum id, quod est assumptum, est prædestinatus? Si autem dixeris, quod id, quod est assumptum, est prædestinatum, oportet te nobiscum cõcedere, quod id, quod est assumptum, est filius Dei. Dictio hæc, secundum, quandoq; indicat causam, vt cum dicitur quis rationalis secundum rationalitatem, eo quod qualitas illa sit causa formaliter efficiens cur sit rationalis. Quandoq; significat vnde aliquid contingit, & est quasi materiale, vt cū dicitur homo est rationalis secundum animam, vel uisibilis secundum corpus, Neutrum autem diceretur, si anima non esset rationalis, vel corpus uisibile. Quandoq; secundum innuit tenorem vel qualitatem rei ex persona, vt cum dicitur secundum Lucam vel Marcum est hoc euangelium, Cui aliquantulum accedit quod secundum conscientiam quis dicitur iudicare vel loqui. Quandoq; significatur per secundum velut in quo, vt cum dicitur, hæc dictio est huius proprietatis secundum hanc uocem, vel illius secundum illam.

X

Y

Secundũ

Z

Quæ. 20

Quo Chri-
stus secun-
dum huma-
nitate pra-
destinatus
dicatur.

licebit ex anima Christi, & carne hominem quen-
dam subsistere, qui praedestinationis & aliorum,
quae praedicta sunt, ualeat esse capax? Moneo le-
ctor, ut praedicta sub uno rationis intuitu congreg-
es, & uidebis homini esse collatum, ut sit persona
diuinae substantiae; & quod manens Deus quod erat,
sit homo factus, quod non erat.

DE VERBO INCARNATO collationes seu disputationes tres.

De triplici silentio, in quorum secundo agitur
de incarnatione uerbi. Collatio. I.

A
Sap. 18.
† quietu.



Utrum medium silentium tenerent omnia. Tria sunt silentia. Primum silentium est ignorantia languoris. Secundum silentium est desperatio curationis. Tertium silentium est adeptio fanitatis. Primum silentium fuit ante legem. Secundum inter legem & gratiam. Tertium erit post hanc vitam. Primum silentium fuit, quando homo non agnouit morbum suum: & idcirco siluit, nec querebat remedium. Sed postquam lex subintravit, & ostendit languidis vulnera sua, statim ruptum est silentium, & coeperunt mox aegri salutem querere: sed quia per opera legis ubi salus non est, sanari volebant, quod querebant non potuerunt inuenire. Tandem igitur considerans homo per legem neminem iustificari posse, quasi post diurnos clamores fatigatus, & iam desperans rursum loqui cessauit: & subsecutum est secundum silentium. Tunc ergo omnipotens uerbum Dei patris in carnem ueniens rupit silentium, locutum est pacem, dedit gratiam, proposuit misericordiam, promisit ueniam, & coeperunt aegri currere ad medicum, & quasi magnis clamoribus sic pura fiducia, & uera confessione oris flagitare remedium. Hoc itaque in praesenti uita hac agitur, ut homo per gratiam Dei fanitatem recipiat. Sed cum plenam fanitatem receperit, & ad illam felicitatem uenturae immortalitatis perductus fuerit, non erit amplius, quod petat: & tunc sequetur tertium illud beatum silentium, quod nunquam finem habebit. Inter primum & medium silentium multa uerba sonauerunt, inter medium & ultimum silentium sonat unum uerbum. Multa uerba fuerunt multiplicia legis mandata, quae per Moysen data est. Vnum uerbum est una Dei gratia, quae per Iesum Christum facta est. Vel potius ipse Iesus Christus. Moyses famulus Dei multa uerba, & multos sermones protulit. Deus pater unum uerbum, unumque sermonem misit. Sed sermones Moysi omnipotentes non fuerunt, quia quod dicebant, facere non poterunt, & ideo tandem quandoque in promissione deficiendo siluerunt. Et tunc omnipotens sermo uenit, qui non solum dixit, sed quaecumque dixit, immo quaecumque uoluit, fecit. Iste sermo, istud uerbum

B
Quado
quis silen-
tium rupit.

C

ad huc loquitur, quandiu in fidelibus suis promissiones suas operatur. Sed cum promissa impleuerit, tunc quasi loqui cessabit. Cum autem promissa impleta fuerint, quia amplius quod petatur, nihil de-erit, felix in sempiternum silentium erit. Dum ergo medium silentium tenerent omnia. Bene omnia. hoc est non solum illi, qui in petitione desperabant, sed & illa, quae in promissione defecerant: & nox in suo cursu medium iter haberet. Nox in sacra scriptura aliquando pro diabolo, aliquando pro membris eius. i. peccatoribus iniquis, aliquando pro peccato, aliquando pro praesenti uita accipitur. Per noctem ergo in hoc loco mortalis huius uita fluxus signatur, sicut per diem alibi claritas uitae perpetua. Praesens ergo uita nox est, uita uero futura dies. Nox ita habet uesperam, dies illa habet auroram. Vespera praesentis noctis fuit inclinatio illius diei, aurora illius diei inclinatio praesentis seculi. Vespera huius noctis fuit ex quo Adam peccauit, donec accepta sententia mortis a paradiso pulsus in tenebras huius mundi exiit. Aurora sequentis diei est a resurrectione Christi usque in finem seculi. Ergo uita ista nox est. Sed quis est cursus uita huius? Videamus quod currat. Per mortalitatem currit in mortem. Per mortem currit in damnationem. Igitur uita mortalis deorsum currit, sicut uita immortalis sursum. Iter sursum est in caelis: iter deorsum est in inferis: iter medium est stadium uita praesentis, quod nascendo intramus, uiuendo percurrimus, moriendo eximus. Quando ergo nox in suo cursu medium iter habuit, nisi quando mors uniuersos, quos in stadio uita praesentis repperit, secum ad inferos traxit, & nemo adhuc mortalium ad uitam immortalem ascendere potuit? Vel per noctem accipere possumus peccatum, quae uidelicet nox ab originali peccato coepit, & per actualia cucurrit. Quando ergo post originale praeruaricationem primam praeruaricatione naturalis legis, ac deinde scripturae legis praeruaricatione succedente peccatum ad summum incrementum uenerat, quali nox in suo cursu medium iter habebat: sed ista nox uera luce apparente mox deorsum uergere coepit, & nunc quasi quadam alterna mutatione paulatim decrefcens elongat, quousque lux crescendo ad plenam diem perueniat. Vide ergo ordinatissimum diuinae dispensationis consilium. Quando omnis recuperanda salutis spes perierat, & mors omnia secum deorsum rapiebat, peccatumque ad summum uenerat, tunc omnipotens sermo liberandis mittitur, ut amplius diuinae gratiae munus commendetur. Venit inquit. Quis? Unde? Quod? Sermo Altissimi, uerbum Dei, unicus patris, rex, filius regis, de consensu patris, ad tolerantiam passionis. De aequalitate maiestatis, ad patibulum crucis: de sede regali, ad officinam peccati: de lumine caeli, usque ad tenebras inferni. Sed nunquid ideo regnum perdidit? Immo eos, qui serui erant peccati, liberans usque ad conregnandum sibi sublimauit. Et ideo fortassis a regalibus sedibus uenit, quia in domo patris eius mansiones multae sunt: & regnabunt cum illo in aeternum, cum acceperint regnum, quod paratum est ab initio seculi. Unicus enim regis erat, solus regnum habuit,

ad huc loquitur, quandiu in fidelibus suis promissiones suas operatur. Sed cum promissa impleuerit, tunc quasi loqui cessabit. Cum autem promissa impleta fuerint, quia amplius quod petatur, nihil de-erit, felix in sempiternum silentium erit. Dum ergo medium silentium tenerent omnia. Bene omnia. hoc est non solum illi, qui in petitione desperabant, sed & illa, quae in promissione defecerant: & nox in suo cursu medium iter haberet. Nox in sacra scriptura aliquando pro diabolo, aliquando pro membris eius. i. peccatoribus iniquis, aliquando pro peccato, aliquando pro praesenti uita accipitur. Per noctem ergo in hoc loco mortalis huius uita fluxus signatur, sicut per diem alibi claritas uitae perpetua. Praesens ergo uita nox est, uita uero futura dies. Nox ita habet uesperam, dies illa habet auroram. Vespera praesentis noctis fuit inclinatio illius diei, aurora illius diei inclinatio praesentis seculi. Vespera huius noctis fuit ex quo Adam peccauit, donec accepta sententia mortis a paradiso pulsus in tenebras huius mundi exiit. Aurora sequentis diei est a resurrectione Christi usque in finem seculi. Ergo uita ista nox est. Sed quis est cursus uita huius? Videamus quod currat. Per mortalitatem currit in mortem. Per mortem currit in damnationem. Igitur uita mortalis deorsum currit, sicut uita immortalis sursum. Iter sursum est in caelis: iter deorsum est in inferis: iter medium est stadium uita praesentis, quod nascendo intramus, uiuendo percurrimus, moriendo eximus. Quando ergo nox in suo cursu medium iter habuit, nisi quando mors uniuersos, quos in stadio uita praesentis repperit, secum ad inferos traxit, & nemo adhuc mortalium ad uitam immortalem ascendere potuit? Vel per noctem accipere possumus peccatum, quae uidelicet nox ab originali peccato coepit, & per actualia cucurrit. Quando ergo post originale praeruaricationem primam praeruaricatione naturalis legis, ac deinde scripturae legis praeruaricatione succedente peccatum ad summum incrementum uenerat, quali nox in suo cursu medium iter habebat: sed ista nox uera luce apparente mox deorsum uergere coepit, & nunc quasi quadam alterna mutatione paulatim decrefcens elongat, quousque lux crescendo ad plenam diem perueniat. Vide ergo ordinatissimum diuinae dispensationis consilium. Quando omnis recuperanda salutis spes perierat, & mors omnia secum deorsum rapiebat, peccatumque ad summum uenerat, tunc omnipotens sermo liberandis mittitur, ut amplius diuinae gratiae munus commendetur. Venit inquit. Quis? Unde? Quod? Sermo Altissimi, uerbum Dei, unicus patris, rex, filius regis, de consensu patris, ad tolerantiam passionis. De aequalitate maiestatis, ad patibulum crucis: de sede regali, ad officinam peccati: de lumine caeli, usque ad tenebras inferni. Sed nunquid ideo regnum perdidit? Immo eos, qui serui erant peccati, liberans usque ad conregnandum sibi sublimauit. Et ideo fortassis a regalibus sedibus uenit, quia in domo patris eius mansiones multae sunt: & regnabunt cum illo in aeternum, cum acceperint regnum, quod paratum est ab initio seculi. Unicus enim regis erat, solus regnum habuit,

Quadruplex nox.

Dies.

E

F

G

habuit, sed quia ad conregnandum sibi fratres adoptare uenit, non iam a sede regali, sed a sedibus regalibus uenire debuit, quia regnum, ad quod uocantur electi Dei, praeparatum est ab initio seculi.

Quod uerbum, dum caro factum est, naturam assumpsit, non personam: & quod una persona est, assumens & assumptum.
Collatio. II.

Ioan. 1.
Quid differat inter uerbum diuinum, & humanum.



Uerbum caro factum est. Quod uerbum? Verbum Dei, quod & Deus est: uerbum enim hominis non est homo, sed uerbum Dei Deus est. Sicut uerbum cordis cor est, & de corde uerbum exit, & non est aliud uerbum cordis quam ipsum cor, sic uerbum Dei aliud esse non potest quam Deus. Sapientia est uerbum cordis, quae de corde nascitur, & a corde non separatur. Ipsum cor sapientia est, & de corde ipso sapientia est, & una sapientia cor & sapientia sua. Sic Deus sapientia est, & de ipso Deo sapientia est, & est una sapientia Deus, & sapientia sua. Sapientia Dei uerbum Dei est. Ipsum uerbum caro factum est. Quid est caro? Homo. Factum est caro: factum est homo. Quomodo factum est homo? Assumendo hominem. Uerbum quippe hominem assumpsit, naturam non personam. Non enim assumpsit hominem personam, sed assumpsit hominem in personam. Intellige quod dico. Firma est fides catholica, uerbum persona assumpsit hominem non personam, sed naturam. Quare non dicimus personam assumptam, sicut dicimus personam assumptam? Ne duas personas praedicemus in Christo, & ne quaternitate inducere uideamur, & confundatur Trinitatis confessio. Propterea dicimus hominem naturam, non personam assumptam a uerbo. Quid est homo? Anima & corpus. Propterea homo assumptus est, quia anima & corpus assumptum est. Propterea persona assumpta, non est, quia anima & corpus, antequam uerbo unirentur in personam, non erant inter se unita ad personam. Idcirco quia assumpta non sunt, unita non sunt assumpta persona: quia uero in eo quod assumpta sunt, unita sunt, in personam assumpta sunt.

Quare non dicatur uerbum assumpsisse personam, sicut naturam.

Obiectio.

Sed dices. Si anima & corpus antequam unirentur uerbo, ideo persona non erant, quia inter se unita non erant, nonne tamen anima etiam sola per se persona erat, in quantum spiritus rationalis erat? Si autem anima etiam sola persona erat, in quantum spiritus rationalis erat, quomodo persona non assumpta est, quando anima rationalis assumpta est? Sed sicut anima rationalis, & caro ideo non sunt assumpta persona, quia ante assumptionem non habuerunt unionem, sed assumpta in personam, quia ex eo unita sunt, quae assumpta sunt, sic & anima rationalis ideo assumpta non est persona, quia ante unionem uerbi, sicut per se esse non habuit, ita persona esse non habuit. Ex quo enim coepit, uniri coepit, & ex quo fuit, unita fuit. Ex quo autem unita fuit, una cum eo, cui uniebatur, persona fuit. Vide quid sequitur? Si ex quo fuit, unita fuit, & ex quo unita fuit, persona fuit: ergo ex quo fuit, perso-

na fuit? Si autem ex quo fuit persona fuit, quomodo persona assumpta non est, quae persona fuit, quando assumpta est? Sed considera. Non te perturbet sermonis inuolucrum: fides quaeritur. Sermo multa perturbat. Intende tibi. Ex quo fuit, persona fuit, quia ex quo fuit, unita fuit. Quare ergo non dicimus personam assumptam? Intende. Quando assumebatur, uniebatur. Ex quo coepit, uniri coepit, & ex quo uniri coepit, persona esse coepit, non tamen in quantum erat, sed in quantum unita erat. Si per se aliquando esse habuisset, ex se persona esse habuisset. Quia autem semper unita fuit, semper una cum illo, cui uniebatur, persona fuit. Ideo non dicimus hominem personam assumptam esse, sed assumptum esse hominem in personam, quia humana natura in Christo ex eo quod fuit, persona non fuit, quia per se non fuit, sed ex eo quod unita fuit, una cum illo, cui uniebatur, persona fuit: persona enim notat discretionem. Propterea quod per se persona fuit, ex se persona non fuit. Idcirco non est assumpta persona, sed natura: quia quod assumptum est rationalis natura, sicut extra assumptionem per se esse non habuit, ita personam esse non habuit. Sed dices, quare ergo assumptus esse dicitur, si persona assumpta non dicitur, cum illud rationalis natura, quod assumptum est, ante ipsam unionem, nec homo, nec persona fuit, quia extra unionem per se nunquam fuit, quoniam assumptum est ex quo fuit? Sed considera, quia id rationalis natura, quod assumptum est ex eo quod fuit homo, id est humana natura, esse habuit. Quia ergo assumptum est in eo quod fuit, ex quo homo fuit, ideo homo assumptus est. Id enim assumptum est, quod homo fuit in eo, & ex eo quod assumptum est: quia autem id, quod assumptum est rationalis natura ex eo, quod fuit persona non fuit, quia per se non fuit, sed ex eo quod assumptum est, unitum est, & ex eo quod unitum est, una cum uerbo uniente persona est: idcirco persona assumpta non dicitur, sed natura: quia quod assumptum est, ex eo quod fuit, & natura & homo, id est natura humana esse habuit, persona autem non ex eo quod fuit, quia illud per se nunquam fuit, sed ex eo quod uerbum personae unitum est, esse coepit: propterea homo assumptus est, id est humana natura, non persona.

De incarnatione uerbi, & mysterio eius respectu nuntij & uirginis.
Collatio. III.



Multa per sapientiam Dei facta sunt, ad ipsam autem sapientiam facta non sunt, nisi illa solum, quae sapientia frui possunt. Haec autem sunt ratio uentura, & intelligentiam, sensumque percipiendi boni, malique; fugiendi habentia. Quorum pars sursum erat condita in Angelis, pars deorsum in hominibus ordinata. Igitur homo non solum per sapientiam Dei factus erat ut esset, sed etiam ad sapientiam Dei factus erat ut beate esset, ut illa uide licet frueretur eo sensu, quo sapientia percipi potest.

test. Sed quia peccando sensum amisit, quo sapientia frui debuisset, oblitus est ipse comedere panem suum, & refectioem illam, qua uiuunt animæ, in corporalem commutauit delectationem. Terrenis igitur & corporalibus sensu & affectu immerfus, non potuit se ad spiritualium cogitationem, siue amorem erigere, sed sola ea que carnis sunt sapiens, spiritualium iocunditatem non agnouit. Ipsa autem Dei sapientia noluit amittere hominem, qui propter ipsam factus fuerat. Et cum ipsa sursum esset, ille deorsum venit, ubi ille erat, ut eum reuocaret ad se, unde ceciderat. Factum est uerbum caro, ut homo inter homines esset, qui Deus erat supra homines. Et uersus est panis ille in lac, ut a paruulis sumi possit. Sapientia sursum panis erat, & eadem ipsa sapientia deorsum lac erat. In diuinitate panis, in humanitate lac. Sic enim paruuli sensu per lac humanitatis nutriti sunt, & roborati sunt ad panem diuinitatis, ut idem ipse utrobique reficeret, & reficiendo languidos ad incorruptionem repararet. Dedit ergo reparandis ad incorruptionem alimentum incorruptionis. Paruulis quidem immaculatam carnem, quam sumpsit de uirgine matre: perfectis autem incorruptibilem diuinitatem, quam habuit de æterno patre. Istis, ut interim non deficerent in uia: illis, ut postea perficerentur in patria. Istis ad consolationem, illis ad glorificationem.

Propter hoc ergo Dei filius pro redemptione hominum homo factus est, ut caro per carnem liberaretur, & generi humano de suo iumeretur pretium redemptionis, quatenus inde remedium fieret, unde uicium contractum fuerat: & in eodem monstraretur, & peritia medici, & iustitia redempti, quando de suo & sanando inuenitur remedium, & pretium redimendo. Quia uero a corruptione liberandum erat, idcirco pretium redemptionis incorruptum esse debuerat. Propterea mater uirgo electa est, ut de munda immaculatus nasceretur, ut sicut in celo Deus habuit patrem immortalem æternus, sic in terra haberet matrem uirginem incorruptus. Igitur in celo qualis pater, talis filius: & in terra qualis mater, talis filius. In celo cum patre æternus, & immensus: in terra cum matre immaculatus, & mansuetus. In celo cum patre incorruptus, & sublimis: in terra cum matre uirgo, & humilis. In celo imago patris, in terra imitator matris. Mater uirgo erat, & in humilitate exultabat. Filius uirginis uirgo, humilitatem commendabat. Talis ergo agnus, qualis mater agni, ex munda mundus, ex uirgine incorruptus. Per uirginem ueniens ad nos, per uirginitatem præcedens nos. Per incorruptionem ueniens, ut peccatum tolleretur, per uirginitatem præcedens, ut uirtutem demonstraret. Veniens ut conferret remedium, præcedens ut daret exemplum. Non enim potuit arbor bona malum fructum facere, sicut arbor mala fructum bonum facere non potest. Quoniam omnis arbor ex fructu suo cognoscitur. Radix integra, & ramus incorruptus. Huius ergo aduentus Gabriel nuntius missus est, ut nouam in carne filij Dei natiuitatem prædicaret, in qua forma serui Domino sociata hostem potenter deuicit. Fortis in illo, non tamen uolenta ad

inferendam iniuriam, sed efficax ad iustitiam obtinendam. Propterea Gabriel missus est (qui fortitudo Dei interpretatur) quia ipsa etiã infirmitas fortitudo fuit, quoniam in ea superatus est inimicus, & capta præda a uiolento reducta est. Tres enim perierant, & subsecutus est quartus, scilicet redemptor eorum. Primus sine masculo, & sine femina, secundus de masculo sine femina, tertius de masculo & femina, quartus sine masculo de femina. Adam quippe nec de masculo nec de femina erat: Eua autem de masculo sine femina: qui autem de illis erant, de masculo simul & de femina erant. Et ceciderunt primi masculus & femina, & per eos qui post eos erant omnes de masculo & femina. Et quia primus author culpæ deiectus est à femina, authorem gratiæ sine masculo concepit, & peperit femina, ut idem sexus initium gratiæ esset, qui peccati origo extiterat. Propterea ait. *Gratia plena, Dominus tecum.* Vere enim Maria gratia plena fuit, per quam gratia descendit super omnes filios hominum. Primum gratia super eam, postea gratia in ea, deinde gratia ex ea. Super eam ad umbrationem, in ea ad fecunditatem, ex ea ad saluationem. Venit enim gratia, ut humanam naturam uisitaret, & intrauit ad eam, unde exierat. Per feminam enim exierat, & per feminam intrauit. Et uenit gratia primum in ipsam, deinde descendit in illud, quod erat ex ipsa, & sumpsit de carne uirginis naturam, hostiam pro natura, quam liberam pro liberandis offerret, ut prius in ipsam totum effunderet, quod per ipsam postmodum redemptis omnibus exhiberet. Ideo gratia plena, de qua ortus est fons gratiæ. Et ideo o uirgo gratiosa totum nobis quodammodo est a te, quod per illum nobis est, qui natus est ex te. Gratia plena, intantum plena, ut ex tuo redundante totus hauriat mundus. Si enim prudentes uirgines oleum acceperunt in uasis suis cum lampadibus: tu prudentissima uirgo, & uirgo uirginum, non unum tantum uas habuisti oleo gratiæ repletum, quo lampadem tuam inextinguibiliter ardentem nutries, sed aliud gestasti uas redundans, & indeficiens, ex quo effuso oleo misericordiæ omnium lampades illuminares, & uasa omnium usque ad summum & perfectum impleres, & in illo nihil minueres. Prudens ergo fuisti, ut tibi prouideres: nec timida, ut alijs subuenires. Nec dixisti, Ne fortè non sufficiat mihi & uobis, sed sciens, quod sufficeret, & tibi, & nobis, sufficienter retinuisti, & sufficienter tribuisti. Lumen in lampade fuit in carne uirginitas: oleum in uase in corde humilitas. Et erat aliud uas humanitas uerbi in utero tuo gratiæ plena, ex cuius plenitudine tu quoque accepisti, & lumen uirginitatis in carne, & oleum humilitatis in corde. Postea autem partu intemerato nobis propinans ipsum, indeficiens tribuisti, ut ex illius plenitudine effunderetur, quo & lampades nostræ extinctæ illuminarentur, & uasa uacua replerentur. Sic gratiæ plena fuisti, cum de terra carnis tuæ fons gratiæ erupit, ut manaret super omnem terram, & irrigaret aridam, & sterilem fecundaret. Ex hac plenitudine gratiæ, & illa acceperat, quæ sterilis conceperat,

Quadruplex hominis natiuitas.

Gratia plena Maria.

X Apostro phe ad Mariã.

Matth. 25.

Y rat,

Helisabeth Lucz. 1.

rat quæ & uirginem fecundam ad se uenientem agnouit, & dixit. Vñ mihi hoc, ut ueniat mater Dñi mei ad me? Bñ mater Dñi, quia in forma serui Dñs maiestatis aduenit. Qui .n. natus est hō, idem erat & Deus. Ex eo q̄ assumptus est, filius uirginis: ex eo autē q̄ assumpsit, filius maiestatis. Idem tñ & filius uirginis, & filius maiestatis. Et propterea qui assumptus est hō, naturalis est filius Dei pp̄ eū, qui assumpsit: uerus est filius hoīs, pp̄ eū, quem adsumpsit. Nemo igitur dicat Christum filium adoptiuum, cum naturalis sit filius. qm̄ quem assumpsit hō, & qui assumpsit Deus, non duo filii sunt, sed unus est filius, Deus & hō, Iesus Christus. Ideo mater Dñi est, quæ genuit formam serui: quia in forma serui erat maiestas Dñi, & unus cum forma serui, & maiestate Dñi. Bñ ergo matrem Dñi sui uocat, quæ Deum credidit esse ipsū, qui hō conceptus fuerat, & portabatur in utero uirginis fm̄ carnē, qui deitate sua oīa portabat. Ideo ait. Vnde hoc mihi, ut ueniat mater Dñi mei ad me? Et beata crediti st, quoniam perficiuntur in te omnia, quæ dicta sunt tibi a Dño. Tunc ait Maria, Magnificat aīa mea Dominum. De quo ante Allegorias in euangeliū Lucz explicatio posita est.

DE BEATE MARIE MATRIS DOMINI NOSTRI VIRGINITATE PERPETUA LIBELLUS EPISTOLARIS CONTINENS QUATUOR CAPITA, IN QUEM ET IN QUE HIC EST PROLOGUS.



Ancto Pontifici. G. Hugo beatitudinis tuæ seruus. Narrasti mihi de beata Mariæ uirginitate quæstionem paternitati tuæ a quodam factam fuisse, in qua quidem eiusdem irreuerentia ad modum displicuit, eo q̄ non ut oportuit ita pudice de re sacrosanctâ locutus sit. Ego igitur (sicut placitum fuerat, quæ super hoc dicenda uidebantur) stylo signans legenda transmittito. Vale.

Quod Maria in consensu coniugali uirginitatis propositum non mutauit. Cap. I.



In incorrupta uirginitate matris Domini hoc fides pietas & pietas fideliter confiteatur: quod eius perfectione nullo mō imminuit coniugalis consensus, quemadmodum castitatem illius non uiolauit cōceptus, nec integritatem alituli partus. Ipsa nanq; eadem uirgo perpetua, & cum desponsaretur uiro, non tñ deseruit aut mutauit propositum continentiæ: & cū fecundaretur (non a uiro) concepit sine libidine: & cum filium ederet, peperit sine dolore. Quid dicis nunc inquisitor contentiose, & non pie auditor? Miraris, an diffidis? Si miraris miranda, mirandus non es. Si non credis eredenda, tolerandus non es: si falsa conaris asserere, audiendus non es: si uera ni

teris oppugnare, conuincendus es: deniq; si manifesta negas, confutandus es. Fateor, æquo aīo ferro non possum temerariam præsumptionem tuam, q̄ tam impudica & nugaci loquacitate temerarie sinceram, & intactam maculare conaris. Stulte istis tenebris tuis in matrē luminis impigisti. Quid .n. sibi uoluerunt exufflata illa argumenta tua, quæ tu cum longa ac diutina ruminacione reuisses, quasi nouum & magnum aliquid inuentum prolaturus (sicut tibi consuetudinis est) circuire cœpisti aures prurientes quærens, amplius quidem te doctis insipientē q̄ insipientibus doctū demonstrans. Quid .n. Doctor esse uoluisti? Nouitatis relator, an asseritor ueritatis? Sed esto. Inueneras qd̄ doceres. Cur tibi uisum est infamare castitatem, & oppugnare ueritatem? Sed fortè (qd̄ & ego magis suspicor) nihil contra ueritatem moliebaris. Sed solira, & tibi inolita leuitate auras popularis famæ captans, acumen ingenij tui probare putasti, si prius rem (quasi quæstionis ambage) apud alios inuolueres, ut in eius solutione postmodum tu doctor appareres. At nunc res tibi in contrarium uersa est. In quæstione .n. tua temerarius probatus es, sed in solutione non es doctus inuentus. Videamus tñ quæ sit magna illa & grauis quæstio soli (ut putas) tibi non insolubilis. Et quidem est si grauis foret tanto uerius multis plusq̄ tibi, quanto stultius tu præsumis tibi soli. Videamus tamen quæ sit. Primum quæris, utrum sine consensu coitus coniugium fieri possit, hoc est an illi matrimonium inuicem contrahere possint, qui sibi non consentiunt in reddendo debito carnis? Mouit ergo fortassis te, quod dictum audieras matrimonium non facit coitus, sed consensus. Et merito mouisset, si quidem quod dictum non audieras, sed intelligendum putaueras, consensus coitus, additum fuisse. Quæris ergo, utrum sine consensu coitus coniugium esse possit. Post hæc his, qui tibi respondent, sine eiusmodi consensu uerum coniugium non esse, tuam (ut audio) uideris existimationem adiungere: propterea fortassis quia tibi de reliquo necessitatem tacendi imponeret, qui hoc quærenti aliud responderet. Deinde hoc concessio & statuto. sc̄p̄ sine talis consensus pactione coniugium stare non possit, persequeris & interrogas, utrum uerum fuit coniugium inter Mariam matrem Domini & Ioseph, quem scriptura uirum Mariæ appellasse aliquoties inuenitur, ipsamq; Mariam uxorem siue coniugem eiusdem Ioseph indubitanter nominasse. Quo concessio, quia & hoc negare absurdum est, cum id & sacra scripturæ manifesta autoritate probetur, & catholica hoc religio sua attestacione confirmet: Infers & dicis: si uerum fuit coniugium, ergo carnalis cōmixtionis consensus ibi fuit, & inuenitur Mariã ad coitū carnis uiro assensum præbuisse. Qd̄ si uerū est, immo quia si hoc uerum non est, uerum coniugium dici non potest, cur ipsa Maria uera seper uirgo permansisse dicit, q̄ aliquā uera coniunx fuisse non negatur? Aut .n. non consentit, & uera coniunx non fuit: aut consentit, & uera uirgo non permansit. In eo ipso namq; propositū uirginitatis deseruit, quod se per cōsensum debito carnalis commercij in coniugali sacramento spon-

B Quæstio curiosa.

Attende le flor quam pulchre discurrat.

Matt. 7. Luc. 6.

te subiecit. Ac per hoc q uirginitatis propositum in consensu copulæ carnalis deseruit, iam mente uirgo esse desit, et si carne uirgo permansit. Quæ est igitur hæc uirgo uirginum, singularis integritate, unica castitate, excellens dignitate? Quæ sunt ista pconia, & assidue laudationes, immo potius quæ sūt quotidianæ istæ adulationes, quibus singulariter laudabilem & excellenter super oēs gloriosam Mariæ uirginitatem prædicamus, quæ non solum oib uirginibus præferenda non est, sed multis et postponenda, quæ & carne uirgines probatæ sunt, & uirginitatis propositum usq; in finem mente casta atque deuota inuolutum tenuerunt? Cõparetur nunc uirginitas Agnetis & Mariæ, & quæ fuerit in merito pbata sublimior, digne et in laudibus excelsior teneatur. Illa se in custodia uirginitatis tam inuictam exhibuit, ut eã a proposito suo nec ipsa mors illata deijceret. Hæc se tã mobilẽ demonstrauit, ut unius eã uiri & paupis affectus ad consensum sui inclinaret. Illa intm uirginitatem dilexit, ut quicquid in eius cõparatione prætiosum pmitteretur, contemnendũ crederet: quicquid pro eius defensione durũ inferebatur, non timendũ iudicaret: hæc uirginitatẽ tã facile despexit, ut eã & sine præmio pmissio desereret, & sine pœna illata abdicaret. Quid igitur restat, nisi ut dicamus inferiorem habere gradum in merito ac laude uirginitatis illam, quæ a proposito conseruandæ uirginitatis sponte cecidit, et si carne uirgo permansit, superiorem uero illam, quæ cum carnis integritate propositum uirginitatis usque in finem inuolutum custodiuit? Hoc igitur est, qd magna & laboriosa scrutatione inuenisse te gloriaris: & cũ tumentem simul & carnem corruptã habeas, mentem intemeratẽ (cuius carnem non potes) falso criminari non pertimescis. Sapies multo aut primũ dixisses ueritatem, si eã non ignorasti, aut si hoc nõ poteras saltem tacuisses prauitatem, qua dicta simplicium auditũ uiolasti. Sed qd ages, si eos quos falsa opinione deprauasti, ueritas manifesta ita a periculo erroris liberet, ut tamen te a culpa temeritatis non emundes?

D Videamus igr nunc, utrum mater Dñi, & uera coniunx esse potuit, & uera uirgo permanere. Discutiamus (ut postulas) quid sit coniugium, & eius diffinitione proposita consideremus si simile esse potuerunt in uirgine matre & consensus coniugalitatis, & propositum uirginitatis. Quid. n. est coniugium, nisi legitima societas inter uirum & femina, in qua uidelicet societate ex pari consensu uterq; se metipsũ debet alteri? Debitũ aut hoc duobus modis cõsideratur, ut. s. & se illi cõseruet, & se illi nõ neget. Cõseruet uidelicet, ne post talem cõsensũ ad alienã societatem transeat. Nõ neget, ut ab ea, q adiuuicem est, coi societate se nõ disũgat. Spontaneus ergo cõsensus inter uirũ ac femina legitime factus, quo uterq; alteri debitorẽ sui se spõdet, iste est q coniugiũ facit, & coniugiũ est ipsa societas tali cõsensu federata, q altero uiuente alterũ a debito nõ absoluit. Est adhuc ali cõsensu. i. carnalis cõmercij adiuuicẽ exigedi atq; reddendi, simile inter uirũ & mulierem pactio cõstitutens, comes & nõ effector coniugij, officium & nõ uinculũ, q & ipse tñ cũ pari ab utroq; uoto sus-

cipitur, pari et necesse est debito teneatur. Qd debitu in hoc quoq; consensu dupliciter (sicut in priori cõmemorauimus) exhibendũ est, ut uidelicet uterq; se alteri cõseruet, & neuter alteri se neget, hoc est ut sui corporis potestatem ad hoc opus nec alij pbeat, nec illi contradicat. De illo debito, quo se & uir mulieri & mulier uiro debet cõseruare, ait Apostolus. 1. Cor. 7. Quæ sub uiro est mulier, uiuente uiro, alligata est legi. Si aut fuerit mortuus uir eius, liberata est a lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro. De illo aut debito, quo se uir mulieri, & mulier uiro debet, non negare idem dicit. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir: similiter aut uir sui corporis potestatem nõ habet, sed mulier. Sed huius debiti necessitas illos coniugatos sibi adiuuicem non subiicit, in quibus dum coniugium cõtraheretur uel sanciretur, huius operis consensus non præcessit. Nec tñ hoc officio cessante, ueritatem siue uirtutem coniugij cessari credendum est, immo potius tanto uerius & sanctius coniugium esse, quod in solo charitatis uinculo, & non in concupiscentia carnis, & libidinis ardore fœderatum est. Quid. n. ? In concupiscentia carnis coniugium sanctum esset, & in charitate non esset? Absit. Sed multo uerius & iustius ibi sanctum & uerũ dñi, ubi nihil habet castitas un erubescat, sed charitas un gloriatur. Quo ergo coniugati adiuuicem debitores sui efficiuntur? Ad quid deinceps se sibi cõseruare debent, aut in quo non negare, si hæc de medio causa tollatur? Nõ uidetur hoc excepto, quare aut uir mulieri, aut mulier uiro sociari debeat. Aut quare sociari pariter tali adiuuicẽ debito, quale coniugium habere noscitur, dicatur alligati. Hoc tibi fortasse uidebitur carni, & carnem solã cõsiderati. Nihil ergo aliud in coniugio inuenite potuisti, ut coniugalem societate ob id solũmõ sanctã, & in eo sanctã esse cõfirmes? Nonne multo magis est, si duo fiant unum mente, q si carne unum fierent? Si participem facit alter alterum carnis suæ, & sanctũ esse pot: participem facit alter alterum aia suæ, & sanctum non est. Absit. Erunt duo in carne una: sacramentum hoc magnum est in Christo & Ecclesia. Erunt duo in corde uno: sacramentum hoc maius est in Deo & aia. Ecce quo pacto se uoluntariæ spõsionis astringunt, ut ab hinc & deinceps semper in oĩ sinceritate dilectionis, in oĩ cura sollicitudinis, in oĩ affectu pietatis, in oĩ studio cõpassionis, i oĩ uirtute cõsolationis, & fide deuotionis, hoc uterq; sit alteri qd ipse sibi: ut quisq; alterum quasi unum secũ factum attendat, tã in bonis q in malis oibus: sicut cõsolationis socium ac participẽ, ita & tribulationis & sufferentiæ indiuisũ exhibeat. Postremo quãtum foris ad necessitatem corporis attinet, quasi ppriã carnẽ fouendã excipiat: quãtũ uero spectat ad amorẽ cordis intrinsecus, quasi aũ suũ i pace & tranquillitate (quãtũ in se) sine perturbatione custodiat. Sic. n. fit in sãctæ societatis pace & cõicatione quiescentibus, ut dũ uterq; nõ sibi uiuit sed alteri, felicitus atq; beatus uterq; uiuat sibi. Hæc sunt bona coniugij & felicitas castam societatem amantium, quæ bona uidere non possunt ij, qui in coniugio nil præter male dulcem carnis uoluptatem exquirunt. Ecce uides (exce-

1. Cor. 7.

Ibidem.

Eph. 5.

Obie
ctio

Gen. 2.

Obie
ctionis
uis.

Rãtio.

(excepto carnis commercio) qualia tñ & quanta bona coniugio relinquuntur, immo potius (excepto carnis commercio) qualia & quanta mala, hoc est qualis seruitus, & quantus dolor a coniugio excludantur. Sed dicis mihi iterũ. Primã & principalem causam coniugij fuisse propagationem filiorum, q sine carnis commixtione futura non erat, ex hoc manifeste ostenditur, q in principio Deus cum hominem de limo terræ plasmasset, postea ei mulierem in adiutorium fecisse perhibetur. Non in aliõ profecto adiutorium, quã ut ipsa mulier ad futurã sobolis propagationem uiro fieret feminandi cooperatrix, feminis conceptrix, formandi locus, & edendi genitrix. Nõ igitur ad aliud mulier uiro est sociata, q ut per eã, & cũ ea semẽ suũ in posteritatis originem uir ipse coitu carnali trãfundẽs, substãtiã carnis ministraret nascituris ex carne. Nam id ipsum ex eo quoq; cõprobatur, q Deus postq mulierem uiro sociauerat, eiusdem societatis causam declarare uolens, utrosque suæ bñdictionis gratia quodãmodo prius ipse ad generandi potentiam fecundans, Crescite (ait) & multiplicamini, & replete terrã: simul dans & mandatum, ut scirent id, propter qd iuncti fuerant, & gratiam, ut impleant id, de quo præceptum acceperant. Ex eo igitur officio, qd coniunctis & sociatis ambobus ex præcepto authoris sui iniungitur, plane & indubitanter societatis ipsius causa demonstratur: quia oĩno absurdum erat, ut cũ formã uiuendi, & ministerium agendi societatis præciberet, non id præcipue, pp qd eos sociari uoluerat, de reliquo exsequendum mandaret. Hinc est, q ipse Adã ad quem usum mulier facta erat agnosceret: Hoc, inquit, os ex ossibus meis, & caro de carne mea est. Propter hoc relinquet hõ patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Ecce commixtio carnis in matrimonio primorum parentum, tam manifeste & ipsis exsequenda indicitur, & ab ipsis futura prophetatur, ut qui sine illa coniugiũ uerum esse dixerit, & præcipienti Deo & homini consentienti Deo, contrarius esse non dubitetur. Et taliter fortassis supradictę assertioni nostrę tibi opponendum uidebatur. Hoc igitur totum, quod apportas, quod Deus primo homini mulierem in adiutorium fecisse legitur, & quia sociata mulier cum uiro utrisque ut crescerent, & multiplicarentur, terramq; replerent, præcepisse memoratur: postremo quia a uiro inter uirum & mulierem carnis commixtio futura prophetatur: idcirco nullatenus uerum coniugium esse possit, ubi quidem consensus carnalis cõmixtionis non fuerit. Sic quidem tibi uidetur. Primum itaque nunc conueniat inter nos, ut mihi respondeas an aut propter hoc, duo in carne una sociati sunt, & de carne una facti sunt, quod in carne una sociandi fuerunt. Sic enim dicitur. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quid est propter hoc? An propter hoc in carne una, quia de carne una? Sed non dixit erunt duo in carne una pp hoc: nũc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: sed hoc, inquit, os ex ossibus meis, & ca-

ro de carne mea: pp hoc relinquet hõ patrem suũ & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Tria dixit. Relinquet hõ patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quid est pp hoc? Propter hoc relinquet hõ patrem suum & matrem suam, pp hoc adhærebit uxori suæ, pp hoc erunt duo in carne una. Propter hoc. Propter quid? Propter hoc, quia hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Ergo pp hoc in carne una, quia de carne una: non pp hoc de carne una, quia in carne una. Propter hoc erunt duo in carne una. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Consideremus singula, quæ dicta sunt: ne forte contra te dixeris, qd pro te dicendum putasti. Relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Fortassis idem dicere uoluit, adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una, ut hoc ipsum sit uxori adhæretere, qd duos esse in carne una, tanq si hoc solum dictum sit, relinquet hõ patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & ipsa adhesio non aliud q commixtio carnalis intelligatur. Discutiamus si hoc stare possit, Relinquet (ait) homo patrẽ suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ. Illos relinquet, & huic adhærebit. Igitur ab illis discedit, ad istam accedit. Quod illis subtrahit, huic impendit. Quid est hoc? Relinquet homo patrem suum & matrem suã, & adhærebit uxori suæ. Igitur in eo patrem, & matrem relinquit, ut uxori adhæreat, in quo uxori adhæretere non potest, si patrem & matrem non relinquat. Relinquet homo patrem suum & matrem suam. In quo relinquet? Nunquid relinquet in cohabitatione, an in dilectione? & si sic oportet dici, nunquid relinquet in commixtione? Si relinquet homo in cohabitatione patrem & matrem & adhærebit uxori suæ: nunquid igitur in domo patris sui uxorem habere non potest? Aut nunquid uxorem diligere nõ potest, nisi præm & matrem odio habuerit? Nam illud tertium, quod propositum est, nec oportet repeti, nec decet nominari. Tamen his modis adhærebit homo uxori suæ, hoc est fm cohabitationem, fm dilectionem, fm carnalem commixtionem. Sed potest homo patri & matri simul & uxori cohabitare: pot præm & matrem simul, & uxorem diligere, ergo nec fm cohabitationem, nec fm dilectionem relinquet hõ præm suũ & matrẽ suã, & adhærebit uxori suę: quãto magis, q neq; fuit, neq; esse potuit, fm carnalẽ cõmixtionẽ, nõ relinquet hõ præm suũ & matrẽ suã, & adhærebit uxori suæ: Scdm qd ergo relinquet hõ præm suũ & matrẽ suã, & adhærebit uxori suæ, nisi fm illã singularẽ societate, i qua semetipsũ det alteri: si qua hõ affectũ prĩs & mĩs nõ qdẽ deponit, ut affectũ uxoris solũ eligat, sed postponit affectũ patris & mĩs, ut affectũ uxoris illi præferat, ut eũ nõ solũ sed singularẽ haberet: Nõ igitur de cõmixtione carnis, sed d affectu cordis & uinculo socialis dilectionis dictũ e: adhærebit uxori suę. Ut p hoc qd dñi, adhærebit uxori suæ, sacramentũ coniugij, qd in spiritu est, intel-

Quid duo
in carne
una.

Tertium
de carna
li copula

Vinculum
matrimo
niale. quan
le debitum
coniugibus
decernat.

Quid sit
uerum con
iugium
siue matri
monium.

Ligas. Per id uero quod subditur: & erunt duo in carne una, officium coniugij, quod in carne est, non patet sceleris coniugalis, agnoscas. Relinquet ergo homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suae, & erunt duo in carne una. Ecce hic est coniugium, adhærebit uxori suae: & hic est coniugij officium, erunt duo in carne una. Quare ergo relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suae? Magna res. Praefert principio finem, Pater & mater principium est, unde uenit: uxor finis est, ubi dilectio requiescit. Ibi dilectionem operata est sola conditio, hic electionem sine conditione facit sola dilectio. Diligit itaque homo patrem suum & matrem suam, & de ipsis semel uitam accepit: sed plus uxorem suam diligit, quia cum ipsa semper uiuere elegit. Diuinum proferunt sacramentum, & profundum mysterium, pulchrumque & admirandum humanam conditionis exemplum. Habemus principium numerum, unde accepimus ut simus: habemus & finem nostrum, sine quo beati esse non possumus. Ab illo per conditionem naturam ad esse uenimus, in illo per electionem gratiae beatum esse accipimus. Ab illo esse habent omnia, quae sunt, sed in illo non omnes beati esse accipiunt. Minus igitur est, & minus diligendum est ab illo esse. Multo autem amplius est, & amplius diligendum est in illo beati esse: utrumque tamen magnam & dilectione dignum est: & ab illo esse, & in illo beatum esse. Aliter ergo Deus est illorum, qui ab eo solummodo ut essent acceperunt: aliter uero illorum, qui ut non solum ab eo essent, sed ut in eo beati essent, eum in praemium acceperunt. Illi quod ipsi sunt ab eo acceperunt: isti ut beati sint quod ipsi sunt, quod ipse est, ab eo accipiunt. Minus ergo diligendum est quod sumus, & amplius quod beati sumus: quia in illo tamen est hoc quod nos sumus, in isto uero cum eo quod nos sumus id est, quod ipse est, a quo accepimus quod sumus. Relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suae. ut uetera nouis superuenientibus postponens, a principio per dilectionem ueniat, & in fine per dilectionem requiescat. Vides nunc quale & quantum sacramentum praefert amor coniugalis, ut in hoc discat anima rationalis sui finis consortium sine fine dicere, & indiuiduo illo amoris nexu, & singularis dilectionis paritate adhære. Hæc fuit principalis causa coniugij, propter quod Deus instituit, ut relicto patre suo & matre sua eligeret uxori suae unice & singulariter indiuidua semper dilectione sociari. Huic autem societati ad commodum futuri generis multiplicandi, certi & rationalis sacramenti causa officium postea generandi iniunxit, non quidem ut in eo coniugium consisteret, sed ut ex eo coniugium & per obedientiam ministerij merito cresceret, & per fecunditatem prolis fructuosius appareret. Recte ergo dicitur. Relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit uxori suae, & erunt duo in carne una: ut in eo quod adhæret uxori suae, sacramentum sit inuisibilis societatis, quae in spiritu facienda est inter Deum & animam: in eo autem quod duo sunt in carne una, sacrum sit inuisibilis participationis, quae in carne facta est inter Christum & ecclesiam. Magnam igitur sacramentum: Erunt duo in carne una, in Christo & ecclesia: sed maius sacramentum erunt duo in corde uno, in dilectione una, in Deo & anima. Non satis fortassis tibi factum est, ut ostenderetur, quod coniugium non fuerat unio carnis, sed cordis: ne excel-

lere putes ministerium officij super sanctitatem sacramenti. Instas ut consensus carnis sanctitas sit coniugalis: nec praeter pactum coitus, uinculum matrimonij ratum esse concedis: quia manifeste dixit: Erunt duo in carne una: & non manifeste dixit. Erunt duo in spiritu uno. Prius manifeste dictum in carne una, postea manifeste dictum in spiritu uno: quia quod carnale est prius est, deinde quod spirituale est. Per patrem carnale prius dictum in carne una, per doctorem spirituale postea dictum in spiritu uno. Per prophetam Deus loquitur dicens. Non accipiam placabile quod de manu uestra: Et dixistis. Quam ob causam? Quia Dominus testificatus est inter te & uxorem pubertatis tuae, quam tu despexisti. Et hæc particeps tua, & uxor foederis tui. Nonne unus fecit, & residuum spiritus eius est: Et quod unus querit, nisi semen Dei. Custodite ergo spiritum uestrum, & uxorem adolescentiae tuae noli despiciere. Cum odio habueris eam: dimitte, dicit Dominus Deus Israel. Illic ergo dictum est: hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hic dictum est. Hæc particeps tua, & uxor foederis tui. Nonne unus fecit, & residuum spiritus eius est? Ibi pars carnis dei, hic portio spiritus nominatur. Ibi dictum est: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Hic dictum est: & quid unus querit, nisi semen Dei; ille igitur hic semen Dei in spiritu requirit, qui ibi semen carnis in carne multiplicandum imperauit. Ibi dictum est. Erunt duo in carne una. Hic dictum. Cum odio habueris eam, dimitte: ut eadem carnis commixtio, quae ibi inter uirum & mulierem futura praedicitur: hic sine foedere dilectionis (quae est in spiritu) nihil potest demonstrare. Hoc est. n. cum odio habueris eam, dimitte: non imperantis dissidium, sed docentis quod sine dilectionis foedere casta sit & uirtute carens, et si permaneat societas carnis. Non ergo uirtus sacramenti coniugalis in carne est, sed in mente: nec ille consensus ad sanctitatem perficiendam requiritur, qui & ante peccatum coniugatis indicabatur ad officium. Post peccatum uero eo usque descendit, ut iam nunc concedatur ad remedium. Nequaquam ergo ex eo pensandum est coniugij sacramentum, in quo tunc sanctificaretur, sed exerceretur coniugalis castitas: & nunc non sanctificaretur coniugium, sed excipitur coniugatorum infirmitas. Propterea olim quando fides erat in populo uno, & tempus ad multiplicandum numerum fidelium opera officij coniugalis indiguit, carnale commercium ab uno in pluribus exercebatur, & in unice amoris singulare sacramentum non laedebatur. Nunc uero quando populus Dei spirituali potius generatione multiplicandus est ad commendandam singularis sacramenti unitatem, quod est in spiritu, non nisi una uni in carne una foederatur. Tunc propter necessitatem licentia carnis foris in opere laxabatur, & tamen sanctitas intus in uirtute sacramenti integra seruabatur: nunc propter perfectionem etiam opera carnis foris ad unitatem stringitur, & in eo tamen unitas singularis sacramenti non efficitur, sed commendatur. Hæc dicta sunt pro eo quod propositum erat demonstrare, quod sine consensu carnalis commercij coniugium sanctum & uerum esse possit, neque in assensu coitus carnis sanctitas sacramenti coniugalis consistat. Post hæc nunc superest

Luc. 1.

1. Cor. 15

Malac. 2

Gen. 2.

Malach.

Propositum
perpetue
uirginitatis
Mariae.

superest, ut de matre uirgine sermonem in medium proponamus, & inquiramus qua ratione, uel auctoritate probari possit ipsam & ueram fuisse coniugem, & in assensu tamen coniugali uirginitatis propositum non mutasse. Missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Nazaret ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen uirginis Maria. Ergo desponsata iam erat Maria quando ad illam missus est angelus Gabriel a Deo. Videamus quod sequitur. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Quae cum audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista saluatio. Et ait angelus ad eam. Ne timeas Maria, inuenisti. n. gratiam apud Deum. **R** Ecce concipies in utero, & paries filium &c. At ait Maria. Quo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Hoc est, quod quaerebamus, uerbum uirginis, in quo ipsa commutaretur uirginis. Sumamus igitur de ipsa testimonium per ipsam. Quo igitur fiet istud? Hoc est ut filium pariam quo fiet, quia uirum non cognosco? Non ait uirum: non cognoui. Hoc. n. nihil impediret uirginem desponsatam, & uirum cognituram, filiumque; parituram, sed uirginem non permanfuram. Non ergo ait hæc, uirum non cognoui: quia hoc nec praeterita fuisset uirginitatis miraculum, nec futuri partus impedimentum, si uirum adhuc non cognouerit, & uirum ut non cognosceret deinceps non proposuerat. Non utique dixit: uirum non cognoui, sed uirum non cognosco. Quomodo, inquit, fiet istud: uirum non cognosco, & dicor filium paritura: Quomodo ergo fiet istud, ut filium pariam, & uirum non cognoscam? Quia uirum non cognosco. Quid est uirum non cognosco? Propositum habeo uirum non cognoscere, propositum habeo uirginitatis decus usque in finem inuiolatum conseruare. Quomodo si dixerit quis: uinum non bibo non possum hunc calicem gustare; hoc est quia in uoto habeo uinum non bibere, non possum gustare calicem istum. Et sicut dictum est, Nazaraei comam non incidunt, hoc est uotum habent comam non incidendi: sic dictum est, Uirum non cognosco. Quomodo itaque fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Et ait angelus ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi obumbrabit tibi. Noli, inquit, propositum uirginitatis de promissione prolis diffidere. Spiritus sanctus superueniet in te. Concipies filium non e uiro, sed de Spiritu sancto. Promissio quidem mea implebitur, sed tamen propositum tuum non uiolabitur. Tu uouisti uirum te non cognituram, & ego praedico filium te parituram, & idcirco miraris ne forte uel promissio casta sit permanente proposito, uel propositum uiolatur si impleatur promissio. Non. n. possibilitas naturae hic sufficit, aut ratio humana id comprehendit, ut pariat uirgo, intacta filium gigneret, & sine opera carnis caro procedat ex carne. Idcirco miraris quomodo fiet istud, quia uirum non cognoscis. Nam interim quantum in te est, nihil inuenire potes, cur de tua perseuerantia debeas dubitare, & ob hoc quaeris, quomodo de tua possis promissione confidere. Quomodo fiet istud, quia uirum non cognosco? Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi.

bi. Noli propositum de promissione diffidere, quia Spiritus sanctus superueniet in te. Noli propositum de proposito formidare, quia uirtus Altissimi obumbrabit tibi. Spiritus sanctus superueniet in te, ne per libidinem polluantur castitas tua. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi abumbrabit tibi. Ministrabis substantiam, & non senties concupiscentiam. Non suscipies semen ex uiro, & fecunda fructum uentris germinabis in filio. Noli ergo dicere, quo fiet istud quia uirum non cognosco: quia hoc per uirum non fiet, sed per Spiritum sanctum. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi obumbrabit tibi. Ecce iam habemus Mariam desponsatam uirginem, & adhuc tamen in uirginitatis proposito permanentem. Veraciter desponsatam uirginem, nec minus ueraciter in uirginitatis proposito permanentem: quid amplius quaeris? An adhuc desponsationis nomen aliquid tibi ambiguitatis relinquit? Audieras. n. ad desponsatam uirginem missum fuisse angelum, sed ad coniugatam non audieras. Forsitan ergo dicas, desponsata erat iam tunc Maria Ioseph, sed adhuc coniunx non erat, quia necdum eam in suam acceperat. Nam si ea ex tunc in suam acceperat, cur ei postea dictum est. Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam? Nondum ergo coniunx erat, quoniam ad eam missus est angelus, sed tamen desponsata erat: & idcirco fieri potuit, ut non mutauerit propositum uirginitatis quoniam desponsata est, & mutauerit quoniam coniunx facta est. Hoc fortassis adhuc pro parte tua oppones. Sed absit a nobis, ut credamus eam postquam se caelesti partu fecundandam auerterat, ullatenus ad carnale commercium assensum praebuisse, quae & priusquam diuini arcanum sacramenti (quod in se complendum erat) didicisset, uotum uirginitatis conseruandae tam inuiolatum tenuit, ut cum se futuram coniugem sponderet, illud tamen eadem nihilominus, quae coeperat, deuotione, eadem perseuerantia in finem usque custodiendum proponeret. Desponsata ergo erat, & coniunx erat, & uera uirgo erat, & uirginitatis propositum non reliquerat. Confitemur itaque uirginem desponsatam, confitemur uirginem coniugem factam, postea matrem quoque: & uirginem semper uirginitatis propositum inuiolatum tenuisse, & castitatis decus perpetuum regnasse cum pudicitia coniugis & honore parietis. Intuere nunc, & diligenter considera uirginem istam uirgunculam nostram singulariter castam, excellenter speciosam, unice mundam. Sed ego noui oculum tuum, quia lippus est, & quanto diligentius inteditur, tanto iniquius contempletur. Lex, inquit, dixit. Maledicta sit sterilis, quae non parit, & quae non relinquit semen in Israel. Sed hæc peperit, & sterilis non fuit, quae semper benedictionis reliquit in Israel, in quo semper repromissionem omnes gentes benedicuntur cum Israel, omnes qui benedicuntur in Domino Deo Israel. Veruntamen in sapientia audi uim felicem sterilem & incoquinatam, quae non nouit thorum in delicto, quoniam fructum habebit in respectione animarum sanctarum. Rursum in propheta Dominus, continentiae merces quanta apud ipsum reposita sit, ostendit dicens. Non dicat eunuchus es-

Obiectio.
Matt. 1.X
Responsio.

Y

† Hoc non
habet
nostra
uulgata
translatio.

Sap. 3.

Esa. 56.

ce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus eu-
nuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint,
quæ uolui, & tenuerint fœdus meum; dabo eis in
domo mea, & in muris meis locum, & nomen me-
lius a filiis & a filiabus. Nomen sempiternum da-
bo eis, quod non peribit. Quis est ergo iste in con-
tinentia sterilitatem maledicens, continentia puri-
tatem non uidens, & fructum non intelligens? At ta-
men audiamus, quid paret. Maria (ait) maledictio-
nem non effugit, quæ per uirginitatis propositum
sterilitatem incurrit. Amplius autem. Quare nupere
uoluit postquam continentiam uouerat? Duo sunt.

Obiecto
aduers.

Aut propter maledictionem sterilitatis uirginitate
non proponeret, aut propter uotum castitatis uir-
go permanens non nubere. Nunc uero si iniquum
iure dicitur maledictionem potius, quam benedi-
ctionem eligere, quale dicendum est uotum fecisse
integritatis & nubere? Libenter accipio, quod ex tua
pariticia laus uirginis cumulat. Sic uult manife-
stari ueritas, sic uult confutari iniquitas. Videamus
ergo quale sit, in quo notandam putas uirginem sci-
licet (ait) quia in proposito uirginitatis maledictio-
nem sterilitatis incurrit. Quanta ergo est maledictio
sterilitatis? Tanta utique, quanta & benedictio fœ-
cunditatis. Et ipsa itaque benedictio fœcunditatis
quanta est? Primos illos nostri generis pariter cum
benediceret Deus ait. Crescite, & multiplicamini
& replete terram. Ergo benedictionem fœcundita-
tis dedit illis. Multam ergo dedit illis, quando bene-
dictionem fœcunditatis dedit illis, quando dixit Cre-
scite, & multiplicamini, & replete terram. Nonne &
a uibus celi hoc dixit, & bestiis atque iumentis ter-
ræ hoc dixit. Crescite, & multiplicamini, & replete
terram. Peracta namque quinta nascens seculi die
cum produxisset ab aquis Deus piscium, & uolati-
lium genus, subiunxit scriptura, & dixit. Videns De-
us, quod esset bonum, ait. Crescite, & multiplicami-
ni, & replete aquas maris, auesque multiplicentur
super terram. Rursum cum educeret Noe de arca
cum omnibus animantibus terræ in genere suo in
uniuersos suæ benedictionis munus diffundens ite-
rum ait. Crescite, & multiplicamini, & replete ter-
ram. Secundum illam utique misericordiam, qua
saluat homines & iumenta. Aperit manum suam,
& implet omne animal benedictione. Igitur bene-
dictionem fœcunditatis non solum hominibus, sed &
iumentis data est. Quid ergo mali fecit Maria? Male-
dictionem, inquit, sterilitatis elegit potius, quam be-
nedictionem fœcunditatis. Intendite equitatem. Iu-
dex noster uirginem damnat eo quod spreuerit be-
nedictionem iumentorum: & uirginitatem eligens,
benedictionem accepit angelorum. Inflammatus
est (inquit Psalmista) cor meum, & renes mei com-
mutati sunt; & ego ad nihilum redactus sum, & ne-
sciu. Ut iumentum factus sum apud te, & ego sem-
per tecum. Tenuisti manum dexteram meam, &
in uoluntate tua deduxisti me, & cum gloria
suscepisti me. Quid enim mihi est in cælo, &
in terra quid uolui super terram? Igitur propheta
inuento eo, quod sibi in cælo repositum est, quicquid
in terra hæcenus diligebat, in eius comparatione li-
berer delpicit, & superna iam spirituali amore am-

A
Respon.

biens tam diu se per delectationem carnalem iumē-
tum fuisse erubescit. Inflammatum est enim (ait) cor
meum, & renes mei commutati sunt. Hoc est per car-
nis semen in terra multiplicari cur appeteram, cum
mibi in cælo hæreditatem conseruari agnoscam? De-
us cordis mei, & pars mea. Deus in æternum. Hæc
est illa optima pars, quam elegit Maria, quæ non au-
feretur ab ea. Et quia se in honore esse intellexit, nõ
est comparata iumentis insipientibus, nec similis fa-
cta est illis. Voluit ergo aliquid supra conditionem
iumentorum appetere, & idcirco parum iudicabat
uel potius indignum reputabat, honori suo benedi-
ctionem iumentorum anteferre. Quare (inquis) si
melior erat uirginitas fœcunditate, Deus prius fœ-
cunditatem benedicebat, & post modum lex sterili-
tatem maledicebat? Audi Quare. Primum, quando
factus est mundus, per creatorem benedicta est fœ-
cunditas, ut multiplicarentur homines: postea, quã-
do ab uno tantum populo agnitus est Deus, per le-
gem maledicta est sterilitas, ut multiplicarentur fide-
les: postremo, quando instabat tempus, in quo nũc
ab omnibus gentibus Deus colitur, benedicta est uir-
ginitas, ut ad uitam cælibem à carnis opera cuncti
prouocentur: Audi adhuc aliud. Si prima illa bene-
dictione fœcunditatis ad salutem erat, & secunda illa
sterilitatis maledictio ad damnationem, ergo fœcun-
ditas carnis meritum est, & culpa sterilitas. Ergo me-
liores fuerunt illæ mulieres, quæ multos filios pepe-
rerunt, quæ illæ, quæ nullos uel paucos habuisse legun-
tur. Melior erat Cethura quæ Sara. Melior Fenenna quæ
Anna: & cætera multæ, quas scriptura commemo-
rat Deo non in multitudine filiorum, sed per meri-
ta uirtutum placuisse. Sed absit à nobis, ut uel fœcun-
ditatem carnis meritum, uel sterilitatem culpam esse
dicamus. Absit a nobis, ut credamus propterea le-
gem sterilitatem carnis maledixisse, ut eam apud De-
um damnabilem ostenderet, & non potius ut eam
(illo quidem tempore quando successio generis in
multitudine filiorum querebatur) apud hoies infru-
ctuosam, & ob hoc quodammodo inhonoratam
demonstraret. Non ergo culpanda est uirgo Maria,
nec accusanda de contemptu legis, in qua steri-
litas maledicitur: immo sola singulariter lau-
danda, quæ prima legis uerba non carnaliter sa-
sapienda considerans, elegit in terra abiectio plebis
fieri, & opprobrium hominum, ut per munditiam
integritatis in cælo fieret sociæ angelorum. Et pul-
chre prima inter fœminas uirgo Maria pro amore
castitatis maledictum legis in carne sua pro nobis
suscipiens a maledicto legis liberauit. Vnde merito
ei soli datum est, ut filium pareret & uirgo perman-
eret, ut quia prima fœcunditati carnis uirginitate
sponte prætulit, nunc & fœcunda sit carne, & inte-
gra uirginitate. Vides nunc qualis sit accusatio tua?
Superest ergo illud, ut rōnē iā reddam, quare post
uotū uirginitatis Maria uirū hęc consensit. Aut pro-
pterea uirum habere consensit hæc sancta, ut celare
ter propositum eius, approbante & hoc ipsum Ioseph,
& idem proponente: aut si forte huius propo-
siti conscius nõ erat ipse Ioseph (quod fieri potuit) parē-
tibus nuptias imperatibus inobediens esse timuit: &
ob hoc uirum nubere consensit speciali (per Spiritum
sanctum

Psal. 35.
Pla. 144

sanctum, qui eam a principio castitatis amore accē-
derat) fiducia confirmata, & spe, quam in Deum ha-
bebat, non dubia, quod eam diuina misericordia
ita custodiret, ut posset & uoluntati parentum in
matrimonio contrahendo obedientiam exhibere, &
tamen nihil in eodem matrimonio impedimenti,
inuentura eiset, pro quo uotum uirginitatis (quod
pro amore castitatis inieperat) cogere frange-
re. Suscepit ergo coniugium, sed non mutauit uir-
ginitatis propositum. Quia castitatem dilexit, &
obedientiam tenuit, inuenta est in ea & sine detri-
mento uirginitatis conjugalis sanctitas, & sine op-
probrio sterilitatis fœcunda uirginitas. Sic beatus
ille Patriarcha fidei formā, & obedientia exemplum
Abraham in repromissione acceperat, quod in Isaac
benediceretur semen eius, & tamen postea iussus
a Deo eundem, quem unigenitum habebat ex Sara
uxore sua, filium Isaac immolare, sine mora aut
cunctatione paruit, sciens pro certo quod tamen illi
secundum humanam rationem promissioni con-
traria uideretur iussus, secundum illam tamen uir-
tutem, qua Deo possibilia sunt omnia, & cum obe-
dientia iussionis impleri posset promissio. Sicque
factum est, ut deuotio obedientia (qua Deo iuben-
ti parere non distulit) inueniret meritum, & fides,
qua Deo promittenti credidit, promissionis fidelis
consequeretur effectum. Ita etiam hic fieri potuit,
ut beata ista uirgo Deo commendans omne deside-
rium suum tantam in ipso fiduciam habuerit, ut in-
dubitanter crederet, & parentibus se posse debitam
obedientiam exhibere, & uotum castitatis, cuius ip-
se solus conscius erat, quemadmodum uellet eo pa-
trocinante, inuolatum conseruare. Sed siue ita siue
ita factum sit, nos quidem nullatenus ambigere de-
bemus, beatam Mariam certa ac rationabili causa,
post uotum seruandæ uirginitatis, propositumque
continentia coniugij sacramentum suscepisse, &
tamen uirginitatis propositum non mutasse, ueraci-
terque nomen sumpsisse coniugis, & perseueran-
ter uotum tenuisse integritatis.

Psal. 72.

Quod sacrosancta & perpetua uirgo Maria, non de
uiro, sed de Spiritu sancto concepit, quæ & pe-
perit altissimi patris unigenitum, Chri-
stum Deum & hominem. Cap. II.

† Ad te

Hæc igitur propositionis parte probata, qua dictum est, quod Maria in
consensu coniugali, uirginitatis pro-
positum non mutauit: nunc ad expo-
sitionem secundæ partis, qua dictum
est, quod non de uiro, sed de Spiritu sancto sine libi-
dine concepit, sermo necesse est ordinem suum pro-
sequatur. Primæ quidem partis sententia (quia magis
in questione uersabatur) prolixiori disputatione in-
dignit. Hæc autem, quoniam de ea minus dubitatum
est, non tam probationem quam expositionem re-
quirat. Quærendum itaque in primis est, quomodo
intelligi oporteat, quod dictum est. Beatam Mariam
de Spiritu sancto concepit. Scimus nanque, & oēs
iam frequentissimo nature usu didicimus, quod cum
mulier a uiro concepit dicitur, non aliud nisi sub-

Luc. 10.

Psal. 48.

C
Questio.

Respon.

D

E

Psal. 21.

F

stantiam carnis ad generandam carnem per carnis
coitum suscepisse memoratur. Et hæc quidem car-
nis substantia de carne uiri per ipsam carnis coitum
transfusa cum carne mulieris una caro efficitur, ut
id, quod nasciturum est, ex utriusque substantia ue-
raciter originem sumens, ab illo per istam etiam ab
ista generetur: ergo mulier a uiro concipit, cum a
carne uiri per coitum carnis semen suscipit ad ge-
nerandam carnem. Nec aliter concipit quam ille
est a quo concipit, aut ipsa quæ concipit, & quod co-
cipit hoc parit. Quid ergo dicemus? Nunquid Spi-
ritus sanctus de sua substantia semen partus infu-
dit alio uirginis? Quomodo ergo semen carnis mi-
nistrare potuit substantia spiritualis? An forte se-
men carnis non fuit, quod conceptum est, & caro
fuit, quod natum est? Quid dicemus? Quomodo Ma-
ria de Spiritu sancto concepit? Et si de Spiritu san-
cto cōcepit, quomodo Spiritus sanctus pater Chri-
sti non fuit? Hæc omnia magna consideratione in-
digent, ne forte in re difficili & ualde obscura sen-
sus humanus aliquid amplius sua possibilitate præ-
sumat. Nec ideo de his dubitandum est, quia obs-
cura sunt: nec ideo aliquid temere definiendum, quia
credenda sunt. Quæramus ergo quid concepit Ma-
ria. Aut enim carnem non concepit, & carnem non
genuit, aut si carnem genuit, carnem cōcepit. Quod
enim concepit, hoc genuit? Sed quomodo carnem
ministrare potuit non caro, aut non carnem gigne-
re caro? Ista perplexa inquisitio siue quærendi ra-
tio quemadmodum sane & competenter intelligi
ualeat, consideremus. Et primum quidem in ea,
quæ secundum solitam ac usitatam nature opera-
tionem peragitur, conceptione eiusdem nature opus
quomodo compleatur intueamur. In parentibus
carnaliter generantibus, & per carnis coitum nasci-
turam carnem ex carne fabricantibus, utrobique
natura substantiam ministrat partui creando, ut ex
utriusque carne procedat, quæ solum in unius car-
ne formanda est, caro. Tamen hoc uectigal (quod
natura quasi debitam quoddam ex instituto crea-
toris ad fabricam humani corporis absoluendam
impendit) ita prorsus sine ulla necessitate aut co-
actione ab ea requiritur, ut non nisi sola dilectione
& (ut sic dixerim) spontanea charitate ad id tribuendū
inclinetur. Nihil est enim (præter solam dilectionem)
quod hoc debitum a natura extorquere possit: sed
cum spontanea fuerit charitate persuasa, tunc nimi-
rum sibi mutuo ad opus consummandum ex utra-
que parte libenter atque grater occurrit. Sanè
quicquid uolenter nolenti abripitur, ad eiusmodi
causæ effectum incōgruum prorsus atque inefficax
demonstratur. Sola ergo dilectio est, quæ naturam
persuadere, & uolentem quodammodo cogere po-
test ad seminandum partum. Et quidem in mulie-
re amor uiri, in uiro autem amor mulieris id agere
solet, ut quia in altero solum natura sibi sufficiens
non est, uterque alteri per dilectionem subueniat,
ut quod neuter per se potuit, uterque per se cum al-
tero possit. Igitur semen humani partus a sola mu-
liere formandum concipitur, quod simul a uiro &
muliere seminatur. Quod quidem (sicut iam dictū
est) in muliere per amorem uiri, & in uiro per amo-
rem

K
Quare Spi-
ritus san-
ctus nõ di-
catur pa-
ter Chri-
sti, cum
eius ma-
ter de Spi-
ritu san-
cto conce-
pit.

L

Amor pro-
lis unde
originem
habent.

Nrem mulieris natura operatur. Propter quod etiam mulier non nisi a viro concipere dicitur, licet tam de se quam de viro accipiat unde fecundatur: & re de de solo viro concipit, quia id, quod concipitur, in altero quidem de carne niri sumitur, in altero autem per amorem viri monstratur. Nō itaque hoc solum de viro concipit, quod ex se de amore viri accipit. Hoc praemittere uolumus propter id, quod dictum est, Mariam de Spiritu sancto concepisse. Concepit ergo Maria de Spiritu sancto: non quod de substantia Spiritus sancti semē partus acceperit, sed quia per amorem & operationes, Spiritus sancti ex carne uirginis diuino partui natura substantiam ministravit. Nam quia in corde, quo amor Spiritus sancti singulariter ardebat, ideo in carne eius uirtus spiritus sancti mirabilia faciebat. Et cuius dilectio in corde illius nō suscepit socium, eius operatio in carne illius non habebat exemplum. Hoc igitur solum uirgo concepit, quod de sua carne per amorem & operationem Spiritus sancti accepit, de quo etiam solo sine uirilis seminis admixtione filium genuit. Nō ergo libido carnis conceptionem in uirgine operata est, quae nec de carne uiri semen accepit, nec de sua carne per amorem uiri concepit, sed per amorē & operationem Spiritus sancti. Nec ipse Spiritus sanctus idcirco pater Christi dicendus est, quia eius amor conceptionem uirginis operatus est, quia non de sua essentia uirgini semen partus tribuit, sed ipsi de carne propria uirgini per amorem suum atque uirtutem substantiam ministravit. Christus ergo & de uirgine natus est, quia de carne uirginis carnis substantiam accepit. Et de Spiritu sancto conceptus est, quia ipsa eum uirgo ex sola carne sua sine admixtione uirilis seminis per Sancti Spiritus operationem, amoremque concepit. Hinc est, quod eidem uirgini pariturae per angelum dicitur. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi obumbrabit tibi. Spiritus sanctus namque uirgini superuenit, ut per eius operationem caro Christi de carne uirginis formaretur. Et uirtus Altissimi obumbravit ei ne substantiam carnis ministrans carnali concupiscentia ureretur. Et sic quidem nos intelligendum putamus id, quod de Spiritu sancto uirgo concepisse dicitur. Sic etiam posse astrui, quod in concipiendo libidinem non sensisse prohibetur.

Quod sine dolore, & sine uirginitatis detrimento Maria Christum peperit. Cap. III.

Restat nunc nouissimum hoc ex his tribus, quae proposita erant, ut eam etiā sine dolore peperisse, nullumque in pariendo uirginitatis detrimentum sustinuisse demonstremus. Audiui ego aliquando uirginem concepisse, sed non peperisse uirginem, quia talis de uiro cōcepit, quod peperit. Merito namque in partu corrupta est integritas, quia in conceptu uirginitas polluta est, iustumque erat ut non pareretur sine dolore, quod conceptum non erat sine libidine. Nequaquam partus dolore afferret, si conceptus nō sensisset libidinē. Quia si culpa delectationis illicitae concipientem non pollueret,

nunquam poena doloris parietem cruciaret. Prima namque illa nostri gnis & doloris mater, postquam malam delectationem conceperat, tunc demum quod filios in dolore paritura esset, audiebat: ut aperte demonstraretur, quod non idcirco pariat cum dolore, quod a uiro concipit; sed quod cum libidine. Quis enim possit dicere, si homo non peccasset, utrum partus humanus etiam de uiro conceptus aut integritate corrumpere, aut castitatem uiolaret? Et quidem si non uiolaretur castitas, quare integritas corrumpere? dicat qui potest. Beata autem uirgo Maria, ut supra primam conditionem esset secunda restauratio, & naturam generis gratia uinceret Saluatoris, non solum sine libidine concepit, sed neque de semine uiri partum accepit: & ob hoc sine dolore filium edidit, & cum integritatis decore post partum uirgo permansit.

Quaestio, utrum probabile sit matrimonium sine consensu coitus contrahi posse. Cap. IIII.

Quoniam quidem necdum quaestiones sinem acceperunt, cogor quotidie expositionem expositioni superinducere, & ueterem parietem recenti temperatura linire, rudibus namque animis nouo semper errore fathiscentibus nihil satis expositum esse potest, qui dum tenebris suis inuoluti alienam lucem non uident, omne, quod intelligere nequeunt, obscure dici quaeruntur, atque ita defectum suarum mentium in causatione transferunt sermonum. In eo tractatu, quae de beatae Mariae uirginitate dictaui, quaestio in manibus habita est, in qua id potissimum agebatur, an quouis modo demonstrari posset, utrum sine consensu coitus coniugium sanciri ualeret. Cumque nos quod oportuit in huius sententiae definitionem proponeremus; ratio patefacta est, in consensu carnis nequaquam consistere sanctitatem sacramenti coniugalis. Proinde determinantes ea, quae coniugij sanctio ex postulat, signauimus coniugium esse legitimam societatem inter uirum & foeminam, in qua (excepto quoque carnis commercio) ex pari consensu uterque semetipsum det alteri, ut uidelicet & se ille conferuet, ne ad alienam societatem transeat, & se illi non neget, ut ab ea, quae est adiuuicem, societate se non disiungat. Hoc cum sufficere potuisset his, quibus ratio manifesta sufficeret. Ecce iterum qui in matre Domini uerum coniugij sacramentum, uerunque uirginitatis propositum simul profiteri nolunt, propterea quod matrimonium sine assensu coitus carnis ratum non esse autument, nostram definitionem (quae a coniugio carnis necessitatem excludit) hac ratione infirmare contendunt. Si (inquiunt) aliud non est coniugium, nisi talis societas, in qua excepto quoque carnis commercio ex pari consensu uterque semetipsum debet alteri debito conseruandi, & non negandi se ad eam, quae in communi est societate, inseparabilem unionem ac fidem; cur etiam in eodem sexu coniugium rectissime ac sanctissime celebrari non possit, & indiuidua societas laudabili charitate sanciri? Quid

Quid enim impedit, ut uir uirum, & foemina foemina tali sibi pactionis foedere, & societatis amore non astringat? Quod si ridiculum omnino est, & ab humana prorsus ratione seclusum, ut scilicet in eodem sexu coniugij sacramentum celebretur, ubi nihilominus eiusmodi foederatio societatis non prohibetur: restat ut in coniugij pactione ipsam (quae nisi in sexu utroque constituta non est) carnis unionem, quantum ad consensum spectat, necessariam esse profiteamur. Cogunt igitur, ut nos (si assensum coitus in coniugij pactione necessarium omnino non esse uolumus, quemadmodum ista societas, quae in nostra definitione signata est, in eodem sexu sanciri non possit, demonstremus. Ad quod cum id solum sufficere posset, quod diuina institutio hanc ad utrumque sexum foederandum ordinauit: propterea que in eodem sexu (ut si fiat) ita a coniugij sacramento forte aliena, quemadmodum ob id ipsum fiat illicita: & sicut in diuerso etiam sexu inter matrem & filium foret inconcessa, idcirco a sanctitate coniugalis sacramenti esset uacua, quia qui dixit: Relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adheret uxori suae, & erunt duo in carne una, hanc societatem inter matrem & filium inordinatam, & ob hoc non castam esse manifeste docuit, cum in coniugio sanciendo non matrem petendam, sed relinquendam ostendit. Haec igitur ratio cum sola sufficeret ad comprobandum, quod in eodem sexu quamlibet casta & indissolubili charitate astricto coniugij sacramentum esse non possit, debemus tamen (sicut in omni assertionem diuina iustum est) non nostri, qui loquimur, defensionem tantum attendere, quantum eorum, quibus loquimur, edificationem. Reddenda itaque ratio, quare coniugij sacramentum (quod in diuerso sexu nihil ad sanctificationem sui praeter spontaneam perpetuam ac in diuina societatis charitatem exigit) in eodem nihilominus sexu simili, atque eadem foederatione sanciri non possit. Hoc facimus. ita. In coniugiosi quidem duo sunt, sacramentum coniugij, & sacramentum coniugalis officij, hoc est coniugium, & coniugij officium: utrumque sacramentum. Coniugium est in foedere dilectionis. Coniugij officium est in generatione prolis. Igitur amor coniugalis sacramentum est: & sacramentum in coniugibus est commixtio carnis. Sed amor coniugalis sacramentum est illius dilectionis, quae est in spiritu inter Deum & animam. Commixtio carnis in coniugibus sacramentum est illius participationis, quae est in carne inter Christum & Ecclesiam. Quapropter amor coniugalis nequaquam inter pares esse debuit, quia ille, cuius sacramentum erat, inter pares non fuit. Iuncti sunt itaque in unius societatis amore & masculus & foemina, sicut iuncti erant in unius societatis amore Deus & anima. Nunquid iam non uides quod tendat omnis nostrae disputationis assertio? Aspice ista duo collegia charitatis, in terra masculum & foeminam, in caelo Deum & animam, & considera quam rationabili prouidentia cuncta disposita sint. Creauit Deus masculum & foeminam, & de masculo foeminam: & quia de illo facta est, sub illo constituta est. Illi datum est, ut & uiuacitate rationis, & uiribus corporis super excelleret: huic or-

Duo in Sacramento matrimonij maxime attendenda.

Quare coniugium in eodem sexu minime esse possit.

dinatum est, ut non solum obedientia, sed & natura subesset. Voluit ergo Deus, ut in illius fortitudine & prouidentia haec (quasi suae fragilitatis confocia, re quiesceret, & ut in illo huius infirmitas pietatem excitaret, quatenus & uir mulierem quodammodo ex pietate diligeret, & mulier uirum magis ex necessitate amaret. Quod ergo uir mulierem diligit, quodammodo beneficium est, quia pietate uincitur, ne infirmitatem deserat. Quod autem mulier uirum diligit, magis debitum est, quia naturali necessitate compellitur, ut patrocinium requirat, atque ita quodammodo tota dilectionis utilitas ad mulierem refertur, quia in ipsa causa est, pro qua uel ipsa uirum diligit, uel a uiro ipsa diligitur. Patefactum est igitur dilectionis sacramentum. Sacramentum dilectio, & dilectio nis sacramentum dilectio. Nec opus iam est longa expositione, ut ostendatur qualiter in huius sacramenti figura uir imago Dei sit, & foemina rationalis animae typum in se, formamque demonstret. Manifestum est enim, quod sicut uiri amor ad mulierem pietate quadam & compassione naturali inclinatur, uir autem a muliere magis necessitate conditionis diligitur; ita Deus animam rationalem prius gratuita pietate diligit, & eam postmodum ad amorem sui quadam rationabili necessitate, spontaneam tamen & uolentem conuertit. Diligit ille prior gratis nos, ut postmodum diligentes ad diligentem se conuertat nos, fiatque una dilectionis societas, & propter nos, quia nobis necessaria, & propter illum, quia in illo beata. In hac autem iocunda dilectionis conuersatione amor Dei quodammodo caput est, quia ab illo in nos prius dilectio oritur, & ad illum a nobis dilectio conuersa refertur. Simili quoque ratione in coniugali charitate, quae huius dilectionis est sacramentum, amor uiri caput est: quia prior uir mulieri per compassionem pietatis in amore se sociat, ut mulieris dilectio per eruditionem ad uirum conuersa, & per spontaneam benignitatem suscepta in societate charitatis unum fiat. Propterea dicit Apostolus. Caput mulieris uir, caput uiri Christi, caput Christi Quis est. Nam quod est in Sacramento coniugij castus sanctus amor uiri ad foeminam, hoc est in Sacramento fidei amor Christi ad Ecclesiam, hocque est in incarnatione uerbi amor Dei ad humanam naturam, Propter hoc in Cantico amoris, cum illa aeterna charitas & amor ineffabilis siue Dei ad animam, siue Christi ad Ecclesiam, non qualis fuit, sed qualiter potuit, uerbis promi debuisset, nihil in rebus uisibilibus, aut in humanis affectibus similibus inueniri poterat, quam amor sponsi & sponsae: aut non aliunde quam per suum sacramentum inuisibilis illa & spiritalis dilectio ostenderetur, ut dum id, quod humanus affectus nouerat, auditus per uerbum acciperet, id, quod non nouerat cor interius, per amorem gustaret. Nam ipsam ibidem mutuae charitatis uicissitudinem (qua una nni sociata, nec dissidium in suo suscipit, nec consortium in alieno admittit) sponsa significare uolebat, cum diceret: Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec asperet dies, & inclinentur umbrae. Et rursum. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Sponsus quoque ipse uniti amoris prerogatiuam commendans.

Sexaginta, inquit, sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea. Vna est mater sua, electa genitrici suæ. Propter sacramentum ergo dilectionis æternæ Deus coniugium sancire uoluit: propter utilitatem propagationis humanæ sexum creauit: & tamen amor coniugalis non propter sexum dissimilem sacramentum est, sed propter naturam differentem. Non enim sexus, sed natura dispares in alterutrum charitatem amori tribuit: & tamen sexus inæqualitatem naturæ discernit. Casta enim dilectio non ex tali sexu taliter afficitur, sed in tali sexu ex tali natura. Propterea quod extra talem sexum taliter affici non potest, quia extra talem sexum non inuenitur talis natura. Sufficiat hoc eis, qui quærunt quomodo amor coniugalis (cui carnis commercium excipitur) in eodem quoque sexu utrobique non simili ueritate sâciatur.

MISCELLANEORVM

liber primus. Quæ miscellanea dicuntur, quod mixtim & confuse procedunt. Ea enim alij ab ipso Hugone collecta censent, ut eis ubi cōmodum uiderit, ad institutum suum applicet: Alij non ab Hugone, sed ex operibus Hugonis, ut sententiarum flosculos excerpta existimant, eo quod plurimæ eius scriptis inserta deprehenderunt: quæ si impressa inuenero titulum dumtaxat, & locum signauero. Eorum autem, quæ hoc uolumine continebuntur, hi sunt tituli.

De eo quod scriptum est, Spiritualis diiudicat omnia: & de iudicio ueri & boni. Titulus I.
De cibo Emmanuelis, de quod scriptum est, Butyrum & mel comedet &c. Ti. II.
Apologus probans omne cor pronum esse ad commendationem sui & suorum. Ti. ij.
Destulto, qui ut luna mouetur: & de iusto, qui uir unus est. Ti. iij.
Quod in sensu bonum hominis non est. Tit. v.
De triplici pace. Tit. vi.
De dignitate, & libertate rōnalis creature. Tit. vij.
De triplici exercitatione: & quibus actiua & contemplatiua uita figurantur nominibus. Ti. viij.
Quod elementum duobus modis dicitur. Titulus ix.
De trinitate uniuersitatis. Ti. X.
Quod in originali peccato uitia tria, inobediendiæ duæ, & peccatum unum fuerunt. Ti. xi.
Quod Christus, & Sapientia a diuersis uarijs quærentur modis. Ti. xij.
Quod Deus in scriptura homini foris loquitur per præceptiones, prohibitiones, promissiones, & minationes. Tit. xij.
Quod Deus cum homine sit modis quatuor. Ti. xij.
De progressionibus cognitionis. Tit. xv.

Quod animus quatuor modis agenda tractat. Ti. xvi.
De dissimili operatione Dei. Ti. xvij.
De fide: quid sit, & quæ ad eam spectent. Tit. xvij.
De charitate, fide, & spe. Ti. xix.
De quatuor debitoribus. Ti. xx.
De impedimento cognitionis. Ti. xxi.
De tribus motibus in homine. Ti. xxij.
De instrumentis cognitionis. Ti. xxij.
De sensu hominis carnali, & pirituali. Ti. xxij.
De diuinis luminibus. Tit. xxv.
De conceptu, & partu sapientie. Tit. xxvi.
De triplici genere aspirationum. Tit. xxvij.
De quinque iugis. Tit. xxvij.
Quod ex Deo nihil inordinatum esse potest. Ti. xxix.
Quod Deus non transmutatur. Tit. xxx.
De mysterio in forma cali & terræ. Tit. xxxi.
De serie temporum, & amadorum rōne. Tit. xxxij.
De fructu, & desiderio iustitiæ. Tit. xxxij.
De sacramento corporis Christi. Tit. xxxij.
De gloria, & pœna corporis humani. Tit. xxxv.
Quod Moyses fuit typus Christi inter Deum & homines futuri mediatoris. Tit. xxxvi.
Quod creatura non potest bene esse sine creatore. Tit. xxxvij.
De diuisione per iniquitatem, & unione per charitatem. Tit. xxxvij.
De triplici operatione philosophiæ. Tit. xxxix.
De triplici eruditione, & duplici operatione spiritus Tit. xl.
Quod prius pusillanimes fouendi sunt per consolationem ut resurgant: postea terrore per increpationem confirmandi ne recidant. Tit. xli.
Quod pro temporali abundantia non debet frangi fraternitatis concordia. xlij.
Quod uirtus, & ueritas simul esse uolunt. Tit. xlij.
De triplici amore, & superedificatione. Tit. xlij.
De carne iumento, & spiritu seiore. Tit. xlv.
De occultis, & manifestis hominis, & hoī. Tit. xlv.
De uita & morte, gaudio & dolore duplicibus. Tit. xlvij.
De duabus ciuitatibus, & duobus populis, & regionibus. Tit. xlvij.
De officio, & potestate prelatorum. Tit. xlix.
De tribus crucibus. Tit. l.
De duplici oleo scilicet Dei & mundi. Tit. li.
De falsitate consolationis mundanæ. Tit. lij.
De quadruplici recordatione præteritorum malorum. Tit. lij.
Vitium unde originem trahat. Tit. lij.
De uarijs uis hominis. Tit. lv.
De duabus uis in euangelio. Tit. lvi.
De uirtutis & iustitiæ differentia. Tit. lvij.
De actiua & passiuâ iustitiâ. Tit. lvij.
De lectulo, & ferculo Salomonis. Tit. lix.
De eisdem. Tit. lx. & lxi.
De quatuor modis, quibus notitia Dei manifestatur homini, seu de natura, gratia, & Deo Tit. lxij.
De superbia, & humilitate. Tit. lxij.
De triplici contemplatione, & eruditione. Tit. lxij.
De tribus gradibus fidei. Tit. lxv.
Quod charitas nunquam excidit. Tit. lxvi.
Quare

Quare conscientia hominum uelata sint. Tit. lxvij.
De seruitute, & timore Dei. Tit. lxvij.
Quod animus bonus sit hortus uoluptatis. Tit. lxix.
De conformitate Christi induenda. Tit. lxx.
De cognitione ueri quod sit naturalis. Tit. lxxi.
Cur filius Dei rogat patrem. Tit. lxxij.
De magna peccatoris respiratione: & dubiorum circa conscientiam decisione. Tit. lxxij.
Quod sacra scriptura sit cathedra. Tit. lxxij.
Quomodo sapientia uicit malitiam. Tit. lxxv.
De quinque statibus humanis. Tit. lxxvi.
De sex modis operandi. Tit. lxxvij.
De fuga a uitijs, & eorum occasionibus. Tit. lxxv.
Quod non solum corde tenenda, sed & ore confitenda sit fides Christiana: ad archiepiscopum Hispalensem, qui eam ore negauerat. Tit. lxxix.
Cum esset Iesus annorum duodecim: & quomodo uerbum caro factum præstat nobis remedium, & exemplum De Hierusalem, quæ descendit de celo: & de confessione, & ueritate, quæ de terra oriuntur, & quomodo profunt. Tit. lxxx.
De nuptijs in Galilea, & hydrijs. Tit. lxxx.
De Theophania multiplici: & in quibus sit præcipua diuina apparitio. Tit. lxxxij.
De tribus uoluntatibus in Christo. Tit. lxxxij.
Quod Christus se hominibus in humanitate exhibuit, qui ab eis in diuinitate comprehendi non potuit. Tit. lxxxij.
Quomodo Christus dixit pater meus &c. Tit. lxxxv.
Quare idem Deus & homo. Tit. lxxxvi.
Mysterium de purificatione Mariæ. Tit. lxxxvij.
De Dei, mulieris, & diaboli, de morte incurrenda asseruione. Tit. lxxxvij.
De penitentia Dei, & amore eius in creaturas uario. Ti. lxxxix.
Exi de terra, & de cognatione tua: Sermo ad fratres Ti. xc.
De duplici uita animæ. Ti. xci.
De conscientia, & fama. Ti. xcij.
De duplici ueritate. Ti. xcij.
De tribus locis filiorum Israel, Aegypto, deserto, & terra promissionis. Tit. xcij.
De duobus discipulis currentibus ad monumentum Domini, responsio Epistolæ. Tit. xcvi.
De iisdem altera Epistola. Tit. xcvi.
De Petri & Ioannis dilectione, utra fuerit maior, epistola tertia. Tit. xcviij.
De gratitudine beneficiorum Dei: & de iudicio de se & proximo faciendo. Tit. xcviij.
De apparitione Christi duobus discipulis euntibus in castellum, quod dicitur Emaus. Tit. xcix.
De Christo oue, & pastore bono. Ti. c.
De eo quod scriptum est, Nisi ego abiero, paraclitus non ueniet. Ti. ci.
De spiritu Dei, & spiritu mundi, per quem consummata sunt omnia. Ti. cij.
De sacramento, & resacramenti penitentia. Ti. cij.
De uirtute penitentia. Ti. cij.
De tribus, quæ sunt in penitentia. Ti. cv.
De sapientia in faciendo bono: & de patientia in tollerando malo. Ti. cvi.
xliij.

Quomodo se debeat quisque Deo in cibum preparare. Ti. cvij.
De fuga Eliæ a facie Iezabel. Ti. cvij.
De duobus nuntijs ad nos missis. Ti. cix.
De deserto, quod est cor hominis, de uirgula fumi, & de pigmentario, ac aromatibus. Tit. cx.
De tribus festis, uidelicet uirginum, confessorum, & martyrum, & de bono confessionis. Ti. cxij.
De festis sanctorum recolendis. Ti. cxij.
Quod finis legis Christus est: & de bono finis. Ti. cxij.
De duplici quiete, & inquietudine. Ti. cxij.
De eo, Fauus distillans labia mea. Ti. cxv.
De duplici gloria ueri Salomonis Christi a patre & a matre. Ti. cxvi.
Quod generalis prædicatio Deum deceat, & particulares homines: atque ita quomodo Deus ubique est, & de argutis dialecticis. Ti. cxvij.
Quomodo debitores non sumus carni. Ti. cxvij.
De duplici, & itē triplici cōtēplatione Dei. Ti. cxix.
Quod omnia hominem excruciant, & exercent in hac uita. Ti. cxix.
Quod uerbum Dei solum bonum est anima. Tit. cxix.
Quod scientia, & cura dupliciter attribuuntur Deo. Ti. cxix.
De duabus partibus concupiscentiæ mundanæ. cxxiij.
De tribus gradibus abstinentiæ. cxxiij.
Quod multi sola curiositate ueritatem quærunt. Tit. cxv.
De duplici superbia. Ti. cxxi.
De duplici humilitate. Ti. cxxiij.
Quid uere sit homo. Ti. cxxiij.
De tribus spiritibus. Ti. cxxiij.
De dilectore & dilecto duplici. cxxx.
Veni ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. cxxxi.
De mortis duabus portis. Ti. cxxxij.
Quomodo malus homo uiuat: & quod esse bonum, et in eo perseuerare non sit ab homine. Ti. cxxxij.
De duplici fine, & medio. Ti. cxxxij.
De duplici iudicio superbiorum. Ti. cxxxv.
Societatem uitæ præsentis instabilem esse, & separationem tristem. Tit. cxxxi.
De laude compassionis. Ti. cxxxvij.
Quare bestia hic crucientur, quæ culpam non habent. Ti. cxxxvij.
Quomodo homo a Deo & a se recessit, & quomodo rediit. Ti. cxxxix.
Quod homo se & sua male diligit. cxl.
De itinere trium dierum, & trium noctium: & de accessu ad Deum, & de recessu ab eodem. Ti. xl.
Quomodo Deus & cibus dicitur per cognitionem, et potus per dilectionem. Tit. cxlij.
De trina refectione animæ. Ti. cxlij.
Quæ Dei sunt, incomparabilia esse. cxlv.
Quod & sua & aliena ordinat Deus. cxlv.
Quod septem modis Deus hoīes suscepit. Ti. cxlvi.
De exercitationibus, & profectibus hoīm. Ti. cxlvij.
De triplici fructu lectionis. Ti. cxlvij.
De duplici fructu ieiunij, laboris, & orationis. Titulus. cxlix.
Quare damnentur, qui non peccauerunt. Tit. cl.
Quomodo

Eruditionis Theologicae.

Quomodo sapientia vincat malitiam. *Ti. cli.*
 De dispensatione. *Ti. clij.*
 Quod De^o pri^o tale esse dat: et postea æternū. *Ti. cliij.*
 Quod scriptura aliquando ostendit, & aliquando tribuit mores bonos, & uirtutem. *Ti. cliiij.*
 De duplici perfectione charitatis. *clv.*
 De terrore, & blandimento Dei. *clvi.*
 Quid significet quod scriptum est, Melior est iniquitas viri quam mulier benefaciens. *Ti. clviij.*
 De filij Dei generatione æterna. *clviij.*
 De tribus, quæ sunt in sermone Dei. *Ti. clix.*
 De duplici cibo & potu scripturarum. *Ti. clx.*
 De duplici sensu animæ, de intelligentia & sapientia. *Ti. clxi.*
 De duplici pmissione et prohibitione diuina. *Ti. clxij.*
 Quod Deus tribus modis cor emolliat. *Ti. clxij.*
 De libertate & seruitute charitatis. *Ti. clxiiij.*
 De illo Pauli. Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. *Ti. clxv.*
 De essentia & forma animæ. *Ti. clxvi.*
 De triplici acceptione naturæ. *clxviij.*
 De eo quod scriptum est: Pater non iudicat quæquam, sed omne iudicium dedit filio. *Ti. clxviij.*
 De hoc. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittit. *deb. no.*
 Quod amor Dei sit uita cordis. *Ti. clxx.*
 Duobus modis humilitatem impugnari. *Ti. clxxi.*
 De naturis ignis, & speciebus. *clxxij.*
 De ratione & sensualitate animæ. *Ti. clxxiiij.*
 Descriptiones Temporis, et liberi arbitrij. *Ti. clxxiiij.*
 Quod is solus laudabiliter in alio peccatum ulciscitur, qui ad cõsēsū peccati nõ inclinatur. *Ti. clxxv.*
 Cernine naturæ descriptio mystica. *Ti. clxxvi.*
 De quadruplici sanorum & ægrotorum differentia. *Ti. clxxviij.*
 De hoc quod scriptum est: Sequuntur agnum quocumque ierit. *Ti. clxxviij.*
 De triplici compassione. *Ti. clxxix.*
 Mysterium de numero procedentium ad pugnam cõgedeone. *Ti. clxxx.*
 Quid est quod quieuit terra quadraginta annis post peccatum Gedeonis. *Ti. clxxxij.*
 Quod propter præscientiam et prædestinationem Dei clament quotiæ peruersi. *Ti. clxxxij.*
 De sapientia Dei & hominis & quod sapientia sit duplex, superior & inferior. *Ti. clxxxiiij.*
 De obedientia quibus sit præstanda. *Ti. clxxxiiij.*
 De bono summo & non summo, & de multiplici malo delicto & peccato. *Ti. clxxxv.*
 De duobus denarijs. *Ti. clxxxvi.*
 De eo, qui bonum vel malum malefacit, & postea penitentiam agit. *clxxxviij.*
 De naturæ hominis comprobatione. *Ti. clxxxviij.*
 De egressu & regressu sapientiæ. *clxxxix.*
 Cur Deus dictus pater luminum. *Ti. cxc.*
 Quomodo sapientia parturiebatur. *Ti. cxci.*
 De quatuor timoribus. *Ti. cxciij.*
 De tribus generibus hominum circa conflictum cum uitijs. *Ti. cxciij.*
 De tribus tyrannis. *Ti. cxciij.*
 De corde, delectatione, & cogitationibus. *Ti. cxcv.*

De sapientia Dei & mundi. *Ti. cxvii.*
 De trina refectione animæ. *cxviiij.*
 De contemptu mundi inducendo. *Ti. cxviiij.*
 De resolutione quatuor questionum per Ranulphum de Mauriaco propositarum. *Ti. cxciij.*

De eo quod spiritualis iudicat omnia, & de iudicio veri & boni. Titulus. I.



Spiritualis iudicat omnia. Spiritus spirituales facit. Ipse spiritus ipsa est unctio, quæ cum mentem tetigerit de omnibus docet. Ipsa una est, & docet de omnibus. Nec mirum si omnia docet quæ omnia continet. Vna est sapientia, & in ipsa omnia sunt, & omnia in ipsa non aliud sunt, quam ipsa. Ibi unum omnia, & oia unum sunt. Neque idcirco nõ unum sunt, quia omnia sunt: neque ideo nõ oia sunt, quia unum sunt. Pariter magnitudo & simplicitas, unitas & uniuersitas. Vnum bonum est, & in illo bono omne bonum est. Si videre cupis, lumen est & species Lumē est quoniam per ipsum uidet. Species, quoniam ipsum uidet. Et quid est uidere ipsū? Quæsiuit ille, ut uidere mereretur dicens. Si inueni gratiam ante te, ostende mihi te ipsum. Et ait. Ego ostendam tibi omne bonum. Videte, ipsum uidere petijt, & ille omne bonum se ostensurum promisit. Quasi aliud offerre uidetur quā fuerat rogatus, sed non aliud est, sed ipsum idem. Omne bonum ipse est & ipsum uidere, omne bonum uidere est. Qualis ergo putas est species ista, in qua omnis pulchritudo uidetur? Multum tibi confert lumen hoc corporale quando per ipsum uidet, non tñ totum cõfert: quia & aliud uidet & totum in ipso non uidet, quoniam aliud uidet, quod lumen non est ipsum, quamuis & hoc uideas per lumen. Quoniam autem per hoc lumen uidet, totum per ipsum uidet, & totum in ipso uidet, & totum quod in ipso uidet, ipsum est quod uidet. Tale lumen est spirituale, quod cum se illuminandis præstat, qui ipsum uident, totum uident. Et hoc ipsum bonum, quod spiritualibus oculis lumē est & species, spiritualibus auribus canticū est. Quæ runt oculi gaudium suum, uenit bonum hoc, & dicit lumen suum. Quærūt aures gaudium suum, uenit bonum hoc, & dicit canticum suum. Auditum fuit canticum quoddam nouum: ut & suauitas & nouitas iocunditatem auget. Suauitas ad delectationem, nouitas ad admirationē. Et infusū est auribus gaudiū suū, & dicit bonū hoc, quærite me, hoc sū ego. Clamāt fauces, & dicit sapor sū. Nares, & dicit odor sū. Tactus, & rñdet suauitas sū. Ego totū sum, & totū qđ sum, bonū sum: & qui me habet, totū habet. Non poterat corporea naturā spūalē perfectionē æmula ri, ut in uno oia contineret. Propterea multa corpora fieri necesse erat, ut quod non poterant per se singula, simul facerēt uniuersa. Si albū solū factū esset, nigrū nõ esset. Non poterat autem corpus unum albu simul & nigrū esse, Et quæcūq; cõtraria erant, in uno solo esse nõ poterat. Itaq; si unū qđcūq; solū factū esset, oē, qđ est pter unū nõ eēt. Ratio aut cõtrariorū cõtraria nõ est: & idcirco spūs in eo qđ rōnē oim continet, oia p rōnē cõtinet, & cum sit unus & simplex

A
1. Cor. 2
Quomodo sapientia oia docet.
B
Exod: 33
C
Visus.
D
Auditus
E
Sensus Reliqui.

simplex natura, multiplex est tamen sapientia, sicut stabilis ueritate, & mobilis subtilitate. Hic ergo spiritus, quando se per gratiam cordi infundit, sicut in ipso omnium ueritas continetur, ita per ipsum quomodo uult & quantum uult omnium cognitio ministratur, & incipiunt quodammodo omnia esse in illo, qui accipit, sicut omnia sunt in illo, qui dedit. Qui enim uidet oculo contemplationis, uidet Deum, & ea quæ in Deo sunt. Qui uidet oculo rationis, uidet animum, & ea quæ in animo sunt. Qui uidet oculo carnis, uidet mundum & ea quæ in mundo sunt. Qui autem uidet ea quæ uidentur oculo contemplationis, uidet & ea quæ uidentur oculo rationis, & ea quæ uidentur oculo carnis, quia in superioribus inferiora cognoscuntur. Qui autem uidet oculo rationis, ea quidem, quæ uidentur oculo carnis, uidet, sed non similiter ea, quæ uidentur oculo contemplationis, uidet. Qui uero oculo carnis uidet, ex eo nec ea uidet, quæ uidentur oculo contemplationis, nec ea, quæ uidentur oculo rationis. Propterea igitur spiritualis diiudicat omnia, quia sicut per oculum cõtemplationis ea uidet, quæ in Deo sūt, ita per oculum rationis cõtemplatione illuminatum ea uidet, quæ in animo sunt, & per ea & in eis ea quoque, quæ in mundo sunt. Qui ergo omnia uidet, de omnibus iudicare potest, quia nihil ab eius iudicio subtrahitur, a cuius cognitione nihil occultatur. Sic itaque spiritualis diiudicat omnia. Quid est omnia? Omnem ueritatem, sapientiam. Omnem bonitatem, experientiam. Per sapientiam iudicat omnem ueritatem. Per experientiam iudicat omnem bonitatem. Duo sunt, uerum & bonum, & in his duobus constat omne bonum. Sicut lumen istud corporeum duo in se habet, splendorem & ardorem: & per splendorem quidem illuminare, per ardorem autem accendere vel calefacere habet: sic summum bonum mentem, quam replet, & ad cognitionem ueritatis illuminat, & ad amorem bonitatis inflamat. Vtrunq; ministrat spiritus unus cognitionem scilicet, & dilectionem. Cognitione præstat iudicium ueritatis, dilectio præstat iudicium bonitatis. In utroq; errant homines. Quidam errant in iudicio ueritatis excæcati per ignorantiam, quidam errant in iudicio bonitatis excæcati per malitiam. Qui est malitia? uoluntas mala. In uoluntate mala dilectio mala. Sicut. n. bona dilectio mentē illuminat, sic dilectio mala mentem excæcat. Omni hōi bonum uideretur, qđ diligit. Scriptura dicit Væ ijs, qui dicunt bonū malum, & malū bonū. Malū bonū dicunt, qui malū diligunt, & rursum bonū malū dicunt, qui bonū odiūt. Quid est diligere? Approbare. Qui approbat laudat, & bonum putat quod probat. Quid est odire? Improbare & malum putare, hoc est iudicium falsum, in quo & malum bonum, & bonum malum dicitur. Alius dicit bonum est, alius dicit malum est, & contendunt homines erroribus suis excæcati, quia spiritum non habent, per quem de omni uero & omni bono iudicare debuerunt. Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorū. Ideo litigant homines contententes iudicio, &

non possunt recte iudicare de bono, quia neque bonum in ueritate, neque uerum in bonitate cognouerunt. Et quia uere non cognoscunt quid sit bonum, non possunt recte iudicare de bono. Omnis enim qui aliquid iudicat, secundum aliquid iudicat. Alioquin nihil iudicatur, nisi aliud sit certū & notum, cuius comparatione siue collatione ipsum, quod dubium quod, discernatur. Et ipsum quidem, secundum quod aliud iudicatur, quāsi regula est, cui illud, quod ex eius comparatione iudicandum est, quodammodo confertur & coaptatur. Omne autem, quod secundum rectum iudicatur, recto iudicio iudicatur, quoniam cum illo aut conuenire inuenitur & rectum esse, aut discrepare ab illo & esse distortum. Quod autem iudicatur secundum id, quod distortum est, statim ipsum non recto iudicio iudicari necesse est, quia sicut quod discordat a torto, semper rectum inuenitur, quod concordat, tortum esse non dubitatur. Itaque in sola rectitudine certum iudicium est, quia quod conuenit cum illa, semper rectum esse necesse est: & quod discordat ab illa: nunquam rectum esse potest. Si ergo rectitudo regula est omnis iudicij, secundum illam utique rectitudinem rectissime omnia iudicantur, a qua & per quam, quæ recta sunt, omnia & formantur ut recta sint, & probantur si sunt. Quæ est autem summa rectitudo, nisi summa ueritas, & summa bonitas? Summa ueritas regula omnis ueritatis. Summa bonitas regula omnis bonitatis. Omne igitur bonum iudicatur secundum summum bonum. Quale bonum ipsum est, & quantum bonū est. Est autem quoddam summum bonum uere summum, & uere bonum, & oia, quæ ad ipsum bona sunt, uera bona sunt. Est itē quoddam summū bonum, nec uere summum, nec uere bonū: & ideo oia, quæ ad ipsum bona sunt, non uera bona sunt, oia tñ bona, tantum bona sunt, quantum ad summum bonum bona sunt. Quod uere summum bonum est, uniuersaliter summum est. Quod autē nõ uere summū bonum est, non uniuersaliter, sed in suo genere tñ summum bonum est. Sunt itaque duo quædam summa bona: aliud uere summū, & uere bonum: aliud in suo genere summum, & in suo tñ genere bonum. Sed quid dicemus? Nonne summum bonum Deus est? Si ergo duo summa bona sunt, duo utiq; dii sunt. Et fortasse quod ait Apostolus. Siquidē dii multi sūt, & domini multi, hoc ipsum significare uoluit: quia illic quisq; secundum aliquē modū non inconueniēter Deus dicit, ubi in sui generis bono summum inuenitur. Nobis autē (ait) unus Deus est. Quid est nobis? Tendētib; ad summū bonū. Ad summum. n. bonum tendētib; vnus est. Ad uerum bonum tendētib; uerus est. Inferioribus positus, quibus ad uerum bonū puenire non datur, alia quædam summa bona sunt, quæ uere summa non sunt, & ideo uera nõ sunt, summa tñ in suo gradu & ordine cõstituta. Et quod cuiq; summum est, hoc illi Deus est. Ecce (inquit) Deum Pharaonis constitui te. Ecce duo dii, immo tres. Moyses in Ægypto, hō in mūdo, Creator in cælo. Et habet vnusquisq; Pharaonē suū. Quid est Pharaonem? Negatorem & contradictorem. Pharaonem. M. Hug a S. Vic. To. iij. H rao in-

Isa. 5.
k
Ecl. 3.

N
1. Cor. in 8.
Ibidem.
Exo. 7.

Exo. 5. **1. Io. 2.** **rao** interpretatur negans eum idest Deum. Dominum (inquit) non cognoui, & Israel non dimittam. In hoc negas eum dicitur. Quid est negare Deum? Summum bonum negare. Deus enim summum bonum est. Qui negat (inquit Apostolus) Christum in carne venisse, hic est antichristus, hoc est contrarius Christo. Si ergo qui negat Christum, antichristus est: igitur qui aduersatur, & contrarius est summo bono, hic negat summum bonum, & est Pharaon idest negans eum. Quid est contrarium uero bono, nisi uerum malum? Et non uero bono, nisi non uerum malum? Ecce ergo constituamus tres Pharaones contra tres deos. Moy si aduersatur tyrannus Aegitius, homini mundus. Deo diabolus. Primus crudelitate, secundum aduersitate, tertius iniquitate. Primus scitiam, secundus pœnam, tertius malitiam opponit. Inferiorem uitam in anima extinguere conatur iniquitas, exteriorem uitam in corpore extinguere conatur mortalitas. Moy si uitam conatur extinguere Pharaonis crudelitas. In his omnibus contradictiones sunt. Sunt igitur duo summa bona utrunque in suo ordine. In spiritualibus bonis Deus summum bonum est, quoniam & ipse spirituale bonum est. In corporalibus bonis homo summum bonum est, in quantum ipse corpus est, & supra corporalia omnia conditus est, & omnia corporalia, q̄ facta sunt, propter ipsum facta sunt. Sicut ergo spiritualia bona omnia ad illud bonum referuntur, quod in suo genere summum est: ita quoque corporalia bona omnia ad illud referuntur bonum, quod inter corporalia omnia supremum collocatum est. Sed in spiritualibus bonis summum bonum Deus est: in corporalibus bonis summum bonum homo est. Itaque corporalia bona ad hominem referuntur, quasi ad summum suum: spiritualia bona, quas in cognitione ueritatis, & amore bonitatis consiliunt, ad Deum referuntur, uelut ad summum suum. Corporalia bona ad hominem bona sunt, quia, hominis bona sunt. Spiritualia bona ad Deum bona sunt, non quia Dei bona sunt, sed quia ex Deo bona sunt. Ista ab homine bona non sunt, sed homini bona sunt. Illa a Deo bona sunt. Quicquid enim extra ipsum bonum est, ab ipso quidem bonum est, sed ipsi bonum non est, qui solus ipse bonum suum est. Omne tamen bonum ideo bonum est, quia ad summum suum bonum, bonum est: & intantum bonum est, in quantum ad ipsum bonum bonum est. Per summum igitur bonum reliqua omnia diiudica, & ipsum quasi regulam iustitię in iudicio uniuersorum constitue. Quod est bonum? Quod bonum est ad summum bonum? Quid est uere bonum? quod bonum est ad uerum bonum. Quid est bonum esse ad illud? prodesse ad illud. Quod conuertit, & ducit, ad illud: & si non ducit, con ducit tamen. Si prodest ad illud, ducit. Si prodest illi, con ducit. Spiritualia bona ad summum suum ducunt, quia profunt ad illud. Corporalia bona ad summum suum con ducunt, quia profunt illi.

R Quid est malum? quod malum est ad summum bonum. Quid est uerum malum? quod malum est ad uerum bonum. Quid est malum esse ad bonum?

nocere illi, vel nocere ad illud. Quid est nocere ad illud? facere ut illud amittat, uel facere ut non obtineat. Ergo corporalia bona omnia & mala ideo bona sunt uel mala, quia bono, qd summum est ad illa, profunt uel nocent. Spiritualia autem bona omnia & mala, ideo bona uel mala sunt, quia ad bonum, quod summum est ad illa profunt uel nocent, & tantum utraque bona sunt uel mala, quantum profunt uel nocent siue illi siue ad illud. Quæcunque autem corporalia bona dicuntur, secundum quod bona sunt homini, bona dicuntur. Quæcunque autem corporaliter bona sunt homini, secundum quinque sensuum perceptionem bona sunt, per quos uidelicet sensus & animæ commercium est ad mundum, & mundo ad animam. Omnes formę rerum, & figuræ, & colores, & species secundum uisum bona dicuntur, quia uisum fouent, & secundum uisum placent homini: & quæ magis uisum delectant, magis bona dicuntur, sicut illa, quæ cruciant, mala: & quæ magis delectant uel cruciant, magis bona uel mala. Ad hunc modum in odoribus quoque quæ amplius olfactum delectant, magis bona dicuntur: quæ dolore afficiunt & cruciant, mala nominantur. Similiter in gustu & tactu inuenitur. Sic ergo quæcunque corporaliter bona dicuntur propter corpus hominis bona dicuntur, propter quod facta sunt, ut illi bona essent omnia. Si ergo corporalia bona omnia ad corpus hominis referuntur, quanta putanda est excellentia animæ rationalis, quæ inestimabili dignitate ipso corpore superior inuenitur? Quatuor itaque genera boni distinguuntur, uera bona, & uera mala, non uera bona, & non uera mala. Vera mala homo facit, non uera mala homo patitur. Vera mala sunt in culpa, non uera mala sunt in pœna. Scriptum est, si est malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit. Quod ad culpam homini est, homo facit: quod ad pœnam est homini, Deus facit. Ergo homo culpam facit, Deus pœnam. Culpa uerum malum est, pœna non uerum malum. Vide dispares factores. Deus facit uerum bonum, homo non uerum bonum. Rursus homo uerum malum facit, Deus non uerum malum. Sicut nullum malum est intus ad culpam, quod homo non facit: ita nullum malum est foris ad pœnam, quod Deus non facit: sed homo cum malum facit, sibi facit, & ideo malefacit. Deus cum malum facit non sibi facit, sed homini malefacienti, & ideo non malefacit. Homo intus stulte loquitur peccando, Deus foris stulto respondet secundum stultitiam eius peccatum puniendo. Sunt ergo quatuor, uerum bonum, & uerum malum, & non uerum bonum, & non uerum malum: & omnia hæc comparatione summi boni iudicantur utrum bona sint an mala: & si sunt, quanta sint. Tria uero sunt genera boni. Est quoddam bonum, quod in se est bonum, & non ad aliquid. Est item quoddam, quod non in se est bonum, sed aliquid. Et est rursus aliud, quod & in se est bonum, & ad aliquid. Primum est infimum bonum, secundum medium, tertium

Amos. 3
Quo intel-
legendum
Deum ma-
lu facere.

V
Tria gene-
ra boni.

tertium summum. Sicut enim optimum est, quod & in se & ad aliud bonum est: sic & infimum est, quod in se tantum bonum est: quia illo melius est hoc, quod licet in se bonum non sit, ad aliud tamen bonum est. Quia enim ex eo maius bonum est, ipsum esse melius est, quia melius est, quod ex ipso est. Aliquando autem ex uero bono uerum bonum nascitur, sicut quando ex una uirtute alia uirtus procreatur. Aliquando ex uero bono uerum malum oritur, sicut quando animus ex uirtute per superbiam inflatur. Rursus ex uero malo uerum malum nascitur, quando ex uno uicio aliud procreatur. Item ex uero malo uerum bonum oritur, sicut quando ex culpa humilitas oritur. Duo fuerunt pharisæus & publicanus: unus iustus, alter peccator. Ex iustitia Pharisæi orta est elatio. Ex iniustitia Publicani humiliatio. Illic ex uero bono uerum malum, hic ex uero malo uerum bonum. Item ex non uero bono non uerum bonum nascitur, sicut quando ex fomento corporis sanitas corporalis comparatur. Rursus ex non uero bono non uerum malum nascitur, sicut quando ex dulcedine cibi faucibus irritatis per immoderatam edacitatem stomachus oneratur. Ex non uero malo non uerum malum nascitur, sicut quando ex pœna corporis infirmitas corporalis generatur. Item ex non uero malo non uerum bonum oritur, sicut quando ex pœna corporis sanitas corporalis generatur. Si enim pœna malum est in amaritudine potionis, sanitas bonum est in adeptione curationis. Ex uero item bono non uerum bonum, & non uerum malum oritur, sicut quando ex continentia mentis & corpus ab edendi superfluitate cohibitum in sua sanitate conseruatur, & caro per abstinentiam macerata, ipsa etiam boni operis executione affligitur. Ex uero similiter malo non uerum bonum & non uerum malum oritur, quando id, quod continentia facere dicimur, idem ipsum siue in sanitate corporis, siue in maceratione carnis auaritia operatur. Ex non uero bono & uerum bonum & uerum malum nascitur, sicut quando animus ex fomento carnis siue ad uirtutem, siue ad uitium inflammat. Ex non uero item malo & uerum bonum & uerum malum oritur, quando ex pœna corporis animus uel exercetur ad iustitiam, uel ad iniquitatem inclinatur. Cui sic igitur & ex bono, & malo, bonum pariter & malum proueniat, quod ex bono bonum, & ex malo malum oritur, ipsa quidem boni & mali natura operatur. Quod autem ex bono malum, uel ex malo bonum prouenit, alterius uel malitia uel bonitas facit, illic ab uterque bono, hic bene utentis malo ad bonum, maxime si uerum est bonum uel malum quod fit, siue uerum siue non uerum sit ex quo fit. Quia ergo ut ex uero malo uerum bonum proueniat non potestatis humanæ, sed diuinæ bonitatis opus est, nunquam homini uerum malum faciendum uel patiendum conceditur, ut inde bonum oriatur. Propterea cum dixisset Apostolus: Vbi abundauit iniquitas, superabundauit & gratia. Et quidam ex hoc occasione sumere conarentur, quasi idcirco homini malum facien-

Rom. 5.

dum esset, quatenus ex eo postmodum bonum proueniret: subiunxit de talibus. Quorum damnatio iusta est. Si enim homo male facit, & ex eius malo postea Deus benefacit: homo quidem pro eo quod malefacit, iuste damnatur, Deus autem pro eo, quod de malo bonum facit, iuste clarificatur. Quod malum est, hominis est, quod ex malo bonum est, Dei est. Propterea tu malum caue: quia si malum feceris, ex eo bonum facere non potes. Similiter quamuis ex uero bono aliquando uerum malum oriatur, non ideo tibi bonum uitandum est, ne malum inde eueniat: quia etiam cum bonum factum fuerit, in tua adhuc potestate est, ut malum non fiat. Propter hoc ne malum facias propter bonum, quia in tua potestate non est, ut ex malo bonum fiat: nec bonum dimittas propter malum, quia etiam facta bono in tua adhuc potestate est, ne malum fiat. Et hoc quidem de uero bono & uero malo intelligendum est. Sanè de non uero bono & non uero malo hanc hominem cautelam habere oportet, ut quia hæc in eius potestate sunt, & eis siue ad uerum malum abuti, siue ad uerum bonum uti potest, ita ipsa pro tempore & causa siue ad agendum siue ad patiendum suscipiat, quatenus semper ea uel ad fructum uel ad usum adipiscendi boni conuertat. Ad fructum ueri boni cooperante gratia, ad usum non ueri boni cooperante natura. Mors carnis, quia pœna est, semper malum est, sed semper mala non est. Similiter uita carnis, quia natura est, semper bonum est, sed semper bona non est. Bona uita est, in qua est bonum meritum: bona mors est, postquam est bonum premium. Mala uita est, in qua est sensus sine uirtute: mala mors est, in qua pœna est sine retributione. Quia ergo nec uita carnis, nec mors, neque ea, quæ in uita uel in morte sunt, uera bona uel mala sunt: ita his omnibus homo uti debet, ut, siue bona sint siue mala, quæ sustinet, omnia ad usum bonitatis inclinet. Ad usum ueri boni non uerum bonum, uel non uerum malum inflectitur, quando homo uel in uita uirtutem exercet, uel in morte premium uirtutis meretur. Ad usum non ueri boni non uerum bonum uel non uerum malum inflectitur, quando ea, quæ in uita uel sua uia uel amara sunt, ad sanitatem corporis seruandam uel reparandam disponuntur. Sed hæc omnia, quando ad uerum bonum homini proficiunt, proficiunt cooperante gratia, quando ad non uerum bonum, cooperante natura.

De cibo Emmanuelis, de quo scriptum est:
Butyrum & mel comedet, &c.

Tit. II.

DE cibo Emmanuelis magna questio est, quare butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Butyrum est (ut omnes nostis) pinguedo ex carne ueniens. Mel dulce de rore cæli descendens. Quid igitur per butyrum accipiemus, nisi refectionem boni operis, quod per corpus exprimitur? Et quid per mel, nisi eam, quæ dono gratiæ desuper infunditur, dulcedinem contemplationis? Ipse M. Hug. à S. Vic. To. iij. H 2 ergo

Esa. 7.

ergo butyrum & mel comedit, qui in homine assumpto, & desuper plenitudinem spiritus accepit, & sicut homo subter per carnem opera virtutum exhibuit. Butyrum enim & mel comedere, est cor in affectu pietatis, & foris per bona opera, & intus per contemplationem exercere. Sed alius ad refectionem comedit, alius ad delectationem. Qui in plenitudine virtutis, vel nondum habita, vel amissa defectum patitur, is cibo indiget, ut refectione roboratus solidetur. Qui autem in plenitudine sua defectum siue diminutionem non recipit, is cibum ad refectionem non requirit. Nos igitur, qui puri homines sumus, & per accessum temporis ad augmentum virtutis proficimus, pro necessitate nostri defectus butyrum & mel non solum ad delectationem, sed etiam ad refectionem manducamus. Butyrum, ut in nobis per opera pietatis foris exerceatur amor proximi. Mel, ut per contemplationem veritatis intus nutriatur amor Dei.

B Sed ille homo ad refectionem butyro & melle non eguit, in quo a principio conceptionis suae, ex quo homo esse cepit, omnium semper plenitudo virtutum fuit. Comedit tamen homo ex tempore, qui ipse cibum fuit Deus ex aeternitate. Comedit non ut se ieiunium reficeret, sed ne plenus ieiunos fastidiret. Comedit butyrum, non ut virtutem charitatis in se per opera auget, sed ut in nos eius affectum effunderet. Comedit mel supernorum dulcedinem, nec pro ignorantia requirens, nec pro defectu appetens, sed praesentem semper plenissima cognitione aspiciens, & possessa perfectissima charitate utens. Non ergo ad refectionem, sed ad delectationem comedit, qui plenitudinem possidens idem ipse perfectio fuit. Butyrum comedit, quando impleuit, quod de eo praedictum fuerat per Psalmistam. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, & omnia quaecunque faciet, prosperabuntur. Mel comedit, quando impleuit, quod scriptum est. In lege eius meditabitur die ac nocte. Ut sciat reprobare malum: qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non steterit, & in cathedra pestilentia non sedit. Et eligere bonum. Sed in lege Domini voluntas eius. Ergo butyrum & mel comedit, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Fortasse butyrum comedit, ut sciat reprobare malum, & mel comedit, ut sciat eligere bonum. Ergo comedendo didicit Christus reprobare malum, & eligere bonum. Si enim non comedit, non gustasset. Si non gustasset, per experientiam non nouisset. Ergo comedit, & gustauit: gustando sensit, & agnouit. Quid comedit? Butyrum & mel. In butyro aliquid amaritudinis mixtum erat. In gustu mellis nihil amaritudinis inueniri poterat. Et propterea illic inuentum est, quod merito reprobati, hic autem nihil, nisi quod iure eligi debuisset. Videamus nunc amaritudinem butyri.

C Psal. i. Butyrum comedit, quando impleuit, quod de eo praedictum fuerat per Psalmistam. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, & omnia quaecunque faciet, prosperabuntur. Mel comedit, quando impleuit, quod scriptum est. In lege eius meditabitur die ac nocte. Ut sciat reprobare malum: qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non steterit, & in cathedra pestilentia non sedit. Et eligere bonum. Sed in lege Domini voluntas eius. Ergo butyrum & mel comedit, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Fortasse butyrum comedit, ut sciat reprobare malum, & mel comedit, ut sciat eligere bonum. Ergo comedendo didicit Christus reprobare malum, & eligere bonum. Si enim non comedit, non gustasset. Si non gustasset, per experientiam non nouisset. Ergo comedit, & gustauit: gustando sensit, & agnouit. Quid comedit? Butyrum & mel. In butyro aliquid amaritudinis mixtum erat. In gustu mellis nihil amaritudinis inueniri poterat. Et propterea illic inuentum est, quod merito reprobati, hic autem nihil, nisi quod iure eligi debuisset. Videamus nunc amaritudinem butyri.

D Psal. i. Butyrum comedit, quando impleuit, quod de eo praedictum fuerat per Psalmistam. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, & omnia quaecunque faciet, prosperabuntur. Mel comedit, quando impleuit, quod scriptum est. In lege eius meditabitur die ac nocte. Ut sciat reprobare malum: qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non steterit, & in cathedra pestilentia non sedit. Et eligere bonum. Sed in lege Domini voluntas eius. Ergo butyrum & mel comedit, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Fortasse butyrum comedit, ut sciat reprobare malum, & mel comedit, ut sciat eligere bonum. Ergo comedendo didicit Christus reprobare malum, & eligere bonum. Si enim non comedit, non gustasset. Si non gustasset, per experientiam non nouisset. Ergo comedit, & gustauit: gustando sensit, & agnouit. Quid comedit? Butyrum & mel. In butyro aliquid amaritudinis mixtum erat. In gustu mellis nihil amaritudinis inueniri poterat. Et propterea illic inuentum est, quod merito reprobati, hic autem nihil, nisi quod iure eligi debuisset. Videamus nunc amaritudinem butyri. Filius Dei per humanitatem in mundum ueniens, multa opera pietatis humano generi exhibuit, verbo docuit, exemplo prouocauit. Et ut postremo Saluatorem mundi se indubitanter astrueret, mentibus humanis assiduis virtutibus & miraculis

culis occultam in carne suae diuinitatis maiestatem aperuit. Totum hoc butyrum erat, & ubi est amaritudo. Omnia ergo haec faciendo butyrum comedit. Sed quia cum natura etiam infirmitatem assumpsit, ista agendo cum affectu pietatis in fame & siti, frigore, & aestu, labore, & fatigatione, caeterisque nostrae mortalitatis penis, & defectibus sustinuit amaritudinem passionis. Iesus enim quodam tempore fatigatus ex itinere sedebat super fontem, & ueniente Samaritana potum petiit, dicens: Da mihi bibere. Ecce amaritudo. Postea uenientes discipuli, escasque, quas emerant, deferentes mirabantur, quod cum muliere loquebatur. Sed & ille ostendere uolens quid in butyro eligeret, & quid reprobareret, postulanti ad manducandum accedere, ait: Ego cibum habeo, quem uos nescitis. Et dei neps statim. Meus, inquit, cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei. Hic demonstrauit butyrum. Cibus, inquit, quem uos nescitis, butyrum est. Cibus, quem uos scitis, amaritudo. Sed quia iste sine illo non sumitur, ego ueni in illo istum comedere, & in isto illum reprobare. Videamus adhuc alibi butyrum maiorem amaritudinem habens. Alio quodam tempore cum doceret turbas Iudaeorum, ait: Amen dico uobis. Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in aeternum. Ecce bonum butyrum. Sed ad est amaritudo. Et illi. Nunc cognouimus (inquiunt) quia demonium habes. Abraham mortuus est, & propheta: & tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in aeternum. Sed Iesus abrafa amaritudine ad esum butyri se conuertens ait: Amen, amen dico uobis, antequam Abraham fieret, ergo sum. Iudaei uero rursus amaritudinem aspergentes, tulerunt lapides, ut iacerent in eum. Et sequitur, reprobatio mali. Iesus autem abscondit se, & exiit de templo. Adhuc uideamus alibi. Ambulauit in porticu Salomonis. Et circumdederunt eum dicentes. Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam: & ille. Quorum uobis, & non creditis. Opera, quae ego facio in nomine patris mei, ipsa testimonium perhibent de me: (Ecce butyrum) sed uos non creditis. Ecce amaritudo. Sequitur reprobatio. Quia non estis ex ouibus meis. & rursus. Ego & pater unum sumus. Ecce butyrum. Sequitur. Tulerunt lapides Iudaei, ut iacerent in eum. Ecce iterum amaritudo. Sed ille amaritudinis gustu ab appetitu dulcedinis auerti non poterat. Nam subditur. Respondit eis dicens. Multa opera bona ostendi uobis ex patre meo. Hic est butyrum. Sequitur amaritudo. Propter quod opus me lapidatis? Et alibi, adhuc aliam super aliam. Quarebant enim apprehendere. Sed ipse malum reprobans exiit de manibus eorum. Et quid singula narrauerimus? Raro unquam inuenimus Iesum sine amaritudine manducasse butyrum. Postremo nouissimam illam, magnamque amaritudinem, butyrique dulcedinem, malique reprobationem, quis considerans non miretur? Pependit dominus Iesus in cruce, ut pro pietatis dulcedine poculum amarum mortis degustaret, & circumdantibus eum inimicis, atque post dira vulnera uocibus

blasphemias in eum iaculantibus, ipse suauitatis cibi sui non immemor ait. Pater ignosce eis, quia nesciunt quid faciunt. Ecce butyrum optimi magnis quidem amaritudinibus foris aspersum, & tamen dulcorem suum interius conseruans illaesus. Ut ergo demonstraret, quod sine corruptione suae dulcedinis sponte amaritudinem suscepisset, exostulans ait, Sitio. At illi obtulerunt ei acetum cum felle mixtum, & cum gustasse noluit bibere. Gustauit & reprobauit, quia sustinuit & abiicit. Passus est, & superauit. Nunquid non iam palam est quomodo Emmanuel non ster butyrum comedit, ut sciat reprobare malum? Quia in homine Deus opus pietatis exhibens, & impiorum persecutionem sustinens quam sit reprobanda eorum prauitas per experientiam sensit; quam per prouidentiam prius idem ipse reprobaui. Nunc libet intueri, quomodo mel comedit Emmanuel iste, ut sciat eligere bonum. In gustu quidem mellis nihil amaritudinis inuenitur: & propterea totum, quod ibi est, ab experiente eligitur. Ergo mel comedit, ut sciret eligere bonum. Sed quid dicimus. Qualis est laus ista (si tamen laus dicenda est) quod Deus homo per experientiam bonum didicit, qui semper idem ipsa bonitas fuit? Sed haec pietatis laus est, & praconium misericordiae eius, quod pro nobis inclinari dignatus est, ut accipere posset in eo quod assumpsit, id, quod semper habet in eo quod fuit. Hoc enim Deus homo per experientiam gustauit ex tempore, quod ipse homo Deus per naturam erat ex aeternitate. Ergo mel comedit diuinitatis humanitas, cum se infudit, atque uniuert infirmitatis maiestas. Ibi humana natura pleno satietatis gustu supernam dulcedinem haurire cepit, ubi totum quod est Deus ineffabili gratia sibi unitum accepit. Tamen comedere hominis erat, esse cibum diuinitatis. Verus ergo homo Emmanuel, qui mel comedit, ut sciret eligere bonum. Verus Deus Emmanuel, qui mel fuit, non per experientiam discens, sed per naturam sciens seipsum bonum. Unus tamen & idem per se & per naturam sciens & per experientiam discens. Quia idem ipse homo accepit per experientiam, quod fuit Deus ipse per naturam. O Emmanuel bone, nobiscum Deus, propterea tu butyrum & mel comedere potuisti, quia Emmanuel factus es nobiscum Deus. Deus enim apud te, nec accipere potuisti quod eras, nec quod non eras, sustinere. Propterea Emmanuel factus es nobiscum Deus, ut in nostro humiliatus, in ipso & desuper quod tuum erat acciperes, & quod nostrum erat subter, tibi sociares. Ergo Emmanuel factus es nobiscum Deus, ut posses butyrum & mel comedere, & inter comedendum disceres, bonum eligens, malum reprobare. Sed quid dico? quis est sapiens, ut intelligat haec? Qualis ergo tu Deus eras antiquus a principio, qui in principio lucem diuifisti ac tenebris, si bonum eligere, & malum reprobare nesciebas? An forte & hoc nescire uirtutis erat, & discere dignationis: quia electio ad diuinam naturam non pertinuit, cuius ad utrum-

liber se habere non fuit? Ergo Emmanuel eligere & reprobare didicit, quia qui in sui natura conditioni non subiacebat, in nostra liberum arbitrium assumpsit. Cui in se confirmato dedit posse non posse in malum deficere, & boni electionem uoluntate libera sine coactione. Neque idcirco minus liberum eo quod nec aliud pati possit uoluntarium, nec ad aliud compelli inuitum. Sed idcirco uere & summe liberum, quia non possit uel aliud pati quam uelle, uel aliud uelle quam posse, siue aliud posse quam bene uelle. Sic Emmanuel butyrum & mel comedit, ut sciat reprobare malum & eligere bonum: quia in humana natura, quam assumpsit, rationabili iudicio uoluntatis sanctae malum deseruit, & bonum elegit. Sicut scriptum est. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae praefortibus tuis. Simili genere locutionis de ipso dicit Apostolus. Et quidem cum esset filius, didicit ex his, quae passus est, obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae. Christus enim ex ijs quae passus est, obedientiam didicit, quia qui filius erat aequalis per naturam, ut subesse posset id, quod inferius passibile erat, per gratiam assumpsit. Quasi si enim discere fuit, quod per naturam in suo non habuit, in usum ex alieno assumere. Solum nunc restat, si forte inuenire possimus, Emmanuelem nostrum butyrum & mel non ad refectionem, sed ad delectationem manducantem, ne, quod fecit, necessitas sit, sed uoluntas. Obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Immortalis & impassibilis iam fuit factus, & cibo corporali non indiguit, tamen ut demonstraret quod fuit, comedit uoluntate, non necessitate. Omnia itaque benefederent, si obtulissent ei butyrum & fauum mellis, nisi forte idem piscis nobis significet, quia butyrum sine frictura non sumitur. Nam & nos quotidie adhuc in butyro amaritudinem admixtam inuenimus, in melle puram dulcedinem percipimus: quia in opere pietatis labore afficimur, in gaudio contemplationis dulcedine refouemur. Et hoc totum fit, ut sciamus reprobare malum & eligere bonum, scilicet ut ipso experimento discamus, quantum praesens uita, in qua nec bonum sine dolore fieri potest, fugienda sit: & futura, in qua dolor non est, appetenda. Per Dominum nostrum.

Apologus probans omne cor pronum esse ad commendationem sui & suorum.

Titu. III.

Fabula dicit, Omnes bestias foetus suos Ioui probandos praesentasse, inter quas simia deformem natum trahens, risu omnium castigari non potuit, quin suum caeteris anteferreret. Ingenitum si quidem est omni animanti amare, quod genuit. De corde sensus nascitur, & amant corda foetus suos, adeo ut saepe animus peruersus in conspectu summae ueritatis tortuosum, & prauum, & risu omnium dignum sensum suum commendare non erubescat.

M. Hug. a S. Vic. To. iij. H 3 De

De Stulto, qui vt Luna mutatur, & de iusto, qui vir vnus est. Tit. I III.

P **S**tultus sicut Luna mutatur. Stultus personali-
Eccl. 27. **S**ter vnus est, sed instabilitate, & mutabilitate
multi. Sicut vna est Luna, & dicitur prima, & se-
cunda, & tertia, & quarta, & quinta &c. & sunt
multae varietates in vno corpore, sic stultus modo
plorans, modo tristis, modo hilaris, quasi crescens,
& deficiens, & de alio ad aliud transiens, multas
ostendit formas in vno homine. Quocont, in lau-
dem iusti dictum est. Fuit vir vnus. Vnus quippe
est iustus, non tantum persona, sed vita, quoniam
dum per diuersos errores viuendi non scinditur,
quasi in vna veritatis facie persistens inuenitur.

1. Reg. 1

*Quod in sensu bonum hominis non est.
Tit. V.*

Homo peccando fecit, vt bestijs comparetur:
Hamen facere non potuit, vt in quo bestijs
comparatus est, eisdem conqueratur. Qui enim ra-
tione superior esse desijt, sensu se inferiorem inue-
nit. Si visum consulis, superant lynces. Si odoratum
interrogas, preualent canes. Et quaecunque in sen-
su corporali laudabilia sunt, in ipsis excellentiora
inuenies, vt alibi queras bonum tuum, neque in
illo confidas, vbi bestijs compararis, & tamen
non aequaris.

De triplici pace. Tit. VI.

R **V**na est pax, quam habere debet homo ad
Deum, alia quam ad semetipsum, alia quam
ad proximum suum. Spiritus enim hominis hac le-
ge inter Deum & carnem constitutus erat, vt si Deo
superiori obedientiam debitam exhiberet, nunquam
eius imperio subiecta caro contrairer. Quamdiu er-
go homo pacem ad Deum tenuit, nullam in carne
sua molestiam contradictionis inuenit. Sed post-
quam creatori suo per superbiam rebellis esse coe-
pit, statim caro ab eius consensu se diuidens, subdi-
ta esse recusauit. Hinc homo varijs concupiscen-
tiarum suarum desiderijs distractus, & aliena, &
quae inconcessa fuerant appetens, terminos iusti-
tiae aduersus proximum suum transiit, atque il-
lic quoque turbata pace ex omni parte inquietus,
& turbulentus esse coepit. Nunc ergo reparando
proponitur conditio, vt si pacem habere voluerit
cum Deo, habere studeat pacem cum proximo suo.
Cum autem spiritus Deo plene subiectus fuerit,
tunc & illam, quam in carne sua portat, contradi-
ctionem, gratia ad pacem reformabit, vt pacatus
sit totus homo, & extra se cum proximo per cha-
ritatem fraternam, & in se per conscientiam bona,
& supra se per gratiam diuinam. Propter hoc du-
offertur hostia salutaris, qua Deos nos reconciliari
oportet, prius osculo signum pacis offerimus, vt
hac praemissa, quae inter nos conitat, pace, illam,
quae ad Deum est, obtinere mereamur. Quando
autem pro fidelibus defunctis hoc sacrificium salu-
rare immolatur, osculum pacis ad inuicem uiuen-
tantes

*Quare in
missa sacri-
ficio datur
osculum pa-
cis.*

tes non accipiunt: quoniam hi, pro quibus uiuifi-
ca immolatio fit, ab hac uita subacti, humanae
conuersationis pacem uel concordiam tenere am-
plius aut exhibere non possunt. Illic ergo sola il-
la, quae ad Deum est, reconciliatio, quaeritur, ubi de
inceps praesentis uitae, semel hinc educti, conditio
ni non subduntur. Viuentes autem per pacem pro-
ximi merentur pacem Dei, & per pacem Dei mere-
tur pacem sui, non illam, quae animae est ad mun-
dum, sed illam, quae est inter animam & spiritum,
per illam, quae est inter spiritum & Deum. Nam
est quaedam pax inter animam & mundum suauiter
uincuntium & male, & est quaedam pax inter
animam & spiritum suauiter uiuentium & bene,
& est quaedam pax inter Deum & spiritum felici-
ter uiuentium & beate. Similiter est bellum inter
animam & mundum non suauiter uiuentium &
male, & est bellum inter animam & spiritum non
suauiter uiuentium & bene, & est bellum inter spi-
ritum & Deum infelicitate uiuentium, & male.
Nam quod suauiter uiuentes & male ueram pacem,
qua sapientia inuenitur in tempore oculi boni, non
nouerunt, beatus Iob testatur de sapientia dicens.
Non inuenitur in terra suauiter uiuentium.

Iob. 28.

*De dignitate, & libertate rationalis creaturae.
Tit. VII.*

Sola rationalis creatura ita condita est, ut ipsa
bonum suum non esset, sed illi, a quo facta
est. Magna ergo dignitas, ut nullum ei bonum praeter
summum sufficeret: & item magna libertas, ut
ad bonum suum cogi non possit.

*De triplici exercitatione: & quibus actiua & con-
templatiua uitae figurantur nominibus.
Tit. VIII.*

Vitae mutabilis conditio talis est, ut in eodem
diu stare non possit, cui adhuc ad laborem
& dolorem conuertitur, quod quaesitum est ad con-
solationem. Fluctuat ergo in exercitationibus, &
transit de alio in aliud, vt nunquam quiescit, do-
nec ad veram stabilitatem perueniat. Exercita-
tionum autem tria sunt genera, alia ad profectum
virtutis, alia ad consolationem infirmitatis, alia ad
inflammationem iniquitatis. Primae aedificantes,
secundae sustentantes, tertiae subuertentes. Pro-
pter hoc Deus aedificantes induxit, sustentantes
concessit, subuertentes prohibuit. Et diuisit tem-
pora, & loca distinxit aedificantibus, & sustentanti-
bus exercitationibus quando & ubi fiant, quae con-
grue simul fieri possunt, quia sustentantibus occu-
pati, aedificantes tenere non sufficimus: & aedi-
cantes conuersi, sustentantibus implicari non de-
bemus. Sex dies sustentantes habent, septimum
aedificantes. Sic sustentantibus omnia loca conce-
duntur, pauca aedificantibus conseruantur, Excep-
tis his, qui se aedificantibus consecrarunt, & om-
ni loco & tempore illis inseruiunt. Duo enim sunt
genera hominum secundum has duas exercitatio-
nes licitas, aedificantes ad contemplatiuos, susten-
tantes

*Triplex
exercitatio.*

tantes ad actiuos. Haec sunt duae vitae, & duo popu-
li, & duo testameta, Lia & Rachel, Iacob & Israel,
Sion & Hierusalem, Petrus & Ioannes, Martha &
Maria, Sinistra & dextra, Lana & linum, Hordeum
& frumentum, Aqua & vinum &c.

*Quod elementum duobus modis dicitur.
Titulus. IX.*

Z **E**lementum, est prima materia corporalis com-
plexionis. Elementum materialis representa-
tio inuisibilis substantiae, & principium cognitio-
nis a corporalibus ad incorporea transeuntibus.
Illic elementum est principium substantiae ad in-
uisibilem actum prodeuntibus: hic elementum est
principium intelligentiae ad inuisibilem veritatem
ingredientibus.

De Trinitate vniuersitatis. Tit. X.

A **V**erum vniuersitas trinitate vna subsistit. Est
vnum, quod nec ab alio est, nec secundum
aliud, vt creatrix natura. Est vnum, quod ab vno est,
& secundum vnum, vt rationalis creatura a Deo, si-
milis Deo. Est vnum, quod ab vno est, & secundum
duo, hoc est ab vno per vnum, vt corporea natura
a Deo creata, secundum sapientiam increatam &
creatam disposita. Primum exemplar est tantum,
non exemplum. Secundum exemplar, & exemplum.
Tertium exemplum tantum, non exemplar.

*Quod in originali peccato vitia tria, inobedientiae
duae, & peccatum vnum fuerunt.
Tit. XI.*

B **I**n originali peccato tria vitia fuerunt, inobedi-
entiae duae, & peccatum vnum. Tria vitia fuerunt.
Superbia, auaritia, & gula: duae inobedientiae, natu-
rae & disciplinae. In superbia & auaritia inobedi-
entia fuit naturalis praeccepti. In gula inobedi-
entia fuit disciplinae & superadditi: & omnia haec,
quia vno actu completae sunt, vnum peccatum dicitur.

*Quod Christus, & Sapientia a diuersis varijs qua-
runtur modis. Tit. XII.*

C **Q**uidam Christum quaesierunt, & non inue-
runt. Quidam quaesierunt, & inuenierunt,
sed non retinuerunt: quia non quaesierunt
vt haberent, sed vt venderent. Quidam Christum
quaesierunt, & inuenierunt, & retinuerunt: quia
non quaesierunt, vt venderent, sed vt possiderent.
Ioan. 8. Primis dixit. Quod ego vado, vos non potestis veni-
re. Quaeritis me, & non inuenietis, sed in peccatis
vestris moriemini. Secundis dixit. Ego sum, si me
quaeritis, finite hos abire. Et iniecerunt manus, &
Ioan. 18. tenuerunt eum. Tertijs dixit. Auerte, & accesse-
runt, & tenuerunt pedes eius. Primi quaesierunt,
& non inuenierunt. Secundi viuam inuenierunt,
& inuentum occiderunt. Tertij mortuum quaesi-
uerunt, & viuam inuenierunt. Sic multi sapien-
tiam quaerunt, & non inueniunt: quia inutiles

iudicantur, & abijciuntur. Alij sapientiam quaerunt,
& inueniunt, sed non diligunt, quia ad lu-
crum, & laudem humanam adipiscendam eam ex-
ponunt, & prostituunt. Isti Christum viuam in-
ueniunt, sed occidunt: quia ex hoc in eis sapien-
tia moritur, quod eius dulcedine nullo amoris
sensu perfruuntur. Hi assumuntur, vt grauius iu-
dicentur, & praecipitentur. Alij mortuam quaerunt,
& viuam inueniunt: quia dum eam ad huius vitae
vsum non appetunt, verius intus ad illius dulcedi-
nem & suauitatem pertingunt. Hi assumuntur, vt
eleuentur, & glorificentur.

*Quod Deus in scriptura homini foris loquitur
per praecipiones, prohibitiones,
promissiones, & minationes.
Tit. XIII.*

Q **V**andiu homo intus Deum audire loquen-
tem potuit, doctrina exteriori opus non ha-
buit: sed postquam librum vitae oculo
interiori inspicere iam non valet, scriptura foris
apponitur, vt eius saltem inspectione ad cognitio-
nem veritatis renouetur. In hac autem scriptura,
& prohibitiones sunt malorum, vt ea fugiat: &
praecipiones bonorum, vt ea expetat. Et prohibi-
tionibus quidem apponuntur comminationes,
quoniam solius mali odio homo cohiberi non pos-
set: & praecipionibus adiunguntur promissiones,
quoniam solius boni amore non posset ad ipsum
prouocari. Et sunt quatuor ista generaliter discre-
ta in omni scriptura, praecipiones, & prohibi-
tiones, promissiones, & comminationes: quorum duo
prima ad vitae informationem pertinent, duo sub-
sequentia ad fidei instructionem. In illis meritum,
in istis praemium constat. Et perfectum facit fides
recta, & operatio bona. Primum autem carnalibus
comminationes carnales, & promissiones, & praemi-
ales, & praemia: deinde spiritualibus spirituales, &
aeternae. Postremo exercitatis sufficit ad exhortatio-
nem odium mali, & amor boni. Sic gradibus suis
crescit salus, & virtus proficit. In omni autem
scriptura, aut cognitio veritatis quaerenda est, aut
forma virtutis. Primo studio historia & allegoria
proponitur, secundo tropologia, & in ipsa tropolo-
gia duplex similiter lectio est. Prima, quae plana
narratione mores instruit. Secunda, quae exhorta-
tione affectuosa in animo auditorum desideria vir-
tutis accendit.

*Quod Deus cum homine sit quatuor modis.
Titulus. XIII.*

Q **V**atuor modis nobiscum est Deus, per praeci-
pientiam maiestatis, per participationem
humanitatis, per vinculum charitatis,
per patrocinium veritatis. In primo cognoscit
mala nostra. In secundo expertus est. In tertio
copatitur. In quarto aufert & est Emmanuel, id est
nobiscum Deus. Item cum quibusdam est Deus per
fauorem gratiae, qui cum Deo non sunt per meri-
tum uitae. Cum quibusdam est Deus per fauorem
gratiae

gratiae, & ipsi cum Deo sunt per meritum vitae. Cum quibusdam Deus non est per fauorem manifestum gratiae, & ipsi cum Deo sunt per meritum vitae. Cum quibusdam Deus non est per fauorem gratiae, & ipsi non sunt cum Deo per meritum vitae.

De progressionibus cognitionis. Tit. XV.

Q Vinque sunt progressionibus cognitionis. Prima est in sensu. Secunda in imaginatione. Tertia in ratione. Quarta in intellectu. Quinta in intelligentia. Per sensum est in istis, & secundum ista. Per imaginationem non est in istis, sed secundum ista. Per rationem neque in istis est, neque secundum ista: sed est in illis, & de illis, quae sunt secundum ista. Per intellectum non est in illis, sed de illis. Per intelligentiam, nec in illis, nec de illis.

Quod animus quatuor modis agenda tractat. Tit. XVI.

Q Vatuor modis in nostro animo agenda tractamus, cogitando, volendo, deliberando, vouendo. Cogitatio ad cognitionem pertinet, voluntas ad desiderium, deliberatio ad propositum, & ad promissionem votum. Si quod proponimus non facimus, fallaces sumus. Si non facimus quod promittimus, fallaces & fallentes. Ibi mendacium solum accusatur, hic & mendacium accusatur, & promissum exigitur. Votum autem aliud occultum ad Deum & coram Deo, aliud manifestum ad Deum & coram homine. Occultum votum fractum, peccatum est, manifestum votum fractum, peccatum & scandalum.

De dissimili operatione Dei. Tit. XVII.

S In Tyro & Sidone haec facta fuissent &c. De monstrare uolens Dominus quod ab ipso sit & donum eius, & quando veritatem cognoscimus, & quando agnitam debita deuotione veneramus: quibusdam veritatem praedicauit, quorum corda ad dilectionem veritatis non emolliuit, quorundam vero corda affectu bonitatis emolliuit, sed agnitione veritatis non illuminauit. In illis arauit & non seminauit, duritiam frangens, sed verbum non spargens. In istis vero seminauit, sed non arauit, verbum spargens, & duritiam non frangens, ut & vtrunque ab eo esse sciamus, & vtrunque ab eo petere dicamus, cum neutrum sine altero ad salutem sufficiens esse agnoscimus. Sic soluitur, quod ex euangelio proponere solent, cur Deus in carne ueniens illis uerbum praedicauit, quos ipsum uerbum non recepturos esse praesciuit, & quibusdam alijs praedicationis uerbum non impendit, quos credituros si docentem audissent, agnouit. Quorundam enim duritiam increpans; quibus ueritas praedicata fuerat, sic ait. Vae tibi Corozaim, vae tibi Bethsaida, vae tibi Capharnaum: quia si in Tyro & Sidone haec facta fuissent, iam olim in cinere & cilicio poenitentiam egissent. Hoc ergo mirum uide-

tur, quare Iesus, qui futurorum omnium scientiam habuit, in Capharnaum praedicauit, cum illorum duritiam tantam esse praesciret, ut veritatem etiam oblatam non reciperent. Et quare item in Tyro & Sidone illa operatus non est, quae operatus est in Capharnaum & Bethsaida, cum istos tales esse non ignoraret, qui facile veritatem reciperent, si audire illam & agnoscere potuissent. Sicut enim impium videtur obedientes deserere, sic stultum videtur omnino rebelles docere. Sed illud iudicij fuit, hoc exempli. Ne enim homo solum affectum boni sine agnitione sufficere putet, ac per hoc affectum se habere sentiens bonitatis, uerbum ueritatis non requirat: illos compunxit, non docuit, nec saluauit. Et ne rursus solum ueritatis agnitionem sufficientem putet ad salutem, & legem audisse non fecisse consummatam iustitiam: istos docuit, non compunxit, & damnauit: ut dum alterum sine altero uicissim habere cognoscuntur reprobi, vtrunque necessarium sibi fore intelligant electi: & qui alterum habere se cognoscit, non de uiribus suis praesumat, sed ab illo humiliter postulet, quod non habet, a quo quibusdam alterum accepisse non profuit, quoniam alterum districte iudicandis non impendit. Non enim accipere meretur, quod non habet, qui a se habere se putat, quod habet: & propterea uicissim e duobus alterum a Deo tribuitur, & alterum subtrahitur, ut ubi vtrunque simul est, ab ipso esse utrunque demonstraretur.

De fide, quid sit, & quae ad eam spectent. Tit. XVIII.

Priusquam ea, quae ad fidem pertinent, discutere incipiamus, quid sit fides ipsa, inspicere debemus. Apostolus sic definit fidem. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Cum enim res quaelibet apud nos subsistant: uel per actum, quando uidelicet praesentes sensu comprehenduntur: uel per intellectum, quando absentes uel etiam non existentes in similitudine sua & in imaginatione capiuntur: uel per experientiam, quando ea, quae in nobis sunt, sentiuntur a nobis, ut est gaudium & tristitia, timor & amor, quae subsistunt in nobis, & sentiuntur a nobis. Nullo horum modorum inuisibilia Dei capiuntur in nobis, quae solum creduntur a nobis. Neque enim per actum praesentia sunt, neque in similitudine aliqua comprehendi possunt, neque quemadmodum illa, quae in nobis sunt, & sentiuntur a nobis. Ergo fide sola subsistunt in nobis, & subsistentia eorum est fides eorum, qua creduntur, quia sunt, sed non qualia sunt, comprehenduntur. Sic itaque per solum fidem subsistunt in nobis, & sola fide probantur a nobis, nec aliud argumentum habere possumus, nisi quia credimus illa fide, quae ratione non comprehendimus. Haec descriptio fidei ostendit quid faciat fides, sed in eo non diffinitur quid sit fides. Est autem diffinitio fidei haec. Fides est uoluntaria quaedam certitudo absentium supra opinionem, & infra scientiam constituta. Et sciendum, quod aliud est co-

Respon-
sio.

Job. 1.

o
Duobus
modis fi-
des crescit.

Tria gene-
ra creden-
tium.

M
Heb. 11.

Descriptio
fidei.

N
Fides quae
sit.
Cognitio si
des differe
a fide.
est co-

est cognitio fidei, aliud fides. Cum enim id sit sermo in auribus plurium, omnes aequaliter, quod dicitur, intelligunt, sed non omnes aequaliter credunt: & cognitionem dictorum omnes habent, sed fidem non omnes habent. Potest autem cognitio fidei esse sine omni fide, fides autem sine omni cognitione esse non potest. Multi tamen credunt, & non habent cognitionem omnium eorum, quae credunt, quia credentibus & cognoscentibus credunt, & non norunt ipsi omne, quod credunt, sed norunt illi, quibus credunt. Eiusmodi est fides simplicium in ecclesia, qui perfectioribus credendo & adherendo salui fiunt: sicut scriptum est. Boues arabant, & asinae pascebantur iuxta eos. Hi enim in fide perfectorum amplius credunt, qui in se credendo minus cognoscunt. Duobus modis crescit fides, deuotione siue constantia, & cognitione. Incrementa fidei per deuotionem per tres gradus procedunt. Primus gradus est acquiescere, secundus aestimare seu putare, tertius gradus est certum esse. Secundum hos tres gradus tria sunt genera hominum, quae sequuntur. Est enim quoddam genus hominum in sancta ecclesia, quibus credere est solum non contradicere fidei, qui ita uiuunt ut nati sunt, non amando vel approbando in quo nati sunt, qui si in alio nati essent, fideles non essent, consuetudine enim uiuendi fidem tenent, non amore. Est aliud hominum genus attentius considerantium statum uerae humanae, & dubium, & ex eo quodammodo fluctuare incipientium in fide, quoniam multos conspiciunt auersos & alienos a fide: tamen ducti pietate fidei e duobus dubijs hoc eligunt, quod doctrina catholica docente didicerunt. Istis pax necessaria est, tribulatio periculosa, ne forte de aestimantibus seu opinantibus negantes efficiantur. Est aliud genus hominum, qui certi sunt & confirmati in fide sua, quos Deus uel per exteriora miracula confirmauit, uel per interiorum aspirationem edocuit. Isti tribulatione non subuertuntur, sed exercentur. Sciendum est etiam, quod sicut tres sunt gradus, per quos fides crescit, ita tres sunt gradus, per quos crescit cognitio fidei. Primus gradus est cognitionis fidei, quo nihil minus unquam fides habere potuit, credere uidelicet Deum esse, & eum Saluatorem & Remanentem expectare. Haec cognitio fidei simplicibus ante incarnationem uerbi ad salutem sufficere potuit, uidelicet ut & Deum crederent, & Saluatorem expectarent: quamuis eiusdem saluationis suae modus, & tempus non cognoscerent. Duo enim in homine tantum sunt, natura & culpa: & Creator ad naturam refertur. Saluator ad culpam. Sub lege autem scripta creuit cognitio, quando iam de persona Redemptoris manifeste agi coepit, & Saluator per legem promitti, & post promissionem expectari. Sub gratia autem adhuc amplius excreuit cognitio, cum ipse iam Saluator non ut prius a multis putabatur solum homo, sed & Deus uerus manifestatus est. Et ipse redemptionis modus non in terrena culmine potestatis, sed in morte probatus est consistere Saluatoris.

Sicut uirtutes reliquae bonum naturae sunt, ita R charitas bonum est uirtutum omnium, quam, qui habet, secundum aliquid omnem uirtutem habet. Habet enim secundum affectum etiam illas, quas secundum effectum non habet. Virtutes enim affectu habere per gratiam studium & meritum humanum est, effectum autem eas habere munus diuinum. Voluntas enim hominis est, potestas uero Dei. Ita uoluntas hominis bona est ex Deo, mala ex homine. Potestas Dei est in malo, homini ad malum bonae in bono, homini ad bonum bona. Propter hoc qui charitatem habet, totum habet: & qui non habet, nihil habet, uel uiliter non habet. Ideo dixit Apostolus de charitate: Charitas omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Fides bona ostendit, spes arripit, sustinentia defendit. Per fidem incipiunt nobis esse, per spem nostra esse: per sustinentiam nobiscum esse. Fides dirigit: spes trahit, sustinentia perducit. Et sunt in charitate omnia haec: quia in eo quod dilectum & placitum, amor suadet libenter credere, multum praesumere, non facile desistere.

De quatuor Debitoribus. Tit. XX.

Quatuor sunt debitoribus, Deus, spiritus, caro, S mundus. Deus debet spiritui, ut eum & cognitione ueritatis illuminet, & amore uirtutis inflammet. Spiritus debet Deo, in omnibus, quae agenda sunt, ab ipso erudiri, & secundum ipsum operari. Spiritus debet carni, ut eam et a malis cohibeat, et in bonis exerceat. Caro debet spiritui in bono agendo ministerium, & in comodo appetendo modum. Caro debet mundo ex eius abundantia, quod necessitatis est, sumere, quod uirtutis est, exercere. Mundus debet carni in necessitate subsidium, in exercitatione incitamentum. Sed spiritus creatori debitum non persoluit, quia uel per superbiam elatus contemnit ab eo scientiam ueritatis quaerere: uel per pigritiam ligatus acceptam intelligentiam fastidit opere exercere. Propterea et ipse creator spiritui debitum iuste negat, ut eum nec ad cognoscendum uerum illuminet, nec ad bonum amandum inflammet. Nam superbum intus a cognitione ueritatis abijcit, pigrum autem in opere foris affligit. Rursus, quia idem spiritus carni debitum non persoluit, ut eam uel a malo cohibeat, uel in bono exerceat, fit ut ipsa caro iuxta Dei dispositionem non exhibeat spiritui, quod debet, hoc est uel in bono agendo ministerium, uel in appetendo comodo modum. Item quia caro per negligentiam spiritus laxata, mundo debitum non exhibet, sed eius affluentiam ad luxum uoluptatis intorquet, & ad exercitacionem uirtutis eius administrationem non obtinet, ipse quoque mundus iuxta recopensationem ad miseriam spiritus multiplicandam, eam et aduersis frangit, et prosperis dissoluit. Huius autem discordiae, quia solus spiritus auctor est, necesse est ut ipse prior ad pacem redeat, et caetera post se subsequenter ad pacem componat. Si

Mat. 11.
& Luc.
10.

1. Cor.
13.



nat. Si enim ipse & creatori debitam subiectione, & carni iustum regimen exhibere studuerit, perfecta & consummata iustitia subsequitur, & reformata iustitia, concordia quoque & pax perfecta reparatur. Sicut enim ex eius iniustitia pax & concordia cunctorum soluitur, ita per eius iustitiam vniuersa reconciliantur. Hanc autem iustitiam spiritus habitam perdere potuit, amissam vero per se recuperare non potest: quia ne debitum creatori persoluat, ignorantia fallitur: ne vero debitum carni persoluat, concupiscentia praepeditur: & si forte ex parte illuminatus, verum agnoscere coeperit, & ex parte confirmatus bonum adimplere, non potest tamen hic, quod perfectum est, adipisci: sed sicut scriptum est, ut deglutatam pro parte iustitiam esurire & sitire incipiat, sed non, ut adepta plenitudine, ad satietatem pertingat.

De impedimento cognitionis. Tit. XXI.

Sicut humor subtilis per exhalationes a terra sursum rapitur, sic intellectus cordis humani per meditationes, & scrutationes subtilis effectus ad alta leuatur. Et quemadmodum humor ascendens frigore perstringitur, & relabitur unde venerat, sic multi ab intelligentia fumorum per ignorantiam cadunt, propterea quod in bonis, quae intelligere poterant, agendis per desidiam torpescunt. Sed lapsus niuis nec strepitum facit nec laedit, lapsus grandinis & strepitum facit, & pondere laedit: quia multi torpent a bono, & nocent in malo: alij torpentes sunt, non nocentes.

De tribus motibus in homine. Tit. XXII.

Tres sunt motus in homine. Motus mentis in voluntate est, motus corporis in opere, motus sensualitatis in delectatione. In motu mentis solo liberum arbitrium est. In motu corporis, & sensualitatis, quae sequuntur liberum arbitrium. Sic enim prima fuit dispositio naturae. Nam motus mentis voluntarius est appetitus. In voluntario liberum, in appetitu arbitrium. Mens igitur per se mouetur, & est primus voluntatis motus. Motum voluntatis sequitur motus corporis. Mens itaque (sicut dixi) per se moueri habet, sed secundum voluntatem creatoris sui, quae forma illi est, & exemplar, & proposita regula, quam sequatur. Et propter hoc, si secundum Deum mouetur, hoc est iustitia: si praeter Deum mouetur, vel contra Deum, hoc est iniustitia. Ergo motus mentis iustitia semper est, vel iniustitia: motus autem corporis semper est obedientia. Quod enim mens mouetur, libertate mouetur, quia voluntarie mouetur, & per se mouetur, & ei est quod mouetur, vel ad meritum si bene, vel si male, ad culpam. Quod autem corpus mouetur, necessitate mouetur, quia ab alio mouetur, hoc est a mente: nec ipse est, quod mouetur, sed illius, a quo mouetur, siue ad meritum si bene, siue ad culpam, si male. Ita motus mentis dominatur motui corporis lege naturae subiecto, & quoniam abutitur illo vitium est imperantis,

debitum obedientis. Nec culpatur, qui ducit, quia necessitate ducitur, sed culpatur qui ducit, quia in subiectum libertate abutitur. Porro voluntas, si iustitiam tenuisset, haberet non solum motum corporis obedientem, sed & motum sensualitatis consentientem. Nunc vero quoniam reuertitur suam ipsa non tenuit, habet quidem adhuc ex indulgentia creatoris motum corporis obedientem, ex vindicta autem motum sensualitatis contradicentem. Cuius violentiam aliquando infirmata sequitur, aliquando autem corroborata coerces, & moderatur. Si autem motus sensualitatis dominatur motui mentis, dominatur etiam motui corporis, qui subiectus est illi, & tunc peccatum regnare incipit in nostro mortali corpore. Si autem non dominatur, vitur mens seruitio corporis sui, & exhibet membra sua arma iustitiae. Et sunt simul motus mentis, & motus corporis, seorsum autem motus sensualitatis, & perficitur iustitia, & iniquitas cohibetur.

De instrumentis cognitionis. Tit. XXIII.

In vocibus duo sunt, melodia & significatio. Et in rebus duo, forma & essentia. In mentibus similiter duo, affectus & cognitio. In corpore autem humano duo sunt instrumenta, aures & oculi. Per aures ingrediuntur voces, ut per melodiam generent affectum, & per significationem cognitionem. Res vero per oculos ingrediuntur, ut per formam similiter in mente generent affectum, & per essentiam cognitionem.

De sensu hominis, carnali & spirituali, Tit. XXIII.

Duo sensus in homine sunt, vnus carnalis, & alter spiritualis, & vterque bonum suum habet, in quo exultat & gaudet. Gaudet carnalis sensus, atque tripudiat in aeris serenitate, & solari claritate, in ciborum & potuum dulcedine, in locorum amoenitate, & fluminiu iocunditate: & hic sensus bestialis est, namque bestiis, & volucris conuenit. Spiritualis vero exultat lumine diuino superinfuso, quod contemplatiuis conuenit: gaudet etiam in virtutum exercitatione, in colenda iustitia, & cum exterior sensus, i. carnalis suo bono vitur, tunc mentis interior sensus quasi obdormit. Unde contingit eum, qui bonorum homini iocunditate capitur, ne interioris quidem sensus bona sua agnoscere. Nam spernit exteriora, qui dulcedine bonorum interioris sensus rapitur. Inde est, quod viri religiosissimi stulti mundo esse videntur.

De diuinis luminibus. Tit. XXV.

Bona Dei lumina sunt, & ipse auctor donorum pater est luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, quia nec illuminans transmutatur, neque non illuminans obscuratur. Generans enim non degenerat, & non generans non caligat, quia nec inferior est exiens, nec obscurior latens. Lumina eius, quando ad nos veniunt, ab ipso

ipso non recedunt, & quando a nobis redeunt, apud ipsum clarescunt. Quando ad nos descendunt, in nobis non deficiunt: & quando a nobis recedunt, minorationem pro nobis non accipiunt. Itaque non transmutantur in nos, quando participanda veniunt ad nos: nec obumbrantur in se, quando ab illuminatis, & obumbrandis redeunt, & remanent in se.

De conceptu, & partu sapientiae. Tit. XXVI.

Prou. 8. **N**ondum erat abyssi, & ego parturiebar. Conceperant Deus sapientiam in praescientia futuri, parturiebat in voluntate creandi, peperit in procreatione effecti.

De triplici genere aspirationum. Tit. XXVII.

Triplex est origo aspirationum, a Deo, a diabolo, a natura. Quae a natura sunt, praecedentem habent causam necessitatis. Quae a Deo sunt, aut diabolo, subito eueniunt, & improuise a Deo bona, a diabolo mala. Aliquando veniunt, quae bona videntur, & non sunt: & haec similiter a diabolo sunt, quorum origo exitu probatur. Hoc est, Probare spiritus si ex Deo sunt.

De quinque iugis. Tit. XXVIII.

Quinq; sunt iuga. Iugum iniquitatis, iugum mortalitatis, iugum legis, iugum propriae voluntatis, iugum charitatis.

Quod ex Deo nihil inordinatum esse potest. Tit. XXIX.

Esa. 13. **I**n Babylone non requirit vnus alterum, sed respondet vni sibi in delubris eius. Parum est, ut in caelo ordinata sint omnia, sed hoc mirum est, quod etiam confusionem mundanam inordinatam non relinquit sapientia diuina. Respondent enim ibi etiam opera tenebrarum, & non est, quod requirit alterum: quia iusta ordinatio nihil relinquit inordinatum: & vnicuique quod suum est, tribuit: & quod sibi confusum est, illi sine ordine & dispositione esse non potest. Sed & illa confusio internacordium malorum non effugit dispositionem illius, ubi lucifuge cogitationes, & desideria tenebrosa in occulto fluitantia respondent sibi: quia iustum iudicium sicut per sapientiam cuncta intelligit, ita per aequitatem nihil sine retributione relinquit.

Quod Deus non transmutatur. Tit. XXX.

F Non transmutatur Deus ex eo, quod ipse est, non patitur vicissitudinem quod in ipso est. Nam quod ipse est, immutabile est: quod in ipso est, aeternum est. Non transmutatur ut alius sit, non patitur vicissitudinem, ut aliter sit.

De mysterio in forma caeli, & terra. Tit. XXXI.

1. Corin. 15. **Q**ualis terra, tales & terreni: & quale caelum, tales, & caelestes. Sursum cuncta aequalia

sunt. Deorsum sunt montes, & valles, & alta, & profunda, humilia & excelsa, & dissimiliter habentia cuncta. Mortalis quippe vita planum iter habere non potest, sed exaltat & humiliat, & vnicuique aequitatem ostendit, nunc vero abruptum praefert, & casum minatur: propter hoc qualis terra, tales & terreni. Sursum vero non est ubi offendas, vel praecipiteris, aut inaequaliter ambules, sed planum, & aequale, & consentiens, & moderatum totum: & ideo quale caelum, tales & caelestes.

De serie temporum, & amandorum ratione. Tit. XXXII.

Praeterita, praesentia, & futura quasi vnum corpus aeternitatis perficiunt. Praeterita amare insipientis est, praesentia stulti, futura prudentis. Praeteritorum pietas est, praesentium cupiditas, futurorum charitas.

De fructu, & desiderio iustitiae. Tit. XXXIII.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, Ergo non satiati, sed esurientes beati sunt. Nec ideo tamen beati, quia esuriunt: sed ideo, quia saturabuntur. Si enim desiderium semper esset, & effectus nunquam esset, poena potius & miseria, non beatitudo hic esset. Sed misericordia Dei nostri sanctis desiderijs indubitatum spondit effectum: & propterea beati sunt, qui desiderant, quoniam hoc primum bonum est, & quod solum vita mortalis, & poenis addicta, consequi possit, velle bonum, quoniam habere & frui vita ventura sibi vindicauit. Ideo non dicit iustos beatos, sed esurientes & sitiens iustitiam. Si enim solos iustos beatos diceret, quis sibi hoc arrogaret? Propter hoc respexit imperfectionem nostram, ut consolaretur infirmitatem nostram, quia si hoc esse non possumus, velle tamen hoc esse ipso adiuuante, & desiderare valeamus. Et hoc iterum, quia non desiderantes gloriam, sed iustitiam beati vocantur, quia multi patriam se amare dicunt, sed viam tenere nolunt. Gloria autem & beatitudo parria est, iustitia autem via, & non possunt ad patriam venire, qui viam non tenent. Quis est, qui commodum non appetat? sed non omnes iusti esse volunt.

De sacramento corporis Christi. Tit. XXXIII.

Dominus Iesus Christus, ut ostenderet diuinitatem suam refectionem esse animarum nostrarum, carnem suam in cibum nobis proposuit, & rursum ne illam horreret sumptionem humana infirmitas, consueti edulij specie illam velauit.

De gloria, & poena corporis humani. Tit. XXXV.

Quanta est dignitas animae, si corporis gloria tanta est? Quanto enim spiritus hominis rebus omnibus, quae videntur, excellentior esse probatur, cum cuncta corporea in obsequium condita

condita sint corporis humani: Vnde merito pœnalitate & miseria cunctis vilius factū est, quod conditione celius & sublimius fuerat constitutum. Cum autem reparatum fuerit, sublata ē medio corruptione, quod cūctis melius est corporibus, suscipiet: & tunc quoque sine miseria subiectum spiritui sociabitur ad gloriam, cui nunc in miseria est sociatum ad pœnam.

Quod Moyses typus fuit Christi inter Deum & homines futuri mediatoris. Tit. XXXVI.

Exo. 20. M Scriptum est, quod non potuit populus loqui cū Deo, & petiit mediatorem Moysen. Et laudauit hoc Dominus, & dixit, quod Prophetā suscitaret, qui mediator foret, & per ipsum mandata daret ad populum. Quæ enim inuisibilia Dei sunt, carnalia corda percipere non potuerunt: & contemperauit se nobis Deus per humanitatem filij sui, vt ipsa mediante diuina percipiamus. Infirmas autem mētes terror maiestatis opprimeret, & splendidum lumē lippientes oculos obfuscarēt, nisi nubes carnis intercedens & contemplationem excipiens, corda timida blandimento visionis demulceret.

Quod creatura non potest bene esse sine creatore. Tit. XXXVII.

Eccle. 4. N Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se. Duo sunt, qui fecit & quod factū est. Non autem potest bene esse illi, quod factū est, sine eo, qui fecit ipsum. Quod factum est, per se cadere habet, surgere non habet. Qui autem fecit, quod factum est, cadere nō potest, sed quod cadit, subleuare potest. Propterea ergo melius est duos simul esse, quàm vnum solum.

De diuisione per iniquitatem, & vnione per charitatem. Tit. XXXVIII.

O Primum diuisit iniquitas inter Deum & hominem, deinde diuisit ipsum hominem. Postea venit charitas, & composuit, atq; confederauit primo Deum & hominem, deinde ipsum hominem. Iniquitas bene vnita male diuisit, charitas male diuisa bene vnuit. Similiter iniquitas bene diuisa male vnuit, & charitas male vnita bene diuisit. Iniquitas ergo diuidit, & vnit. Nouissime sequitur mors diuidens, & ipsa propter iniquitatem, vnit autem per conditionem ad charitatem. Mors diuidit corpus & aīam. Iniquitas diuidit Deum & aīam. Charitas diuidit spiritum & concupiscenciā. Mors diuidit vnitatem conditionis. Iniquitas diuidit vnitatem reconciliationis. Charitas diuidit vnitatem abalienationis.

De triplici operatione philosophiæ. Tit. XXXIX.

Naturalis operatio philosophiæ p sensus agit in res subiectas, & descēdit ad singularia sine

experimento sensuum infirma, quibus quasi baculo sustentationis innititur, per se incedere non valens. Rationalis operatio philosophiæ extra sensus est agens in vniuersa, sola rōne vicens. Artificialis operatio rōnalem int̄m habet, & naturalē pbat.

De triplici eruditione, & duplici operatione spiritus. Tit. XL.

Q Vidam ab intus erudiuntur, quidam a foris sensum hauriūt. In illis stabilis est spiritus sapientiæ, in istis mobilis. Ad illos pertinet meditatio, ad istos speculatio. Illi acumine sensus occulta penetrant, isti agilitate tranfuolant ad longinqua. Et qui non discernunt spiritus, purant moram meditationis pigritiā, & speculationis motum leuitatē, cum corpus ab aīo qualitatem sumit. Sicut spiritus illuminat, sic accendit, & quos illuminat, cognitione veritatis illuminat. Et quos accēdit, amore virtutis accēdit, & sæpe nō discernitur operatio eius in vtroque, & dicūtur pigri, stabiles: potentes aīo & comprehensione efficaces, leues: cōpuncti, tristes: lasciuī, spiritu hilares. Et fit sine spiritu iudicium spiritus: & errāt hoīes in iudicio, dū quisq; solum hoc bonū putat, quod amat. Similē vero demonstrationem habent meditatio & compūctio, & similē pariter speculatio & exultatio, qm̄ ab animi qualitate motus corporis formāt, & constat in alio quidem grauitas sine pondere, in alio leuitas sine inuitabilitate. Meditatio & cōpunctio ad Ioannē pertinet, speculatio & exultatio ad Chr̄m. Alter dicit, Planximus vobis, & nō plorastis. Alter dicit, Saltauimus vobis, & nō risistis. Venit Ioānes nō manducans & non bibens, & dixistis, dæmoniū habet. Venit filius hoīs manducans & bibens, & dixistis. Ecce homo, vorax, & potator vini, & peccatorum amicus. Sic peruersis peruersa sunt omnia.

Quod prius pusillanimes fouendi sunt per consolationem, vt surgant, postea terrore confirmandi per increpationem, ne recidant. Tit. XLI.

Scriba doctus in regno celorum, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Noua sunt cōsolationes, vetera increpationes. Vetus. n. lex pœnā pposuit, qua terreret: noua misericordiā, qua foueret. Quare ergo prius noua post vetera? Quia pietas loquit, iō prius palpat, postea pcutit. Pusillanimes. n. prius consolatione fouendi sunt, vt surgant. Postea terrore confirmandi, ne recidant. Cōtumaces & duri prius increpādi sunt, vt timeāt: postea fouēdi cōsolatione, ne desperēt. Cū ergo pietas loquit, noua & vetera: cū feueritas loquit, vetera & noua: vel iō sequuntur vetera non præcedunt, quia ex adiecto & superabundanti esse debet, quod durum est, & pœnam habet charitas maior.

Quod pro temporalium abundantia non debet fraternitatis frangi concordia. Tit. XLII.

Prohibet Ioseph fratribus suis oneratis asinis, ne contendant in via: quia Christus in huius

vite itinere, si quando nobis abundantiam tribuit, pacem tamen & concordiam ad inuicē pro eadem frangere & violare non concedit.

Quod virtus, & veritas simul esse uolunt. Tit. XLIII.

Sap. 7. T Est in sapientia spiritus intelligentiæ, certus, suauis, amans, bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere &c. Virtus & veritas cum de eodē sunt, nō se impediunt. Vnde cum dictum esset de spiritu sapientiæ, quoniam acutus est, subiunctum est statim: quoniam nil vetat benefacere. In philosophis Gentilium acumen spiritus erat, sed idipsum benefacere vetabat: quia illorum intentio quo magis per acumen mouebatur extranea cognoscere, eo magis per occupationem impendebatur propria considerare. Vera autem sapientia semper uirtutem habet comitem, quia hoc magis appetit scire, quod magis expedit esse. Vnde adhuc de ipso dicitur. Certus, suauis, amans bonum. Certus scilicet experientia, suauis gustu, amans bonum, quia non pot odire i opere, quod vere diligit in cognitione.

De duplici amore, & superedificatione. Tit. XLIII.

1. Cor. 3. V Si quis autem superedificat super fundamentū hoc, aurum &c. Tria sunt genera hominum. Sunt, qui amant solum Deū: hi edificat super fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos. In amore uirtutis aurum, in cognitione ueritatis, argentum, in incorruptione boni operis, lapides pretiosos. Sunt alij, qui amant aliud præter Deum, tamē nihil contra Deum, neque aliquid plusquàm Deū. In his fundamentū quidem manet, quia amor Dei non destruitur: sed tamen ex affectu eorum, quæ pariter amantur, quia quædam corruptio cōtrahitur, ligna, & fœnum, & stipula superedificantur. In ligno peccatum illiciti operis, in fœno sine opere peccatum prauæ delectationis, in stipula illicitæ culpa cogitationis. Sunt alij, qui amant quædam contra Deum, & in his fundamentum omnino destruitur: quia amor Dei esse non potest, ubi non est vel solus, vel summus. Igitur ad primos pertinet laudari & saluari, ad secundos corripiri & liberari, ad tertios argui & damnari.

De carne iumento, & spiritu sessore. Tit. XLV.

X Caro iumentū est, sessor spiritus: qui illius calcaria adhibet, quando pigram excitat: frenū, quando impetuofam moderatur, & cohibet.

De occultis, & manifestis hominis, & homini. Tit. XLVI.

Y Quidam sunt manifesta hominis, & manifesta homini. Quædam sunt occulta hominis, & occulta homini. Debet igitur homo primum erudiri in ijs, quæ manifesta sunt, & exerceri, vt ad cognitionem occultorum perue-

niat. Vere. n. mala cognoscere, hoc est improbare, & scire q̄ mala sunt, ne dicere malum bonum, aut bonum malum existimare, & discernere inter tenebras & lucem, & noctē & diem, & noctem, & noctē, & inter diem & diem, & iudicare oēm diem.

De uita & morte, gaudio & dolore duplicibus. Tit. XLVII.

Duo sunt, uita & mors: & post hæc sequuntur Z duo, gaudium & dolor. De uita gaudium, de morte, dolor. Et est bona uita & mala uita, & gaudiū bonū, & gaudiū malū, & est bona mors & mala mors, & bonus dolor, & malus dolor. Corpus ex aīa uiuit, aīa ex Deo. Primū utrunq; benedixit, postea aīa mortua est iniquitate, deinde corpus percussum mortalitate dissolutū in morte. Postea aīa uiuificata iustificatione, deinde corpus resurrectione. Nunc ergo uetus homo. i. caro in cruce est, nouus aut. i. aīa in resurrectione. In resurrectione ergo nostra gaudiū nostrum, in cruce nostra obedientia nostra: hic patientia, ibi lætitia. Qui carne crucifixus non est, anima non resurrexit: & ibi sentit, ubi uiuit, & ubi sentit, ibi sapit.

De duabus ciuitatibus, & duobus populis & regibus. Tit. XLVIII.

Due sunt ciuitates, Hierusalem & Babylon: & duo populi, amatores Dei ciues Hierusalē, & amatores mundi ciues Babylonis. Et duo reges, Chrs rex Hierusalem, & diabolus rex Babylonis. Inter has duas ciuitates, & duos populos, & duos reges bellū est iugiter, & discordia, & pugna: & si gnar uterque milites suos, Christus suos, & diabolus suos, vt agnoscat quiq; regē suū, & agnoscat ab eo, & sequantur eū. Hierusalē. n. ciuitas est sursum in celo, Babylō deorsū in terra. Similiter Christus iā sursum est, diabolus deorsū. Milites Christi sequuntur regē suū: & milites diaboli sequuntur regem suū. Christus tribus exēplis viā nobis ostēdit, quæ eū sequi debeamus: similiter & diabolus tria pposuit, quibus post eū pceptētur, qui eū sequuntur. Iter. n. ad Christiū, quia sursum est, arduū ē, & arctū est, & in longum sublime. Iter ad diabolu deorsū est, latū est, & breue in profundum, & ad præcipitandū facile. Ideo Christus exēplum paupertatis reliquit, ut exonerati sarcina terrenarū rerum leues ascendamus per arduū. Exēplū humilitatis, ut modici sine difficultate transeamus per actū. Exēplū patientiæ, ne deficiamus in longum. Exēplū paupertatis dedit, cum dixit. Vulpes foueas habent, & uolucres celi nidos: filius autem hominis nō hēt, ubi caput reclinet. Exemplum humilitatis dedit, cū dixit. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Exemplum patientiæ dedit, qm̄ cum percute retur, non percussit, cum occideretur sustinuit. Exemplū iterum paupertatis, quia in hoc mundo diuitias hñe noluit. Exemplū humilitatis, quia gloriam spreuit. Exēplū paciētiae, quia mala sustinuit. Cum laudaretur nō lætabatur, cum malediceretur non tristabatur, cum premeretur, non frangebatur. Ait quidam illi Magister bone: & respondit. Mat. 10

M. Hug. à S. Vic. To. iij. I Quid

Ioan. 8. Quid me dicis bonum? Ecce humilitas. Et alij dixerunt. Dæmonium habes: & dixit. Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum. Ecce

Ioan. 6. patientia. Et cum requireret populus eum, ut regē facerent, ille, humilitatis exemplum relinquens, fugit, & gloriam spreuit: & multa alia ad hæc pertinentia exempla. Prima est ergo paupertas, ut abijciamus, quod grauat, in quo est peccandi occasio. Et quia paupertas despicitur, sequitur humilitas, qua ipsa etiam propter Deum vilitas amat. Et quia rursum qui vilis est, sine reuerentia læditur, necessaria est post humilitatem patientia, qua oia aduersa propter Deum fortiter tolerantur. Paupertas leuem facit & expeditum, humilitas modicū, patientia fortem & robustum. Econtrario diabolus suos primum diuitiarum pondere in amore & sollicitudine onerat, ut deorsum ruant. Secundo per superbiam inflat, ut per latum incedant. Tertio per impatientiam frangit, ut cito deficient. Hi duo populi duas ciuitates ab initio suo ædificauerunt, Babylonē, quæ a Cain initium cepit, & Hierusalem, quæ ab Abel. Primus .n. homo duos genuit filios, diuisionis principium & diuisionis signum: quia illa massa naturæ humanæ, quæ in ipso primum per conditionem tota condita erat ad gloriam, postea per prauaricationē tota adiecta erat ad pœnam, ut ostenderetur quod misericordia & ueritas iam tunc diu. di inceptum in uasa misericordie, & in uasa iræ. Et abiectus est primogenitus terræ, sicut primogenitus cœli corruerat, si tamē primogenitus erat, qui genitus non erat. De ipso .n. dictum est. Ipse est principium viarum Dei. Et reprobarata sunt prima, ut ostendatur quod finis principio melior est: quia quæ in principio facta sunt a Deo, bona quidem facta sunt, sed bona incipientia: quæ autem in fine faciendæ erant, bona faciendæ erant, & bona consummata. Propter hoc etiã in ipsa rerum conditione, primum materiam fecit, postea formam superaddidit, ut ostenderet, quod similiter in rationali creatura primum esse factum erat, postea autem pulchrum esse & formosum esse, & melius addendum erat, ut non nimis gloriaretur in eo, quod primū bonum acceperat, sed ad illud potius festinaret, quo postea melius acceptura erat. Sed primogenitus primum dilexit, ut perderet nouissimum, & ideo reprobatus est, & ille in cœlo, & iste in terra. Sed ille de cœlo deiectus, in terra hominem per inuidiam supplantauit, iste in terra reprobus effectus fratrem suum zelando occidit. Quia enim uita illius grauis ei fuit, ideo ad mortem illius festinauit. Cruciabatur enim nequam conscientia quotidie contra se testimonium cernens vitam iusti, & quasi grauis ei ad uideandum fuit, ex cuius præsentia sua condemnabatur malitia. Idcirco auferre festinauit e medio ipsum, ne eum uideret ad confusionem sui, quem videre noluit ad emendationem & correctionem sui. Fortassis existimans postea non fore Deum vindicem iniquitatis, si non superesset homo iustus testis ueritatis. Sic ergo Cain interfector fratris Babylonis fundamenta posuit. Abel autem interfector sanguine suo primordia Hierusalem in terra confestim. I. u. T. u. V. 2. g. u. f. M.

Tria onera, que suis militibus imponit diabolus, facilibus ruant.

Principiū diuisionis in humano genere.

Iob. 40.

E

F

cravit. Sic Ismael primogenitus reprobus fuit, Isaac uero electus. Esau quoque ab hereditatis sorte, & dono benedictionis reprobatur, Jacob diligitur, & eligitur, & reprobato Heliab primogenito, Dauid iunior ad regni fastigium sublimatur. Semper autem milites diaboli furore pugnauerunt, & milites Christi patientia uicerunt, regem suum paupertatis amore, & humilitatis studio sequentes, patientia autem ad ipsum peruenientes.

De officio, & pietate pralatorum. Tit. XLIX.

Considerate fratres misericordem dispensationem Dei. Solus ipse peccata tollere, & peccatores iustificare potest: tamen ut humanam conscientiam de sua pietate certam faceret, potestatem relaxandi peccata & indulgendi arbitrium homini concessit, ut homo ad hominem quasi ad consimilem suum familiaris & fiducialius conueniret, quem & videre posset veniam postulaturus, & accepturus audire. Deus enim hominem orantem videre potest, sed homo Deum indulgentem videre non potest. Idcirco uoluit Deus, ut homo homini loqueretur, & de sua salute cum illo tractaret, & veniam peteret, & indulgentiam acciperet. Sed ne forte ab homine salus dubia esset, Deus homo factus est, qui nec falleretur iudicando, nec falleret miserando. Sic omne iudicium datum est filio, diuina potestate in participationem hominis transfusa, ut homo peccata dimitteret, iuxta diuinum tamen iudicium, cum idem ipse homo Deus esset. Ipse autem homo Christus sicut particeps factus fuerat naturæ nostræ, ita particeps uos esse uoluit honoris sui: & idcirco dedit uobis prius de Spiritu sancto, ut prius essetis particeps ueritatis, deinde consortes dignitatis. Videte ergo ministerium uestrum fratres, iudicate iudicium domini, quia iudices seculi positi estis. Audite, quod dictum est. Dominus iudicabit fines terræ. Propter hoc .n. Dominus iudicium suum in fine ditulit, ut uos prius iudicetis ad correctionem, ne ipse post cum iudicare cœperit, iudicet ad damnationem. Vos enim non quasi iudices criminum ad percipiendum positi estis, sed quasi iudices morborum ad sanandum. Videte ergo languidum in manibus uestris, quem uobis misericors ille Samaritanus commisit, pro quo pretium iam ab eodem accepistis, ne de uestro constet curatio illius. Habetis duos nummos in testamento duplici, ueteris monetæ unum, & unum nouæ, ut emantur ueteri ea medicina, quæ mordent, nouo autem medicamina, quæ fouent. Prima ad purganda, quæ putrida sunt. Secunda autem ad uia consummanda. Ista sunt duo debita, præcepti scilicet & uoti. Debitum præcepti, quo doctrina impenditur, debitum uoti, quo exemplum formatur. Hi sunt etiam duo gladij, quos in Christi passione ad defensionem Petrus parauerat. Unus scilicet corporalis, qui secundum legem ueterem pœnam peccantibus irrogat: alter uero, qui secundum nouam legem spiritualiter culpas feriens, homines sanat. Hic est gladius uester, quo uos ferire debetis.

1. Re. 71.

Ioan. 5.

H 1. Reg. 2.

I Luc. 22.

4. Reg. 6

Matt. 25
Pauperes iusti membra Christi.
k
Pl. 105.

betis uita hominum, ipsos homines amantes, quæ uobis Petrus reliquit, si tamen feruoris illius hæres facti estis, & imitatores esse uultis. Nondum adhuc Christus crucifigebatur, & tamen Petrus feruorem suum cohibere non potuit, sed exerto gladio percussit seruū Pontificis, nec multitudinem timens, nec potestatem. Et nisi Christus eum cohibuisset, forsitan maiora adhuc Petrus fecisset. Nec tamen tunc Petrus dicere potuit. Plures sunt, qui nobiscum sunt, quæ qui cum illis. Considerate ergo, & uidete quid facitis. Christus in oculis uestris crucifigitur, & uos adhuc gladium in vagina habetis, cum tamen multitudo maior uobiscum sit, quæ cum illis. Quid uos in passione Christi fecissetis, quomodo ad percipiendum pigri estis? Ecce Christus in oculis uestris occiditur. Quid enim est Christianus nisi corpus Christi? Ipse quippe dixit. Quod uui ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ergo in Christiano Christus occiditur, & in Christiano Christus tribulatur. Quid ergo facitis? Quid pigri, quid timidi estis? Fortè quia non statis sicut Phinees, idcirco iram placare non potestis, ut cesset uassatio. Fortè quia discubuitis ad ollas Pharaonis, & saginam diligitis, pigrum uobis est surgere ad bellum. Fortè quia lanam diligitis, & lac, non oues: idcirco pascitis uosmetipsos, non oues, & fugitis ueniente lupo, quia de ouibus non curatis. Saltem si lac ouium comeditis, carnes comedere nolite. Si fructum pro custodia ouium queritis, ipsas uiuas seruate. Bonus pastor etiam carnem suam ouibus suis edendam dedit, ut eas reficeret: sed uos non solum mercenarij pastores pretium pro custodia queritis, sed ipsas etiam oues lupi facti ad uestram refecionem necatis. Væ pastoribus malis, qui pascunt semetipsos, non oues & utinã solū non pasceret, si non et depascerentur: nunc autem & mercenarij fugiunt, & lupi occidunt. Mercenarij fugiunt, non mutando locum, sed subtrahendo auxiliū. Lupi occidunt, quia, & uisibiles corpora laniant, & inuisibiles aias necant. Si ergo pastores estis, uigilate super gregem uestrum, nec oues Christi laniari permittatis in manibus uestris, ascēdite ex aduerso, & date uos murum pro domo Domini, & quasi boni canes latrate circa caulas ecclesiæ uocibus confidentiæ, ut timeant: & uos pro bona custodia præmium accipere mereamini.

De tribus crucibus. Tit. L.

Ihesu autē absit gloriari, nisi in cruce Dñi nostri. **Gala. 6.** In cruce Christi gloriatio est. In cruce dextri latronis consolatio. In cruce sinistri latronis cōsolatio. In cruce Christi pœna sine culpa, & post pœnam glorificatio. In cruce dextri latronis pœna pro culpa, & post pœnam remissio. In cruce sinistri latronis pœna pro culpa, & post pœnam damnatio. Dicunt homines quando pœnam sustinent, si meruisse non erubesceremus, nunc autem iniuste pati & sine culpa ignominiosum nobis est, Oculi, qui non uident, immo si pro culpa pateris, erubescere, si sine culpa pateris, gloriare. Latro magis

uis esse quàm Christus? & fortè sinister blasphemator, non confessor. Tu enim pro culpa pateris, & culpam non agnoscis, nec iudicem ueneraris. Si saltem dexter fuisses latro, culpam humiliter agnosceres, pœnam patienter sustineres, ueniam deuote implorares, nec pro pœna præsumeres, nec pro culpa desperares, sicut quidam qui de sua sustentia gloriantur, de pœna murmurant, de culpa desperant.

De duplici oleo, scilicet Dei & mundi.

Tit. LI.

Date nobis de oleo uestro, quoniam lampades nostræ Mextinguuntur. Habet oleum Deus, hæt oleum & Matt. 25 mundus. Ad oleum Dei uasa deficiunt, oleum mundi in uasis deficit. Oleum Dei dulcedo æternorum, oleum mundi delectatio præsentium. Illa sufficit, ista deficit. Propterea uasa stultarum uirginum uacua fuerunt, uasa uideat sapientis plena: uasa corda sunt, oleum gaudium. 4. Reg. 4.

De falsitate consolationis mundanae.

Tit. LII.

Væ uobis diuites, qui habetis nunc consolatio nenes uestras. Animæ rationali si uere saperet, nihil saperet præter uerum bonum. Non enim est bonum eius aliud, quàm uerum bonum. Hoc igitur solū est, in quo gaudere deberet in abundantia sua, & in quo consolari deberet in egestate sua. Et utique siue abudans siue egens bene illo gauderet, & bene cōsolaretur, si illius neque in abundantia, neque in egestate egestatem pateretur. Nunc autem primum malū eius factū est, ut illo sublato egestatem illius patiatur, ut illud non habeat: deinde secundum malum accessit, ut in alio bono consoletur, ut illud non requirat. Perdito ergo eo, quod intus erat bono, egressa est anima ad ea, quæ foris erant, bona aliena, & pactum fecit cum delectationibus seculi, & regressa induxit eas ad se, ut fornicaretur cum eis intus in abscondito cordis sui: & requiesceret super eas, & consolaretur in eis, & non respiceret absentiam boni sui, eo quod abundantiam suam cerneret & consolationem in bonis alienis. Nunc igitur anima desolata a bono suo, desolationem suam non agnoscit: quoniam secum habet societatem alienam delectationum huius mundi ingredientium ad ipsam per sensus carnis ipsius, uel cum ipsa egreditur ad illas. Cum autem claudi cœperint portæ istæ sensuum carnalium, non patebit deinceps uia transeundi adiuuicem: & tunc separabitur societas uanitatis: & erit mundus foris exclusus, ne ingrediatur: & anima intus inclusa, ne egrediatur, & ueniet anima ad portas oculorum, & clausas inueniet, ut non egrediatur per uisum, & declinabit ad portas aurium, & obstrusas inueniet, ne egrediatur per auditū. Deinde diffundet se per aditus sensuum reliquorum, & non erit transitus ullus: quoniam repagula mortis perpetuæ inflexibili rigore, & immobilibus seris ualuas sensuum, aditus cōmercij antiqui sine fine concludent. Tunc anima

M. Hug. à S. Vic. To. ij. I 2 anima

anima misera in hoc tristi dissidio solam se inueniet, & conuertens se requirere incipiet socium illum, qui intus est, & excludi non potest, & non poterit habere societate illius in desolatione sui: quia non requisivit illum in consolatione sui. Tunc illa infelix desperatione cadet ad se, & damnatione sub se: & aperiet se profundum in obuiam ruenti, & cum illa exceperit, continuo claudetur sursum, & aperietur deorsum, ut sine fine cadat, & ad finem non resurgat. Et tunc primum agnoscat uerum esse, quod dictum fuerat. Vt soli, quoniam cum ceciderit, non habet subleuantem. Propterea dixit:

P Eccle. 4. se, quod dictum fuerat. Vt soli, quoniam cum ceciderit, non habet subleuantem. Propterea dixit:

Matt. 24 Orate ne fuga uestra hyeme fiat, uel sabbato. Quid enim est hyems, nisi torpor mortis? Et quid est sabbatum, nisi post mortem tempus perpetue uacationis? Hyems uiquidem tollit ambulandi potentiam, sabbatum negat licentiam. Sic & imminentis mortis torpere alitricus homo a correctione praeeditur, post mortem uero poenitentia non recipitur. Hic grauat, ne prima opera exercenti ligatur, ne imminentem damnationem euadat: hic correctio grauis, ibi emendatio impossibilis. Propterea bonum est fugere iram uenientem priusquam sentire incipias imminentem, ne uel uoluntas minus efficax sit sine opere, uel dolor inutilis sine correctione. Cogitet ergo anima in societate alienorum nunc posita, quod non poterit semper permanere cum illis, & eligat interim socium illum, qui cum omnia subtrahenda fuerint, solus fide seruat dilectoribus sui, nec recedit in tempore angustiae. Et si durum videatur pro eius amore nunc omnia mundi blandimenta respuere, audiat ipsum consolantem, & dicentem. Nonne ego melior tibi sum, quam decem filij? Quid enim? Dulcis est mundus, & dulcis non est Deus? Absit. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauam. Hanc ergo fratres dulcedinem si gustare coeperitis, nec falsam dulcedinem diligetis, nec veram amaritudinem sentietis.

1. Reg. 1
Eccle. 24.

De quadruplici recordatione praeteritorum malorum. Tit. LIII.

Quadruplex est recordatio praeteritorum malorum. Prima, quae animum ad consensum prauitatis inflectit. Secunda, quae delectatione illicita memoriam afficit. Tertia, quae ad compunctionem, & contritionem poenitentiae cor emollit. Quarta, quae ex fiducia ueniae ad gratiarum actionem mentem accendit. Prima est malorum, secunda incipientium, tertia proficientium, quarta perfectorum. Primam Deus pro culpa imputat. Secundam condonat. Tertiam remunerat. Quartam glorificat. Prima est iniquitatis, secunda infirmitatis, tertia virtutis, quarta felicitatis.

Vnde vitium originem trahat. Tit. LIIII.

R Omne vitium ex natura originem trahit, quia non est aliud vitium, quam affectus naturalis praeter ordinem, & supra mensuram. Ordinem

transgrediens, quando mouetur ad ea, quae non debet. Mensuram excedens, quando mouetur, plusquam debet. Illa appetens propter indigentiam, haec effluens propter uehementiam. Illic peruersus, hic nimius. In Dauid propter indigentiam appetitus mouebatur ad ea, quae non debuit, quando esuriens panes sanctificatos concupiuit. In Amnon filio eius propter uehementiam mouebatur plus quam debuit, quando Thamar sororis suae dilectionem usque ad carnis libidinem relaxauit.

De varijs uijs hominis. Tit. LV.

Via vitae mandatum iustitiae. Primo homini aperta fuit via ad vitam breuis & leuis. Nunc autem redeuntibus ad vitam viae demonstrantur, pro una multae, pro breui longae, pro leui laboriosae. Sic enim dignum fuit, ut homo, dum adhuc vnus erat, haberet uiam singularem, propinquus breuem, iustus leuem. Nunc autem diuisus multiplicem, remotus longam, peccator grauem. Concupiscentia diuisit hominem, iniquitas abalienauit, mortalitas debilitauit. Nunc ergo prima via est, ut ad semetipsum redeat, & de multis vnus fiat. Deinde pergat ad ipsum, qui est super ipsum. Prima uia est de multis ad unum multiplex. Secunda uia est de uno ad unitatem simplex. Prima uia est de uitij ad uirtutem, secunda uia est de ueritate ad beatitudinem. In prima uia est fragilis homo relinquere amata. In secunda uia debilis apprehendere insolita. Primum homini unum preceptum datum est, leue factu, breue effectu. Primum dictum est illi, ut ab uno, quod foris erat, abtineret: postea ut ea, quae intus erant, uinceret: quod nec leue erat ad faciendum, nec breue ad perficiendum. Ibi unum faciendum erat, hic facienti multa obsistunt. Obuiat superbia in uia humilitatis, uexat inuidia in uia pietatis, turbat iracundia in uia mansuetudinis, libido in uia castitatis, auaritia in uia misericordiae, gula in uia continentiae, contumacia in uia obedientiae. Quae omnia vincere tam difficile est, quam habere naturale est.

De duabus uijs in euangelio. Tit. LVI.

Duae sunt viae, una lata ad perditionem, altera arcta ad uitam. Illa, quae lata est, multos habet incedentes per se. Illa, quae arcta est, paucos capit. In omni enim genere, quae pretiosa sunt, rara sunt: quae uilia sunt, numero abundant. Lata autem uia est, ire quod libet, & facere, quod placet. Arcta uia est praecipis regi, & desideria fluxa stringere ad regulam aequitatis. Duae ergo viae sunt, una mortis, altera uitae: & duo populi, malorum & bonorum: & duo reges, diabolus & Christus. Et praecedat uterque exercitum suum: vnus ad mortem, alter ad uitam. Christus humilitate, diabolus elatione. Christus puritate, diabolus impuritate: Christus obedientia,

dientia, diabolus contumacia. Et quem quisque ducentem sequitur in uia, habebit regem in patria.

De misericordia & ueritate, quomodo inter se disceptarint, uide fo. 37. Tomi primi. F.

De uirtute, & iustitia. Tit. LVII.

Hoc interit inter uirtutem & iustitiam, quod uirtus magis esse uidetur affectus rationalis uoluntatis bene formatus, uel recte ordinatus: iustitia autem forma, uel ordinatio eius. Tunc bene ordinatur mentis affectus, quando secundum Dei uoluntatem mouetur.

De actiua & passiuaiustitia. Tit. LVIII.

Iustitia, alia est secundum debitum facientis, alia secundum meritum patientis. Iustitia autem secundum debitum facientis est potestatis. Iustitia secundum meritum patientis est aequitatis. Iustitia potestatis est, qua sine iniustitia licet facienti si uelit, quod eius potestati debetur. Iustitia aequitatis est, qua retribuitur patienti etiam si nolit, quod eius merito debetur. Cum ergo Deus punit peccatorem iuste facit, quia eius potestati debetur, ut hoc possit si uelit: & iuste patitur, qui patitur, quia secundum meritum suum, eique retribuitur, quod eius merito debetur. Et est illic potestas iusta, quae Deus iuste facit, & ipse iustus est. Hic retributio aequa, quia peccator iuste patitur: quia tamen non ipse est iustus, sed poena eius iusta est. Cum uero Deus iustificet peccatorem, iuste agit, & iustus est iustitia potestatis, qua ei hoc licet: qui uero iustificatur, iustus est iustitia, quam accipit: sed non in eo quod contra meritum suum accipit, sed tamen iniustus non est, quia non facit ipse quod accipit: & est iustus, qui facit, & iustitia quae facit, & est iustus, qui accipit, iustitia, quam accipit: non tamen quia accipit, quia sine iustitia sua per solam gratiam iustitiam accipit.

De lectulo, & ferculo Salomonis. Titu. LIX.

Salomon est Christus, Lectulus Salomonis cor contemplantis, Ferculum Salomonis cor per bonam operationem se circumferentis, & exercentis. Quando de lectulo Salomonis loquuta est scriptura, non dixit unde factus sit, quia ineffabiles sunt aspirationes contemplationis, quae cor illuminant. De ferculo autem Salomonis dicit unde sit, & materiam eius describit, quia enarrari possunt & dici exercitia uirtutum, quae uitam operantis aedificant.

De eisdem. Tit. LX.

Ferculum Salomonis cor exercitatum in studio uirtutis: Ferculum sapientiae uerbum inde portatur ab ore ad aurem. Lectulus mens contemplatiua. Ferculum hoc primum de lignis Libani esse debet per puritatem & incorruptionem ueritatis,

Cant. 3:

Cant. 3:

de argento in praecipis, & promissis. In candore argenti munda conuersatio, in sonoritate dulcis promissio. Habet aurum per sapientiam caelestem, quod non a ruginat in aeternitate, sed rubet in charitate. Habet purpuram, quando praedicat passionem. Ascensum ad glorificationem. In medio charitas sternitur propter filias Hierusalem, quae teneris & infirmis proposita est ad obtinendam salutem. Quis tam tener, ut amare non possit? Nam si caetera non potes, amare tamen potes, ut ad ferculum Salomonis pertineas.

De ferculo idest lectica seu uehiculo Salomonis, a ferendo dicto: & de curru Pharaonis. Titu. LXI.

Ferculum fecit sibi rex Salomon ex lignis Libani & Duo uehiculorum genera scriptura commemorat, hoc est ferculum Salomonis, & curru Pharaonis. Cor bonum ferculum est Salomonis, cor prauum curru Pharaonis. Quia enim currus per terram trahitur: congrue per currum cor terrenis desiderijs inherens significatur. Nam sicut currus onustus stridorem emittit, leuatus strepitum facit: ita prauorum corda in aduersitate per impatientiam quasi stridorem emittunt, in prosperitate per iactantiam strepitum faciunt. Istos quidem Pharaon idest diabolus superequitans, quasi plumbum in profundum mergitur, quia eos, quos hic ad uitam impellit, tandem ad tormenta descendentes comitatur. Ferculum autem Salomonis terram non tangit, sed supereminet, & motum quidem habet, strepitum uero aut stridorem non habet: quia cor ad superna desideria eleuatum terrenis delectationibus spretis, quamuis adhuc per conditionem mutabilitati subiaceat, nec in aduersitate tamen stridet per impatientiam, nec in aduersitate per iactantiam strepit. Est adhuc aliquid, quod supra dictae distinctioni annecti potest. Ponamus igitur tria, idest lectulum Salomonis, & ferculum Salomonis, & curru Pharaonis, & intelligamus per lectulum Salomonis cor dulcedine contemplationis requiescens, per ferculum Salomonis cor in exercitatione bonorum operum se circumferens, per curru Pharaonis cor in cupiditate carnalium requiescens.

De quatuor modis, quibus notitia Dei manifestatur homini, seu de natura, gratia, & Deo. Tit. LXII.

Quatuor modis notitia Dei cordi humano manifestatur. Duobus intus, duobus foris. Duobus per naturam, duobus per gratiam. Intus per rationem & aspirationem. Foris per creaturam & per doctrinam. Ad naturam pertinet ratio & creatura. Ad gratiam aspiratio & doctrina. Fuerunt ergo duo simul natura & gratia, non sola natura neque sola gratia. Ne si natura totum posset, gratia non quaeretur: aut si nihil posset, culpa excusaret. Iudaei naturam totum posse dixerunt, & gratiam non quaesierunt. Gentiles quidam naturam nihil posse existimauerunt. Error In deorū. atq; Gentiliū. M. Hug. à S. Vic. To. ij. I 3 maue-

A Cant. 3.

C.

Error In deorū. atq; Gentiliū.

mauerunt, & culpam excusauerunt: & vtrique erraverunt. Inter quatuor prima est ratio, secunda creatura, tertia doctrina, quarta aspiratio. Ratio inuestigat, creatura approbat, doctrina explicat, aspiratio confirmat fidem. Tres sunt testes approbationis q̄ Deus est, affectus, defectus, & effectus. Affectus praecedit, sequitur defectus, occurrunt effectus. Affectus quare it, defectus exigit, effectus tribuit: quod non esset, si providentia non esset. Sunt adhuc alij testes, tres in creatura diuinitatem creatoris profitentes, magnitudo potentiae, pulchritudo sapientiae, benignitatis utilitas. Deinde scriptura explicat, quare creatura probat. Primum Deum esse, deinde vnum esse, deinde & trinum. Et contestatur ipse Deus fidei ne testimonium hominis minus firmum foret. Ante legem dixit se esse, sub lege vnum, sub gratia trinum: vt paulatim cresceret cognitio veritatis. Ante legem dixit. Ego sum. Et iterum. Ego sum qui sum. Et rursu Hec dices filijs Israel: qui est, misit me ad vos. Sub lege dixit. Audi Israel: Deus tuus Deus vnus est, ipsum deum adorabis, & ei soli seruias. Sub gratia dixit. Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti. Confirmationem aspirationis nouit ille, qui accipit.

Eadem cognitio Dei diuersis hominibus in varijs temporibus fuit. Exod. 3. Exo. 3. Ibidem. Deut. 6. Matth. vlt.

De superbia, & humilitate. Tit. LXIII.

Deus hominem formans & condens iudicio posuit in eo quaedam humilia, quaedam gloriosa. Venit autem superbia, & inuenit excellentia quaedam & decora, pulchra ad concupiscentiam: humilia autem & infirma, turpia ad confusionem, & ignominiam: & praemittitur, vbi tumer, & confunditur, ubi gloriatur. Venit autem humilitas, & cõsiderat pulchra sine concupiscentia, infirma sine ignominia, & placet in vtroque; cõditor. In altero quidem, quia suam potentiam probat, in altero vero, quia nostram praesumptionem temperat: vt in vno videamus quantum de ipso praesumere possimus, in altero autem quã humilia de nobis sentire debeamus.

De triplici contemplatione, & eruditione. Tit. LXIII.

Prima contemplatio est in visibilibus. Secunda de visibilibus ad inuisibilia. Tertia de inuisibilibus. Sic prima eruditio est in litera, secunda de litera ad sensum, tertia in sensu.

De tribus gradibus fidei. Tit. LXV.

Tres sunt gradus fidei. Primus est, ea, quae dicuntur, per pietatem solam eligere. Secundus, ea, quae electa sunt, per rationem approbare. Tertius, quae approbata sunt, per puritatem apprehendere. Quartum genus hominum est, quibus solum credere est fidei non contradicere. Qui tamen consuetudine viuendi magis quam veritate credendi fideles nominantur. Fideles autem primum per pietatem electionem faciunt. Postea ex ratione examinationem concipiunt. Nouissime per puritatem

assertionem comprehendunt. Tribus item gradibus cognitio fidei crescit. Alii. n. audita sine discussione credenda suscipiunt. Alij credenda ratione discutiunt, & credunt. Alij discussa & credita effectu comprehendunt. Primi habent fidei cognitionem, secundi cognitionis rationem, tertij rationis assertionem. Sic per tempora creuit fides. Ante legem Deus creator credebatur, & ab eo salus & redemptio expectabatur: per quem uero, & quomodo eadem salus implenda ac perficienda foret, exceptis paucis, quibus hoc scire singulariter in munere datum erat, a ceteris et fidelibus non cognoscebatur. Sub lege autem persona Redemptoris mitterenda praedicebatur, & uentura expectabatur: quare autem ipsa persona foret, hoc est an homo, an Angelus, an Deus, nondum manifestabatur. Soli hoc cognouerunt, qui per spiritum singulariter ad hoc illuminati fuerunt. Sub gratia autem manifeste ab omnibus iam & praedicatur, & creditur, & modus redemptionis, & qualitas personae Redemptoris. Semper tamen in Ecclesia Dei ab initio fides fuit incarnationis & passionis Christi: quia ab initio nunquam defuerunt, qui hoc cognouerunt. Alij saluabantur: quia horum perfectioni fide simplici iungebantur, & eos bene operando sequebantur. Item sciendum, quod aliud est affectio animi, qua creditur: aliud cognitio, qua percipitur, quod creditur. In affectione fides est. In cognitione ea, quae pertinent ad fidem. Aliud est ergo fides, aliud cognitio fidei. Et potest quidem eiusmodi cognitio sine omni fide esse, fides autem sine cognitione esse omnino non potest, & tamen aliquando supra cognitionem esse potest, quoniam fides est etiam de fide.

Quod charitas nunquam excidit. Tit. LXVI.

Dilecto fratri. R. Hugo peccator. Charitas nunquam excidit. Audieram hoc, & sciebam, quod verum erat. Nunc autem frater carissime experimentum accessit, & scio plane, quod charitas nunquam excidit. Peregre profectus eram, & ueni ad uos in terram alienam, & quasi aliena non erat, quoniam inueni amicos ibi: sed nescio an prius fecerim, an factus sim. Tamen inueni illic charitatem, & dilexi eam: & non potui fastidire, quia dulcis mihi erat: & impleui sacculum cordis mei, & dolui, quod angustus inuentus est, & non ualuit capere totam, tamen impleui quantum potui. Totum impleui, quod habui, sed totum capere non ualui, quod inueni. Accepi ergo quantum capere potui, & onustus pretio pretioso pondus non sensi, quoniam subleuabat me sarcina mea. Nunc autem longo itinere confecto, adhuc sacculum meum plenum reperio, & non excidit quicquam ex eo, quoniam charitas nunquam excidit. Illic ergo frater carissime, inter cetera memoria tui primum inuenta est, & signaui ex ea literas istas cupiens te sanum esse, & saluum in Domino. Tu ergo vicem repende dilectionis, & ora pro me. Dominus Iesus Christus tecum sit. Amen.

Quare

Quare conscientia hominum velata sint. Tit. LXVII.

Propterea Deus conscientias hominum in praesenti vita ad inuicem manifestas esse noluit, ne videntes ad malum prouocarentur, & habentes confunderentur. Tanta etenim mala, quae in corde hominis versantur, si paterent, & videntibus mutuo essent incitamentum ad culpam, & habentibus testimonium ad ignominiam. Propter hoc velata sunt occulta cordium, vt in futuro iudicio locus esset. Est autem velamen cordis habitus corporis siue manifestus siue dubius & boni & mali.

De seruitute, & timore Dei. Tit. LXVIII.

Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & prepara animam tuam ad tentationem: Primum hoc intendite quã longe homo est a Deo, qui accedere iubetur, vt seruus fiat, Quã longe est ab eo, vbi filius est, qui necdum esse coepit, vbi seruus est? Nec mirum. Seruus enim quãuis seruus, tamen in domo est, & domesticus, & notus. Quãuis non permanens, tamen intus est, & cognoscens, & cognitus. Qui extra est, non nouit ea, quae intus aguntur. Foris canes & venefici, intus filij & serui. Serui exituri, filij permansuri. Fili accedens, adhuc foris est & filius dicitur, nondum seruus est & iam filius. Sic Israel in Aegypto positus filius primogenitus vocatur. Gratia enim meritum anticipat. Ergo accedens ad seruitutem Dei, sta in timore. Sta, non vt non proficias, sed ne deficias. Sta permanens in eo quod coepisti, non rediens ad id, quod fuisti. Sta in timore. Timor configat lubrica carnis, vt non effluat ad culpam, dum prospicit poenam. Et prepara animam tuam ad tentationem. Firma proposito, exerce virtute, cautela muni: firma vt cedere nolit, exerce vt resistere possit, muni vt vbi non potest vincere, sciat declinare.

Quod bonus animus sit hortus voluptatis. Tit. LXIX.

Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti. Rex Aquilonis diabolus, hortus voluptatis rationalis & bonus animus. Huius horti cultor & custos est Deus, vastator & desertor diabolus. Super hanc quippe rationalem terram cadens semen verbi Dei per intelligentiam accipitur, dehinc tegitur ad fomentum & ad consilium contra periculum. Ad fomentum, vt prius radicer, quã germinet, prius deorsum pergat ad confirmationem, quã sursum ad ostentationem: prius radicer per occultum propositum, post germinet per manifestum exemplum. Germinet sursum pergens ad fructum, radicer deorsum pergens ad stabilitatem. Sursum charitate, deorsum humilitate. Ad consilium tegitur, vt non prius proferatur ad actionem, quã dirigatur per circumspectionem. Prius concipis quod sciendum est, postea foues medians qualiter fa-

ciendum est. Contra periculum tegitur, vt tunc et non pateat ad ostentationem, cum exierit ad operationem. Sic itaque verbum Dei super bonam terram cadens radicat, & germinat, & fructum facit, & fit hortus voluptatis proferens omne lignum pulchrum uisu, & ad vescendum suauem, & aspirans aromata redolentia. Ad hunc veniens diabolus rex Aquilonis plenum amenitate, inuenit, ingrediens autem, & exterminans, & vastans, & deinde discens horrendum solitudine relinquit.

De conformitate Christi induenda. Tit. LXX.

Induimini Dominum Iesum Christum: formam scilicet Christi, similitudinem Christi hanc induite, hanc assume. Conformare, commetire. Sursu & deorsum pergit sapientia, a fine vsque ad finem. Sursum maiestate, deorsum humilitate. Si altitudinem respicis, nemo Christo sublimior. Si deiectionem intendis, nemo Christo humilior. Vide quantum descendit humilitate. Filius erat, & factus est seruus: & accepit non solum conditionem serui vt subesset: sed & mali serui, vt vapularet: & amplius vt solueret per poenam, quod non rapuerat per culpam. Sic itaque humiliatus est. Quomodo? Aequalis ad subiectionem, iustus ad passionem, nec ad quamlibet, sed mortis, nec cuiuslibet, sed confusionis. Quis sic gloriare potest? quis sic humiliari? Vsque ad infimum humiliatus, vsque ad summum exaltatus. Descendens non reliquit ultra, quod humiliaretur: ascendens non reliquit ultra, quod exaltaretur. Descende post Christum humilitate infirma patiendi, ascende post Christum charitate summa appetendo. Perge cum ipso, vt crescas in ipso. Imitari potes, non aequari.

De cognitione veri, quã sit naturalis. Tit. LXXI.

De desiderium cognoscendae veritatis intantum naturale animae est, vt quantumlibet sit peruersa, illo omnino carere non possit. Quotidianae quaestiones indicant, quod scire verum omnes cupimus. Tota vita hominis in quaestione est. Quandiu viuatur, quaeritur. Nemo falli vult, etiã si quisque fallere velit. In hoc vero probat cor humanu, nihil magis proprium sibi esse quã verum: sed peruersi ibi verum quaerunt, vbi salus non est. Verum, quia homines sunt: vbi salus non est, quia peruersi sunt. Verum, & non bonum, propterea non inueniunt verum bonum. Alius quaerit ad iniquitatem, alius quaerit ad cupiditatem, alius quaerit ad curiositatem. Querit alius quomodo laedere possit illum, quem odit: & forte inuenit, quod quaerit: & uerum est, quod sic laedi potest: sed uerum hoc ad iniquitatem ducit, non ad bonitatem. Alius quaerit quomodo multiplicare possit pecuniam, augere diuitias, lucra cumulare, & contingit aliquando, ut inueniatur, quod quaerit: & uerum est omnino, quia sic fieri potest, & sic agi: sed uerum hoc, bonum sibi iunctum non habet. Verum quidem bonum est, sed cum uero bonum non est, quia

M Rom. 13

N

quia cupiditas bonitas non est. Alium curiositas trahit ad querendum verum. Infectatur rumores, noua captat, secreta scrutatur, vt vitio suo pabulum ministret: & est hic similiter verum sine focio bono, vt in omnibus his verum bonum non inueniatur. Alij verum querunt, & amant illud habere, quia verum est: & hi recte quidem diriguntur, quia verum querunt propter bonum, sed non perducuntur, quia non querunt propter summum bonum. Tales sunt, qui scrutantur secreta naturae, & desiderio magno feruntur, vt sciant solum, quod verum est in rebus conditis. Et est quidem etiam illic, quod iure delectare debeat: ita tamen si cor hominis per id, quod infra diligitur, ad amorem illius, qui summe bonus est, accendatur. Propterea melius est illud, quo docetur homo primum semetipsum cognoscere, & quod est vt corrigat, & quod esse debet, vt esse studeat: postea creatorem suum, vt agnitum querat, & inueniens in illo requiescat.

Cur filius Dei rogat patrem.
Tit. LXXII.

Ioan. 16 P **E**Go rogabo patrem de vobis &c. Filius patrem rogat pro Spiritu sancto mittendo discipulis. Qui rogat est Deus, quem rogat Deus, pro quo rogat Deus. Deus rogat Deum pro Deo. Mira res. Vnum bonum est, & insinuat se nobis, vt querere discamus illud. Vult enim desiderari, & aptat semetipsum ad nos, vt prouocet ad amorem querendi. Rogat docens, rogatur apertians, promittit consolans. Nisi rogaret, non ostenderetur indigentis necessitas: nisi rogaretur, non intelligeretur muneris dignitas: nisi promitteret, non confirmaretur expectantis tarditas. Deus pro homine se inclinat ad preces. Magna charitate, magna necessitate, magna vtilitate. Magna charitate, qua tantum diligitur impius. Magna necessitate, quia aliter non saluatur perditus. Magna vtilitate, qua sic reuocatur auersus. Ego rogabo patrem. Quare rogat, qui dare habet? ostendit quid de ipso sentias, hoc est, vt intelligas bonum tuum, & ibi sentias vnde queras.

De magna peccatoris respiratione: & dubiorum circa conscientiam decisione.
Tit. LXXIII.

Inipientem doctus interrogas. Quæris quid tibi faciendum sit pro eo, quod in habitu religionis positus opera digna professione tuæ non habes. Recte equidem charissime moueris imperfectum tuum considerans. Iustus est dolor, si tamē nimius non est. Iniuriam misericordiae facimus, si in qualicumque miseria nostra de ipsa misericordia desperamus. Quādo peccas, tollis tibi bonitatem tuam: quādo vero times, ne forte tibi non ignoscat Deus, tollis illi bonitatem suam. Hæc est maior iniquitas. Plus impius efficeris, si pro tua iniquitate aliquid minus senseris de ipsius bonitate. Demus ergo confusionem nobis, peccata nostra confitendo: demus gloriam illi, de ipsius misericordia nullatenus diffidendo. Si opera nostra nobis sufficerent, gratia quid

faceret? Propterea enim gratia necessaria est, quia ex opere suo non iustificatur homo coram illo. Non igitur sic doleamus de imperfectione nostra, vt minus respiremus, vel speremus in bonitate diuina. Deinde etiam hoc animam tuam mouere dixisti, R quod præteritorum commissorum tuorum memoriam succedens obliuio in multis confundit, vt non possis (sicut dignum fuerat) eorum in quibus offendisse Deum te doles, reminisci. Et hæc quidem tanto magis tibi sunt suspecta, quanto magis occulta existunt. Vera sunt hæc, nec est quod contradici possit. In omnibus his periculum patitur homo, & subiacer iudicio, si misericordia iustitiam non mitiget: sed Deus noster misericors est, & parcit supplicibus, & humilem nunquam derelinquit. Magna quidem culpa erat peccatum non cauere, & successit alia culpa, perpetrata malitia, periculum non timere, & auertere oculos, ne malum suum videat homo, & vt non intelligat quid patiat. Et tamen post hæc omnia adhuc viuunt misericordia æterna, cui ille clamauit. Ab occultis meis munda me, P^{sal.} 18. & ab alienis parce seruo tuo. Et iterum, Oculi mei P^{sal.} 24. semper ad Dominum, quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos. Propterea ad illum respicio, qui videt, quod ego videre non possum, vt mundet me etiam ab his sordibus, vbi sum maculatus per culpam, nec illuminatus per scientiam. Ipsi enim confiteor culpam meam, non solum, quia malum feci, sed quia etiam malum meum cogitare, & cognoscere neglexi. Propterea ad illum intendo misericordiam implorans, vt manu pietatis suæ tergat maculas ignorantiae meæ, qui etsi ignoro quid feci, non tamen ignoro, quod male feci. Quod postea dixisti sæpe te cogitationibus quibusdam præteritorum malorum per illicitam quandam delectationem in animo renascentibus perturbari: atque ex hoc admodum contristari, propterea quod nonnunquam etiam in tempore orationis his pulsari soleas, & vexari: breuiter respondeo, quod si pugna non esset, victoria nulla esset. Quod autem subiunxisti, malle te alio genere fatigari, vbi labor esset, sed periculum tantum non esset: ad hoc similiter respondeo: quod si nulla delectatio esset in cogitatione, nullus omnino labor esset in contradictione, quia animus omne, quod non delectaret, facile refutaret. Hic vero labor est cum eo pugnare, quod placet, hoc est amare pariter & improbare. Quæ tamen delectatio, si firmum est animi propositum in bono, non solum non nocet, sed etiam prodest: quia in eo, quod resistentem fatigat, vincentem coronat. Quod autem nouissime addidisti de motibus perturbationis, qui nonnunquam occasionibus incurrentibus quietem mentis concutiunt: verbis P^{sal.} 4. misisti respondeo. Irascimini, & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris concupiscimini. Si ira venit ad animum, non procedat actio ad peccatum: & ex eo quod intus mens per iram turbatur, conscientia per penitentiam compungatur. Hoc est enim remedium, vt si venerit turbatio: & cohibeatur ne excreseat, & compungatur vt desinat, & fiat quod dicitur: Turbatus sum, & non

non sum loquutus. Non est mirum, si turbatur homo, quia homo est: sed si turbationem suam non moderatur, hoc est mirum, quia rationalis est. Propterea si turbatur, non loquatur, frenet linguam, claudat conscientiam, vt quod intus ortum est per infirmitatem, foris per discretionem cohibeatur, donec intus extingatur.

Quod sacra scriptura sit cathedra.
Tit. LXXIII.

Cathedra doctoris sacra scriptura est, in qua coniugiter populo præsidere debet & per auctoritatem præceptionis, & per exemplum conuersationis. Posterior pars cathedre contemplatio est, quæ latet in abscondito: anterior pars prædicatio quæ proponitur in manifesto. Duo sunt pistillia, quæ in posteriori parte consistunt, timor est & amor: quia dum per contemplationem mentis ad ineffabilem Dei maiestatem respicimus, timor nascitur: dum vero inenarrabilem bonitatem eius consideramus, amor generatur, & subsistit contemplatio in ijs, quæ quasi retro sunt, & videri non possunt, timori innixa & amori. Postea ex his duobus, quæ in occulto contemplationis sunt, duo alia ad manifestum prædicationis procedunt, terror scilicet & blandimentum quasi duo pistillia anteriorem partem cathedre typicæ portantia, vt scilicet ex timore terror prodeat, & ex amore blandimentum procedat. Et in sinistra quidem parte timor posterior, & terror ante constituitur, vt in dextra amor retro, & blandimentum ante proponatur. Vnde & ea, quæ retrorsum consistunt, pistillia in altum porriguntur, anteriora quasi genibus coaptantur: quia timor & amor per contemplationem amplius in vtraque parte concipiunt, terror vero & blandimentum in prædicatione, non quantum est semper, sed quantum expedit proferendo paruulis, & qui adhuc quasi genibus ecclesie matris portantur, condescendunt. Quod sedenti deorsum est terrena significat. Sub ipso necessitas, in dextra prosperitas, in sinistra aduersitas. Primum portat, & præmitur. Secundum astat, & contemnitur. Tertium instat, & superatur. Quod sedenti iuxta est, præsentis viæ est ædificatio: quod superius, futura expectatio. Quod iuxta est in dextra, boni operis cautelam significat. Quod in sinistra, contra malum munimen circumspectionis designat. Quod sursum est, retro est, quia quæ futura sunt, non videntur.

De mutabilitate rerum temporalium, vide Tom. 1. fol. 62. homiliam. xiii. X.

Quomodo sapientia vincit malitiam. Tit. LXXV.
Sap. 8.

Sapientia vincit malitiam, attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia sua uiter. Sapientia Dei, sicut testatur Apostolus, Christus est. Hæc ergo sapientia malitiam uicit, quando per passionem carnis diabolus triumphans ab eius potestate genus humanum eripuit.

Sapientia malitiam uicit: quia plus ad nostram salutem potuit redemptoris gratia, quam ad perditionem valuisset malitia seductoris. Attingens a fine usque ad finem fortiter: quoniam & prius superbum de supernis expulit, & post apud inferos potenter auarum spoliavit. Disponens omnia sua uiter: quia & patientiam cum consilio, & iudicium cum ratione exhibet.

De quinque statibus humanis. Tit. LXXVI.

Quinque status habet uita humana, per quos (quia nunquam in eodem statu diu permanere potest) sine intermissione mutatur, siue in melius proficiens, siue deficiens, atque decrefcens in peius. Qui sunt gaudium vanitatis, dolor confusionis, gaudium consolationis, dolor exercitationis, gaudium felicitatis. Gaudium vanitatis est pro lucris temporalibus latari. Dolor confusionis est pro damnis temporalibus contristari. Gaudium consolationis est ab impugnatione vitiorum quiescere. Dolor exercitationis est molestias tentationum sustinere. Gaudium felicitatis est internæ dulcedinis iocunditatem degustare. Per gaudium vanitatis plus elongat anima a Deo: quia tanto longius ab eo, qui intus est, recedit, quanto audius se ad delectationes exteriores effundit. Dolor confusionis malam quidem delectationem quasi foris præcidit, & animam intro redire compellit, quæ tamen ex ipso non sponte, sed quodammodo coacta ad semetipsam retruditur, nec perfecte vitium deserit, neque ad virtutis integritatem veraciter reparatur. Gaudium vero consolationis iam quodammodo mentem extrinsecus fouet, atque componit, suadetque ut seculum permanere eligat, neque extra dignetur querere, quod intus potest ueracius atque securius possidere. Porro dolor exercitationis ita omnem exterioris delectationis memoriam ab animo secludit, vt dum suo intrinsecus dolori intendere cogitur, quod foris sit delectabile, minime recorderetur. Postremo gaudii felicitatis hominem et seipsum obliuisci facit: quia dum mens tota supernorum gaudiorum dulcedini inhiat supra se eleuata, non solum infimæ delectationis non meminit, sed ipsa quoque sibi quodammodo feliciter in obliuione uenit. Igitur gaudium uanitatis animam dispergit, Z dolor confusionis colligit, gaudium consolationis componit, dolor exercitationis ligat, gaudium felicitatis sanat. Fit tamen nonnunquam, ut gaudium uanitatis uertatur quibusdam in gaudium consolationis, & e contrario gaudio consolationis quidam abutantur pro gaudio uanitatis. Rursum alijs dolor confusionis in dolorem exercitationis uertitur, & item alijs dolor exercitationis in dolorem confusionis.

De sex modis operandi. Tit. LXXVII.

Sex sunt opera. Primum opus est de nihilo aliquid facere. Secundum opus est de aliquo facere aliqua secundum essentiam in maius. Tertium opus

opus est de aliquibus facere aliquid secundum essentiam in minus. Quartum opus est de aliquo facere aliqua non in maius. Quintum opus est de aliquibus facere aliquid non in minus. Sextum opus est de aliquo facere nihil. Primum opus est creatio nis. Secundum opus est propagationis. Tertium opus est unionis. Quartum opus est separationis. Quintum opus est coniunctionis. Sextum opus est destructionis. Primum opus, & secundum, & tertium tantum bona sunt. Quartum, & quintum aliquando bona, aliquando mala. Sextum tantummodo malum est. Primum, & secundum, & tertium soli Deo possibilia sunt. Quartum & quintum communia sunt Deo cum creatura. Sextum soli creaturae competit. De nihilo enim aliquid facere solus Deus potest. Item de aliquo plus secundum essentiam, id est ut una essentia in plures excrescat, solus Deus facere potest. Item de aliquibus aliquid in minus secundum essentiam, id est ut plures essentiae in unam redeant, solus Deus facere potest. Sunt qui negant aliquid crescere posse, nisi ei aliquid, vel aliunde extrinsecus addatur, vel nouum concreatur: sed non attendunt hic hoc vere incrementum non esse, in quo neque id, quod additur, neque id, cui additur, crescere probatur. Neque enim aliud coniuncta sunt, quam disincta fuerunt, sed forte impossibile videatur, ut de una simplici essentia plures essentiae per incrementum prodeant, quia quod simplex est, nec minus esse quam est, nec plus esse putant. Quid ergo dicimus plus esse inter nihil & aliquid, quam inter aliquid & amplius? Quem ergo conatemur creando de nihilo aliquid fecisse, cur negemus ipsum aliquid ad amplius extendere propagando? Sic est in opere unionis, cum plures essentiae una fiunt. Quod licet a sensibus remotum sit, tamen in occulto naturae sinu in elementis aliquando fieri quam temerarium est asserere, tam stultum negare. De nihilo aliquid factum est, quando in principio creauit Deum caelum & terram. De aliquo plus, quando de coeta viri facta est mulier, & quando de quinque panibus satiata sunt quinque millia hominum. Nonne in sacramento corporis & sanguinis Christi quotidie plures essentiae uniantur, cum substantia panis & vini, quae ante benedictionis verba ab essentia corporis Christi veraciter aliud sunt, per ipsam benedictionem Spiritu sancto mirabiliter operante in ipsam corporis Christi substantiam conuertuntur: ita ut post sanctificationem solum corpus Christi sit, quod ante veraciter panis, & vini substantia fuit? Neque haec corpori Christi extrinsecus in augmentum accedunt, aut incorporantur, ut essentialiter diuersa permaneant, sed in ipsum commutantur, ut essentialiter prorsus unum fiant. Hoc tamen opus diuinae potentiae vtrum alia in natura alicubi modo occulto & incognito agatur, sicut asserendum non est, ita nec pertinaciter, cum res valde dubia sit, contradicendum. Haec tamen veraciter fieri nullatenus dubitandum. Haec itaque opera tria ad solam Dei potentiam pertinent. Quartum & quintum, id est de aliquo aliquid facere, nec in maius, nec in minus, ut verbi gratia, si aliqua in vno com-

ponantur componentia composito aequalia sunt, & si vnum in multa diuidatur, diuidentia diuiso paria existunt. Haec enim duo solum creatura potest, id est vel separata coniungere, vel coniuncta separare, cum Deo nobis communia sunt. Et ideo quando haec a Deo fiunt sine nobis, bona eius sunt. Quando a nobis sine Deo, mala nostra. Quando a Deo nobiscum, vel a nobis cum Deo, bona eius & nostra. Sextum opus est de aliquo facere nihil esse: hoc Deus in se non potest, in creatura non vult. Angelus & homo in creatura non potest. In se aliquando potest, & vult, aliquando potest, & non vult, nunquam vult & nunquam potest. Hoc tamen totum non quantum ad essentiam, sed quantum ad iustitiam. Sic in Genesi Deus sex diebus operatus dicitur, & in euangelio similiter sex opera misericordiae numerantur, quia in fenario perfectionis summa, nec plus iusto habens, nec minus, & signata est, & contenta. Ergo non continebit in ira sua misericordias suas, quia bonitas usque ad quinque opera extenditur, malitia vero tantum per tria dilatatur.

De fuga a vitijs, & eorum occasionibus. Tit. LXXVIII.

Qui habitabis terram Aultri, cum panibus occurrere fugienti. Quare fratres scripturae sacrae tantopere nobis fugam persuadet, nisi quia & nostram infirmitatem, & periculi magnitudinem considerat? Sed quare est fuga ista? Quid fugere debemus? aut quomodo, aut quando? Tres sunt, qui mouent bella contra nos. Diabolus, caro, & mundus. Diabolus ducit contra nos agmina vitiorum, caro malorum desideriorum, mundus prospera & aduersa. Felicitius autem esset contra haec omnia bene pugnare & vincere: sed qui infirmus est, expedit illi magis fugere & saluari, quam male pugnare & superari. Vitia igitur fugimus, quando peccati occasionem declinamus, ut in luxuria carnis speciem, in ira contentionem. Desideria fugimus, quando illorum irritationem cauemus, ne oleum proiciamus in ignem, & exar descat, quod calet: prospera & aduersa fugimus, quando nec ea, quae delectant, requirimus per cupiditatem timentes dissolui, nec in ea, quae cruciant, iactamur praesumptione frangi metuentes. Ecce diximus quid fugere debeamus, & quomodo. Nunc consideremus quando fugiendum sit. Dicit veritas. Videte, ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. In hyeme vias, aut gelu exasperat, aut pluuia lubricas facit. Quid est ergo hyems, nisi torpor mortis imminens, quando dolor membra carnis constringit passione, & robur dissoluit compassione? Et quod est sabbatum, nisi illud, quod post mortem, tempus sequitur, quando ab hac vita eductis operandi licentia tollitur, & ab eo, quod fixum est, declinandi possibilitas omnino negatur? Si ergo fugere vis venturam iram: fuge dum sanus es, quia in morte fuga est grauis, post mortem vero non est omnino possibilis. Mala enim, quae in vita fugere noluit, post mortem, etiam si volueris,

Numeri fenarij perfectio.

De Esa. 21.

Inimici generis humani tres.

Quid, & quomodo fugiendum.

Quomodo fugiendum. Matt. 24.

Hyems quid significet.

Sabbatum quid significet.

ris, declinare non poteris. Sequentur enim illic retributione, quae hic delectatione committantur. Propterea hic fuge dum potes, ne autem deficias in via, audi consolationem. Panes tibi offerentur. Reficiaris ne deficias. Nec expectabis in fine viae, sed occurret tibi ne deficias in via. Habitantes terram Aultri occurrent tibi cum panibus, si fugientem viderint. Occurrent compassionem, reficient consolationem. Bonos consolatores habebis, habitantes terram Aultri. In Austro splendor, & calor est. Splendor cognitionis, calor dilectionis. Terram Aultri inhabitant, qui in cognitione, & dilectione veritatis pausat. In abundant panibus verbi Dei, & reficiendis laborantibus occurrunt. Iste enim panis est, qui cor hominis confirmat, quia non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Ite panis, cum sit vnus, diuersa tamen specie proponitur. Aliquando enim subcineritius dicitur, aliquando hordeaceus, vel triticeus nominatur. Elias fugiens in deserto subcineritio pane reficitur. Filij Hierusalem, qui pacem inhabitant, adipe frumenti satiantur. Qui vero super foenum recumbunt, panem hordeaceum comedunt. Panis sub cinere refectio est sub vilitate. Sunt quaedam loca in scriptura sacra, quae vilitatem praetendunt in specie literae, sed dulcedinem seruant in profunditate spiritualis intelligentiae: hic est panis sub cinere refectio sub vilitate. Vis, ut ostendam tibi subcineritium panem? Legis in scriptura sacra quomodo Rachel & Lia sorores duae pro viro Iacob vno contendunt, vtra illarum potius concubitu eius potiat. Magna hic species vilitatis, magnus cumulus cineris, magnus aceruis terrenitatis. Reuolue cinerem, scrutare interius, panis ibi latet, refectio abscondita est. Vide, ecce panem discoopertum, duae sorores duas vitas significant. Lia, quae interpretatur laboriosa, significat vitam actiuam, quae est foecunda in fructu boni operis, sed parum videt in luce contemplationis. Rachel, quae interpretatur visum principium, designat vitam contemplatiuam, quae est sterilis foris in opere, sed perspicax in contemplatione. In his duabus vitis quasi quaedam contentio est animae sanctae alternatim nitentis ad amplexum sponsi sui, id est Christi, sapientiae videlicet Dei, quae animam sanctam ad prolem fecundat virtutum. Contendunt ergo contemplatio, & actio pro amplexu sapientiae. Qui in contemplatione est, suspirat pro sterilitate operis: qui in opere est, suspirat pro iubilo contemplationis. Vterque quasi abiectum se gemit in comparatione alterius, & sit contentio desideriorum spe & timore vtrunque concitante. Ecce inuenisti panem sub cinere, reficere & delectare. Non attendas, quod foris apparuit in cinere, sed quod intus latuit in refectio. Vis adhuc videre panem sub cinere, dum latuit, visum, dum patuit, dulcem? Christus sub mortalitate panis est sub cinere. Vide foris infirmitatem nascentis, videntis, plorantis angustias curarum, vincula faciarum. Totum hoc cinis est terrenitas & infir-

Aultri habitatores qui.

Matt. 4.

Panis vnus. & diuersus.

4. Reg. 19.

Psal. 147. Ioan. 6.

Panis subcineritius in sacra scriptura quid. Gene. 30.

Vita actiua figurata per Lia.

Vita contemplatiua figurata per Rachel.

H

Christus quo subcineris.

num. Sub hoc cinere tamen latuit verbum, refectio angelorum, & hominum. Lascellentem vides, esurientem, & sitientem, flentem, compaerientem, & patientem morientem, & carne deficientem. Et haec omnia quid fuerunt nisi cinis, indicia corruptionis, signa mortalitatis? & latuit sub his virtus deitatis, quam qui euoluere poterunt, saturari meruerunt. Ecce quomodo tibi scriptura panem subcineritium proponit. Vides alibi eloquium sacrum secundum litteram superficiem durum quasi paleam tenacem habens, vbi vix ad medullam spiritualis intelligentiae penetrari possit: hic est hordeum. Palea quidem cum labore excutitur, sed cum ad interiora perueneris, dulcedo confortans inuenitur. Inuenis alibi sacram scripturam, & lenitate verborum, & suauitate intellectuum blandientem. Hinc est triticum, in quo mentibus suauiter nutriendis dulcis refectio praeparatur. Ista tria genera panis in mensa Dei proponuntur propter tria genera reficiendorum. Panis subcineritius datur pauperibus, panis hordeaceus seruis, panis triticeus filiis. Pauperes in mensa Dei sunt, qui semetipsum despiciunt exemplo humilitatis, & abiectionis pascunt. Serui in mensa Dei sunt, qui in studio spiritualis exercitationis constituti, fortia quaeque & obscuriora scripturam loca, quasi excussa palea detegentes, cum labore ad medullam spiritualis intelligentiae gustandam perueniunt. Filij in mensa Dei sunt, qui in suauitate dulcedinis aeternae requiescunt. De pauperibus dictum est. Edent pauperes, & saturabuntur. Si ergo pauperes edunt, qui solo merito pietatis pascuntur, multo magis serui, & filij, qui pro merito boni operis premio recompensatione dilectionis reficiuntur. Pauperibus proponitur panis subcineritius, ut eos reficiat per exemplum conuersionis. Seruis proponitur panis hordeaceus, ut eos reficiat per formam fidei. Filij proponitur panis triticeus, ut eos reficiat per incitamentum dilectionis: pauperes ad consolationem, seruos ad corroborationem, filios ad exultationem.

Quod non solum corde tenenda, sed & ore confitenda sit fides Christiana, ad archiepiscopum Hispalensem, qui eam ore negauerat. Tit. LXXIX.

Ioanni Hispalensem Archiepiscopo Hugo seruus crucis Christi. Quid frater charissime, quid dicam tibi? Si ceperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies. Vir ille fortis erat, & magnus, & omnium contemptor tormentorum, & nemo illi: loquebatur verbum, quia videbant dolorem eius esse vehementem. Quomodo igitur nos tibi loqui poterimus in tanti doloris vehementia? Si tamen doles, quantum tibi dolendum est? Quid tibi faciemus? Tenebimus conceptum sermonem, quem cor nostrum, & anima nostra, non (quomodo in illis) impatientia loquendi, sed vehementia dolendi patiuntur iam cepit.

† creatio.

Tria opera solius Dei.

Gene. 1.

Ioan. 6.

Quomodo plures essentiae uniantur.

Triagenera panis in mensa Domini.

Pauperes in mensa Dei qui.

Serui in mensa Dei qui.

Job. 41.

† tu doles.

coepit. Ergo tacere poterit charitas, vt non erum
 pat & clamet in doloribus suis, & in angustia tri-
 bulationis suae. Iam enim gladius peruenit vsque
 ad animam, & venit mors fraudulenta carni par-
 cens, vt spiritum extinguat. Nosti frater quid
 velim? De anima tua causa agitur. Vide quid
 facias, Christus tibi opponit mortem suam, Chri-
 stianus redemptionem suam. **Quaerit ille em-
 ptum, iste redemptum. Ille se pretium pro te in-
 cassum dedisse conqueritur, iste pretio redem-
 ptum perditum lamentatur. Sed dicis. Ego con-
 scientiam meam noui. Nemo me terreat: Chri-
 stianum non facit lingua, sed conscientia. Ego
 Christum diligo: sufficit mihi. Non amplius ille
 quaerit. Quod potissimum meum est, illi dedi.
 Cor habet, illud possideat. Dicam homini quod
 libet. Ipse Dominus nouit, quod inuitus nego.
 Lingua hoc dicit, non conscientia. Ore quidem
 nego, sed corde confiteor. Audi frater. Scri-
 ptura dicit. Corde creditur ad iustitiam, ore au-
 tem confessio fit ad salutem. Quomodo ergo salu-
 tem habere putas, si confessionem non habes?
 Christum negas, & dicis te Spiritum sanctum ha-
 bere? Quid est ergo, quod ait Apostolus. Nemo
 in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Si di-
 cis anathema Iesu, spiritum Christi quomodo
 habes? Si vero non habes spiritum Christi, non
 es Christi. Qui non habet (inquit scriptura) spi-
 ritum Christi, hic non est eius. Audi iterum.
 1. Co. 12. Qui, inquit, me erubuerit & meos sermones,
 huc filius hominis erubescet, cum venerit in maie-
 state sua. Sed dicis, bene. Qui pro erubescen-
 tia Christum negat, iuste damnatur, iuste a Chri-
 sto non cognoscitur. Parum enim est hoc vere-
 cundiam Christo anteferre. Ego plus habeo,
 quod in excusatione praetendam. Non enim eru-
 besco, sed timeo. Maius est, quod me terret. Ipse
 nouit, quia pati non valeo. Parcit ergo infir-
 mitati, condescendit deuotioni. Non attendit
 ad vocem, sed ad charitatem respicit. Nemo car-
 nem suam odio habuit. Timeo pro carne mea,
 quam odire non possum. O fallax deceptio. Ergo
 carnem amabis, & creatorem blasphemabis?
 Quid ergo sibi vult, quod ait: Qui amat animam
 suam plusquam me, non est me dignus. Si ani-
 mam recte plus amare non potes, carnem potes?
 Sed dicis. Non plus carnem diligo, plus enim di-
 ligo Deum nostrum quam carnem meam. Vi-
 deamus modo. Quod plus diligis, hoc potius
 eligis. Dicit Deus tuus. Noli timere eos, qui cor-
 pus occidunt, animae autem non habent quid faci-
 ant. Hoc ergo Deus dicit, hoc caro contradic-
 cit, vide modo. Quod plus diligis, hoc potius
 eligis. O qualis pastor. Quomodo tu animam
 lud. 10. poneres pro ouibus tuis, qui nec pro anima tua
 10. anima tuam ponis? Tu pro anima tua dare non
 vis carnem tuam, & pro ouibus tuis dares ani-
 mam tuam? O qualis pastor? Non sic fecit bonus
 ille pastor, qui animam suam posuit pro ouibus
 suis, & pro grege suo mori dignatus est. Quid
 tibi videtur? Si sic ille vt tu, mortem timuisset:
 quae putas ouis adhuc a morte liberata fuisset? Pu-**

tauit ille bonum pastorem eligere ouibus suis, qui
 veniente lupo non effugeret: Neque sub trepida-
 tionis latebra sese ouium periculo potthabito oc-
 cultauit. Venit lupo, oues rapere non potuit,
 pastorem non solum rapuit, sed abstraxit. Mira-
 res. Ouis audeat, & pastor trepidat. O qualis pa-
 stor? Si talis futurus fuisti, quare curam ouium
 suscepisti? Si accepisti dignitatem, quare non im-
 pendis bonitatem? Bonus pastor animam suam
 ponit pro ouibus suis. Sed dicis. Petrus ore ne-
 gauit, tamen quia corde non negauit, respexit il-
 lum Dominus, & vocatus est nomine suo ad re-
 surrectionis gaudium cum alijs Apostolis. Hoc
 (vt audio) maximum est, quod ad excusationem
 tui praetendis. Respexit ergo Dominus Petrum
 negantem. Quare? vt faceret confitentem. Prius
 flentem, postea confitentem. Respexit ad com-
 punctionem: vocauit ad confessionem. Si ergo tu
 respectum Christi habes, vbi sunt lachrymae? Si
 autem lachrymaris, quare non confiteris? Si se-
 queris Petrum negantem, cur non imitaris confi-
 tentem? Postremo frater, si Christianus es: vbi est
 signum regis tui? Ego alienum characterem uideo
 in fronte tua. Scis quod futurum sit super illos,
 qui characterem belitiae portant? Serui Dei nostri
 signati sunt in frontibus suis: & non possunt exter-
 minij sententiam euadere, nisi solum ij, qui figura
 Tau crucis Christi signaculo muniuntur. Crux in
 pectore, fides in corde: Crux in fronte, confessio in
 ore: vtrunque debetur, vtrunque exigitur. Totum
 Christus uendicat sibi. Cor ad fidem sui, os ad co-
 fessionem sui. Sed astat tortor, gladius exercitus mi-
 natur. Audi. Qui amat animam suam, perdet eam:
 & qui perdidit animam suam in hoc mundo pro-
 pter me, in vitam aeternam custodit eam. Qui per-
 dit propter me, recipiet a me. Ego commendatum
 seruaabo, vt melius restituam. Nihil trepidas. Capil-
 lus de capite tuo non peribit. Quid sollicitaris de
 anima, qui de capillo etiam securitatem accepisti?
 Sed fortassis dices mihi, quod multi hodie intra
 finem ecclesiae in fide & confessione Christi viuunt,
 qui si sic interrogarentur, nullatenus Christum
 confiterentur. Ad quod ego tibi voce propheti-
 ca respondeo: quod iudicia Domini abyssus multa.
 Non possumus nos scrutari profundum iudi-
 ciorum Dei, & inuestigabiles vias eius penetrare.
 Miserebor (inquit) cui misertus fuero: & miseri-
 cordiam praestabo, cui misericors fuero. Si ergo
 in oculis eius placitum fuerit, vt quibusdam par-
 uulis suis, quos mater ecclesia aut conceptos por-
 tat, aut nutrit editos, parcat, & ad istos graui-
 ores tentationum interrogationes venire non per-
 mittat: tu quis es, qui ei dicas, cur ita facis? Non
 tuam decet excellentiam, vt te in numero talium
 existimandum intelligas. Inter magnos seruos
 non quasi paruulus, sed custos & prouisor par-
 uulorum locum acceperas. Tibi itaque quasi mag-
 no, & forti, & ad primam vel proximam con-
 sequutionem idoneo, dixit Iesus. Sequere me.
 Te igitur proximum post ipsum locum adeptum,
 ut eum sequaris, admonuit: quatenus tu postea
 sequacibus tuis, quibus ad vitam ducatum pra-
 bere

Quam in-
 dignus pa-
 storis offi-
 cio sit, qui
 trepidat
 vbi audeat
 oues.

O

Mar. 8.

P

Ro. 11.
 Exo. 33.
 Rom. 9.

Ioan. 21.

bere debueras, fiducialiter dicere posses. Imitato-
 res mei estote, sicut & ego Christi. Si ergo Domi-
 nus te tanquam seruum magnum & fidelem ad glo-
 riam suae imitationis uocare uoluit, uide quale sit
 hoc ut tu ad pusillos eius, qui interim fouendi sunt,
 non premendi, respiciens dicas: Domine hi autem
 quid? Dixit hoc ille, quem tu imitari putas, cum
 tamen per omnia non debeas, non intelligens di-
 gnitatem uocationis illius, neque recte intuens
 pietatem dispensationis diuinae. Et idcirco iustae
 increpationis sententiam audiuit, ut auscultare dis-
 ceret, non iudicare: Sic, inquit, eum uolo ma-
 nere donec ueniam. Quid ad te? Tu me seque-
 re. Hoc est ergo frater uerbum, quod intentis-
 sime & diligentissime audire debes, ut regem tuum
 sequaris, & consequeris. Sequaris ad poenam,
 consequaris ad gloriam. Si patiendum est pro Chri-
 sto, excusationem non habes. Non sunt condi-
 gnae passionis huius temporis ad futuram gloriam,
 quae reuelabitur in nobis. Si autem & sine passio-
 ne negas: non solum dico, non excusaris, sed am-
 plius dico, quod accusaris. Miser ubi est anima
 tua, ut non recogites qualis factus sis? Qualem
 gloriam perdidisti, & ad quantam miseriam & con-
 fusionem corruisti? Aspice te metipsum qualis es:
 ubi est corona tua & gloria? Dereliquisti regem
 tuum, unaquaque gens deos suos sequitur, & cer-
 te ipsi non sunt dii. Tu Dominum & Deum tuum
 reliquisti, & factus es uilis opprobrium pessimo-
 rum. O qualis pastor Christianorum? Quomodo
 in pasces oues Christi, qui te ipsum perdidisti? Lu-
 po futuro oues pascentiae datae sunt. O qualis pa-
 stor? Erubescere miser, & confundere: Christiano-
 rum oculi in te sunt. De longe uideris. Non po-
 tes latere. Error tuus te notum fecit. Non potes
 euadere confusionem, nisi ostendas confessionem.

De eo quod scriptum est: Cum esset Iesus annorum
 duodecim: quomodo uerbum caro factum nobis
 remedium praestat, & exemplum. De Hierusa-
 lem, quae descendit de caelo, de terra oritur, & quo-
 modo profunt. Titulus. LXXX.

R
 Luc. 2. CVM factus esset Iesus annorum duodecim &c.
 Sicut mundus iste dupliciter seruit homini
 ad sustentationem scilicet carnis, & ad eruditi-
 onem mentis: sic uerbum caro factum remedium
 praestat, & exemplum. Remedium in eo quod ob-
 latum est ad redemptionem, exemplum in eo quod
 operatum est ad imitationem. Remedium in eo
 quod factum est, exemplum in eo quod fecit. Imita-
 tio eius similitudo eius.

Apo. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam des-
 cendentem de caelo. De caelo descendit, & fabricata
 est in terra. De caelo forma, de terra materia. Sic for-
 ma hominis homo, & forma Christi Christus. Vnde
 illud. Induimini Dominum Iesum Christum. Formam
 igitur, i. imaginem Christi. Ipsa imago &
 ipsa est imitatio. Idcirco factus est tibi exemplum,
 ut illum imitando indueres. Fecit corporaliter, tu
 spiritualiter imitare. Et si, inquit, Christum, secun-

Rom. 3: I
 19: 181

dum carnem cognouimus, iam non cognoscimus.
 In exemplo secundum carnem cognouimus, imita-
 tione secundum carnem iam non cognouimus. Se-
 cundum carnem Christus natus est in mundo, se-
 cundum spiritum ueritas nascitur in corde tuo.
 Christus in Iudaea nascitur de uirgine, & ueritas in
 confessione nascitur de puritate. Veritas de terra or-
 ta est, & iustitia de caelo profexit. Quando con-
 fiteris peccata tua, ueritas de terra oritur: quando
 uero confitenti ignoscit Deus, respicit iustitia de
 caelo. Vis ut Deus tecum sit, confitere quod es. Cum
 uerax esse coeperis, ueritas tecum esse incipit. Dic,
 malus sum. Breue uerbum est, sed uerum. Veritas te
 ueracem faciet. Si ueritas tecum est, Deus tecum est,
 quia ueritas est Deus. Ecce quomodo in Iudaea nal-
 citur Christus, in confessione ueritas. Mater uirgo
 puritas est cordis, cum corde credis quod ore confi-
 teris. In confessione criminis, puritas est sine ruga,
 in confessione laudis, puritas est sine macula. Si bo-
 num non simulas, non habes rugam. Si malum odis,
 non habes maculam. Sic ueritas in te desiderio cou-
 cipitur, opere nascitur, studio nutritur, ut proficiat
 aetate in processu temporis, sapientia in augmento
 cognitionis, gratia in incremento uirtutis. Apud
 homines in fama, apud Deum in conscientia. Apud
 homines ut cognoscatur, apud Deum ut glorificetur.
 Duodecim annorum in Hierusalem ascendit,
 quia post perfectionem operis, & duplicatam uirtu-
 tem charitatis, ad pacem contemplationis proficit.
 Parentes Iesu ab Hierusalem itinere unius diei re-
 deunt: quia sensus carnis, qui per exercitium boni
 operis internam ueritatem nutrierunt, per exterio-
 rum delectationem retracti diu in interna pace per-
 sistere non possunt. Vnus dies una claritas, unum
 gaudium, una benedictio, quam Esau accipit, quia
 duplicem stolam non potuit promereri: hic est ille
 unus dies, in quo puer unius diei sine peccato esse
 non potuit super terram, quia sensus carnis, qui
 quantum ad se semper puerilia appetit, huius tan-
 tum uitae claritatem amans, in ea nunquam sine pec-
 cati macula consistit. Non enim uenit ad alium
 diem, de quo dictum est. Annuntiate diem de die. Et
 iterum. Dies super dies regis adijciet. Propterea
 unius diei iter est elongatibus ab Hierusalem, quia
 delectatio praesentium elongare facit animos a con-
 templatione aeternorum. Post triduum Iesus in tem-
 plo inuenitur, quia post correctionem cogitatio-
 nis, loquutionis, & operis, ueritas in corde mundo
 percipitur. Inuenitur autem inter doctores & sa-
 pientes: quia in lege, & prophetis, & euangelistis, & apo-
 stolis, & sacri uerbi doctoribus ueritas cognoscitur.

De nuptijs factis in Cana Galilaeae, de hydarum
 typo. Titulus. LXXXI.

I mplete hydrias aqua. Galilaea interpretatur transmi-
 gratio. Vita ergo praesens Galilaea est, transmi-
 grans de praesentibus ad futura. In Galilaea nuptiae
 fiunt: quia in transitu temporis sanctificatur copu-
 la permanens dilectionis ecclesiae ad Christum, a-
 nimae ad Deum. Sex hydriae sex sunt aetates in mun-
 do. Prima ab Adam usque ad Noe, secunda a Noe
 M. Hug. a. S. Vi. To. ij. K ulque

2. Cor. 5.

Psal. 84.

Christus
 quomodo
 in Iudaea
 nascitur.

19

T

Psal. 95.
 Psal. 60.

Ioan. 2.
 Aetates
 mundi

usq; ad Abraham, tertia ab Abraham usq; ad Dauid, quarta a Dauid usq; ad transmigracionem Babylonis, quinta a transmigracione Babylonis usq; ad Christum, sexta a Christo usq; ad finem seculi.

X In uita hominis prima est infantia, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta iuuentus, quinta uirilis aetas, sexta senectus. Prima, id est infantia quasi quodam diluuiio lubricae obliuionis obruitur, ut non uideatur in posterum, nec uestigia sui ulla relinquat. Secunda, id est pueritia, primum de diluuiio obliuionis ad sensum exiens, per superbiam erigitur, & per concupiscentiam diuiditur, & dispargitur. Tertia, id est adolescentia, primum per cohibitionem disciplinae circumciditur, deinde praecipit informatur, & consilio regitur. Quarta, id est iuuentus, seruire iam cogitur, & subijcitur regimini, ut per timorem hominis diuinum discat. Quinta, id est uirilis aetas, post timorem hominis ad diuinum uenit. Sexta, id est senectus, quasi hinc mox abitura concupiscentia futurorum trahitur. Sic humanum genus primo diluuiio obrutum est. Secundo in edificatione elatum, & in diuisione linguarum dispersum. Tertio in Abraham circumcisum, in Moysse praecipit informatum, sub iudicibus consilio gubernatum. Quarto sub regibus dominationi subiectum. Quinto sub Pontificibus religioni parens. Sexto sub gratia uera bonitate illustratum. Ista sex hydriae siue in decursu seculi praesentis, siue in uita hominis, omnes aquis implentur: quia iudicio plenus est mundus. Iudicia tua abyssus multa. Multa operatus est Deus ab initio seculi, & operari non desinet usq; ad finem eius, & circa hominem a principio usq; ad finem eius: & omnia haec iudicium sunt, & nihil sine causa fit. Sed quandiu dicere non potest homo iudicia tua iocunda, nondum aqua in unum conuersa est. Deficiente uetere uino hydriae aqua implentur: quia cum in uita hominis carnales delectationes deficiunt, diuinae consolationes succedunt. Quae quidem ministrantibus minus saporis conferunt, proficientibus amplius dulcescunt, quia tunc aquae in uinum conuertuntur quando in mente hominis opus Dei, quod laboranti primum non sapuit, per spiritalem intelligentiam illuminatio dulcescit.

Y Psal. 35. De Theophania multiplici, & in quibus est precipua diuina apparitio. Titu. LXXXII.

Z Theophania est apparitio diuina, Ipsa est similitudo diuina, in qua apparet & manifestatur Deus. Si quis omnem creaturam theophaniam dixerit, non errabit. Theophania potentiae est creaturarum magnitudo. Theophania sapientiae, creaturarum pulchritudo. Theophania bonitatis, creaturarum utilitas. Omnis creatura aliquam similitudinem habet cum Deo. Prima similitudo creaturae ad Deum est quod est. Secunda quod una est: quia omne quod est, in hoc est quod unum est. Sed ex ijs, quae sunt & unum sunt, alia ex uno sunt, ut naturaliter simplicia: alia ex pluribus, ut composita. Illa autem, quae & sunt & unum sunt, & ex uno sunt, magis Deo similia sunt, praecipue si unita-

tem suam, quam ex pluribus non colligunt, ad plura non effundunt. Tales sunt naturae spirituales, quae magis ad similitudinem Dei accedunt, quae nec ex pluribus sunt, quia sunt natura simplicia, nec plura ex ipsis, quia non possunt esse materia. In his duo posuit Deus ad materiam, duo ad formam, uitam & sensum ad materiam, cognitionem & dilectionem ad formam. Ad uitam cognitionem, ad sensum dilectionem. Haec duo suprema, & Deo proxima sunt, & expressa imago, cognitio ueritatis, & amor uirtutis.

De tribus uoluntatibus in Christo, Titu. LXXXIII.

I N Christo carnis infirmitas passionem horruit: Sed erat spiritus medius inter Deum & carnem, qui uoluntatem carnis patri uoluntati subiecit. Cum ergo Christus dixit. Pater si possibile est transfer a me calicem istum. Professus est, quod sensit in carne: cum uero dixit: Non mea uoluntas, sed tua fiat. Professus est, quod deliberauit in spiritu. Erat uoluntas patris, ut Christus moreretur: erat uoluntas carnis, ut a morte liberaretur: erat spiritus medius dominans carni, obediens patri. Uoluntas patris dispensatio erat, uoluntas carnis natura erat, uoluntas spiritus uirtus erat. Ideo uoluntas patris honorabatur, uoluntas carnis dirigebatur, uoluntas spiritus coronabatur.

Quod Christus se hominibus in humanitate exhibuit, qui ab eis in diuinitate non poterat comprehendi. Titulus. LXXXIII.

D Ei sapientia, per quam homo factus fuerat, ut in illa beatus esset, lapsum hominem perdere noluit: & cum illa sursum esset maiestate, ille deorsum iaceret infirmitate, descendit ad eum quo ceciderat, ut leuaret eum ad id unde ceciderat. Sapientia igitur sursum panis erat, & uersa est deorsum in lac. In diuinitate panis, in humanitate lac: & nutritus est paruulus sensus lacte humanitatis, ut crescens & conualescens capere posset cibum diuinitatis. Christus ergo in caelo panis, & in terra lac. Christus in caelo ex patre sine matre Deus: Christus in terra ex matre sine patre homo. In caelo qualis pater, talis filius: in terra qualis mater, talis filius. In caelo cum patre aeternus, & immensus: in terra cum matre incorruptus, & mansuetus. In caelo cum patre incorruptus, & sublimis: in terra cum matre uirgo, & humilis. In caelo imago patris, in terra imitator matris. Mater uirgo erat, & humilitate exultabat: & filius uirginis uirgo humilitatem commendabat. Illa uirgo humilitatem suam a Deo respectam asserbat, ille uirgo se humilem & mansuetum ostendebat. Talis ergo agnus, qualis mater agni: ex munda mundus, ex uirgine incorruptus. Per uirginem ueniens ad nos, per uirginitatem praecedens nos. Per incorruptionem ergo uenit, ut peccatum tolleret: per incorruptionem praecessit, ut uirtutem demonstraret. Venit incorruptus, ut con-

Christus quomodo in caelo, & in terris sit.

ferret remedium, praecessit incorruptus, ut daret exemplum. Si ergo uenire non possumus, qua uenit: sequamur, qua praecessit, ut accipisci meramur, quod promissum est cibum lactis in humanitate Christi sumamus mundi corpore, cibum uero panis in diuinitate Christi sumamus mundi corde: mundi corpore per uirginitatem, mundi corde per humilitatem, ut quin utroque incorruptam habuit originem, in utroque inueniat mundam habitationem.

Quomodo Christus dixit, Pater meus. Titu. LXXXV.

C V Nus homo, dixit, pater meus: qui hoc non dixisset, si pluiquam homo non fuisset. In eo enim quod homo, fratres habuit, & dicere habuit pater noster: in eo autem quod supra hominem unicus fuit & dicere potuit pater meus, & pater noster quae es in caelis.

Quare idem Deus & homo. Tit. LXXXVI.

D Eus homo factus est, ut idem esset redemptor qui creator, & ut de suo liberaretur homo, & ut familiarius ab homine diligeretur Deus in similitudine hominis apparens, & ut uterque sensus in ipso beatificaretur, & reficeretur oculus cordis in eius diuinitate, & oculus corporis in eius humanitate, ut siue ingrederetur siue egrederetur, in ipso pacua inueniret natura condita ab ipso.

Mysterium de purificatione Mariae. Tit. LXXXVII.

S Enectus Simeonis defectus est ueteris hominis, Baiulatio Christi pueri assumptio noui, Gaudiu Simeonis oblatio saluatoris, Purificatio uirginis, de uotio metis, exhibitio operis, consummatio uirtutis.

De Dei mulieris, & diaboli, de mortis incurrendae a Iertione. Tit. LXXXVIII.

F D Ominus dixit. In quacunque die comederis ex eo, morte morieris. Mulier dixit. Ne forte moriamur. Diabolus dixit. Nequaquam moriemini. Dominus affirmauit, mulier dubitauit, diabolus negauit. Qui ergo dubitauit, ab affirmate recessit, & negati appropinquauit. Si mulier non dubitasset, forte diabolus non negasset. Sed dedit audaciam, quae in choauit malitiam.

De penitentia Dei, & amore eius in creaturas uario. Tit. LXXXIX.

G I dens Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, praenituit eum, quod hominem fecisset in terra, & tactus dolore cordis intrinsecus, & praecauens in futurum, delebo, inquit, hominem, quem creauit, a facie terrae. Primum considera, quod non facile pietas puocatur ad iram aut uindictam, nisi multa fuerit malitia nostra. Cum autem nos a bono, in quo ab illo facti sumus mutari experimus, tunc ipsum praeniter super nos, ne ad bonum, ad quod facti sumus, perue-

niamus. Penitentia autem eius non est mutatio intentionis a primo proposito, sed mutatio operis a primo instituto. Et nota, quod pereunte homine, Deus dolore cordis intrinsecus tangi dicitur. Ibi enim dolor fuit ubi amor. amat enim Deus uniuersa, quae fecit. Quia uero cetera omnia ab ipso amantur, sed ad ipsum possidendum non amantur: rationalis autem creatura, & quod facta est ab ipso diligitur, & ad quod facta est: in ipso pereuntis hominis dolor creaturam intrinsecus tetigit in corde, ubi stantis & bene incedentis amor fuit. Sunt enim tria quaedam genera rerum, unum, a conditione lapsorum, alterum in conditione stantium, aliud supra conditione prouectorum. Prima amantur quae facta sunt, sed quasi corde non amantur, quia postea mala effecta sunt, sicut scriptum est. Dispersit superbos mente cordis sui. Secunda amantur quae facta sunt, & corde amantur quae bona sunt, sed tamen illorum amor quasi in corde foris est, quia amantur quae sunt ab ipso bona, sed non amantur ut sint in ipso beata. Amor ergo hominis intus in corde creatori fuit, quoniam in tantum homo ab ipso dilectus est, ut ab ipso esset bonus, & in ipso beatus. Amor ergo hominis inus fuit, & ibi dolor fuit, ubi amor fuit. Sed quid est, quod dicitur, praecauens in futurum? Nunquid Deus aliquando incautus fuit, ut faceret quae facienda non erant: ut postea considerans, quae non bene fecerat, de factis poeniteret, & facienda cauere? Sed sciendum est, quod sicut poenitentia Dei non est mutata uoluntas in approbatione faciendi, sed ordo mutatus in institutione facti, sic cautela eius non est praesidentis circumspectio, sed subiectorum correctio. Nam in malo faciendo tam cauet, qui terret ne fiat, quam qui timet ne faciat.

Exi de terra, & de cognatione tua: Sermo ad fratres. Tit. XC.

E Xi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram, quam monstra uero tibi. Quia fratres (scientibus enim legem Dei loqui quimus) sermo noster ad uos doctrina non est, sed exhortatio. Vos enim scripturas nostis, & uirtutem earum. Virtus enim uerbi experientia est rei, & efficacia sermonis exhibitio operis. Vos igitur non erratis nescientes scripturas, neque uirtutem earum. Scripturas enim nostis per studium lectionis, uirtutem earum per disciplinam operis. Scripturas nostis audiendo Christum loquentem, uirtute earum imitando factientem. In dictis eius inuenistis intelligentiam scripturarum, in factis eius uirtutem earum. Nostis ergo Christum non solum audiendo, sed etiam experiendo. Nostis non solum secundum carnem, sed etiam secundum maiestatem. Et si cognouimus (inquit Apostolus) Christum secundum carnem, iam nunc non nouimus. In utroque experti estis Christum, & nostis Christum secundum carnem, & secundum maiestatem. Olim cognouistis Christum secundum carnem, nunc cognoscitis Christum secundum maiestatem. Christus secundum carnem est Christus in passione. Christus secundum maiestatem est Christus in resurrectione. Christum in cruce experti estis compatiens, Christum in maiestate experti estis conlur-

Rerum generatrum qua.

Luc. 1.

Deum quomodo panem fecit.

Gene. 12.

1. Cor. 5.

K gentes. Vos. n. estis sponsa illa, & dilecta illa, quae dilectum nouerat, & experta dicebat: Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi: hoc est Christus secundum carnem. Et rursum. Botrus cypri dilectus meus mihi: hoc est Christus secundum maiestatem. Fasciculus myrrhae Christus in passione. Botrus cypri Christus in resurrectione. Fasciculus myrrhae amaritudo passionis. Botrus cypri dulcedo resurrectionis. Fasciculus myrrhae multitudo passionum. Botrus cypri abundantia gaudiorum. Illic amaricans, hic inebrius. Tamen uos fasciculum myrrhae inter ubera posuistis, quia passionem Christi cum gaudio, & dilectione suscepistis. Vos Christum patientem non solum in corpore, sed et in corde portatis, quia passionis eius imitatione animo dilectionis suscepistis. Quod ergo Christum secundum carnem cognouistis, iam non cognoscitis, quia transitorium est, quod est in passione, sed permanens, quod est in resurrectione. Cognouistis ergo, & iam non cognoscitis, quia in carne compatiens, & in carne ut consummetur gaudium resurrectionis, quod percipistis animo contingentes. Instat ut transeat dolor passionis, sed non instat ut transeat dilectio patientis. Transit a carne passio, sed non transit a corde dilectio. Ideo fasciculus myrrhae inter ubera commorabitur. Ibi enim est cor, & ubi cor est, ibi dilectio est, & ubi dilectio est, ibi dilecti mansio est. Vos ergo fratres, qui sponsa Christo estis dilecta, fasciculum myrrhae habetis Christum patientem, & botrum cypri Christum resurgentem. Propterea opus non habetis doceri de ipso, docti ab ipso: quia unctio eius docet uos de omnibus, & uerbum ipsum, quod sonat in auribus uestris, & sapit in cordibus uestris. Non igitur uerba nostra ad doctrinam nostram sufficiunt, sed uerbum ipsum per nos transeat ad uos, ut ipse gratia a uobis redundet usque ad nos: hoc enim est uerbum eius ad uos, quod dictum est pro uos. Exi de terra tua, & c. Iam olim dictum erat, & uoluit ipse uobis dici, quod dictum erat, ut scieris et hoc ad uos pertinere, quod dictum est. Erat quidem unus tunc, cui dictum est, sed ille ad unam hanc pertinebat, in qua uos unum estis, de qua scriptum est. Una est amica mea, colubina mea, perfecta mea. Et ille tunc alienus erat, qui in alieno erat, & uocatus est, ut inde exiret, & proximus fieret, & dilectus, & amicus. Ille quidem iam tunc dilectus erat, quia diligebatur, a quo uocabatur: sed amicus non erat, quia non diligebat, quem non cognoscebat: & ideo non diligebatur quod erat alienus, sed quod futurus erat proximus, & amicus erat. n. tunc in Vr Chaldaeorum, in igne uidelicet & incendio demorum, quod est concupiscentia & delectatio terrenorum. Et ipsum incendium fuscauerat illum, & nigrum fecerat, ut non esset amabilis: & ideo uocabatur, ut de incendio exiret, & ueniret in refrigerium, ubi dealbari posset & candidus fieri, ne semper esset odibilis. Propterea dixit, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram, quam monstrauero tibi. De terra exire est ea, quae foris possidentur, terrena bona relinquere. De cognatione exire est ijs, quae in nobis & nobiscum orta sunt, uitij abrenuntiare. De domo patris exire est speris omnibus propter Deum, postremo semetipsum abnegare. Domum enim patris nostri ipsum est cor

nostrum, quoniam pater noster habitat in nobis. Pater noster primus diabolus fuit, secundum natiuitatem, qua nati sumus. Pater noster secundus Deus est secundum natiuitatem, qua renati sumus. Et uult uterque pater habitare in filiis suis. Diabolus in filiis irae, Deus in filiis gratiae. Quando ergo in Vr Chaldaeorum fuimus, cor nostrum domus diaboli fuit, quoniam ipse tunc in nobis habitauit, & fuimus uniuersi filij Beor, quod dicitur habitantis in pelle. Non enim habitare potest nisi in pelle pater iste, quia corda carnalium amat, & in eis solum requiescit, quia sapiunt ea, quae sunt carnis, & ambulant secundum carnem. Haec est pellis domus patris nostri primi, de qua iubemur exire, ipsum uidelicet cor nostrum, & desideria eius mala relinquere. Hoc est enim de corde exire, elongare a desiderijs eius, & peregrinari ab ipsis, ut non simus consensu ubi illa sunt, sed proposito sanctitatis tendamus ad terram, quam monstrabit nobis Deus, ut primum propter Deum abijciamus nostra, deinde relinquamus & nos. Sic enim demum demonstrabitur nobis terra uisionis a Domino, in qua ipse uidebitur Dominus, quam in repromissionem posuit filiis, lacte & melle manantem, lacte in contemplatione humanitatis, melle in contemplatione diuinitatis. Propterea enim Deus honorificatus est, ut totum hominem in se beatificaret, ut tota conuersio hominis esset ad ipsum, & tota dilectio hominis esset in ipso. Si enim creator hominis Deus esset, & Deus homo non esset, esset in ipso, quod sensu mentis uideretur, sed quod sensu corporis perciperetur, non esset, & iustineret sensu carnis perpetuam opprobrium absentiae creatoris, & esset in abiectionem semper oberrans in creaturis, & non attingens ad creatorem suum. Ne igitur sensus carnis in homine opprobrium istud in perpetuum portaret, semperque merito illi diceretur, ubi est Deus tuus? si nunquam ad creatoris sui contemplationem admitteretur, assumpsit creator carnem, quae a sensu carnis in ipso uideretur per carnem, ut carnis cibus esset lac in contemplatione carnis, melle cibus mel in contemplatione diuinitatis. Et egredieretur & ingrederetur, & pascua inueniret. Pascua foris in carne Saluatoris, pascua intus in diuinitate creatoris. Et Saluator & creator unum unum gaudium esset & i lacte carnis, & i melle diuinitatis. Quid & c. Amē.

De duplici uita animae. Tit. XCI.

D Vplex est uita animae: alia, qua uiuit in Deo, alia, qua uiuit in carne. Vbi uiuit ibi sentis, ibi dolet cum laeditur, & gaudet cum fouetur, quia unus est locus gaudij & doloris. Nec dolor est, nisi ubi gaudium fuit, & amor: quoniam dolor non est, nisi cum laesus fueris ubi gaudes sublato gaudio. Qui uero in carne uiuunt, in carne sentiunt, & illis dolor carnis grauis est, quia suaue erat gaudium illius. Dolores uero animae non sentiunt, quia mortui sunt intus, ubi uiuere debuerant in Deo. Idcirco cum laeditur caro graue existimatur ab illis, & fugiunt quantum possunt dolores illius. Vulnere autem aere ignorat prorsus, & non querunt medicinam in illis, quia ibi sensum doloris non habent. Cum autem mortuus fuerit sensus

M Petres hominis duo.

Deus cur honorificatus.

Fasciculus myrrhae passionem, Botrus cypri resurrectionem Christi significat.

1. Ioan. 2

Cant. 6.

De terra, cognatione, & domo exire, quid sit.

Psal. 49. sensus animae, quo uiuit in carne, tunc uiuificari incipiet ille sensus, quo sentiet semetipsum, & tunc sciet uulnera sua, & sentire incipiet dolores suos tanto grauius, quanto propius, quia quod magis intimum est, magis nocet malum, magis prodest bonum. Unde dicit Arguam te, & statuam contra faciem tuam.

De conscientia, & fama. Ti. XCII.

D Vo sunt. Conscientia & fama. Conscientia oleum in uase. Fama lumen in lampade. Propter conscientiam ingredimur, propter famam egredimur. Intus reficimur salute propria, foris reficimur aedificatione aliena. Intus cupio dissolui, & esse cum Christo. Foris manere in carne necessarium propter uos. Conscientia irriguum superius, fama irriguum inferius. Ad conscientiam meditatio, ad famam praedicatio. Ad conscientiam silentium, ad famam uerbum. Per silentium feminas agrum tuum, per uerbum feminas agrum proximi tui. Cum in tua aedificatione proficis, metis agrum tuum: cum de profectu alieno meditaris, metis agrum proximi tui. In tempore ocij primum lectio cognoscenda ueritatis, & exercendae uirtutis materia tribuit, deinde meditatio formam apponit. In tempore laboris primum opus exemplum tribuit, postea uerbum doctrinam proponit, sicut scriptum est. Quae cepit Iesus facere & docere. Ideo prius tempus ocij, postea tempus laboris.

De duplici uetustate. Titu. XCIII.

D Vo homines ueteres in nobis erant, interior per iniquitatem, exterior per mortalitatem. Christus autem carnem cum mortalitate assumpsit, animam sine iniquitate. Uetustatem autem carnis suae per crucem hoc ordine disposuit: primum ligatus est, postea crucifixus. Sic & nos uetustatem interioris hominis, hoc est iniquitatem hoc ordine destrueret debemus: primum eam foris per disciplinam ligando, ut operari non possit, deinde interius omnino crucifigendo & interficiendo, ut iam prorsus non sit. Sic prius studio nostro, cooperante gratia Dei, in nobis destruenda est iniquitas, ut per eandem gratiam postea in nobis sine nostra cooperatione & ipsa destruat mortalitas.

De tribus locis filiorum Israel, Aegypto, deserto, & terra promissionis. Tit. XCIII.

Psal. 113. In exitu Israel de Aegypto domus Iacob de populo barbaro. Tria sunt loca, Aegyptus, desertum, & terra promissionis. In Aegypto sumus serui, & miseri. In deserto sumus miseri. In terra promissionis liberi, & beati. In Aegypto saturamur, & cedimur. In deserto esurimus, non tamen flagellamur. In terra promissionis non flagellamur, & saturamur. Sed nobilis interium animus eligit magis inopia cum libertate, quam in seruitute abundantia. In Aegypto peccamus, in deserto laboramus, in terra promissionis requiescimus. In Aegypto est praeruaricatio, in deserto exercitatio, in terra promissionis sabbatizatio. In principio mundi primum

Non minus ornata quam copiose uero noster discurret.

creauit Deus confusione, postea operatus est dispositione, deinde suscepit requietione. Populus antiquus in Aegypto operatus est iniquitate, in deserto accepit exercitationem, in terra promissionis inuenit requiem. In uita seculari confusio est, in conuersatione spiritali exercitatio est, in uita caelesti requietio. In carne peccatum, in spiritu exercitium, in Deo sabbatum. Aegyptus est uita secularis, desertum uita spiritalis, terra promissionis uita caelestis. Aegyptus caro, desertum animus, terra promissionis Deus. Aegyptus Iericho, desertum stabulum, terra promissionis Hierusalem. Aegyptus mundus, desertum ecclesia, terra promissionis uita aeterna. In Aegypto seruimus Pharaoni, id est diabolo, qui Pharaon interpretatur negans eum. Dominum, qui dixit: Dominum non cognoui, & Israel non dimittam. Huic seruimus in Aegypto in luto, & palea. Lutum est concupiscentia carnis. Palea est populus secularis. Illa per immunditiam inquinat. Haec per mutabilitatem & instabilitatem transuolat. Propterea exeuntes ab Aegypto, & per mare rubrum, id est baptismum sanguine Christi rubricatum ad libertatem transitori, abdicamus seruitium Pharaonis abrenuntiantes diabolo, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius. In luto operibus, & in palea popis. Exeuntes ab Aegypto in desertum relinquimus mala, ut non consentiamus. Exeuntes a deserto in terram promissionis euadimus mala, ut non sentiamus. In Aegypto est pugna sine uictoria, uel seruitus sine pugna. In deserto est pugna sine uictoria, uel uictoria cum pugna. In terra promissionis est sine pugna uictoria. In Aegypto sunt delectationes male & multa non tamen sola. In deserto sunt delectationes bonae & paucae, non tamen nulla. In terra promissionis sunt delectationes & bonae, & multae, & solae.

De duobus discipulis currentibus ad monumentum Domini, responsio epistolae. Tit. XCV.

Q ueris quid significet illud, quod scriptum est, de duobus discipulis currentibus ad monumentum, Ioanne & Petro uidelicet: quod qui prius uenit, postea intrauit. Scriptum est enim. Currentibus duo simul, & ille alius discipulus praecurrit citius Petro, & uenit prior ad monumentum, & cum se inclinasset uidit lintheamina posita, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & uidit lintheamina posita, & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum lintheaminibus positum, sed separatum in uoluntum in unum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui uenerat prior ad monumentum. Potest ergo conuenienter per Ioannem, qui prior uenit, posterior intrauit, synagoga: per Petrum autem qui posterior uenit, sed prius intrauit, ecclesia Gentium designari: quia & illa prius in lege mysterium incarnationis, ac passionis dominicae accepit, sed in mortuum credere noluit: & ista posterior sequuta mediatorem Dei & hominum, & cognouit carne mortuum, & uiuentem credidit Deum. Bene autem postquam Petrus intrauerat, tunc et Ioannes intrasse dicitur: quia cum plenitudo Gentium intrauerit, tunc & Iudei reliqui suis ad fidem colliguntur. Prius ergo Ioannes lintheamina uidit, postea intrauit: quia synagoga prius, sicut dictum est, in scripturis prophetiam de uenturo accepit, quem tamen uenisse usque ad circa finem

Exodi. 5.

Ioan. 20.

Petrus synagogam, & Ioannes ecclesiam significabat.

T. Rom. 11.

seculi credere renuit. Petrus autem prius intrat, postea lintheamina conspicit: quia ecclesia Gentium non per prophetas ad fidem Christi, sed per fidem Christi ad intelligentiam prophetarum peruenit. Hæc frater breuiter explanata ad præsens tibi sufficere crederem, nisi aliud aliquid adhuc, quod ad reformationem morum pertineat, quærere te in huius facti figura non dubitarem, maxime quia opus tibi non fuerat hanc expositionem a me quærere, quam poteras sine mea doctrina in explanationibus patrum alibi sufficienter inuenire. Dicam ergo quid mihi in hoc facto moraliter figurari uideatur. Duo isti electi discipuli, qui audita resurrectione Domini simul ad monumentum currunt, sed non simul perueniunt, duas animæ affectiones mihi figurare uidentur, desiderium uidelicet & consilium. Nam quid est aliud, quod discipuli audita resurrectione ad monumentum currunt, nisi quod animus cum gloriâ resurrectionis audit, imitari passionem appetit? Et quid est, quod ille alter discipulus præcurrit citius Petro, nisi quod amore Saluatoris succensit plus per desiderium cupimus, quæ per consilium præsumamus? Præcurrit ergo desiderium rationem consilij, quia qui omnia per charitatem uellet pro amore redemptoris perpeti, per considerationem infirmitatis suæ quodammodo tardatur, ut non audeat temere de suis uiribus gloriari. Prius ergo per desiderium ad monumentum uenimus, sed uisus lintheaminibus ante consilium intrare non præsumimus, quia licet mens nostra se per charitatem spontaneam ad passiones offerat, considerata tamen difficultate earumdem passionum, quantum impar sit nostra infirmitas ad illarum tolerantiam uidemus. Hoc est enim quodammodo uisus lintheaminibus subsistere: uisus difficultatibus passionum imparem se ad eas sustinendas iudicare. Sed postquam consilium posterius ueniens prius intrauerit, tunc & desiderium sequitur, quia postquam mens deliberat in illo confidendum esse, qui prior uicit, tunc amor in omnibus per spem diuini adiutorij ad tolerantiam animatur. Iamque intrepidus monumentum ingreditur, quia uitam præsentem libenter pro Deo despiciens, tanto se ad mortem offert paratius, quanto certius didicit per resurrectionem sui capitis ingressum uitæ esse mortem carnis. Quod autem ingressi monumentum sudarium, quod erat super caput Iesu, a cæteris lintheaminibus separatum inueniunt, quid aliud significat, nisi quod nos, qui peccatores sumus, si etiam mortem pro eius amore ualemus perpeti, cognoscimus tamen, quod nostra mors morti eius non ualet digne cœquari, qui sine peccato passus est? Hoc paschale ferculum frater charissime missum tibi benigne suscipe, & ora pro me misericordiam Domini, quatenus eius gratia largiente in his paschalibus festis uetus in me homo moriatur, & nouus resurgat. Amen.

De duobus discipulis currentibus ad monumentum, altera epistola. Titu. XCVII.

Situ frater negligentem scriptorem habere non uis, æquum tibi uidetur, ut ego diligam timi-

dum lectorem? Festiuitatem modo celebramus: libet parumper suspensis interim feriis, tibi iocundari, sermone colludere, & simul te, ut euigiles, expulsi. Causaris ergo, quod ego cum de duobus discipulis ad monumentum currentibus, Ioanne uidelicet & Petro sermonem facerem, & quid in illorum facto nobis faciendum ostenderetur, tuæ petitioni satisfacere uolens, explanarem: per illum quidem, qui ad monumentum prius uenit, & posterius intrauit, hoc est Ioannem, desiderium: & per illum, qui posterius uenit, sed prius monumentum intrauit, hoc est Petrum, consilium mentis significari asserui: & tamen causam, cur uel ille potius quæ iste desiderium, uel iste potius quam ille consilium significaret, ut asseris, non ostendi; Hoc igitur est, quod cum significationem exponerem, causam significationis tacere non debuissim, libens accipio, quod hæc tua causatio, dum unum admonet, utroque docet: in primis me, ne dicenda præteream, ut esse studiam in scribendo sollicitus, deinde etiam te ne, minus dicta intelligas, ut sis in audiendo attentus. Ne tamen querela tua profus sibi iusta uideatur, offerendam tibi quomodo ipsam, quam quæraris, causam ibidem, ubi significatio eius explicata est poteris inuenisse. Nam cum ductum sit tibi per Ioannem, qui præcurrit prior ad monumentum uenit, significari desiderium animi: per Petrum, qui posterius uenit, consilium: nonne ex ipsa eorum actione manifesta causa colligitur, cur in illo desiderium, in isto consilium significetur? Si enim quæraris, cur Ioannes desiderium significet, causa manifesta est, quia præcessit. Et si interrogas, cur Petrus consilium, & hoc patet, quia posterius uenit. Ex diuersitate igitur actionis manifeste ostenditur, quæ significationis diuersitas in personarum discretione teneatur. Quod si fortassis existimas uim significationis non solum ex qualitate actionum, sed etiam ex discretione personarum colligendam esse, nec hoc quidem ego refutandum iudico, quia satis conuenienter alacritas & feruor amoris per Ioannem iuniorem exprimitur, grauitas autem & mora consilij per Petrum senem & tardum figuratur. Istud, quod dicit Petrus amplius amasse, & ideo iustum tibi uideri, ut per illum potius desiderium siue amor significari debuisset, ad præsentem causam nihil attinet, quia in præsentis tractatione non agitur qualis Petrus in mente fuerit, sed quam nobis exteriori specie uel actione significationem præsentauit, maxime cum hoc ubique obseruandum sit, ut unde aliquid per significationem trahimus, istud quidem non in occulto, sed in manifesto quærere debeamus. Signum enim occultum esse non debet, sed manifestum, quia quod per se occultum est, occulta pandere non potest. Occisum me, ut cernis, inuenerunt tabulæ tuæ, qui ne mine laceffente mecum litigo, & quasi qui hostem non habeam, uires in uentum effundo.

De Petri & Ioannis dilectione. Titu. XCII.

Scio quidem quæstionem, ut nonnulli existimant, operasani esse, eo quod iniusta recompensatio uideatur, ut Petrus, qui amplius Christum dilexit,

Ioan. 20.

Y

Z

Ioan. 21.

Matt. 20.

dilexit, minus a Christo dilectus sit, & Ioannes plus dilectus sit, qui minus dilexit. Ego autem, cum euangelium, unde fons huius quæstionis manare uideatur, inspicerem, non inueni quidem, uel quod Petrus amplius dilexerit, uel quod Ioannes amplius dilectus sit. Nam quod Dominus post resurrectionem suam Petrum an se amaret, interrogans ait. Simon Ioannis, diligis me plus his? Non affirmando, sed interrogando hoc dixit. Sed neque ipse Petrus dicere ausus fuit cum interrogaretur. Domine, tu scis quia amo te plus his? Sed ait, Domine, tu scis quia amo te. Ioannes quoque de se metipso loquens sic ait. Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus. Et non dixit, quem plus alijs diligebat Iesus, sed quem diligebat Iesus. Neque igitur Petrus se amasse amplius, neque Ioannes amplius amatum esse præsumpsit, sed alter se non præcæteris, sed cum cæteris amatum esse asseruit. Sed esto ut Petrus plus dilexerit, & tamen minus dilectus sit: nunquid idcirco ullam iniuriam passus est, si tamen tantum dilectus est, quantum meruit? Nonne ista est querela illorum, qui in Euangelio contra patrè-familias murmurabant, dicentes. Hi nouissimi una hora fecerunt, & pares eos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus; Sed quid patet familias uni illorum, & in uno omnibus responderi, audiui mus. Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle, quod tuum est, & uade. Volo & huic facere sicut & tibi. Non licet mihi facere, quod uolo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Ponamus igitur nunc, ut Petrus quærelam in medium deferat, & de iniuria dilectionis suæ in Christum causetur, & dicat: Domine Iesu, iniuriam mihi facere uideris, cum ego te plus diligam, tu uero minus me diligas. Nunquid non recte Dominus ista dicenti respondere possit, & dicere: Amice, non facio tibi iniuriam: tantum diligeris, quantum diligis: tantum diligeris, quantum mereris. Tolle, quod tuum est, & uade. Volo huic facere plusquam tibi. Nunquid non licet mihi facere, quod uolo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Neque iniuriam pateris, si minus illo accipis, sed iniuriam pateris, si minus accipis, quam mereris. Quod si totum habes, quod cõqueris: Ite frater, rocinante suscipe, ut scias mentem tuam in nullam affirmationem precipite inclinare. Sunt tamen, qui clementius hanc quæstionem soluere nituntur. Dicunt saneque, quod Petrus & amplius dilexerit & amplius dilectus fuerit. Ioannes uero propter castitatem, qua pollebat, solummodo Christo Domino in cõuersatione familiarior cæteris omnibus fuerit. Petrus uero quantum ad effectum pertinet charitatis, amplius a Christo diligebatur. Ioannes uero quantum ad ausum familiaritatis amabilius in cõuersatione suscipiebatur. Petrus carior, Ioannes familiarior: quia & in Petro remunerabatur charitas, & in Ioanne castitas laudabatur. Ioannes teneri, & Petrus cõstanti diligebatur.

De gratitudine beneficiarum Dei & de iudicio de se & proximo faciundo. Titu. XCVIII.

Popule meus memento quæso quid cogitauerit Balach rex Moab: & quid responderit ei Balaam filius Beor de Sethim usque ad Galgalam, ut cogno-

Miche. 6.

31119

sceres iustitiam Domini. Balach rex Moab mercede conduxit Balaam ariolum, ut malediceret filijs Israel. Sed ille non est permissus a Domino maledicere populo suo, cui benedictio in hæreditatem fuerat repromissa. Et quamuis hominis maledictio nocere non posset illi, cui benedixerat Deus; cum tamen prophetæ maledictio in benedictionem uertitur, quid nunc spiritualiter Dei gratia in electis suis agat, manifeste monstratur. Dicit namque Apostolus. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt sancti. propheta ergo iniquus maledicere uolens populo Dei, ad benedicendum (licet inuitus) oppellitur: quia mala, quæ reprobi bonis inferunt, illorum saluti Domino disponente cooperantur. Loquitur ergo de populo suo nunc per Prophetam Dominus, & priora beneficia ei ad memoriam reuocat, dicens. Popule meus memento quæso quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor de Sethim usque Galgalam, ut cognosceres iustitiam Domini. Erubescere uideris homo. Tu nunquam obliuisci debueras, quod tantum dilectus es a Deo, ut ibi maledictionem inimicorum tuorum non tantummodo nocere non permitteret, sed eam quoque tibi in benedictione commutaret: uerum nunc cum ipse bonorum largitor te horum reminisci rogat, quid aliud quam se post tanta beneficia accepta ingratum adhuc atque in memorem permansisse demonstrat: Quod si Iudæus ingratus beneficiorum Dei reminisci noluit, caue saltem tu Christiane, ne quam eorum, quæ tibi impensa sunt, bonorum obliuiscaris. Caue inquam, & tanto magis caue, quanto deterius est, si tu ingratus persistiteris, qui maiora illo beneficia a Deo accepisse comprobaris. Habes enim & tu Balach hostem fratrum, qui te indefinenter persequitur, & contra te omni tempore consilia maligna meditatur. Qui etiam metuens, ne forte suis uiribus ad subuersionem tuam non sufficiat, iniquum prophetam & auarum ad te maledicendum proposita mercede inuitat. Balach namque, qui interpretatur elidens, ipse est Satanas aduersarius noster, & hostis pessimus, a quo prostratos atque elisos ille sanat & erigit, de quo in Psalmo canitur. Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos. Iste Balach rex est Moab, quod interpretatur ex patre, illorum scilicet, quibus Dominus in Euangelio dicit. Vos ex patre diabolo estis. Hic contra nos malignum cogitat, sicut de ipso Apostolus Paulus ad quosdam discipulos suos loquitur, dicens. Ut non circumueniamur a Satana. non enim ignoramus cogitationes eius. Huic autem cogitanti contra nos & consilium subuersionis quærenti, respondet Balaam, qui interpretatur populus uanus, uidelicet iniquorum omnium, respondet scilicet eius uoluntati obtemperans, & in nostra subuersione atque ruina unanimiter sæuienti concordans. Qui Balaam, hoc est populus uanus, est filius Beor, quod sonat in pelle, ut subaudiatur habitantis, id est eiusdem diaboli imitatione filius, nos cum eo opprimendo, & odio iniquo persequendo. Qui diabolus in pelle habitat, hoc est in corde carnali, quia in eis tantummodo requiritur inuit, quos concupiscentiæ carnalis affectus a constantia at-

Roma. 8

Omnium, etiam mala cooperantur in bonum bonis.

Psal. 145

Ioan. 8.

2. Cor. 2

tia at-

Et tunc rigore uirtutum resoluens, per turpia desideria emollit. Vbi autem Balaam filius Beor in quo Balach de nostra perditione cogitanti respondet, ostenditur, cum subinfertur. De Sethim usque ad Galgalam: subauditur gyrans & circumueniens, & locum maledictionis exquirens. Sethim interpretatur spina: Galgalam uolutabrum dicitur. Hæc est ergo uia populi uani, & circuitus erroris, spina uidelicet & uolutabrum, id est cura & uoluptas. Cura, per quam ad huius mundi transitoria adipiscenda desudat, uoluptas uero, per quam acquisitis immoderate atque illicite utendo se maculat. De Sethim ergo usque ad Galgalam, uanus populus maligno regi respondendo fideles persequitur: quia omnes iniqui & per auaritiam bona temporalia acquirendo, & per incontinentiam acquisitis utendo, diabolo seruietes, in persecutionem bonorum excitantur. Ideo autem permittuntur mali contra bonos seruire, ut ostendantur non posse proficere, & ipsa eorum malignitas quanto inanius ostenditur, tanto Dei gratia & misericordia erga nos eui dentior efficiatur. Hoc est enim, quod sequitur, ut cognosceres iustitiam siue misericordiam Domini. Ac si diceret. Ideo ex parte relaxati sunt, ut agnosceres periculum: ideo prohibiti sunt, ut intelligeres, unde esset tibi præsidium. Tantis ergo beneficijs acceptis quid tibi iam restat, nisi ut gratias agas, & Saluatori tuo atque protectori recompensatione digna respondeas. Nam si populus uanus suo regi perditionem bonorum machinanti respondet: quid populus fidelis atque electus, nonne multo magis suo regi bonos liberanti atque saluanti obediendo & seruiendo respondere debet? Sed dices fortassis. Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu Deo excelsio? Nunquid offeram ei holocaustomata, & uitulos anniculos? Nunquid placari potest Deus in millibus arietum, aut in multis millibus hyrcorum pinguium? Hæc enim omnia a me aliena sunt: & ideo pro mea salute digna recompensatio esse non possunt. Sed fortasse satisfaciam, si dedero primogenitum meum pro scelere meo, fructum uentris mei pro peccato animæ meæ. Hæc tamen extra me sunt, quàmuis ex me processerunt: & qui me ipsum abstuli, etiam si totum præter me dederò, nondum plene debitam restitui. Quid ergo faciam? quid dabo? quid reddam? quid retribuam Domino pro omnibus, quæ tribuit mihi? Indicabo tibi ò homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te. Vti que facere iudicium, diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Tria hæc sunt, quæ offerre debes: quia & Deus, qui trinitas est, non nisi trino sacrificio digne placari potest. Offer ergo iudicium filio iudici. Offer misericordiam Spiritui sancto charitati. Offer sollicitudinem paternitati. Ad sapientiam pertinet discretio, ad charitatem pietas, ad paternitatem sollicitudo. Sic tamen offer, ut neque in discretionem munerum unitatem trinitatis diuidas, neque in participatione donorum trinitatem unitatis confundas, sed singulis sua, & simul uni singula exhibeas. Si iuste iudicas, iustum iudicem honoras. Si misericordiam diligis, eum, qui pius est, acceptabili sacrificio ueneraris. Si sollicitus

in timore Dei semper ambulas, placas tibi celestem patrem, quem pro peccatis tuis offensum habebas. Nunc ergo ausculta quale sit, iudicium quod facere iuberis. Primum est tibi iudicium faciendum de teipso, deinde inter te & proximum tuum, postremo de proximo tuo. In eo iudicio, quo iudicas te metipsum, esse debes districtus. In eo iudicio, quo iudicas inter te & proximum tuum, debes esse iustus. In eo iudicio, quo iudicas proximum tuum, debes esse pius. Te ipsum iudicare debes hoc modo. Considera diligenter quid facis, & quid non facis: quid facere debes, quid facere non debes: postea hæc ad inuicem conferendo perpende, an idem est quod facis, & quod debes: & an idem quod non facis, & quod non debes. Quod si ita inueneris, gaudere. Si autem idem esse perspexeris quod facis, & quod non debes: aut quod non facis, & quod debes, time. Inter te & proximum tuum hoc modo iudicare debes. Vide quæ facias proximo tuo, & quid tibi faciat proximus tuus. Si ille tibi bonum facit, & tu illi bonum reddis, malus non es. Si ille tibi malum facit, & tu illi malum reddis bonus non es. Si ille tibi bonum facit, & tu illi malum reddis, malus es. Si ille tibi malum facit, & tu illi bonum reddis, bonus es. De proximo tuo hoc modo iudicare debes. Vide quicquid facit, an certum bonum, an dubium bonum, an certum malum, an dubium malum. Si certum bonum est: paruum, magnum: magnum, maius existimes. Si dubium bonum est, uerum puta. Si certum malum est: magnum paruum, paruum minus iudica. Si dubium malum est, bonum puta. Hoc est iudicium uerum, iudicium bonum, iudicium Deo placitum. Quæ si tu illi non solum discernendo, sed etiam faciendo in sacrificium obtuleris, placabis iram, & gratiam consequeris. Deinde sequitur diligere misericordiam. Non solum facere, sed etiam diligere: quia magis facit, qui affectu pietatis compatitur, quam qui ex debito præceptionis miseretur. Oportet ergo te primum facere iudicium, ut quod recte discernis, opere compleas. Deinde diligere misericordiam, ut bonum, quod agis, non ex timore, sed ex amore facias. Postremo sollicitum incedere, ne uel bonum, quod necdum habes, non merearis accipere, uel bonum quod habes, amittas. Porro in his tribus Trinitati in te operanti cooperaris. Sapientia. n. te ad agnitionem ueritatis illuminat, charitas te ad desiderium bonitatis inflammat, paternitas in te custodit, quod creauit, ne pereat. Per illuminantem ergo sapientiam, tibi collucentem rectum discernis, per inflammantem charitatem, tibi coardentem misereris, per prouidentem paternitatem, tibi contuentem temetipsam custodis. Per trinitatem itaque cooperando Trinitati. Trinitatis imago esliceris, uerunque tunc sacrificium te ipsum Deo offers, cum ad eius similitudinem reformaris. Quod &c. Amen.

De apparitione Christi duobus discipulis euntibus in castellum, quod dicitur Emmaus.
Titu: XCIX.

Iesus in uia ambulans faciem suam abscondit, ostensurus eam in patria. Propterea in fine uia: cum discumbere cœpissent, fregit Iesus panem, ut inte-

Iudicium quodnam Deus requirat a nobis.

K

L

M

N

O

ut interiora eius patescerent, & ibi eum agnouerunt: quia post uitæ huius cursum in regno celorum cum Abraham, & Isaac, & Iacob discumbentes, & super mensam eius edentes & bibentes in æterno conuiuio Iesu claritatem uidebunt. Nunc autem interim in uia peregrinus apparet, ut exilium nostrum agnoscamus, & quod alia est patria nostra. Et colloquendo corda ad amorem inflammat, sed oculos ad contemplationem adhuc non reuelat. Qui ergo in uia ex sermonibus Iesu ignem amoris corde concipiunt, in fine uia claritatem eius uidebunt. Sunt itaque lingue igneæ, quæ ueniunt ad nos, & uerba flammantia quotidie Christum nobis loquentem audimus. Quia spiritum Christi non habet, qui uerba Christi audiendo non ardet. Spiritus. n. sanctus super discipulos Christi in linguis igneis apparuit: & ipse Christus ambulans in uia loquendo corda inflammauit, quibus non quasi a capite, sed quasi a latere se sociauit: quia eum nobis non natura, sed gratia in huius uitæ uia comitem dedit.

De Christo oue, & pastore bono. Titu. C.

Humilitas duplex.

Esa. 53.

Castitas duplex.

Pastores, mercenarii, & lupi qui sint.

Christus prius ouis fuit, postea pastor, factus est. Ouis animal est mansuetum, & mundum. In mansuetudine humilitas, in munditia castitas significatur. Humilitas duplex est. Prima, qua præesse non appetas. Secunda, qua subesse diligas. Multi. n. sunt, qui præesse nolunt, fugientes laborè non honorem, qui tamen subesse dedignantur. Qui quoniam in præcepto obedientiæ murmurant, quasi ad passionem ducti recalcitrant. Hi profecto oues non sunt nec imitatores illius, qui sicut ouis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum. Similiter castitas duplex est. Alia foris per munditiam corporis, alia intus per munditiam cordis. Munditia corporis est abstinere a malo opere. Munditia cordis syncerum esse a mala delectatione. Qui ergo munditiam & mansuetudinem habet, ouis est. Et qui ouis bona est, sic tandem pastor fieri potest, qui prius in sua subiectione didicit, quomodo alijs præesse possit. Quidam. n. sunt pastores, quidam mercenarii, quidam lupi. Pastores sunt, qui oues diligunt: mercenarii, qui lanam & lac accipiunt. Lupi, qui carnes comedunt. Pastores custodiunt in prosperitate, & defendunt in aduersitate. Mercenarii custodiunt in prosperitate, sed non defendunt in aduersitate. Lupi non custodiunt in prosperitate, & occidunt in aduersitate. Pastores salutem querunt, mercenarii lucrum appetunt. Lupi peccati materiam uel licentiam ouibus dantes, occidunt. Primi sunt diligentes, secundi negligentes, tertij pestilentes.

De eo quod scriptum est, Nisi ego abiero paraclitus non ueniet. Tit. CI.

Ioan. 6.

Nisi ego abiero paraclitus non ueniet. Christus discipulis corporalem præsentiam subtraxit, ut eum spiritualiter amare discerent. Erat quippe & ipse prius secundum eandem corporalem præsentiam paraclitus id est consolator, & hæc consolatio quasi lac erat de carne manans paruulis. Propterea subtractum est lac,

ut ad perfectionem spiritualis amoris conualesceret. Accedens in celum, ut corda post se traheret, & dilectio periret post dilectum. Usque hodie Christus amicos suos in scriptura sacra, & sacramentis ecclesiæ, atque alijs uisibilibus uirtutum exercitijs quasi quadam corporali præsentia consolatur, quorum uisum dum aliquam dispensatione subtrahit, quasi quandam humanitatem suam ab oculis intuentium subducit, ut spiritualis amoris dulcedinem tanto purius percipiant, quo minus foris habent etiam de opere uirtutis, ad quod mentem suam per intentionem effundant.

De spiritu Dei & spiritu mundi, per quem consummata sunt omnia. Tit. CII.

Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Quid mirum si spiritus Domini implere potuit corda hominum, qui implet orbem terrarum? Nunc ergo impletum est, quod Dominus Iesus Christus in passione sua prædixerat: consummatum est. Antequam spiritus sanctus uenit ad corda hominum, non potuit dici, consummatum est. Propter hoc. n. omnia facta sunt, a quo facta sunt, uel in natiuitate, uel in passione, uel in resurrectione, uel in ascensione Iesu Christi, siue in ceteris omnibus, quæ uerbum incarnatum uisibiliter operatum est ad reparationem hominum, uel hoc bonum suum recipere homo, ad quod conditus fuerat, sine quo nihil profuit, cum quo nihil defuit. Et propterea in hoc consummata sunt omnia, quæ propter hoc facta sunt omnia. Botrus. n. carnis portatus fuerat ad torcular crucis, & expresse facta fluere cœpit mustum diuinitatis, & uoluit ut uasa cordium præparentur, ut dum uinum nouum fundetur in uitas nouas, primum mundarentur, ne infusum pollueretur, postea ligarentur ne effusum amitteretur. Mundarentur a gaudio iniquitatis, ligarentur contra gaudium uanitatis. Non enim bonum gaudium uenire potuit, nisi prius recederet malum. Malum gaudium est gaudium iniquitatis, & malum gaudium est gaudium uanitatis. Gaudium iniquitatis polluit, gaudium uanitatis effundit: Gaudium iniquitatis reddit uas sordidum, gaudium uanitatis reddit uas rimosum. Gaudium iniquitatis, quando peccatum diligitur: gaudium uanitatis, quando transitoria amantur. Eice ergo quod malum est, ut quod bonum est percipere possis. Effunde amaritudinem, ut dulcedine implearis. Spiritus sanctus gaudium est, & spiritus sanctus amor est. Eijce spiritum mundi, & spiritum diaboli, ut accipias spiritum Dei. Spiritus diaboli operatur gaudium iniquitatis, & spiritus mundi operatur gaudium uanitatis. Et sunt mala gaudia ista, quoniam alterum culpam habet, alterum occasionem culpæ. Venit autem spiritus Dei, cum eieci fuerint spiritus mali, & intrat habitaculum cordis, & operatur gaudium suum, & amor suum, non sicut spiritus diaboli, neque sicut spiritus mundi, sed gaudium bonum, & amor bonum. Pri-

R Sap. 1. 23

Botrus in torculari mystice corpus Christi in cruce

S Gaudium duplex

T Spiritus triplex.

V Gaudium sancto.

Mali contra bonos seruire cur permittantur.

Mich. 6. Offerenda a nobis Deo qua. & quot.

Luca. 24

primum agnoscit homo, quod prima uera non fuerunt, quoniam nec plena esse potuerunt in gaudio iniquitatis, nec permanentia in gaudio uanitatis.

Ioan. 16. Nunc autem uera gaudia aduenerunt plena & aeterna, sicut Saluator promisit, ut gaudium uestrum sit plenum, & gaudium uestrum nemo tollat a uobis. Ipsum ergo gaudium amor est, & operatur spiritus idem & gaudium, & amorem. Amorem, quando requirimus, gaudium, quando possidemus. Tamen ipsum desiderium sine gaudio esse non potest, nec ipsa adeptio sine amore. Itaque gaudium ipsum amor est, & ipse amor gaudium est, quoniam in eo, quod amamus, gaudemus: & id, de quo gaudemus, diligimus: & est gaudium bonum & amor bonus, & gaudium malum & amor malus similiter. Est enim amor Dei, & est amor mundi, & amor peccati. Quidam enim solum Deum amant, Quidam aliud praeter Deum cum Deo amant, nihil tamen contra Deum. Alij contra Deum quaedam amant, & hi Deum non amant. Qui solum Deum amant, aedificant super fundamentum aurum, argentum, & lapides pretiosos. In auro intellectum, in argento eloquium, in lapidibus pretiosis opus incorruptum. Qui praeter Deum aliud amant, & tamen Deum plus amant, aedificant super fundamentum lignum, strum, stipulam. In lignis affectum cognationis, in feno affectum possessionis, in stipula affectum familiaritatis. In quibus omnibus & si peccatum non est, occasio tamen peccati constat. Qui contra Deum aliquid amant, ij super fundamentum non aedificant, sed destruunt fundamentum: quia amor Dei in corde esse non potest, ubi non est uel solus, sicut in ijs, qui solum Deum amant: uel summus, sicut in ijs, qui cum Deo aliud amant, nec tamen contra Deum. In eo autem amore, quo cum Deo aliud amatur, gaudium est uanitatis. In eo amore, quo contra Deum aliquid amatur, gaudium iniquitatis. Illic amor mundi inficit, hic amor peccati polluit. Et transit mundus, & concupiscentia eius: uerbum autem Domini manet in aeternum. Et qui credit in uerbo eius, & habet spiritum eius, hic manet in aeternum, sicut ipse in aeternum manet. Qui enim instabilis est per gaudium iniquitatis, uel qui instabili adheret per gaudium uanitatis, hic non potest manere in aeternum, nec gaudium uerum habere, quod fallum est per iniquitatem, & transitorium per uanitatem. Qui autem spiritum Dei manentem habet, gaudium habet uerum, & plenum, & aeternum, quia permanens diligit, & stabili adheret, & possidet consummatum bonum. Hoc enim totum bonum est hominis cognoscere, & amare creatorem suum. Propterea linguae igneae Apostolis datae sunt, ut in linguis sit cognitio ueritatis, in igne amor uirtutis. In lingua enim uerbum est, in igne flamma. Et uerbum quidem ad cognitionem pertinet, ignis uero ad dilectionem. Et ideo uerbum cum igne uenit, sapientia cum dilectione: ut alterum illuminaret, alterum inflammaret. Alterum contra ignorantiam, alterum contra concupiscentiam. Haec uero dona non nisi in unum congregatis, & ad superiora subleuatis uenire potuerunt. Congregatis per consensum, subleuatis per desiderium. Congregatis per dilectionem

proximi, subleuatis per dilectionem Dei. Et nos ergo si talia dona percipere uolumus, tales simus. Quod &c. Amen.

De sacramento, & resacramenti poenitentiae: Titu. CIII.

Sacramentum poenitentiae est exterior exhibitio operis. Res sacramenti uera contritio cordis. Si sacramentum suscipis, opera poenitentiae facias: habere rem sacramenti in uera contritione, ne frustra speciem sine ueritate ostendas. Tanta est poenitentia tua, quanta est contritio tua, quanta est deuotio tua. Contritio, pro malo quod fecisti: deuotio, pro bono recuperando, quod amisisti. Noli igitur dicere, tantum ieiunauit, tantum uigilauit, tanta opera misericordiae feci. Tantum in his omnibus fecisti, quantum in his omnibus profecisti. Noli numerare folia, sed fructum. Noli pensare paleam, sed grana. Opus sine contritione, flos est sine fructu. Contritio sine opere, fructus est sine maturitate.

De uirtute poenitentiae. Tit. CIIII.

Uis scire homo quanta est uirtus poenitentiae? Attende, dicam quod possum. Totum auferit, quod minatur damnatio: totum confert, quod promittit salus. Quantum putas est hoc? Bene considera: mala aeterna auferit, bona aeterna confert. Talis ac tantus est fructus poenitentiae. Hunc fructum confert poenitentia. Si fructum feceris in ea, fructum capies ex ea. Fructus, quem facis in ea, meritum est. Fructus, quem capies ex ea, praemium est. Si facis in ea fructus dignos in merito, capies ex ea fructus aeternos in praemio. Quid est poenitentia? Dolor peccati. Quid est dignus fructus poenitentiae? Satisfactio delicti. Agite dignos fructus poenitentiae. Tria ista considera. Poenitentiam, fructum, dignum. Si de errato doles, hoc est poenitentia. Per fructum ostende dolorem. Si mutasti uoluntatem, persequere iniquitatem. Post poenitentiam dolorem cordis, fructus sequatur maceratio carnis.

De tribus, quae sunt in poenitentia. Titu. CV.

Tria sunt in poenitentia. Dolor praeteriti, custodia futuri, satisfactio delicti. Ne poenitens in futuro damnetur, facit custodia futuri. Ne puniatur, facit satisfactio delicti. Si ergo securus uis esse, caue futura, corrige praeterita. Dolor culpae placat. Satisfactio uitium sanat. Custodia sanitatem seruat. In his custodia futuri primum locum tenet, dolor praeteriti secundum, nouissimum satisfactio delicti: quae prima tantum proficit, quantum caetera duo efficit. Ideo Saluator solam hanc, id est custodiam futuri, quasi praecipuam, & in qua omnis poenitentiae fructus consistat, sibi confitentibus iniunxit. Vade, & amplius noli peccare, & vade in pace. Et iterum, Vide ne quid tibi deterius contingat. Haec tria sic pensanda sunt, ut sit dolor

Contritio nis. & deuotionis uirtus quanta sit.

Poenitentia.

Ioan. 8.

Mar. 5. Ioan. 5.

lor plenus, custodia perfecta, satisfactio condigna.

De sapientia in faciendo bono: & de patientia in tolerando malo. Titu. CVI.

In duobus seruitur Deo, faciendo bonum, & patiando malum. In confessoribus remuneratur bona actio, in martyribus passio. Ad agendum bonum necessaria est sapientia, ad tolerandum malum necessaria est patientia. Sapientia, ut bonum bene fiat: patientia, ne malum patiens malus fiat. Qui enim bonum bene facit, in bona materia operatur; sed si bonum bene non facit, per malam formam bona materia deformatur. Bona est forma, ubi nec plus nec minus iusto est. Si plus iusto sit, peccatum est: si minus iusto sit, delictum. Igitur qui bonum bene facit, quasi bonae materiae bonam formam imprimit. Ad tolerantiam autem mali patientia necessaria est: quia qui malo per impatientiam cedit, a bono recedit. Sicut enim malum, quod est culpa, faciendum non est, sic malum, quod est poena, patiendum est. Poena autem dolor est, dolor uero aliud non est nisi cum amittitur quod amatur; uel in abrenuntiatione culpae, cum peccatum, quod prius delectabar, relinquitur: uel in abrenuntiatione possessionis propriae, cum terrena substantia, quae foris possidebatur, deseritur: uel in abrenuntiatione delectationis mundanae, cum carnalium sensuum lasciuia mortificatur. In omnibus his labor est, nec sine dolore quicquam horum fieri potest. Haec igitur est patientia sanctorum. Qui sustinentiam deserunt, apostatant. Post ultimam abrenuntiationem primo per uanitate, quia mundanam iocunditatem ad uoluptatem repetunt. Post secundam secundo per cupiditatem, quia postpositas diuitias mundi ad superfluitatem ambiunt. Post primam tertio per iniquitatem, qua antea acta peccata, & dimissa iterare praesumunt. Itaque patientia ad tolerantiam necessaria est, ne abeat homo per uanitatem in consilio impiorum, nec stet per cupiditatem in uia peccatorum, nec sedeat per iniquitatem in cathedra pestilentiae. Iob ad mundi iocunditatem minime respexerat, qui dicebat. Si uidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare ordine suo. Post diuitias mundi apostatare Dauid nos prohibet, dicens. Noli emulari in eo, qui prosperatur in uia sua. Post peccata dimissa apostatare ipse Dominus prohibet, dicens. Vade, & amplius noli peccare. Et Propheta. Obseruabo me ab iniquitate mea. Igitur homo accedens ad seruitutem Dei stet in loco suo per patientiam, ut non cedat nec recedat. Operetur bonum pro adimplendo primo debito, patiatur malum pro expiando primo delicto. Nam ut faciat bonum, factus est homo; ut patiatur malum, fecit homo. Pro eo igitur quod factus est, facit bonum; pro eo, quod fecit, patitur malum. Primum enim homo sic factus est, ut proficeret de bono innocentiae per bonum obedientiae ad bonum gloriae. Sed mutans locum, & innocentiam deserens, deficere coepit, & ire de malo iniquitatis per malum mortalitatis ad malum damnationis. Venit autem Saluator, & mon-

Ab renuntiatione triplex.

Iob. 31.

Psal. 36

Ioan. 8.

Psal. 17

strauit aliam uiam, qua ad patriam reuertatur homo, per bonum iustitiae, & malum poenae ad bonum gloriae.

Quomodo se debeat quisque Deo in cibum preparare. Titu. CVII.

Ad mentem magnam sedistis: considerate quae uobis apponuntur, & scitote quia oportet uos similia preparare. Ecce Dominus prauidum parauit uobis fratres per exempla sanctorum suorum, modo reficiens uos ad meritum, donec postea coenam pareat in gaudio sanctorum, satians uos per praemium. Tauros suos & altilia sua occidit, ut ad actionem & contemplationem pascamini per eos, quorum in terra caro iugum portauit in labore boni operis, & ad caelum mens subleuata fuerat per uolatum contemplationis. Has carnes in mensa Dei editis, ut per carnalia refecti ad spiritualia proficiatis. Verumtamen scire debetis, quod elixas carnes, id est aqua coctas, mensa Dei non recipit. Audistis enim qualiter agnus paschalis non aqua, coqui, sed assari praecipitur: & post resurrectionem a Christo piscis assus cum fauo mellis manducatur. Aqua enim carnes in se coctas emollit, & ideo forte, quia Deus molles carnes non amat & dissolutas, assata commendatur. Mollis enim caro est, quae dicit, ferre non possum, tolerare non ualeo, dissoluior, deficio. Hanc carnem non amat Deus, sed igne passionis torridam, & tribulationis tolerantia solidatam. Si ergo carne reficimini, reficite in carne. Si festa uobis Deus facit, facite uos & illi festa. Si uos ille gaudere de se & de suis tribuit, facite illi gaudium de uobis, hoc est enim similia preparare.

De fuga Eliae a facie Iezabel. Titulus. CVIII.

Elia impiam Iezabel fugiens in spelunca absconditur; quia non nunquam animus pro uitanda carnis turpitudine declinat, nondum tamen ad deserendam eiusdem carnis mansionem animatur. Iezabel quippe, quae interpretatur sterquilinum terrae, carnis concupiscentiam significat, cuius persecutionem seruus Dei fugiens in spelunca latitat: quia licet ad calcandam spurcitiam animatus sit, nondum tamen ad tolerantiam passionum roboratus. Unde & illi diuina uoce per increpationem dicitur. Quid hic facis Elia? Non enim ad hoc factus es, ut sub latebra carnis moram tibi facias exundiam ad contemplandam faciem creatoris. Surge ergo, & sta in ostio speluncae tuae. Surge, ad superiora erigere. Surge, ne totus terrae inhareas. Surge, appetens quae sursum sunt. Sta in ostio speluncae tuae: sta perseverantia, sta patientia. Perseuerantia, ut non abeas retrorsum. Patientia, ut ante te tempus ad exitum non festines. Sta, expecta donec uoceris. Sta, paratus per desiderium exundi. Sta, fixus per obedientiam sustinendi. Sta in ostio speluncae, ut nec ingrediaris per concupiscentiam, nec egrediaris per impatientiam. Sta in ostio speluncae tuae, & ecce pertransibit Dominus. Quomodo

Eccl. 31.

Exod. 12

Molles, & carnales Deus non amat.

3. Reg. 19

24

modo

modo homo per concupiscentiam carni inharens Deum videre poterit, cum ille etiam, qui toto desiderio ad exitum carnis inhiat, in hac corruptione adhuc positus non nisi transeuntem, uidere queat? In hac ergo mortalitatis caligine aduentus Dei ad animam in transitu fit: quia, quod hic de ipsius dulcedine mutabiliter uiuentibus ostenditur, ab ipso animo quamuis illuminato ad suę corruptionis tenebras rursus relabente nequaquam diu retinetur. Ecce pertransibit Dominus. Spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras: non in spiritu Dominus. Post spiritum commotio: non in commotione Dominus. Post commotionem ignis: non in igne Dominus. Post ignem sibilus aurę lenis. Ecce pręambulos Dei spiritum, commotione, & ignem. Non uenit Dominus ad re, nisi prius isti ueniant. Spiritus est terror iudicij æterni, qui si in cor peccatoris impegerit, & montes superbiz deiicit, & petras duritię dissoluit. Sed hic nequaquam Deus esse dicitur: quia anima, quam adhuc timor perditionis afficit, nondum perfectę charitatis dulcedinem sentit. Post spiritum commotio sequitur: quia terrore iudicij incussa mens mox a sua stabilitate mouetur. Post commotionem uero ignis sequitur: quia post anxietatem futuri seculi aduersum se læuens animus ardore compunctionis inflammatur. Postremo igni sibilus aurę lenis succedit: quia post longa compunctionis incendia purgata mens, afflata spiritu, consolationis refrigerium sentit. Vbi notandum, quod cum in præcedentibus non esse Dominus dicitur, in sibili aurę lenis nequaquam esse negatur: quia nimirum illa solum mens eius dulcedinem percipit, quę post laborem pœnitentię & anxietatem, consolationis refrigerio percepto, in spe propitiationis diuinę requiescit.

De duobus nuntijs ad nos missis. Titulus. CIX.

K Vit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioānes. Duos nuntios misit Deus in hunc mundum, leuitem & filium. Prius seruum, ut comminaretur, postea filium, ut consolaretur. Seruus attulit timorem, filius amorem. Seruus nuntiavit, quod timeremus, filius reuelauit, quod amaremus. Duo .n., fratres charissimi, abscondita erant ab oculis hominis, æterna mala & æterna bona: & non præuidit homo uel mala illa, ut caueret, uel bona, ut requireret. Ad sola præsentia oculos apertos habebat: & ideo quia non uidebat homo, ubi magis oportuit, indicanda erant illi, quę nesciebat. Venit Ioannes clamans. Genimina uituperarum, quis uobis monstrabit fugere a uentura ira? Agite fructus dignos pœnitentię. Nuntiat periculum, suadet cautelam, ostendit consilium. Bonus seruus, bonus nuntius: pie læuens, persequendo misericors, percutit seruus, ut sanet Dominus. Videre duos nuntios. Venit Ioannes non manducans nec bibens, exemplum pœnitentię. Venit filius hominis manducans & bibens, exemplum misericordię. Alterum propter mala hominis, alterum propter bona Dei.

Timor seruilis principis conuerſionis bonus, & sufficiens ad salutem.

Duo abscondita ab oculis hominis ante aduentum salutatoris.

Matth. 3

De deserto, quod est cor hominis. de uirgula fumi, & de pigmentario, & aromatibus. Titulus. CX.

Quæ est ista, quę ascendit per desertum sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhę, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij. Dormit, & ascendit: quia foris requiescit, & intus surgit. Desertum est mundus propter abundantiam mali, & inopiam boni. Desertum est cor malum, quia cultum non est, & germinat noxia, & in eo bestię habitant. Quia enim in eo agricola Christus non est, & pater eius non seminat ibi uerbum suum, surgunt germina uitiorum, urtica concupiscentię, & spinę sollicitudinis, & alia talia, & requiescunt ibi dæmonia, quia non est qui exterreat. Desertum est item cor bonum, quia longe est a strepitu & tumultu, & non conculcatur frequentia terrenarum cogitationum, sed uirens permanet & floridum, & germina uirtutum producit: & canit ibi turtur spiritus sanctus: & non auditur uox hominis, neq; ad hominem pertinentis. Virgula recta est, gracilis, & in longum porrecta. Quia tamen sursum tendit, recta esse debet: & quia arcta est uia, gracilis: & quia longa, porrecta. Item non est uirgula ligni insensibilis & duri, sed fumi qui speciem habet, substantiã nõ habet. Cum enim cernitur, aliquid esse uidetur: cum manus apponitur, nihil inuenitur. Sic bonus quisq; hic esse uidetur per carnis speciem, sed hic non est per dilectionem. Item fumus de igne ascendit, quia desiderium ex amore uenit. Et qualis fumus? ex aromatibus myrrhę, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij. Pigmentarius est Christus, pigmenta aromata & uirtutes, myrrha carnis mortificatio, thus mentis deuotio. Vniuersus puluis pigmentarij uirtutum omnium multitudo: sicut in uitijs ita & in uirtutibus inuenitur. Dicitur in libro Iob. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & ululatum exercitus. Habet enim uitiorum multitudo regem seu reginam, habet & duces, habet & exercitus. Regina est superbia, duces uitia capitalia, exercitus est uniuersa mala subsequentiã. Primum ergo duces uitiorum quasi in pugna exhortationem faciunt, quia hominem in ratione faciendū decipiunt: exercitus autem postea quasi cum ululatu irruit, quia post primam suggestionem susceptã, turba uitiorum sequens in deceptam mentem cum uolentia & tumultu impetum facit. Sic & uirtutibus regina est humilitas, duces principales uirtutes, exercitus bonorum uniuersitas. Et postquã prima uirtutes ab homine cum quadam ratione suscipiuntur, mox uniuersitas bonorum sponte subsequitur. Ideo hic primum duces posuit, myrrham & thus: post exercitum, uniuersum pigmentarij puluerem.

De tribus festis, uirginum, confessorum, & martyrum: & de bono confessionis. Titulus. CXI.

Festum est gaudiũ. Magnũ gaudiũ, magnũ festũ. Bonũ gaudiũ, bonũ festũ. Tria sunt festa. Festũ uirginũ, festum confessorum, festũ martyru. Festũ uirginũ facit, qui obseruantia castitatis conscientiam exhilarat.

Canti. 3.

Desertum germina eius, & habitatores.

M Virgula.

N

Iob. 39.

Regina uirtutum superbia.

Regina uirtutum humilitas.

exhilarat. Festum confessorum facit, qui & si gloriari non potest de integritate uirginitatis, consolatur tamen in puritate confessionis, qui & si bonum non fecit, unde gaudeat, accusauit tamen & improbauit malum, quod fecit, ut consolationem inueniat. Festum martyrum facit, qui sub pressura tribulationis gaudet in spe retributionis. Considerate fratres conscientias uestras. Magnum festum facit, quod gaudet de puritate. Nec ille excluditur, qui consolatur in humilitate. Puritas ad uirginitatem pertinet, humilitas ad confessionem. Propterea qui non tenuistis uirginitatem, amplectimini humilitatem. Magna uirtus est humilitatis. Audacter dico, quod nec ipsa uirginitas sine humilitate placet. Humiliare ergo, & recognosce quod es. Habet quidem confessio criminis pœnam præcedentem in erubescencia, sed sequitur festum gaudij consolationis in bona conscientia. Bona recõpensatio posita est tibi. Dicis homini peccatũ tuũ, ut Deus taceat. Iudicas tu, ut non iudicet ille. Coram vno homine confiteris, ut iustificeris, ne coram celo & terra, coram omnibus angelis Dei arguaris & damneris. Propterea lætetur, qui confitetur, ne damnetur.

Humilitas uirtus. Confessio nis bona

De festis sanctorum recolendis. Tit. CXII.

REX magna, fratres charissimi, Saluatoris nostri pietate agitur, quod nobis merita sanctorum festiua iocunditate recolenda indicuntur: quia in eo nos Deus noster & exhortatur ad imitationem uirtutum, & admittit ad participationem gaudiorum. Propter hoc ad imitationem uirtutum, ut corrigatur malitia nostra. Propter hoc ad participationem gaudiorum, ut consoletur miseria nostra. Duo hæc mala nostra sunt: alterum quod fecimus, alterum, quod patimur. Alterum malum in anima ad correptionem per culpam, alterum malum in corpore ad correptionem per panam. Contra utrũque malum Saluator noster remediũ præstat, memoriam sanctorũ suorum. Dum enim cogitamus, quod fecerunt, excitamur ad imitationem bonorũ operum. Dum uero consideramus, quod perceperunt, consolamur per participationem gaudiorũ. Prima eruditio est, cum per patientiam illorum ad tolerantiam roboramur. Secunda, cum per tentationem eorum ad cautelam instruimur. Tertia, cum in correctione illorum post culpam ad spem erigimur. Quia enim eos post lapsum criminis per pœnitentiam resurrexissẽ, & nunc cum Domino Deo in gloriam tantam assumptos uidemus, nobis quoque licet in peccata grauiã lapsis, nequaquã de Dei misericordia desperadũ esse agnoscinus. Et quia rursus antiquum hostem etiam contra electos Dei aliquid præsumpsissẽ legimus, quanta cautela aduersus eius insidias uigilandum sit, non dubitamus. Postremo dum eos, qui bona operati sunt, tanta propter Deum mala pertulissẽ recolimus, aperte nobis ostenditur, quantum nos, qui mala fecimus, in aduersis patientes esse debeamus. Est & alius fructus, quem memoria sanctorum deuotis mentibus præfert. Nam dum ipsorum

gaudia per congratulationem aspiciamus, ipsi quoque in nostra miseria ex hac quam charitas in nobis parturit, lætitia consolamur. Primum siquidem gaudemus pro illis, ut postmodum etiam gaudeamus cum illis. Primum pro illis gaudemus per charitatem proximi: in qua positum est meritum nostrum: deinde cum illis gaudebimus in charitate Dei. ubi seruatur præmium nostrum. Dignum enim est (ut præfati sumus) ut qui nunc gaudemus pro illis, postmodum etiam gaudeamus cum illis. Ut primum gaudium consolatio sit in uia, secundum gaudium plena exultatio sit in patria. Hoc igitur gaudium festum nostrum est, in quo post laborem & dolorem nostrorum operum respiramus nunc ex parte post interualla quadam temporis, donec illud percipiamus in plenitudine eternitatis. Hic quorundam sanctorum memoriam certis temporibus recolimus, ubi uisionem omnium sanctorum sine interuallo temporis semper habebimus. Hic quasi paruulis nutriendis per partes instillatur consolatio, quã do festa singulorum sanctorum per temporum interualla distinguimus: ubi perfectis tota simul influet plenitudo, quando presentibus cunctis erit Deus omnia in omnibus. Prouidete itaque fratres, ut sicut Deus uos reficere dignatur per exempla sanctorum, ita & uos ipsum reficiatis per imitationem sanctorũ. Quod ipse præstare dignetur. &c.

Quod finis legis Christus est, & de bono finis. Tit. CXIII.

Fratres finis legis Christus est ad iustitiam omni credenti. Qui autem ad finem non peruenit, nondum consummatus est. Quicquid enim est, quãndiu finis non est, nondum totum est. Cur ris uiam? quantum uis pergas, si ante finem substis non peruenis. Facis opus? si non finis, non perficis. Ergo finis consummatio est, finis perfectio est, finis peruentio est, & nihil plenum sine fine. Nihil ergo tibi sufficiat ante finem, nihil sufficiat præter Christum, quoniam Christus est finis. Donec Christum habeas non requiescas: non deficias donec ad Christum peruenias. Christus ueritas est, & Christus sapientia est. Si habitum uirtutis & similitudinem foris assumpsisti, cœpisti. Si ueritatem intus habes, perfecisti: & habes finem Christum, quia Christus ueritas est. Si uere sapias, & quod sapiendum est sapias: Christum habes, & sapientiam habes, quoniam Christus sapientia est: & ad finem peruenisti, quoniam Christum inuenisti. Christus enim lumen tuum est, quo illuminaris ad uirtutem diligendam, & ad ueritatem cognoscendam. Non est autem uera sapientia aliena inuestigare, sua ignorare. Et propterea nec sapientia mundi, nec prudentia seculi ueram sapientiam contingit: quoniam illa aliena inquirat, ista non profutura colligit; quod non probat ueritas Christi, nec docet sapientia Christi. Propterea fratres illam sapientiam quaerite, quã uera est, ut ea sciatis, quã ad salutem uestram pertinet: quoniam in illa Christus est, & illa in Christo est: & qui habet illam, Christum habet. Studere er-

T Ro. 10.

Qui Christum habet ueritatem sapientis, & uia bona habet.

go ueritatem habere, & sapientiam veram habere: & habebitis Christum finem uestrum, in quo vos consummari oportet. Totum bonum uestrum Christus est, ipse uirtus uestra, ipse sapientia uestra, ipse exemplum, ipse adiutorium, ipse uictoria, ipse corona. Ipsum diligite, ipsum desiderate, ipsum amplectimini animo dilectionis, & recompenfate uicem retributionis. Quantuncunq; feceritis minus erit, quàm quod ipse pro uobis sustinuit. Nò dum enim restitistis usque ad sanguinè. Recordamini passionis eius, recordamini patientiæ eius, recordamini mansuetudinis & humilitatis eius.

1. Petr. 2. Cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. Cum laudabatur, non gloriabatur: cum contemnebatur, non indignabatur. Hæc ergo cõsiderate fratres, & si non potestis æquare, studete imitari. Firmate animum uestrum ad patientiam. Magnum est pati cum Christo, & gloriosum pati pro Christo. Audite Lucæ. 22. quid promittat patientibus pro se. Vos estis (inquit) qui permanistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum: ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Has igitur fratres promissiones ante oculos habete, quoties graue aliquid uel molestum patimini, quoties aliqua uos tentatio sollicitat: quoties aliqua molestia grauat, ut non deficiatis animo in tribulatione: quia si nunc permanetis cum Christo in tentatione, eritis cum Christo postea in glorificatione. Quod &c. Amen.

De duplici quiete, & inquietudine.
Tit. CXIII.

X Et quies quæta, & est quies inquieta: & est inquietudo quæta, & est inquietudo inquieta. Quies est uacatio ab exterioribus: inquietudo occupatio in exterioribus: Quies quæta est, quando & exterius uacamus ab opere, & interius quiescimus a strepitu cogitationum. Quies inquieta est, quando homo exterius quiescit ab opere, & interius perstrepat cogitatione. Inquietudo quæta est, quando exterius occupatur in opere, & tamen intus apud se in tràquillitatis sinu quiescit. Inquietudo inquieta est, quando & exterius occupatur opere, & intus perstrapat cogitatione.

De eo quod scriptum est, Fauus distillans labia mea. Tit. CXV.

Y Cant. 4. Fauus distillans labia tua. Fauus uerbum caro factum in uirgine: distillans redundantiam signat. De hoc solo, quia plenus gratia fuit, dici non potuit. Plui super ciuitatem unam, & super alteram non plui. Pars una cõpluta est, & pars quæ cõpluta nò est, aruit. Ipse enim totus redudās, & gratiā fundens: quia, quod fecit, & dixit, doctrina fuit: quod fuit medicina. Alterum exemplum, alterum remedium, & de plenitudine eius omnes accepimus: ideo distillās, quia uniuersis; secundum mensuram gratiæ infundens.

De duplici gloria ueri Salomonis Christi, a patre & a matre. Tit. CXVI.

E Gredimini filiæ Sion, & uidete regem Salomonem. In diademate, quo coronauit eum mater sua. Egredimini filiæ Sion. Egredimini & ingredimini, & uidete regem Salomonem. Egredimini, & uidete in eo, quod mater dedit. In ingredimini, & uidete, in eo, quod pater dedit. Quod. n. mater dedit, foris est: quod pater dedit, intus est. Mater dedit infirmitatē, pater dedit maiestatem. Mater dedit substantiam carnis, pater dedit consortiū maiestatis. Mater dedit, in quo uicit: pater dedit, in quo regnauit. Mater dedit, in quo uictor coronatur: pater dedit, in quo regnās adoratur. In eo, quod a patre hêt, de supernis prostrauit superbū: in eo, quod a matre habet, in inferis spoliavit auarum. Ibi uictor ab angelis collaudatur, hic uincens & triūphans ab hominibus glorificatur. Egredimini ergo filiæ Sion, & uidete regem Salomonem. Egredimini, & uidete quod foris est, & laudate. In ingredimini, & uidete quod intus est, & adorete. Egredimini per compassionem, ingredimini per contemplationem. Egredimini uisitantes patientē, ingredimini admirantes gloriantē. Egredimini, & fouete in mēbris suis adhuc infirmū: ingredimini, & uidete in seipso excelsū. Si pius senserit humilis, impius se exhibebit sublimis.

Quod generalis prædicatio Deum deceat. particularis homines, atque ita quomodo Deus ubique est, & de argutijs dialecticis. Ti. CXVII.

L ogicalis dicit. Sequere cursū sermonis. Quod A ubique est, hic est. Deus est ubiq; . Si ubiq; est, quid dicā? Inferā, quod nò decet: Ecce locus, sordidū quiddā habens, & dixit mihi cogitatio mea. Si Deus ubiq; est, illic est. Itē si ubiq; nò est Deus, & alicubi est: est ubi est, & est ubi non est. Si autē locus est ubi est Deus, & locus ubi nò est, localis est Deus. Quod enim nusquā sit quis dicat? Iterū aliud. Vult Deus oē bonū, ducere autē uxore bonū est, localis infert, Ergo uult Deus uxore ducere. Tales sunt ineptiæ stultotū, qui ad sonos uocum pendēt, Iterū aliud. Amat Deus oēm creaturam suā (Dicit hoc scriptum Sap. 11. Nihil odiisti eorū, quæ fecisti Dñe) ergo amat hanc creaturā suā Deus. Sed uidete ex hoc quāta inferri possint non decetia. Sic uis his, qui sonos uocū sine sensu diudicāt. Ebriosi, inquiūt, amant fortia uina, & cætera hmōi. Multa sunt talia quæ dici possunt ad hunc modū. Quid ergo? An totū negamus, an totū cõhitemur? Alterū cõtra ueritatē, alterū contra puritatē esse uis. Si totū negat, aliquid Deo subtrahit, quod suū est. Si totū asseritur, aliquid Deo imponitur, quod suū nò est. Sed uidete discretionē. Gñalis possessio ad Deū pertinet, ppea generalis prædicatio ipsū decet. Hoibus autē, quibus partes datæ sūt, particulares loquutiones conueniūt. Propter hoc de creatore oim recte dico, amat totū. De te autē cuius dilectio ad partē trahit, cuius possessio parti datur, recte dico, hoc aut illud amas. f. aurū amas, argētū amas, pecuniā amas. Quare hoc de Deo similiter nò dico: Propter te. Ego quod hoc recte dicere possē. Si tu hoc sane intelligere possēs. Tu hoc dictum

Z. Cant. 3. Discursus pulcherrimus pro cõcionatoribus.

Et de te intelligere consueuisti. Propterea de Deo hoc non dico propter te, ne tu hoc audiens idipsū de illo dici putes, quod dictum est de te. Propterea tibi parco, & discerno loquutionem: ne rem communem existimes. Aliud est amor tuus, aliud amor illius. Idcirco cum dixerō tu hoc amas, caueo dicere, ille amat hoc, ne sic putes ipsum amare, sicut amas tu. Ego autem dicere possē recte, si tu intelligere non possēs prauē. Sic dico ubique est, & tamē dicere parco de quibusdam locis, illic est, ne sic eū illic esse putes, quemadmodum est quod secundum te est, & non decet Deum modo est. Sic dico omne bonum uult, & tamen de quodam, de quodico bonum est, hoc dicere parco, hoc uult, propter te: ne existimes eum sic uelle, sicut tu uis, & ad hoc uelle, ad quod tu uis.

Quomodo debitores non sumus carni &c.
Tit. CXVIII.

Rom. 8. C. Fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnē uiuamus. Spiritus hominis medio quodam loco constitutus, supra se creatorem suum habet, cui subiectus esse debet: sub se carnem suam, cui debet esse prælatus. Aliud ergo debet creatori propter subiectionem, aliud carni propter prælationem. Creatori propter subiectionem debet, ut nunquam præter uoluntatem eius se moueat. Carni propter prælationem debet, ut eam secundum arbitrium rationis diuinitus illuminare disponat. Iustitia enim uoluntatis humanæ est uoluntati diuinæ per omnia conformari: & quod illa stando habet, motu & appetitu boni desiderij adipisci, ut nec extra illam effluat præsumens ea, quæ non debet, nec infra illam subsistat, torpens ab ijs, quæ debet. Hoc est ergo debitum spiritus ad creatorem, ut per omnia secundum ipsius uoluntatem moueatur. Debitum autem ad carnem, ut illius appetitū, nec extra suum iudicium effluere, nec infra subsistere patiatur. Quia. n. spiritus sensus est, & caro iumentum, frænum ei debet, ut præcipitem a malo cohibeat: & calcaria, ut pigram ad bonum excitando exerceat: & pabulum, ut eius infirmitatem sustentet, ne deficiat. In stabulo pabulum, in uia calcaria & frænum, hoc est in quiete nutrimentum, in exercitatione cohibitionem & incitamentum. Fræna est timor, calcaria amor. Cum. n. ad delectationem præcipitem impellit desiderium culpæ, cohibet a delectatione timentem prouidentia pœnæ. In hoc enim quod cernit, quod post culpam pœna sequitur, siue in correctione, siue damnatione: refrænatur a culpa siue in opere, siue in delectatione. Timor ergo frænum, ipse timor cohibet & stringit effluentem animum, & sistit eum ad tolerantiam, ostendens facilius malam concupiscentiam vincere, quàm malam conscientiam tolerare, & eligit durum, ut durius euadat. Deinde uenit amor, & stimulat excitando pigram ad exercitium boni operis, demonstrans alacriter tolerandum laborem operis pro recompensatione tantæ retributionis. Nam quod facimus, transitorium est, & finem habet: quod autem expectamus, æternum est, & finem non habet. Merces est uita sine morte, gaudium sine

Spiritus sensus est caro iumentum.

mœrore, iocunditas sine dolore. Si ergo hæc uita, quæ morte finitur, tantum diligitur, ut pro eius amore quicquid pro ipsa desiderari potest, libeter despiciatur, ne sola ipsa amittatur: quo desiderio illic festinare debemus, ubi nec uita morte terminatur, nec gaudium ullo mœrore corrumpitur, nec iocunditas dolore afficitur? Hæc itaque consideratio animum per desiderium amoris alacriter curre facit ad tolerantiam passionis, ut grauias non sint quæcunq; finire possunt in tempore, cum post ipsa sequutura sunt, quæ plena consistent, & perfecta bona in eternitate. Hoc est ergo, quod dicitur: Fratres debitores sumus nò carni. Debitores enim sumus carni, ut eam cohibeamus ab iniquitate, & exerceamus in uirtute, & sustentemus in infirmitate. Sed debitores non sumus ei, ut secundum illam uiuamus. Hoc est enim secundum illam uiuere, uidelicet secundum concupiscentias & desideria illius, ut quod illa horret, fugiamus, & quod diligit, appetamus. Quod si faceremus, nec a malo declinarem, nec bonum faceremus.

De duplici, & item triplici contemplatione Dei.
Tit. CXIX.

M ens pia iugi contemplatione creatoris sui reficitur, & quanto magis eius bonitatem cogitat, tanto amplius eius amore inflammatur: miratur pietatem, quæ tantam maiestatem ad nostram compassionem inflectit: miratur maiestatem, quæ tantam pietatem nostri compassionem & prouidentia affici & perturbari non sinit. Si. n. tanta bonitas esset, & tanta maiestas nò esset, mala nostra ad Deū redundarent. Si autem tanta maiestas esset, & tanta bonitas nò esset, bona eius ad nos non descenderent. Congratulamur ergo bonitati de tanta maiestate propter ipsum, ne pro nobis afficiatur: congratulamur immensitati de tanta bonitate propter nos, ut nobis compatiatur. Et in his omnibus admiratio magna est & stupor. menti, quando non deditur Deus humilia & infirma nostra. Et quia illi pietas facit se non indignum, quod nobis miseria necessarium reddit. Quemadmodum materna pietas sordentem puerum non obhorret, sed quodam modo delectatur contrectans & deosculans, nec ignominiosum putat indigna sustinere, quia dilectio pulchrum facit, quicquid dilecti necessitas exposcit. Sic ergo pia mens Deum suum contempletur, & ipsa sua contemplatione suauiter reficitur, & dulce illi est semper ad considerandum, quod ad amandum & laudandum semper est suaue. Tripliciter autem animus Deum contempletur: in seipso, in operibus suis, & in iudicijs suis. In seipso bonum, in operibus suis magnum, in iudicijs suis iustum. In seipso amabilem, in operibus suis mirabilem, in iudicijs suis metuendum.

Animus Deum tripliciter contempletur.

Quod omnia hominem excruciant, & exercent in hac uita. Tit. CXX.

Homo in miseria, & ad miseriam natus est: quod non esset, si homo non peccasset. Primum. n. in magna iocunditate fuit, & ab illa in summam felicitatem.

tate puenire debuit, sed quæ obediæ non tenuit, nec retinere potuit, quod habuit, nec adipisci, quod habiturus fuit: igitur ad miseriam deiectus, & ad miseriam referuatus coepit in eodem cruciari, & exerceri. Crucuari, ut culpam agnosceret: exerceri, ut ad misericordiam reparari posset. Ut in dolore sentiret bonum, quod perdidit, in exercitatione proficeret ad bonum, quod habiturus fuit. Totum ergo ad cruciatum versum est, quod creatum fuerat ad iocunditatem, ut in omnibus dolore & laborem inueniat, ut in sui afflictione & presentem miseriam, & amissam felicitatem agnoscat.

Quod uerbum Dei solum bonum est animæ.
Tit. CXXI.

HEX duabus substantijs constat homo, anima & carne, & utraq; bonum suum habet. Bonum carnis est mundus cum abundantia iocunditatis suæ. Bonum animæ est Deus cum affluentia dulcedinis suæ. Si ergo bona carnis tanta sunt, bona animæ quanta esse putanda sunt? Quanto enim animæ carne melior est, tanto bonum animæ bono carnis melius esse necesse est. Omnia autem quæ uisibili ter bona sunt, bona tantum (ut dictum est) carnis sunt, & ad bonum animæ pertingere nullatenus possunt: Quicquid dulce est ad gustum, quicquid redolens ad olfactum, quicquid plausibile ad aurium, quicquid lene ad tactum, quicquid pulchrum ad uisum, carni blanditur, & iocundum est ad carnem, & non est animæ bonum in his omnibus. Primum considera ipsum uisibile lumen, quod uisibili bus omnibus iocundum est, sine quo nihil est uisibile. Ipsum ergo magnum bonum est, & inter cætera bona uisibilia magis bonum & iocundius bonum est, & tamen bonum animæ esse non potest. Illuminat enim lumen istud, sed oculos carnis tantum: quia si oculos animæ illuminaret, in hoc lumine positus omnis uerum agnosceret. Nunc autem sine isto lumine ueritas uidetur. Ac per hoc istud lumen non illuminat oculos: per quos uidetur. Sicut ergo uisibile lumen oculos mentis illuminare non potest, sic cibus carnis mentis famem saturare non potest. Sed sunt extra, omnia hæc, & foris ad hærentia, quasi paleæ cibus iumentorum: illa autem, quæ intrinsecus sunt, bona, quasi ex adipe frumenti panis, cibus hominum. Propterea filij Hierusalem paleas non manducant, sed adipe frumenti satiantur: quia omnes, qui internam dulcedinem gustare coeperunt, quicquid extrinsecus transitorie delectat & secundum carnem dulce uidetur, despiciunt. Habet ergo caro cibum suum, quo reficitur; habet & anima cibum suum, quo saginatur. Ipse autem cibus animæ uerbum Dei est, & ipsum uerbum idem lumen est, quo illuminatur, et cibus, quo reficitur: lumen, quo clarescit ad cognitionem ueritatis: cibus, quo pinguescit, et hilarescit ad amorem bonitatis. Ipsum ergo uerbum Dei, primo se effundit, deinde se infundit: effundit, ut uideatur: infundit, ut percipiatur: Si enim se non effunderet, non cognosceretur: si se non infunderet, non

gustaretur. Primo ergo se effudit, & perceptibile fecit per creaturam, secundo per carnem assumptam, tertio adhuc quotidie se effundit per uocem humanam. Post primam effusionem infusum est, & conceptum per uisum. Post secundam infusionem infusum est, & conceptum per fidem. Post tertiam effusionem infunditur, & concipitur per cognitionem: & pascit ubique, & reficit. Primo ad manifestationem, secundo ad salutem, tertio ad instructionem. Primo, ne mali excusentur, secundo, ut predestinati saluentur, tertio, ut eruditi informantur.

Quod scientia, & cura dupliciter Deo attribuitur.
Tit. CXXII.

COgnitio uel scientia, alia dicitur secundum contemplationem, alia secundum insinuationem. Similiter cura Dei, alia secundum prouidentiam, alia secundum præceptionem. Secundum contemplationem scit numerum omnium rerum. Secundum insinuationem nescire dicitur, quia scientiam non tribuit. Similiter secundum prouidentiam cura est ei de omnibus: secundum scripturam, & præceptionem non est cura illi de bobus.

De duabus partibus concupiscentiæ mundanæ.
Tit. CXXIII.

Concupiscentia mundi duas partes habet, honestatem & utilitatem. Quæ duo cum pariter insunt magis moderata sunt, quia uicissim temperant: & qui ab altero se restringunt, ad alterum immoderatus se effundunt. Alij honesta appetunt, quia laudabiles apparere uolunt: Alij honesta appetunt, quia despiciabiles uideri eubescunt. Alij honesta fugiunt propter humilitatem. Alii honesta faciunt propter simulationem. Utilitas ita appetenda est, ut natura foueatur, & culpa extingatur.

De tribus gradibus abstinentiæ. Tit. CXXIII.

Primus gradus abstinentiæ est contentum esse in his, quæ dantur. Secundus se in his temperare. Tertius ex his aliquid excipere.

Quod multi sola curiositate ueritatem querunt.
Tit. CXXV.

Pillatus interrogauit Iesum. Quid est ueritas? & statim egressus est in prætorium. Fecit ergo questionem, & non expectauit responsum. Sic multi transitorio seruire ad Deum conuersi uera bona desiderare incipiunt, sed eadem mentis mutabilitate iterum ad transitoria effusi in mentis proposito non persistunt. Querunt ergo conuersi per desiderium ueritatis, sed non expectant rationem a ueritate per appetitum uanitatis.

De duplici superbia. Tit. CXXVI.

Duo sunt genera elationis. Alterum intus per superbiam, alterum foris per typum elationis. Superbia enim intus est, iactantia foris. Superbia alia est, quæ in sui consideratione animus intumescit, alia quæ in sui comparatione ceteros

teros despicit. Similiter iactantia foris alia est, quæ in sui ostentatione homo blandum se simulat, alia, quæ se crudelem & metuendum demonstrat. In prima placere nititur, in secunda placere dedignatur. Ex primo igitur genere superbiæ, in quo homo sibi placet, primum nascitur genus iactantiæ, in quo cæteris placere desiderat: & ex secundo genere superbiæ, in quo alios despicit, secundum nascitur genus iactantiæ, quo se alijs non amabilem, sed metuendum monstrare laborat.

De duplici humilitate. Tit. CXXVII.

Duo sunt genera humilitatis. Primum ad se, secundum ad alios. Humilitas ad se est, quæ quisque de semetipso parua existimat. Humilitas ad alios est, quæ bona aliorum homo sine inuidia & libere commendat. Per primam humilitatem præ se non cupit, per secundam subesse non contemnit. Humilitas facit, ut mala sua homo non excuset. Pietas facit, ut mala aliena non aggrauet. Item humilitas facit, ut quæ in se latent, secundum ueritatem iudicet: pietas facit, ut quæ in alijs non patent, ad meliorem partem inclinet. Hinc est, quod sancti uiri semetipsos tam districte dijudicant, & cunctos sibi merito anteposendos putant. Vident enim sua & quæ manifesta sunt, & quæ occulta: aliorum autem manifesta tantum. Cum itaque de alienis occultis iudicare non præsumant, nisi quantum pietate mouente, bona esse existimant: plura sunt, quæ in se mala uident, ubi & manifesta & occulta uident, quam quæ in alijs, ubi manifesta tantum uident. Nam & si quando quædam occulta aliena ex manifestis deprehendunt, sua tamen districte per ueritatem iudicant, illa autem per pietatem excusando, iudicare non præsumunt. Hinc ergo fit, ut inferiores se cunctis existiment, & hoc illis sentire dulce sit, quod sua mala aggrauare, & aliorum alleuare possit.

Quid uere sit homo. Tit. CXXVIII.

Quod uere sit homo, cui soli iudicium est cum Deo, hoc autem est consensus rationis, & hoc uere ipse est homo, cætera hominis & in homine. Hoc solum, si bonum est, non est ad malum quicquid in homine est, siue sit bonum siue sit malum: & hoc solum, si malum est, non est ad bonum quicquid in homine est, siue sit malum, siue sit bonum. Sciendum etiam, quod sicut in bonis post propositum bonum quædam affectiones malorum sunt non ad culpam, & tamen aliquando occasio culpæ, sic & in malis cum proposito malo sunt affectiones quædam bonorum non ad meritum, quæ tamen sæpe sunt occasio penitentiae.

De tribus spiritibus. Tit. CXXIX.

Tres sunt spiritus. Spiritus Dei, spiritus hominis, spiritus diaboli. Spiritus Dei & spiritus diaboli immobiles sunt, alter in bono, alter in malo. Spiritus hominis nunc huc, nunc illuc flecti-

tur, & cui se sociat aliquando est seruus, aliquando focus. Scriptum est enim. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Et de altero. Scitis quia cum Gentibus essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Si spiritus hominis aliquando ducitur, aliquando trahitur: ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Mat. 10. Mat. 13. 1. Co. 12. Ezech. 4.

De dilectore, & dilecto duplici.
Tit. CXXX.

Indica mihi, quem diligit anima mea. Alter est dilectus animæ, & dilector animæ. Alter dilectus carnis, & dilector carnis. Christus dilectus animæ est, & dilector. Mundus dilectus carnis est, & dilector. Dilector, qui diligit: dilectus, qui diligitur. In hoc probatur, quod Christus dilector animæ est, quia in oculis eius nihil interest qualis species carnis, ubi anima pulchra est. Dilectus autem animæ ideo ipse est, quia in perfruendo ipso animam delectatur. Tale etenim bonum est sapientia, quod perfrui nisi rationalis natura non potest. Sicut caro mundo perfruitur, & delectatur: & oculus carnis hoc diligit, quod capit: & qui amat speciem, amat & illa, quæ speciem commendant.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis. Tit. CXXXI.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Labore fatigati, onere grauati, inedia macerati, uenite ad me. Qualis ad quem? Clausi ad ostium, ægroti ad medicum, naufragi ad portum. Ad ostium luminis, ad portum quietis, ad medicum salutis. Ad ostium, ut egressi ueritatem uideatis. Ad medicum, ut curati ad sanitatem conualescatis. Ad portum, ut collecti post laborem quiescatis. Vacui, ut lumine ueritatis impleamini: onerati, ut pondere peccatorum alleuemini: laborantes, ut quiete adepta consolemini. Matt. 11.

De mortis duabus portis. Tit. CXXXII.

Qui cupiditate peccant, sumant Dauid exemplum, ut resurgant. Qui timore peccant, sumant Petrum exemplum, ut resurgant. Vterque cecidit, & uterque resurrexit, quia Christus utrumque respexit, alterum per se, alterum per prophetam suum. Istæ sunt duæ portæ mortis, cupiditas & timor, quæ si cui clauduntur, non erit, quo mundus ingrediatur.

Quomodo malus bono uiuat: & quod esse bonum, & in eo perseverare non sit ab homine.

Tit. CXXXIII.

Omnis rei exemplum sub celo. Sunt mali, qui nunquam boni fiunt. Sunt boni, qui semper in bono consistunt. Illi nunquam surgunt, isti nunquam cadunt. Alij, qui cum ceciderint, non resurgunt: alij cadunt, & resurgunt. Qui nunquam surgunt, uel nunquam resurgunt, mali sunt. Qui nunquam cadunt, uel cum ceciderint, resurgunt, boni sunt. Sic duo M. Hug a S. Vic. To. iij. L 3 sunt

sunt genera malorum, & duo bonorum: & ubiq; malus bono uiuit. Qui nunquam boni sunt, exemplum sunt bonis, ut intelligant non esse ex se quod boni sunt, quia si bonum esse ex homine esset, omnis homo bonus esset. Iterum qui a bono cadunt, & non resurgunt, exemplum sunt bonis, ut sciat gratiam esse non solum quod bonum acceperunt, sed etiam quod in bono perseverauerunt; si enim perseverare hominis esset, nullus caderet.

De duplici fine & mediq. Titu. CXXXIII.

Vita mortalis medio loco constituta est, & hēt ad dexteram suam vitā æternam, ad sinistrā autem suam mortem perpetuam. Et ex uita quidē æterna habet quod vita est. Ex morte autem æterna habet quod mortalis est. Via autem, qua ad dexteram itur, est iustitia. Via vero, qua itur ad sinistrā, culpa. Et flebitur ista uita mortalis siue uitalis aliquando per culpam ad mortē, aliquando per iustitiam ad vitam. Et quæ ad uitam peruenit, amplius non cadit, sicut quæ ad mortem peruenit, amplius non resurgit. Finis enim uterque immobilis est: medium mobile, & fluctuat, donec stabilizetur. In quancunque enim partem ceciderit lignum, ibi manebit, siue ad Austrum siue ad Aquilonem.

Eccl. 11.

De duplici iudicio superborum. Tit. CXXXV.

De montibus surgunt nubes, quia corda tumida a lumine veritatis caligant. Rursum fulmina montes feriunt, quia potentes maius iudicium sument.

Societatem uitæ presentis instabilem esse, & separationem tristem. Tit. CXXXVI.

Hoc est unum de magnis malis vitæ præsentis. quod diuiduntur ab inuicem, & simul esse non possunt, qui & unum hnt ortum & animum. In hoc ergo tanto magis laudabilis inuenitur in cōiunctione societas, quanto magis læditur in separatione charitas.

De laude compassionis. Tit. CXXXVII.

Obeata anima, quæ compassionem habere potest. Omnes patiuntur, pauci compatiuntur. Quanto autem laudabilius est compati quàm pati. Pati siquidem possunt impij, compati autem non nisi pij.

Quare bestia crucientur, quæ culpam non habent. Tit. CXXXVIII.

Si pœna culpæ debetur, qui non peccauerunt, quare patiuntur? Pœna hominis iusta est, quia peccauit. Cetera quare puniuntur, quæ non peccauerunt? Sed quæ propter hominem facta sunt, propter hominem puniuntur. Amplius adhuc: quia si non peccasset homo, laborarent propter hominē, quæ propter hominem facta sunt: ut sciat homo

quanti est apud Deum salus sua, pro quo omnia laborant, ne solus ipse laboret: et ut discat pœnam timere, pœnam videns laborantium in pœna.

Quomodo homo a Deo & a se recessit, & quomodo redit. Tit. CXXXIX.

Homo primum per superbiam recessit a Deo, postea per concupiscentiam recessit a semetipso. Per superbiam factus est diabolus, per concupiscentiam factus est sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. Nunc per humilitatem reuertitur ad Deum, per munditiam reuertitur ad semetipsum. Per humilitatem meretur gloriam, per munditiam meretur incorruptionem: gloriam deitatis, incorruptionem immortalitatis.

Quod homo se & sua male diligit. Tit. CXL.

Est quidam amor hominis ad se & ad sua, ad uitā suā & ad concupiscentiam suam. Ad uitā suā, qua vult hic esse: ad concupiscentiā suam, qua vult hic esse cum istis. Ad vitam suam, qua diligit mundum: ad concupiscentiā suam, qua diligit ea, quæ in mundo sunt. Ad vitam suam, qua negligit Deum. Ad concupiscentiam suam, qua obliuiscitur Deum. Ad uitam suam, qua refugit aduersa. Ad concupiscentiam suam, qua appetit prospera. Refugit timore, appetit cupiditate: & uiuunt membra hominis, quæ non sunt mortificata super terram. Viuunt, & sentiunt. Viuunt discretionem, sentiunt delectationem. Discretionem in bono & malo, delectationem in solo bono. Discretionem in ijs, quæ odiunt, & diligunt: delectationem in his, quæ diligunt. Et blandiuntur oculi ad species illecebrosas, ut aperiantur ad uidentium. Blandiuntur aures ad cantica sonora, ad uerba ociosa, ut aperiantur ad audiendum. Blandiuntur nares ad odorem suauem, ut aperiantur ad olfaciendum. Blandiuntur fauces ad sapores dulces, ut aperiantur ad gustandum. Blandiuntur manus ad tactus molles, ut porrigantur ad tangendum: & luxuriat tota massa naturæ fermento malitiæ, & nequitie. Malitiæ in manifesto, nequitie in abscondito. Malitiæ in opere, nequitie in cognitione. Malitiæ carens sinceritate, nequitie carens veritate. Et amat homo peruersæ se & sua, & nutrit germina, & exhibet mala membra sua arma iniquitatis, abiciens disciplinam, & bonitatem odiens, ne contristet membra sua, laxat fræna oculis & auribus, ut intrent & exeant ad delectationes suas, & cum delectationibus suis, & ad omnes sensus, ut gaudeant & confruantur gaudiis suis futuros dolores non prospiciens, primum per negligentiam, postea per contemptum.

De itinere trium dierum & trium noctium; & de accessu ad Deum, & recessu ab eo. Tit. CXLI.

Imus viam trium dierum in desertum, ut sacrificemus Deo nro. Est quidā accessus & recessus aie ad Deū siue a Deo. Accessus ad Deū, recessus a Deo. Abeūti iter est p noctē, redeūti iter est p diē. Exod. 3.

Quor

obstinationem.

Quot noctibus recedit, tot diebus redit. Abeūti primæ noctis iter est per superbiam, qua Deū deserit. Secundæ noctis iter est per concupiscentiam, qua alia præter Deum appetit. Tertiæ noctis iter est per obstinantiam, qua in alienis extra Deum requiescit. In superbia est vanitas, in concupiscentia delectatio, in obstinantia consensus. Per vanitatem igitur abit, per delectationem stat, per consensus sedet. Per superbiam à Deo recedens vadit ad se, ut requiescat in se. Per concupiscentiam descendit sub se, ut requiescat in carne. Per obstinantiam trahitur extra se, ut requiescat in carne, & in visibili specie, & permaneat in delectatione. Primum vadit de virtute sua gloriari, secundo vadit in vitijs suis delectari, tertio vadit in transitorijs cōsolari. Hier. 17. Primo, Maledictus homo, qui confidit in homine. Ibidem. Secundo, Qui ponit carnem brachium suum. Psa. 51. Tertio, Qui sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua. Reuertenti autē primæ diei iter est, quando intentionem suam conuertit ab eo, quod extra ipsum est ad id, quod ipsa est. Secundæ diei iter est, quando ab eo, quod est, animo ducitur ad id, quod esse debet. Tertiæ diei iter est, quando a perceptione illuminationis rapitur ad fontem luminis. Prima reuersio est ab alienis ad propria. Secunda est a malis ad bona. Tertia est a studio virtutis ad perceptionem internæ, & æternæ dulcedinis.

Quomodo Deus & cibus dicitur per cognitionem, & potus per dilectionem.

Tit. CXLII.

Deus noster & cibus, & potus est. Cibus, quando sumitur per cognitionem: potus, quando per dilectionem. Duplici hoc sensu beata aia Deo fruitur, scilicet cognitione & dilectione, quia cognoscendo uiuit & diligendo. In cognitione aliquid laboris esse videt, in qua quasi cibus nisi prius manus non sumitur. Sic enim scrutationis labore peruenitur ad gustum cognitionis. Dilectionis potus difficultatem non habet, & facilius intrat in animam boni dilectio, quàm occulti cognitio.

De trina refectione animæ. Tit. CXLIII.

Trina refectione Deus animam fidelem pascit, per verbum, per sacramentum, per spiritum. Quando nos per verba sua, & sacramenta reficit, fauam nobis edendum proponit. Quando vero intus per spiritum suum nos reficit, mel nobis gustandum effundit.

Quæ Dei sunt, incomparabilia esse.

Tit. CXLIIII.

Diuinæ naturæ excellentia ita omnifariam incomprehensibilis probatur, quod nec eius æternitatem æquare potest tempus, nec immensitatem locus, nec potestatem opus, nec sapientiam sensus.

Quod & sua, & aliena ordinat Deus.

Tit. CXLV.

Dispositio diuina in omnibus operationis suæ virtutem ostendit. In bonis quidem dupliciter, in quibus vtrunque facit, & ut sint, & ut ordinata sint. In malis autem simpliciter, in quibus nō facit quidem, ut sint, sed tantum ut ordinata sint.

Quod septem modis suscepit Deus homines.

Tit. CXLVI.

Septem modis suscepit Deus homines. Primo ad sponsonem, secundo ad protectionem, tertio ad sustentationem, quarto ad reconciliationem, quinto ad approbationem, sexto ad consolationem, septimo ad remunerationem. Primum pugnaturs contra diabolum suscepit in causa, ut quasi spondeat pro eis, quando confidit in eis, quemadmodū causam beati Iob quasi cuiusdam agonistæ sui contra diabolum defendendam suscepit. Quosdam autem quasi timidos & inertes a pugna fugientes suscepit ad protectionem, ne labantur: alios in pugna ruentes suscepit ad sustentationem, ne conterantur: alios post ruinam surgentes suscepit ad reconciliationem, ut restituantur: alios iam bene agentes suscepit per approbationem, ut remunerentur: alios post bonam operationem suscepit per remunerationem, ut glorificentur: alios inter operandum fessos suscepit per internam aspirationem, ut refocilentur, & consolentur.

De exercitationibus, & profectibus hominum.

Tit. CXLVII.

Alij sunt laborantes & non proficientes. Alij laborantes & proficientes. Alij non laborantes & proficientes. Laborantes & non proficientes sunt miserandi. Laborantes & proficientes sunt laudandi. Proficientes & non laborantes sunt beatificandi. Qui pro mundi gloria laborant, laborem habent, profectum non habent. Qui pro vita æterna laborant, laborem quidem habent, sed in labore suo etiam fructum habent. Qui gratis dona virtutum suscipiunt, ij profectum habent, vbi laborem non habent.

De triplici fructu lectionis. Tit. CXLVIII.

Primus fructus lectionis est, ut ad veritatem cognoscendam erudiatis. Secundus, ut ad virtutem amandam exciteris. Tertius, ut intentione legendi occupatus corde non vageris.

De duplici fructu ieiunij, laboris, & orationis.

Tit. CXLIX.

Primus fructus ieiunij est mortificatio carnalis ieiunij. Secundus, ut per afflictionem carnis corde compungaris.

Primus fructus laboris est occupatio. Secundus exercitatio.

Primus

Oratio- Primus fructus orationis est petitionis impe-
nis. tratio. Secundus deuotionis exercitatio.

Quare damnentur, qui non peccauerunt.
Tit. CL.

Vare inquis damnantur, qui non peccauerunt? Ostende iustitiam, quare poenam sustinet, qui culpam non perpetravit? Quis ille? Puer, ais, qui recens natus moritur, & ideo damnari dicitur, quia renasci non potuit. Iste, inquis, culpam non fecit, & sustinet poenam. Non ergo potuisti dicere, culpam non habet. Habet enim culpam, quamuis non fecerit culpam: culpam enim nascendo contraxit, quam faciendo non perpetravit. Itaque pro culpa punitur, quam habet, quae & ipsius est, quia eam habet, & aliena est, quia aliunde habet. Tamen omnino pro culpa sua punitur, quam nasci contulit, renasci non abstulit. Sed anima, inquis, ipsa, quae nec per conditionem, quia munda creata est: nec per natiuitatem, quia ex traduce non est: nec per operationem, quia necdum bonum, aut malum facere potens est, culpam habet: quare rea iudicatur, & pro reatu condemnatur? Sic igitur instas, ut probes poenam esse sine culpa, ac per hoc ipsam poenam iustam non esse, quae sine culpa inferitur. Hoc ergo dicis quasi nulla poena iusta esse possit, nisi pro culpa illata fuerit. Dic ergo. Bruta animalia quare puniuntur, quae non peccauerunt? cum solus homo peccauerit, quare caetera cruciantur? Omnia laborant, ne solus ipse laboret, qui potius solus laborare debuit, quia solus ipse peccauit. Si non potest creator secundum beneplacitum omnipotentis voluntatis suae seruitio creaturae suae uti, et cum labore, & poena illius ad implendam dispensationem suam: dic quomodo iniustum non est, ut ista puniat, qui non peccauerunt? Sed debet creatori suo factura laborem suum etiam sine culpa, si illi placuerit: cum ratio exposculet, ad implendam dispensationem ipsius. Nec iniustum est cum illi placet, cui nihil iniustum placet. Sicut enim torum illi debet, quod est: sic etiam totum illi debet, quod potest, ut quantum ipse vult ex eo illi seruiat, & quomodo vult. Secundum hoc quoque iustitiae moderamen utitur Deus labore creaturae suae ad seruitium hominis, ut ex eo ipso intelligat hominem quantum sibi collatum sit, & quantum ipse Deo debeat, pro quo laborant omnia, ne solus ipse laboret. Sed aliud est, inquis, de poena brutorum animalium agere, aliud de poena rationalium, quibus solus, sicut datum est benefacere, ut glorificentur, ita iustum nullatenus est, ut puniantur, nisi male fecerint. Quid ergo? Nunquam homo punitus est sine culpa? Dic igitur. Caecus ille a natiuitate quid fecit, ut caecus nasceretur. De quo scriptum est. Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Iob qua culpa flagellum meruit, qui dicit: Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Quia ergo & iustus aliquando poenam sustinet, quam peccando non meruit, qui non meruit, ut sustineat, sed sustinet potius, ut mereatur: quare in his, qui praeter originale nihil commiserunt, tanto studio Deum iniustitiae

arguere volumus, quia poenam cernimus, & culpam actualem non inuenimus? Maxime quia dictum est mitissimam esse poenam illorum, qui praeter originale nihil commiserunt. Si ergo Deus ad demonstrandam gloriam suam in vasa misericordiae, vult quosdam quidem, qui actualiter peccauerunt cruciari in poena: alios autem, qui originaliter tantum rei tenentur excludi a gloria, ut electis suis, in illis quidem ostendat quantam miseriam euaserunt, in istis autem quantam gloriam consequuti sunt: Quis ei dicere potest, cur ita facis? Qui cum vult sine culpa iuste poenam inferre potest, licet culpanti ne poenam inferat, iuste ignoscere potest. Sed forte non illa sola putetur esse poena eorum, qui pro originali tantum culpa damnati sunt, quod a gloria beatitudinis excluduntur, nisi etiam tormentorum cruciatibus afficiantur. Sed si alia est, quae vel qualis sit nescio. Vnum scio, quod haec magna poena, & magna miseria est, non habere bonum illud, sine quo nulli bene esse potest, qui sic ab illo accepit esse, ut in illo haberet beatum esse.

Quomodo sapientia vincat malitiam.
Tit. CLI.

CVm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quae possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, uniuersa arma eius, in quibus confidebat &c. Atrium est cor, fortis armatus malitia, fortior superueniens sapientia, arma membra. Sapientia primum malitiam capit, per cognitionem eam deprehendens, postea ligat ab opere cohibens. Deinde flagellat, quia paruus affectus quasi duris quibusdam flagellis coarctatur, quando per stadium disciplinae ab eo, quod appetit, refrenatur. Nouissime quasi membris in crucem extensis, & diuisis a se clauis configitur, quando diuisis a se vitijs timore Dei animus penetratur. Quando simul sunt omnia vitia fortia sunt, quia mutuo se muniunt, ut gula luxuriam, pompa superbiam, & caetera. Diuide ergo illa, & ab inuicem disiunge. & sic confige timore Dei carnes tuas, ut malitia in te moriatur. Non autem micris si sapientia malitiae fecit, quod a malitia prius ipsa sustinuit. Prius malitia crucifixit sapientiam, postea sapientia praualens crucifigit malitiam.

De dispensatione. Tit. CLII.

QVod sine culpa fieri non potest, faciendum non est: & si aliquando conceditur, ipsum malum non est. Indulgentia eget, quia non sine malo est. Propter hoc clamat Apostolus. Post peccatum: bonum est homini mulierem non tangere, quod quidem peccatum non esset, si sine peccato fieri posset. Nunc ergo quia sine culpa fieri non potest, si non fit, meritum est, si fit, indulgentia eget. Ita non correcto corrigendi potestas negatur. Arguere vis peccantem fratrem tuum, vide si potes sine culpa. Quid est sine culpa? pure, pacifice, sine malitia, sine ira. Alioquin si irasceris cum irascentem reprehendis, cadis in vitium quod damnas, & testis efficeris con-

tra te. Si talis es, dimitte, noli tangere. Ne tibi datur: medice, cura te ipsum. Et qui sine peccato est, mittat in eam lapidem. Ille quidem increpatus est, si a te non est. Si adulteram lapidare vis, audi quod dictum est. Si quis sine peccato est, mittat in eam lapidem. Illam iudicandam non nego, sed te iudicem nolo. Propterea semper time, ne festines ad arguendum.

Quod Deus prius temporale esse dat: & postea aeternum. Tit. CLIII.

VOluit creator ante aeternitatem tempus esse, ut in tempore primum quasi aliquod esse inciperet, postea in aeternitate melius perficeretur. Propterea prius creaturae suae temporale esse dedit, postea daturus aeternum.

Quod scriptura aliquando ostendit, & aliquando tribuit mores bonos, & uirtutem.
Tit. CLIII.

QVaedam sunt scripturae, quae bonos mores ostendunt, quaedam vero sunt, quae bonos mores tribuunt. Illae mentem ad cognitionem uirtutis erudiunt docendo, istae ad effectum uirtutis compungunt exhortando.

De duplici perfectione charitatis.
Tit. CLV.

DVobis modis charitas perfecta dicitur. Constantia & deuotione. Constantia perfecta est charitas, quando fortis est ad omnia aduersa toleranda. Deuotione perfecta est, quando plene succensa est ad ea, quae recta sunt, appetenda. Constantia perfecta est, quando sic viget, ut non possit superari. Deuotione perfecta est, quando sic ardet, ut amplius non debeat inflammari. Prima perfectio aliquando huic vitae conceditur. Secunda vero ad futuram referuatur. Constantia in Petro, ardor in Ioanne. Constanti dicitur, Confirma fratres tuos. Tenero autem, Sic eum volo manere donec ueniam.

Luc. 22. Ioanne. Constanti dicitur, Confirma fratres tuos.
Ioan. 21 Tenero autem, Sic eum volo manere donec ueniam.

De terrore, & blandimento Dei.
Tit. CLVI.

SAPientia Dei aliquando nobis in eloquio diuino minatur, ut timeamus maiestatem: aliquando blanditur, ut diligamus pietatem. Terror in Ioanne, blandimentum in Christo. Timor per seruum, amor per filium.

Quid significet quod scriptum est, Melior est iniquitas viri quam mulier benefaciens.
Tit. CLVII.

MELior est iniquitas viri, quam benefaciens mulier. Si per sensualitatem myltice mulierem intelligere volumus, & per rationem virum, contrarium fortassis erit, quod dicit scriptura, quia primo hominem recens plasmato, cum adiutorium quaereretur, in omnibus

aiantibus simile inueniri non potuit. Propter quod & mulier postea ei facta est in adiutorium illius, utique similitudinis, quae in caeteris omnibus inuenta non fuerat: ut autem eandem similitudinem haberet, cum ipso facta est de ipso. Quia omnis similitudo, aut aemulatio est, aut origo. Quapropter quaeramus duo similia, prius unum in uno, postea duo ex uno. Quoniam solus vir erat, & adhuc in viro mulier erat, quasi duo in uno erant, & duo unum erant. Quoniam autem mulier de viro facta est, unum quodammodo duo factum est, & diuisit se unitas, ut una similitudo in duobus constaret. Itaque quae duo in uno, uel potius duo ex uno in similitudine una. In quo uno masculus & femina unum sunt in Christo Iesu. Quid ergo illud unum est, in quo & ex quo duo sunt in similitudine una? Respiciamus ad interiorem hominem: illic quiddam est ad caelestia, & superna intendens, & hoc sapientia dicitur: & rursus quiddam ad transitoria, & caduca respiciens, & prudentia uocatur: & haec duo ex ratione una sunt, & in ratione una consistunt, & diuidit se ratio in duo, sursum & deorsum, sursum in sapientia, deorsum in prudentia. Sursum in masculinum, deorsum in femininum: ut masculus superior sit & regat, femina inferior & regatur. Caput mulieris uir, caput uiri Christus, caput Christi Deus. Prudentia sapientiam regit, Sapientia uero uerbum Dei, Verbum autem Dei ab ipso est, cuius est. Prudentia quasi mulier curam domus agens circa ea, quae carnis sunt, iungitur. Sapientia uero quasi uir in longinqua sagacitatem suam extendens, per amplitudinem spiritualis contemplationis euagatur. Hinc est, quod mulier illa fornicaria, quae pro absentiam disciplinae simul, & continentiae modestiam postposuerat, uirum suum peregre profectum asserit, domumque ac cubile amatoribus suis pictis tapetibus in baldimenta uoluptatis se itrauisse testatur: quia nimirum prudentia in terrenis, & transitorijs pressa, cum per presentiam sapientiae superioris non regit, desiderijs carnis suae quasi quibusdam amatoribus per illecebrosas species rerum uisibilium ad illicitam delectationem famulatur. Fortis autem illa mulier, quam sapientia commendat, quia bene domum suam disposuit, laudata est a uiro suo, fructum capiens ex operibus manuum suarum. Haec est ergo benefaciens mulier, quae tamen iniquitati uiri comparari non potest, ut in hoc manifeste demonstratur, quantum dicitur ab equitate illius malefaciens, si nec bene facies iniquitati eius potest coaequari. Considerate modo quoniam mulier benefacit, & in quo benefacit. Quoniam facit, quod facere debet, benefacit. Quid facere debet? Prudentia dicitur, quia prouidere debet, ea scilicet quae necessaria sunt, & commoda carnis suae, quam ipsi commissa est cura illius. Vir autem, quoniam benefacit, & in quo benefacit? Quoniam sapientia sursum intendit appetens, & desiderans ea solum, quae beneplacita sunt Deo, tunc uir benefacit. Vir ergo benefacit, quoniam sapientia ad superius suum amore, & desiderio intendit. Mulier autem benefacit, quoniam prudentia inferiori suo infirmanti curam ac sollicitudinem impendit. Vidistis hominem commoda carnis suae studiose ac callide perquirentem, & pro ipsius delectatione complenda studio, atque intentione assidua insistentem: hic mulier erat benefaciens.

Creatura, quae non peccauit quare puniatur.

Ioan. 9. Iob. 17.

1. Cor. 11. Eph. 5.

Prou. 7.

Prouer. 31.

D. E. M.

ol.

Homo per qua bona opera uocetur mulier benefaciens.

nefaciens. Vidistis rursus hominem gustu interni sapientis roboratum, carnem suam affligentem, & pro intuitu supernæ remunerationis non solum superflua, sed et necessaria subtrahentem: hic erat vir inique agens. Si. n. æquitas est, cum carni quod suum est, tribuis, non immerito iniquitas vocatur, quoniam quod debitum est illi, non impendis. Sed tamen melior est iniquitas viri quam benefaciens mulier: quia melior est, qui per cælestem desiderium accensus carnem suam necessariam et subtrahendo affligit, quam qui per carnalem affectum resolutus desiderijs ipsius per omnia, quae commoda sunt illi, satisfacere contendit. Mulier malefacit, quoniam per imprudentiam vel per pigritiam ligata, carnem suam negligit, vel per sollicitudinem vanam distracta ad superflua quaerenda se effundit.

K Quando ergo benefacit mulier, virtus non est, sed quoniam malefacit, culpa. Iniquitas autem viri desiderium est iustitiae, bonitas autem perceptio gloriae. Si ergo vir iniquus est ad iustitiam, mulier autem bona ad naturam, melior profecto est iniquitas viri quam benefaciens mulier, quia si natura bona est in conditione, iustitia melior est in retributione.

De filij Dei generatione aeterna. Tit. CLVIII.

Q Vando pater coaeternum sibi uerbum genuit, tunc dixit. Filius meus es tu. In uerbo dixit, & filius meus es tu, genuit. Quia uero generatio transitoria non est, dicitur hodie: & quia perfecta, genuit. Ideo. n. per praeteritum dicitur, ne putetur imperfecta: & ideo per hodie, quod est praesens, ne transacta.

De tribus, quae sunt in sermone Dei. Tit. CLIX.

M Tria sunt in sermone Dei. Elementa, exordia, & completiones. In elementis expressio uocis, sed intelligentia non est. In exordio sermonis intelligentia est, sed perfecta non est. In completionem sermonis perfecta intelligentia est. Figura ueteris testamenti elementa fuerunt sermonis Dei. Praecepta decalogi exordium fuerunt sermonis Dei. Praecepta noui testamenti completio sunt sermonis Dei. Prohibitio meretriciae carnis, exordium. Prohibitio spiritualis meretriciae, completio. In ueteri testamento iterum quoniam dictum est, Gene. 9. Carnem cum sanguine non comedetis, elementum. Exo. 20. Non occides, exordium. Quoniam dictum est, Non occides, exordium. Quoniam dictum est, Si quis irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio, completio. In ueteri testamento uox fuit, in nouo intellectus, in uita aeterna res. In ueteri testamento uia fuit, in nouo ueritas, in aeternitate uita. Unde dicitur. Ego sum uia, ueritas, & uita. Idem enim & ibi uia fuit, & hic ueritas est, & illic uita erit.

De duplici cibo & potu scripturarum. Tit. CLX.

I N refectione duo sunt, potus & cibus. Potus facile sumitur sicut est. Cibus sumi non potest, nisi cum labore quodam masticetur. Ea, quae in scriptu-

ris inueniuntur facilia ad intelligendum, potus sunt: quae difficilia & obscura cibus. Quae facilia sunt ad intelligendum, & suauia ad faciendum, lac sunt, id est potus dulcis. Quae facilia sunt ad intelligendum, & graua ad faciendum, uinum sunt, id est potus amarus. Quae difficilia sunt ad intelligendum, & graua sunt ad faciendum, sunt panis doloris. Quae difficilia sunt ad intelligendum, & dulcia ad faciendum, panis exultationis. Quatuor igitur sunt, quae reficiunt: potus dulcis, & potus amarus, & cibus amarus, & cibus dulcis. Item quatuor sunt genera reficiendorum. Alij, qui solo lacte nutriuntur: alij, quibus cibus frangitur, & masticatur: alij, quibus non masticatur, sed frangitur: alij, quibus nec masticatur, nec frangitur. Qui in praecipis Dei ea tantum, quae facilia sunt ad intelligendum, libenter audiunt, & quae leuia sunt ad faciendum, obedienter agunt, ij quasi lacte nutriuntur. Alij autem ad solidum cibum habiles sunt, quia in praecipis Dei, & fortia agere, & obscura intelligere possunt: si tamen obscura per expositionem fracta aperiantur, & dura per exhortationem, & consolationem masticata emolliantur: praecipia enim fortia per rationem faciendi franguntur, & per blandimenta, & consolationes masticantur, ut infirmiores quosque nutrire possint. Alij sunt, qui non indigent cibo masticato, sed fracto, quia uoluntate parati sunt, ubi rationem faciendi agnoscunt. Alij autem in praecipio obedientiam rationem faciendi quaerere indignum existimant, quia pro solo praecipio obedientiam debere se putant. Isti cibum uerbum Dei, & frangunt, & masticant, quia fortes fide, nec in occultis rationem impertune exigunt, & charitate feruentes in difficilibus exhortationem non exposcunt. Infantibus lac datur. Pueris cibus frangitur, & masticatur. Iuuenibus non masticatur, sed frangitur. Viris nec masticatur, nec frangitur. Qui exercitatos habent sensus, ut possint uti solido cibo.

De duplici sensu animae, de intelligentia & sapientia. CLXI.

D Vplex est sensus animae. Sensus enim animae sunt intelligentia, & sapientia. Sensus intelligentiae ad cognitionem pertinet, sensus sapientiae ad uirtutem. Sensus intelligentiae foris exercetur per lectionem, intus per meditationem. Sensus sapientiae foris exercetur per operationem, intus per tentationem. Sensus intelligentiae est bonum cognoscere, sensus sapientiae est bonum amare. Quidam interiori sensu intelligentiae uiuunt, & sensu sapientiae mortui sunt. Quidam interiori sensu sapientiae uiuunt, & necdum sensu intelligentiae plene uiuificati sunt. Alij nec intelligentiae, nec sapientiae sensum percipiunt. Alij & intelligentiae, & sapientiae sensu uiuunt. Sensus sapientiae, & intelligentiae in quibusdam usu exercitatus acuitur, in quibusdam uero ipso exercitationis suae usu amplius hebetatur. Hinc est, quod quibusdam ex frequenti auditu obtusis uerbum Dei in fastidium uertitur. Alij ex quotidiana

Quatuor sunt quae reficiunt, & quatuor reficiendorum genera.

auditione amplius ad amorem uerbi inflammantur. Sic filij Israel in deserto usu manna fastidiunt: & duo discipuli in uialoquentis Iesu sermonibus corde inardescunt. Ita machaera cotis confractione acuitur: & culter assidua solidi scissione hebetatur. Vomer sulco attritus splendescit: & cacabus assiduum flammæ lambentis adustione obfuscat. Sed uae qui de bono deteriores fiunt.

De duplici permissione, & prohibitione diuina. Tit. CLXII.

Q Vobis modis aliquid Deus permittere dicitur, vel obstaculum auferens, vel non opponens. Item duobus modis prohibere, scilicet uel obstaculum non auferendo, vel opponendo.

Quod Deus tribus modis cor emollit. Tit. CLXIII.

R Tribus modis Deus cor emollit. Primum per inspirationem, bonam uoluntatem creando. Postea per aspirationem excitando. Deinde per occasionem foris adhibitam quasi uiam aperiens ad perfectionem prouocando. Per inspirationem ponit, per aspirationem impellit, per occasionem trahit. Ponit ad uolendum, impellit ad appetendum, trahit ad perficiendum. In cordibus autem malorum Deus prauas uoluntates nec inspirando creat, nec aspirando excitat. Tantummodo secundum dispositionem suam aliquando manifestam, aliquando occultam, semper autem iustam, occasione aliquando foris adhibendo iusto iudicio praecipitat. Ergo in cordibus bonorum uoluntates rectas primum intrus ipse facit, & deinde easdem foras, ubi uoluerit & quantum uoluerit, ad effectum dirigit. Prauas autem uoluntates ipse intus non efficit, sed a semet ipsis interiori corruptas secundum suam uoluntatis arbitrium ad dispensationem intimae ordinem complendum inflectit. Bonas igitur uoluntates Deus operatur, malas uero non operatur, tamen & per bonas, & per malas uoluntates non malum sed bonum operatur. Igitur utriusque non praebet originem, ut sint, sed utriusque uiam aperit, ut perfici possint: & idcirco etiam si uoluntas mala est, potestas mala esse non potest: quia cum a nobis est, quod uolumus, ab ipso est, ut uoluntatem implere possimus. Ergo nec per inspirationem, nec per aspirationem Deus

Per bonas & per malas uoluntates Deus bonum operatur.

Quomodo Deus cor de malorum obdures. Psal. 104.

corda malorum obdurat, sed solum per adhibitam foris occasionem. Sic Pharaonem & Aegyptios obdurasse dicitur, quemadmodum scriptum est. Conuertit cor eorum, ut odirent populum eius &c. Non peruertendo uoluntates eorum, ut malae essent, sed inclinatis ad prauitatem foris uiam aperiendo, ut ruerent. Nam cum populum suum, filios uidelicet Israel in oculis eorum & numero auxit, & diuitijs sublimauit, tunc nimirum corda aduersariorum prosperitati suorum inuidientium liuoris tabe atrinxit. Unde ergo extulit, inde illos obdurauit. Non quidem intus aspirans augmentum malitiae, sed foris promouens intus emulationis peruersae. Ad hoc etiam quotidie cum mentibus humanis con-

grua internis motibus suis extrinsecus occasio opponitur, ut qui in fordibus sunt, amplius sordescant, & iusti amplius iustificentur.

De libertate, & seruitute charitatis. Tit. CLXVII.

P Er charitatem spiritus seruite inuicem. Nota utrumque in charitate, & seruitutem & libertatem. Tunc quasi libera est charitas, cum sine acceptione mandati sponte se exercet in priuatis quibusdam operibus charitatis. Tunc autem quasi seruilis, cum proprijs uoluntatibus postpositis omnimodo se accommodat uoluntatibus proximorum implendis, & cohibens se circa propria, dilatat & exercet se circa aliena. Sed multo magis haec libera est, quia hoc ipsum facit eam liberam, quod se libere omnium subijcit seruituti.

De illo Pauli, Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Tit. CLXV.

P Er quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Alij sunt, quibus mundus crucifixus est, ipsi uero non sunt mundo crucifixi. Alij, qui mundo sunt crucifixi, sed mundus eis crucifixus non est. Alij qui & mundo crucifixi sunt, & mundus eis crucifixus est. Illis enim mundus crucifixus est, qui despecti habentur mundo, nec sequitur eos mundus. Illi sunt mundo crucifixi, qui affixi tenentur, nec sequuntur mundum, sed prorsus eum abiecerunt. Apostolus autem prorsus abiecerat mundum, & mundus ipsum. Ideoque dicit. Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo.

Mundus quibus sit crucifixus, & qui sine mundo crucifixi.

De essentia, & forma animae. Tit. CLXVI.

D Vo sunt in anima, essentia & iustitia, quae forma est illius. Secundum formam creatur, sed secundum essentiam innouatur. Forma enim omnino potest perire, essentia non omnino perit, sed deformatur amissa forma. Unde est illud. Spiritum in noua in uisceribus meis. Et de iustitia creanda. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum &c.

De triplici acceptione naturae. Tit. CLXVII.

T Ribus modis accipitur natura in sancta scriptura. Accipitur pro illo optimo statu primae conditionis, in quo primus homo conditus est, secundum quod dicuntur omnia naturaliter esse bona. Accipitur & pro reliquo illius statu, quod post lapsum superest, & uiget in mente hominis: secundum quod habetur in epistola ad Romanos. Iudicabit id, quod ex natura est, praepitium, legem consummans, te, qui per literam & circuncisionem prauaricator es legis. Quod est dicere, Gentiles, qui impleant legem per uim rationis sibi innatam, quae est in appetitu boni, illi tales iudicabunt Iudaeos. Accipitur in tertia acceptione pro corruptionis statu, in quo omnes nascimur. Unde Apostolus. Natura sumus filij irae.

Quod pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Tit. CLXVIII.

A Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Huic sententiae contrarium esse videtur, quod ipse filius de se dicit. Ego non iudico quenquam. Sed nos oportet verba diuina, ita intelligere, ut non discrepent testimonia veritatis. Quapropter discernamus paulisper qualitatem iudiciorum, ne forte interpretatio confusa intelligentiam nostram coarctet. Quatuor ergo sunt iudicia, secundum praescientiam, secundum causam, secundum operationem, secundum retributionem. Secundum praescientiam iudicati fuimus antequam essemus. Secundum causam iudicamur ex quo boni vel mali esse incipimus. Quid est enim iudicium nisi discretio? Quos igitur prius discreuit praescientia, illos postmodum discernit causa. Sed nos de filio dicere non possumus, quod ipse vel solus sine patre & Spiritu sancto praescientiam futurorum habeat, vel solus causas hominum occultas discernat. Et ideo cum dicitur. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: de his iudicijs intelligere non possumus, quae patri simul & filio, & Spiritui sancto communia esse scimus. In his ergo, quae supersunt, duobus sententiam quaeramus. Haec enim duo,

B id est iudicium secundum operationem, & iudicium secundum retributionem ad solum filium referuntur: quorum alterum, id est iudicium secundum operationem dispensat nunc per ministeria hominum, alterum vero, id est iudicium secundum retributionem postmodum exhibebit per semetipsum. Iudicium enim secundum operationem est, quando iudicantur opera hominum, non homines. Iudicium autem secundum retributionem, quando pro operibus suis iudicabuntur homines. Alterum ad praesens tempus pertinet, alterum ad futurum. Alterum a Deo concessum est hominibus seruis Dei, per eos, & in eis iudicate Deo, alterum per semetipsum implebit praesentibus & attestantibus seruis suis homo Deus. Opera namque hominum sub Deo iudicare homo potest, homines autem pro operibus suis iudicare non hominis, sed Dei est. Potest enim homo pro modo suo & ordine opus proximi, si tamen manifestum est, & iudicio subiacer, vel probare si bonum, vel improbare si malum est: sic tamen ut eos, quorum opera, vel probat, vel improbat, iudicare non praesumat, quia & eos quos aliquando peruersa agere conspiciamus, in bono consummari videmus: & saepe qui bona multa in conspectu hominum faciunt, conuerii tandem retrorsum inausulto sine vitam claudunt. Propterea (ut dixi) homines, qui futura prouidere nequeunt, de praesentibus tantum iudicare possunt: ut eos etiam, quorum facta damnabilia reputant, damnare ausu temerario non praesumant. Hoc est iudicium, quod Christus Petro, & cum Petro omnibus vice sua uigentibus concessit, dicens: Tibi dabo claves regni caelorum. Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis. De iudicio autem retributionis ait Apostolus. Tu quis es, qui alienum seruum iudicas? Suo domino stat, aut cadit: uelideli-

C Matt. 16
Ibidem.
Ro. 14.

cet ostendens, quod ille solus potestatem habet, siue ad mortem, siue ad vitam iudicare homines, & suae seruituti subijcere, qui pro eis pretium sui sanguinis dedit, & eos a seruitute diaboli redemit. Omne ergo iudicium pater dedit filio, ut ipse in praesenti per seruos suos vice sua fungentes iudicet facta hominum, in futuro autem homines pro factis suis iudicet per semetipsum: In iudicio itaque praescientiae & causae pater simul, & filius, & Spiritus sanctus iudicant, & examinant iustitiam. In iudicio operationis & retributionis solus filius, siue per se, siue per seruos suos, quos ipse ad hoc ordinare uoluit iudicij profert sententiam. Solus ergo iudicat filius, qui solus omne iudicium dispensat, siue, ut diximus, in praesenti, quando per vicarios suos causas aequitatis peragit, siue in futuro, quando ipse ad iudicandum secundum formam humanitatis uisibiliter se manifestabit. Ex his satis colligi potest quomodo filius omne iudicium acceperit, & tamen neminem iudicet: quia sicut in forma hominis accepit in omni iudicio solus proferre sententiam, ex forma hominis non habet, sed ex maiestate diuinitatis, ut non solus, sed simul cum patre & Spiritu sancto dicat iustitiam. Propterea in alio loco secundum formam susceptae humanitatis loquens ait. Ego sicut audio iudico. Ipse enim sicut audit iudicat, quia ex interna dispensatione trahit omne iudicium, quod foris dispensat. Sed est adhuc aliud, quod in his uerbis considerare possumus. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Habuit enim Deus pater iudicium cum homine, quem creauerat, ut contemptus sui poenam exigeret. Habuit iudicium cum diabolo, ut inualionis & rapinae, quam fecerat hominem seducendo, causam redderet: sed quia solus filius per incarnationis mysterium, & diabolus uicit, & hominem a potestate eius eripuit, quasi a patre acceptum iudicium solus expleuit. Omne autem iudicium a patre accepisse dicitur: quia & primum pro homine, postea de homine, ac deinde hominem iudicare mittebatur. Pro homine iudicauit, quando eum a potestate diaboli eripuit. Unde ait. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Nunc autem de homine iudicat, quosdam per gratiam uocans, quosdam uero per iustitiam reprobans: & in ipsis uocatis alios incrementum uirtutum promouens, alios autem a gratia decedentes relinquens. In futuro autem hominem iudicabit: quoniam unicuique secundum opera sua reddens, ad gloriam alios destinabit, ad poenam alios.

De eo quod scriptum est: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Tit. CLXIX.

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Minus est debita dimittere, quam inimicos diligere. Christiano autem ad perfectionem uirtutis dicitur, ut non solum non odiat, sed etiam ut diligat inimicos. Sed quia ad huius praeccepti eminentiam non omnes ascendere possunt, ne fiduciam orandi imperfectio-

res perdant, quibus fortasse non odisse inimicos sufficere potest, ipsa orationis conditio sic temperata est. Sed cauendum summopere est ijs, qui in suis precibus exaudiri desiderant, ut si necdum affectum charitatis inimicis impendere prauealent, saltem fraterni odij nihil in corde residere permittant, ut fiducialiter dicere possint. Dimitte nobis debita nostra &c. Nam ex conditionis ratione si non perfecte dimittunt, ipsi se sua oratione magis constringunt. Sunt namque, qui sic dimittunt, ut uindictam quidem iniuriae non exigant, & tamen ab animo odium inimici non excludant. Quod si nos tali modo debita nostra dimitti petimus, quod aliud petere conuincimur, nisi ut nos odiat, & non puniat Deus? Omnis ergo amaritudo & rancor necesse est ab animo excludatur, ut puta conscientia precibus citius effectum tribuat, si in animo nostro nihil resederit, quod eum, quem fallere non possumus, offendat.

Quod amor Dei sit uita cordis. Tit. CLXX.

Vita cordis amor est, & idcirco omnino impossibile est, ut sine amore sit cor, quod uiuere cupit. Quid hinc sequatur considera. Si enim humana mens sine amore esse non potest, aut seipsam aut certe aliud aliquid a se diligit necesse est. Quia uero in seipsa perfectum bonum non inuenit, si se solam diligeret, felix amor non esset. Oportet ergo si feliciter amare desiderat, aliud aliquid praeter se quod amet, inquirat. Si autem imperfectum aliquid extra se amare coeperit, amorem quidem suum irritat, sed miseriam non excludit. Felicitate ergo non diligit, donec ad uerum & summum bonum per amoris desiderium se conuertit. Quia uero summum & uerum bonum Deus est, solus ille feliciter amat, qui Deum amat, & tanto felicitus, quanto amplius. Haec est igitur uera cordis nostri requies, cum in amore Dei per desiderium figuratur, nec ultra quicquam appetit, sed in eo, quod tenet, quadam felici securitate delectatur. Quia enim illud nec appetitus ultra protrahit, nec timor repellit, quodammodo in idipsum iocunditatis sine uexatione requiescit. Sed quia humanae mentis infirmitas, ut non dicam, semper non, sed uix aliquando in illam diuinae contemplationis dulcedinem figi potest, quodam interim studio ad illam, ad quam necdum pertingere sufficit, stabilitatem assuefacienda est, id est si Deum semper cogitare non possumus, saltem cor nostrum ab illicitis & uanis cogitationibus retrahendo in consideratione operum Dei, & mirabilium eius illud teneamus, ut dum semper minus instabiles esse satagimus, tamen aliquando donante Deo uere stabiles fieri ualeamus. Ut autem promotionis huius aliquod tibi exemplum subijciam, uniuersus iste mundus quasi quoddam diluuium est, quia omnia, quae in hoc mundo sunt, ad similitudinem aquae incertis euentibus fluctuando decurrunt. Vera autem fides, quae non transitoria sed aeterna promittit, quasi a quibusdam fluctibus sic a mundi huius cupiditate in superna animum attollit, & portari quidem ab

Humana mentis in contemplatione infirmitas.

Mundus iste cuius similesur.

Verè fidei uirtus.

aquis potest, sed mergi omnino non potest: quia ad necessitatem hoc mundo utitur, sed eius desiderijs per affectum non implicatur. Quisquis ergo aeterna non credens, sola quae transeunt appetit, hunc quasi sine nauis laborantem in fluctibus impetus aquae decurrentis secum trahit. Qui uero aeterna credens transitoria diligit, hic iuxta nauem nauis fragium facit. Qui autem aeterna bona & credit & diligit, hic in nauis posuit fluctuantis maris uindas securus pertransit. Et quia per desiderium fidei nauem non transgreditur, iam quodammodo in fluctibus, terrae stabilitatem imitatur. Primum ergo si hoc mare magnum illaesi pertransire uolumus, fabricemus nauem, ut fidem integram habeamus. Deinde nauem fidei inhabitemus per charitatem, ut & credamus quod diligere debemus, & diligamus quod credimus. Sicque & lex Dei in corde nostro sit per recte fidei cognitionem, & cor nostrum in lege Dei sit per dilectionem. Sed ut facilius cognoscas quomodo uel uide hanc, quam dixi, nauem siue arcam in corde tuo aedificare debeas, per quam huius diluuii naufragio eductus, ad portum quietis peruenias: duo opera Dei considera, uidelicet opus conditionis & opus restorationis. Opus autem conditionis est creatio caeli, & terrae, & omnium, quae in eis continentur, quae sex diebus facta sunt. Opus uero restorationis incarnationis uerbi, & omnia, quae a principio mundi usque ad finem, uel ad ipsam praenuntiandam praeserunt, uel ad ipsam confirmandam securata sunt: quae omnia sex aetatibus fiunt: sed opera restorationis magis pertinent ad fidem catholicam, quae idcirco sancti amplius diligunt, quia in eis suae salutis remedia agnoscunt. Haec autem partim per homines, partim per angelos, partim per semetipsum operatus est Deus: ut in arca spiritali prima sit manio opera hominum, secunda opera angelorum, tertia opera Dei. Supremus cubitus auctor uniuersorum Deus.

Duobus modis humilitatem impugnari. Tit. CLXXI.

Dvobis modis diabolus humilitatem in nobis oppugnat, per iniuriam uidelicet, & per reuerentiam. Aliquando enim instigat homines, ut iniuriam nobis inferant, ac per hoc ad indignationem, & ad iram, & ad impatientiam nos pertrahere nititur. Aliquando facit illos nobis reuerentiam exhibere, & sic ad uanam gloriam, & inane laetitiam nos inclinare conatur. Nos uero si contra haec bella inimici humilitatem nostram illaeram custodire uolumus, mala nostra iugiter ante oculos habere studeamus. Mala autem dico non solum interiora, quae ad iniquitatem & culpam pertinent, sed etiam exteriora, quae pertinent ad uilitatem, sicut est ignobilitas generis, inopia quae est mater paupertatis, debilitas corporis, & siqua sunt talia, quae hominem humiliant. Nam si culpas nostras, & miseriae nostras bene & attente inspicere uolumus,

M. Hug. a S. Vic. To. iij. M tunc

Quam nauem fabri careat beat homo pro diluuii huius mundi nauis fragio euadendo.

Quomodo, uel unde aedificanda sit nauis, ut ad quietis portum peruenire possit ho.

Per indignationem & uanam gloriam uos decipere conatur diabolus.

tunc fortassis nec indignum iudicabimus, si nobis inferatur iniuria: nec dignum, si reuerentia exhibeatur. Sepe autem diabolus, quos per iniuriam quasi impingendo non ualet prostertere, per reuerentiam quasi occulte suffodiendo nititur supplantare. Mens etenim hominis citius in laude succipitur, quia quod libentius accipit, difficilius repellit. Nam dum bona sua nonnunquam foris laudari audit, & quodammodo ad semetipsam reuerfa, iterum esse considerat id, quod dicitur, habere iam & quasi sine culpa in adulatione sui delectari se posse arbitratur. Cunque se tantummodo testimonio veritatis consensum praeberere existimat, non ipsa eam veritas, sed adulatio potius delectat.

Ut autem profusus ab elationis uitio innocens esse videatur, maiori adhuc calliditate se palliat: & postquam id, quod dictum est, de se verum esse consenserit, ne villo modo sibi retribuere existimet, statim sed ad gratiarum actionem conuertit. Haec autem confessio modo mirabili non ad humilitatem, sed ad elationis augmentum proficit: quoniam tanto iam fiducialius apud semetipsum extollitur, quanto manifestius bonum suum non a se, sed a Deo esse confitetur.

Luc. 18. Pharisei profusus superbia dicentis; Deus gratias ago tibi, quia non sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut et hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium, quae possideo. Et uide quomodo virus pestilentiae paulatim se diffundit. Primum fortassis aliquod unum bonum in nobis laudatum fuerat, sed dum mens ex eo incaute extollitur, continuo caetera quoque in memoriam ueniunt, ut amplius ad elationem accendatur. Replicat studiose cuncta bona sua praeterita, atque in unum omnia coaceruans, dum quasi per praeteritorum memoriam in praesenti beneficio gratiarum actionem, amplificare fallaciter satagit, veraciter in suis oculis ex consideratione tantarum virtutum intumescit.

Dumque in sui admiratione occupata defigit, paulatim iam & eum, a quo hoc habet, obliuisci incipit, & quasi sibi iam sufficit quod est, mala sua amplius ad memoriam reducere non dignatur. Tunc hostis postquam intus cor timidum videt, & hominem in suis oculis magnum effectum, continuo opprobria foris & iniurias admouet, quia scit, quod decepta mens tanto iam eas impatientius susceptura sit, quanto magis in se nihil nisi, quod laude dignum est, agnoscit. Quapropter oportet si humilitatem integram & perfectam seruare cupimus animum ab agnitione nostri auertamus, & accepta contumelia discamus nocenti non irasci, sed compati, & id, quod ab eo patimur, existimemus non malitiae illius, sed meritis nostris debere imputari. Tria denique sunt, per quae humilitas aduersus illatam contumeliam se defendit. Primum ut consideremus culpam nostram, qua meruimus, ut talia patiamur. Deinde ut cogitemus, quod quoties ad nostri lesionem excitatur proximus, hoc quasi non ille, sed in illo iusto iudicio suo ad nostrum probationem siue iubedo siue permittendo operetur Deus. Postremo ut consideremus, quod malum agenti non irascendum, sed compatiendum sit: sicut corporali

Tria aduersus illatam contumeliam se defendit.

ter infirmanti siue plagam aut vulnus habenti, nemo, qui sane saperet, non potius condolendum quam irascendum existimaret. Peccata enim quasi quaedam sunt vulnera animarum: & omnis qui male agit, non quasi ex virtute agens, sed quasi a virtute deficiens, & veluti quadam Phrenetis egritudine laborans pie tolerandus est. Prima ergo consideratio suadet nobis iustitiam. Secunda reuerentiam. Tertia misericordiam. Contra reuerentiam autem & laudationem per eandem malorum suorum memoriam hoc modo se defendere debet humilitas. Quoties adulatione laudantium siue reuerentiam exhibentium pulsari exterius atque tentari senserit, non attendat neque cogitet, utrum verum sit quod de se dicitur, aut dignum quod sibi exhibetur: sed statim, ne decepta mens per inanem gloriam laudem, qua foris pulsatur, intro suscipiat, ex ipso suo vitio ei opponere curet, unde potius erubescat, dicens cum Psalmista. Auertantur statim erubescences, qui dicunt mihi euge euge. Quisquis enim laudatus de veritate consulturus conscientiam adit, ex eo ipso iam consentire in adulationem conuincitur, quia occasione approbationis eius non quaereret, nisi eam a principio retinere quam abijcere maluisset. Et ideo fit nonnunquam, ut talem iusto iudicio Deus, quia intentionis eius prauitatem considerat, veritatem discernere non permittat, & testimonium conscientiae iam illi respondeat, non ad id, quod quaerere se finxit, sed quod inuenire desiderabat. Sic Balaam cum a Balaac rege Moabitarum ad maledicendum filijs Israel proposita mercede inuitaretur, a Domino quarrit, an ire debeat, & eundi licentiam accipit, cui tamen post haec eunti angelus Domini in via occurrens obstitit. Quid est hoc? Si bona fuit via, cur angelus ei obstitit? aut si mala fuit uia, cur Deus ei licentiam eundi concessit? Sed nimirum prauitas mentis illius hoc meruit, ut illud potius ei Deus concederet, quod ipse magis audire desiderauit. Nam qui auaritia cecatus ire volebat, et priusquam inquireret, an ire deberet, dum ei licentia eundi conceditur, ad perficiendum solummodo id, quod concupierat, relaxatur. Nec praeepto Domini ad id faciendum inducitur, sed permissione Domini facultas volenti condonatur: quia etsi aliud Dominus quaerenti respondisset, non ire cupientem doceret, sed remanere nolentem cogere. Sic profecto animus delectatione laudis suae corruptus conscientiam de veritatis testimonio confulit, non quod veritatem inuenire diligit, sed quia id, quod magis esse desiderat, maiori attestatione firmare concupiscit.

Peccata animarum vulnera.

Q

Humilitatis defensio contra adulationem.

Psal. 69.

R

Nu. 22.

Cur angelus Domini stetit in uia contra Balaam cui Deus licentiam eundi concessit.

De naturis ignis, & speciebus. Tit. CLXXII.

Tres sunt naturae ignis: quae nascitur, quae pascitur, quae depascitur, hoc est quod oritur, quod nutritur, quod consumitur. Et secundum istas tres naturas recipit undecim species. Prima est, quae fit per remotionem: quae nec nascitur, nec pascitur, nec depascitur: qualis est ignis solis & gehennae. Non nascitur, quia extra originem non habet. Non pascitur, quia nutrimento non indiget. Non depascitur, quia in subiectam materiam non ardet. Secunda species est, quae tantum nascitur,

Naturae ignis tres species undecim quae.

non pascitur nec depascitur, qualis est fulgor expressus a nubibus, qui nec urit nec findit, moxque extinguitur. Tertia species est, quae tantum nascitur, non nascitur, nec depascitur: qualis est ignis oculorum, qui in uiridi pascitur: non nascitur, quia naturalis est, nec depascitur, quia consumens non est. Quarta species est, quae tantum depascitur, non nascitur, nec pascitur: qualis est ignis solis, extrinsecus enim depascitur. Unde nec sordes ei appropinquare possunt, quas non sibi incorporando, sed in nihilum redigendo consumit. Et haec est differentia inter ignem solis & ignem gehennae: quod ignis solis extrinsecus depascitur, ignis uero gehennae nec extrinsecus illud, in quo ardet, nec intrinsecus illud, in quo ardet, demolitur. Commune ergo habent non nasci, quia aliunde non oriuntur: habent eundem non pasci, quia per aliquam materiam non nutriuntur, sed ex semetipsis uiuunt. Habent commune intrinsecus non depasci, quia substantiam suam non consumunt. Differunt autem, quod ignis solis extrinsecus depascitur, non ignis gehennae. Haec sunt quatuor species simplices ignis. Sequuntur tres duabus proprietatibus compositae per singulas. Quinta species ignis est, quae nascitur, & pascitur, non depascitur: qualis est calor in ouo, qui & de corpore fouentis oritur & nutritur, sed substantiam oui non depascitur. talis est & radius solis in luna, de sole oritur & nutritur, & corpus lunare non depascitur: similiter radius solis lucens in arido. Sexta species est, quae nascitur, & depascitur, non pascitur: quale est fulgur expressum de nubibus, quod nascitur quando de collis nubibus exit, & depascitur illud, quod urendo consumit: sed non pascitur, quia subito euanescit. Septima species est, quae pascitur, & depascitur, non nascitur: qualis est calor naturalis in corpore, non nascitur, quia naturalis, pascitur autem cibis & uestimentis, & depascitur humores corporis. Deinde sequuntur quatuor reliquae ex tribus proprietatibus singulae constantes. Octaua est, quae seorsum nascitur, simul pascitur & depascitur: qualis est ignis excussus de silice, & in lignis receptus: de silice nascitur, & in lignis pascitur, & ligna depascitur. Nona est, quae seorsum pascitur, simul nascitur & depascitur: qualis est ignis excessus de glacie, & sulphure receptus: de glacie nascitur, & glaciem depascitur, & sulphure pascitur. Decima est, quae seorsum depascitur, simul nascitur & pascitur: qualis est radius solis lucens in humido, de sole nascitur & pascitur, & humorem depascitur. Undecima est, quae simul nascitur, pascitur, & depascitur: qualis est ignis exiens de ligno, & ardens in ligno. Ista sunt undecim species ignis, quae fortassis aliquid significare poterunt, unde utilitas proueniat, si fuerit qui sciat de uisibili igne excutere ignem sapientiae. Ignis solis, qui nec nascitur, nec pascitur, nec depascitur, significat aeternam charitatem Dei, quae in ipso naturaliter existens, cum sit perfecta, augeri non potest, & cum sit aeterna, non potest extinguere. Hoc igne impij, quia intus ardere noluerunt, foris ad ignem gehennae comburendi perueniunt, quodammodo simile pro simili suscipientes, ut talis ignis caro foris inueniret in poena, qualem

Differentia & conuenientia inter ignem solis & ignem gehennae.

ignem mens intus perdidit in conscientia. Considera ergo tres ignes istos, ignem solis, ignem charitatis, ignem gehennae. Ignis solis uisibilis ostendit tibi inuisibilem ignem charitatis, & monet ut eum quaeras. Ignis autem gehennae uisibilis poenam tibi minatur, si perdidit inuisibilem ignem charitatis. Vterque charitati similatur, uterque charitati famulatur. Iste demonstrando, ille uindicando. Illa species ignis, quae tanto nascitur, ut fulgor, significat pro passionibus uitiorum, quae per cogitationem subito de corde exeunt, sed quia mens ratione obuiante eas per consensum non recipit, continuo euanescent. Neque enim pascuntur, dum transeunt, neque depascuntur, dum per consensum animi non exerunt. Illa species ignis, quae tantum nascitur, ut ignis oculorum, significare potest sapientiam creatam, id est intellectum cordis humani, quae quasi oculus in uiridi pascitur intus contemplatione increatae sapientiae, hoc est uerbi Dei, quod nunquam marcescit, sed semper nouum est & uirens. Haec est interior pascua, in qua faginamur per contemplationem, quemadmodum in exteriori pascua, hoc est sacra scriptura, reficimur per lectionem. Siue ergo ingrediamur per cogitationem, pascuam inuenimus catholicam doctrinam, in qua utraque uelut oculus in uiridi clarescit intelligentia cordis nostri. Illa species ignis, quae tantum depascitur, sicut ignis solis extrinsecus, significare potest uirtutem diuinae naturae, cui corruptio nulla appropinquare potest, quae omnem creaturam innouat, & in nobis rubiginem uitiorum exurit non sibi incorporando, sed nihil esse faciendo. Cuius uirtus tanta est, ut eius praesentiam sustinere non possit quicquid consumi dignum est. Unde dicitur. Deus tuus ignis consumens est. Ipsa species ignis, quae nascitur, & pascitur, non depascitur, sicut calor in ouo vel splendor in luna, significare potest charitatem in perfectis, quae a Spiritu sancto oritur & nutritur: qui eos & per internum lumen illuminat sicut sol lunam, & per calorem charitatis fouendo ad uirtutem fecundat, sicut gallina ouum. Sed quia ij boni sunt, non inuenit in eis, quod exurat, & ideo non depascitur, id est non consumit, sed illuminat. Nam sicut solis radius lucens in arido, sic Spiritus sanctus radians in corde mundo. In quo arido ideo malignus spiritus requiem non inuenit: quia sub umbra in secreto calami in locis humentibus dormit. Illa species ignis, quae nascitur & depascitur tantum, non pascitur, sicut fulgur, significare potest transitoriam compunctionem peccatricis anime, quae vel ex recordatione peccatorum, siue ex contemplatione tormentorum, uel quolibet alio modo nascitur, quae per subitum feruorem prauam delectationem depascitur, sed quia mox ut orta fuerit pertrahitur, non pascitur, hoc est non nutritur. Significare etiam potest hic ignis pro passionibus, quae usque ad consensum ueniunt, & sic quodammodo animum per illicitam delectationem exurunt, sed non nutriuntur, quia cito respiciente ipso animo per compunctionem expelluntur. Illa species ignis quae pascitur, & depascitur, non nascitur, qualis est ignis naturalis in corpore, significat naturalem feruorem animi, per quem

Pulchra consideratio de igne solis, charitatis, & gehennae.

Y

Z

A

Deut. 4. Heb. 12.

B

Luc. 11. Iob. 40.

C

D

homo peccato irascitur. Qui feruor, quia naturalis est, non nascitur. Pascitur autem zelo amoris Dei, & lenocinationem mollis animi naturali depascitur virtute, quando vitij indignatur, & ea contemnit & respuit. Sed antequam de reliquis quatuor speciebus differam, praemittenda sunt quaedam. Septe sunt vitia capitalia vel principalia, a quibus omnia alia nascuntur vitia, hoc est superbia, inuidia, ira, tristitia, auaritia, gula, luxuria, siue fornicatio. Quorum quaedam aliunde habent nascendi originem, & aliunde nascendi occasinem. Sicut verbi gratia, luxuria ex carnis specie foris habet nascendi occasinem, intus in animo habet nascendi originem, quia in trinfecus concipitur, extrinfecus excitatur. Haec igitur diuersis modis foris & intus nascuntur: intus per originem, foris per occasinem. Sed in hoc tñ est differentia, quod vitia non semper sunt in occasione sua, cum semper ea necesse sit esse in origine sua. Sicut cum mulier speciosa & casta oculi luxuriosi ad concupiscentiam trahit nescia: in aeo concupiscentis est vitium, sed non in aeo occasione concupiscentis est praebentis. Aliquando tamen & in origine simul & in occasione inuenitur, vt cum adultera moechu illicit. Igitur vitia in origine sua sunt, hoc est in aeo vnde oriuntur. Sicut ignis in eo quod depascitur, hoc est in eo quod ardet. In occasione autem sua sunt, sicut ignis est in eo vnde pascitur, hoc est in eo, de quo ardet. Igitur illa species ignis, quae simul nascitur, pascitur, & depascitur, significat superbiam, quae in trinfecus nascitur immoderata delectatione propriae virtutis: intus pascitur, quia quodammodo imitabili crescente virtute vitium hoc non minuitur, sed augetur. Intus est depascitur, quia virtutem, vnde oritur, demolitur. Illa species ignis, quae seorsum depascitur, simul nascitur & pascitur, significat vanam gloriam, quae intus animum depascitur, foris de ostentatione nascitur & pascitur. Talis est et inuidia, quae foris de aliena felicitate nascitur & pascitur, & intus animum depascitur. Talis est ira, quae foris de illata iniuria nascitur & pascitur, & intus animum depascitur. Talis est auaritia, quae foris de intuitu pecuniae nascitur & pascitur, & intus animum depascitur. Talis est luxuria, quae foris ex carnis specie nascitur & pascitur, & intus animum depascitur. Talis est gula, quae foris ex conspectis delicij nascitur & pascitur, & intus animum depascitur. Potest etiam significare haec species ignis charitatem Dei in poenitentibus, quae a Spiritu sancto nascitur & pascitur, & peccatum depascitur. Illa species ignis, quae seorsum nascitur, simul & pascitur, & depascitur, significat tristitiam, quae ex immoderata ira foris nascitur, intus silentio pascitur, & animum depascitur. Conuenit hoc etiam aliquando luxuriae, quae foris ex specie carnis nascitur, intus pascitur cogitatione, & animum depascitur. Nonnunquam etiam simul intus & ex cogitatione nascitur, & per cogitationem pascitur, & animum depascitur. Illa species ignis, quae seorsum pascitur simul & nascitur, & depascitur, significat luxuriam, quando ex cogitatione intus nascitur, & animum intus depascitur, & foris visa pascitur. Significat etiam auaritiam, quando intus ex accidia, id est ta-

Septem uia capitalia omniu alioru origo.

dio & tristitia nascitur, & intus animum depascitur, & foris ex contemplatione diuitiarum pascitur. Quando autem dicimus auaritiam ex tristitia nasci, tale est. Quia postquam homo internu gaudium perdit, foras mox animum in appetitu exteriorum immoderate diffundit, vt qui intus non habet vnde gaudeat, foris gaudium quaerat. & est auaritia immoderatus appetitus habendi. Nequaquam enim homo foris falsum gaudium quaereret, nisi prius intus verum gaudium amisset. Vnde constat, quod quemadmodum de superbia nascitur vana gloria, & de vana gloria inuidia, de inuidia ira, de ira tristitia, ita quoque de tristitia nascitur auaritia, & de gula luxuria. Ista breuiter dicta sunt de natura ignis, & de significationibus eius. Sed est profundum ingenium, quod inuelligat omnia, & spiritus sapientiae penetrat vniuersa. In omnibus autem, quae videntur, & a quibus rerum inuisibilium similitudo trahitur, solus ignis sicut loco super premium est, ita quoque significatione est precipuus. In eo enim inuenitur similitudo virtutis & vitij, ita vt acies mentis foris tacta per imaginem, intro redeat ad contemplandam veritatem. Amor est enim ignis: & est amor bonus, ignis bonus, ignis videlicet charitatis: & est amor malus, ignis malus ignis cupiditatis. Ignis bonus depascitur, culpam, ignis malus demolitur naturam. Ignis bonus accenditur a Spiritu sancto, ignis malus inflammatur a diabolo. Ignis bonus charitas, fons virtutum: ignis malus cupiditas, radix vitiorum. Ignem bonum Dominus ielus misit in terram, & uoluit vt accenderetur. Ignis malus est, de quo Propheta dicit: & adhuc ignis in domo impij. De quo Abraham & Loth liberantur. Sic enim interpretatur Vt, hoc est ignis siue incendium, de quo Abraham eductus esse perhibetur. Sed videamus nunc, quomodo in nobis operentur hi (vt ita dicam) duo opifices, Spiritus sanctus per ignem suum, & diabolus per ignem suum. Sciendum itaque, quod aliter nos accendit Spiritus sanctus, atque aliter diabolus. Nam Spiritus sanctus ipse ignis est, & afflando ignem in nobis creat: diabolus autem non ignis, sed frigidus est, & nos non afflando, sed (vt ita dicam) inflando ignem in nobis excitat. Ille creat virtutem, quae non erat: ille excitat corruptionem, quae sopita fuerat. Ideo in sacra scriptura Spiritum sanctum per Austrum, & per Aquilonem diabolus significari inuenimus, quia Auster calidus est ventus, & Aquilo frigidus. Et scimus quod ventus calidus afflando de suo calefacit, ventus frigidus de se calefacere non potest, & tamen ignem accedit: sic Spiritus sanctus in se habet amorem, quos non inflammat: diabolus autem in nobis inuenit corruptionem, quam suscitatur. Ille intrinfecus suggerendo suauiter aspirat, ille extrinfecus tentationum flatibus impingendo quassat. Ille intrinfecus ex occulto diuinitatis suae prodiens inuisibiliter uisitat cor hominis, & ineffabiliter consolatur: ille extrinfecus circumueniens, & anfractibus suae calliditatis se inuoluens, semper ad ruinam insidiatur. Ille est ille princeps mundi, quem in terra morte sua triumphatum de cordibus hominum

I Auaritia

Peccatoru mortaliu propagatio

k

Amor bonus, & amor malus: ignis bonus & ignis malus.

1. Ti. 6. Luc. 12. Mich. 6.

L

Cur per Austrum Spiritus Sanctus, et per Aquilonem diabolus significentur.

M

Christus eiecit. Ille est paraclitus, quem in caelo ad dexteram paterne maiestatis sedens super Apostolos in linguis igneis misit. Illuc ergo spiritus sanctus missus est, vnde spūs malignus eiectus est: ut ille intrinfecus habitando custodiat, iste extrinfecus impingendo exerceat. Isto foris flante concutimur, sed illo intrinfecus aspirante non aperimur. Sed ecce dum duorum fabricum status de contrario spirantes aspiciamus, quatuor inde opera exire videmus. Duo opera diaboli, & duo opera Spiritus sancti. Primum opus diaboli est, quando illicita delectatione animum urit, & ad similitudinem flammiae foris lambendo quodammodo nigram reddit. Secundum opus diaboli est, quando per consensum peccatorum animum medullitus accendit, & noxia flamma non iam foris lambendo denigrat, sed intus cremando incinerat. Primum opus Sancti spiritus est, quoniam inuenit peccatricem animam, & per compunctionem rubiginem peccati exurit. Scdm, quo examinata & mundata anima, mox ea desiderio aeternorum bonorum accendit, & quodammodo per amoris ignem liquefacit, ut iam per desiderium currere incipiat, quae prius frigida existens male torpebat. Et sicut massa liquefacta per fistulam in moietam funditur, & formam accipit: ita mens amoris igne soluta, per radium contemplationis usque in imaginem diuinam similitudinis currit, Amen.

Opera diaboli duo q.

Opera Spiritus sancti duo qua.

De ratione, & sensualitate anima. Tit. CLXXIII.

Quare anima christiana Hierusalem dicatur. Esa. 7.

Esa. 22.

Dua natura anima sunt duae piscine Hierusalem.

Marc. 9.

Contemplantis anima Hierusalem dicitur, quia ipsa interiori oculo mundi cordis veram pacem, id est Deum contempletur. In hac Hierusalem duae piscine sunt, vna superior, & una inferior: quae utraque in Esaia commemorantur. Vade, inquit, Dominus, ad Esaia, in occursum Achaz tu, & qui relictus est filius tuus Isasub ad extremum aqueductus piscine superioris in agro fullonis. De inferiori piscina postea sic ait. Congregatis, inquit, aquas piscine inferioris, & domus Hierusalem numerastis, & fecistis lacum inter murum & murum, & aquas piscine ueteris collegistis, & non respexistis ad eum, qui fecit eam. Si ergo Hierusalem est anima, duae naturae animae sunt duae piscine, Superior piscina est ratio, per quam comprehendit caelestia. Inferior piscina est sensualitas, per quam affectat terrena. Superior piscina aqueductum habet in agro fullonis. Fullo est Christus, qui pannos suos calcatur, quia electos suos per tribulationem emundat, ut eos super niuem dealbatos sibi uestimentum faciat. Cuius fullonis est ista conuallis lachrymarum, praesens scilicet mundus, in quem ad conculcandum proiecti sumus. sed dum calcamur, unimur & mundamur, quia pressura tribulationis & charitatem accedit, & culpam abluit. Ille est fullo, qui illa euangelica uestimenta fecerat, de quibus dictum est, quod candida erant sicut nix, qualia non potest fullo facere super terram. Sed hoc fullo caelestis praeualet, quod fullo terrenus facere non potest. Igitur fullo iste agrum habet, ubi flores inueniuntur optimi ad colorandos pannos. Ager est sacra scriptura, ubi pascuntur animalia Dei, in qua inueniuntur diuersarum praecipua uirtutum, quasi flores quidam ad

decorandas animas, & cardi quoque corruptionum ad depectenda superflua. In hoc agro currimus, quando diuinam scripturam legimus: flores colligimus, quando praecipua discimus: pannos coloramus, quando praecipua implendo, uirtutibus animas nostras decoramus. Patientia est in rosa, castitas in lilio, charitas in croco, humilitas in uiola, puritas in saphiro. Bene autem per agrum fullonis transit aqueductus piscine superioris. Piscina enim superior, sicut iam dictum est eminentior uis est mentis nostrae, id est ratio. Aqueductus piscine superioris radius est contemplationis. Per studium autem diuinae lectionis aperitur uia cordi nostro usque ad contemplandum lumen diuinitatis, ut illinc quasi de fonte aquae uiae spiritualium donorum descendant per radium contemplationis ad irigandum & implendum finem mentis nostrae. Piscina inferior est inferior uis animae, hoc est sensualitas. Haec habet quinque aqueductus, quinque sensus corporis, per quos oblectamenta huius mundi influunt, quasi aquae quaedam ad replendum appetitum nostrae carnalitatatis. Mundus enim fons est, aquae oblectamenta mundi, aqueductus sensus nostri, piscina sensualitatis nostra. Isti quinque ductus aquae, quinque porticus sunt, in quibus multitudine languentium iacet, quia dum per quinque sensus corporis corruptionem peccati contrahimus, quasi in quinque porticibus languidi iacemus. Sed angelus Domini secundum tempus in piscinam descendit, & mouetur aqua: quia dum diuina aspiratio peccatorem intus tangit, illico terrore iudicii conturbatur carnalis conscientia. Et quicumque post motionem aquae in piscinam descenderit, sanus fit a quacumque reneatur infirmitate: quia diuina gratia praeventus peccator, si uere se ad poenitentiam humiliat, & conscientiam puram conueniens antea mala districte puniendo diiudicat, de quolibet delicto ueniam consequi meretur. Sed iam ipsa uerba, quae de hac piscina supra posuimus, inspiciamus. Congregatis, inquit, aquas piscine inferioris. Non est uitium aquas inferioris piscine bibere, sed uitium esse congregare: quia licet nobis bonis transitorijs uti ad necessitatem, sed non diligere ad superfluitatem. Aquas enim piscine inferioris congregat, qui temporalia bona non ad usum necessitatis, sed ad completionem cupiditatis accumulatur. Deinceps, domus, ait, Hierusalem numerastis. Si Hierusalem animas dicimus, domus Hierusalem non incongrue corpora appellamus. Domus ergo Hierusalem numerare est, considerata multitudine hominum timere de defectu reru computare sumptus corporis, & non consistere in munificentia largitoris. Vnde & postmodum subiit. Aquas piscine ueteris collegistis, & non respexistis ad eum, qui fecit eam. Quasi diceret, temporalia bona quae traserunt & ueterascunt, auare colligitis & datorum eorum aeternum respicere non uultis, sed animas ad perpetuam uitam creatas spualiter deficere timetis. Quod autem ait, fecistis lacum inter murum & murum: ad eum de cupiditatem referendum est. Hec. n. anima & exterior, & interior murum. Murus exterior est corpus, quo anima clauditur, & quodammodo incarcerata tenetur. Murus interior est ira naturalis uis

Q Virtutes christiana in floribus

R

Ioan. 5.

M

S

Eni

tus animæ, qua vitijs irascitur, & contra tentamen- ta munitur, quia ad hoc data est hæc virtus animæ, vt per eam contra vitia se muniat, & cuncta tenta- menta quasi iacula quædam inimici propellat. In te- riori muro munita anima omnia, quæ carnis sunt, si possibile esset, respuere cupit: exteriori autē mu- ro pressa, nonnunquam etiam ad sordes carnalium illicebrium descendit. Sed tunc inter murum, & murum est, quando carnem nec in necessitate res- puit, nec in voluptate diligit. Non ergo culpa est inter murum & murum ad colligendas aquas lacu- facere: quia culpa nō est temporalibus bonis in ne- cessitatibus naturam cōfouere, sed culpa est, neces- sitatis loco cupiditates admittere.

Descriptiones temporis, & liberi arbitrij. Tit. CLXXIIII.

V Tempus est numerus motuū ordine sibi succe- dentium. Liberū arbitriū est habitus rōnalis voluntatis, qua pōt, vel adiuuante gratia ad bonū, quod non habet, aut minus habet, proficere: vel li- nente † gratia a bono, quod vel habet, vel habere debet, per semetipsum deficere. Item liberum arbi- trium est in rōnali voluntate spōtaneus appetitus boni, qui nec coacto dari, nec inuito inferri potest.

iuustitia

Quōd is solus laudabiliter in alio peccatum vlc sci- tur, qui ad consensum peccati non incli- natur. Tit. CLXXV.

X Nemo pōt eiusdē culpæ socius esse & vindex. Indignum est, n. vt ille de peccato arguere p- sumat aliū, qui necdum a peccato castigare voluit semetipsum. Scriptū quippe est. Stetit Phinees, & placauit. Stans etenim pstratos in turpitudine for- nicationis transigit, & Deum placat: quia sicut di- ctum est, ille solus laudabiliter in alio peccatū vlcisci- tur, qui in semetipso per amorem iustitiæ erectus ad consensum peccati nō inclinatur. Hinc est econ- trario, q̄ filij Israel, cū scelus Gabaonitarum vindi- caturi contra filios Benjamin magis cōlidētia mul- titudinis, q̄ zelo virtutis excitati in plio conuenif- sent, tā magna plaga pstrati sunt, vt prima die vsq; ad vigintiduo millia, scda uero octodecim millia corruisse legant. Sunt, n. nonnulli, qui prate, qua ce- teris peminēt, libere subiectorū culpas arguere vo- lunt, & tñ easdē in se culpas improba psumptione fouere nō desunt. Sed hos tales alienæ culpæ vin- dices ipsi ijdē, qui puniendi sunt, perimūt: quia cū ab eis superbe arguunt, illa manifeste exprobrantes vitia, ipsos sui accusatores reos onduunt. Sed filij Israel victoriam, quā multitudine nō pnt, fleatibus tandem obtinent: quia sæpe plati subiectorum im- properijs humiliati, discunt peccantiū aios superba & tumida inuectione non irritare, sed blāda po- tius, & humili admonitione corrigere. Facile, n. il- lius increpationi a peccantibus reuerentia tribuit, qui & sua humiliter plāgere, & aliena peccā misericorditer reprehendere non dubitatur: neq; tunc au- det peccator se cōtra verba arguentis erigere, cum in vita eius nihil inuenit, qd merito possit culpāre.

Pl. 125.

Iudi. 20

¶ De septem peccatis mortalibus, & de effecti- bus eorundem, vide Tomo primo in Matthæum de oratione dominica.

Mystica descriptio naturæ ceruæ. Tit. CLXXVI.

Dicitur de cerua, q̄ cum vulnerata fuerit a ve- Y natore, si quidem tāta extiterit plaga violen- tia, vt currere non queat, debilitata ac retardata ca- pitur, & occiditur. Si vero dolor vulneris adhuc vi- res omnino nō abitalerit, cursu elabitur, & fugies per deserta secum sagittā infixam portat. Tunc cir- cuit gemens & dolens, nec inueniens manū, q̄ mor- tiferum telū de corpore suo euellat, tandem uadit, & q̄rit dictamū, & comedit ipsum, cuius succus cū ad interiora receptus fuerit penetrat omnia sua vir- tute, & perueniens vsque ad vlnus, potenter eijcit ferrum, atque de imis etiam visceribus emergere facit. Cerua est casta, & munda anima. Sagittæ sunt desideria mala. Venatores sunt dæmones, qui quo- tiens cordibus nostris, siue per visum, siue per audi- tum, siue per gustum, siue per odoratum, siue per tactum, de exterioribus praua desideria iniiciunt, quasi venatores de longe animæ sagittas mortife- ras immittunt. Anima vero si per delectationē par- ui desiderij ad consensum operis debilitatur, tunc quasi capitur, & occiditur. Sin autem fugit, & decli- nat perpetrationem prauis operis, & nihilominus tamen delectationis illicitæ ferrum infixum eijce- re non valet, quasi authorem mortis effugit. Sed ta- men adhuc plene mortis periculum nō euasit. Sed & quod facere possit ne moriatur, in solitudinem- eat, & quarat dictamū, hoc est verbum Dei: & cum illud siue per lectionem sacram, siue per collo- quium sanctorum inuenit, sumat auide & com- edat, atque illius dulcedine omnem mortiferam delectationis corruptionem expellat, & se ad inte- gritatem priuina sanitatis, omni periculo estuga- to, restituat: quia nihil citius malam, quā bona delectatio excludit: & cum mens illam gustare ce- perit, statim istam sponte derelinquit.

De quadrupli i sanorum & agrotorum diffe- rentia. Tit. CLXXVII.

M Edici, qui morbos corporum curare solent, A quatuor qualitates humanæ vitæ definiunt. Sanatiuum, sanum, agrotatiuum, agrotum. Ex his quatuor species constituuntur. Sanatiui & sani. Agrotatiui & agroti. Sanatiui & agroti. Agrotati- ui & sani. Sanatiui sunt, quorum natura nullo intrinsecus latenti vitio corrupta est. Sani sunt, quos nulla manifesti doloris molestia vexat. Agro- tatiui sunt, qui intrinsecus latentem habent corrup- tionem. Agroti sunt, quos manifestus dolor ex- cruciat. Sanatiui & sani sunt, quorum natura in- trinsecus a corruptione est solida, & extrinsecus a doloris vexatione quieta. Agrotatiui & agroti sunt, qui & intrinsecus latentis vitij corruptio- nem, & foris molestiam doloris sustinent, siue ipse dolor ab interiori corruptione sit ortus, siue ab exterioris alicuius molestiæ occasione illatus. Sanati- ui

Quatuor humana vitæ quali- tates.

tūti & agroti sunt, quorum natura interius corrup- tionem non habet, sed exterius alicuius læsionis dolorem sustinet. Agrotatiui & sani sunt, qui quid- dem manifestū dolorem non sentiunt, interius tñ, tanto periculosius, quanto occultius latentis cor- ruptelæ vlnus gerunt. Ex his quatuor gradibus hominū optimi sunt sanatiui & sani. Pessimi agrotatiui & agroti. Medij sanatiui & agroti, & agrotatiui & sani. Meliores sunt tamen sanatiui & agroti, quam agrotatiui & sani: quia & in illis na- tura integra sanitatem violenter turbatam facile recipit, & in istis natura corrupta sanitatem tenuit: & dubiè cōcessam facile amittit. In illis sanitas nō extincta, sed violenter exasperata est: in istis egritudo non ablata, sed leuiter sopita est: & idcir- co sicut hoc facile quamlibet leui occasione ad anti- quam corruptionem reuertitur, ita & illa facili remedio ad pristinam integritatem reparatur. Hęc idcirco distinxī, quoniam ex statu corporum per- pendī potest qualitas mentium. Sunt etenim simili- ter in animo differentiæ quatuor, id est virtus, ius- titia, vitium, peccatum. Quod autem sanatiuum est in corpore, hoc est virtus in mente. Et quod est sanum in corpore, hoc est iustitia in mente. Quod vero agrotatiuum in corpore, hoc est vitium in mente. Et quod est agrotum in corpore, hoc est peccatum in mente. Non ergo omnis, qui uirtutē aliquam habet, sed qui iustitiam facit, iustus est: ne- que omnis, qui vitium aliquod habet, sed qui pec- catum facit, peccator est. Nam iusti etiam quamuis nolentes aliquando punitiones vitiorum sentiunt ex infirmitate carnis, quam corruptibilem portāt, sed quia se eis per consensum non inclinant, mo- tus ipse, qui ex vitio corruptionis oritur, pro pec- cato sentientibus nec consentientibus non imputa- tur. Est ergo illic vitium & tamen peccatum non est. Sunt iterum multi, quorum natura non adeo passionibus vitiorum affecta est, qui tamen sæpe p negligentiam in peccata incidunt, quos quidem tā- ro maior peccantes reatus obligat, quanto minor ad peccandum eos necessitas impellebat. Illi ergo, quorum vitiorum affectibus magis corrupta est na- tura, facilius cadunt, laboriosius resurgunt: & ta- men si se a peccato custodierint, plus merentur, si peccauerint, citius veniam consequuntur. Qui au- tem fortioris sunt nature, tardius cadunt, citiusq; resurgunt: & idcirco si in virtute perliterint, mi- nus merentur: si in peccatum ceciderint, amplius rei habentur.

De eo quod scriptum est, Sequuntur agnum quocun- que ierit. Tit. CLXXVIII.

Apo. 14.

S Equuntur agnum quocunque ierit. Agnus per sper humilitatem & uirginitatem uenit ad nos. Per humilitatem & uirginitatem p̄cessit nos. De humilitate enim & uirgine natus est uirgo ipse & hu- milis. Humilitas uirginis, & uirginitas humilis uia est, qua uenit. Nos ergo uenire non possumus qua uenit, sequi tamen possumus quo iuit: quia si habe- re nō possumus parentes uirgines, uirgines permanere non prohibemur. Qui uirgo est, & humilis nō

est: siue qui humilis est, & uirgo non est, sequitur agnum, sed non quocunque ierit. Solus ille agnū sequitur quocunque ierit, qui cum humilitate uir- ginitatem, & cum uirginitate humilitatem custo- dit. Sanè ex duobus imperfectis melius est agnum sola humilitate, quam sola uirginitate sequi: quia humilitas sine uirginitate saluare hominem po- test, uirginitas sine humilitate non potest.

Humilitas sine uirginitate saluare hominem potest, uirginitas sine humilitate non potest.

De triplici compassione. Tit. CLXXIX.

T Riplex compassionis modus est. Siquidem F compassionum, alia est ex uitio, alia ex natu- ra, alia ex uirtute. Compassio ex uitio est, quando affectus aliquo reprehensibili dolore tangitur, ubi illicito prius amore tenebatur. Compassio ex natu- ra est, quando ex insito sibi pietatis affectu, animus alienis ærumnis condolet, quoties contra pietatis uel humanitatis mensuram eos opprimi siue affligi uidet. Compassio ex uirtute est, quādo propter Deum alienis doloribus compatimur, cum scilicet uel iustitiam premi, uel innocentiam affligi uide- mus. Compassio ex uitio est culpabilis, compassio ex natura est irreprehensibilis, cōpassio ex uirtute laudabilis. Prima reprehēditur, tertia laudatur, se- cūda autē nec culpā habet, quia ex natura est, nec prāmium, quia ex uirtute non est. In hac ergo vita quandiu caro mortalis lædi potest passione, tandiu etiam animus mutabilis tangi potest compassione. Vbi autem vtrunque veraciter impassibile erit, tūc profecto neque passio carni, neque compassio men- ti uia inelle poterit. Nunc ergo mutabilitate sua bene vtrunque utitur, si & caro in passione patientiam nō deserit, & animus in compassione iustitiæ mensuram non transcendit. Si igitur tempus compa- sionis quæris: quandiu pati possumus, compati debemus. Si locum quæris: illic compassionis mise- ricordia exhibēda est, ubi adhuc passionis miseria desperanda non est. Dauid egrotante filio lachry- mas fundit, mortuo faciem lauit, vt ostēderet, quia tandiu compassionis misericordia portanda est, quandiu passionis miseria desperanda non est. Est tamen quidam compassionis affectus, qui naturā etiam perditam miseratione prosequitur, secundū quem in nostri generis similitudine sicut culpæ nō corrigendæ irascimur, ita naturæ non extinguendæ miseremur. Nunc autem vita mortalis & mutabili- tati subdita, nunc interim pro parte miseriæ susti- net, sed postea ad incorruptionem translata depo- net. Nunc interim in vtroque agrotat, & passio- ne uidelicet in carne & compassione in mente. Tunc in vtroq; sanabitur, vt & per immortalitatem car- nis contra passionem carnis, per immutabilitatem mentis cōtra compassionem mentis confirmetur. Sicut enim egritudo carnis est pati, ita egritudo mentis est compati. Propterea Deus homo, qui vtrunque tollere uenit, vtrunque tolerauit. Suscepit passionem in carne, suscepit compassionem in mente. In vtroque egrotare uoluit propter nos, ut in vtroque nos agrotantes sanaret. Infirmatus est passione in pœna sua, infirmatus est compassione in mi-

Compassio ex uitio. Compassio ex natura.

Compassio ex uirtute

Tempus & locus compassionis. 2. Re. 12.

Christi in carne pas- so, & in mente com- passio.

in miseria aliena. Eousque passionem sustinuit, vt pro morituris moreretur. Eousque compassionem suscepit, vt pro perituris lachrymaretur. Propter miseriam carnem suam tradidit ad passionem, propter misericordiam animam suam turbauit ad compassionem. In carne sua doluit pro nobis patiendo, in mente sua condoluit nobis compatiendo. Et quemadmodum carnis infirmitas in ipso secundum affectum naturae noluit penam suam, sic mentis pietas secundum affectum misericordiae noluit miseriam alienam. Sicut enim calicem passionis secundum carnis voluntatem a se transferri postulabat, quem non transferendum esse praesciebat: sic sententia condemnationis secundum pietatem alij mitigari exorabat, quam immutabilem prauidebat. Pietas enim quod suum erat operabatur miserando, & ratio quod suum erat sequebatur diuinam dispositioni obediendo. Propterea nihil contrarietatis erat, si Christus homo secundum affectum pietatis (quam in humanitate sua assumpserat) aliquid volebat, quod tamen secundum voluntatem diuinam (in qua cum patre omnia disponebat) futurum non esse praesciebat. Quia hoc ad veram humanitatem pertinebat, vt pietate moueretur: & hoc ad veram diuinitatem pertinebat; vt a sua dispositione non moueretur. Itaque secundum vtrumque fecit, quod debuit. Neque ideo sibi contrarius fuit, si secundum pietatem humanitati congruam voluit, quod secundum iustitiam diuinitati debitum noluit: quia & hoc velle, & illud nolle, vtrumque voluit. Scriptum est enim. Iesus autem infremuit spiritu, & turbauit semetipsum. Sic intendite. Turbauit semetipsum. Quomodo turbauit? Quae fuit illa turbatio, qua semetipsum turbauit Iesus? Pietas ipsa, miseratio ipsa, fuit turbatio. Bona turbatio. Bene turbabatur, qui pietate mouebatur. Turbauit semetipsum. Miseratio turbauit eum, & ipse semetipsum turbauit, qui miserationem sponte suscepit. Sicut tradidit semetipsum, quando Iudas tradidit ipsum, sic turbauit semetipsum, quando miseratio turbauit eum. Notum est hoc, & frequenter vsu probatum. Dicitur homini quando aliquid patitur. Tu temetipsum turbasti: tu tibi fecisti malum hoc. Sic turbauit Iesus semetipsum, quando miseratio turbauit eum, quam sponte suscepit. **H** Et semetipsum tradidit, quando ille tradidit, cui ad tradendum potestatem concesserat. Sic itaque Iesus in humanitate assumpta, quandiu eam passibilem portare voluit, secundum proprietatem humanitatis & passionem in carne, & compassionem in mente portauit. In qua tamen modo, ad immutabilitatem translatus, nec pati potest ad corruptionem, nec compati ad turbationem. Quando Christum secundum hominem nouimus, & patientem & compatiens nouimus. Defecerunt, inquit, sicut fumus dies mei, & ossa mee sicut cremum aruerunt. Dies defecerunt propter passionem, ossa aruerunt propter compassionem. Propter passionem mortua est caro, propter compassionem arefacta est anima. Dolor compassionis quasi frictura quaedam animae fuit, qua vrebatur miseratio, premebatur compassione, succabatur desperatione. Desperatione

dico, non propter se, sed propter illos, qui ite in malo corrigendi, neque a malo erant liberandi. In his omnibus Christum secundum carnem nouimus, quando veram humanitatem, & in vera humanitate veram portauit mortalitatem. Nunc autem iam secundum carnem non nouimus, postquam resurgens a mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur: quod enim viuit, viuit Deo. **Mysterium de numero procedentium ad pugnam cum Gedeone.** Tit. CLXXX. **E**T factus est numerus eorum, qui lambuerunt lingua sua, trecenti viri. Plerique latini codices non habent manu sua, sed tantummodo lingua sua, quoniam sic intellexerunt, quod supra dictum est: sicut canes. Graecus autem vtrumque habet manu sua, & lingua sua, nisi intelligatur, quod manu aquam raptam in os proiciebant: & hoc erat simile canibus bibentibus, qui non ore apposito sicut boues, aquam adducunt, quam bibunt, sed lingua in os rapiunt, sicut etiam isti fecisse intelliguntur, vt scilicet manu aquam in os proicerent, quam lingua exciperent. Nam & interpretatio ex Hebraeo planius habet his verbis. Fuit itaque numerus eorum, qui manu in os proiciente aquam lambuerunt, trecenti viri. Neque enim solent homines ita bibere, vt sine opere manus lingua sicut canes aquam hauriant. At vero istis praecipuum erat, vt hoc facerent, sed cum ad bibendum descendissent ad aquam multi genuflexo biberunt, quod facilius, & minore labore fieret. Pauci vero, quia non genuflexo se incuruauerunt, vt canes biberunt: sed aquam in os iactam (quorum numerus, quia trecenti erant) signum inuincit crucis, propter literam Tau graecam. Quo numero etiam Gentes magis in crucifixum credituras esse praefiguratam est: quod litera graeca est: vnde Graecorum nomine Apoitolos omnes gentes significat, cum dicit Iudaeo primum & Graeco. Et Iudaeis & Graecis: saepe ita commemorans circumcisionem, & preputium, quod in linguis Gentium graeca ita excellat, vt per hanc omnes decanter significentur. Iste numerus, & in vernaculis Abraham animaduertendus est, per quos fratrem ab hostibus liberauit, quando eum Melchisedech in magno myterio benedixit. Quod enim exuberant illis octodecim, nam trecenti, & octodecim fuisse referuntur, videtur mihi fuisse significatum quo etiam tempore fieret, i. tertio, quod futurum erat sub gratia. Nam primum est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Singula vero tempora senario numero signata sunt propter perfectionem. Nam ter sex octodecim sunt. Vnde & illa mulier octodecim annos habebat in infirmitate, quam Saluator cum inuenisset, erexit, atque a diabolo alligamento (vt euangelium indicat) soluit. Quod vero ita isti probati sunt, per quos vinceret Gedeon, vt similes in bibendo canibus dicerentur, significat quod contemptibilia, & ignobilia elegit Deus. Pro contemptu enim habentur canes. Vnde dicit. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. **Quid**

Quid est, quod quieverit terra quadraginta annis post peccatum Gedeonis. Tit. CLXXXI.

Iudi. 8. **N**on praemittenda videtur quaestio, quo quieverit terra quadraginta annis post peccatum Gedeonis: cum post victoriam, qua liberauit Hebraeos, ex auro spoliolum fecerit abominationem, & post illam fornicatus fuerit omnis Israel, & fuerit illi, & domui eius in scandalum. Quomodo ergo post hoc tantum nefas, quod & Gedeon & populus commisit, requieuit terra quadraginta annis, cum hoc scriptura soleat ostendere, cum a Domino Deo populus fornicaretur, tunc potius pacem illos perdere, non acquirere, & hostibus subiugari, non ab hostium infestatione muniri? Sed intelligendum est sicut solet scriptura, per prolepsin, id est praecipuum dixerit, quod fecerit ephor contra Dei legem Gedeon ex illo auro, quod fuerat hostibus deuictis ablatum: quia vno loco dicere voluit, & vnde erat aurum, & quid de illo factum sit, sed postea factum est in fine dierum Gedeon hoc peccatum, quando consequuta sunt etiam mala, quae deinde scriptura contexit, posteaquam commemorauit quot annis in diebus Gedeon terra quieverit, quos annos recapitulando commemorauit, i. ad ordinem, quem peruerterat prius dicendo de illo scandalo, quod nouissime factum est.

De duabus scholis, vide Tomo primo, fo. 38. **Q**uod praecipua Dei multis nominibus significantur. ibidem. **Q** De his, qui in lege ambulant, vel stant, vel declinant. ibidem. **S.** **Q** De tribus vijs. ibidem. **R.**

Quid propter praescientiam & praedestinationem Dei clament quotidie peruersi. Tit. CLXXXII.

M Non prudentiam diligentiam, sed stolidorum querela est. Sine me, ita viuam. Qui ad vitam praedestinatus est, perire non potest. Quare conabor? quod futurum est, fiet. Et tamen nemo vulneratus, aut aeger dicit. Sine me: si victurus sum, non moriar. Quid medicus faciet? quod futurum est, fiet. Et non timent animae suae legem dare, quam corpori suo praescribere nolunt. Clamant hoc quotidie peruersi. Nolite admonere, nolite corrigere: si vult Deus, iustificabit nos, & nemo dicit: nolite cibum preparare: nolite vestimentum dare. Si vult Deus pascet, & vestiet nos, & dicit. Non possumus boni esse, nisi Deus hoc faciat. Ergo bona illa sine Deo habere non potestis, & ista potestis? immo Deus potius in istis studium vestrum quaerit, quae nisi volentes habere non potestis: non in illis, quae in tantum arbitrio vestro non subduntur, vt saepe ea habere non possitis cum desideratis, & habeatis cum despicitis.

De sapientia Dei & hominis, & quod sit duplex, superior & inferior. Tit. CLXXXIII.

Sapientia a corde procedit, & exit per os, & intrat per aurem, & in corde requiescit. Nec di-

scedit vnde exit, & accedit vbi non fuit. Estque velanda, atque ornanda sapientia cum exit ad nos. Dei sapientia cum primum in rerum creatione ad nos egressa fuit, non nuda exiuit, sed specie rerum creaturarum induta nobis apparuit. Secundo eadem sapientia, id est filius Dei cum se nobis manifestauit, indumentum carnis assumpsit, & sic visibilis apparuit. Tertio sacro velamine verborum induta eadem sapientia intellectui nostro se praesentat. Oportet namque propter nostram fragilitatem ex visibilibus ad inuisibilia conscendere. Sic quoque nostra sapientia semper egressitur velata. Habet enim legem formosae mulieris, quae si in veste pretiosa incedat, pulchrior apparet: si vero in veste vili, quasi extrita vilescit forma. Sic etiam sapientia pulchro schemate verborum induta nitescit, vili vero induta vilescit: unde dicitur. Lingua sapientum ornat scientiam. Cor est ager, sensus radix, cogitatio palmes, uerbum botrus, auris torcular, sapientia vinum, memoria apotheca. Sensus est habilis intelligendi, id est cognoscendi, & procedit a corde, & ab ipso cogitatio, a cogitatione uero uerbum, & a uerbo sapientia, quae intrat per aurem, quae sicut torcular separat significationem a voce per ipsam ingressa. Duplex sapientia est, vna inferior, altera superior. Inferior sapientia in naturis rerum habetur, superior in inuisibilibus essentis. Philosophi autem Gentilium in inferiori sapientia illuminati fuerunt, nam verum in rebus visibilibus secundum elementa huius mundi efficaciter comprehenderunt, verum autem summum apprehendere nequiverunt: vnde est, quod dicitur. Et euauerunt in cogitationibus suis. Nam cum ex visibilibus ad diuinam essentiam conscenderent, volentes quaedam in ea asserere similitudine rerum creaturarum secundum humanae rationis comprehensionem, in ea asseritione euauerunt, ut quando dixerunt, *περι ἀσάβη καὶ νόῦ*, id est de bono & mente, & de anima mundi, asserentes ea esse tria principia, & tamen inaequalia: cum noyn inferiorem to agatho esse dixerunt, & animam mundi vtroque. Nec tamen negatur recte eos dixisse in quibusdam, vt cum dixerunt originales rerum causas in mente consistere diuina, & caetera talia.

De obedientia quibus sit praestanda. Tit. CLXXXIII.

Quaedam sunt ita mala, vt nunquam licite fieri possint: quaedam ita bona, ut nunquam possint sine culpa intermitteri. In illis nunquam obedientia exhibenda est, ut fiant: neque in his, vt non fiant. Sunt aut quaedam media, quae pro tpe, loco, & causa, nunc bona sunt, quia bene fiunt, nunc vero mala, quia male fiunt. In his ergo praecipuum obedientiae locum habet, siue vt fiant, siue vt non fiant, cum bene fieri potest, ut fiant uel non fiant. Ex his autem quaedam ex ratione praecipuntur, quaedam secundum rationem, quaedam praeter rationem. Ex ratione praecipuntur, quorum causa manifesta, cur praecipui debeant, & fieri. Secundum rationem praecipuntur, quae etsi causam manifestam non habent, cur praecipui debeant, habent tamen manifestam causam,

Ioan. 11. Turbatio Christi in suscitatio Lazari, quae fuerit.

Ps. 101.

2. Cor. 5. Rom. 6.

Iudi. 7.

Omnium gentium credituras esse praefiguratam est: quod litera graeca est: vnde Graecorum nomine Apoitolos omnes gentes significat, cum dicit Iudaeo primum & Graeco. Et Iudaeis & Graecis: saepe ita commemorans circumcisionem, & preputium, quod in linguis Gentium graeca ita excellat, vt per hanc omnes decanter significentur. Iste numerus, & in vernaculis Abraham animaduertendus est, per quos fratrem ab hostibus liberauit, quando eum Melchisedech in magno myterio benedixit. Quod enim exuberant illis octodecim, nam trecenti, & octodecim fuisse referuntur, videtur mihi fuisse significatum quo etiam tempore fieret, i. tertio, quod futurum erat sub gratia. Nam primum est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Singula vero tempora senario numero signata sunt propter perfectionem. Nam ter sex octodecim sunt. Vnde & illa mulier octodecim annos habebat in infirmitate, quam Saluator cum inuenisset, erexit, atque a diabolo alligamento (vt euangelium indicat) soluit. Quod vero ita isti probati sunt, per quos vinceret Gedeon, vt similes in bibendo canibus dicerentur, significat quod contemptibilia, & ignobilia elegit Deus. Pro contemptu enim habentur canes. Vnde dicit. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.

Gen. 14.

Luc. 13.

Matt. 15

Dei sapientia velata.

Prou. 15

P

Sapientia duplex.

Rom. 1.

Malorum bonorum genera.

Praecepta plebs disseverentia.

causam, cur bona & rationabilia sint si fiant. Præter rationem præcipiuntur, in quibus nec causa apparet aliqua, cur præcipi debeant, nec ratio extat, cur fieri debeant, quæ tamen si fiant, nec ratio læditur, nec iustitia violatur. Præceptum ex ratione est, ut cum criminosi, & publice peccantes ab ecclesiæ liminibus abstinere iubentur. Præceptum secundum rationem est, ut si quis quæ in hoc mundo licite possidet, cuncta pauperibus erogare precipere tur. Præceptum præter rationem, sicut quosdam sanctorum patrum legimus multa ridicula, & a ratione humana aliena, ad experiendam obedientiæ virtutem subiectis præcepisse, ut est videlicet ficos stipites, donec germina producerent, irrigare, dura saxa aqua superflua mollire, feroces uerbi imperio domare, & cætera huiusmodi. In his ergo, quæ ex ratione præcipiuntur, obedire debitum est, non obedire pœnalis culpa. In his, quæ secundum rationem præcipiuntur, obedire meritum est, non obedire venialis infirmitas. In his, quæ præter rationem præcipiuntur, obedire perfectum est, non obedire minus laudabilis bonitas. In his, quæ ex ratione præcipiuntur, non obedire, obedientiam destruit: in his vero, quæ secundum rationem & præter rationem præcipiuntur, non obedire obedientiam lædit: & idcirco in his duobus ultimis non obedienti pœna debetur.

De bono summo & non summo, & de multiplici malo, peccato & delicto. Tit. CLXXXV.

Solus Deus est, cuius bonum est idem, quod ipse est. Ideoq; solus malus ipse esse non potest, quia bono suo priuari non potest. Cætera vero omnia aliud sunt quam bona sua. Ideoq; cætera omnia vel mala sunt, vel mala esse possunt: quia bonis suis videlicet amissis caret, vel habitis priuari possunt, & quæ priuari non possunt, gratia priuari non possunt. Sic ergo alia res omnis aliud est quam bonum suum, & esse naturaliter potest præter bonum suum, & cum habet bonum suum suum, bona est, & cum non habet, mala. Sciendum item, quod summum bonum unum quidem est: sed omne bonum in ipso est, & omne bonum ipsum est. Ideoq; nec augeri potest, quia perfectum est, nec minui, quia æternum est, ideoq; semper est quod est. Cætera autem bona omnia, quia ex parte sunt, augeri possunt, & quia mutabilia sunt, minui possunt, quia vero aliud sunt ab eo cuius sunt, possunt amitti. Quia vero in vniuersitate rerum duæ tantum sunt naturæ, corporea, & incorporea natura, quæ sicut adinuicem ipsæ diuersæ sunt, sic & bona earum omnino eadem esse non possunt. Aliud est igitur bonum incorporeæ naturæ, atq; aliud bonum corporeæ naturæ. Et vtraque bonum suum habet, bona est: cum vero bonum suum non habet, hoc malum eius est, & ipsa mala est. Bonum incorporeæ naturæ est cognitio ueritatis, & amor uirtutis. Bonum uero corporeæ naturæ est decor pulchritudinis, & integritas sanitatis. Et est similitudo hinc inde inter bona ipsa: & quæ a se alia sunt, inter se dissimilia non sunt. Est enim quasi pulchritudo quædam spiritualis naturæ ipsa cognitio ueritatis, & quasi sanitas quædam est amor uir-

tutis, & est pulchritudo foris & pulchritudo intus, & sanitas foris & sanitas intus. Et cum pulchritudo tollitur, succedit fœditas & turpitudine, & malum est hoc, sed nondum dolorem facit, nec ingerit cruciatum. Cum uero sanitas tollitur, succedit corruptio & dolor, & fit malum magnum, ut maius constet malum non amare bonum, quam non cognoscere verum. Priuatio bonorum corporalium malum est, & tamen malum: priuatio uero spiritualium bonorum malum est, nec solum malum, sed etiam peccatum. Ita igitur culpa est, & illa pœna. Priuationem cognitionis ueritatis ignorantia consequitur, priuationem uero amoris boni concupiscentia mali. Et sunt duo mala ista, a quibus omnia mala oriuntur. Ignorantia facit, ut facienda non faciamus: concupiscentia uero facit, ut non facienda faciamus. Non facere facienda delictum est, facere non facienda peccatum. Sciendum autem est, quod malum substantiue dictum ipsam tantum boni priuationem significat: denominatiue uero acceptum, actum mali, siue effectum, siue explicationem eius demonstrat. Nam & malitia malum dicitur, & actio mali malum uocatur, sed aliud substantiue, aliud denominatiue. Omne peccatum penes uoluntatem, & in sola uoluntate peccatum est: & tamen actio peccati peccatum uocatur, quia in ea peccatum perficitur, & expletur, & explicatur. Nec duo peccata sunt peccatum & actio peccati, sed unum peccatum, quod motu mentis inchoatur, ac deinde motu corporis perficitur. Omne enim peccatum a motu mentis initium sumit, & inde exerefcit in consummationem, dum uel actione corporali expletur, uel si effectum corporalem habere non potest, pleno consensu confirmatur. Consensus autem duplex est, alius non resistendi malo, alius faciendi malum. Omnis quippe motus mentis uel ad Deum est per conuersionem, cum bonus est: uel cum malus est, per auersionem a Deo: ipsa auersio malum est, & peccatum. Et quia multis modis mens a Deo aueritur, multa genera mali, & multa peccati genera esse dicuntur. Semper tamen principium auersionis principium peccati est, & ipsa auersio peccatum. Et crescit ille prauus auersionis motus, & exundat in peius, & uenit primum in delectationem, deinde in consensum non resistendi malo, quod per passionem facit: deinde in consensum faciendi malum, quod plenam generat passionem, & tunc peccatum in se consummatum est. Exit tamen aliquando usque ad expletionem corporalis actionis, quæ uidelicet actio cum in se essentialiter peccatum non sit, tantum tamen peccato adiicit, quantum ipsum, qui in mente est, peccati motum accedit. Neque enim motus corporis motui mentis additur, ut in ipso crescat, sed ex ipso motu corporali illi mentis spiritali motui causa sumitur, ut in se argumetum accipiat, sicut follis cum accedit igne, igne auget, non ignem igni apponendo, sed ex igne ignem, ut amplius ferueat & calefiat, cum unus & idem sit ignis, excitando. Itaque etiam praua uolentibus motus mentis peccatum est, motus uero corporis explicatio peccati. Quia in eo quod mens motu suo a Deo aueritur, culpam agnoscimus: in eo autem quod motus corporis motum

Delictum, & peccatum.

Peccatum in uoluntate, & in actione quomodo.

Consensus in peccato duplex.

rum mentis sequitur, naturam solum inuenimus. Motus uoluntatis per se est primum in cogitatione, deinde exit per motum corporis in operationem. Malus motus per se deorsum fluit, sicut maffa plumbi liquefacta, quæ uia aperitur illi, per se precipitatur. Motus bonus, quia sursum est, per se ire non potest.

De duobus denarijs. Tit. CLXXXVI.

Altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario &c. Duo denarij, qui in procuratione uulnerati expenduntur, sunt debitum præcepti, in quo doctrina: & debitum uoti, in quo exemplum: uel duo testamenta, uel duo gladij, uel duo iudicia. Verus testamentum quasi uindex iudicat crimina, & corporali gladio percutit ad puniendum: nouum testamentum quasi medicus iudicat morbos, & spiritali gladio percutit ad sanandum. Si quid rigore uel lenitate supererogatur, redditur: si nihil, non exigitur.

De eo, qui malum uel bonum male facit, & postea penitentiam agit. Tit. CLXXXVII.

Qui malum facit & male facit, postea penitenti utrunque dimittitur & quod facit malum: & quod sic facit male. Qui bonum facit & male facit, postea penitenti quod male facit dimittitur, quod bonum facit reseruatur, & adiuncta intentio bona nominat opus bonum.

De naturæ hominis comprobatione. Tit. CLXXXVIII.

Homo nudus nascitur, pecus uestitum. Plus erigo illis confert natura, quibus non est prouidentia. Homo sic dimittitur, ut naturæ eius dignitas comprobetur, & ratio exercitetur.

De egressu & regressu sapientiæ. Tit. CLXXXIX.

Exii a patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Primum exitus sapientiæ est a sinu patris ad cor hominis. Secundo induta uoce per os egreditur, & uenit ad aurem, ibique se expolians per auditum cordi illabitur, ut iterum mundum relinquens per cordis contemplationem ad patrem reuertatur. In corde radicat, in ore pullulat, in aure torcularur, & iterum a cordis apotheca recipitur. Vox uestimentum est sapientiæ: sicut scriptum est. Lingua sapientum ornat scientiam. Et sapientia non egreditur nisi induta, nec regreditur nisi exuta: similiter species creaturæ uestimentum est sapientiæ, quo operta egreditur & uidetur, sicut scriptum est. Confessionem, & decorem induit amictus lumine sicut uestimento: Extendens cælum sicut pellem & cætera.

Prou. 15.

Pf. 103.

Ioã. 16.

Sapientia & egressus.

Cur Deus dictus pater luminum. Tit. CXC.

Omne donum perfectum desursum est descensum a patre luminum &c. Dona Dei lumina Iacobi sunt, & ipse auctor donorum pater est luminum. Apud quem non est transmutatio, neque uicissitudinis obumbratio: quia nec illuminans transmutatur, neque non illuminans obscuratur. Generans enim non degenerat, & non generans non caligat: quia nec inferior est exiens, nec obscurior latens. Lumina eius, quando ad nos ueniunt, ab ipso non recedunt: & quando a nobis redeunt, apud ipsum non clarescunt: quando ad nos descendunt, in nobis non deficiunt: & quando a nobis recedunt, minorationem pro nobis non recipiunt. Itaque non transmutantur in nos, quando participanda ueniunt ad nos: nec obumbrantur in se, quando ab illuminatione & obumbrantibus redeunt, & remanent in se.

Quomodo sapientia parturiebatur. Tit. CXCI.

Nondum erant abyssi, & ego parturiebar. Concepit Deus sapientiam in præscientia futurari, parturiebat in uoluntate creandi, peperit in procreatione effecti.

De quatuor timoribus. Tit. CXCII.

Quatuor sunt timores, mundanus, seruilis, initialis, filialis. Mundanus pro uitanda imminenti pœna bonum dissimulat retenta uoluntate boni. Seruilis pro uitanda pœna imminenti bonum simulat retenta uoluntate mali. Initialis pro uitanda pœna uentura etiam malam uoluntatem mutat. Filialis pro reuerentia creatoris sponte bonam uoluntatem confirmat. Initialis necessitatem boni habet, filialis uoluntatem. Tres primi respectu pœnæ sunt, & pœnam habent: quartus nec respectu pœnæ est, nec pœnam habet.

De tribus generibus hominum circa consuetudinem uitæ. Tit. CXCIII.

Hominum cum uitæ consuetudinum, alij sunt stantes, alij nutantes, alij uagantes. Stantes sunt confirmati, nutantes nondum radicati, uagantes dissipati. Stantes sunt, qui uicerunt: nutantes, qui pugnant: uagantes, qui uicti sunt. Stantes sunt in pace, de quibus dictum est: Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Nutantes in luctamine. Uagantes in abalienatione. Stantes possident: nutantes appetunt, & sequuntur: uagantes fugiunt, & abstrahuntur primum ad illicita opera, post ad turpia.

Altercatio inter Deum & diabolum. Tomo primo, fol. 30. D.

De tribus tyrannis. Tit. CXCIII.

Tres sunt tyranni, qui contra nos acies suas producunt, diabolus, mundus, & caro. In exercitu

Natura in rerum ueritate quot, & quæ sint.

Pf. 147.

Quædam

citu diaboli militant vitia, in castris mundi prospera & aduersa, in societate carnis desideria terrena. Ex his tribus duo tertio coniurauerunt ad subuersionem nostram. Mundus enim & caro diabolo auxiliu[m] ferunt contra nos: vnus est vicinus, alter domesticus. Mundus enim iuxta nos est, caro nobiscum: idcirco confidit diabolus magis in auxilio carnis, quia plus nocet domesticus hostis: Diabolus vincimus, quando suggestionibus eius resistimus: mundum vincimus, quando nec appetimus prospera, nec timemus aduersa: carnem vincimus, quando eius desideria, nec extinguimus in necessarijs, nec ad licita relaxamus.

De corde & delectatione, & cogitationibus. Tit. CXCIV.

Corolla est, delectatio sagimen, cogitationes musca. Propterea vbi desideria abundant, abundant & cogitationes. Fit tamen nonnunquam vt postquam cor a malis desiderijs emundatum fuerit, adhuc cogitationes prauae redeant, tam importunae nunc quam prius immundae: ibi maculantes, hic inquietantes: ibi lutum, hic puluis.

De sapientia Dei, & mundi. Tit. CXCVI.

Scriptum est, Quia mundus in Dei sapientia per sapientiam Deum non cognouit, placuit Deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. Mundus sapientiam habuit, per quam Deum non potuit cognoscere positum in sapientia sua. Sapientia mundi fuit ratio humana, secundum visibilibus rerum naturam, & elementa huius mundi formata. Sapientia Dei fuit eius ineffabilis maiestas, & incomprehensibilis bonitas. Erat & prudentia mundi circa commoda carnis diligens circumspectio: Sapientia ergo mundi, quae humana ratione incedit, negat fidem: Prudentia autem mundi, quae carnis tantum commoda quaerere docet, & vitare incommoda, destruit bonam operationem. Propterea sapientiam mundi stultam reputat Deus, & prudentiam iudicat inimicam: quoniam illa veritati aduersatur, ista dilectioni. Propterea vtraque destruxit Deus, sapientiam per stultitiam, prudentiam per insaniam. Quasi enim stultitia quaedam Deo fuit secundum humanum sensum, quod ad abiecta & indigna sibi se humiliavit. Insania autem reputata, quod sine necessitate tam dura sustinuit. Et tamen qui in sapientia sua cognosci non potuit, quasi in stultitia agnitus est: quoniam qui in sua celsitudine manens non potuit comprehendere, in sua humilitione coepit agnosci. Quasi enim in sua sapientia Deus fuit, quando in eo, quod ipsum decere videbat, permansit: sed ibi agnitus non est, donec quasi desipuit, & indigna suscepit. Abi autem sapientiam mundi destruxit, vbi se in eo, quod stultum mundo videtur, demonstrauit, vt disceret hunc supra rationem mundi esse, quod videbat in natura hominis Deum apparere. Deinde autem quasi per insaniam Deus prudentiam carnis euacuauit, quando contra eius estimationem eius carnem suam sine retractione ad

Quo Deus sapientiam mundi destruxerit.

penas & tormenta exposuit, & sic eam ad incorruptionem resurrectionis eduxit, ostendens quod non parcendo, sed castigando, & persequendo carnem seruare oportet. Sic ergo, quia in sapientia sua per sapientiam mundus non cognouit Deum, placuit Deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. Stulta. n. videbantur quae dicebantur: sed tamen per haec demonstrata magis sunt stulta, quae probabantur, & amabantur: quae probabantur ratione stulta, & quae amabantur dilectione insana: illa sine veritate, ista sine veritate. Stultum enim fuit supra carnis sensum, veritatem Dei pertinaciter non recipere: & insania fuit propter carnis commodum, detrimentum animae patienter sustinere.

De trina refectio[n]e animae. Tit. CXCVII.

Trina refectio[n]e Deus animam fidelem pascit, per verbum, per sacramentum, per spiritum. Quando nos per verba sua, & sacramenta reficit, fauorem nobis edendum proponit. quando vero intus per spiritum suum nos reficit, mel nobis gustandum effundit.

De contemptu mundi inducendo. Tit. CXCVIII.

Primum ad contemptum mundi adminiculum est, si ceperit homo semetipsum agnoscere cur creatus sit, & exquirat factorem suum Deum: tunc incipiet poenitere de ijs, quae commisit in tpe negligentiae suae. Et sic demum benignus Deus dat illi tristitiam pro peccatis. Et post haec iterum per suam benignitatem dat illi afflictionem corporis, in ieiunijs, in vigilijs, & orationis instantia, & contemptu mundi: & vt libens illatas iniurias sufferat, & odio habeat omne refrigerium corporale, & vt diligam planctum magis quam risum. Post haec Deus tribuet illi desiderium, & iterum, & planctum, & humilitionem, & humilitatem, vt trabem oculi sui consideret, non alterius festucam nitatur eruere, & dicat semper. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meum contra me est semper. Et vt diei exitus sui memor sit, & quo in conspectu Dei occursurus sit, & iudicia & poenas describat in conspectu mentis suae, nec non & meritos honores, qui dandi sunt sanctis. Qui autem cognouerit, quod cor suum firmum est in timore Domini, & non titubabit ad locum suum, sed fortiter resistit aduersario suo, ille perfectus monachus, & miles Christi vocabitur. Vt. n. nimio onere cummulata nauis vndarum ictu obruitur, sic multa possidens monachus in via impeditur: nihil possidens, quasi aquila ad celsitudinem peruolat, tuncque solum descendit ad escas, quoniam compellit necessitas. Prudens monachus non adulabitur propter voluptatem ventris diuitibus. Nihilque possidens, vt cursor leuis, velociter ad brauium superne uocationis Dei perueniet. Verus monachus post opus moderatum orationibus & lectionibus vacat. Nihil possidens monachus thesaurizat in caelo, & canit Deo laudes die & nocte, in timore Dei. Gloriatio monachi, cum nullas res praesentis uitae possidere

Psal. 104

Signa perfecti religiosi, & Christi militis qua.

Prudens, & veri religiosi exercitia.

Gloriatio monachi, qua esse debent.

dere desiderat. Gloriatio monachi, uigiliae & fletus in orationibus suis. Gloriatio monachi, mansuetudo & fides. Gloriatio monachi, quando Deum ex toto corde dilexerit, & proximum suum tanquam seipsum. Gloriatio monachi, abstinentia esca[rum], & multiloquij linguae. Gloriatio monachi, quando uerba eius operibus consonant. Gloriatio monachi, quando in loco suo permanet, & huc illucque non uagatur. Gloriatio monachi, loganimitas cum humilitate & gratia, sicut lampas splendida in loco tenebroso, sicut Sol radians splendidus est, sic monachus perfectus in sobrietate, & castitate, & corde peruigili in tempore psalmorum. Sicut pondus salis praemans uirum infirmum, sic somnus in oculis est monachi. Sicut spine & tribuli in agro optimo, sic cogitationes turpes in corde monachi. Sicut tineae exterminat uestimentum, sic detractio animam monachi. Noli ire ad colloquium mulieris, ne sis se paratus a regno Dei. Et ne uelis dicere, loquor cum muliere, & mundus sum. Monachus sapiens manibus suis operatur, uictum sibi acquirens quotidianum, & lucratus est orationes & ieiunia sua. Si autem ab alio acceperit uictum: quid prodest, quod orat & uigilat sicut mercenarius malus & durus? Quia scriptum est: Melius est dare quam accipere. Lignorum copia ingentem suscitatur flammam: multitudo autem esca[rum] inobedientiam parturit & mortem. Indigens uentrem in orationibus uigilem praestat, & coronam animae acquirat. Repletus autem somni inducet grauitatem. Oculus gloriosus conuiuia per scrutatur, oculus autem sapientium meditabitur continentiam martyrum. Formidolosus miles horrescit tubam, quae bellum significat: & gulosus monachus, si abstinentiam audierit, praedicanter non auscultat. Flamma cum marcescit, iterum elucescit si accipiat lignum: & libido sopita rursus ignescit in saturitate esca[rum]. Non miserearis corpori si lassitudine defecerit. Equus consentiens indigens corpus, nec ascensorem deiecit unquam. Concupiscentia mater libidinis. Oleum nutrit lampadem lucentem: & ignem luxuriae accendit confabulatio mulierum. Facies enim mulieris sagitta est truculenta, infigit uulnus in animam & uenenum. Fuge confabulationem mulieris, si castus esse uolueris, absconditum est in eis uenenum. Magis accedas ad ignem ardentem, quam ad mulierem. Noli uelle cum sis iuuenis impetus libidinis sentire per concupiscentiam in confabulatione mulieris. Qui repleuerit uentrem & promiserit castitatem, ipse sibi mentietur. Forma pulchritudinis peius quam procella submergit. Speciem mulieris si semel mente conceperis, & ipsam uitam contemnere persuadet. Vt enim si in paleis moretur ignis, excitat flammam: sic memoria mulieris permanens succendit concupiscentiam. Aculeus peccati facta est femina. Omnis societas mulierum gluten est delictorum, & tanquam uisco necit cantu suo, de quo diabolus satiatur, aut si risu dissoluatur, aut cantare delectetur. Ut illic est audire basiliscum sibilantem, quam mulierem cantantem. Et tu quid dicturus es mihi? Quomodo Elias commemoratus est cum uiduam? Ipse qui discipulum te dicit Elias, fac quod ipse Elias fecit. Accipe tibi san-

Actuum 20 & Beatus

Confortiū feminariū quam periculosius sit.

torum dierum spatium ieiuniorum, ut possis in caelo regnare in secula seculorum.

De solutione quatuor quaestionum per Ranulphum de Mauriaco propofitarum. Tit. CXCIX.

Hugo Ranulpho de Mauriaco. Feruor charitatis tuae pondus quaestionum nobis inuexit. Postulas primum expositionem tibi fieri in illud opus, quod caena Cypriani dicitur: quod quia nunc praemanibus non erat, conuenientem apud te excusationem accepimus. Deinde quaeris, quid sibi uelit illa altercatio Michaelis cum diabolo pro corpore Moyse, quae in Epistola Apostoli Iudae commemoratur. Hic tibi hoc sufficere putamus, quod patres nostri, qui ante nos uerbum Dei ministrauerunt, per corpus Moyse populum Iudaicum intelligendum putauerunt, cuius & ipse caput extiterat. Per Michaelem uero diuinam potentiam cum diabolo, id est cum aduersaria uirtute, quasi concertantem pro populo eodem, ut saluus fieret; neque alia maledictione aduersarij uirtutem repulsam, nisi quia Dominus, qui elegit Hierusalem, ab his potestate inimici repulit, quos de populo illo per solam gratiam ad salutem elegit. Quae rursus, quos intelligi oporteat libros illos, & utrum ne adhuc supersint, quorum in libro numerorum & Iesu Naue merito fit, sed & in Malachim & Paralipomenon, cum dicitur. Nonne hoc scriptum est in libro Iustorum, & libro Bellorum Domini: & item in libro Gad uidentis, & Addo, siue Semeiae, aut Haije Silonitis. Nos Itaque; & in hoc sensum doctorum sequentes, librum Iustorum & librum Bellorum Domini non alios, sed hos ipsos libros, in quibus haec scripta sunt intelligimus, more scripturarum narrationem suam comendantium, quoniam ad confirmationem suam suo quasi alieno testimonio adducto autoritas congeminari uidetur. Liber autem Gad, & Addo, & Semeiae, & Haije libros fuisse proprios ab ipsis, qui praenomina ti sunt authoribus editos, sed per translationis seriem ad nos nequaquam uenisse. Vtrum autem adhuc apud Hebraeos habeantur, incertum, quis uerisimiliter post incensam legem a Chaldaeis hos quoque sublato e medio, nec superesse modo probabiliter existimetur. Pro eo autem, quod in Malachim & Paralipomenon dicitur: nonne haec scripta sunt in libro sermonum siue uerborum dierum regum Iuda, aut Israel: quis hic in quaestione tua propositum non sit, si quod super erogauero, tu cum redieris si reddere non placet ne tamen successeas fieri et. n. potest, ut sint quae & hoc ignoret, quibus, si tecum consulitur, displicere non debet. Librum igitur uerborum dierum regum Iuda, & item librum uerborum regum Israel, singulos libros intelligendos arbitramur, in quibus gesta regum scilicet Iuda & Israel non uno aliquo auctore descripta, sed diuersis temporibus & diuersis authoribus, ut uidelicet ea uenire contingerat, annotata fuerunt. De quibus ea, quae magis digna memoria uidebantur, per subsequentes auctores excerpta & stilo elimatiore formata in hos libros, Malachim scilicet & Paralipomenon, compendiofa narratione expressa sunt. Illi ergo sunt libri, ad quos mittunt, Malachim & Paralipomenon, reliqua cognoscere uolentes. Hos autem nec per translationem ad nos uenisse, nec apud Hebraeos modo extare putamus.

Quaest. 1

Respon.

Per Corpus Moyse populi Iudaicum intelligendum

Quaest. 2

Respon.

Y **Q**uæris item quomodo accipiendum sit id, quod dicit Saluator: Quod omnis, qui reliquerit uxorem & cetera, propter me, centuplum accipiet & vitam æternam possidebit: Cum ipse alibi dicat, Vxorem excepta causa fornicationis recte dimitti non posse, neque a viro discedere debere. Vbi conuenienter intelligitur, quod id etiam, quod homo propter se conuenienter facere non potest, aliquando propter Deum recte facere potest. Tunc autem recte propter Deum facit, cum secundum Deum facit. Propter Deum igitur uxorem relinquere est, vel per continentiam propter Deum abstinere ne accipiat, aut cum reatus illius exigit, vel assensus permittit, concupiscentia non teneri ne discedat. Recte igitur relinquit propter Deum, qui relinquere potest secundum Deum. Quamdiu autem secundum Deum relinquere non potest, propter Deum relinquere non potest: cum autem causa Dei exigit, non solum relinqui, sed recte etiam odio haberi potest, ut in eo propter Deum odiatur, quod contra Deum non diligitur.

Z **Q**uæris etiam quid sibi uelit hoc dictum Apostoli in illa Epistola, quæ scribitur ad Hebræos. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cælestis, & participes sunt facti Spiritus sancti, & prolapsi sunt, renouari rursus ad penitentiam. Quod idcirco grauius auditu est, quia penitentia remedium tollere, & peccatoribus desperationem inducere uidetur. Propterea non conuenit uerbum Dei ita interpretari, ut in eo aliquid ueritati contrarium sentiamus. Quod igitur dicit, semel illuminatos, & cælestis doni participes effectos post lapsum ad penitentiam renouari non posse; uel sic accipimus, quia homo per se quidem peccare potest, sed per se sine adiutorio diuinae gratiæ corrigi non potest, sicut scriptum est, Spiritus uadens, & non rediens. Vel sic, quod post lapsum homo renouari non potest, ut scilicet hoc sit, quod fuisse, si non peccasset. Verbi gratia. Si uirgo est & corruptitur, penitere potest, sed iterum uirgo esse non potest. Et si penitendo forte facit, ut melior sit quam fuit, cum cecidit: non tamen facere potest, ut talis sit, qualis fuisse, si non peccasset, & tamen hæc bona, quæ nunc facit, fecisset: secundum quod aliquomodo irrecuperabile præteritæ culpæ damnum constat, cum præsentibus lucris iustitiæ hoc semper deesse cernatur, quod in culpa præterita amissum comprobatur, quod utique si adesset, plus esset. Potest & aliter conuenienter intelligi hæc impossibilitas. Peccator enim semel morte Christi redemptus, & a peccati ueritate liberatus, si denuo lapsus fuerit, secundum id iterum renouari non potest, quod Christi mortem aliam ad renouationem habere non potest, quam uis eandem possit, & eandem denuo renouari possit. Terretur autem probabiliter peccator, ut scilicet quia Christus cuius morte redemptus est, iterum mori non potest: sic caueat peccatum iterare, sicut impossibile uidetur mortem Christi iterari, pro peccato, sicut scriptum est, post acceptam notitiam ueritatis noluntarie peccantibus, hostiam pro peccato non relinqui, i. uel hanc ad excusationem, uel aliam ad remissionem. Voluntaria. n.

peccata intelligenda non sunt, de quibus dicitur. In nihil damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu. Roma. 8. Nam uoluntarie peccantibus etiam in Christo positus hæc hostia ad excusationem damnationis non relinquitur, sicut prænitentibus etiam de uoluntarijs peccatis ad remissionem condonatur. Sic itaque post acceptam gratiam lapsi iterum renouari non possunt, & tamen renouari possunt: quia iterari non potest, quo renouantur, ut aliud sit: sed ab his, qui renouandi sunt, denuo recuperari potest, ut eo recuperato amissæ damnationis non sit.

SEQUUNTUR PLVSCVLA documenta e secundo Miscellaneorum excerpta: quæ quia seorsum ab operibus Hugonis nostri inuenta sunt, & non nihil in phrasi (ut quibusdam uidetur) discrepantia: an ipsius sint, in dubio est: quia tamen cuiuscunque sunt, bona sunt, superioribus duximus apponenda. eorum autem hi sunt tituli pro libro primo.

- De consequentibus sacramentum baptismatis. Titulus. 1
- De totius mali circuncisione: et de triplici cibo Israelitis dato. 2
- De tubis sacre scripturæ, & quod eius attenda lectio mundi pariat contemptum 3
- De altari ex lapidibus constructo, & Deuteronomio in eis scripto. 4
- De Chananæi triplici statu. 5
- Iudicem Ecclesiæ non semper gladio id est austeritate, sed interdum parte aratri id est tenitate, in subditos uia decere. 6
- De Madianitarum expugnatione, & de uellerè Geleonis, & uore eius & c. 7
- De trecentis qui bibentes aquam fluuialem non curauerunt genua: 8
- De septemplici lepra superbie humane. 9
- De septemplici humilitate Christi. 10
- De egrotatione Ezechie regis, & eius curatione morali. 11
- De missione ad Seon id est diabolum: & qui sint filij eius: & quæ sit uia regia, per quam nobis transeundum est. 12
- De quadruplici luctu, & supplantatione Iacob. 13
- De altari aneo, & oblati super ipsum. 14
- Quod sacerdotum Domini pars sit Dominus. Sacerdotum Pharaonis terrena possessio. 15
- De ueste non mutanda, & moribus non simulatis per hypocrisim. 16
- Testimonia trium sanctorum in confirmationem fidei Christianæ. 17
- De duplici circuncisione necessaria ijs, qui canticum nouum Domino cantare uolunt. 18
- De Ziphis David Sauli tradere conantibus, sicut electos morti conatur diabolus. 19

- de obsidione & expugnatione quadruplici Hierusalem moraliter. Titu. 20
- de ciuitate perfecta, & ei necessarijs. 21
- de multiplici uisione. Tit. 22
- de tribus hostibus: & tribus apud Salomonem diffusilibus. 23
- de septem sceleribus, 24
- Vnus quis dicendus & quis plures. 25
- de quatuor hominum ordinibus: & de triplici mundi loco. 26
- de tribus contemplatiuorum ordinibus: & de triplici terra scilicet Iacob. 27
- de sacerdotibus & plebis & triplici eorum officio. 28
- de ijs, quæ traxerunt Christum ad nos: & de nostra duritia. 29
- de tribus sanctis, Deo, homine & loco: & de triplici sanctificatione. 30
- de triplici labore, tribus laborantibus, tribus crucibus, & sepulturis. 31
- de triplici confessione, tribus nominibus Hierusalem, & tribus diebus uiuificationis. 32
- de quadruperta locutione Dei, & responsione facienda ad eam. 33
- de tribus linguis hominum. 34
- de triplici aduentu Domini. 35
- de uirga & flore moraliter. 36
- de pastoribus, & eorum officio. 37
- de duobus caprea hinnulis, tribus umbris, & varijs diebus. 38
- de auro thure, & myrrha. 39
- de meditando morte dum adhuc fortes uidemur: & de bene agendo. 40
- de triplici apertione cordis: sextuplici mandato, & triplici bello, ac pace. 41
- de benignitate & seueritate Dei erga peccatorem. 42
- de tribus bonis hominis, & tribus flagellis Dei, & de causis eorum. 43
- de signaculo Dei nobis impresso. 44
- de septem riujs peccatorum exeuntibus a primis parentibus. 45
- de concordia religiosorum cohabitatione quam fit diabolus fomidolosa. 46
- de quadruplici languore, unde nos liberauit Christi aduentus. 47
- de quadruplici statu hominis. 48
- de tribus mansionibus Aegypti. 49
- de triplici locutione dei. 50
- de ascensionis cordis ad Deum gradibus. 51
- Sabbata quæ derideantur. 52
- Quid sit: pones eos ut clibanum ignis. 53
- de nominibus Hierusalem interpretatione secundum quadruplicem sensum. 54
- de nominibus filiarum Dei & diaboli: & de egressu earum ad regem suum. 55
- de expositione sacre scripturæ. 56
- Primogenita diuersis modis esse Dei, & sacerdotum. 57
- de Lenitarum purificatione, & officijs in typum clerici Christiani. 58
- de boue & asino id est stolido & rustico, cum ceciderint subleuandis. 59

- de diligentibus ac timentibus Deum: & de confitentibus Deo. 60
- de triplici cella, in quam introducemur. 61
- Rursus de interpretatione Hierusalem. 62
- de custodia uia hominis in locutione: & de non diuulgandis mysterijs. 63
- Butyrum, & mel comedet. 64
- de quinque ciuitatibus Aegypti loquentibus lingua Chanaanæa. 65
- Quomodo loquatur Deus ad cor hominis. 66
- de nouissimis & antiquis ad uerbi incarnationem applicatis. 67
- de dimidiandis dies suos, & non dimidiandis: & de loco mortis eorum. 68
- de duabus tubis argenteis, & earum usu ad Petrum & Paulum applicatis, 69
- de duplici labore, seculi scilicet & Dei: & utroque triplici. 70
- de fine, qui consumit & consumat: & de mandato, quod est latum nimis. 71
- de triplici statu in corpore, quem habet anima diligens Deum. 72
- de triplici benedictione, duplici manu, & utriusque digitis: & de obedientia triplici. 73
- de premijs arefactæ & mortificatæ carnis per religiosam obedientiam. 74
- Quomodo Deus exaltetur in nobis: & de altitudine cordis nostri. 75
- de triplici disciplina. 76
- de quatuor agonibus Christianorum. 77
- de ira facie, & presentia: & de fumo, flamma, & carbonibus. 78
- de triplici loco Dei. 79
- de fonte occulto & patente, Christo scilicet Domino nostro. 80
- de humiliatione triplici. 81
- de turpi mutatione hominis. 82
- De claustris agro, in quo sunt uia, rose, lilia, uiole, & oliuæ. 83
- de uirgine calami, & iunci. 84
- Quod dulcedo hominis uermes sint. 85
- Oleum de capite non deficere. 86
- Ut speciem suam uisitet quisque. 87
- Quid sit sacerdos caput non radere, nec tamen comam nutrire. 88
- de sacco serto, & integro. 89
- Oculi sapientis in capite eius. 90
- de abcondente frumenta. 91
- de proximi uitij perimendis. 92
- de adulatione perniciose. 93
- de diuitiarum contemptu. 94
- Quod iustus ut palma floreat. 95
- de triplici habitatione Dei. 96
- de igni in altari semper ardenti. 97
- de pane subcineritio. 98
- de sententiâ supremi iudicij ad parturientem compuratione. 99
- descendere in infernum cum armis. 100
- Ferro penam duram, sed transitoriam: are signari eternam. 101
- Necessaria huius uitæ non esse abominanda. 102
- Vnâ rutina nos & proximos metiamur. 103

Altera respõcio. Heb. 10.

disputare a cedro ad hyssopum.	104	exemplo Elia.	16
de absconsione Elia in Carith.	105	Quod auaritia apud Deum, & sanctam ecclesiam non sit quaerenda.	17
de spiritu duplici, quem ab Elia petijt Eliseus: & de largitate Christi.	106	Sal discretionis, non mel adulationis, nec voluptatis esse sacris adhibendum.	18
Quid sit a canibus & auibus comedi.	107	deschismate vitando.	19
de filio viduae ab Eliseo suscitato.	108	desuperfluitate verborum, & rerum uitanda.	10
de mysterio altaris ab Elia constructi, & actorum ab eo circa ipsum.	109	Quo sol iustitiae ad auxiliu bonoru nunc quoque stet, & quod demones in morte magis sint molesti.	21
de incarnatione verbi figurata per vas nouum, in quod Eliseus salem misit.	110	Qua aqua sapientiae auferre nobis conetur demones	22
de prelatorum in sagittandis & perimendis vitijs officio.	111	de consilio dando, & pede figendo.	33
de virtute patientiae per aduersa monstranda, & ad granum sinapis comparanda.	112	de egressu animae a Deo: & de reuocatione eiusdem ad eundem.	34
de duplici pace.	113	Quid sit affligi in palea, luto, & latere: & Pharaoni ciuitates construere.	25
de peccatoris captioe & execratione figuratiua.	114	de primis, medijs, & nouissimis.	27
de hypocrisi & simulatione virtutis.	115	Quid sit in spelunca duplici sepeliri.	27
de murmure vitando & concordia seruanda, praesertim in claustris.	116	Quid sit ab Iezabel ad speluncam fugere, & Dominum in spiritu leui agnoscere.	38
de ecclesiae ad vitam comparatione.	117	Quomodo melior sit iniquitas uiri, quam mulier benefaciens.	29
de Noe & Christo a suis irrisis.	118	de fuga, quam suadet nobis scriptura, & de pane, quem ministrat.	30
de Christo, & fide eius in Dauid per stragem Goliae, & arma eius figuratis.	119	de triplici basi in scriptura. Et de Samsone, eiusq; anigmate.	31
de rubo, quem vidit Moyses inconbustum.	120	de caesarie Absalonis.	32
de ferculo Salomonis.	121	de bonis bonorum cum Domino natis, & terriculis malorum.	33
de mutatione vestis sacerdotis.	122	de unguento discendente a Christo in ora etc. id est in electos eius.	34
Tintinnabula cur pendebant olim ad vestem sacerdotis, & in eis mala punica.	123	de puero nato & oppresso moraliter ad simulatam religionem applicito.	35
de aqua spiritali & naturali.	124	de demonum, & uanarum cogitationum a sacrificio mentis ab actione.	36
de reginis, & concubinis, & adolescentulis mysticis veri Salomonis.	125	de rationis, & sensualitatis officijs in figura Abrahae & Sarae.	37
Cum angelo luctari Iacob.	126	de lignis frustra quaerentibus sibi regem, & malis monarchis praesidem.	38
Poenitentiam agere in cinere & cilicio.	127	Quod Christus sit ros & pluuia: caelum trinitas beata: nubes prophetae.	39
de malarum cogitationum & peccatorum & ortu & defensione.	128	Quomodo ad Deum redcant compuncti, mendici, de uoti, & contemplatiui.	40
de triplici osculo.	129	de officio Moysi. i. legislatoris: & Aaron. i. sacerdotis & Samuelis. i. pphetae: applicado monachis.	41
de laude, & utilitate psalmodiae.	130	De septem fluminibus Aegypti. i. vitijs mundi: et de musca. i. aia illis infecta et de sibilo Dei, quo ab illis auellitur: & de apes, id est hypocrita, etiam a Domino ab acta: & de duplici terra, bona & mala.	42

MISCELLANEARVM ERV-
ditionum Codicis. II. Lib. II. Tituli.

de annuntiatione & incarnatione verbi, de paradiso spiritali, & quae in eo sunt.	1
de scripturae statura, altitudine, & aspectu horribili.	2
de lamentationibus, carmine, & vq in libro Ezechielis scriptis.	3
de arcae Noe ad ecclesiam comparatione.	4
Candelabro cur comparetur Christus.	5
Quomodo Gedeon poenitentis typum gesserit.	6
Quomodo Iob poenitentem figuret.	7
de caecitate, qua percutiuntur iniqui.	8
de penitentia in vacca immolatione.	9
de custodia metis nrae p custodia Iosue figurata	10
Quomodo boues mare aeneum sustinentes sacerdotes pastores significant.	11
Quod p pnam i unitate fidei seruabitur peccator.	12
de ecclesiae doctoribus per vestes signatis.	13
de virtute eloquij per citharam signati.	14
Quod vita secularium bene viuentium licet non sit excellens, est tamen secura.	15
Quomodo nobis sit facies per humilitatem velanda	16

de

De verberibus sponso attributis.	53	De quatuor nuditatis nostrae pallijs.	104
de gratiarum actione pudica & mera, ad Deum ut ad fontem, unde omnia bona, referenda	54	De tribus hostibus, quibus tradimur.	105
de funiculo triplici	55	De quatuor latronibus rerum nostrarum.	106
Oratio funebris, & lamentatio de morte prudentis, & religiosi amici.	56	de tribus osculis.	107
de venatore, & laqueo animarum: & de verbo aspectu ad monachos.	57	de triplici in scripturis uirga.	108
de quatuor generibus ouium, & de caula earum, ac canis custodia quadruplici.	58	de triplici Israelitarum cibo.	109
de tribus panibus Salomonis: & duplici amore, prauo, & bono.	59	de tribus literatis, & tribus ad sacerdotium assumptis.	110
de triplici unguento bonorum.	60	de gladio & arcu, quibus Dominus nos partem suam tulit de manu Amorrhaei.	111
de quatuor unguentis, in quorum odorem currit sponsa.	61	de circuncisionis mysterio.	112
de quadruplici Dei in nos beneficio scilicet illuminationis, iustificacionis doctrinae, & redemptionis.	62	de mystica aquarum diuisione.	113
De tribus sagittis expetendis.	63	de desiderio unde spirituales carnalesue censendi sunt homines iuxta benedictione Iacob & Esau.	114
de quatuor tentationibus conuersi ad Dominum.	64	de tabernaculis, atrijs, & domibus qd differat.	115
de duplici impetu, spiritus scilicet & carnis.	65	duo clementium esse ubera.	116
de tribus filiabus Iob.	66	de pedibus id est sensibus nostris lauandis. Titu.	117
De ostio, & fenestris arcae Noe.	67	de duobus denarijs erogandis.	118
de quatuor modi: exeundi per operationem: & totidem per cogitationem.	68	de pastoribus cuius, de mercenarijs, & de lupis	119
de duabus xonis in veteri testamento.	69	de quadruplici cruce, et crucifixionis causa, ac fine	120
de quatuor montibus.	70	Mons oliueti cur sit mons trium luminum dictus, & cur Trinitatem figuret, & de triplici lumine in nobis.	121
De quatuor vinculis Pharaonis, & quatuor vestimentis noxijs	71	de tribus ianuis & ostijs disciplinae aduersario claudendis.	122
de totidem uestimentis contra noxias vestes.	72	de arantis allegorico officio.	123
de duobus calcaribus.	73	de triplici modo: & sine faciendi.	124
de dispositione domus quadruplicis	74	Quod mea tripliciter est pretiosa.	125
de duabus tribubus sacerdotibus.	75	de ijs, quae in fronte praeserimus.	126
de quadruplici sacerdotum officio.	76	de funiculis, quibus trahimur.	127
de tribus panibus, quibus alimur.	77	de contemplatiuo ad actiuum comparato per palmam masculam & femellam.	128
de tribus riuus e corpore Domini.	78	de culcitra, cervicali, et coopertorio conscienciae	129
de tribus piscinis scripturae.	79	de diuersitate eorum qui praesunt, & eorum quibus praesunt.	130
de tribus fomentis ignis.	80	de prelatorum constantia, & duritia.	131
de tribus contemplantium fenestris.	81	de triplici oleo, & fide, spe & charitate.	132
de quatuor fontibus paradisi.	82	de quadruplici sui refrigeranda per totidem flumina Paradisi.	133
de tribus ostijs ad vitam.	83	de ijs quibus conseruatur uirtus.	134
de triplici uino in cypho Domini.	84	de triplici longanimitate.	135
De triplici sacerdotum veste.	85	de orationis multiplici modo.	136
de tribus religiosorum tunicis.	86	de tribus benefaciendi gratijs.	137
de sex alis seraphin.	87	Qui plenus sit gratiae, & ueritatis.	138
de duobus solijs Domini.	88		
de quatuor pennis animalium.	89		
de sex alis animalium nouae legis.	90		
de duplici domo Dei.	91		
de duplici arca veteris legis.	92		
de triplici curia in scripturis.	93		
de fluuijs, in quibus se balneant peccatores & reprobi.	94		
de fluuijs, in quibus lauantur iusti.	95		
de quatuor fidelium canticis.	96		
de pedibus & equis, quibus inimi debemus.	97		
de tribus speluncis in scripturis.	98		
de tribus caelis, ad quos rapimus.	99		
de sex ciuitatibus refugij.	100		
de triplici paradiso.	101		
De quatuor alijs montibus.	102		
de duobus nos ab instituto deuocantibus.	103		

MISCELLANEARVM ERV-
ditionum secundi Codicis Lib. III. Cuius hi sunt Tituli.

De reparatione hominum per duplicem trinitatem diuinarum personaru, & theologicaru uirtutu.	1
In Hypocrisi quae sint mala.	2
de triplici cognitione ex uisione Dei.	3
de duodecim uirtutum gradibus.	4
de triplici bonorum conuersione.	5
de tribus montibus, in quos ascendit dominus.	6
de duplici scandalo, & instrumento eius.	7

De duabus clauibus celi.	Tit. 8.	de exitu Christi a patre, & reditu ad patrem, & satia a corde, & ad cor.	49
De triplici statu fidelis animæ.	Tit. 9.	De quatuor in electione Apostolorum notandis.	50
De tribus animæ inimicis.	Tit. 10.	De duplici natiuitate & c.	51
De tribus hominis partibus.	11.	De tribus cælis, & terris, & testimonijs in eis, iterum aliter.	tit. 52
De quatuor ab anima superandis, & triplici eius de cor.	12.	De tribus donis Dei in homine.	tit. 53
De tribus, quæ insunt penitentia.	13.	De triplici forma mundi, & de triplici vetustate, & eius remedijs.	54
De duplici oleo, Dei scilicet, & mundi.	14.	De triplici proprietate lapidis, & amoris: & de pastore bono, & malo.	55
De pace, & bello triplici.	15.	de optima parte eligenda.	56
De tribus modis, quibus unum est.	16.	Quomodo succingi deceat ad viam, accingi ad prælium, & præcingi ad mensam: & de zona, qua cin gamur.	57
de triplici genere queretium Deum, et sapientiã.	17.	De surditate, morte, & paupertate triplici Et de tribus tristibus fugiendis, aut in gaudium conuertendis.	58
de tribus ædificantibus super fundamentum fidei, & tribus superædificatis.	18.	Cur ter dictum Petro, Pasce oues meas.	59
de quatuor humilitatem conferentibus.	19.	de refectioe spirituali: & de arbore paradisi ac fermento ueteri.	60
de triplici fratrum cohabitatione.	20.	de triplici transmigratioe, & nube.	61
de pastore, oue, & lupo.	21.	de tabula penitentia: de alis columbae & cerui labroq; aneo, qd fecit Moyses de speculis mulierum	62
de conscientia, & fama.	22.	de contemnendo mundo, & laqueis eius.	63
de tribus exemplis Dei ad vitam, & tribus diaboli ad mortem.	23.	de multiplici luctatione fidelium in hoc mundo.	64
de cæli, terræ, et inferni habitatoribus peculiaribus, & de tribus dantibus in singulis testimonium.	24.	de multiplici ingressu Christi.	65
de triplici labore ho's, et triplici eius remedio.	25.	de verbo Dei misso in villam, castellum, & ciuitatem: & quid differant.	66
de tribus panibus, quibus reficiendus est superueniens amicus.	26.	De lumine vultus diuini de attributis Trinitati, & virtutibus animæ.	67
Quatuor modis orationem fieri.	27.	De seminante in spiritu, vel carne.	68
duobus modis impediri orationem peccatoris ne exaudiatur.	28.	De duplici captura piscium.	69
de tribus vitijs per tres equos in Apocalypsi præsignatis: & de innocentia per equum album.	29.	de lauandis, & plicandis retibus.	70
de tribus dissoluti nibus & tribus cinctorijs hominum.	30.	de piscibus in verbo Domini capiendis.	71
de præconijs B. Ioannis Baptista viro innouato, et per seueranti applicandis.	31.	de negociatione claustralium.	72
Quomodo sobrie, pie, & iuste viuamus.	32.	de tribus Christiana perfectionis statibus.	73
de quatuor vocationibus, et duabus electionibus.	33.	de quadruplici tristitia, & gaudio.	74
Quomodo in electis suis thronum suum ponat Deus.	34.	de triplicis regni acquisitione.	75
de tribus, quæ sunt in matrimonio, & de triplici fornicatione, & eius remedio.	35.	de triplici statu animæ: & de ratione penitentia faciende.	76
Quod persecutio fit tribus de causis, & quatuor gladijs.	36.	Quæ ad orationis puritatem sint necessaria.	77
Ad quæ doceda missi sint filius & spiritus sanctus.	37.	de suscitato a morte animæ.	78
Quid sit Deum diligere ex toto corde, ex tota anima & ex tota virtute: & quæ tria diuerso gradu diligere possint.	38.	De quatuor voluntatibus hominis.	79
de fide, quos & per quos saluet, et non saluet, tam nunc quam olim.	39.	de quatuor, quibus inferuimus.	80
de quadruplici pace claustrali.	40.	de titillationum carnis causis.	81
De castello etymo morali.	41.	Quomodo ascendendum de conualle, & de deserto, & quod triplex desertum.	82
de filio prodigo: & de panibus tribus illi, vt amico, de via venienti commodandis.	42.	de sagittis, quibus vititur Dominus.	83
Quod quilibet similis beato Petro Apostolo secundum etymon trium nominum eius liberabitur de manu hostili.	43.	De ebrietatis vino.	84
de beatæ Mariæ semper Virginis præconijs.	44.	de gradibus bonæ condescensionis.	85
de prælio per auxilium angelorum contra diabolos a nobis gerendo.	45.	de quinque contra peccatum prælijs.	86
de misericordia, & fide purgantibus peccata.	46.	de diuersitate gradientium ad Deum.	87
de inuitabili iudicio Dei quam sit tremendum, nisi ad misericordiam confugerimus.	47.	de triplici prælatorum timore.	88
de oculo lucerna corporis moraliter idest de prælato.	48.	de triplici sanctorum dolore.	89
		Quæ sint in Christo montium monte.	90
		De varijs portis.	91
		de tribus lucernis.	92
		De modis, quibus interrogat Deus.	93
		De aduersitati opponendis.	94
		De tribus postulandis ab electis.	95

De

De tribus frustra optatis.	96	Qualis sit rector erga subditos.	11
De tribus agendis Christiano.	97	De Galli & Prædicatoris consimili officio.	Tit. 12
De Christi attributis.	98	De quatuor considerandis.	13
de differentia surgendi, exurgendi, resurgendi, insurgendi, assurgendi, & consurgendi.	99	De tribus supplicationibus seu rogationibus principalibus.	14
de conditionibus fumi in peccatore.	100	Forma exordiendi sermonis.	15
de funiculi significationibus.	101	Ad pastores et prælatos sermo de officio pastorali.	16
de fide, & fidei intelligentia.	102	de verbi Dei efficacia.	17
Bonum quadrupliciter dici.	103	de pharisaicis sui admiratoribus, & hypocritis occultis detractoribus.	18
de differentia inter logicum & theologum: & de triplici intellectu.	104	de augmento seminis iacti in terram. i. fidei, & ceterarum uirtutum.	19
de triplici similitudine.	105	de hydrijs vacuis & plenis.	20
de triplici baptisate.	106	de pigro, de luctante, & uincente.	21
de quadruplici mutatione.	107	de nocte, cursu, & itineribus eius.	22
de multiplici debito.	108	de multiplici acceptione eucharistia corporis dominici.	23
de affectione expectantis Deum.	109	de præparamentis ad purificationem Mariæ digne celebrandam.	24
de tribus nuptijs: & de varijs verbis Dei.	110	de triplici descriptione: ad coniugium, ad continentiam, & ad uirginitatem.	25
de tribus armis fidelium.	111	de uocatione Lazari & sepulchro, moraliter alludendo primo ad hoc, qd abyssus abyssum inuocat: deinde de tertiadecima mansione Iudeorum in deserto: & quæ sequuntur.	26
de tribus prælato necessarijs.	112	Quod multiplici ratione Maria dicatur uirga, & Christus flos eius.	27
de tribus speciebus penitentia.	113	de matre & puero in Aegyptum profugis moraliter: & de persecutione puerorum sanctorum innocentium.	28
de tribus mirabiliter mutatis.	114	de sacramentorum diuersitate.	29
de tribus impediens penitentiam.	115	de faucio, vulneribus eius, & medico, ac medicamentis, & operibus misericordia.	30
de triplici ascensu Domini.	116	de duabus portis summe vel bonis vel malis.	31
de regni calorum acquisitione.	117	de quadruplici timore.	32
de instrumentis vindictæ dominicæ.	118	De triplici uitio, triplici peccato, & triplici remedio.	33
de triplici lecto animæ.	119	de publicani iustificatione.	34
de duobus fluuijs, quibus se lauant peccatores: & quibus iusti.	120	de consilio impiorum in quatuor.	35
de quatuor herbis & floribus in horto dominico crescentibus.	121	de consilio piorum & c.	36
de tribus paradisis.	122	de tribus salutationibus in euangelio.	37
de rerum nostrarum furibus.	123	de quatuor argentibus gratiam deuotionis & religionis.	38
de tribus panibus.	124	de tribus, quibus nos erudit Dominus.	39
de assumptione, & decem præconijs Mariæ semper uirginis.	125	de tribus nobis prohibitis, & tribus nobis licitis.	40
de triplici gaudio.	126	Penitentia tria necessaria.	41
de exaltatione Dei in nobis per cor altum, latum, & profundum.	127	de tribus, in quibus obnoxij Deo sumus.	42
de triplici promotione hominis.	128	de triplici via ad mortem.	43
Esse ex Deo, a Deo, & de Deo.	129	de triplici via arcta.	44
de pastoris boni officio.	130	de tribus, de quibus Christum imitari debemus.	45

MISCELLANÆARVM
eruditionum secundi Codicis Liber. IIII.

Cuius hi sunt tituli

De quadruplici potestate Christo data: et quadruplici statu creaturarum.	1	Quod impij quatuor modis dicuntur filij.	46
de silentio animæ contemplatiuæ.	2	de tribulationis triplici bono.	47
de uberibus maternæ affectionis.	3	de triplici electorum exercitio.	48
Responsum a triplici spiritu accipi.	4	de tribus in nobis principibus.	49
de infirmo, causa morbi, medico, & remedio morbi.	5	de tribus calicibus a Domino propinatis.	50
de triplici edicto: & de Moysse in fiscella clauso, per allegoriam ad Christum.	6	de tribus uestimentis electorum.	51
de uigilijs, & somnis: quando, & a quibus surgendum sit.	7	de tribus puellis peruertentibus sensum.	52
de triplici iugo suauis, & onere leui, obedientia & imobedientia.	8	de quadruplici sacerdotum officio.	53
de triplici diuina gratia operatione.	9	de tribus, quibus mare huius seculi peruium est.	54
de equi boni conditionibus.	10	de quintuplici obedientia.	55
		de triplici bono, quod nobis indicat propheta.	56

de

De triplici animarum statu.	57	de triplici electorum desiderio.	112
De triplici celestis verbi auditore.	58	de triplici prelatorum timore.	113
De triplici vita hominis.	59	de tribus vitulis Domino immolandis.	114
de tribus mansionibus hominum.	60	de quadruplici pressura hominis.	115
de triplici virginitate.	61	de fumo, igne, & caligine respectu Dei.	116
de tribus, quæ desponsata recipit.	62	Quo Deus volet, ambulet, & vobiscum habitet.	117
de tribus Christi gestatoribus.	63	de portis mundi, inferi et celi.	118
Peccatori tria necessaria.	64	de quadruplici retributione.	119
de tribus, quibus nocet luxuria.	65	de tribus lucernis iterum.	120
de tribus, in quibus confessio.	66	de triplici semine.	121
de tribus, in quibus contritio.	67	Quod sapientia Dei est ut perdix, gallina, & aquila,	
de tribus silentijs ante gratiam.	68	erga pullos. i. auditores suos.	122
de tribus silentijs alijs.	69	de triplici ueste bonorum.	123
de quatuor vigilijs vite nostræ.	70	de ueste Esau, & pelliculis hædorum.	124
de triplici odore vite.	71	de tribus ad puritatem necessarijs.	125
de tribus gradibus superbiæ, & humilitatis.	72	de tribus bonis, quæ confert puritas.	126
de tribus cinctorijs.	73	Quod reprobi iunt fumus, puluis, cæra.	127
de tribus castris.	74	de triplicibus portis.	128
de duplici compunctione.	75	Religiosos in tribus obnoxios esse Deo.	129
de triplici hominis acceptione.	76	Tribus modis nos interrogat Deus.	130
de triplici somni acceptione.	77	de tribus bonis tribulationis.	131
de duplici respectu Dei.	78	de tribus aduersitati opponendis.	132
de quatuor modis peccandi.	79	de triplici exercitatione electorum.	133
de triplici aduentu Dei.	80	de tribus mirabilibus in Maria.	134
de anima, quare sit Christi sponsa.	81	de bonis fecunditatis Mariæ.	135
de quintopartito gula vitio.	82	de tribus, quæ præstolantur electi & de tribus, quæ	
de tribus sacerdotum vitijs.	83	optant reprobi, vt superius.	136
de tribus, in quibus consistit salus.	84	Quod quadruplices sint expectantes Dominum: &	
de triplici danno ferendo.	85	quid ab ea sperent.	137
de triplici aduentu Domini.	86	de tribus nuptijs spiritualibus.	138
de via carnis, & spiritus.	87	de ternis fidelium armis.	139
Sapientiam quinque modis concupisci.	88	de tribus prelato necessarijs.	140
de tribus cognitionibus.	89	de penitentia speciebus, & partibus.	141
de tribus inobediencia comitibus, & tribus obediencia bonis.	90	de triplici mutatione.	142
de tribus in cruce animaduertendis.	91	de triplici impiorum refugio.	143
de tribus imitatori Christi agendis.	92	de quadruplici specie terræ.	144
de tribus piscinis, Diaboli, Mundi, & Dei, & earum porticibus.	93	de quadruplici deserto.	145
de triplici materia gaudij animæ.	94	de quadruplici curru.	146
de tribus florum & animarum dotibus.	95	de triplici ascensu Domini.	147
de ingressu verbi Dei ad animam.	96	de acquisitione regni cælorum.	148
de tribus donis corpori humano & totidem spiritui conditione collatis.	97	de ijs, quæ pretiosam faciunt mortem.	149
de tribus in redemptione hominis ipsum ad dilectionem Dei incitantibus.	98	de quadruplici visitatione Dei.	150
de quadruplici dilectione.	99	de quatuor uirginibus ducendis.	151
de septem gradibus confessionis.	100	de tribus candelabris.	152
Quod hodie tripliciter dicatur.	101	de tribus munitionibus animæ.	153
de triplici hominum statu, & triplici oblatione eidem facienda.	102	de tribus speciem roborantibus.	154
de tribus testimonium perhibentibus in cælo, & totidem in terra, & totidem in inferno rursum.	103	de tribus, quibus Deus vincit hostes.	155
Quomodo Spiritus sanctus arguet mundum.	104	de triplici lecto animæ,	156
de nomine Christiano, & c.	105	de tribus vitrimis.	157
de septem gradibus humilitatis.	106	de septem lampadibus mentis.	158
de armis uirtutis, & nequitia.	107	de triplici edulio apposito.	159
de tribus penitentia necessarijs.	108	de triplici horto animarum.	160
Quæ tria habeat humilitas.	109	de tribus mensis appositis.	161
de inæqualitate gradientium ad Deum.	110	de tribus thesauris faciendis.	162
de tribus, quæ electos manent.	111	de quatuor differentijs panum.	163
		de voto tribus altaribus imponendo.	164
		de tribus puellis sensum nostrum eueritentibus: de quibus (vt de alijs multis) prolixius habitum est supra.	165

MISCELLANEORVM ERV-
ditionum secundi Codicis Liber quin-
tus. Cuius hi sunt Tituli.

De ecclesiarum, & adium sanctarum spirituali ornatu.	Tit. 1.
De ædificatione templi siue ecclesie morali, ex ligno, auro, & lapide.	Tit. 2.
De templi Salomonis allegoria.	Tit. 3.
De eodem.	4
De eodem.	5
De eodem.	6
De eodem.	7
De eodem.	8
de careo, & quæ in eo sunt mystice.	9
De horis canonicis, in quibus fit dominicæ passionis commemoratio: & primo de hora prima.	10
de hora tertia canonica.	11
de hora nona canonica.	12
de uespertina, & matutina.	13
de hora completorij.	14
de vigilijs nocturnis canonicis.	15
de oratione ante lectiones,	16
de benedictione ab lecturo ante lectionem petenda.	17
de campanarum significatione.	18
de dominicis aduentus, & earum officijs.	19
de primæ dominicæ aduentus officio.	20
de secundæ dominicæ aduentus officio.	21
de duabus missis in nocte Natali Domini, & de vna in die.	22
Quod alleluia in septuagesima non canatur, & quare.	23
de septuagesime ratione, & de Paschali lætitia.	24
de sexagesimæ officio.	25
de quinquagesimæ officio.	26
de quadragesimæ officio.	27
de die cinerum in capite ieiunij.	28
de penitentia incipienda eodem die.	29
de secundæ dominicæ officio uacante.	30
de dominica tertia quadragesimæ.	31
de dominica Lætare, quæ est quarta.	32
de dominica in passione.	33
de sabbato in ramis palmarum.	34
de dominica in ramis palmarum.	35
de feria iij. post ramos palmarum.	36
de feria iij. eiusdem hebdomadæ sanctæ.	
de officio in cæna domini, præcipue de Chrismate tunc instituto.	37
de mysterio in lotionem pedum.	38
de duplici mandato perficiendo.	39
de officio trium noctium, videlicet in cæna Domini, in pasceue, & sabbato sequenti.	40
de ignis extincti mystica recuperatione per dictum tempus.	41
de incrementis tristitiæ Ecclesie, imminente dominica in passione.	42
de pasceue, quare sit dolore potius quam gaudio	

celebranda: & de penitentia tunc agenda & de passione secundum Ioannem.	43
de gustato uino felle mixto.	44
de chlamyde purpurea seu cocinea.	45
de arundine Christo in manum data.	46
de spinea corona & colaphis, & quod Domini non frangebantur crura: & de sanguine et aqua de latere eius profluentibus.	47
de præcibus, quæ tunc pro omnibus fiunt.	48
de triplici aqua, quæ de Christo profluxit: lachrymante sudante, & iam mortuo.	49
de triplici dedicatione templi.	50
de quinque, in quibus consistit templi dedicatio moraliter explicatis.	51
de lotionem pedum in cæna aliter.	52
de purificatione triplici, & sex hydrijs.	53
de quadruplici purificatione per Christum instituta in die purificationis.	54
de tribus tabernaculis, de quibus Petrus, Faciamus hic trita tabernacula.	55
de passionis dominicæ voluntarie susceptæ, & crucis sublimitate, & fructu.	56
de sindone munda, & corona spinea in passione dominica.	57
de obedientia, patientia, & perseuerantia in passione Christi designatis.	58
de triplici uoluntate signanda in tristitia Christi usque ad mortem.	59
Quare prophetia & epistola in officio diuino dispari uoce terminentur.	60
de tribus, quæ Dominum mori pro nobis uoluntaria quadam coactione compulerunt.	61
de quadruplici traditione Christi.	62
de triplici effusione sanguinis Christi.	63
de uaria Christi apparitione varijs facta, et in varijs locis, & modis. Et de nostra apparitione.	64

MISCELLANEORVM
Codicis secundi, cuius cuius sint,
Liber Primus.

De consequentibus Sacramentum Baptismatis.
Titulo. I.



In transitu Iordanis (notanda sunt quæ dicuntur) festinauit populus, & transiit Iordanem: quia nobis ad baptismum uenientibus non est segniter agendum, sed festinandum, & perurgendum, ut transeamus uniuersa. Tã fire enim est omnia adimplere, quæ mandantur Primo quod scriptum est, ut simus beati pauperes spiritu: inde ut esuriamus & sitiamus iustitiam: sed neque tunc standum sed transeundum, ut in hoc mundo lugeamus: &c. Quæ sequuntur: assequamur, quousque filij Dei, etiam persecutionis pondera transeamus. Notandum, autem, quod

quod dicitur, Accincti transierunt. Ne forte negligentius incedentes aliquo lapsu effundatur grellus nostri. Sollicitudo .n. non minor in seruandis, quam in congregandis debet esse uirtutibus. Hocaút cingulū sit ueritas; quia si falsum loquimur discingimur a militia Christi, & baltheo ueritatis exolumur. Nota preterea quod addidit scriptura, accincti in spiritu Domini: quia non sufficit apud homines seruire ueritatem, nisi & apud Deum seruaueris; ut sit in lingua, sitque in corde, ubi Deus aspicit. Hoc cingulo expugnatur Iericho post transitum Iordanis. Ad pugnas enim transimus, quas non in alio campo quam cordis nostri quaramus, de quo (iuxta euangelium) procedant cogitationes mala, homicidia, furta, & cetera peccata. Vides quantus exercitus contra te exit? Exeamus ergo ad hoc bellum, ut oppugnetur a nobis prima huius mundi ciuitas malitiæ, & superba eius mœnia destruantur etiam usque ad internecionem, ut non sit quod in nostris cogitationibus rediuuium errūpat, uel respiret. Tuncque per Iesum dabitur illa requies uincenti sub uite & sub ficu eius, ut non sit qui extereat. Et post hæc sit cultro lapideo secunda circuncisio, ut quis recedens a lege & prophetis ueniat, & in euangelio secundam circuncisionem per Petriā Christum accipiat, & compleatur, quod dictum est a Deo. Hodie abstuli opprobrium Ægypti à filiis Israel. Opprobria Ægypti sunt uitia, & peccata illecebrarum carnis, & animæ. Vbi autem datur secunda circuncisio, relicti non solum corporaliibus, sed & spiritualibus uitijs, submota sunt opprobria Ægypti, ut iam non sit Ægyptius nec Iudæus, sed Christianus, & membrum Christi. Si ergo concupiscentiæ pulsata illecebra: occurre huic hosti de tua carne nascenti, & dic: non sum meus; Emptus sum prætio sanguinis Christi, & membrum Christi factus. Non licet mihi tollere membrum eius, & facere membrum meretricis. Atque dicas cum sancto Idumæo, Pæpigi fœdus cum oculis meis, ut nec etiam cogitarem de uirgine. (hoc enim est unum de opprobrijs Ægypti) ut ita purificati corde & corpore, cauētes maculam etiam illius corporis, quod est ecclesia (quia per unum membrum contaminatum per totum corpus diffunditur macula) puris manibus, labijs & mentibus glorificemus Deum, Cui est honor & gloria in seculorum secula.

De totius mæi circuncisione, & de triplici cibo Israelitis dato. Tit. II.

Circuncisi filij Israel secundo requieuerunt in eodem loco, quousque sanarentur, Non enim abstinento, nisi prius usquequaque uitijs purgati, uirtutumque opera sumentes, etiam cicatricum indicia obducendo sanemur. Postque hæc iam dicatur, quod ablatum est opprobrium Ægypti; & decima quarta die celebretur Pascha, quod immundus & incircuncisus non potest; & comedant fructum palmarum, In quo notentur tres species ciborum filijs Israel date. Prima exeuntibus de Ægypto, fari-

na conspersa aqua. Secunda in deserto, māna. de celo. Tertia in terra sancta, fructus palmæ. Prima est incipientium per penitentiā. Secunda proficientiū per eucharistiā, Tertia est perfectorum & beatorum & per grām, quibus Christus filius Mariæ in primium, & fructus uictoriæ, id est æterna beatitudo in hostium exhibetur triumphum.

De tubis sacre scripturæ: & quod eius attenda lectio mundi pariat contemptum. Tit. III.

Iericho, quæ tubis obruitur sacerdotum, mūdus est. Iesus ergo Naue ueniēs, id est Christus in carne apparens, mittit Apostolos portantes tubas ductiles, prædicationis scilicet magnificam, cælestemque doctrinam: quorum primi sunt Matthæus, & Marcus, Lucas & Ioannes, qui singuli singulis tubis cecinerunt. Petrus duarum epistolarum tubis, Iacobus & Iudas unius, Ioannes trium, & nouissimus ille, qui dixit: Puto, quod nos Deus Apostolos nouissimos ostendit: & qui in quatuordecim epistolarū tubis muros Ierichontinos fulminauit, idololatriæ machinas, & uitiorum muros diruens: ita ut tuba populus uniuersus (secundum aliam translationē) ulularet iubilo magno in destructionem ciuitatis: cum iam uniuersus mūdus prædicationi assentiat, idololatriā relinquendo. Beatus enim populus, qui scit iubilationem: Quæ est quidam concordia & unitatis affectus: qui cum incidit in duos uel tres, quæcunquæ petierint præstat illis pater celestis. Si uero tanta fuerit beatitudo, ut etiam populus concors maneat in eodem sensu & sententia, iubilet populus, & profusus ruet ciuitas mundi. Sed & unusquisque debet hoc in seipso complere. Habes in te per fidem Iesum ducem: sacerdos est, nam genus regale sacerdotium sactum. Fac tibi ductiles tubas de scripturis (inde enim ductiles uocantur) & cane in ipsis, id est in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus: & si sic cecineris tubis, & septies arcam circumuleris, id est si legis mystica præcepta ab euangelicis non separaueris: si etiam iubilationis consensum exigas de te ipso, id est si cogitationum & sensuum tuorum populus, qui intra te est, concordem in bono proferat uocem: Iericho tibi destruitur, mundus destruitur, ut nihil de ijs, quæ mundi sunt, retineantur. Anathema enim esse perhibetur, cum dicitur: Custodite uos ab anathemate, ne faciatis castra filiorum Israel anathema. Quod Ioannes Epistolæ suæ tuba personat dicens. Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt. Qui enim ea, quæ mundi sunt, in Ecclesiam portant, polluunt castra Dei, & uinci faciunt ab inimicis, dicente Apostolo. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Videamus quale sit furtum anathematis. Lingua aurea poetarum est lectio, quæ modulatis uersibus, & præfulgido sermone deos, deasque contextit. Lingua aurea, quam posuit in tabernaculo suo, & tuta dextralia, huius eloquentiæ suauitatem ne introducas in tabernaculum cordis tui. Lingua enim aurea ne efficiaris sicut Basilides & Valentinus, sed

neque
1. Ioan. 2
1. Cor. 5
H
Ios. 7.
Regula non lingua in nostra est translatione.
† Ducen-
tos si-

neque puta dextralia, id est sola opera, quibus nihil miscetur diuinum, sed totum secundum hominem geritur. Item propter peccatum anathematis iij, qui habitabant Hai plurimos ex Israel interemerunt. Sed aduersus hunc ueniens Iesus Naue diuidit populum in duas partes: sic quod primis fugientibus & post in hostes medtos resilientibus, eos hinc inde occidit, & regem Hai gemino ligno suspendit. Hai interpretatur Chaos, quod est habitaculum dæmonum, quorum rex Zabulus, a quibus (quoniam peccauimus) uicti & prostrati sumus, sed ueniens noster Iesus populum duas in partes diuidit. Duæ partes Iudæus & Gentilis populus, de quibus Apostolus. Gloria & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primū & Græco. Iudæus quasi interior uideatur fugere, cum a legali onere, & sabbati recedit obseruantia. Verum in hostes reuertitur, cum per obseruantiam euangelij in sequentes insurgit. Populo que posteriori, id est Gentili quasi a tergo persequente malignorum exercitus conteritur, & rex eorum Zabulus gemino ligno suspenditur a Iesu, cū in ligno crucis, quæ gemina fuit iuxta Apostolum, de diabolo triumphauit, illum cruce affigens. Crux siquidem Christi ligno gemina fuit, & ratione constat duplici. Quia uisibiliter filius Dei crucifixus est, inuisibiliter in ea Zabulus affixus. Prima, qua iuxta Petri uocē Christus crucifixus est, nobis relinquens exemplum: secunda, qua crux illa de diabolo trophæum fuit. Hanc duplicem crucis rationem Apostolus ostēdit dicens. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Duo sibi contraria dicit crucifixa, se iustum & mundum peccatorem. Mundo autem crucifigimur, cum nihil in nobis inuenit: Mundus nobis, cum peccata non recipimus.

De altari ex lapidibus constructo, & de ueteronomio in eis scripto. Titulus. IIII.

Post euerisionem Hai ædificat Iesus altare iuxta illud, quod fecit Moyses ex lapidibus. In integris, quibus non est iniectum ferrum: quia post subuersionem dæmonum & uitiorum efficitur ex multis integris: quia sine uitiorum corruptione sunt, quibus, non est iniectum ferrum, id est qui iacula maligni ignita concupiscentiæ non receperunt. Vnum altare: propter unanimitatem, unum: altare, quia in eo quasi in quodam altari offertur holocaustum, quantum ad eos, qui se totos mancipant diuinis obsequijs: & sacrificium, quantum ad eos, qui licet adhuc in seculo utantur licitis, tamen abstinent ab illicitis. Scripsitque super lapides altaris deuteronomium, id est secundam legem. Si uis uidere quomodo prima lege infirmata secundam scribat Iesus, audi ipsum dicentem. Dictum est antiquis: non occides. Ego autem dico uobis, quoniam omnis, qui irascitur fratri suo, homicida est. Dictum est antiquis, non moechaberis: Ego autem dico uobis, quod omnis, qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam moechatus est in corde suo. Dictum est antiquis: non periurabis. Ego autem dico: nolite omnino iurare. Vides quomodo Iesus scribat secundam legem in lapidibus: non in lapideis, sed cordis tabulis: non

Lex Christi in quo, & quo sit scripta.

atramento, sed spiritu Dei uiui.

De Chananæi triplici statu. Titu. V.

Quis ascendet ante nos cōtra Chananæum &c. Tripartita inuenitur Chananæi narratio. Primo in Ephrem sub tributo, donec ueniens Pharao incederet ciuitatem, & Chananæum occideret, & in dotem daret filia. Secundo, ubi inualuerit filij Israel, fecerunt Chananæos subditos & seruos, sed exterminatione non exterminauerunt. Tertio dicitur filiis Ephrem, inter quos prius erāt tantum sub tributo, ut exterminarent eos. Chananæus igitur, qui mobilis, & incertus interpretatur, caro nostra est semper nobiscum quam tuncquæ fructificans. Ephrem enim fructificatio interpretatur. Hæc igitur mouetur contra bonos fructificare incipientes: quia omnis, qui pie uult uiuere, persecutiones & a carne & a mundo & a diabolo patitur: quia caro primo est sub tributo tantum, quia ministerium quoddam agendi animæ tribuit, & nisi eam subiciat, uerendum ne Pharao & ciuitatem, id est animam, & Chananæum, id est carnem, occidat: & filia sua, id est legi peccati in dotem præscribat. Secundo itaque inualescentes filij Israel illum seruum & obedientem faciunt: cum caro uoluntati animæ seruit & obedit, licet repugnet quādum pugnat aduersus spiritum, exterminatione non exterminatur. Si autem tertio ex præcepto Iesu iuxta Apostolum, mortificamus membra nostra, fornicationem, immunditiam, & cætera, ut iam non resurgant contra nos, mortem Christi in corpore nostro circumferentes, exterminari profusus dicitur Chananæus. Procu remus itaque Chananæum, qui nobiscum est, subicere nobis, & obedientem facere, & etiam exterminare: quia si negligimus, ueniet Pharao ex Ægypto, nostrumque locum dabit filia, legi scilicet peccati. Absit ab Israelitica tribu, ut quam Deus eduxit ab Ægypto iterum seruiat Pharaoni, quem submersit in mari rubro. Præualeamus contra Chananæum, ne si ipse inualuerit, de Israelitis nos faciat Chananæos, sicut ille effectus est, cui superato carnis illecebra dicitur: Semen Chanaam, & non Iuda, species decepit te. Sequitur: maledictusque Chanaam puer. Dañ. 13.

Iudicem ecclesia non semper gladio, id est austeritate, sed interdum parte aratri, id est lenitate, in subditos uti decere. Titu. VI.

Ahod ambidexter nihil habens sinistrum, gladio femore dextro accinctus principem Iudic. 3. Mors occidit. Sangar uero filius Anath & succedens uomere ceu stiuā, id est pede atrati iterfecit alophilos. Docet per hæc scriptura, ut iudex ecclesiæ non semper proferat gladium, & acutissime correctionis utatur & austeritate, sed aliquando aratro animæ terram sulcans, & clementi commotione rescindens aptis eam suscipiendis seminibus parat. Sæpe enim non minus agresti & simplici admonitione de animis auditorum ultra tranquillam allophili depelluntur, quam acri correctione. Sed

N Iudiciū

Exterminatio Chananæi quomodo fiat.

Sed & tu ipse auditor utere hoc aratro, factus agricola tuę animę, & cum ad illud miseris manum, ne aspicias retro.

De Madianitarum expugnatione: & de uellere Gedeonis, & rore eius, & ceteris. Tit. VII.

Iudi. 6. **M**adianitę ad expugnandum Israel castra ponunt in ualle Iezrahel. In ualle, quoniam ad eos, qui sunt in montibus, nō audent accedere Madianitę, qui interpretantur extra iudicium. i. demones, qui iam iudicati sunt. In uallem autem Iezrahel, quę interpretatur semen Dei. Non enim sunt ausi ire, ubi sunt fructus, sed tamen semen, quō fructus nondum ascendit. Contra eos Gedeon pugnatus post signum uelleris compluti & deinde areę, Deū consuluit. Ros primum in uellere diuinum est uerbum in Iudęa, in lege, & prophetis, post in area. i. Gentilitate, in apostolis uidelicet & euangelio. Vnde descendit sicut pluuia in uellus Iudęorum, & sicut stillidia super terram Gentilitum. Gedeon uellus expręssit in concham, & repleuit eam rore. Hic est Saluator, qui de uellere legis & prophetarum aquam uerbi ponit in peluim quasi rorem cęlestis gratię, ut lauet pedes discipulorum, unde dicit, Vos mundi estis propter uerbum, quod loquutus sum uobis. Sed & nos si prębeamus Domino pedes nostros. i. pedes animę nostrę, paratus est ipsos lauare gratia Spiritus sancti, uerbo doctrinę: & dicere, Laui pedes uestros, ut & uos iura faciatis. Accipiamus uero aquam de fontibus Israel, & exprimentes eā de uellere librorum regum, iudicium, & ceterorū: mittamus eam in peluim prius animę nostrę concipiēdo sensum in corde, deinde acceptis pedibus fratrum nostrorū in gntum ualemus lauare pedes animarum eorum, Domini cōplentes mandatum, ut in uerbo doctrinę purgetur auditores a sordibus peccatorū, & mundos habeant pedes, quibus recte ingrediantur ad preparationem euangelij pacis, quo oēs Deus simul in Christo purificat per uerbū Dei. Non abijciamur de thalamo sponsi pro sordidis indumentis, sed candidis uestibus, lotis pedibus, & mundo corde recumbamus in conuiuio sponsi nostri Iesu Christi. Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Ros in uellere, & postea in arena. Plal. 71.

Ioan. 15.

Ioan. 13.

De recentis, qui bibentes aquam fluuialem non curauerunt genua. Tit. VIII.

Iudi. 7. **P**ost acceptum signum: in quibus uicerit Gedeō noster uideamus. In illis. n. uicit, qui ducti ad aquam probantur, qui non curant genua ut bibāt, sed lambunt manu uel lingua. Nam qui uenientes ad aquam baptismi uel pœnitentię procidunt in terram, terram requirendo, hęcunt genua, & tentationibus cedunt, demissas habentes affectiones, & soluta genua, & non rectum facientes gressum in semitis suis, ab hac pugna repelluntur & uictoria. Qui uero stant, & iterum iuxta commonitionem Apostoli non harent iugo seruitutis, sed aquam manu & lingua lambunt, idest sicut milites Christi uerbo operantur & manu, quod dicunt opere adimplentes: Et hoc sicut canis, qui amorem domini sui usq; ad

mortem seruat nullis resectus iniuriis. Laternis, & lampadibus, ac buccinis hostes uincunt. Claris siquidem operibus & uerbis id peragendum. Et similitudo hostium sumitur a similitudine locustarum. Locustis enim dæmonum comparatur multitudo, qui bus nec in cęlo, nec in terra sedes est.

De septemplici lepra superbia humane. Titu. IX.

Eliseus Naamam leprosum septies in Iordane mergi pręcepit. Septempliter enim occupat nos lepra superbię: In proprietate possessionū, in gloria uestium, in uoluptate corporū, in ore dupliciter, in corde dupliciter. A prima igitur, qua diuites esse uolumus in hoc seculo, mudamur in primo descensu Iordanis, qui descensus interpretatur. In descensione enim Christi, id est in humilitate conuersationis eius, qua cum esset diues, factus est pauper, si quis merus uiderit, quōd ille non habuit, tibi caput reclinaret, quādo quæreret diuitias seculi huius? A secunda lepra, quę est uestium, in qua omnē pompolam seculi uanitatem intelligimus, in Iordanis emersione mundamur, ubi inuenimus Christū uilibus pannis inuolutum, factum opprobrium hominum, & abiectioem plebis. A tertia, quę est corporis lepra, mundamur in ipso Iordane, si bene cogitantes dominicā passionem, erubescimus sequi corporis uoluptatem. A duplici lepra oris, quę est quarta & quinta, qua in aduersis murmuris uerbum tanquam leprę saniem educimus, & in prosperis iactantię malum, tanquam alterius leprę putredinem cōtrahimus, in Iordane merfi mundamur, cum illum attendimus, qui cum tanquam ouis ad occisionem duceretur, non aperuit os suum: Et imitatur eum, qui non querebat gloriam suam: unde & demonibus imperabat ne ipsum filium Dei uocarent. In corde quoq; duplex est lepra, propria, & uoluntas, quę nec Dei uoluntatem nec proximi sequitur utilitatē. Ea q; tripliciter peccat, uolens. i. Deum uel non posse, uel nolle, uel nescire peccata sua punire: & ita uult Deum non esse, cum eam uult aut impotentem esse, aut iniustum, aut insipientem. Ab hac immundissima lepra leuamur loti in Iordane, cum eū imitatur, qui non uenit facere uoluntatem propriam, sed eius, qui eum miserat, patris: nec suum proprium consilium, quo obstinatus aliorū nō acquiescit consilio, unitatem diuidit, pacem scindit, charitatis experts est. Hac lepra suffusus homo lauetur in Iordane, attendens quomodo magni consilij angelus cōsiliū, quo in medio doctorū eos audire & interrogare elegerat, consilio matris, & patris, ceterorumq; parentum subditus illis postposuit.

De septemplici humilitate Christi. Tit. X.

In Iordane. i. in descensu humilitatis Christi, qui septempliter uirtutis est: septies si lauaberis, mūdaberis. Prima uirtus fuit, q; diues pauper factus est, secunda, q; paupertati extremitatē adiecit in p̄lepio positus. Tertia, quōd matri erat subditus. Quarta, quōd serui manibus sordes inclinatius lauit. Quinta, quōd discipulum furem & proditorem pertulit. Sexta, quōd tā mansuetus ante iniquū iudicē stetit. Septima, q; pro sequeb? se orauit. In hoc Iordane septies

Lauari hominem in Iordane quādo fit.

septies lauaris quasi quibusdam uestigijs licet longe gigantem sequutus, si paupertatem diligis, si inter pauperes extremitatē diligis, si monasterij subditus es disciplinis, si minorem tibi pręesse tuleris, si falsos fratres equanimiter pateris, si mansuetudine uincas cum iudicaris, si charitatem rependas, a quibus iuste pateris. Hoc est secundum baptismū, in quo impletur ueritate, quod in vnico fit specie, quod mortem Christi iterat, sed mortificationem & sepulturam criminum instaurat. Qui in hoc lauat, mundatur: ut sit cor & caro eius sicut pueri habens intus innocentiam mentis, & foris puritatem in membris.

De agrotatione Ezechie regis, & eius curatione morali. Tit. XI.

Esaie. 38

Aegrotat Ezechias usque ad mortem &c. Aegrotat Ezechias dum quilibet peccat. Ad eum intrat propheta, & dicit: Morieris tu, & non uiues, dispone domui tuę: cum sermo intrans ad mentem peccantis ait. Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Omnis arbor, quę non fecerit fructum bonum, excidetur &c. Et ideo dispone domui tuę idest ordina conscientiam tuam. His compunctus ad parietem faciem vertit, quando murum peccatorum, qui struitur cum peccata peccato additur, quique inter peccatorem & Deum separat, prę oculis ponit: quem prius quasi a tergo, cum ea non curaret, habuerat: & illum diruendum tētat, quot fletibus, quasi tot ictibus pulsatur. Sicut negligenti mortem intentauerat, ita idem propheta uitā promittit, cum ait. Quicumque peccator ingemuerit, omnium iniquitatum eius nō recordabor. Et nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur & uiuat. Non qualencunque uitam, sed quindecim annorum. Quindenarius in se continet septenarium, qui propter spiritum septiformem sacratus est numerus, & octonarium, qui post resurrectionem suam figurat quietem. Hanc uitam promittit propheta, dum interim perfectam iustitiam per septiformem spiritum in futuro plenariam corporis & animę reparationem cōuersis scriptura proponit. Tunc quia in signum per decem linesas sol reuertitur, quia per obseruationem decem mandatorum Deus recuperatur, cuius umbram quasi tot lineis acceperat, quot peccatorum tenebris mandata uolauerat. Ad nos ergo cū egrotamus intret propheta, uerbisq; ipsius compuncti conuertamus faciem mentis ad parietem peccatorum nostrorum, ac illū iuxta prophetam, qui ait. Fode parietē & uide abominationē: lachrymis perforemus, dicentes: Latabo per singulas noctes lectum meum. Quasi dicat: destrua per singulos lapides parietem meum. Hoc aut per humilitatē, quam Deus in pœnitentię maxime requirit, debet fieri. Disputat. n. Salomon a cedro, quę est in Libano usq; ad hissopum, qui nascitur in pariete. Cedrus, qui imputribilis est, & cęteris fere arboribus procerior, iustus est, qui nec hic per uitia, nec in futuro computrescit per tormenta, & qui ad cęlum extensus dicere pot: Nostra conuersatio in cęlis est. Hissopus herba humi

Ezec. 18 Matt. 3.

Ezec. 18

Y

Quindenarius cur numerus sacratus.

Ezech. 8

Psal. 6.

3. Reg. 4

Z

lis, quę purgat & tumorem deponit, humilitatem significat, quę uitia purgat, superbiam abijcit. Salomon igitur nostra a cedro usque ad hissopum, qui nascitur in pariete disputat: quia sermo Dei ab innocentia, iustitięq; ad pœnitentię usq; pertingit humilitatē, quę nascitur in peccatorū constipatione. Pœnitenti autē, qui non nisi Deo confortante conualefcit, regis nomen est Ezechie, qui interpretatur, confortauit Dominus.

De missione ad Seon idest diabolus, & qui sint filij eius, & quę sit uia regia, per quam nobis transeundum est. Tit. XII.

Misit Israel ad Seon regem Amorrehorum diacens. Obsecro, ut transire mihi liceat per terram tuam &c. Seon interpretatur tentatio, & ideo diabolus significat, qui quotidie nos tentat. Rex autem dicitur: quia ipse rex est super omnes filios superbię. quid. n. prodest dicere, q; Christus est princeps nolter, si rebus & operibus arguamur, q; diabolus principatum habet in nobis? An non palā est sub quo principe agat avarus, impudicus &c. In quo Christus principatū gerit, uitia non habent locum. Nos itaq; sumus, qui ad istum regē mittimus ut per terrā eius transeamus ad terrā sanctam. Recordetur vnusquisq; nostrum, cū primū uenit ad aquas baptismi, & postea ad professionem ecclesiasticam, quō hęc omnia fecerimus, & denuntiauerimus diabolo nos moram nō facturos in terra eius, nec declinatos in uineā, uel agrū ipsius, id est neque ad sensus diabolicos, neq; ad opera eius: non aquam bibere de lacu ipsius, idest nihil diabolicū sapere, sed de fontibus Israel. Et transituros uia regia idest omnibus pompis eius abrenuntiando per illā uiam regiam incessuros, quę ait. Ego sum uia, & ueritas, & uita. Vnde hoc magis incitat regem, q; diximus nos cum eo nolle morari. Vnde sequitur. Qui statim contra Israel congregat exercitum suum, id est omnium uitiorum spiritus. Sed quid fecit Israel? Venit in † Lasa. Lasa interpretatur mā dati adimpletio. Si uenimus nos ad istum locum, ut impleamus mandata, etiam si cum omni exercitu ueniat contra nos Seon: si omnes suos & demones & homines aduersum nos exciter, superamus eum, & omnes uirtutes ipsius calcamus iuxta illud. Ecce dedi uobis potestatem calcandi super scorpiones, & super omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit.

De quadruplici lucta, & supplantatione Iacob. Tit. XIII.

Iacob erexit lapidem in titulū. Quater luctatus est Iacob. Cum fratre adhuc in utero, in adolescentia cū eodē in domo, in Mesopotamia cū Labā focero suo, & ad ultimum cum angelo in Bethel. Primo supplantationis exercitio, secundo supplantationis consilio, tertio contentiois iurgio, quarto nocturnę uisionis somno. Iacob igitur quater luctatus, quaterque in lucta uincens hominem uirtutibus fortem significat, qui quatuor genera

Salomon a cedro usque ad hissopum disputat, qd sit.

A Nu. 21.

Iob. 41.

B

Ioan. 14

† Saar.

Luc. 10.

Gen. 28.

M. Hug. à S. Vic. To. ij. O tenta-

tentationum exuperat. hae sunt vires leonum in tribulationibus, venena draconum in haeresibus, leporina suauitas in carnis motibus, vulpina dolofitas in fallis fratribus. Lapis erectus, Christus est de

Dan. I I D monte sine manibus excisus, in montem excrefcens magnum mirabilis factus, medius lapis inter virunque parietem. Huic inferitur titulus: Em, ma, nu, eel in quatuor angulis, quod interpretatur nobiscum Deus: Quia quatuor modis nobiscum est Deus, per praesentiam maiestatis, per participationem humanitatis, per vinculum charitatis, per patrociniū ueritatis. In primo cognoscit mala nostra, in secundo expertus est ea, in tertio compatitur confratribus, in quarto aufert ea: & est Emmanuel nobiscum Deus. Et ut scires quis Deus dixerit, in secunda quadratura per quatuor dictiones in quatuor angulis disposuit, Deus, admirabilis, consiliarius, fortis: quia quatuor sunt, quibus operatur Deus in nobis. Iustitia, in gloriosa bonorum retributione, in eo, quod Deus dicitur: potentia, in aeterna malorum damnatione, in eo quod admirabilis: sapientia, in integra rerum cognitione, in eo quod dicitur consiliarius: patientia, in necessaria malorum persecutione, in eo quod dicitur fortis. De primo dicitur, Iustus Dominus, & iustitias dilexit, bonos remunerando: de secundo, Magnus Dominus, & magna uirtus eius, malos puniendo: de tertio, Cui omne cor patet, & omnis uoluntas loquitur, omni reuelata cognitione. De quarto, Sicut onis ad occisionem ductus est, in obiecta contradictione. Sed licet in secundo diffinitionem posuerit, quia sine nomine rerum cognitio perit. In tertio lateat titulum inscripsit. hia, he, uau, her, quod est tetragrammaton. Quia quatuor sunt quadrantes uerbi, id est praedicationis Domini Saluatoris nostri. Primus, quia corde debemus credere. Secundus, quia quod credimus, confiteri debemus ore. Tertius, quia quod confitemur, implemur debemus opere. Quartus, quia quod impleuerimus, non cessemus edocere. Est igitur primus in corde per conceptionem, secundus in ore per confessionem, tertius in opere, per exhibitionem, quartus in doctrina per praedicationem. Primus iustificat, quia corde creditur ad iustitiam. Secundus salutem praestat, quia ore confessio fit ad salutem. Tertius eternitatem donat, quia bonum opus caelum referat. Quartus gloriose coronat, quia doctrina meritum accumulat. Quarto titulus inscribitur per quatuor nomina, Deus, spiritus, caro, mundus: quia hi quatuor uicissitudine quadam in se mutuo debitores inuehiuntur. Deus debet spiritui, ut eum & cognitione ueritatis illuminet, & amore uirtutis inflammet. Spiritus debet Deo in ijs oibus, quae agenda sunt, ab ipso erudiri, & secundum ipsum, quae potest operari. Spiritus uero debet carni, ut eam a malis cohibeat, & in bonis agendis exerceat. Caro debet spiritui in bono agendo ministerium: & in commodo agenda, appetendo modum. Caro quoque debet mundo quod necessitatis est ab eo sumere, quod uirtutis est exercere. Mundus debet carni in necessitate subsidium, in exercitatione incitamentum.

Deus nobiscum quatuor modis est.

Quasi in la quatuor, quibus operatur Deus in nobis.

Psal. 10.

Pl. 146.

Esaie. 53

Verbi, id est praedicationis Domini Saluatoris nostri. Primus, quia corde debemus credere. Secundus, quia quod credimus, confiteri debemus ore. Tertius, quia quod confitemur, implemur debemus opere. Quartus, quia quod impleuerimus, non cessemus edocere. Est igitur primus in corde per conceptionem, secundus in ore per confessionem, tertius in opere, per exhibitionem, quartus in doctrina per praedicationem. Primus iustificat, quia corde creditur ad iustitiam. Secundus salutem praestat, quia ore confessio fit ad salutem. Tertius eternitatem donat, quia bonum opus caelum referat. Quartus gloriose coronat, quia doctrina meritum accumulat. Quarto titulus inscribitur per quatuor nomina, Deus, spiritus, caro, mundus: quia hi quatuor uicissitudine quadam in se mutuo debitores inuehiuntur. Deus debet spiritui, ut eum & cognitione ueritatis illuminet, & amore uirtutis inflammet. Spiritus debet Deo in ijs oibus, quae agenda sunt, ab ipso erudiri, & secundum ipsum, quae potest operari. Spiritus uero debet carni, ut eam a malis cohibeat, & in bonis agendis exerceat. Caro debet spiritui in bono agendo ministerium: & in commodo agenda, appetendo modum. Caro quoque debet mundo quod necessitatis est ab eo sumere, quod uirtutis est exercere. Mundus debet carni in necessitate subsidium, in exercitatione incitamentum.

Vicissitudine quatuor quae eorum effectus. Rom. 4. Ibidem.

F Vicissitudine quatuor quae eorum effectus. Rom. 4. Ibidem.

De altari aeneo, & oblati super ipsum. Tit. XIII.

S Vb altari aeneo est fouea habens ignem perpetuum, ante quod immolantur carnes animalium. Altare obedientia: aeneum, quia ea aedeo est fortis, ut neque mors, nec vita ab ea separet, sub quo est fouea humilitatis habens ignem charitatis, ante quod immolantur taurus, aries, haedus. Taurus superbiens, aries lasciuens, haedus scaetens. In tauro superbia, in ariete ira, in haedo luxuria. Ante hoc altare taurum immolamus, cum per humilitatem superbiam domamus: quod necessario fit in anima antequam perfecta insit obedientia. Arietem & haedum, cum per patientiam iram refrenamus, & per castitatem luxuriam restringimus. & haec fiunt in aia antequam perfecta insit obedientia.

Quod Sacerdotum Domini pars sit Dominus: Sacerdotum Pharaonis terrena possessio. Titu. XV.

S Acedoribus Pharaonis terra relinquitur a Ioseph, Dominus autem suis non concedit, sed aufert dicens, Ego sum pars uestra. Obseruate uos Domini sacerdotes, & uidete quia qui habent potestatem in terra, & terrenis actibus, & cultibus student, non Domini sed Pharaonis sacerdotes uidentur. Festinate transire a sacerdotibus Pharaonis ad sacerdotes Dni, quibus non terra Dni, sed ipse Dominus portio est. Conueniat conscientiam suam, & iterna rone se discutiat, an Deo an Pharaoni de seruiat, cui seruire est daemionibus subditum esse, & uitijs & desiderijs carnalibus.

De veste non mutanda, & moribus non simulandis per hypochrism. Tit. XVI.

N ON induetur uir ueste scaeminea, nec scaemina uirili: quia talis abominabilis est apud Deum: in quo non uelitis mutatio, sed uirtutis simulatio hominem facit abominabilem. Hypocrita enim se iustum fingens, cum sit uiribus & uoluptatibus scaemina, ueste induitur uirili: foris otis, intus lupus. Vir quoque sanctus, si eam mollitiam, quae intus non est, foris ostendit, scaemineo utitur indumento:

Testimonia tria sanctorum in cofirmationem fidei christiana. Tit. XVII.

T Estimonia tua credibilia facta sunt nimis. In martyribus: Tria sunt, in quibus sancti plurimum contulerunt christianae religioni, documentum, testimonium, exemplum: documentum praedicationis, testimonium confessionis, exemplum passionis. Quia tria maxime exiguntur, fides, spes, charitas: documentum praedicationis plurimum contulit ad fidem edificandam, testimonium confessionis ad spem erigendam, exemplum passionis ad charitatem excitandam.

De duplici circuncisione necessaria ijs, qui canticum nouum Domino cantare uolunt. Tit. XVIII.

L Psal. 39. Psal. 97.

Ro. 12. Carnis circuncisio quomodo fieri debeat, & in quibus partibus subsistat.

M Metis circuncisio in quot, & in quibus consistat.

I Mmisit in os meum canticum nouum. Et alibi. Cantare Domino canticum nouum. Ut innouari, & canticum nouum cantare ualeamus, necesse est ut duplici circuncisione muniamur, sicut de populo antiquo legitur, quod bis fuerit circuncisus. Circuncidamur duplici circuncisione carnis & metis, sicut dicit Apostolus, Prouidentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Circuncisio carnis in tribus consistit, habitu, actione, & sermone. Et quia ista tria in exterioribus penduntur, ad carnis circuncisionem pertinere dicuntur. Cauemus in habitu esse notabiles, in actione reprehensibiles, in sermone contemptibiles. Quod erit si unumquodque istorum triplici qualitate formabitur. Actio puritate, pietate, pudicitia. Debet actio esse pura, ut munditiam exhibeat: pia, ut misericordiam redolet: pudica, ut nec Deum nec proximum laedat. Sermo autem debet ornari ueritate, utilitate, humilitate. Veritate sine fuce simulationis, & admixtione falsitatis: utilitate, ut auditores edificet: humilitate, ut uenustate rhetorici ornatus non turgescat. Si in hunc modum ornati fuerimus, nec in habitu, nec in sermone, nec in actione notabiles erimus. Ecce quomodo circuncisio carnis debeat fieri, & in quibus partibus subsistat. Circuncisio autem mentis in tribus consistit: Cogitatione, affectione, intentione. Cogitatio in memoria tanquam in arca uersatur. Memoria. n. arca est, qua seruare debemus, quae prompta habere uolumus: eius autem ministra est cogitatio, quae inducit quaecunque in eam inducitur, & educit quaecunque educuntur. Si quid autem inducatur inhonestum, surgat recordatio nostrae professionis, & reuocemus ad memoriam quod clerici sumus id est promissores castitatis, cultores iustitiae, in numerum leuitarum assumpti, ut Deo grata offeramus sacrificia. Si haec sacrificia obtulerimus, quicquid inordinatum cogitatio induxerit, repellitur. Item si affectio uelit aliquid turpe immittere contra honestatem, occurrat memoria caelestis patriae, ubi uita sine morte, lux sine nube, dies sine nocte, pax sine fine. Vbi laudabilis numerus angelorum, chorus Apostolorum, exercitus martyrum, coetus confessorum, & uirginum. Item si intentio aliquid contra rationem molitur inducere, ut Deus excludatur, diabolus inducatur: occurrat nobis timor gehennalis supplicij, reducatur ad memoriam timor ille ignis inextinguibilis, ubi fames continua, sitis nunquam repellenda, frigoris & aestus intolerabilis cruciatus, & innumera uermium miseria, tenebrarum horror, dentium stridor, & septernus horror in habitans. Prima ergo cogitanda, media complectenda, uelima sunt fugienda: ut sit cogitatio munda, affectio sancta, intentio pura. Ita circuncidi debemus carne & mente: & si ita circuncisi fuerimus & inuouati, poterimus exultare, & cantare canticum nouum, quod nemo nouit, nisi qui cantat.

De Ziphais Dauid Sauli prodere conantibus, sicut electos morti conatur diabolus. Tit. XIX.

N 1. Reg. 23. & 24.

I Nter Ziphaios latitat Dauid, a quibus proditur Sauli: sed Saul in manus Dauid fugientis in speluncam traditur. Ziphai, qui florentes interpretantur, illos, qui hodie florent, & cras in clibanum mittentur, significant. Inter illos latet Dauid: sancti mundo mortui, quorum uita abscondita est in gloria. Saul est mors, per quam diabolus significatur, cui a Ziphais produntur sancti, dum eos laborant trahere in regnum mortis: qui potius dum in speluncam, id est corpora sanctorum, turpitudinis suae uult suggestiones immittere, traditur in manus sanctorum, dum ab eis in sua tentatione superatur.

De obsidione, & expugnatione quadruplici Hierusalem moraliter. Tit. XX.

P O fuerunt signa sua signa &c. Omnes, qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionem patietur. Hinc Hierusalem ciuitas plena populo, domina gentium, princeps prouinciarum, sedet sola, uidua sub tributo. Primo ab Assyrijs, secundo a Chaldeis, tertio ab Anthioco, quarto expugnata a Romanis. Hierusalem quadrifariam habet significationem. Prima, ciuitas ista terrena. Secunda ecclesia catholica. Tertia, fidelis anima. Quarta, quae sursum est mater nostra. Terrenam impugnat praefati homines. Secundam idololatram, & falsi Christiani. Tertiam uitia, peccata, daemones. Huius uitij exposita, peccatis conculcata, daemionibus oppressa, obsidione propheta deplorat dicens. Posuerunt signa specialiter Assyrius, Chaldaeus, Antiochus, Romanus. Assyrius interpretatur dirigens, in quo superbia notatur: hic ponit duo signa, arrogantiam & praesumptionem. Chaldaeus ferox, in quo inobedientia: & hic duo, iactantiam & impatientiam. Antiochus contrarius pudicitiae, in quo fornicatio signatur: & hic duo, crapulam & ebrietatem. Romanus elationis sapor, qui est auaritia: hic est tanquam singularis ferus, qui ut omnia depascat, quinque signa ponit, rapinam, simoniam, ambitionem, libertatem culpae, desperationem ueniae. Hi igitur spiritus uitorum, principes tenebrarum circundant Hierusalem, id est animam, ponunt vexilla praedicta, portas custodiunt.

De perfecta ciuitate, & ei necessarijs. Tit. XXI.

P Psal. 73.

E X ciderunt ianuas eius in securi, & ascia deiecerunt eam. Supra de obsidione: hic agitur de ipsius ciuitatis subuersione. Quatuor sunt ad perfectam ciuitatis situm pertinentia. Prima sunt ad sanitatem, secunda ad firmitatem, tertia ad decorem, quarta ad necessitatem. Sic etiam M. Hug. a S. Vic. To. iij. O 2 ad

Quatuor sunt ad perfectam ciuitatis situm pertinentia.

ad situm animæ, ad sanitatem sunt mandata vite, ad firmitatem exercitia disciplinæ, ad decorem charismata gratiæ, ad necessitatem consilia gloriæ. Huius ciuitatis prima ianua seu porta est penitentia: eius ianitor compunctio: in hac porta feruantur mandata. Secunda porta obedientia: ianitor carnis mortificatio: hic inueniuntur exercitia disciplinæ. Tertia ianua, constantia: ianitor deuotio: ibi sunt charismata gratiæ. Quarta puritatis eminentia: ianitor gaudij cœlestis recordatio: hic feruat consilia gloriæ. Primam igitur portam oppugnat amor seculi, secundam amor sui, tertiam præsumptio, quartam elatio. Vnusquisque habet securim & asciam. Amor seculi venit cum securi, libertate scilicet peccandi, & ascia adulationis: tunc pœnitentia frangitur, compunctio occiditur, mandatorum custodia aufertur. Dicit enim: In fortitudine mea feci, & in sapientia intellexi. Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Amor autem sui accedit cum securi, idest petulantia carnis, & ascia ambitionis. Proh dolor: Dissipatur ieiunium, conculcatur continentia, & silentium perimitur, & omne perit religionis exercitium. Dicit enim. Omnia ad vsum creata sunt: coronemus nos rosis, antequam marcescant. Non nos prætereant flos temporis, comedamus & bibamus, cras moriemur. At præsumptio portam constantiæ aggreditur cum securi iactantiæ, & ascia ineptiæ lætitiæ. Tunc perit cœlestium charismatum decor, sermo sapientiæ, sal doctrinæ & diuinæ reuelationis, & huiusmodi honor. Elatio tandem ad puritatis portam expugnandam accedit, cum securi præsumptuosæ indignationis, & ascia gloriæ inanis. Heu statim destruitur mentis puritas, paradisi calcantur fercula, sponsi & sponsæ disiunguntur oscula, & omnium gaudiorum dirumpuntur consilia. Tunc destruitur dilectio, & aufertur contemplatio, vt vere de his dicat propheta. Defixæ sunt in terra portæ eius, perdidit & contriuit vectes eius, & omnia diripuit. Seruite fratres Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quia si gloriamini contra Deum de consilij claritate, ipse est, qui adducit consiliarios in stultum finem. Si de iudicij potestate, sequitur in stuporem. Si de culmine sanctitatis, ducit sacerdotes inglorios. Si de nitore eloquentiæ, doctrinam fenum est auferens. De his dicit per Amos prophetam. Non erit fuga eis: quoniam non est, qui se abscondat a calore eius. Vereamini opera vestra, scientes, quia nullatenus parceret delinquenti. Minitrate in fide vestra virtutem, in virtute scientiam, in scientia patientiam, in patientia fraternitatis amorem.

Porta cuiusdam op-pugnatores. Exod. 5.

Sap. 2.

Thre. 2.

Psal. 2.

Amos. 9.

Psal. 18.

De multiplici visione. Tit. XXII.

T Efa. 6. Vidi Dominum sedentem super solium. excelsum & eleuatum &c. Tres sunt visiones. Prima a creatura mundi, de qua Apostolus: Inuisibilia Dei a creatura mundi &c. Secunda a puritate fidei, de qua idem, Videmus nunc per speculum, Ibidem, &c. Tertia a claritate rei & sponsi, de qua idem,

Tunc autem facie ad faciem. Aliter Prima visio est reuelatio cum materia & forma, & fit sub specie Angeli, sanctis patribus. Secunda est inspiratio sine materia sed cum forma, & fit suauitate vnguenti sanctis mentibus. Tertia emissio sine materia & forma, & fit cum mentis excessu in sponsi amplexibus. In prima visione anima fit solium, & excedit statum mundi. In secunda excelsum, & excedit affectum suum, & voluntatem interiorum in contemptu sui. In tertia eleuatum, & excedit officium angeli, & intellectum creaturæ, & possibilitatem naturæ in amplexu sponsi.

De tribus hostibus: & de tribus apud Salomonem v difficilibus. Tit. XXIII.

E Duxi te de terra Ægypti. &c. Egredientes de Ægypto Deus a tribus generibus hostium liberavit. In Ægypto ab Ægyptijs insequentibus. In medio ab Amalechitis. In ingressu terræ promissionis ab Amorrhæis occurrentibus. Sunt igitur genera hostium tria, a tergo, a latere a facie. Primus in conuersione: secundi in conuersatione, quasi in medio: tertij in solutione carnis & animæ, & ita in fine. Hæc sunt illa tria difficilia apud Salomonem. Via colubri super terram, idest suggestio. Via nauis in medio maris idest tentatio vitæ hominis super terram in amaritudine. Via aquilæ in cœlo idest intentio alicuius circa finem, scilicet contemplatio, qua in cœlum pennis virtutum anima iusti quasi aquila volat.

De septem sceleribus seu peccatis. Tit. XXIII.

S Vper tribus sceleribus Gaza & super quatuor non conuertam illum. Septem sunt scelera, tria sunt in anima, quatuor in corpore. Tria in anima, superbia, vana gloria, inuidia: proueniunt ex corruptis tribus viribus animæ, dum rationalitas in superbiam, concupiscibilitas in vanam gloriam, irascibilitas vertitur in inuidiam. Quatuor in corpore sunt, curiositas in oculis, loquacitas in lingua, crudelitas in manibus, voluptas in lumbis. Nam cum homo constans ex quatuor elementis ab igne lumen, ab aere verba, a terra corpulentiam, ab aqua naturalium percipiat humorum abundantiam: ex insolentia visus nascitur curiositas, ex leuitate linguæ loquacitas, ex soliditate corpulentia crudelitas. Vnde bruta animalia magis dedita corpori, magis sunt crudelia. Ex humore naturali, fit fluxus luxuriæ. Sic itaque tria in anima, quatuor in corpore vitia, tres & quatuor faciunt corruptiones, super quibus obstinatus non conuertitur peccator.

Vinus quis dicendus. & quis plures. Tit. XXV.

F Vit uir unus. Vnusquisque nostrum non est vnus, sed plures. Quomodo vnus est, qui nunc læti, nunc tristis, nunc irati vultum, nunc

nunc lenis, nunc auari, nunc luxuriosi cor habet? Vides quomodo qui vnus putatur, non est vnus, sed plures, in quo tot personæ, quot mores: quia & secundum scripturas stultus sicut luna mutatur: quæ cum sit vna per substantiam in mutatione semper alia a se est. Vnus autem est, sed & omnes vnus dicuntur, qui imitantur eum, qui vere vnus est, idem permanens & inuariabilis: non diuisi per bina, non scissi per schismata: idem semper sapientes, nec solum vnus, sed & vnum: sicut multitudo, cui cor vnum & anima vna: hic est, de quo

Act. 4. Apostolus: Vnus accipit brauium. Quia ergo iustus per hoc, qd non a se alter efficitur, vnus dicitur: in laudem eius dicitur. Fuit uir vnus de monte Ephraim noie Helcana. Ephraim f ructificatio, Helcana Dei possessio dicitur. Qui enim vnus est, non est de inhmis, sed de monte frugifero, & est possessio Dei, non dæmonis. Quem siquidem possident dæmones, non est vnus, sed multi: sicut & ipsi dicunt in eo, quem possidebant, qd legio ei nomen est. Hic vnus habet duas uxores: Annam prius sterilem, post habentem talem filium, qui assistat Deo, Samuelem: & Phenennam multos filios habentem. Anna gratia, Phenenna conuersio interpretatur. Vnusquisque qui vult esse possessio Dei, istas duas necesse est sibi iungat vxores: primam per fidem sibi gratia iungat, quia sicut dicit Apostolus. Gratia salui facti sumus per fidem. Secundæ quoque, idest conuersioni iungatur, quia post gratiam credulitatis fit morum commendatio, & vitæ confessio. Iste est ordo nuptiarum: sed alius est procreationis. Phenenna quidem primos filios parit: quia primos fructus de conuersione, & prima iustitiæ germina de actibus procreamus. Nisi enim ante conuertamur a malo, non poterimus de Anna idest gratia effici patres. Filij Phenennæ multi sunt, & licet accipiant partes non assistunt Deo: quia multa sunt opera iustitiæ in præfenti, pro quibus in futuro merces accipitur. Vnde dictum est Marthæ, Sollicita es, & turbaris erga plurima. Sed non assistunt Domino: quoniam hæc opera cessabunt. Prius ergo est conuerti a peccato, & fructus facere dignos pœnitentiæ: & post Anna idest gratia suscitata per æmulationem boni, orationibus filium gignit, qui Deo assideat & perseueret, de quo dicitur Mariæ, quod optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Filius .n. gratiæ Deo uacat, & uerbo Dei. Et uocatur Samuel, quod interpretatur vbi est ipse Deus. Est enim uere Deus in tali filio ecclesiæ, qui semper in uocat nomen eius. Vnde: Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.

1. Cor. 9. 1. Re. 1.

Mar. 5.

Z

Eph. 2.

Luc. 10.

Psal. 98.

De quatuor hominum ordinibus: & de triplici mundi loco. Tit. XXVI.

A Iohel. 1. Ignis comedit speciosa deserti, flamma succedit omnia ligna regionis, sed & bestiaæ agri, quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te: quoniam exsiccati sunt fontes aquarum. In quibus uerbis prophetæ, quatuor hominum notantur ordines. Per spe-

ciosa deserti religiosi, per ligna regionis principes mundi, per bestias agri populares, per fontes notantur prædicatores. Speciosa dicuntur religiosi, quia nihil Deo & hominibus speciosius religione. Ligna principes, quia tanquam lignum ad protegendum alios sub ramis continent. Bestiaæ agri populares, qui rationem quam ad feruendum acceperunt postponentes, bestialiter viuunt. Fontes aquarum sunt prædicatores, qui uerbi Dei fluentia continer. Per desertum, regionem, & agrum mundus iste intelligitur. Vnde religiosi desertum attribuitur, quoniam mundum deserentes quasi derelicti esse videntur. Ligna principibus, quia licet altiores cæteris in hoc seculo mentis radicem fixerunt. Popularibus ager, quia rurali operi totis mentibus intendunt. Ignis autem, qui inter ligna sæpe inuenitur latere, speciosa deserti comedit, quando cupiditatum & uitiorum ignis religiosos intus occulte non publice succendit, quia licet in aperta non audeant labi vitia & flagitia, intus tamen in eis vitiorum fornax ardetur occulta. Flamma uero, quæ ex se lucem tribuit, principes succendit, idest diuities huius mundi Deum non timentes, nec homines reuerentes, qui non latenter, sed coram oculis omnium peccant, & in seipsis ardent, & alios exexplovrunt. Bestiaæ agri quali area sitiens ad Deum suspiciunt, dum populares, qui ad comparationem potentium, qui superius eminent quasi area in bono sterilis iacent inferius, ipsaq; suæ siccitatis ostensione eloquiorum Dei pluuiam sibi esse necessariam et (vt ita dixerim) muti clamant. Audiuimus speciosa deserti, idest religionis habitum gestantes ab igne comedi, ligna regionis idest potentes aperta flamma succendi, bestiasque, id est homines incòpositos ipsa necessitatis euidencia pluuiam desiderare. Huius cladis causam audiamus: quia (inquit propheta) exsiccati sunt fontes aquarum, idest prædicatores lingua tacuit, & intellectus arefcit, durenti ubere, aut contemnunt, aut nequeunt, nesciuntque subditos lactare.

De tribus contemplatiuorum ordinibus: & de triplici terra scalæ Iacob. Tit. XXVII.

V Idit Iacob scalam. Scala est generalis ecclesia, quæ ex parte militat in terris, ex parte triumphat in cælis. In hac varij sunt ordines graduum. Alij sunt incipientes, alij progredientes, alij peruenientes. Item ex istis quidam sunt in mola, quidam in agro, quidam in lecto. In mola sunt sectatores seculi, in agro doctores uerbi, in lecto amici sponsi. Hæc scala dicitur stare super terram. Est aut triplex terra: terra quæ sub homine, terra quæ est homo, terra quæ supra hominem. Terram, quæ sub homine est, homo calcatur: terram, quæ est homo, homo portat: terram, quæ supra hominem, homo desiderat. De prima dicitur, Domini est terra. De secunda. Terra es, & in terram reuertetur. De tertia, Si feceritis, quæ ego præcipio vobis, bona terræ comedetis. Sub hac scala sunt infirmi, in medio sunt actiui, in supremo contemplatiui in cælo positi. Infirmi M. Hug. à S. Vic. To. ij. O ; terram

terram comedunt, & infirmantur. Actiui fastidiunt, & curantur. Contemplatiui rore caeli uescuntur, & saturantur. Actiui infirmis compatitur, & ita descendunt. Contemplatiui congratulantur, & ita ascendunt. Isti enim sunt angeli per scalam ascendentes & descendentes: descendentes compassione misericordiae, ascendentes supernorum contemplatione. Affligitur actiuus, affligitur infirmus: sed ille compassione misericordiae, & ita eum oportet descendere: iste peccati languore, & ita nequit ascendere.

De sacerdotibus, & praelatis & triplici eorum officio. Tit. XXVIII.

Sederunt in terra, conticuerunt senes & custodes filiae Sion. Vox est Hieremiae lugentis desolationem Hierusalem ex negligentia senum, Saluatoris quoque deplorantis ruinam ecclesiae, ex desoliosa custodia praelatorum. Sederunt, inquit, in terra. Triplex est officium sacerdotum, deambulare, sedere, docere. Deambulare de one ad ouem, de morbida ad contractam, de contracta ad erroream, de erronea ad ualentem: morbidam confortare, contractam consolidare, erroneam renocare, ualentem debet conseruare, ne incurant illud propheta. Quod contractum est non alligasti &c. sicut Christus docuit. Ite, inquit, praedicate, & ambulate super mare. Debent etiam exemplo eius in nauicula sedere, & docere de ea populum. Tres sunt aut gradus sedendi: primus minor & generalis, scds maior & particularis, tertius supremus & specialis. Primus est sedere super flumina Babylonis, scds ad mensam diuitis, tertius in nauicula Simonis. In primo sedet fideles, in secundo iuuenes, in tertio senes. Super flumina federe est fluxum cupiditatum cohibere. Ad mensam diuitis in sacrae scripturae meditatione persistere. In nauicula Simonis sedere: praedicationis in ecclesia locum obtinere, & sicut Iesus, verbo & exemplo populum docere. Illi autem, contra quos propheta conuenerunt, contrarias habent sessiones. Cum enim deberent sedere super flumina Babylonis, & sederunt super ollas carnium. Cum ad mensam diuitis, cathedras quaerunt in foro nigis intendentes. Cum in nauicula Simonis, in terra sedent, idest totum sacerdotale emolumentum conuertunt in terrenam uoluptatem. Notandum aut, quod quidam in sua, quidam in aliena terra sederunt. Primi propriae uoluptati carnis deseruiunt: secundi alienas opes suas faciunt, domum domibus, & agrum copulantes agris. Sequitur. Conticuerunt idest duplicem partem loquendi, & triplicem amiferunt modum. Partes loquendi sunt uita & doctrina. Tres modi sunt, docere, monere, orare: docere de fide, monere de moribus, orare pro rege & populo. De primo dictum est, Eantes docete omnes gentes bapt. &c. De secundo, Ecce constitui te super gentes, & super regna, ut euellas, & delruas, & disperdas, & edifices, & plantes. De tertio ait Apostolus. Primum omnium rogo fieri obsecrationes &c. Vel conticuerunt, idest tacet omnes causas habuerunt.

Sacerdotii officium triplex. Ambulare.

Ezec. 34

Sedere.

Sessio in malo rum.

Docere.

Matt. 28

Hier. 1.

Tacendi causa.

Quae sunt tres, ignorantia, impotentia, negligentia. Ignorantia turpis: ut tunc incipias discere cum debeas docere. Ludicra res elementarius senex teste philosopho. Impotentia difficilis: quia nonnunquam cupit praelatus docere, sed non potest, conscientia eum remordente, & os eius obstruente. Hic est ramusculus, qui in ora canum proiectus clamorem eorum cohibet. Si uult officium implere, ut loquatur, dicatur ei. Quare tu enarras iustitias meas &c. Si per negligentiam inuenitur tacere: stat contra officium, clamatque Dominus. Sanguinem pereuris de manu tua requiram.

De ijs, quae traxerunt Christum ad nos: & de nostra duritia. Tit. XXIX.

Propter ueritatem, & mansuetudinem, & iustitiam & deducet te mirabiliter dextera tua. Verbum Dei in sublime constitutum, ut ad nos descenderet, propria benignitas inuitauit, misericordiam traxit, ueritas, qua se ueritatem promiserat, compulit: puritas uteri uirginalis suscepit, potentia eduxit, patientia armauit, charitas uerbis & miraculis manifestauit. Te enim Domine Iesu mirabiliter duxit dextera tua propter ueritatem, per quam promissiones impletae sunt: propter mansuetudinem, per quam iniquitates remissae sunt: propter iustitiam, per quam superbi demones & homines damnati sunt. His tribus indigebat genus humanum, sed ea implere non poterat nisi uirginis & Dei filius, remittere scilicet iniquitates, implere promissiones, damnare demones. Et uide quam dulci charitate Christus Deus noster nos uocat ad uitam. Venit & promisit uitam aeternam, nec auditus est de ueritate, cum tamen promitteret solam ueritatem, & ait. Qui promittentem non audit, audiat amabilem. uenit ergo & ita se omni mansuetudine exhibuit, ut peccatricem animam septem demonijs adulteram de manibus lapidantium eriperet. Petrumque respiceret lachrymantem misericors & miserator Dominus, misericors in affectu, miserator in effectu. Obduruit homo, & ad ueritatem promittentis, & ad exhibitionem mansuetudinis, ut neque propter ueritatem, neque propter mansuetudinem audiretur Deus laborans. Videns aut, quod nihil proficeret, minatus est igne ardente, & morte aeternam, ut quem non potest trahere per ueritatem, nec attrahere per mansuetudinem, retrahat per iustitiam, & det vexatio intellectum auditui, sicut ille tridens, quem Dominus misit in hoc mare magnis ad piscandas aias, qui est benedictus in secula.

De tribus sanctis, Deo, homine & loco, & de triplici sanctificatione. Tit. XXX.

Locus, in quo stas, terra sancta est. Deus est sanctus, homo sanctus, locus sanctus. Deus sanctus non sanctificatus, sed sanctificans: homo sanctus sanctificatus, & sanctificans: locus sanctus sanctificatus, non sanctificans. Deus quippe sanctus de se, non de nobis, homo de Deo non de se,

Psal. 49. Ezech. 3

Psal. 44.

Homini indigentia & Christi charitas.

L

M. Psal. 49.

Psal. 15. Bonorum (inquit homo) meorum non indiges: & Ioan. 1. de plenitudine eius omnes accepimus, de qua est sanctus sanctificatus ab ipso, sanctus de ipso: hominis est exterius dare operam, Dei conferre intus

gratiam: hic est qui baptizat. Locus uero sanctificatus vel absque homine, vel per hominem non sanctificat. Quia sicut locus non sanctus sanctum non coinquinat, ut Loth Sodoma: ita non sanctum sanctus locus non sanctificat, ut caelum diabolus, & paradysus primum hominem. Homo autem plerumque locum sanctificat duobus modis, merito, & officio. Triplex quippe sanctificatio agitur. Est enim sanctificatio sacramenti, sanctificatio iustitiae, vel meriti, & sanctificatio gloriae vel praemij. Nam sanctificantur ecclesiae cum dedicantur, sanctificantur homines cum iustificantur, sanctificantur electi, quando praemij aeternae gloriae donantur.

De triplici labore, & tribus laborantibus, & tribus crucibus, mortibus, & sepulchris. Tit. XXXI.

Reddit Deus iustis mercedem laborum suorum, & deducit eos in uia mirabili &c. Triplex est labor, carnis, compunctionis, charitatis. Labor carnis est onerosus, compunctionis affectuosus, charitatis effectuosus. De primo dicitur. Humiliatum est in laboribus cor eorum, & non fuit qui adiuuet. Omnes enim, qui ad seruitium diaboli desudant, nullum habent auxilium a Deo: ducuntur per obliquas semitas, quarum initium licet aliquando agnoscitur, finis tamen nunquam inuenitur. Vnde in circuitu impij ambulant, & caput circuitus ipsorum labor eorum, idest circuitus eorum semper est caput, nunquam finis. De labore compunctionis dicitur. Laboraui in gemitu meo. Qui ideo affectuosus est, quia quem poenitere incipit, bonum affectum concipit, quem ad effectum perducit labor charitatis. Et propterea labor charitatis dicitur effectuosus, quia efficit, quod compunctio suggerit. Primus labor est punitorius, quia in exquisitione suae uoluntatis etiam in praesenti puniuntur. Vnde Tiradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immuniditiam, ut contumelias afficiant corpora sua in fetore carnis diabolo feruientes, cuius iugum intolerabile, & onus importabile. Alij, qui laborant & non onerantur, qui scilicet Christo seruiunt, cuius iugum suauis, & onus leue. Tertij uero nec laborant, nec onerantur, qui non onerari, sed honorari dicuntur, qui potius hominum honores recipiunt. Vnusquisque autem labor habet crucem suam. Labor carnis crucem poenae, quam hic & in futuro sustinet.

Sap. 10.

Pf. 106.

Psal. 111.

Psal. 6.

Rom. 1.

Eze. 18.

Pf. 127.

Matt. 11

Tres labores tres habent crucem suam.

net. Labor compunctionis crucem abstinentiae, quia poenitentia requirit abstinentiam. Labor charitatis crucem gloriae, quia qui diligit Deum, carnem suam crucifigit cum uitijs & concupiscentiis, quae crucifixio est gloriosa. Vnde Apostolus. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Secundum tres istas cruces tripliciter dicitur homo: Carnalis, animalis, spiritualis. Carnalis pendet in cruce poenae. Animalis timore gehennae perterritus eligens magis a uitijs abstinere quam in gehennam ire, pendet in cruce abstinentiae. Hic est Loth montana respuens in Segor saluatus, nolens licita relinquere, mediocrem vitam sectatur. Spiritualis uero est in cruce charitatis, qui solo amore gloriatur in cruce. Prima crux exactoria, secunda necessaria, tertia uoluntaria. Vnaquaeque habet mortem suam, prima mors damnosa, secunda propitiosa, tertia pretiosa. Vnde Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Item uile est in cruce Domini pendere, ut feruore Dei accenti, sic singula castigemus, ut nec manui in opera aridorum, nec pedi liceat deuiare in latitudine claudorum. Vnusquisque in cruce sua mortuus habet sepulchrum suum: primum est in inferno, secundum in deserto, & tertium in horto, idest in paradiso, qui est hortus deliciarum. In primo iacet latro contemnens, in secundo latro confitens, in tertio Christus dimittens. Primum est fetidum, & scaturit uermibus, qui non moriuntur. Secundum purificatum, quod scopatur in confessionibus: quia Iudaea, idest confessio facta est sanctificatio eius. Tertium conditur aromatibus, custoditur numinibus, & frequentatur a mulieribus aromata portantibus. Vnusquisque ungitur suo unguento. Primus unguento desperationis, quia in inferno nulla est redemptio. Secundus unguento recuperationis, quia hic tempus est miserendi. Tertius unguento deuotionis, dicens toto mentis affectu. Couertisti planctum meum in gaudium mihi. Maria Magdalene portat unguentum compunctionis, Maria Iacobi compassionis, Salome deuotionis. Compunctio est de recordatione peccatorum, compassio de malis proximorum, deuotio de consideratione praemiorum. Per Mariam Magdalene, quae erat in ciuitate peccatrix, intelligitur anima poenitens, & scelerum suorum emendatrix: per Mariam Iacobi uita supplantas, & uirtutum operatrix. Per Salomen ori imprimens osculum cum Deo pacificatrix, quae labij deterisa reatu audet dicere, osculatur me osculo oris sui.

De triplici confessione, tribus nominibus Hierusalem, Et tribus diebus uiuificationis. Tit. XXXII.

Vtra & Hierusalem nolite timere, nec pauertis: cras egredietur in contra eos, & Dominus erit uobiscum. Iudaea interpretatur confessio, quae triplex est: peccatorum, cum sua peccata cognoscit: meritorum, cum suam infirmitatem & adiuuantem gratiam considerat: praemiorum, de qua dicitur. In secula seculorum laudabunt te. Prima confessio dicit. Tibi soli peccavi: & audit. Dimissa sunt

Galat. 6.

Homo tripliciter dicitur.

Mors triplex.

Pf. 115.

Sepulchrum triplex.

Vnguentum triplex.

I

X

Psal. 37.

sunt

sunt tibi peccata. Secunda orat. Dirige gressos meos in semitis tuis: & responderetur. Sta in iustitia, & ambula. Tertia cantat canticum nouum: & promittitur ei, sedebitis super sedem &c. Hierusalem prius dicta est Iebus, postea Salem, inde Hierusalem. Iebus conculcata, Salem pax, Hierusalem dicitur visio pacis. Prius fuimus conculcati in luto & fœditate peccati, de qua exuimur per pœnitentiam. Inde habemus pacem propter iustitiam, qualis haberi potest in præsenti. Tandem veniemus ad visionem pacis, quæ exuperat omnem sensum, vbi cognoscemus sicut & cogniti sumus. Triplex nomen ciuitatis triplici Iudeæ respondet. Confessione peccatorum Iebus, idest conculcatio: qui enim confiteatur, seipsum conculcat. Confessione meritorum. Salem, idest pax, quam habet qui Deo non sibi attribuit, quia pax hominibus bonæ voluntatis. Hierusalem, idest visio pacis confessioni laudis. In secula seculorum laudabunt te. Iudæa igitur & Hierusalem, non illis, qui per cor impœnitens thesaurizant sibi iram, qui non nouerunt viam pacis, qui egredientibus carcer, tenebræ, infernus paratur: dicitur, Nolite timere: cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum. Nolite timere. hic est de timoribus vacandum. Cras egrediemini. hic de egressionibus. Cras egrediemini. quasi dicat.

Y Multos quidem habetis hostes: carnem, qua nullus vicinior, seculum nequam, & qui in aere collocati viam nostram obsident: sed nolite timere: cras egrediemini, idest post dies duos. Tres enim sunt dies, de quibus dicitur. Viuificabit nos post dies duos, in die tertia suscitabit nos &c. Vnus dies sub Adam, alter in Christo, tertius cum Christo. Vt nam pereat in nobis dies Adæ, dies peccati, in qua omnes nascimur, quam Iob & Hieremias maledicunt: & egredientibus uel hic a peccato illucescat dies redemptionis nouæ, præparationis antiquæ: vel è mundo clarescat dies, qui vesperam nescit. **Z** Istos tres dies notat euangelium. Ecce ego hodie, & cras eijcio dæmonia, & tertia die consummor. Et quia in prima die conuersionis inferuntur tentationes, recte his dicitur. Nolite timere. quia vero in secunda sanitas datur per iustitiam: cras, inquit, egrediemini: dimissis, scilicet vitijs vel ergastulo carnis. & pro tertia die additur: & Dominus erit vobiscum, scilicet vel per natiuitatem & per humanæ naturæ consortium, vel per gratiam in futuro per beatitudinis donationem. Et nota quod non dicit nos erimus cum eo: sed ipse erit nobiscum. Cum eo enim sumus qui non eius adhaeremus voluntati: sed non est ille nobiscum, quia nostræ non consentis voluntati: cupimus dissolui, sed ipse differt. Tunc autem nobiscum erit, quando omnibus desideratis dabitur nobis in eo perfrui.

De quadrupertita loquutione Dei, & responsione facienda ad eam. Tit. XXXIII.

A Semel loquutus est Deus &c. Semel sicut dicitur, loquitur Deus, & ultra non repetit illud: quia semel hic loquitur, præcipiendo, prohibendo, promittendo, comminando. In futuro autem non erit tempus docendi, sed iudicandi. Quadrupertitum est ergo hoc verbum, quo semel loquitur. Præcipit bonum, prohibet malum, promittit gloriam, comminatur pœnam. Vnum autem dicitur hoc verbum, quia vnum est ad correctionem nostram. Nam futurum verbum tantum ad retributionem pertinet. In hac prima quadrupertita loquutione Dei duo audiuntur, potestas & misericordia. Potestas, qua promittit, & comminatur: misericordia, qua præcipit & prohibet, viam ostendens, qua curramus ad promissum bonum, vitemusque propositum malum. Huic autem quadrupertito uerbo quadrupliciter est respondendum. Præceptioni per obedientiam, vt faciamus bonum: prohibitioni per temperantiam, vt abstinemus a malo: promissioni per amorem, & comminationi per timorem. His respondere paratus erat, qui dicebat. Loquere, & respondebo tibi. Ait certe: quia iam loquutus es, nec repetis: ego loquar & per obedientiam, temperantiam, amorem, & timorem tibi respondebo: & tu responde mihi. Respondebit enim in futuro Deus ei, qui responderit in præsenti, idque quadrupliciter. Respondebit siquidem ipse Deus obedientiæ per libertatem, temperantiæ per integritatem, vt sit libera integritas temperantiæ, integra libertas obedientiæ: quorum hic neutrum fit, nisi temperantia pugnat, & obedientia laborat. Amori quoque per fœlicitatem, & timori per securitatem, vt sit secura fœlicitas. O quam bona quam desideranda responsa: Integra libertas, secura fœlicitas? Cui enim hæc Deus respondebit auditui eius dabit gaudium ineffabile, & lætitiâ, qua exaltabunt tunc ossa humiliata nunc. Merita enim humilia sunt nunc, præmia sublimia tunc. Nam qui se humiliat exaltabitur.

De tribus linguis hominum. Tit. XXXIII.

ERunt quinque ciuitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan. Tres sunt linguæ, Ægyptia, Chanaan, Hebræa: & inter eas tamen magis affinis Hebræa, Chanaan est. Hebræa loquuntur Angeli, Ægyptiaca homines mali, Chanaanæ boni. Chanaanus interpretatur commotus. hic est qui iam commouetur per pœnitentiam, vt exeat de Ægypto uitiorum, & per desiderium patriæ de Ægypto carnis suæ. Hebræus autem, qui iam transiit. In Ægypto igitur nostra loquuntur Ægypti quinque ciuitates in malis, dum quinque sensus eorum faciunt opera carnis, idest Ægypti. Loquuntur in Ægypto quinque ciuitates bonorum lingua Chanaanæ, dum quinq; sensus eorum commouentur, ut relinquât opera carnis. Hebræus non in Ægypto, sed in cælo laudes sonat, vbi omnis spiritus laudat Dominum.

De triplici aduentu Domini. Tit. XXXV.

ECce rex tuus veniet tibi iustus & saluator. D Tres sunt aduentus Domini, ad homines in carne,

carne, in homines in spiritu, aduersus homines in iudicio. Inter aduentum primum & nouissimum creber est aduentus in tempore medio, conformans nos aduentui primo & præparans nouissimo. Ad hoc nanque modo venit in nos, ne primo aduentu frustra venerit ad nos, vel ne nouissimo iratus veniat aduersus nos. Hoc quidem aduentu satagit reformare sensum superbiæ nostræ: configuratum sensui humilitatis suæ, quam primo veniens exhibuit, vt perinde reformet corpus humilitatis suæ configuratum corpori claritatis suæ, quam denuo rediens exhibebit. Hic ergo aduentus medius est optandus, vt qui gratiam impartit primi, & gloriâ promittit secundi. Medius enim quasi mediator participat cum vtroque. Primus est occultus & humilis, vltimus manifestus & admirabilis. Iste occultus quidem, sed mirabilis. Occultum istum illa glorians gloriosa anima receperat, quæ dicebat: Secretum meum mihi. Secretum meum mihi. Quomodo autem admirabilis sit, & admiratione sui suspendat animam contemplantis, & omnia ossa interioris hominis acclament ei: Domine quis similis sit tibi? non ut experti: & vtinam desiderent experiri non experti. Primus igitur aduentus est gratiæ, nouissimus gloriæ, medius iste gratiæ & gloriæ, i quo per consolantem gratiam futura gloria datur vtrūque prælibari. In primo visus est Deus contemptibilis in nouissimo Deus videndus est terribilis, in isto medio mirabilis & amabilis, vt nec propter dignationem gratiæ, per quam se prebet amabilem, posset esse contemptui, sed admirationi: nec propter magnificentiam gloriæ, qua mirabilis apparet, sit terrori, sed consolationi. De primo dicit Iudæus. Vidimus eum, & non erat ei species neq; decor. De vltimo expauit etiam iustus. Et quis poterit inquit stare ad uidentem eum? De isto Apostolus. Gloriâ Domini speculantes in eandem transformamur imaginem a claritate in claritatem tanquam a Domini spiritu. Occuramus igitur obuiam Saluatori nostro. Respondendum est huic nuntio bono de terra longinqua. i. videntium a terra morientium, longinqua. Primo aduentui occurrendum est affectu & exultatione cordis, vltimo motu & exultatione corporis, & sicut tunc corporibus nostris rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus: sic & modo sunt nubes Apostolorum & prophetarum, quæ concedant vices suas, si sensus nostri non fuerint pigri, terræque nimis affixi: nam quali vehiculo nubis eousq; subleuantur, vt gloriam Domini quantulumcumq; mereantur speculari: & sic cum Domino simus vel dimidia hora. Nos itaque fratres, quos nondum cõsolatur longa experientia, vt patientes simus usque ad vltimum aduentum Domini, consoletur interim certa fides & pura conscientia, quæ cum apostolo dicat. Scio cui credidi & certus sum quia potens est depositum suum seruare in illū diē. in aduentum magni Dei. Qui uiuit & regnat. &c.

De virga, & flore & moraliter. Tit. XXXVI.

EGredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Virga, est Maria, & flos Christi

stus: Virga ei, qui non indiget increpatione, sed correctione, & supplicijs plectitur. Flos ei, qui non correctione indiget dura, sed eruditione: vel certe non indiget pœnis: sed volente a flore incipere, & ad fructum perducere. Vis videre imitatore Chri virgam & florem: de virga quidem dicit. Quid vultis: in virga veniam ad uos: de flore. An in charitate, & spiritu mansuetudinis?

De pastoribus, & eorum officio. Tit. XXXVII.

Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Tria pastoribus gregis Domini sunt necessaria. Bona operatio, discretio, prædicatio, ut sint lux, oculus, & sal. Lux bonæ operationis, ut exemplo luceant. vnde, Luceat lux uestra coram hominibus. Oculus discretionis, vt discernendo inter lepram & lepram prouideant subditis. Vnde ad Ezechielem. Speculatorem dedi te domui Israel. Sal prædicationis & correctionis, ut prædicatione subditos erudiant, ne vermes peccatorum eos consumant. Vnde, Vos estis sal terræ. Ex pastoribus autem aliqui sunt nec sal, nec lux, nec oculus: qui scilicet male prædicant, male operantur, male discernunt, de quibus dicitur. Sacerdotes contempserunt legem meam, polluerunt sanctuaria mea: quia inter sanctum & profanum, scientiam & ignorantiam, inter lutum & mundum, non intellexerunt. Alij sal & non lux: de quibus dicitur. Qui dicunt facite: quæ faciunt, facere nolite. Alij sal prædicationis non habent: de quibus dicitur. Canes muti non valentes latrare. Hæc ergo tria nobis necessaria sunt, vt simus lux, oculus, sal. Quorum si vel unum defuerit, gregem Domini periculo se seruamus. Si enim non sumus lux, licet simus oculus & sal, cum periculo corpus Domini tractamus, officio indigni sumus, facti sicut habentes clauem, alijs aperiunt, sed non intrantes. Vnde ualde timendum, ne nos qui cæli ianitores sumus, cum alios intro miserimus, ipsi non intremus, & clausa tandem ianua frustra clamemus: Domine, Domine aperi nobis. Fiet quoque illud, ut cum eiecerit de templo Iesus ementes & videntes, accedant ad eum, & intrent cæci & claudi. Si autem oculo discretionis (qui debet esse columbarum non coruorum. Vnde, Oculi tui columbarum) carent, tunc cæcus cæcum ducat, & ambo in foueam cadant. Si sale careant prædicationis, tuncque ieiunus deficiat in uia populus Dei: sanguis eius de manu prædicatoris requiratur. Consideret ergo unusquisque onus suum, ut sit per sal, nubes compluendo: per lucem uolans ad cælestia, quod uerbo prædicat exemplo monstrando. Per oculum columba ad fenestras scripturæ, vt per ipsas Deum uidentem ouibus suis prouideat. Talibus enim congaudens ait propheta. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Pensate igitur quod estis, & ad quod ministerium in domo Dei uocati. Clamat secus agentibus Osée dicens: Audire sacerdotes, quia uobis iudicium est. Et quare, ostendit subdens: quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete

1. Cor. 4

H Eza. 60. Tria pastoribus necessaria.

Matt. 5

Eze. 3

Eze. 22

Matt. 23

Eza. 56

Matt. 25

Matt. 21

Cant. 1

Matt. 15

k

Osée. 5

rete

Dei potestas, & misericordia.

B

E

Eza. 9

1. Tes. 4

2. Tim. 1

Eza. 11

rete expansum. quasi dicat: quoniam uos, qui expe- dire debetis, malo exemplo alios illaqueatis, iudicium est uobis damnationis. Vnde & alterius sanguinis rei.

De duobus caprea hinnulis, tribus vmbribus, & varijs diebus. Tit. XXXVII.

Cant. 4. L Vo hinnuli capreae gemelli pascuntur in lilijs. Caprea ecclesia visitata ad penetranda myteria Christi, saltu agilis ad transfilienda huius saeculi impedimenta, potens ad supprimenda serpentis antiqui venena. Huius duo gemelli Petrus, & Paulus, germani fide, pares merito & virtute, ipsa passione & morte coniuncti. Hi pascuntur in lilijs, in mundorum & humilium virtute & profectibus. Pascunt eos verbis, pascuntur eorum operibus. Vnde alter ipsorum dicebat. Nunc viuimus, si vos statis in Domino. Alter cum esuriret, caelum apertum est, & carnes immundorum animalium praecipitur mactare, & manducare. Hoc faciunt laborantes estu donec aspiet dies, & inclinentur vmbrae. Tres sunt vmbrae, & tres dies. Prima vmbra terra, est vmbrosus spiritus daemonum & hominum. Secunda, tenebrae errorum. Tertia obscura significatio veterum sacramentorum. Vmbra significatio num inclinata est ad occasum & finem. Vmbra errorum de die in diem inclinatur ad diminutionem. Vmbra tenebrosorum spirituum tandem inclinatur ad infernum & mortem. Primum factum est, cum dies aeternus aspirauit apparens in carne. Secundum quotidie fit, cum idem aspirat illustrans nos veritate. Tertium nouissime fiet, cum aspirabit in maiestate. Sunt & aliae vmbrae duae, quae intra nos velut in quodam speculo obumbrant nos vel nobis. Obumbrant nos, quae nos congelant, & occaecant: Obumbrant nobis, quae refrigerant, & illuminant nos. Primae de inferioribus sunt graues & noxiae: Secundae de superioribus delectabiles & salubres. Anima enim humana in medio posita est, vt sub ipsa sit mundus propter ipsam factus. Supra ipsam sit Deus, a quo, & ad quem, & propter quem ipsa facta est. Nam sicut propter animam est corpus, sic propter corpus est domus eius, id est mundus. Cum igitur incuruatur ad corporalia & mundana, ascendunt in eam vmbrae de inferioribus. Cum egreditur ad diuina, inclinantur super eam vmbrae de superioribus. Illius enim, quam cogitat, vmbra sibi format. Quae etsi luminosa & gloriosa, vmbra tamen est, quantumcunque cognitionis acuatur dies, donec aspiet ille caelestis dies, sicut cum in facie speculi tersa & lucida splendida rei resultat imago. Videmus enim nunc per speculum in enigmate. Et nota, quod nec vmbra videtur nisi inclinata, & aspirante die: quia neque per speculum, & in enigmate potest apprehendere quicquam nostrae humanitas quantumcunque a visibilibus ad inuisibilia rapiatur, nisi inclinante se maiestate ad nos fauore gratiae, cum scilicet qui habitat lucem inaccessibilem dignatur ad nos inclinari, & per vmbrae suae imaginis demonstrari. Vnde Moyses ascendit in montem, & Dominus inclinauit caelos, & descendit.

Petrus, & Paulus quo, & in quibus gemelli. 1. The. 3 Act. 10. Cant. 2. N Vmbra tres, et dies totidem.

Anima nobilitas. 1. Cor. 31.

Sed heu, tam breues & obscuros dies, & tam longas, ac laboriosas noctes habet hyems ista, vt propheta laborans in gemitu suo, & per singulas noctes lauans lectum lacrymis suis, merito plangat dicens: dies mei sicut vmbra declinauerunt. Verum si quæratur, cur vmbrae pluraliter dicantur, cum res vna sit, cuius sunt vmbrae? Respondetur: quia nunc minus, nunc plus uirtus obumbrans Altissimi, dissimiliter vmbrae format. Vnde Apostolus. Transformamur a claritate in claritatem: a minore scilicet in maiorem, quia praesens claritas respectu futurae vmbra est. Et nota, quod cum vmbrae de superioribus inclinatur super nos, vmbrae de inferioribus inclinatur infra nos. Cum siquidem diuinis propinquamus, mundana superamus: quatenus ad vmbra lucis accedimus, eatenus mortis vmbra euadimus. Lux enim & uita in caelo, mors in inferno: Vmbra mortis in hoc tartareo & tenebroso loco. Iam fratres, qui laboratis portantes pondus diei & aeterni ad vmbrae lucis istas accedite. Placeat eas imitari, quas ille dies aeternus aspirans rorem misericordiae cupit aestuibus inclinare. Audite ipsum diem ad umbrarum refrigeria inuitantem. Venite ad me, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Quam vmbrae si quis obtinuerit, merito gloriatur, & dicit. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi. In qua est sessio ad quietem, & refectio ad fatietatem. Vnde subdit: & fructus eius dulcis gutturi meo. Aspira ergo gutturi o dies dierum, quae in atrijs tuis super millia. Obumbrat caput nostrum in die belli. Inclina super nos vmbrae salutis & refrigerij, & inclinentur subtrus nos vmbrae cecitatis & mortis. Et licet contingant nos vmbrae de cogitatione terrenorum, non nos attingant tenebrae. i. crassiores vmbrae de amore eorum, sed semper respiremus in luminosum veri, aeternique luminis amorem.

De auro, thure & myrrha. Tit. XXXIX.

A ferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Afferte Domino gloriam & honorem &c. Quia satius est Domino afferre, quam sanguisugae, id est concupiscentiae, cuius duae filiae, voluptas & vanitas, non dant requiem die ac nocte dicentes: Affer, affer. Quid autem afferendum? Afferte, inquit, gloriam scilicet auri, & honorem thuris. Afferte Domino gloriam nomini eius: Myrrham sepulturae eius. Myrrha in corde tuo dolore, myrrha in corpore tuo laborem, si tamen hic & ille sit poenitentialis. Myrrha gustu amarissima, effectum corruptioni resistit. Quid autem amarius dolore, quo peccator recogitat annos suos in amaritudine animae suae, dicens Deo. Noli me condemnare. Quid enim salubrius, quam quod vindicat tã a corruptione luxuriarum, in quibus computruit, quam vermium immortalium, quos meruit. Labor autem corporis non tam myrrha est, quam mirrhæ fasciculus, in quo regula ieiuniorum & vigiliarum, asperitas vestium, & omnia amara velut in vnum fasciculum colligata sunt ad ferendum. Vnde ille: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio,

Psal. 6 Pf. 101. P Vmbrae cur pluraliter dicantur, cum res vna sit, cuius sunt vmbrae. 2. Cor. 3. Matth. 20. Matth. 11. Cant. 2. Psal. 83. Pf. 139. Prou. 30 Domino quid afferendum. Esa. 38. Iob. 10. Ioh. 1. Esa. 66. Iohel. 2.

ieiunio, & fletu, & in planctu &c. vt vere dici possit fasciculus. Debet amaritudo cordis mitigari amaritudine exteriori, quemadmodum cholera stomachi potu absinthij, vt homo vsu dulcium corruptus, potione purgetur amara. Peccatori enim debet dari myrrhatum vinum dominicae passionis, quod noluit bibere Iesus, quia peccatum non fecerat, quod ei crucifixio imputabat. Post hanc thus offertur, quia post sacrificium spiritus tribulati, & corporis humiliati, sequitur sacrificium laudis cum thure deuotionis, quod cum regi obtuleris, suppose ignem charitatis, vt dirigatur oratio deuotionis sicut incensum in conspectu Dei. Et de hoc sacrificio odoratus odorem suauitatis, dicat tibi. Odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris. Post haec duo offertur aurum. Myrrha enim oblatio est incipientium, thus proficientium, aurum vero perfectorum: quod est sapientia, quam non nouit nisi qui accipit. Preciosius est hoc aurum cunctis opibus, etiam myrrha & thure. Hoc enim vltimum diues est in omnibus, qui valet offerre in contemplatione, & prudenti administratione. Haec est quidem vera sapientia. Sapientia in contemplatione aeternorum, & administratione temporalium. Qui nouit seipsum regem & alium, non tamen negligit offerre thus in deuotione diuini operis, & myrrham in mortificatione sui. Nos igitur fratres in gloriam pueri regis, qui natus est nobis, offeramus aurum, thus, & myrrham, quae conseruat a uermibus. Nam uermis carnis est luxuria, qui ingreditur blandiendo, mordet ridendo, transforat delectando, perimit consensu voluntario. Vermis item est tristitia: quia sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi. His & similibus uermibus vermescunt corpora & corda, si quotidie non distillet de manibus myrrha. Manus ergo nostrae per vniuersum corpus nostri distillent myrrham, praueuendo vngere corpus in sepulturam illius. Corpus enim nostrum Iesus est, quod sepelitur, cum omnibus vitijs subtrahitur. Qui sic vngitur (vt dictum est) non timet uermem, qui non moritur: quia iam mortuus est. Offeramus etiam thus deuotionis, & aurum sapientiae. Et si quis indiget sapientia postulet eam ab eo, qui dat omnibus assuenter: a patre scilicet lumine, qui dat omne datum optimum, & omne donum perfectum.

De meditando morte, dum adhuc fortes videmur: & de bene agendo. Tit. XL.

Memento creatoris tui in die iuuentutis, ait sapiens: vt iuxta Apostolum dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Sequitur. Antequam rumpatur funiculus argenteus, id est dissoluatur corpus: & recurrat vita aurea, id est anima vinculis carnis absolutata ad Deum, qui fecit illam, punianda vel saluanda. Funiculus dicitur corpus, quia quibusdam legibus naturae sibi animam ligat. Antequam puluis, id est homo, qui de terra factus est, conteratur super fontem, id est mundum, vt inde

Corpus cur dicitur funiculus. Thydria.

aquam non possit haurire: & rota cogitationum, quae de corde exeunt, & voluuntur, & reuoluuntur super cisternam corporis: quia in illa die peribunt cogitationes. Hoc idem subdit alijs verbis: & reuertatur puluis in terram suam, vnde erat. Puluis es, & in puluere reuerteris. & spiritus redeat ad ipsum, qui dedit illum, recepturus poenam vel gloriam.

De triplici apertione cordis, sextuplici mandato: & triplici bello, ac pace. Tit. XLI.

A Daperiat Dominus cor vestrum in lege sua, & in praeceptis suis: & faciat pacem &c. Triplex est apertio cordis. Prima ad poenitentiam, secunda ad iustitiam, tertia ad perfectionem. Haec autem apertio per legem Domini fit meditati die ac nocte. unde subdit, In lege sua: quae in sex consistit, in prohibitionibus, comminationibus, praeeptionibus, promissionibus, consilijs, exhortationibus. Prima apertio in prohibitionibus & comminationibus fit, dum quis attendens suas transgressionem, & poenas, quae ex eis subsequuntur, ad poenitentiam Dei timore compungitur. Haec est enim lex domini conuertens animas. Secunda est in praeeptionibus & promissionibus, dum poenitens diuinam voluntatem in sua lege considerans, & remunerationem, ad iustitiam proficit bonorum operum: quia testimonium Domini fidele dans promissa. Tertia in consilijs & exhortationibus, dum iustus in bonis delectatur in Deum feruens, Deo, quem solum diligere cupit, sibi dicente. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia, quae habes &c. Arripit sic perfectionem, vt praeter Deum, qui dat sapientiam paruulis, nil quaerat. Quia uero sola dilectio indicatiua est religionis, Deo dicente. In hoc cognoscent, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Subditur. Et in praeceptis suis, quae sunt dilectio Dei & proximi inter cetera legis Dei magis tenenda, cum ex his pendeant lex & prophetiae. Et faciat pacem. Triplex est nobis bellum. A conscientia, quae peccatorem accusare non cessat. A carne & daemone, quae etiam iustum insequuntur. A fratre & proximo, qui etiam perfectum conturbare conantur. Deus autem, qui corda aperit in lege sua, & in praeceptis suis, triplicem pacem facit in homine. Primam pacem per poenitentiam: cum deletio peccato, ipsum conscientia accusare non potest. Secundam per iustitiam: cum iustus exercitio bonorum operum carne domuerit iuxta Apostolum. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. & cum sic omnia inimici tela extinxerit. Tertiam quoque, cum solum Deum tenens nullis prosperis extollitur, nullis aduersis mouetur, aequae acceptans prospera, vt aduersa, vt vere dicatur. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Conscientia cessante a primo bello, carne & daemone a secundo, homine ita perfecto, vt aliquo scandalizante scandalum non recipiat, sed quantum in ipso est, & cum scandalizauerit pacem habeat, in patientia possidens animam suam.

2. Mach. 1. In sex lex Domini consistit. Matt. 19. Dilectionis effectus. Ioan. 13. Y Triplex bellum. Pax triplex. 1. Corin. 9. Eph. 6. Pl. 118. Luc. 21.

De benignitate, & seueritate Dei erga peccatorem. Tit. XLII.

Iohc. 2.

Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multum misericors, & praestabilis super malitiam. Videte quemadmodum de uenia peccatori danda, si conuerterit uoluerit, Dei exaggerat pietatem. Benignus est indebita largiendo. Misericors debita indulgendo. Patiens diu tolerando. Multum misericors, pro legis iniquitatibus breuem poenitentiae afflictionem suscipiendo. Praestabilis super malitiam, etiam sine carnis afflictione perseueranti, ad se cordis conuersione mala omnia condonando. Nemo igitur de uenia desperet propter Dei iustitiam. Nemo in malis perseueret propter eius misericordiam: quoniam fortis & patiens Dominus, dulcis & rectus misericors & uerax. Patiens, dulcis misericors super poenitentes. Fortis, rectus, & uerax super impenitentes. Si ergo fratres amamus patientiam, dulcedinem, misericordiam, qua saluat: timeamus fortitudinem, rectitudinem, qua iudicat & damnat: & oremus ut a nobis iudicij seueritate suspendat, misericordiaeque benignitatem impendat. Qui &c.

De tribus bonis hominis, & tribus flagellis Dei, & de causis eorum. Tit. XLIII.

Psal. 31.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit. Tria sunt hominis bona, quibus in hac uita fruimur. alia in anima, ut uirtutes, & alia dona tam naturae quam gratiae. Alia in corpore, ut sanitas. Alia extra utrumque, ut proles & diuitiae. Ideo tria sunt flagella, quibus iusto Dei iudicio percutitur. Flagellatur enim aliquando in exteriori substantia, aliquando in carne propria, aliquando in conscientia. In duobus primis flagellatur aequae boni & mali, in tertio non nisi reprobis. In duobus flagellatus est Iob, non in tertio. Unde dictum est ad Sathan. Animam illius serua. In istis oibus Pharaon. Quem enim flagellauerat in exteriori substantia, in carne propria uelutis urgentibus, etiam oblatione flagellauit in conscientia. Quatuor autem de causis flagellantur homines. Alii ad ruinam, ut Pharaon. Alii ad disciplinam, ut Dauid. Alii ad custodiam, ut Paulus. Alii ad coronam, ut Iob.

Designaculo Dei nobis impresso. Tit. XLIIII.

Psal. 4.

Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. Super dicit, non subter: quia in superiori natura tria sunt. Signans, signaculum, & signatum: a quo, cum quo, & in quo. Signans est Deus, qui suam imaginem primo angelicae naturae, inde humanae impressit, ut angelica esset quasi signaculum, humana quasi signatum. Unde primo angelo dicitur. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delicijs paradisi Dei fuisti. Homo autem dicit de se. Signatum est super nos lumen &c. Instar cuius in signaculo uel sigillo primo signatum

ra regis insculpitur, & post subiectae rei imprimitur. Imago primo naturae impressa est angelica, inde quasi secundum eum humanae insignita, sed & alijs rebus modo suo, quia eorum ministerio formantur & reguntur.

De septem riuus peccatorum exeuntibus a primis parentibus. Tit. XLV.

In flumine pertransimus pede. Quid post? Leta bimur in ipso. de quo Esaias. Percutiet Dominus fluuium Aegypti in septem riuos, ita ut per eum transeant calciati. Aegyptus mundus est, flumem fluxus humani generis, qui de primis parentibus uena infelici prorumpens, impetu os um torrente per totam mundi latitudinem instagnauit, quod in septem torrentes deriuatur, uallesque & campeltria profunda ueragine superfedit. Iphis etiam motibus refusione intentas, quorum vnus de altioribus in clamat. Torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

Primus huius fluminis riuus est cogitatio mala. Riuus exeundans habens frequentiam pluuiarum per fenestras corporeorum sensuum, qui ei de mundanis cataractis mortiferos imbres profluxius administrant. Versipellis contortor fingit similitudines, imagines pingit, colores aptat, ut consensum eliciat, affectum inficit, uniuersa conuoluit in thalamo mentis: offert horribilia de diuinitate, terribilia de fide, mirabilia de fidei institutione, & in aluo mentis ueneniferas ingerit potiones, quas in confessione peccatorum exoneratus exhorret euomere. Quid plura? Inimicus uirtutis in thalamo extirpat deuotionem, in diuersa protrahendo: in thalamo castitatem, multiformis libidinis sensus euoluendo: quibus fortioribus telis utinam oppugnans non expugnet, pungens non vulneret. Et in clauetro lectionem, memoriam scripturarum refecando, libros a manibus euellendo: & de isto ad illum transfereudo. In officijs silentij uirtutem, dum uagabundo se comitem facit, donec taciturnitatis officium aut aperiat aut infringat. Ad ipsum altare Domini uirtutum spiritus illi in ipsos mentis oculos circa sacrificia pendens in cruce circunuoletur. Has uolucres uix patriarcha magnus a suis sacrificijs abigebat. Videtis quam turbidus sit iste torrens. quis in hoc negat semersum uel submersum? Secundus riuus locutio peruersa. Linguam nullus domare potest, ait Apostolus, membrum inquietum & mortiferum. Est autem uerbum aliud falsum. Unde. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Aliud uanum. Unde. Vana loquuti sunt unufquisque ad proximum suum. Aliud maledicum. Unde. Neque maledici &c. regnum Dei possidebunt. Aliud impudicum. Unde. Deponite turpem sermonem ex ore uestro. Et Omnis sermo malus de ore uestro non procedat. Aliud excusatorium. Unde. Ne declines cor meum in uerba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis. Aliud dolosum. Unde. Disperdat Dominus uniuersa labia dolosa. Aliud ociosum. De quo Dominus. De omni uerbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Tertius est actio praua post cogitationem

Psal. 65. Tpertra-sibunt. Esla. 11. Peccatoru torrentes siue grandus. Prana co- itatio. Gen. 15. Peruersa locutio. D Secundus uerbum multiple. Iac. 3. Psal. 5. Psal. 11. 1. Cor. 6. Coloss. 3. Ephe. 4. Pl. 140. Psal. 111. Mat. 12. Tertius.

Peccare actualiter. Quartus Obstinatio & peccatoriu defensio. Esla. 34. Quintus Gloriatio in peccatis. Prou. 2. Pla. 139. Sextus. I Corruptio re alios. Septim. Obluio Dei, & salutis. Prou. 18. Mat. 3. Psal. 18. Cant. 6.

tionem & locutionem, quando exhibentur membra iniquitatis peccato, ut contumeliis afficiant corpora nostra. Absit aliquem nostrum huic famulari idolo, filium uirginis in ueneris templo suscipere, arcam Domini iuxta Dagon locare, nutritum in croceis stercore amplexari. Quartus riuus est defensio peccatorum, quo nihil magis exasperat iram diuinitatis. Quando enim sanatur qui medicum spernit, medicinam conculcat? Negantem super hoc propheta de sacrario Spiritus sancti nobis inducit. Ibi (inquit) habuit foueam ericius. Qui cum se adeptum solitudinem putat, caput & pedes exerit: Si quis super uenerit, statim ea contrahit, & spinis munit, ut prius spinis illius sanguinem tuum teneas, quam corpus ipsius. Sic peccatoris caput cum pedibus, id est intentio cum actionibus, a pastore prospicitur. & quod fere omnium peccantium uitium est, cum ab omnibus uideatur, a nemine se uideri putat. Si autem intentionis ingressus cum actionum egressibus correptiuis manibus uelis deprehendere, intantum te excusat nouus dialecticus Ciceronis lingua, ut negando quae uidisti, quae ipse non uidit in te uitia retorquendo, prius sentias quam uitium perdas, prius odium incurras quam corrigas. Quintus est exultatio in peccatis. O derestanda laetitia, ut pro malis ipsi etiam Deo au deant gratias immutare, qui exultant cum malefecerint, & laetantur in rebus pessimis. Cadent super eos carbones & in ignem eicientur. Sextus est alios docere ad malum. Qui de cathedra pestilentiae deriuatur, cui non sufficit, ut intereat in seculum seculi, nisi alios pertrahat, duplicem habiturus poenam. Septimus est in his omnibus perseuerare. Super sic demersum & absorptum claudit puteus os suum: & cum non leuat oculos ad caelum, nec recordatur iudicium iustorum, mortuus est, & sepultus sepulchro conscientiae, a quo sic mortuo perit confessio, ut ueniens in profundum malorum contemnat. Hic est in extremo fluminum Aegypti. Haec multitudo miserationum Domini tollitur ab oculis. Hunc flumem in riuus percussit Dominus cum calciatus carnis calciamento, cuius corrigiam ille magnus non potuit soluere, illum transiit per immunitatem praedictarum pestium, & transeundo liberauit nos de aquis praedictis. Eia fratres si aliquis humor de his riuus fluminis mortalitatis est in uobis, ergite: & tergite illum niueo confessionis amictu. Percutite hos riuos cogitando pro peccato uestro, prohibendo linguam, declinando a malo & faciendo bonum, confitendo aduersum uos iniustitias uestras Domino, habentes dolorem uestrum semper in conspectu uestro, iniquos docedo uias Domini, & laudem ipsius in ore semper gerendo. Et ut calciati transeat, consuatis aliquid de arte lutoria, faciatis calciamenta densa & subtiliter confuta, quae possint aquas obuiates excludere. Faciatis carnem firmam & coactam timore Domini, quae libidinis humoris excludat, & excocta tribulationibus & desolata fiat uter nouus ad conseruandum uinum nouum, ut dicere possitis. Factus sum sicut uter in pruina.

De concordia religiosorum cohabitatione quam sit diabolo formidolosa. Tit. XLVI.

salem, terribilis ut castorum acies ordinata. Suauis hominibus, decora numinibus, terribilis demonibus. Quare? Quia ambulat ut castorum acies ordinata, non dissipata per inuidiam, sed constipata per charitatem. Acies est per conuentum, castorum per principium, ordinata per consensum. Conuentum facit poenitentia, principium ponit uigilantia, consensum praebet concordia. Sanè parum timet diabolus ieiunantes, uigilantes, continentis, quam de illis multos obruit in laqueum ruinam, sed concordis & unanimiter habitantes in domo Domini, dolorem, timorem, liuorem ingerunt diabolo, quos concordes inuenit: praecipue cognoscit, quae in manu Dei sunt, & non tangit illos tormentum mortis. In hoc inquit, cognoscet hostes quae mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Charitatem autem inter hostes expauescit diabolus, quam in caelis tenere noluit cum Deo & angelis.

De quadruplici languore, unde nos liberauit Christi aduentus. Tit. XLVII.

Dicite pusillanimes: confortamini, & nolite timere. Ecce Deus noster ueniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Generis humani ante aduentum multa erat caligo, ut Deum cognoscere, uerba eius audire, bene operari, & peccata recusarent confiteri. Tatis itaque miseriae languoribus placuit Deo salutis medicinam, ministris suis imponere, ad eius consolationem dicens. Dicite pusillanimes &c. Ecce Dominus noster, medicina nostra, & salus nostra, & Deus noster adueniet. Vere pusillanimes erant iacendo in doloribus, desperando in quadruplici infirmitate. Caeci enim erant, surdi, claudi, & muti. Caeci Deum ignorando, surdi ipsum audire contemnendo, muti peccata sua non confitendo, claudi bene operari negligendo. Infirmitas ista a primo parente sumpsit initium. Cecus fuit ex uerbis serpentis putando se fieri Deum, non uidendo se ex uerbo Dei, si non obediret ei, futurum esse miserum. Claudus fuit, cum in altero pede claudicauit. Duo enim sunt hominis spiritalis pedes, dilectio Dei & proximi, qui altera earum caret, claudicat. Ad uolens uxori morem gerere, dum amoris Dei postposuit, male claudicauit. Dum Deum per obedientiam non audiuit, surdus fuit. Mutus in confessione peccati fuit, reiciens culpam in uxorem. In hac uitia damnauit posteros excaecatos cultu idolorum: surdos in similitudine aspidis, quia populus Dei non audiuit uocem eius: claudos, quia claudicauerunt a semitis Dei: Mutos a confessione peccati. Quia (inquit) tacui, inueterauerunt ossa mea. Ab hac quadruplici infirmitate uolens nos liberare, consolado per prophetam inquit. Ecce Deus noster. Tunc n. aperuit oculos caecorum, aperies sensum ut intelligeret scripturas: aures dum clamauit, Qui hiet aures audiendi, audiat. Claudos gressus direxit, dum eos ad uiam caeli inclinauit. Direxi sunt pedes sicut Origenes, qui nimium est de misericordia confisus. Nequa sinistra sunt deus: sicut Cain, Iudas, & diabolus, quae desperates diuerterunt. Medius n. callis tenendus est, ut nec desperet, nec de misericordia confidens licenter peccet. Hinc uacat arcam por

M. Hug. a S. Vict. To. 117. P tan.

Sap. 3. Charitas diabolos midabilis. L Esla. 35. M Ad quam do cecus, claudus, surdus, & mutus. Psal. 31. Mar. 13. N

O tantes pro peccatis ad dexteram uel ad sinistra non declinant. In hac uia falsedum est sicut saltu ceruus, ut spinosa diuitiarum, & lutosa transiliamus luxuriaz. Ceruus deserit ualles, non ascendit montes: Tu desere terram, ascende caelum. Ceruus serpente deorat, sitiens petit fontem, deponit ueterem pellem. Tu peccator occide Diabolum, curre ad Christum, depone ueterem hominem. i. superbia. **P** Aperuit ora mutorum, quia cum clamaret, Agite penitentiam, confessi sunt peccata. ¶ Patet igitur fratres quadruplicis languoris quadruplex remedium. Non contemnamus medicinam. Aperiamus hic oculos per fidem, ut in futuro Deum uideamus per speciem. Pateant aures uerbo Dei, ne & nobis dicatur. Vos uerba Dei non auditis, quia ex Deo non estis. Saliamus ut ceruus pede amoris Dei, ut ad caelorum alta ualeamus ascendere. Aperiamus interim linguam nostram in confessione praeruenientes Deum, ut ibi eam in illa laude aperiamus confessione, qua omnis spiritus laudabit Dominum.

De quadruplici statu hominis. Tit. XLVIII.

Q uia. 14. **N** e letaris Philistæa omnistu, quoniam comminuta est uirga percussoris tui. De radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens uolucrum &c. In his uerbis notantur quatuor status hominis: uidelicet ante peccatum, lapsus eius redemptio, diaboli interitus. Virga est rectitudo primi parentis ante peccatum. Percussor, ipse pater, cuius inuidia ipse diabolus percutiebatur. Sed hæc uirga contrita est, quoniam per peccatum rectitudo hominis est amissa. Quia ergo uirga. i. rectitudo percussoris diaboli contrita est, lætatur diabolus: ostendens autem non esse ei lætandum, & uolens propheta humanum genus consolari, de quo quia illud in carcere detinebat diabolus exultabat, insultans contra ipsum humani generis inimicum ait, Ne læteris &c. Philistæa, quæ potione interpretatur, diabolum notat, qui potione superbia inebriatus a nativo sensu, & caelesti gloria cecidit, qui propterea quod humanum genus teneat, exaltari non debeat, notatur cum dicitur: de radice colubri egredietur regulus &c. Coluber genus humanum est, cui mors per serpentem illata est. Hic est serpens, de quo legitur, quod uirga de manu Moyli proiecta uersa est in serpentem, cuius caudam dum Moyses apprehendit, in uirgam serpens redijt. Virga genus est humanum, quod erat ante peccatum quasi uirga propter bonæ uoluntatis & operis rectitudinē, de quo dicitur. Redemisti uirgam hereditatis tuæ &c. Hæferat in manu Moyli. i. in Christi manu, ante peccatum, uirga: propter rectitudinem in primis parentibus. Mox autem propter peccata eiecta de manu Dei in serpentem uertitur, quia genus humanum tunc & mortale per naturam, & tortuosum factum est per malitiā. Sed quia in nouissimis diebus ad immortalitatem, & bonitatem per gratiam redijt, quasi apprehensa cauda in pristina rectitudinē uirga conuertitur. Ex huius colubri radice. i. ex principio generis humani egredietur regulus. i. Christus, quia Christus inter mortales ita superior fuit, sicut regulus rex ter-

pentū dicitur, cuius semen. i. Apostoli absorbet uolucrum. i. diabolum. De istis uolucris dicitur. Et uolucres celi comederunt illud. Confundatur ergo; & timeat diabolus, quia semen reguli. i. Apostoli Christi, absorbet uolucrum. i. diabolum in membris dñicis dissipabit, Dñs ei dicente. Macta & manduca. Gaudeat homo, quia obstetricante manu Dñi. i. medete filio Dei, educus est coluber de caverna. i. diabolus de cordibus hominum. Ut exultates de sui ereptione, suoque uinceti consolatori gratias agentes dicant: Ecce uicit leo de tribu Iuda.

E gredimini filia Syon, & uidete regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum noster. Volens scriptura infirmas mentes, quas in carnalibus desiderijs iacere dolebat, ut quod ad Deum uidentem conditæ fuerat, ad uisionem ueri Salomonis reuocare, ait, egredimini. Egredimini itaque a fœtore stabuli, ad odorem thalami: a capis Ægypti; ad manna deserti: a tribus mansionibus Ægypti, ad tres uisiones Salomonis nostri. Tres. n. sunt mansiones Ægypti. Exterior, interior, superior. Exterior mansio est in desiderio eorum, quod mundi sunt. Interior in delectatione eorum, quod carnis. Superior in malis gloriari. Has mansiones delere precipitur Abraham, cum ei dicitur. Exi de terra tua, hæc est prima: & de cognatione, hæc est secunda: & de domo patris tui, hæc est tertia. Terram appellat curiositatem terrenorum, cognationem affinem carnis delectationem, domum patris de malis gloriari. Exemplo illius, qui singulariter uolens gloriari dixit. Sedebo in monte testamenti. hic dicitur per malorum imitationem. In prima mansionem habitant, qui honoribus & diuitijs delectantur. In secunda, quod carnis desiderijs obsequuntur. In tertia, quod de proprijs malis superbiunt, & gloriantur. Hæc sunt tria mala, quod enumerat Io. Apostolus dicens. Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Itinere igitur trium dierum, ut neque cogitatione, nec loquutione, nec operatione criminaliter peccemus: egrediamur cum Abraham hæc tres mansiones, quo uideamus Salomonem, aliter non uideretur. Triplex autem est eius uisio, ad quam a triplici predicta uisione peruenitur, prima in hoc exilio, secunda in iudicio, tertia in regno. De prima dicitur. Quia uidisti me Thoma credidisti. De secunda. Videbit ois caro salutare Dei. De tertia: Tollatur impius, ne uideat gloriam Dei. In prima apparuit mansuetus, in secunda iustus iudex. Vñ cum accepero spiritus, ego iustitias iudicabo. In tertia gloriosus, quia gloria, & honore coronauit eum Dominus. In prima uisione illuminauit cæcos. In secunda uoluit soluere cõpeditos. In tertia dirigit iustos. In his est amabilis, terribilis, admirabilis. Prima uisio generat spem, ne deiciamur aduersis. Secunda timorem, ne erigamur propter. Tertia charitatem, ut uideamus faciem ad faciem. In prima uisione fuit corrector morum, in secunda erit discretor meritorum, in tertia largitor premiorum. Scdm istas tres uisiones tria ipsi conueniunt nomina. Salomon Ecclesiastes. Idida Salomon pacificus, quod uere fuit in prima. Ecclesiastes cõcionator, quod erit in secunda, quoniam aduocabit celum desursum, & tertiā, diciturus malis. Ite maledicti in ignem aeternum, bonis: Venite benedicti &c. Idida. id est dilectus Domini, quod erit in tertia uisione

Tres mansiones Ægypti sunt

Gen. 12.

Esa. 14.

1. Ioan. 2.

X

Visio Dei triplex.

Ioan. 20.

Luc. 3.

Esa. 26.

Plal. 74.

Y

Mat. 25.

uisione in patria, quoniam erit omnibus oia. In prima uisione uiderunt eum boni & mali, sed non oes. In secunda uidebunt eum boni, & mali, & oes. In tertia oes boni, & soli. Ad primam autem uisionem, in qua mansuetus expectat, peccantes scriptura inuitat dicens. Egredimini, & uidete regem Salomonem: pacis precepta dicentem, ut unitatem spiritus seruetis in uinculo pacis. sed mater sua. Coronauit. n. eum nouerca, pater & mater. Nouerca synagoga, mater uirgo, pater eius Deus. Nouerca coronauit eum corona spinea & miseriam, mater corona iustitiae, pater corona gloriæ. Spinea corona materialiter punxit eum exterius, spiritualiter interius non pro suis, sed pro nostris criminibus, ut nos pro spinis nostris ei non dedigne mur cõpugi. Matris corona quatuor pretiosis lapidibus eum ornauit. Isti sunt principales quatuor animi affectiones, gaudium, amor, tristitia, timor. Istæ affectiones, sicut dicit beatus Augustinus, ordinatae iustitia sunt, inordinatae iniustitia. Quia itaque sibi ordinatas eas Salomon noster assumpsit de uirgine, ipsa predicta corona iustitia eum coronauit. Ut autem ad plenariam cognitionem tertij diadematis, quo eum Deus pater gloria & honore coronauit, peruenire possitis, egredimini a uitijs uidete fidem, & operationem, & imitationem eum coronatum corona, qua coronauit eum mater sua, ut ordinatas eius exemplo predictas affectiones habeatis, ipso praestante. Qui &c.

Cant. 3.

Z

Christi nouerca, mater, & pater, et corona, quibus eum ornauerunt.

Quatuor sunt animi affectiones.

Tres mansiones Ægypti sunt

Gen. 12.

Esa. 14.

1. Ioan. 2.

X

Visio Dei triplex.

Ioan. 20.

Luc. 3.

Esa. 26.

Plal. 74.

Y

Mat. 25.

De ascensionis cordis ad Deum gradibus Tit. 51. Psal. 83.

A scensiones in corde suo disposuit. Ascensor iste in scriptura sacra aliquando dicitur perditus, aliquando perditus a patre. Recessit. n. a suo pastore & patre in desertum huius mundi, quod regio est a Deo longinqua tribus descensionum gradibus. Primus fuit a Dei magistra uoluntate recedere, & suam sibi propriam magistratam constituere, diuinam uoluntati suam praerferendo. Secundus fuit a sua uoluntate in carnis uoluptates descendere, carnis curam in desiderijs faciendo. Tertius uero a seipso sub se in terrena effluere, mundum & ea quae in mundo sunt, quaerendo. Primum recessit a Deo intro ad se, secundo ab intus extra iuxta se, tertio extra se. Prima diem remotum, secunda remotiore, tertia eum fecit remotissimum. Prima est uoluntatis peruersio, secunda carnalis delectatio, tertia terrenorum ambitio. His gradibus ad desertum ad regionem longinquam usque; ad Babylonem descendit. Sed quia iuxta prophetam et ibi aliquando liberatur, attendendum quo per trinam ascensionem ab hac trina descensione ad Deum redeat: quia inde incipit ascendere, ubi descendendo peruenit. Primus ascensionis gradus est terrena contemnere, paupertatem illam appetendo, qua pauper in cella ditior fit in conscientia. Secundus est carnis delectationes ex toto contemere, carnalia desideria uigilijs, ieiunijs, & orationibus domare. Tertius uoluntatem suam Deo, & placis suis supponere, humilitatem in corde, patientiam in ore, perseverantiam exhibendo in opere. Nam hæc tria ueræ obedientiae sunt necessaria, exemplo illius, qui factus est obediens patri, mitis & humilis corde: & tamen uis ad uictimam ductus non aperuit os suum, perseverans usque ad mortem crucis.

Vera, & pfecta obedientia necessaria tria.

Philip. 2.

Matt. 11.

Esa. 53.

Philip. 2.

Sabbata quæ derideantur. Titu. LII.

V iderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Hostes deridere sabbata est etiam a uitijs ipsa uacationis opera & otia, ad illicitas cogitationes pertrahere.

Quid sit, Pones eos ut clibanum ignis. Tit. LIII.

P ones eos ut clibanum ignis in te uultus tui &c. Clibanus intus ardet, ignis carnes exterius urit. In tempore igitur uultus Domini, & intus iniustus ardet conscientia, & foris carnem cruciat gehenna.

De nominis Hierusalem interpretatione secundum quadruplicem sensum. Titu. LIII.

H ierusalē, quæ edificatur ut ciuitas. Hierusalem quatuor accipitur modis, historice terrena ita ciuitas, allegorice facta ecclesia, tropologicè quæ quæ fidelis anima, anagogice aeterna felicitas. De prima dicitur. Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas &c. De secunda, & tertia. Surge illuminare Hierusalem &c. De quarta. Hierusalem, quæ sursum est, libera est, quæ est mater nostra. Cui dicitur. Lauda Hierusalem Dominum. Hæc est ut canit ecclesia, urbs quaedam beata, .i. Hierusalem, dicta pacis uisio, iuxta nominis interpretationem, quæ constructa in montibus, quia in calis, uiuis ex lapidibus, id est angelis & hominibus, preparata ab origine. M. Hug. à S. Vict. To. iij. P. 2. ne

& in futuro iudicatur mundus: q̄ sunt abyssus multa.

Butyrum, & mel comedet & c. LXIII.

Y B utyrum, & mel (qui nobis, puer factus est) comedit in nobis, cum nos comedere facit: quia cum in nos spiritus sanctus gratiam fundit, melle nos pariter & butyro replet. Mel enim desuper cadit, butyrum ex boum ceu uaccarum lacte colligitur. Mel itaque ex aere, butyrum est ex carne. Summi autem patris unigenitus, cū sit Deus super omnia, homo factus est inter omnia. Qui cum nos dulcedine diuinitatis suæ, & mysterio incarnationis repleuit, nos melle pariter & butyro nutriuit: ut sciat, id ē scire nos faciat, reprobare mare malū, uitiorū & pœnarū: & eligere bonū, uirtutū & p̄miorū.

De quinque ciuitatibus Aegypti loquentibus lingua Chananæa. Tit. LXV.

Z In illa die erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chananæa, non Aegyptia, nec Hebræa. Quinque ciuitates sunt quinque sensus corporis, Aegyptus mundus. In Aegypto loquuntur ciuitates lingua Aegypti, dum quinque sensus in mundo quæ mundi sunt appetunt. Chananæa loquuntur in Aegypto, dum moti a uitijs ad uirtutem in mundo mundana non querunt, Chananæa enim interpretatur commotio. Lingua uero hebræa, quæ transitus sonat, nullus in Aegypto huius mundi loquitur, sed in uita illa, ad quam de morte fit transitus. Hic autē Chananæa, quæ inter Aegyptiam & Hebræam est as finis, ille loquitur, qui de uitijs ad uirtutes commouetur, licet omnino non transeat. Sequitur. Et iurantes per Dñm exercituum. i. Dei non hoim recordātes. Additur. Ciuitas Solis uocabitur una: hæc est uisus, p̄ quā lumē accipitur iustitiæ, ut ciuitas uideatur.

Quomodo loquatur Deus ad cor hominis. Ti. LXVI

A Loquar ad cor eius. Loquitur Deus ad cor hoīs s̄c̄a sua ipsum illustrando. Loquitur hō ad cor suum, in libro cordis sui opera sua diligenter legendo. Liber iste duo folia habet. In uno legunt peccatores, in alio pœnitentes. P̄d̄r hoc legit. Hæc ego egi, recordor & delector. In contrariō folio pœnitens. Ego egi hæc, recordor & doleo. Legamus in folio pœnitentium, ne forte soluamus nouissimū quadrantem, i. puniamur pro his, quæ de terra protraximus. Duo. n. sunt quadrantes: unus Dei, alter seculi. Quadrans Dei amor ex toto corde, ex toto aīo, ex totis uiribus. Quadrans seculi est uoluptas, curiositas, inanis gloria. Oīs. n. quadrans ex tribus consistit. Primus soluitur, & gloria recipitur: secundus recipitur, & pœna tribuitur.

De nouissimis, & antiquis ad uerbi incarnationem applicatis. Ti. LXVII.

C Cognouisti oīa nouissima & antiqua. Nouissimum uerbum est caro factum: Antiquum, in principio erat uerbum. Hæc sunt noua ad uetera, & ueterū uetustissima: de quibus in Leuitico. Vetusit

lima ueterū comedetis, & nouis superuenientibus, uetera proiectis. Vetera sunt promissiones legū & prophetarū de uenturo Christo. Noua sunt promissionum impletio, ueritatis exhibitio. Vetusissima, quæ ad diuinitatis æternitatem pertinent. Nouis ergo superuenientibus, uetera sunt proiecienda, & uetustissima seruanda: quia exhibitā ueritate dñici aduentus figura & promissio cessare debent, nouūq; incarnationis, & uetustissimū æternitatis uerbi erendo & colendo tenendū. Vñ tres in Natali missæ celebrantur. Prima de æterna genitura: Dñs dixit ad me. Secūda de promissione aduentus: Lux fulgebit. Tertia de impletione promissionis: Puer natus est nobis. Et quia ille idem, qui est Dei filius, factus est hoīs filius; ideo in illius missæ officio, ubi cantatur de æterna Christi genitura: Dñs dixit ad me: legitur euangeliū de tpali Christi natiuitate. Liber generationis Iesu Christi: & in missa, ubi cantatur de tpali natiuitate, Puer natus est nobis: legitur euangeliū de cetera generatione. In principio erat uerbum. Et quia ueritate exhibitā figuræ cessant: non officium, qd̄ pertinet ad promissionē, sed qd̄ ad impletionē sequētib; diebus reperitur. Puer natus est nobis. Hæc nouissima & antiqua, quæ pater nouit, & cui filius uoluerit reuelare.

De dimidiantibus dies suos, & non dimidiantibus: & de loco mortis eorum. Titu. LXVIII.

D Educas eos in puteū interitus: quia Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos: ut si quos egerint in malo, reliquos consummarent in bono. Sunt. n. qui non incipiunt dies, sed continuis perseverant in malē. Alij dimidiāt diis, alij implent dies bonos: quia alij moriuntur in Aegypto, alij in deserto, alij in terra sancta. In Aegypto moriuntur, qui in tenebris uitiorū usq; in finē uitæ perdurant. In deserto, quia de cōfessione p̄cti exeūtes p̄ pœnitentiā emendātur. In terra s̄c̄ta implent dies, q̄ sine crimine in opere iustitiæ usq; i finē persistūt. Hæc tria ḡna hoīm inueniuntur in uolumine illo, in quo scripta sunt carmen, lamentum, & uel. Carmen cātant, qui p̄cti lapsus non senserunt: Lamentū, quia p̄ctis per lamentū pœnitentiæ surgunt: Uel qui peccāt, & nō pœnitēt. Hi nō dimidiāt dies suos.

De duabus tubis argenteis, & earum usu ad Petrum & Paulum applicatis. LXIX.

F Ac tibi duas tubas argenteas ductiles, quarū uarietate uocū p̄pulus cōgregetur ad plū p̄paratū, & in festiuitate cātetur. Hæc tubæ argenteæ sūt Petrus & Paulus, q̄ sūt argētei nitore eloquij, ductiles super incudē cordis Spūs s̄c̄ti malleo fabricatā. His ad ecclesiā nos populi circuncisionis & Gentīū cōgregamur: cōtra hostes uitiorū & dæmonū dimicare, & eos superare docemur: ac discimus bñ uiuēdo, mores componendo, & in uia mandatorum currendo, qualiter Deo hostias laudis & iubilationis immolemus, gratum Deo festum celebrantes. His aliter ad congregandum, aliter ad pugnandum incitatur: quia triplici modo iam explicito.

D Ires in Natali Missa tres christi natiuitates significare.

E Psal. 54

Triabominū genera in libro Rescripta

F Num. 10

De du-

De duplici labore, seculi scilicet & Dei, & utroque triplici. T. t. LXX.

G H Onestauit illum in laboribus suis. Labores a- triplex. Vnus gratus & delectabilis, sicut hortorum uiuuariorum, & similibum, Alius stultus & inutilis, sicut palæstræ, theatri, choreæ, in cursibus equorum, & saltibus pedum. Alius scelestus & grauis, sicut fur torum, homicidiorum, & similibum. Hi omnes stultorum. Labor autem, qui habetur in Dei seruitio, similiter triplex. Durus sed fructuosus, sicut manuum pro salute animæ & ex obedientia, qui habetur sudore plenus. Alius honestus & uirtutum gratia plenus, ut in hymnis, & canticis; consonantia morum, sed & uocum in Dei laudem exerceri. Alius dulcis & iocundus, quem nō nouit nisi expertus, sicut qñ mens contemplatione quadam Deo feruentissime adheret, & mirabilibus lachrymis pascitur, quæ in Iob aquæ niuis uocantur: quod licet in experto labores uideantur, experto tamen est super mel dulce.

De fine, qui consumit & consummat. Et de mandato, quod est latum nimis. Tit. LXXI.

I O mnis consummationis uidi finem. Latum mā datum tuum nimis. Finis cōsummationis est plenitudo dilectionis. Finis, qui consumit & consummat. Consumit tria, iniquitatem uitiorum mētis & peccatorum carnis, uanitatem mundi, & calamitatem carnis. Consummat tribus, perfecta puritate, angelica paritate, æterna felicitate. Hoc mā datum latum est nimis: quia ex quo interiorē possidet hominem, nec cogitationem agitat uanitas, nec affectionem impuritas maculat, nec intentionem iniquitas angustat: sic Deus optat a nobis amari. Diliges, inquit, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ut sit cogitatio sana, affectio pura, intentio recta. Diliges primo quia te condidit, secundo quia redemit, tertio quia glorificabit ex operibus scilicet conditionis, redemptionis, glorificationis. In primo te creauit ex nihilo, & ratione præditum fecit. In secundo liberauit à maledicto, & à concupiscentia sanauit. In tertio te angelorū sociauit cōsortio, & limpidiſsimę memoriæ patrauit.

De triplice statu in corpore, quem habet anima diligens Deum. Tit. LXXII.

K C Omedite (inquit sponſus in Canticis) amici mei & bibite, & inebriamini. Tres sūt diligēti animæ status corporis, in firmi, mortui, suscitati. Primus ualeat animæ ad fructum pœnitentię, secundus ad requiem, tertius ad consummationem. In primo corpus animam onerat & iuuat, in secundo non iuuat sed onerat, in tertio iuuat & non onerat. Primus status laboriosus est, sed fructuosus, secundus onerosus, & fastidiosus, tertius gloriosus. Laborātes igitur in corpore ad cibum uocat, iam posito corpore quiescētes ad potum inuitat, resumentes corpora ut inebrietur inuitat, quos & uocat carissimos nimirum charitate plenos. Unde & in alijs differentia est; nā

ij, qui in carne adhuc grauari erant, cari habentur pro charitate, quam habet. Qui uero iam soluti cōpede carnis sunt eo sunt cariores, quo propinquiores & expeditiores ad amandum. Porro præ utriusq; dicuntur carissimi, qui recepta secunda stola eo in Dei amorem ferūtur liberiores, quod de primo nihil habent, quod eos sollicitet uel tardet. Primo ergo fidelis anima in carne pane cibatur doloris, secundo soluta a carne uino potatur amoris, tertio ad ferculum Salomonis admittitur pigmento inebriatur amoris. Hoc triplex conuiuium ex una charitate celebrat sapientia, cibans laborantes, potans quiescentes, & inebrians regnantes. Hic primo ante mortem in carne mortali labores manuum nostrarum manducamus, post mortem in uita spiritali, bibemus in suauissima requie, post carnis resurrectionē inebriamur amplissima quadam felicitate. Comedite igitur ante mortem, bibite post mortem, inebriamini post resurrectionem.

De triplici benedictione, duplici manu, & utriusque digiti, & de obedientia triplici. Tit. LXXXIII.

B Eati omnes, qui timēt Dominum, qui ambulāt in uijs eius. Labores manuum tuarum manducabis; beatus es & c. Finis huius psalmi b̄ndictio est. Triplex est autē benedictio: Materialis, spiritualis, intellectualis. Materialis est corporalium. Vnde. Frumento, uino, & oleo stabilui eū. Spiritualis incorporalium. Vnde in fide & lenitate ipsius sanctū fecit illum. Omnes, qui uident talem, cognoscent quia est sanctus, cui benedixit Dominus. Intellectualis celestium. Vnde. Conuocatis Iesus duodecim discipulis suis dedit illis uirtutem super oīa dēmonia, & ut languores curarent. In prima ergo humana natura sustentatur opere & fructu naturæ. In secunda reparatur muneribus & opere gratiæ. In tertia sublimatur operibus & donis gloriæ. De sp̄uali in p̄nti psalmo loquitur. Sed nota quis sit, q̄ b̄ndici meretur, qui timet, ambulat, laborat, māducat. In primo obedientiam nota, in secundo pœnitentiā, in tertio cōstantiā, in quarto patientiā. Vera namq; pœnitentiā semp̄ est timida, & cauet a p̄ctis, deuotia obedientiā, dilatato corde ambulat in mandatis: uiriliter constantia laborat in tentatione, ne cadat; humilis patientia gaudet in tribulatione, dum triūphet. Vnde. Oēs gaudium existimate & c. Hic, Labores manuum māducabis. Prima manus & sinistra, est actio. Secunda & dextera, est contemplatio. Sinistræ digiti sunt hi. Primus abstinentia, amputat libidinē, & ministrat castitatem. sc̄ps silentiū, tollit falsitatem, & dat ueritatē. Tertius psalmodia, remouet curiositatē, & donat carnis, oris, & mentis puritatem. Quartus labor uigiliarū, aufert ignorantia cæcitatē, & confert sciæ claritatem. Quintus exercitium operū, adimit uanitatem, & largitur gr̄a libertatem. Dextera digiti sunt isti. Primus est lectio. Secundus meditatio. Tertius cōpunctio. Quartus deuotio. Quintus oratio. Lectio sp̄sā q̄rit. Meditatio q̄sitā inuenit. Cōpunctio inuentā abluat. Deuotio ablutā induit, & ornat. Oratio ornatā subarrhat. Querit in diuinis eloquijs, inuenit in sc̄tōrū patrū institutis, ablutē salubri fonte lachrymarū induit

cari, cariores carissimi q̄ sint Dei.

L Psal. 127

Gen. 27. Eccl. 45

Luc. 9.

Benedictio ne dignus quis dignus possit.

Iaco. 1. M

Manus laborantes, et digitorum qui sint.

Induit uario calore uirtutis, subarrhat fide & uoto, stabilitate & proposito. Huius uxor est regularis & perfecta obedientia sicut uitis abundans, de qua uinum exprimitur, qd triplicem habere dinoscitur, calefacit, lactificat, inebriat. Triplex quoq; est species obedientiae. Prima stabilium praceptorum, secunda inuolabilium, tertia incommutabilium. Prima est humanae dispositionis, & accendit; secunda diuinae institutionis, & lactificat; tertia caelestis eruditionis, & inebriat. Accendit prima feruore iustitiae, lactificat secunda puritate conscientiae, inebriat tertia plenitudine gratiae. Praefati igitur diuitis uxor est sicut uitis abundans; quia eius obedientia accendit ad iustitiam & uirtutem, lactificat ad gratiam & quietem, inebriat ad gloriam & salutem. In lateribus domus uxor conscientia, timor, & spes. In lateribus domus uxor abundat; quia aliter uitae perfectio non potest apprehendi, nisi cum timor inferius sollicitat, spes sursum erigit. Inter haec duo latera uirtutum exultat familia; quia & timor circumspectus sepere uias satagit, ne aspirent uitia: & spes sursum prouehit, ne praemia certaminum uideantur; timor obstat, ne ritualis introeat; spes blanditur, ut spes placeat. Huius filij, id est opera sunt sicut nouellae oliuarum. Oleum pascit, ungit, & lucet. Ungit per opera misericordiae, pascit per opera iustitiae, lucet per opera gratiae. Nouellae oliuarum dicuntur electissimae, sicut perfecta opera dicuntur opera operum.

Triplex obedientiae species.

Oleum.

Ezech. 37 Luc. 22.

Quaeremur significati ossa arida desiccantur.

Psal. 44. Psal. 62. Tria mortificationis genera.

De praemijs arefactae & mortificatae carnis per religiosam obedientiam. Tit. LXXIII.

Os arida audite uerbum Dei. Haec dicit Dominus. Ecce introducam in uos spiritum, & uiuetis &c. His uerbis loquitur ad eos Spiritus sanctus quibus ait filius. Vos estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono uobis regnum &c. Laudat in eis rigorem mortificationis per contemptum peccati, mundi, & sui. Laudat decorem fortitudinis per amorem recti, patris, & Dei: & qui iusti, & honesti. Ne uero eorum uacillet constantia, spem erigit ex dilectione resurrectionis, dicens ossa, propter dilectionis fortitudinem: arida, propter mortificationis exilitatem. Audite uerbum Domini &c. In his tota pulchritudo animae consistit, in uno quod indecens est & inutile tollitur. In altero quod est pulchrum & honestum praeparatur, in tertio quicquid salubre est statuitur. In uno quiescit puerle agere, in altero dicitur bene agere, in tertio inquirere pacem & habere. Tales erant, quibus dicebat Apostolus. Mortui estis (Ecce arida) et uita uestra abscondita est cum Christo in Deo (Ecce ossa) Cum Christus apparuerit uita uestra tunc et uos apparebitis cum ipso in gloria. Ecce resurrectione. De huiusmodi dicitur in psalmo. Myrrha, et gutta, et chasia a uestimentis tuis etc. Et alibi. In terra deserta, in uia, et in aquosa sic in sancto apparui tibi etc. Tria sunt genera mortificationis. Primum iniquitatis per poenitentiam, secundum carnis per abstinentiam. Tertium uoluntatis per obedientiam. Poenitentia namque mortificatur iniquitas; abstinentia caro, obedientia propria uoluntas. Prima uirtus exprimit malitiam, secunda incontinentiam, libidinis

et gula excoquit, tertia illicita et incommoda uoluntatis propria. Fit ergo terra deserta per poenitentiam, in uia per abstinentiam, in aquosa per poenitentiam. In prima inuenitur myrrha, quae uirtus eicit iniquitatis. In secunda gutta, quae sanguinem abicit immundae uoluntatis. In tertia chasia, quae naturalem uirorem exprimit iustae necessitatis. Hinc Psalmista. Ossa mea sicut cremum aruerunt. Cremum triplici de causa. Primo ex gratia salis, secundo ex industria hominis, tertio ex natura sanguinis. Ista membrum Christi, sponsa agni, cohaeres unigeniti, carnem siccatur ab actu peccandi, confitendo iniquitatem sensum ligat a causa uagandi, excludendi curiositatem, mentem seruat ab effectu peccandi eliminando uanitatem. Primo igitur sicca sunt ab iniquitate per confessionem, secundo exilia per parcimoniam rigorem, tertio arida per spiritualem subiectionem. Haec est sponsa, quae primo ascendit quasi aurora consurgens, secundo per desertum sicut uirgula sumi, tertio deliciae affluens. Aurora a tenebris uitiorum eleuata per confessionem agnitione ueritatis per desertum abstinentiae occasione recisa curiositatis affluens diuitijs. In spiritualibus exercitijs sub obedientiae puritate. Sic arida, sed ossa, fortitudinem habent quadruplicem. Primo contra impetum uitiorum, secundo contra prosperitatem mundanorum, tertio contra turbines eorum: quarto contra astutias diaboli. Ossa ergo ueritatis sunt amici, Saluatoris discipuli, ceteri plus mundi, peccati, sui, diaboli. Vnde, Omnia ossa mea dicet, Domine quis similis tibi? In corpore. n. ecclesiae cutis sunt carnales, caro animales, ossa spirituales. Sic timore exsiccatis, dolore arefactis, auctor pietatis premitur, permittit laboris in gloria resurrectionis. Vnde legitur. Dabo super uos neruos, carnes, & cutem. In cute significatur corporis immortalitas, in carne aeterna felicitas, in neruis utriusque eternitas. Magna igitur sunt afflictionis solatia, pretiosa mœroris gaudia, gloriosa certaminis praemia. Mira commutatio. Vnde propheta. Erit uobis in illa die corona per cinere, oleum gaudij, per luctum, pallium laudis per spiritum mœroris. In ultimo corporis immortalitas, in medio animae felicitas, in primo utriusque notatur eternitas. Hinc Apostolus. Quod momentaneum & leue est tribulationis supra modum pondus gloriae operatur in nobis, non aspicietibus quae temporalia, sed quae aeterna. Virilis ergo conpunctio mentis, afflictio carnis, constantia in tentatione, patientia in tribulatione, quoniam de conpunctione delectatio, & de afflictione gaudium, de conflictu uictoria, de pugna possidetur corona.

Psal. 107

S

T

Psal. 34.

V Ecclesia corporis cutis, caro, & ossa.

Esa. 61.

2. Cori. 4.

Quomodo Deus exaltetur in nobis: & de altitudine cordis nostri. Tit. LXXV.

Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Dei. Tribus modis exaltatur Deus per id, quod habet de nobis, naturae scilicet humanae conditione, in qua exaltatus est super caelos caelorum: secundum quod habitat in nobis, per fidem uidelicet & dilectionem, quae quae amplius diligit, amplius diligenter inuenitur; secundum quoque quod capitur a nobis per cognitionem, quae quanto crescit in nobis, et scientia, tanto maior inuenitur ei, eminentia, in similitudinem mortis, a quo quanto magis te elogaueris, tanto minor apparet, quanto magis appropinquaueris, tanto maior & altior

X

Psal. 63. Tribus modis Deus in nobis exaltatur.

Y & altior uidetur. Est autem cor profundum, & latum, & altum, profundum desperatione, latum dilectione, altum contemplatione. Si uis ergo, ut Deus, qui in se exaltari non potest, in te exalteretur, a profundo cordis accede ad latum per fidem & dilectionem, & de lato ad altum per cognitionem, & exaltabitur Deus in nobis: quia quantum humani cordis affectio ab inferiorum suspensa desiderio, in amore aeternorum promouetur, tantum charitas Dei ex magnis maior, ex summis altior uirtutibus apud ipsum exaltatur.

De triplici disciplina. Tit. LXXVI.

Z Apprehendite disciplinam. Triplex est disciplina, correctionis, institutionis, conuersationis. Prima & secunda ad magistrum, tertia ad discipulum. De prima & secunda dicit Propheta. Disciplina tua correxit me in fine, & disciplina tua ipsa me docebit. De tertia liber Sapientiae. Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum. Duobus modis fit disciplina correctionis, monitis & flagellis: duobus traditur disciplina institutionis, praecipis & exemplis: duobus agitur disciplina conuersationis, moribus, & studijs.

Psal. 2.

Psal. 17.

Sap. 1.

De quatuor agonibus Christianorum Tit. LXXVII.

A Persequatur inimicus animam meam. Quatuor sunt agones militiae Christianae, plaga, fuga, impetus, triumphus. Aliquando enim persequitur inimicus hominem & comprehendit, & percutit plaga magna. Aliquando persequitur & comprehendit, sed elabatur fuga. Aliquando uersa uice persequitur homo & non comprehendit inimicum, quia indiscrētus est impetus. Aliquando persequitur & comprehendit, & hic est triumphus. Persequar, inquit, inimicos meos, & comprehendam illos. Quamdiu distenditur homo in seculo, persequitur eum inimicus & comprehendit: quando fugit de seculo, persequitur eum & non comprehendit: quando feruore nouitio pro redimendis uirtutibus indiscrētus corpus auertit, tunc uersa uice persequitur homo inimicum, sed non comprehendit: quando perfecto sensu sic uitium iugulat, ut nec indulgeat, persequitur & comprehendit. De primo Propheta. Plaga inimici percussit te. De secundo Dominus. Orate ne fiat fuga uestra in hyeme uel sabbato. De tertio. Qui festinus est, offendit pedibus. De quarto. Resistite diabolo, & fugiet a uobis. Nam resistisse in tentationibus, uicisse est.

Hier. 30.

Matt. 24

Prouer. 19

Iaco. 4.

De ira, facie, & praesentia Dei: de fumo, flamma, & carbonibus. Tit. LXXVIII.

B Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit, & carbonibus succensi sunt ab eo. Aliud in Deo ira, aliud facies, aliud praesentia. Ira iudicij recordationem, facies cognitionem, praesentia ponit perfruitionem. Bona est recordatio, melior cognitio, optima perfructio. Ceterum aliud fumus, aliud flamma, aliud carbonibus significant. Fumus est amaritudo poenitentiae, flamma ardor dilectionis, carbonibus holocaustum consummationis. Tunc inquit acceptabis sacrificium iustitiae, oblatio compunctionem, dum timorem inquit, & ex timore ad poenitentiam adducit. Confige timore tuo carnes meas, a iudicij enim tuistimui. Quia post mortem inde afficitur amore. Cognitio exardescere facit affectionem, quia quanto magis cognoscitur Deus, tanto plus amatur. Vnde in praesenti non plene diligitur, quia non plene cognoscitur. Perfructio uero donat consummationem, quia dum post mortem dabitur frui gloria per maiestatem contemplationis, consummabitur plenitudo dilectionis: sed dum ex recordatione iudicij excitatur conpunctio, tunc ex ira Dei fumus ascendit: dum ex cogitatione incalescit dilectio, a facie eius ignis exardescit: dum ex perfruitione praesentia datur cognitio, carbonibus succenduntur ab eo. Primo fumum, secundo flammam, tertio ponit carbonibus. Ignis cum rudem & humidam tangit materiam, non statim flammam excurrit, aut totum in carbonibus absumit: humida & rudis materia, peccatorum est conscientia, fluxu carnis & uirtutibus carnalibus quasi fucis quibusdam infecta. In hac autem materia Deus specialiter diuinae indignationis a corde ad oculos usque ascendit, & effluit per lachrymas fumus compunctionis. Excitata autem materia corporis per abstinentiam, contritionem, & poenitentiam a diuersis tenebris ignorantiae, lucere per cognitionem, & ardere incipit per dilectionem, tantoque fit charitas ardentior, quanto sapientia Dei fuerit perspicacior. Vel inde a facie eius ignis exardescit, quando ex eius cognitione charitas ignescit, in flammare potens cor humanum dum hic uiuitur, sed ut totam materiam in carbonibus absumat uel consumat, nunquam potest in praesenti quam diu corpus, quod corrumpitur, aggrauat hominem: tanquam enim aliquid habens adhuc humoris materia flammam dilectionis habere potest: in carbonibus nunquam conuerti potest, donec ueniat quod perfectum est: euacuato quod est ex parte, ut ignis charitatis totum in se conuertat hominem, & ut iterum in carbonibus redigat, ut nihil ulterius obstat carni, utque amplius luctari non habeat amoris incendium. Fecit quippe cum illuc peruenit, de fumo flammam, de flamma carbonibus. Sicque post ignem, qui ardet in Sion, carbonum succensorum caminus est in Hierusalem, Venit, inquit propheta, Dominus, cuius ignis est in Sion & caminus eius in Hierusalem. Ston speculatio, Hierusalem uisio pacis dicitur. Hic est laboris speculatio, ibi pacis uisio. In speculatione igitur ignis est, sed in uisione caminus. Quia hic a facie ignis exardet, ibi in camino carbonibus succensi sunt ab eo.

mus est amaritudo poenitentiae, flamma ardor dilectionis, carbonibus holocaustum consummationis. Tunc inquit acceptabis sacrificium iustitiae, oblatio compunctionem, dum timorem inquit, & ex timore ad poenitentiam adducit. Confige timore tuo carnes meas, a iudicij enim tuistimui. Quia post mortem inde afficitur amore. Cognitio exardescere facit affectionem, quia quanto magis cognoscitur Deus, tanto plus amatur. Vnde in praesenti non plene diligitur, quia non plene cognoscitur. Perfructio uero donat consummationem, quia dum post mortem dabitur frui gloria per maiestatem contemplationis, consummabitur plenitudo dilectionis: sed dum ex recordatione iudicij excitatur conpunctio, tunc ex ira Dei fumus ascendit: dum ex cogitatione incalescit dilectio, a facie eius ignis exardescit: dum ex perfruitione praesentia datur cognitio, carbonibus succenduntur ab eo. Primo fumum, secundo flammam, tertio ponit carbonibus. Ignis cum rudem & humidam tangit materiam, non statim flammam excurrit, aut totum in carbonibus absumit: humida & rudis materia, peccatorum est conscientia, fluxu carnis & uirtutibus carnalibus quasi fucis quibusdam infecta. In hac autem materia Deus specialiter diuinae indignationis a corde ad oculos usque ascendit, & effluit per lachrymas fumus compunctionis. Excitata autem materia corporis per abstinentiam, contritionem, & poenitentiam a diuersis tenebris ignorantiae, lucere per cognitionem, & ardere incipit per dilectionem, tantoque fit charitas ardentior, quanto sapientia Dei fuerit perspicacior. Vel inde a facie eius ignis exardescit, quando ex eius cognitione charitas ignescit, in flammare potens cor humanum dum hic uiuitur, sed ut totam materiam in carbonibus absumat uel consumat, nunquam potest in praesenti quam diu corpus, quod corrumpitur, aggrauat hominem: tanquam enim aliquid habens adhuc humoris materia flammam dilectionis habere potest: in carbonibus nunquam conuerti potest, donec ueniat quod perfectum est: euacuato quod est ex parte, ut ignis charitatis totum in se conuertat hominem, & ut iterum in carbonibus redigat, ut nihil ulterius obstat carni, utque amplius luctari non habeat amoris incendium. Fecit quippe cum illuc peruenit, de fumo flammam, de flamma carbonibus. Sicque post ignem, qui ardet in Sion, carbonum succensorum caminus est in Hierusalem, Venit, inquit propheta, Dominus, cuius ignis est in Sion & caminus eius in Hierusalem. Ston speculatio, Hierusalem uisio pacis dicitur. Hic est laboris speculatio, ibi pacis uisio. In speculatione igitur ignis est, sed in uisione caminus. Quia hic a facie ignis exardet, ibi in camino carbonibus succensi sunt ab eo.

Psal. 50.

Psal. 118 affectio in Deum unde oriatur.

D

Esa. 31.

De triplici loco Dei. Tit. LXXIX.

F Actus est in pace locus eius. Locus Dei triplex. E Mundus, ecclesia, fidelis anima. In Mundo est ut imperator in regno, in ecclesia ut paterfamilias in domo, in anima ut sponsus in thalamo. In mundo est creando & regnando, in ecclesia ad sacramentorum participationem & fidei perceptionem uocantur

Psal. 75.

do

do, in anima per charitatem inhabitando. Si in domo Dei es per conditionem, etiam diabolus tecum est. Si in domo Dei es per fidem, etiam demones tecum sunt. Credunt enim demones, & contremiscunt. Si per spem, etiam palea est cum granis in area ac horreo. Si autem fueris per charitatem, beatus es, quia non tam in domo Dei, quam domus Dei esse coepisti, ut intres & habites ubi pax est, & habitare dignetur, cuius locus in pace factus est. Quem locum uel domum fac, ac tam diluuij, tabernaculum militiae, arcam testamenti. In domo ueneretur filius patrem, in diluuij ploret naufragus gubernationem, in tabernaculo honoret miles regem, in testamento auscultet assecla praecceptorem,

De humilitione triplici. Tit. LXXXI.

Bonum mihi quia humiliasti me. Non omnes sunt humiles qui humiliantur: quia alij cum ra core, alij patienter, alij libenter humiliantur. Primi sunt rei, secundi innocij, tertij iusti. Quia licet innocentia portio sit iustitia, tamen consummatio eius est apud humilem. Non enim intus murmuranti, non minus murmuranti: quia non humiliatis, se humilibus dat Deus gratiam.

De turpi mutatione hominis. Ti. LXXXII.

Homo cum in honore esset, non intellexit: eo paratus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Turpis mutatio, ut cuius erat ante, caelos meditatione penetrare, mente supernas mansiones circuire, deuotione patres & Apostolos salutare, choros prophetarum, martyrum admirari triumphos, stupere pulcherrimos ordines angelorum: modo turpi se mancipet corporis seruituti ad obediendum carni, ad satisfactionem gulae & uentri, ut caro ancilla quasi domina imperet spiritui domino. Exitus aquarum deducant oculi super huiuscemodi animam, scilicet quae cum nutrietur in croceis, nunc amplexatur stercora. Pascit sterilem quae non parit, & uiduae bene non facit. Homo cum in honore esset, non intellexit. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Cum in honore esset, non intellexit, in quo habitabat? In paradiso in loco uoluptatis, gloria & honore coronatus, & constitutus super opera manuum plasmatoris, cuius societas cum plebe angelorum, & omni militia caelestis exercitus: sed mutauit istam gloriam in similitudinem uituli comedentis foenum. Inde panis angelorum factus est foenum positum in praesepio, & appositum est nobis tanquam iumentis. Hoc foenum carnis Christi non est desiccatum, quae est pro mundi uita. Illi utique foeni carnis nostrae quod desiccatur, & cecidit flos, non ille, qui de radice Iesse, & uirga ascendit. Cibus hominis mutauit se in pabulum pecoris, homine mutato in pecus. En tristis mutatio & lachrymosa: homo incola paradisi, terrae dominus, cuius cepli, domesticus Domini sabaoth super beatorum spirituum agmina, repentina mutatione iacet pecus in stabulo, indiget foeno. Agnosce o bos possessorem tuum, & o asine praesepe Domini tui. Cognosce pecus, quem cognouisti homo, adora in stabulo, quae fugiebas de paradiso, & comede foenum, quia panem angelorum fastidisti, quia cum in honore esses, non intellexisti, nec Deum creatorem tuum, nec te beatum esse creatum. Duplex ista ignorantia damnabilis. Prima facit iumentis parem, secunda posterio rem. Vnde si ignoras te, abi post gregem sodalium tuorum. Vere post: quia reprobi homines igni traduntur perpetuo, non pecudes. Melius fuisset ei si natus non fuisset homo, sed pecus. Propter primam ignorantiam pecudes habebat sodales, factus est similis, illis in perfruendis bonis terrae. Propter secundam non est cum illis, sed post illas in perfruendis tormentis gehennae. Est enim hic ipsis bestiis bestialior, ratione uigens, & ratione non uivens.

Iacob. 2.

Zach. 13.

Merito mens peccatrix me struata nuncupatur.

Hiere. 2.

Psal. 50

De fonte patente & occulto, Christo scilicet Domino nostro. Ti. LXXX.

In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hierusalem, in ablutione peccatoris & menstruatæ. Fons occultus unigenitus est patris inuisibilis. Fons idem patens Deus incarnatus: qui fons patens domui Dauid dicitur, quia ex Dauid genere ad nos redemptor processit. In Hierusalem habitauit, quia in uisione pacis intimæ. Mentem autem peccatricem significat peccator & menstruatæ: uel peccator eum, qui delinquit opere: menstruatæ mente, quae labitur praua cogitatione. Nam sicut menstruatæ est polluta, quae aliena carne non tangitur, & sua inquinatur; sic anima & si malum opus non peragit, polluta tamen immunda cogitatione sordescit.

Vnde. Omnes, qui quaerunt eam, non deficient, in menstruis eius inuenient eam. Quia maligni Spiritus in illa bonæ cogitationis rectitudine repelluntur, cum in pollutis cogitationibus positam facile ad peruersam cogitationem trahant. In die igitur illa &c. quia apertus est iam nobis fons misericordiae redemptor noster, qui in domo Dauid incarnatus peccatorem lauat a peruerso opere, & menstruatam mentem diluit a foeda cogitatione. Patet igitur fons, curramus cum lachrymis, lauamur hoc fonte pietatis. In hoc fonte Dauid lotus per penitentiam a graui macula culpæ, quæ rebat hunc, cum diceret. Redde mihi lætitiā salutaris tui, id est Iesu. In hoc fonte misericordiae lota est Maria Magdalene, Petrus, & Lathro. Cur ergo pigri sumus? Cur torpentes & frigidi remanemus, qui in hoc fonte pietatis tantos se lauissè cognoscimus? Ergo ne de mundatione nostri desperemus, qui tot exempla misericordiae in pignore tenemus? Quærere misericordiae fontem deberemus, si clausus esset: nunc uero patet, & negligimus. Mittamus oculos fidei in mundum uniuersum, consideremus quam multi hodie in hoc fonte lauentur, quam multi post lachrymas ad munditiā redeant. Curramus cum talibus ad aquam uitæ, consideremus quantum peccauimus, atque ut appareamus mundi, cor nostrum illi lauamus in holocaustum, adiuuante nos ad hæc eadem gratia redemptoris Domini nostri, qui uiuit & regnat &c.

Duplex in hoc dâna bilis ignorantia. Cant. 1.

De claustri agro, in quo sunt uua, rosa lilia, uiole, & oliua. Ti. LXXXIII.

Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Ager est mundus, uel quilibet conuentus. In his redolet uua, rosa, liliū, uiole, & oliua. Uua diuini amoris, quæ calcata in torculari tribulationis reconditur in apotheca æternitatis & iubilationis. Rosa ex cruore martirij redolens. Liliū ex incorruptione uirginitatis candens. Uiole ex humilitate locum minimum tenens, & caelestis regni purpuram in mente habens. Oliua operæ misericordiae more olei refouens & lucens.

De virore calami & iunci. Tit. LXXXIII.

Orietur in ea uiror calami & iunci. Calamo scribitur & iunco. Primus est praedicator, secundus auditor, uterque ex eadē aqua proficit, quia & doctri na & profectus audientiae est ex Deo. Horum uiriditas operum ex aqua sapientiae, quæ ex ore Altissimi procedit, in ecclesia nascitur. Sancti ergo spiritus est gratia, quæ & doctoris os aperit, & auditoris mentem ad profectum intus inspirat & illuminat.

Quod dulcedo hominis uermes sint. Tit. LXXXV.

Dulcedo hominis uermis, scilicet terrarū. Quis ueludo hominis uermis, scilicet terrarū. Quisquis in hoc mundo appetit ceteros excedere rebus, & honoribus tumere, huic nimirum cura secularis est in delectatione, quies in labore. Quia igitur natura uermium est momentis singulis moueri & rodere, per uermes inquietudo mentis, & consuetudo notatur cogitationum, quibus homo incessabiliter se pascit, & depascitur. Vel uermis nomine caro signatur. Luxuriosi ergo carnis uoluptatibus detiti quanta sit cæcitas monstratur, cum dicitur. Dulcedo illius uermis. Quid nanq; caro, nisi putredo et uermis est? Qui carnalibus desiderijs anhelat, quid aliud nisi uermem amat? Quæ enim sit carnis substantia testantur sepulcra. Quis parentis quantum uis dilecti uermibus scaturientem carnem tagere possit? Cui caro concupiscitur, pefetur quod sit quoniam est exanimis, & itelligetur quod ametur. Multum ualeat ad domadum desiderium, quod uiuū diligit pensare quid futurum sit mortuum.

Oleum de capite non deficere. Tit. LXXXVI.

Oleum de capite tuo non deficiat. Oleum in capite, charitas in mentes & a capite oleum deficit, cum a mente charitas non recedit. A pilis ergo rōdemus caput, ne abijciant oleum, id est malas cogitationes a mente, quibus perditur charitas.

Ut speciem suam uisitet quisque. Tit. LXXXVII.

Uisitans speciem tuam non peccabis. Species hominis est sicut homo. Speciem ergo suam uisitat, quæ quis ad eum, quæ simile sibi per naturam cospicit, passibus amoris tendit: & in altero sua considerans ex seipso colligit, qualiter infirmati alij condescendat, qui ut in se alterum reficiat, se in altero pensat. Vnde Moyses

Tulit terra lignum habens sementem secundum speciem suam. Terra, inquam, benedicta ante peccata, nam post maledicta spinas dat & tribulos.

Quid sit sacerdotes caput non radere, nec tamen comam nutrire. Ti. LXXXIII.

Sacerdotes caput suum non radant, nec comam nutriant, sed tōdeant. Sacerdotes sunt, qui, ut sacrum ducatum præbeant, præsumt. Capilli in capite exteriori sunt cogitationes in mente. Quia igitur de uita subditorum sollicitudines habere debent, nec tamen eis uel hemeter incubere, caput prohibentur radere, & comam nutrire, ut illos nec funditus amputent, nec rursus ad crescendo nisi relaxent, quantum necesse est prodeant, & tamen recidantur citius, ne immoderatus crescant: seruentur, in capite sacerdotis, ut autem operiant: refectur, ut oculos non claudant.

De sacculo pertuso, & integro. Tit. LXXXIX.

Qui mercedes congregauit, in sacculum eas misit pertusum, de quo aliunde exit, quod aliunde immittitur. Is enim est sacculus pertusus, qui irreprehensibiliter uiuens odium in corde portat. Confidat quam sit mundus in opere, nunquam crudelis in mente, qui mercedem, quam reponit ex bono opere perdit ex odio, quod intrat per foramen boni operis, exit per pertusum damni supernae dilectionis. Tu inquam, homo integer sacculus esto ad conseruanda bona, pertusus & scissus per contritionem penitentiae ad eijcienda mala, ut circunderis lætitia. Vnde Cōcidisti sacculum meum, & circundedisti me lætitia.

Oculi sapientis in capite eius. Tit. XC.

Oculi sapientis in capite eius sunt. Stultus in tenebris ambulat. Quia sapiens in capite Christo per imitationem oculos mentis figit, & stultus in interioribus extra se studium intentionis ponens, quasi sine luce in tenebris ambulat.

De abscondente frumenta. Tit. XCI.

Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Frumenta abscondere est predicationis uerba apud se retinere. In populis maledicetur talis, quia in sola scientia per multis, quos corrigere non potuit, culpa damnatur. Vnde Maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine, id est predicationis uerba a carnalis uitae interfectione.

De proximi uitij perimendis. Tit. XCII.

Si quis Domini est, iungatur mihi. Ponat uir gladium supra femur suum: iste & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. Proximus est hominis homo conditione originis. Item est amicus dilectione, & frater in spiritu uel carne. Qui istos ita delinquentes gladio uult increpationis in uitij occidere, gladium prius supra femur suum ponat, id est illicitas prius in se suggestiones studeat edomare, & tunc de porta

Ezech.

R. Agg. 1.

Psal. 29.

Eccl. 2.

T. Prou. 1.

Hiere. 48.

V. Exo. 32.

porta eat ad portam, id est a uitio usque ad uirium, per quod ad mentem mors ingreditur, increpando discurrat p mediū castroꝝ cū tāta æqualitate, ut in culpā deliquētiū nullius odio uel fauore declinet.

poris debilia terminant. Nam iusti conuersio tanquam palma, plus finiēdo peragit, quā inchoando proponit.

De triplici habitatione Dei. Ti. XCVI.

Non est hic aliud nisi domus Dei. Tria Deus inhabitat, mundum, ecclesiam, fidelem animam. In mundo est ut imperator in regno per essentiam & potentiam. In ecclesia ut paterfamilias in domo per presentem iustitiam, quia ipse est, qui iustificat eam, de cuius plenitudine omnes accipimus. Creat, recreat, conseruat in anima per spiritua lem gratiam.

De igni in altari semper ardente. Ti. XCXII,

Ignis in altari semper ardebit, quem nutrit sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies. Ignem in altari semper ardere est charitatis flammam indefinenter ad Deum accendere, ligna ne deficiat subijcere, est exempla præcedentium patrum quasi quadam fomenta in exercitatione charitatis subministrare. Etenim quia in terra nouitas quotidie ipsa huius uitæ conuersatione ueterascit, ignis charitatis prædictis lignis nutrirī debet et reuiuiscere. Hoc fit mane, quia nō nisi in nocte charitas exiguatur.

De pane subcineritio. Ti. XCXIII.

Actus est Ephraim panis subcineritius, qui non reuerfatur. Ex natura bene condita inest hoī in tētio, qua suigat in Deū. Ex intentione uoluptas syn cera, q̄ p̄mat seculū inferius. Panis subcineritius ex inferiori mundior, ex superiori cinerem portat. Qui ergo intentionem, qua Deū q̄rere debuit, negligit, & mundiorē partem inferius p̄mit, & curā seculi libenter tolerans quasi congestum superius cinerem portat: sed reuerfatur, si desideriorū cinerē abiiciens, intentionē bonā, q̄ opprimat, sup̄ius ostēdit.

De sententia sup̄remi iudicij ad parturientem comparatione. Tit. XCIX.

Sicut parturiens loquar. Parturiens cum dolore eijcit, qd̄ diu in absconditis cum pondere porta uit. Ita Deus, qui apud se nunc tacitus tolerat, in ultione iudicij quasi cum longo dolore post longum silentium manifestat.

Descendere in infernum cum armis. Tit. C.

Descendant in infernum cum armis suis. Arma peccantium sunt membra corporis, quibus praua desideria, q̄ cōcipiunt, exequuntur, cū q̄bus tolerant æterna tormenta cū p̄cip̄e ipsoꝝ diabolo. Vnde ibi Assur, & oīs multitudo ei⁹, in circuitu ei⁹, sepulchra eius. Assur diabolus, multitudo eius angelici spūs, quos ad culpā traxit: qui mortē prulit, cum sui cōditoris uitā reliquit. Huius tāquā mortui sunt sepulchra, qui in suis cordibus illum p̄ desideria praua sepeliunt. Qui erunt in circuitu eius: quia tunc te pulchra cum mortuis ardebunt, ubi ignis qui obscuratur, mors sine morte, finis sine fine, defectus, sine

sine defectu, ignis tenebescit, mors uiuit, finis semper incipit, defectus deficere nescit.

Ferro pœnam duram sed transitoriam, ære signari æternam. Tit. CI.

Urgiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. Quia necessitas inopis uitam mœroris uulnere cruciat, per ferrum notatur. Vnde de Ioseph uen-dito: Ferrum pertransiit animam eius. Iudicium fraternum, quod ab auari mente non attenditur, per arcum innuitur. Si ergo in istis armis ferreis necessitate non perfruitur, sed illa fugiendo multa per auaritiā rapit, hunc extremi & occulti iudicij arcus districtius ferit. Et nota, quod æreus dicitur, ut ferro durabilior: quia pœna, quam fugit transitoria est, quam incurrit, æterna.

Necessaria huius uitæ non esse abominanda. Tit. CII.

Non abominaberis Ægyptium vel Idumæum, nō est quamuis relinquenda Ægyptiaca, pristina scilicet conuersatio de superfluis non cogitando, non tamen prorsus abominanda, ut de necessarijs non cogitemus.

Vna trutina nos & proximos metiamur. Tit. CIII.

Non sit pondus tibi maius & minus ut aliter tibi, aliter proximo metiaris, imponens grauiā, quæ nec digito uelis mouere.

Disputare a Cedro ad Hyssopum. Tit. CIIII.

Disputauit Salomon super lignis a Cedro, quæ est in Libano, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete. Salomon Christus, cedri nomine celsitudo gloriæ in electis, hyssopi, quæ herba humilis est petreæ adhærens, humilitas Christi accipitur. A cedro usque ad hyssopum Salomon disputauit, quando ab alta gloria cælestium usque ad carnis humilitatem descendens Christus peruenit. Cedri quoque nomine prauorum elatio designatur. Vnde. Vox Domini confrigentis cedros. A cedro ergo Christus usque ad hyssopum disputat, quia superbos & humiles ipse diiudicat. Super ligna autem disputat, quia in cruce dependens clamat scarabeus de ligno: & tum cedrorum superbiam ad humilitatem deduxit, dum eos ad humilitatem crucis, & stultitiam per contemptibilem sermonem fidei inclinauit. Verbum enim crucis pereuntibus stultitia, credentibus uirtus Dei est in salutem.

De absconsione Eliæ in Carith. Tit. CV.

Absconditus est Elias in torréte Carith, quod interpretatur caluus, & ibi de torrente bibit, & coruus pascebat eum mane & uespere, pane & carne. Elias, qui interpretatur Deus fortis, Chri-

stus est, qui in Caluaria loco, ubi abscondita est gloria eius, de torrente immortalitatis nostræ bibit: pascebat eum mane & uespere, id est ab exordio gratiæ usque ad finem mundi: a coruo, id est genere humano peccatis nigro, pane fidei, & carne resurrectionis. Quasi enim coruus Christo carnem & panem offert nostram salutem sitienti, dum peccator uitam suam per fidem componit, & carnem per pœnitentiā domitam Deo in sacrificio tribuit spe resurrectionis.

De spiritu duplici, quem ab Elia petijt Eliseus: & de largitate Christi. Tit. CVI.

Dicenti etiam Eliæ, Postula quod uis, respondit Eliseus. Obsecro fiat spiritus tuus duplex in me. Elias caput, Eliseus corpus, quod est ecclesia, notat. Elias noster dat locum petenti, cum dicit. Petite, & accipietis, hac fiducia Eliseus. i. Christianus petit, ut spiritus eius duplex fiat in assumptione uirtutū, & remissione peccatorū. Spiritus ista conferens simplex fuit in Christo, qui peccata non habuit, & ideo remissionem peccatorum non exigit. Opera autem uirtutum fecit in spiritu. Bene ergo ecclesia spiritum duplicem petit, quia & remissione peccatorum indiget, qua non indiguit Christus, & collatione uirtutum, quas ex plenitudine sua tribuit Christus, qui suam in eo spem ponit. Hinc Elias dicit ad Eliseum. Si uideris me quando tollar a te, fiet: si non, non erit. Quia nisi quis oculos fidei in illum figat credens resurrectionem, ascensionem, & cætera credenda, petitionis fructum non recipiet. Elias pallio flumen percussit, quia Christus per incarnationē, qua tanquam indumento se induit, fluiuium nostræ mortalitatis destruxit, & ipse transiuit, & nobis ad uitam transitum dedit. Eliseus uero eodem pallio flumen percussit, & non diuiditur. Item dicit, ubi est nunc Deus Eliæ? & tunc diuiditur, quia ecclesia nisi ad inuocationem Christi uirtutes nullas potest facere, ipso dicente: Sine me nihil potestis facere. Nihil enim humanum studium potest, nisi adsit diuinum adiutorium.

Quid sit a canibus & auibus comedi. Tit. CVII.

Qui mortui fuerint de Neroboan in ciuitate comedent, eos canes: qui in agro, uorabunt eos aues cæli. Quia & qui fide tenuis positus est in ecclesia, si mortalibus peccatis moritur, a canibus, qui circueuerunt ciuitatem, id est sanctorum sententijs increpatur, arguitur, & damnatur. Hi sunt, qui infideles uel fures abijciunt foras, abigunt, & ouilia sancta custodiunt. Qui autem extra ecclesias uitij moritur, illa uolucres, quæ semen secus uiam sparsum comedunt, eum deuorant, id est ad æternum interitum peccatis onustos secum ducunt incorporatos.

De adulatione perniciofa. Tit. XCIII.

Qui conuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis ad capiendas animas. Puluillus & ceruical, ut melius quiescat, ponuntur. Quisquis aut male agentibus adulatur, sub capite & manu alterius cōsistit puluillus. Hinc rursus. Ipse ædificabat parietem & alij linebant. Paries peccati duritia. Hunc ædificat, qui contra se peccati obstaculum construit: hinc linit, qui peccata perpetranti adulatur.

De diuitiarum contemptu. Tit. XCIII.

Dives cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Cū. n. peccator dormit in morte, uidet & cognoscit, qd̄ nihil fuit, qd̄ uidit in uita, quæ rapitur ad mortē de uita. Vnde subditur, Tolle eū uetus utēs, .i. malignus spūs, qui uiuētē trahit ad uitia, morientē trahit ad tormenta. Hic succendit amor cōcupiscētiæ, ibi cruciat flāma gehennæ. Hic uento & flatu malę suggestionis ad terrena desideria succēdit corda iniquorum teste Hieremia. Ollam succensam ego uideo, id est cor humanum uitiorum ardoribus feruens, & faciem eius a facie Aquilonis. Ab illius enim suggestionibus inflā mabatur, qui dixit. Sedebo in montem testamenti, in lateribus Aquilonis. Ab huius urentis ardore p̄mittunt prophetæ in aduentu Christi iustos liberari a Domino. Pro saluina, inquit, abies, & pro urtica crescet myrtus. Pro abiectione terrenæ cogitationis altitudo terrene contemplationis, & pro pruriginē & ardore uitiorum uirtutū crescet temperies, & tranquillitas mentis. Hoc desiderium Mariæ promittitur: uirtus Altissimi obumbrabit tibi. Quamuis hoc uocabulo Christi noteretur incarnatio: umbra. n. à lumine formatur ex torpore. In materia autem lumen diuinitatis corpus recepit humanitatis.

Quod iustus ut palma floreat. Ti. XCV.

Iustus ut palma florebit. Tripliciter. Palma. n. tar de proficit, sed diu in uiriditate subsistit. Inferi⁹ tactu aspera, aridis corticibus obuoluitur, superius uisu & fructibus pulchra. Cæteræ arbores iuxta terram uastæ, superius subtiliores redduntur. Palma ab imis subtilior, uastior a summo succrescit. Talis est iustus. Primo cum multis difficultatibus ad fidei statum quasi tarde proficit, sed in fidei gloria diutius subsistit. Inferius multis tribulationum corticibus, despectus, superius est fructu retributionis gloriosus, & cum cæteræ arbores, id est mali homines, inferius sint fortiores, pro inferioribus multos labores tolerantis, superius debiles, quia uisus horæ momento Domino seruiētes lasātur: sola palma, id est soli iusti, in cælestibus fortiores, in terrenis sūt infirmiores, ut quantum cæteri in terrenis, tantum ipsi in cælestibus clareant, ut sicut exhibuerunt membra sua seruire iniquitati, exhibeant eadem seruire iustitiæ, qui non ut cæteræ arbores in inchoatione fortiora proponunt, & per augmentum tem

Olla succensam cor feruens ardoribus uisio rē dicitur.

Hic. i. Esa. i. 14.

Esa. i. 55.

Luce. i.

Psal. 91.

Progressus uiri iusti.

Gen. 28.

Leui. 6.

Quomodo ignis charitatis in cordibus nostris nutritur.

Ose. 7.

D

Ezec. 31

3. Re. 17

L

4. Re. 2.

Duplicem spiritum a Christo recipit ecclesia.

Luce. 11

M

3. Re. 14

De filio viduæ ab Eliseo suscitato. Tit. CVIII.

N filium viduæ, qui aegrotauerat, & mortuus est in sinu eius, ut suscitaretur Eliseus tollit de sinu eius in cœnaculum, ponitque in lectum, ubi ter cum corpore suo mensus per orationem suscitatur. Filius moritur in sinu matris, dum spiritus moritur in delectatione prauæ cōuersationis. Vnde & in sinu uxoris Sanson cœcatur. Hic ut viuat prius remouetur a sua vana cōuersatione, quia prius est relinquendum malum: inde portauit in cœnaculum ecclesiæ id est monasterij, vbi habitat Deus, ibi in lecto cōtemplationis positus super se ter Deum sentit meriti: dum mente, ore, & opere Deum recipit, nulla cogitans, loquens, aut operans, nisi quæ Dei sunt, ut iam viuat in virtutibus, & quiescat, non in agro, non in molendino, sed in lecto illius pacis, quæ hic incipit, in futuro consummatur. Item sciendum, quod vidua hæc animam significat, de qua dicitur: *Pauit sterilem, & viduæ non benefecit.* Quod est carnem a fructu boni operis sterilem nutrire, & animam non providere, cuius maritus Christus est mortuus. Huius viduæ sinus est caro, filius opus est. Qui moritur in sinu, id est in carnis delectatione: sed prædicto modo eum suscitatur Eliseus.

Quo spūs moriatur et resurgat

Iob. 24.

De mysterio altaris ab Elia constructi, & actorum ab eo circa ipsum. Tit. CIX.

Elias edificauit altare de duodecim lapidibus, in circuitu altaris fecit aquæductum quasi per aratiū duas arenuculas, componit ligna, & bouem super ligna diuisit, & fecit primo, secundo, & tertio aquam superinfundi, quousque impleretur aquæductus circum altare. Altare fideles sunt, vel quælibet congregatio ex his, qui fidem sequuntur duodecim Apostolorum. Aquæductus duarum aratiū arenularum flumina lachrymarum ex corde contrito pro timore gehennæ, & desiderio vitæ æternæ. In altari componuntur ligna, sanctorum scilicet dicta & facta in exemplum credentibus. Bos quoque supponitur id est Christus qui super omnes actus suos in exemplū proponitur. Super utrunque aqua ter effunditur, dum quis imitatur Christum & sanctos, & aqua compunctionis uerba, cogitationes, & opera mundat, nec cessat donec fossa prima & secunda. i. per mortem præsentem, & gaudium futurum compleatur. Tunc ignis Dei holocausta & ligna uorat, dum dicta & facta examinans in æterna eum recipit vita. Discutiamus ergo nos fratres, si ad altare Dei sumus, doctrinam apostolicam sequendo. Habeamus in circuitu nostro & timorem gehennæ, & desiderium patriæ, quasi duas fossas, quibus compuncti abstineamus a malo timore pœnæ, & faciamus bonū amore patriæ. Superponamus nobis exempla sanctorū tanquàm quædam ligna, quibus præmamur ne excedamus, & ipsius Christi actus & verba tandem imitemur. Mundemus primo cogitata, deinde dicta, post opera nostra aqua pœnitentiæ, ut vbi ab igne diuino mereamur alium, qui quidem combu-

rit consumendo vitia, & illuminat claritatem dando æterna. Post tale sacrificium sequitur pluuia diuinæ gratiæ ad orationem Eliæ super terrā, quæ fuit arida tribus annis & mensibus sex, quanto tempore Christus prædicauit, dum ex euangelica prædicatione in lachrymas compunctionis, & desideriorum æternæ consolationis resoluimur.

De incarnatione verbi figurata per uas nouum, in quod Eliseus sal misit. Tit. CX.

Aquæ Iericho pessimæ erant, & terra sterilis. Rogatus ergo Eliseus eas sanare misit sal in vas nouum fictile, & demersit illud in flumen, & sanatae sunt aquæ pessimæ, & terra sterilis. Iericho sunt populi mali, & a fructu boni operis aridi. Vas nouum fictile vel sancta virgo, quæ fuit vas nouum per virginitatem, & fictile quia terrenum. Vel vas nouum Christi caro, est noua, quia sine peccato noua generatione creata est, id est de matre sine patre, quæ est quarta & noua generatio: & fictilis, quia mortalis. Sal autem est sapientia, verbum scilicet patris. Sal iste dum mittitur a Deo patre in vas nouum, id est in vterum virginis, vel in carnem assumptam de virgine, vbi latuit diuinitas tanquàm in vase, sanatae sunt aquæ, id est gentes, quæ receperunt vas, in quo est sal, id est Christum, in quo est diuinitas. Nam sal in vase, diuinitas in carne est. Vas habens sal in aqua est Christus Deus & homo in gente. In nobis quoque sunt vitia & peccata aquæ amare, quæ terram nostram, id est animam faciunt sterilem, & submergunt in inferni profundum. Ut ergo sanentur aquæ nostra, opera uidelicet nostra, & terra efficiatur vitæ fructu idonea: exuamus veterem hominem cum actibus suis, & induiti nouum, effectique vas nouum a vitijs mundemur, recipiamus sal ueræ sapientiæ, a qua sumus conditi, & in nouo homine, qui noua moritur, conseruemur intacti.

4. Reg. 2

Pulchre vas noui Beata Virgo dicitur.

De prælatorum in sagittandis, & perimendis vitijs officio. Tit. CXI.

Rege Israel tenente arcum superposuit Eliseus manus suas manibus eius, & præcepit ut per fenestram orientalem iaceret sagittam, & cum iecisset ait. Sagitta salutis Domini contra Syriam. In loa rege officium regendi populum habent, qui officium habent regendi animas notantur. Hi assument arcum, & iaciunt sagittas, id est scripturam & scripturæ sententias, & verba proferunt ad vulnerandas in vitia animas contra diabolum. In arcu enim de cornu durities veteris testamenti per chordam uouit tenditur, ad spiritualem intellectuū flectitur, & sagittas salutis contra antiquum hostem dirigit. Vnde de sanctis doctoribus Gentilitatem ingredientibus dicitur. Cum sagittis & arcu ingredientur illuc. Dum scripturæ sacræ dicta pensamus, arcum tendimus: dum verba doctrinæ damus, sagittas

Arcus sacra scriptura, & sagitta, quibus vulnerantur animæ sunt eius verba

V gittas emittimus. Hoc autem ut fiat, Eliseus manus suas super manus regis ponit, quia exemplis suis & gratia actiones rectorum Dominus dirigit, & protegit. Et notandum, quod per fenestram orientalem sagitta salutis, id est prædicatione sancta ei mandatur, quia lumen scientiæ & doctrinæ primū debent recipere, qui iacula verborum debent emittere. Iterum iubet iaculo terram percutere, quod cum tribus vicibus fecisset, & sterilet, iratus est contra eum, quod non quinquies, vel sexies, vel septies percussisset. Quia carnales non solum fidei Trinitatis sunt imbuendi, sed ut quinquies sensibus imperent, & bonis operibus, quæ per senarium exprimuntur, fructum impendant, ac septiformis spiritus scientiam meditentur, sunt edocendi. Fides enim sine istis mortua est.

De virtute patientiæ per aduersa monstranda, & ad granum Sinapis comparanda. Tit. CXII.

Vnguenta nisi commota, aromata nisi incensa aut trita latius nesciunt redolere. Ita Sancti, qui virrutibus redolent, tribulationibus innotescunt: vnde fides eorum grano Sinapis comparatur, quæ vim suam nisi contrita nescit demonstrare. Si ergo tu aduersis moueris, si tribulationibus incenderis, tunc quod intus caloris per charitatem gerebas & sapiebas, foris per opera ostendis. Si enim fides nostra fuerit similis grano sinapis, & dixeris monti, transfer te, transferetur.

De duplici pace. Tit. CXIII.

Est pax inchoata, est & plena. Inchoatam discipulis veritas dedit dicens. Pacem meam do vobis. plenam Simeon poscebat. Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. Prima est a vitijs non a pœnis, secunda a vitijs & a pœnis. Pax igitur desiderio creatoris inchoatur, ex manifesta eius visione perficitur.

De peccatoris captione, & excacatione. Tit. CXIII.

Occidit rex Babylonis filios Sedechiæ Regis in oculis eius, & post eidem oculos eruit, ut in Babylonem descendat, & Babylonem non uideat. Sic diabolus bona opera, quæ proles sunt operantis, interimat, ut hæc se amittere quod captus est dolens cernat, peccati tamen delectatione victus bona, quæ genuit, amens uolens & videns perdit. Sed dum videns percutitur, ne contra regem Babylonis leuet brachium virtutis, extinctis mox cunctis filijs oculos amittit, quia hac ipsa intelligentia luminis subtracta, deinde in Babylone vitiorum ipsam sui confusionem non uidet.

De hypocrisi & simulatione virtutis. Tit. CXV.

Non induas uestem lana linoque contextam. Lana innocentia, Linum subtilitas. Malitiæ

vestis ex ijs linum interius celat, lanam monstrat exterius. Ex lana ergo & lino uestem induit, qui intus subtilitatem malitiæ operit, & simplicitatem innocentiae foris ostendit.

De murmure vitando, & concordia seruanda præsertim in claustris. Tit. CXVI.

Precordia fatui sicut rota carri. Carrus portat fœnum, & murmurat, sicut fratres sunt solo corpore habitantes in vnum, quod bonum & iocundum est, sicut vnguentum vnitatis, quod est in capite Christo, a quo in barbam vsque, id est in maiores & fortiores descendit. Quæ utique barba Aaron est, id est veri sacerdotis Christi, quando non inueniens aliam dignam hostiam seipsum obtulit factus hostia & sacerdos, a barba venit in oram uestimenti. Vestimentum ecclesiæ tenet in cruce, ut non habeat peccati maculam, vel duplicitatis rugam. Ora accipitur pro fine seu perfectione: descendit ergo in oram, quia ecclesiæ peperit monasteria: per hanc oram caput intrat: quia Christus per fraternam charitatem.

De ecclesiæ ad vitem comparatione. Tit. CXVII.

Vitis ad imitationem vitæ nostræ ipsam defigit radicem, propagine oneratur, brachijs quicquid comprehendit stringens, se erigit: ex qua alia sarmenta inciduntur, alia ne reflectant ligantur. Sic radicitur ecclesiæ: radicitur in fide, carnis propagine oneratur. hæc est mulier, quæ morbo inclinata sursum non potest respicere. Sed respexit eam Iesus, & terrena eius disposuit onera, ut brachijs charitatis sursum se erigat, proximos per charitatem amplectatur, & usque in arboris cacumen se erigens cœlo se inferat. Sterilia uitiorum reciduntur, cætera præceptis & exemplis ligantur.

De Noe, & Christo a suis irrisis. Tit. CXVIII.

Noe plantauit vineam. Christus Iudaicum populum. Vineam enim Domini sabaoth domus Israel est. Cuius uinum bibit in calice mortis: tali calice inebriatus obdormiuit, quoniam tradidit spiritum. Quod irridendo Cham, id est Iudaicus populus uidit, quod scilicet per crucis ignominiam mortuum ita turpiter crucifixum nos ut Deum adoramus: hoc etiam hodie obijcitur nobis. Hanc autem ignominiam duo fratres fideles, Græcus & Latinus, testimonijs prophetarum operiunt. Euigilans itaque Noe, id est a mortuis resurgens Christus, illum maledicit, & hos benedicit.

Eccl. 33.

Luc. 13.

Gen. 9.

Pulcherima figura pro concionatoribus

De Christo, & fide eius in David per stragem Golia, & arma eius figuratis. Tit. CXIX.

1.Re.17 Goliath David, diabolus Christum, superbia prouocauit humilitatem, contra Goliath Dauid, id est Christus induitur armis, circumcissione scilicet, templi figuris. & multiplicibus sacrificijs, sed quia arma prementia, non adiuuantia erant, deponuntur. Lapidés quinque accipiuntur: deponitur lex, & accipitur lex. Deponitur lex figuratiua, accipitur figurata: dimittitur quod uelabat, nam in morte Domini uelum templi scissum est: & quod uelabatur accipitur. Accipiuntur quinque lapides, id est libri de flumine prioris populi, ubi uacabant & inutiles erant semper, quos fluuius transgressione transibat; mituntur in peram pastoralem, id est in caulã boni pastoris Christi, ubi lacte gratiæ abundant oues. Nam sine gratia lex intelligi, & impleri non poterat. Hoc lac mater ecclesia fatagit dare, sed infidelis non potest accipere: dolet illa, si cui det non inuenit. Lapidibus quinque torrētis gratiæ armatus vno strauit, quia quinque libri aperti sunt, sed in eis unitas charitatis vincit. In quinque enim porticibus multi iacebant languidi, sed unus sanabatur: nam nisi charitas, ex qua lex & propheta, vincere non potest. Deinde proprio illi gladio caput abscidit. Gladius enim diaboli sunt mali, scilicet membra eius, quibus contra Deum & eius membra pugnat. Hunc de vagina diaboli extrahit David noster, cum de potestate malorum Christus membra sua diripit. Sed per illum diaboli caput abscidit, quando ipsum per euangelij prædicationem a suis membris eijcit.

Lex diuina nec intelligi, nec impleri potest sine Dei gratia

Gladius diaboli.

De rubo, quem vidit Moyses incombustum. Tit. CXX.

Exo.3. Mittens Deus Moysen ad Gentem, quam præsciebat, nunquam igne charitatis arsuram, ostendit ei flammam in rubo, a qua non comburebatur rubus. Flamma in rubo, lex in illo populo peccatorum spinis pleno. Rubus non est combustus, quia verbo Dei non sunt peccata in illis consumpta. Flamma rubum inflammans non comburens, persequitio ecclesiam purgans, non consumens. In qua tantum Moysi, id est solis credentibus loquitur, ad quam accedere prohibetur, nisi tollat calciamenta prius de pedibus, id est nisi abijciat prius uitia de affectionibus, quibus tanquam pedibus itur uel ad bonum ardoris uel ad malum. Et tu ergo homo rubus conceptus es & natus: rubus, inquam, in uitijs & in peccatis conceptus & natus, spinas quotidie germinans vitiorum, quantumcunque etiã proficias, quia nec puer vnus diei sine peccato. Fiat autem in te flamma uerbi Dei, quæ in te rubeat & consumat spinas peccati. Non sis rubus qui non consumitur. Est enim rubus alius bonus, alius malus, uterque habens flammam. Nam & bonus, & malus aureo corporis percipit uerbum Dei, sed malum in malitia nequaquam consumit. Flamma quoque per-

Flama in rubo legitur diuino populo Iudæico spinis peccatorum plenam significabat.

secutionis est in bono & malo rubo. Malum consumit, qui in tempore tentationis recedit. Bonus non consumitur sed purgatur, qui probatus qualis fuerit, tribulationibus innotescit. Fornax enim ligna cremat, aurum purgat, quia tribulatio & bonum efficit puriorem, & malum ostendit deteriore. Ad rubum uirtutis si uis accedere per imitationem, solue calciamentum de pedibus. Est autem aliud calciamentum, quod soluit accedens, ut audiat & exaudiat Deum in rubo loquentem: aliud, quod soluit recedens, dum non exaudit pro suscitando fratris semine uicinum monentem. Primum sunt uitia, quæ dimittit ad iustum ac sanctum accedens: secundum prædicationis officium, quod amittit proximi curam relinquens. Est etiã tertium calciamentum, quo Christus uenit in mundum, dispensatio incarnationis suæ. Ad primum ergo calciamentum relinquendum omni conatu te præpara. Ad secundum procreandum omni sollicitudine stude. Ad tertij corrigiam soluendam te indignum cum Ioanne iudica: Ut & uitia deponas, & curam proximi habeas, & mysterium incarnationis Christi temere discutere nõ audeas.

H Ad uirtutem accedens tria calciamenta soluere oportere.

Marci.1 Luc.1.

De ferculo Salomonis. Tit. CXXI.

Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eis fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constrauit, propter filias Hierusalem. Salomon Christus Pax nostra, qui fecit utraque unum; Ferculum, ecclesia, uel qualibet sanctorum congregatio ad æternum conuiuium animas ferens. Columnæ argentiæ, qui fortitudine operis alios exemplo portant: & luce prædicationis illuminant. Reclinatorium aureum æternæ felicitatis fulgor: in qua reclinator, & ab omni labore quiescitur: Ascensus purpureus est, quia ad claritatem illius quietis non nisi per tribulationem uenitur. Quid ergo nos miseri acturi sumus? In hoc seculo columnæ nos esse non possumus, in quibus nec fortitudo operis, nec lumen emicat prædicationis. Reclinatorium aureum non habemus, quia spirituales regem necdum mente aspicimus. Ascensus purpureus non sumus, quia pro Christo effundere sanguinem non possumus. Sed ad hæc est certa consolatio: amemus Deum, diligamus proximum, & simul nos ad Dei ferculum pertingemus, quia scriptum est, Media charitate constrauit propter filias Hierusalem. Per sexum enim femininum sermo diuinus infirma uocauit mentium. Inter columnas ergo argenteas, inter reclinatorium aureum, & ascensum purpureum, media charitas inesse dicitur: quia si habes charitatem, eò sine dubio peruenis, ubi columna erigitur, & ascensus purpureus tenetur, & reclinatorium aureum inuenitur. Hinc in propheta, Inter thalamos quinque sunt cubiti: quia inter perfectos sunt minores, qui quinque sensibus corporis adhuc depressi de seculo aliqua cogitare coguntur. Rex itaque noster fecit ferculum sibi, quia congregauit ecclesiam de lignis Libani,

I Cant.3.

Quo ferculo Salomonis ecclesia Christi dicitur.

L

libani, quæ sunt cedrina, id est de patribus fortibus, mente imputribilibus: & hoc sibi, quia ad glorificandum seipsum.

De mutatione uelstis sacerdotalis. Tit. CXXII.

M Cvm personis superuenientibus animum mutare ordini sacerdotum ualde est necessarium. Vnde per prophetam dicitur, ut cum sacerdos intus ministrat, uelstibus lineis utatur: cum egreditur ad populum, reponantur eæ in gazophylacio sanctuarij. Cum enim sacerdos intro ingreditur, subtilioribus contemplationis operibus quasi lineo indumento utatur: at cum ad populum egreditur grossioribus utatur, quia pro utilitate etiam ad terrena portanda mores suos componere debet.

Eze.44.

Tintinnabula cur pendebant olim ad uelstem sacerdotis, & in eis mala punica. Tit. CXXIII.

N Vestimentis sacerdotis tintinnabula adhibentur, ne si de eo sonitus ingrediens & egrediens non auditur, moriatur: quia uitæ uiam cum prædicationis sonitu opera sacerdotis clamare debent & illis, qui intus in districtiori uita spem habent, & ijs, qui extra in habitu sculari, ne contra se iram Dei prouocans moriatur. Tintinnabulis quoque mala punica iunguntur. In malo punico, in quo sub uño exterius cortice multa grana continentur, fidei unitas notatur: quia ecclesiæ sic multos unitas fidei foris contegit, ut intus diuersitas meritum teneat. Ut ergo operibus uerba iungantur, uelstimentis tintinnabula adhibentur, ut per omne, quod dicunt, unitatem eius custodiant. Tintinnabulis mala punica iunguntur.

Titinnabula prædicatione, mala punica unitatem fidei figurant.

O

De aqua spirituali, & naturali. Tit. CXXIII.

P Aqua spiritualis inferuit ei, qui de die in diem renouatur spiritu mentis. Aquarum usus est ad lauandum, ad potandum, ad cibos coquendos: Sicque aqua spiritualis & immundum a foribus purgat criminum, & sitiienti salutem fit fons aque salientis in uitam æternam, quam qui biberit, non sitiet in æternum. Diuinum etiam eloquium igne Spiritus sancti coquit cibos mentis, & in sensus spirituales conuertit.

De reginis, concubinis, & adolescentulis mysticis ueri Salomonis. Tit. CXXV.

Q VErri Salomonis multæ sunt reginæ, multæ concubine, adolescentularum non est numerus. Quia multæ sunt mansiones apud sponsum: alium regina, alium concubina, alium adolescentula locum tenet, terminumque pro meritis accipit, quousque procedens liceat ei intrare in gaudium Domini sui, & dulcia secreta sponsi rimari. Nam

Ex Ca.6

mulier compuncta ad pedes locum inuenit, iusta ad caput, pia in toto corpore. Thomas in latere fidei, Ioannes in pectore late charitatis, Petrus in sinu patris, id est luce ueritatis, Paulus in tertio cælo, hoc est in intimo sapientiæ secreto, huius gratiam sunt allèquuti. Iacens in miseria & luto fœcis peccator homo plorat, & clamat: plasmatori & saluatori suo supplicans, Eripe me de luto fœcis. Et quia in peccatorum suorum stercore computruerat, ut lauandus erigatur, & dum abluatur, ne cadens inquinetur, inquit, statue supra pedes meos. Isti pedes sunt fides, & operatio. Istitis qui lotus est, ambulat, stat, & eleuatur. Tria enim ista necessaria tibi noueris quicunque conuerteris, & ad Deum reuerti desideras, ut scilicet ambules, stes, & eleueris. Primum debes proximo, secundum tibi, tertium Deo. Ambulandum est, ut subuenias proximo. In templo standum, ne recidas in lutum, unde ereptus es: ut tandem eleueris ad cælum, unde es eiectus. Docendus est proximus, quod est ambulare, a se scilicet ad alium transire facere, non tantum uerbo, sed etiam exemplo; ut quæ docueris non negligas facere, quod est stare, a tui uide licet cura non recedere, ut per hoc iam tertio in cælum debeas eleuari, quod est ad Deum pro merito rum mercede ascendere. Hinc sancta animalia leguntur ambulare, stare, eleuari, pariterque leguntur rotæ ea sequi.

Tria genera mulierum Salomonis, tria sponsum generasunt celestis sponsi.

R

Ezech.1.

Cum angelo luctari Iacob. Tit. CXXVI.

Iacob cum ad parentes rediret, in uia cum angelo luctatur, quem dum tenet in femore, tenetur & tangitur, ac claudicat. Parentes nostri angeli sancti sunt & sancti uiri in uita & patria cælesti positi. Angelus Deus, Iacob quilibet iustus ab hoc exilio ad patriam parentum tendens. In hac uia cum angelo luctatur: quia dum contemplari Deum nititur, uelut in quodam certamine positus more pugnantium modo superat, cum de Deo aliquid intelligendo degustat: modo succumbit, dum penetrare lumen incircumscriptionum non sufficiens deficit quasi temere ausus. Vincitur angelus, dum intellectu intimo apprehenditur Deus, sed uictus uincit in uño pede claudum efficit. Pes vnus amor Dei, alter est amor seculi. Qui ergo prius duobus pedibus ambulabat, dum Deum uidebatur quærere, & seculum tenere: cum angelum tenet, uño pede claudicat: quia post suauitatem diuinæ agnitionis crescit in homine fortitudo amoris Dei, infirmatur in homine fortitudo amoris carnis: Vnus sanus remanet, alter claudicat. Quia debilitato amore seculi, solus conualescit amor Dei. In ipso solo stat, quia pedem amoris seculi, quem in terra ponere consueuerat, a terra suspensum portat. Et nos si ad patriam redire uoluerimus, in uia præsentis uitæ angelum teneamus apprehendendo Deum, ut pede amoris seculi a terra suspensio, solo pede amoris Dei ducamur. Quod non fit nisi rege superbo extincto. Vnde Esaias. Anno inquit, in quo mor-

S Gen.32.

Amor Dei & seculi.

Quomodo claudicat: quia pro amore Dei, a amore carnis contemnit.

Esa.6.

tuus est Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus a maiestate eius. &c. Quia cum diabolus a desiderio mentis occiditur, mens Dei gloriam contemplatur.

Penitentiam agere in cinere, & cilicio. Tit. CXXVII.

Penitentiam egissent in cinere, & cilicio. In cilicio notatur asperitas peccati, & punctio: In cinere puluis mortuorum: utrumque hoc adhiberi ad poenitentiam solet, ut in punctioe cilicij cognoscamus quid per culpam fecimus, in cinere quid per iudicium futuri sumus. Consideremus in cilicio pungentia incitamenta vitiorum, in itinere subsequentem poenam. In asperitate cilicij uideat homo superbiendo quid fecit, in cinere quod peccando petuenit.

De malorum cogitationum & peccatorum ortu, & defensione. Tit. CXXVIII.

Orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius &c. Vrticæ cogitationum prurigo, spinæ peccati punctio. In domo igitur Babilonis & desideria cogitationum surgunt, quæ exasperant, & peccata hominum, quæ pungunt: sed hæc agentes nequiores habent defensores. Vnde subditur. Paliurus in munitionibus qui tanta spinarum circūdatione densescit, ut præ asperitate uix tangi possit. Intus igitur vrticæ & spinæ nascuntur, sed vtræque exterius per paliurū muniuntur: quia minores iniqui mala faciunt, sed nequissimi maiores eos tuentur. Vnde Iob. Protegunt vmbrae umbram eius: quia peccatores in quo ipsi sibi conscij sunt, alios defendunt.

De triplici osculo. Tit. CXXIX.

Tria sunt oscula, ad pedes, ad manus, ad os. Pedes sunt misericordia, & iudicium. Ex misericordia spes, ex iudicio nascitur timor: hic timor initium, spes profectioem, consummationem sibi vendicat charitas. Si iudicii timore compungeris, pedi iudicii labia impressisti: si timorem spe misericordiae temperaueris, misericordiae pedem amplexus es. Aliquando alterum sine altero osculari non expedit, quia recordatio solius iudicii desperatio est, & solius misericordiae securitatem unam gignet.

Manus sunt latitudo & fortitudo, eo quod tribuat affluenter, & defendat potenter, quod dederit: utrumque osculatur non ingratus, lagitorē Deum confitens & conseruatorem. Os uero est ipsa diuinitas: Caput enim Christi Deus: hoc osculatur, cui æterna visio, & Trinitatis donatur cognitio. In primo osculo offerimus poenitentiam cordis contriti & humiliati, & reportamus remissionem peccatorum cum audimus, dimissa sunt tibi peccata multa. In secundo offerimus cum gratiarū actione condignos poenitentiae fructus, & reportamus perseuerantiam bonorum, & dicitur. Qui

perseuerauerit usque in finem, saluus erit. In tertio presentamus consummationem, & accipimus gloriam, & audimus, Gustate & uidete quoniam suauis est Dominus. Hoc osculo patrem osculatur filius, quia nemo nouit patrem nisi filius. Ego in patre & pater in me est. Osculum autem spiritus sancti nobis datū est, quia & nobis reuelauit Deus per Spiritum sanctum, ait Apostolus. Quibus autem reuelat, lucet & accendit: lucet ad cognitionē, accendit ad amorem. Caritas enim diffusa est in cordibus per Spiritum sanctum, qui nobis inlatis apertis caram & mel portantis, accendit lumen scientiæ, & infundit saporem gratiæ.

De laude, & utilitate psalmodiæ. Titulus. CXXX.

Euseus, cum ei spiritus prophetiæ deesset, psaltem sibi applicari præcepit, ut per laudē psalmodiæ ad eū spiritus prophetiæ descenderet. Vox psalmodiæ cum per intentionem cordis agitur omnipotenti Deo, ad cor iter paratur, ut intentæ menti vel prophetiæ uel compunctionis gratia infundatur. Vnde, Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. In sacrificio igitur laudis fit Iesu iter ostensionis. Iesus enim Saluator dicitur. In psalmodia igitur deuotæ menti semper gratia infunditur cælitus.

MISCELLANÆARVM ERUDITIONUM Codicis Secundi. Lib. II.

De annunciatione & incarnatione uerbi: de paradiso spirituali, & quæ in eo sunt. Tit. I.



Reuertere uirgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas. vs. quaque deliciis dissolueris filia vaga? Quia creauit Dominus nouum super terram. Mulier circundabit uirum. Quasi dicat: Misericordia domini plena est terra, quia ueritas de terra orta est. Christus de uirgine Maria natus est. Terra prius maledicta in peccatis primi hominis, nunc benedicta in gratia secundi hominis, tandem beata in gloria Dei patris. Vnde, Benedixisti Domine terram tuam. Prius germinabat spinas & tribulos: hodie quia Dominus dedit benignitatem, terra dedit fructum suum. O quanta benignitas quæ missus Gabriel ait uirgini. Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. & Elizabeth. Benedictus fructus uentris tui. Vere Dominus dedit multam benignitatem angelicæ salutationis, & diuinæ benedictionis: quia item terra nostra dedit fructum suum, id est Maria protulit Christum filium suum, non iam sicut prius

Gen. 13. Adam inobedienti dixisse Quia obedisti uoci uxoris tuæ plusquam meæ, maledicta terra in opere tuo. Cum operatus eam fueris, non dabit fructum suum, sed spinas & tribulos germinabit tibi. Vsq; hodie obedit Adam uoci uxoris suæ. Maledicitur terra, germinat spinas & tribulos. Habet unusquisque in paradiso iuxta se, & in se serpentem, Euam, Adam, & terram, paradysum Dei, &c. cætera. Paradysus est quælibet congregatio, Serpens diabolus, Eua vox carnis delectatio, Adam spiritus, Terra est ipsa caro. Ad suggestionem serpentis Adam obedit uoci suæ uxoris, dum ad immisionem diaboli consentit spiritus delectationi carnis suæ. Tūc maledicitur terra carnis nostræ, nec profert fructū uitæ æternæ, fructum gloriæ sempiternæ, sed spinas culparum, & tribulos poenarum. Sunt autem duo genera spinarum, unum carnis, alterum spiritus. Spinæ carnis sunt peccata, quæ per carnem geruntur, & per eam transiguntur, ut luxuria, gula. Spinæ spiritus, quæ per spiritum committuntur uitia, ut ira, inuidia. Istæ sunt spinæ, quæ iuxta prophetam producant rhamnum. Ex his spinis non recipiuntur fructus uitæ, sed duo tribuli poenæ. Vnus tribulus est ignis carnem exuperans, qui nunquam extinguitur. Secundus tribulus, animum corrodēs uermis, qui nunquam moritur. Nobis itaque fratres valde metuendum est, ne fortè serpens, qui in paradiso congregationis circuit querens quæ deoret, Euam nostram ita decipiat, ut Adam obediat uoci uxoris suæ, id est spiritus noster consentiat delectationi carnis nostræ, carnis curā faciens in desiderijs. Clamat enim quotidie in nobis Eua ad Adā, cui si consentit, maledicitur & germinat spinas culparum, & tribulos poenarum. Ergo priusquam spinæ nostræ producant rhamnum, scrutemur uiam nostram, ne per uiam spinarum generemus nobis tribulos poenarum: & reuertamur ad Dominum per prophetam nos reuocantem, ubi dicit. Reuertere Israel uirgo. Virgo est anima a Deo pura creatura, & integra. Virginum autem alia prudēs, alia fatua: fatua, quæ acceptis lampadibus non sumpsit oleum secum: prudens, quæ sumpsit oleum in uasis suis cum lampadibus. Lampas est caro, quam accepit prudens, & fatua uirgo. sed prudens in sua lampade oleum sumpsit, id est misericordiam. Sicut enim oleum cæteris liquoribus, sic misericordia præstat alijs charitatis operibus. Hac primum seipsum debet ungeri omnis homo tripliciter. deinde de proximo. Tripliciter seipsum prius ungit miserando animæ suæ per cordis contritionem, oris confessionem, & operis satisfactionem. De hac prima prius sibi inferenda misericordia dicitur. Miserere animæ tuæ placens Deo. In proximo cōdonando, si læsit: docēdo, si deliquit: necessaria ministrando, si indiget. Hoc triplex oleum misericordiae sibi & proximo fatua uirgo non sumit, & ideo cum uenerit & pulsauerit, excludetur & trudetur in tenebras exteriores. Ideo ianua uitæ Dominus reuocat eam a uia sua praua dicens. Reuertere reuertere uirgo Israel: quasi dicat. O uirgo fatua si uis es fatua uirgo sapiens, sis uirgo Israel, quæ scilicet uideas

Deum: sic enim interpretatur Israel. Reuertere & iterum reuertere: quia dupliciter eā reuocat, prius a malo ad bonum, a uitijs ad virtutes, secūdo a bono ad præmium. Malum, a quo eam reuocat, est locus miseræ, & lutum fœcis, in quo iacens peccator homo plorare debet, & supplicare. Ambulet igitur quicumque Domini est, proximum docēdo, ster seipsum corripiendo, eleuetur mercedem operum a Deo expectando & recipiendo. Hinc sancta aialia rotas sequentes in Ezechiele leguntur ambulasse, stetitisse, eleuata esse: quia sancti doctores rotas, id est scripturas sanctas sequentes ambulant docendo, stant se castigando, eleuantur ad Deum tendendo. His itaque pedibus spiritualibus fratres carissimi reuertatur unusquisque nostrum ad Deum, ipso nos ad se uocante. Reuertere reuertere &c. Primo, ut reuertamur de Ægypto ad desertum, ut ibi in uia trium dierum sacrificemus Deo nostro. Secundo, ut de deserto reuertamur ad terram pmisionis. Iam Ægyptum huius mundi dimisimus, & peruenimus ad desertum monasticæ professionis. Est enim claustrum solitudo, & desertum, ubi deseruimus non solum nostra, sed etiam nos ipsos, in quo omnino caueamus, ne mente redeamus ad Ægyptum, & suspiremus ad ollas carniū Ægypti. Proficiscendum autem nouerimus ad terram uiuētium non per latam uiam, quæ ducit ad mortem, sed per angustam, quæ ducit ad uitam. Hinc præcipit Dominus filijs Israel: Per terram Seon regem Amorrhæorum transibitis: & cætera superius dicta usque ad regem diabolū, qui nos querit concludere ad tres ciuitates citra & ultra Iordanē positas, dum ad terram lactis & mellis tendimus reuertamur: hoc est enim, quod sequitur, reuertere &c. Vbi ad ciuitates tuas inquit. Tres sunt ciuitates spirituales, ad quas reuocamur, prima est mens, secūda ecclesia terrestris, tertia cælestis. In ciuitatem mentis congregantur virtutes, in ciuitatem ecclesiæ congregantur boni & mali, in ciuitatem cælestem soli boni recipiuntur. In singulis singula dantur bona. In prima fides, spes charitas, solis bonis. In secunda sacramenta, ut baptismus, bonis, & malis. In tertia gloria solis beatiss. De prima dicitur. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem, id est ut destruerem omnes a mente immundos spiritus, qui operantur in ea uitia & peccata. De secunda, Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri &c. Hæc est ecclesia, quæ in monte sancto constituta est, in qua magnus Dominus peccata dimittēdo, nimis laudabilis præmia promittēdo. De ciuitate cælesti dicitur, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Hæc est ciuitas, de qua uere gloriosa dicuntur, & in qua dantur. Quia quod oculus non uidit &c. ubi lux sine nube, uita sine fine, satietas sine fastidio, gloria sine termino. O quàm gloriosum est choris angelicis, patriarcharum ceteribus, Apostolorum senatui, turmis martyrum, confessorum & uirginum interesse societatis, & cum eis Deum laudando regnare. Nos itaque, ut ad ciuitatem istam perueniamus, reuertamur in præfenti ad ciuitatem mentis & ecclesiæ:

Quare anima uirgo dicatur. Matt. 25. Oleū, quod homo seipsum, & proximum ungerere debet tripliciter, est misericordia. Eccl. 30. Quare anima uirgo dicatur. Matt. 25. Oleū, quod homo seipsum, & proximum ungerere debet tripliciter, est misericordia. Eccl. 30. Quare anima uirgo dicatur. Matt. 25. Oleū, quod homo seipsum, & proximum ungerere debet tripliciter, est misericordia. Eccl. 30.

Deum: sic enim interpretatur Israel. Reuertere & iterum reuertere: quia dupliciter eā reuocat, prius a malo ad bonum, a uitijs ad virtutes, secūdo a bono ad præmium. Malum, a quo eam reuocat, est locus miseræ, & lutum fœcis, in quo iacens peccator homo plorare debet, & supplicare. Ambulet igitur quicumque Domini est, proximum docēdo, ster seipsum corripiendo, eleuetur mercedem operum a Deo expectando & recipiendo. Hinc sancta aialia rotas sequentes in Ezechiele leguntur ambulasse, stetitisse, eleuata esse: quia sancti doctores rotas, id est scripturas sanctas sequentes ambulant docendo, stant se castigando, eleuantur ad Deum tendendo. His itaque pedibus spiritualibus fratres carissimi reuertatur unusquisque nostrum ad Deum, ipso nos ad se uocante. Reuertere reuertere &c. Primo, ut reuertamur de Ægypto ad desertum, ut ibi in uia trium dierum sacrificemus Deo nostro. Secundo, ut de deserto reuertamur ad terram pmisionis. Iam Ægyptum huius mundi dimisimus, & peruenimus ad desertum monasticæ professionis. Est enim claustrum solitudo, & desertum, ubi deseruimus non solum nostra, sed etiam nos ipsos, in quo omnino caueamus, ne mente redeamus ad Ægyptum, & suspiremus ad ollas carniū Ægypti. Proficiscendum autem nouerimus ad terram uiuētium non per latam uiam, quæ ducit ad mortem, sed per angustam, quæ ducit ad uitam. Hinc præcipit Dominus filijs Israel: Per terram Seon regem Amorrhæorum transibitis: & cætera superius dicta usque ad regem diabolū, qui nos querit concludere ad tres ciuitates citra & ultra Iordanē positas, dum ad terram lactis & mellis tendimus reuertamur: hoc est enim, quod sequitur, reuertere &c. Vbi ad ciuitates tuas inquit. Tres sunt ciuitates spirituales, ad quas reuocamur, prima est mens, secūda ecclesia terrestris, tertia cælestis. In ciuitatem mentis congregantur virtutes, in ciuitatem ecclesiæ congregantur boni & mali, in ciuitatem cælestem soli boni recipiuntur. In singulis singula dantur bona. In prima fides, spes charitas, solis bonis. In secunda sacramenta, ut baptismus, bonis, & malis. In tertia gloria solis beatiss. De prima dicitur. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem, id est ut destruerem omnes a mente immundos spiritus, qui operantur in ea uitia & peccata. De secunda, Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri &c. Hæc est ecclesia, quæ in monte sancto constituta est, in qua magnus Dominus peccata dimittēdo, nimis laudabilis præmia promittēdo. De ciuitate cælesti dicitur, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Hæc est ciuitas, de qua uere gloriosa dicuntur, & in qua dantur. Quia quod oculus non uidit &c. ubi lux sine nube, uita sine fine, satietas sine fastidio, gloria sine termino. O quàm gloriosum est choris angelicis, patriarcharum ceteribus, Apostolorum senatui, turmis martyrum, confessorum & uirginum interesse societatis, & cum eis Deum laudando regnare. Nos itaque, ut ad ciuitatem istam perueniamus, reuertamur in præfenti ad ciuitatem mentis & ecclesiæ:

fiat: sed quia non est volentis, sed nec currentis, sed miserentis Dei: creavit Dominus novum super terram: quali dicat: Revertere virgo Israel, quia in auxilium tuum fecit incarnari filium suum Deus pater, qui creavit novum super terram. Quod novum: Mulier circumdabit virum. Maria virgo concipiet in vtero Christum. Vere hoc est novum, nova generatione procreatum. Tres alia generationes praecesserunt, nam quatuor sunt. Prima sine patre, & matre, secunda de patre, & sine matre, tertia de patre & matre, quarta de matre sine patre. Prima generatione Adam venit in mundum, secunda pro-lucitur Eva, tertia homo nascitur, quarta inaudita est & nova, quia Christus venit in mundum, natus est & mundum redemit. valde creavit Dns novum super terram. Hoc est illud novum, quo Eliseus aquam Iericho amarum sanavit. Mulier igitur circumdabit virum. Vir iste dicitur circumdatus a muliere, quia Moyses circumscriptus dicitur a fiscella scirpea: haec autem est virgo beata, qui virgo concepit, & virgo peperit Salvatorem, ut latius in alio dicemus loco.

Generatio quadruplex

De scripturae statura, altitudine, & aspectu horribili. Tit. 11.

Statura erat rotis, & altitudo & horribilis aspectus. Statura est bonae vitae operatio, altitudo caelestis regni promissio, horribilis aspectus terror gehennae. Statura est in rectitudine praecceptionis, altitudo in celsitudine supernae promissionis, horribilis aspectus in supplicij sequentis minis & terroribus. Scriptura ergo sacra, quae est quasi rota dum ab inferiori historiae voluitur ad superius allegoriae, habet staturam, quia mores ad statum dtrigit, ut mens audientis ad inferiora non incuruetur. Habet altitudinem, quia vitae aeternae gaudia promittit: horribilem aspectum, quia reprobis supplicia minatur gehennae. Stat recta in praecceptis, cum dicit. Declina a malo, & fac bonum. Et Paulus, Mortificate membra vestra, quae sunt super terram. Alta est in promissionibus, cum dicit. Erit vobis mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, idest perfectio gloriae, ex perfectione vitae, & quies caelestis retributionis ex cessatione pravi operis. Horribilis nimis, dum dicit. Vermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur. Scriptura ergo sacra, & admonendo recta est, & promittendo alta, & minando horribilis. Haec tria breviter in quatuor comprehendit Apostolus dicens: Ut possitis comprehendere, quae sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Latitudo & longitudo ad staturam pertinent propter opera charitatis, quae extenditur usque ad inimicos, quae est latitudo: & propter perseverantiam, quae est longitudo. Sublimitas ipsa est altitudo aeternorum, quam nec oculus vidit &c. Profundum horribilis aspectus inestimabile.

Ibidem. Restitudo, orbitudo, & horribilitas scripturae sacrae, quae dicitur gignit.

De lamentationibus, carmine, & va in libro Ezechielis scriptis. Tit. 111.

In Libro prophetiae scriptae erant lamentationes, quia in eo scriptae sunt poenitentiae peccatorum:

carmen, quia ibi praenuntiantur premia iustorum & gloria: & va, quia expressa est illic damnatio reproborum. Ut ergo peccata punias, lege, quae in eo scripta sunt, lamenta. Scindite corda vestra, &c. Iohel. 2. Et iterum: Miseri estote, & lugete. risus vester in luctum convertetur, & gaudium in moerorem. Ut de promissione gaudij sequentis hilarescas, cognosce, quae in eo scripta sunt, aeterna carmina. Ex lapide candido, & mundo omnes plateae sternentur, & per universos vicos eius alleluia cantabitur. Hoc nobis carmen caeleste enuntiare venerant, qui concorder clamabant: Gloria in excelsis Deo. Sed si adhuc mente inhaeres seculo, si in terrenis voluptatibus delectaris, nec amare potes aeterna gaudia, quae audis: cognosce quoque tu, quod in eo scriptum est. Ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium: ibi va, reproborum scriptum est: Vermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur. Ibi damnatis & repulsis dicitur, Ite maledicti in ignem aeternum. In his omnis eruditio continetur. Peccasti, & te poenitet: vis ad poenitentiam agendam docearis: ibi inuenies lamenta, spe caelestium gaudiorum releuari desideras: ibi ad consolationem tuam inuenies carmen: Si vero mala perpetrasti, & ad nullas poenitentiae lamentationes inclinaris, & ad nulla caelestium gaudiorum: velis nolis inscriptum au diturus es va: ut is, quem nec timor ad poenitentiam humiliat, nec spes ad superna praemia exaltat, in damnationis suae poenam, quam prospicit, cadat: Mala ergo, quae egimus, per poenitentiam puniamus, ut per lamenta compunctionis ad carmen vitae perveniamus, ne si affligi nolemus poenitendo, va postmodum sine fine sentiamus.

De arca Noe ad ecclesiam comparatione. Tit. 1111.

Arca, quae trecentos cubitos in longitudine, sexaginta in latitudine, triginta in altitudine habens, in vno cubito terminatur, est ecclesia, quae inferius lata, superius est angusta: lata carnalibus tanquam animalibus, angusta in paucis spiritualibus ad vnum cubitum colligitur, ad vnum scilicet hominem, qui est sine peccato. Videmus multos in ecclesia carnis voluptate dissolui, iracundiae iurgij & odijs disrumpi, quos cum ecclesia tolerat ut couertat, sic portat ut in arca latitudine dorsum bestiae morantur. Videmus alios proprijs contentos esse, iniuriam non facere, odium non habere: sed quia isti iam pauci sunt, angustatur arca. Alios conspicimus etiam concessa contemnere, inimicos diligere, carnem a cunctis voluptatibus domare, contemplationis penna in altum leuari: sed quia tales valde rari sunt, iam arca iuxta cubitum ducitur, vbi homines & volatilia continentur. Huius vnus cubiti est margo, quam propheta vidit ante thalamos. Margo fides, thalami electorum corda in amore Dei feruentia, margo ante thalamos, fides ante charitatem. Nemo enim potest amare, quae non credit. Est autem vnus cubiti, non diuisa per

Fidelium diuersitas qua.

O Ezech. 40

per schismata, sed in vnitatem perdurans, ad thalamum charitatis, & aeternae quietis perducit.

Cur candelabro comparetur Christus. Titulus. V.

Facies candelabrum ductile de auro purissimo, hastile eius, & calamos, cyphos, & sphaerulas, ac lilia ex ipso dependentia. Candelabrum est Christus, qui in natura humanitatis illuxit diuinitatis lumine, ut mundum candelarium fieret, cuius lumine videret peccator in quibus tenebris iaceret. De auro fit purissimo, quia sine peccato: ductile, quia perductus per passionem ad gloriam venit resurrectionis. Hastile eius ecclesia est, quae eius corpus est, quae inter prospera & aduersa ad lumen diuinitatis stat erecta. Calami sunt praedicatores, qui dulcem sonum reddunt, dum nouum canticum cantant, Sphaerulae volubilitas praedicationis, quae tanquam sphaera nullo impedimento retardatur. Vnde verbum Dei non est alligatum. Post haec lilia ponuntur, quae sunt virens patria, & floribus aeternis vernans. prima ad laborem, lilia pertinent ad retributionem.

Quomodo Gedeon poenitentis typum gesserit. Tit. VI.

Cum Hierobaal, idest Gedeon a paleis frumentum excuteret, idest poenitens a vitij virtutes separaret, angelum vidit: quia tantum quisque intus Deum videre meretur, quantum ab exterioribus purgat seipsum. Qui occidi haedum praecipit, idest omnem appetitum nostrae carnis immolari: & super petram carnes poni, idest corpus proprium imitatione Christi (qui petra dicitur) cruciari: & ius carnis desuper fundi, idest cogitationes carnis imitatione eius exinanire. Ipse enim ait. Dicitum est antiquis non moechaberis. Ego autem dico vobis, Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Quae mox virga tangit, quia intentioni nostrae diuinum adiutorium impendit: & de petra ignis exit, qui azymos panes, carnemque consumit, quia afflatus a redemptore spiritus, cor nostrum flamma compunctionis concremat, & omne illicitum cogitationis & operis exurit.

Qui seipsum ab exterioribus purgat, intus Deum videre merentur. Matt. 5.

Quomodo Iob poenitentem figuret. Tit. VII.

Iob saniam radabat sedens in sterquilinio, idest inuitus de peccatis suis dolens (sic enim interpretatur Iob) duritia poenitentiae duplicem saniam peccati, cogitationis scilicet, & operis, deleat: vel Iob Christus pro nobis dolens factus, qui carne sua de substantiae nostrae luto sumpta peccati nostri saniam deleuit. Iob sedit non in monte, sed in sterquilinio: quia superbos deferens in humilitate poenitentiam agit vere poenitens, qui dum mala sua flendo conspicit, quantum peccati iterum coinquinat, ab illis recedens cognoscit, neque enim prius fecerit percipit, quam ab illis recesserit.

De caecitate, qua percutiuntur iniqui. Tit. VIII.

Sodomitis vim inferre Loth volentibus, & ostium infringere, ab angelo Loth inducitur in domum ostio clauso: illi caecitate percussi ostium non inueniunt. Iustus enim, dum malorum insidias tolerat, ad domum mentis reuocatur. Mali autem caecitate percussi circumueunt, quia inuenientes sancta scripta, quae perscrutantur, ostium non inueniunt: quia corruptores mentium contra vitam iusti nullum reprehensionis aditum inueniunt.

De Poenitentia in vacca immolatione. Tit. IX.

Apud Moysen, dum in sacrificium vacca mactatur, offerri cum hyssopo, & ligno cedrino, & cocco bis tincto praecipitur. Vaccam mactamus cum carne a lasciuia suae voluptatis extinguimus. Cum hyssopo, ligno cedrino, & cocco bis tincto: quia cum maceratione carnis sacrificium fidei, spei, & charitatis adolemus. Hyssopus interna nostra mundat. & Petrus dicit. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore. Lignum cedrinum nulla putredine deficit, quia spem caelestium terminus non consumit. Vnde Petrus. Regenerauit nos in spem viuam. Coccus rubeo colore hauescit, quia quem implet charitas, etiam accendit. Vnde Dominus. Ignem veni mittere in terram. Is dicitur bis tinctus, ut coram Deo charitas dilectione Dei, & proximi coloretur.

De mentis nostrae custodia per custodiam Isboseth figurata. Tit. X.

Isboseth, qui in domo non ostiarium, sed ostiam habuit, quae purgas triticum obdormiuit, ab hostibus tunc ingredientibus, & spicas tollentibus, ac eum in inguine ferentibus, occiditur. Ostia triticum purgat, cum mentis custodia virtutes a vitij separat, quae si obdormierit a discretionis cura cessando, malignis spiritibus ad interficiendum Dominum iter pandit: qui ingressi spicas tollunt, idest bonarum cogitationum germina auferunt: & in inguine feriunt, dum vitam delectatione carnis perforantes tollunt: quia ad mentis custodiam, mollem custodiam deputant. Duplex enim debet esse mentis nostrae custodia, si Isboseth, i. vir confusio-nis esse nolimus, fortis & sapiens, ut eam corporis somnus non opprimat, nec error ignorantiae fallat. Vnde Salomon. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit.

Menti duplicem custodiam adhibendam esse.

Quomodo boues mare aeneum sustinentes, sacerdotes pastores significant. Tit. XI.

Ante fores templi ad abluendas ingredientium manus mare aeneum, i. luterum, duodecim boues portant, qui quidem facie exterius eminent, sed ex posterioribus latet. Boues sunt pastorum ordo. Vnde Non

3. Reg. 7

Deut. 25 Non ligabis os bouis triturantis. Hi ante fores lute rem portant ad abluendas ingredientium manus, dum condescensionis suae patientiam diluendis proximorum confessionibus preparant: ut quisquis intrare aeternitatis ianuam nititur, tentationes suas menti pastoris indicet, & quasi in bouem lutere cogitationis, & operis manus lauet. Tales itaque pastores se exhibeant, quibus subiecti occulta prode re non erubescant, ut cum tentationis fluctus paruuli sustinent, ad pastorem mentem tanquam sinum matris recurrant, & sordes culpa eorum solatio lauent. Hi facie videntur, posterioribus latent: quia nos opera, sed Deus, quae posterius maneant, cognoscit.

Quod per penitentiam in unitate fidei seruabitur peccator. Tit. XII.

Deut. 19 SI quis abierit cum amico in syluam ad ligna caedenda, hoc est ad vitia reprehendenda: & ferrum a manu fugerit, hoc est praedicatio ab eius operatione discordans recesserit: amicumque percusserit, prauo exemplo, & occiderit in anima: con fugiet ad vnam trium urbium, ut in una earum saluetur, hoc est per lamentum penitentiae conuersus, in unitate sacramenti, sub fide, spe, & charitate abscondatur: ne cum occisi proximus, id est districtus iudex venerit, in iudicio aeterna poena occidat.

De ecclesiae doctoribus per vestes signatis. Titu. XIII.

Exo. 25 VEstes de lignis setim operati auro induti in quatuor circulis aureis positae per quatuor angulos arcae, portant ipsam arcam. Arca ecclesiae est, vestes fortes & perseverantes doctores, qui inhærentes quatuor circulis, id est euangelicæ doctrinae, ecclesiam portant per quatuor partes mundi, ut vestes arcam per quatuor angulos: qui vestes iubentur auro operiri, ut cum sermone aliis insonant, ipsi etiam vitae fulgore fulgescant. De quibus subditur. Qui semper erunt in circulis: ut cum portandi arcam, hoc est docendi ecclesiam opportunitas exigit, pro intromittendis uectibus nulla tarditas generetur. Cum enim a subditis dubium aliquod spirituale pastor pereunctatur, ignominiosum est valde, si tunc quaerat discere, cum quaestionem debet enodare. Vnde primus pastor pastoribus dicit. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos reddere rationem de ea, quae in uobis est, & fides.

De uirtute eloquij per citharam signati. Titu. XIII.

1. Re. 16 DVm Saulem spiritus malus inuaderet, cithara Dauid eius insaniam temperauit. Quia cum sensus potentum per elationem in furorem vertitur, dignum est ut eloquutionis nostrae tranquillitate quasi citharæ duicedine ad salutem reuocet. Durus adamas incisionem ferri non recipit, sed le

ni hircorum sanguine mollescit. Blandis enim diues exhortationibus placandus est, quia dura vulnera per lenia fomenta mollescunt, & furor insanorum medico blandiente sanatur.

Quod vitasecularium bene uiuentium licet non sit excellens, est tamen securum. Tit. XV.

Gen. 19. LQth, qui ardentem Sodomam reliquit, Segor paruam ciuitatem inueniens, mox nequaquam ad cacumen montis ascendit. Ardentem Sodomam fugere est illicita carnis incendia deuotare, cacumem montis conscendere, celsitudinem uitae perfectae arripere. Sed quia sunt multi, qui scelera quaedam defertunt, sed ad perfectionem montis nondum ascendant, in medio inueniunt Segor, id est bonam uitam secularium, in qua saluent animas suas. Haec enim uita & si non sit uirtutibus mira, est tamen a supplicij securum.

Quomodo nobis sit facies per humanitatem uelanda exemplo Eliae. Tit. XVI.

Elias, ut uocem Dei secum loquentis audiret, in ostio speluncae suae stat, & uelat faciem. Quia cum uox intelligentiae supernae sit in mente, totus homo iam intra speluncam non est, quia mente carnis curam non possidet: sed stat in ostio, quia mortalitatis miseriam exire meditat. Sed tali necesse est, ut faciem uelat, quia quanto ad altiora intelligenda leuamur, tentato nos summissius per humilitatem penitentiae praemere debemus, ne plus sapere quam oporteat, conemur.

Quod auaritia apud Deum, & sanctam ecclesiam non sit querenda. Tit. XVII.

Gen. 31. D. LAban in furore insequens Iacob, qui eius filias uxores acceperat, apud eum idola sua quaerit. Quia dum mundus in membris suis insequens Christum, qui ecclesiam in sponsam accepit, apud eam auaritiam quaerit (quae est idolorum seruitus): Deum ipsam de auaritia tentauit, quam apud eum non inuentam filia sessione penitentiae operuit, ut nec apud eam inueniatur.

Sal discretionis, non mel adulationis nec uoluptatis, esse sacris adhibendum. Tit. XVIII.

Leui. 2. N. Ec quicquam fermenti aut mellis adolebitur in sacrificijs, sed in omni sacrificio offeres sal. Mel in sacrificio prohibetur offerri, quia nihil uoluptuosum & suaue huius mundi apud Deum placet, nihil quod non habeat aliquid mordacis ueritatis. Vnde paschalis agnus cum lactucis agrestibus & amarum maducabat. Sal uero in omni sacrificio offertur, quia sale rationis & discretionis omnia dominum conduntur.

De schismate uitando. Tit. XIX.

Exo. 20. SI altare lapideum feceris, mihi non aedificabis illud de sectis lapidibus. Quia diuisus ab unitate,

te, & a societate superna per odium, in corpore suo non recipit Christum, nec in talibus potest sacrificium Deo acceptabile offerri. Vnde addit. Si enim super eo leuaueris cultrum, polluetur, id est macula maligna, & ignita polluetur.

De superfluitate uerborum, & rerum uitanda. Tit. XX.

Deu. 16. G. N. On plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare. Et ad Gedeonem. Nemus, quod circa aram est, succide. Nemus iuxta altare plantari prohibetur, quia infructuosi sermones circa dominica dicta non sunt admittendi.

Quomodo sol iustitiae ad auxilium bonorum nunc quoque stet. Et quod demones in morte magis sint molesti. Tit. XXI.

Iosue. 10. H. C. Vm fieret bellum contra quinque reges, Sol & Luna steterunt: quia dum pugnamus contra quinque sensus, non deserit nos Sol iustitiae, qui ait. Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi. Quinque reges confugiunt ad speluncam corporis, sed pugnantem Iesu, id est praedicantem euangelium, & Dei uerbo ingrediente in nobis, intra speluncam corporis omnes interficiuntur pariter.

Gen. 15. A. Braham, cum ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aues pertulit: quia circa finem uitae, quod in ara crucis offerimus, immundi spiritus conantur magis maculare. Quas ne illud raperent iustus abigit, cum immundis cogitationibus illud non finit sedari, quod mens uiliter offerre Deo se putat.

Quam aquam sapientiae auferre nobis conentur demones. Tit. XXII.

Gen. 26. k. P. Vteos, quos Abraham fodit, allophyli terrae congerie replent: quia ihs, qui in diuinae scripturae abditis sensibus ad alta penetrant, immundi spiritus terrenas cogitationes ingerunt, & quasi inuentam diuinae scientiae aquam tollunt.

De consilio dando, & pede figendo. Tit. XXIII.

L. D. Are stulto consilium charitatis est, sapientiae ostentationis, ipsi sapientiae temeritatis. Vitae praesentis fluctus trahit, quem leuat. Valde autem demens est, qui in uindicta uoluitur, & plantam figere conatur.

De egressu animae a Deo: & de reuocatione eiusdem ad eundem. Tit. XXIV.

Gene. 34. M. E. Gressa est Dina, ut uideret mulieres regionis. Cant. 6. E. Greditur anima per aures, per oculos, ut ludat cum filiabus perditionis. Hanc Dominus reuocat dicens. Reuertere, reuertere, Sunamitis &c. Quater dicit reuertere. Ac si dicat. Reuertere a

meis, quia mirabilia sunt: a tuis, quia praua sunt: a te, quia omnis caro foenum: ad me, quia summum bonum ego sum. Sic ergo Deus uertit faciem a me, quia illi obuerti tergum. Ideo inquit, ut intueamur te, quasi dicat, non potes me uidere, nisi prius intueamur te. Nescio quid maculae habes in facie, turpis es, alienam imaginem portas, munda ergo eam, ut intueamur te.

Quid sit affligi in palea, luto, & latere: Et Pharaoni ciuitates construere. Tit. XXV.

Exo. 1. & 5. P. Harao filios Israel affligit in palea, luto, & latere. Palea carnalis delectatio. Lutum fit ex puluere & aqua. Hoc fit, dum mala uoluntas iungitur actioni. Ex his lateres producuntur, dum praua opera in duritiam prauae consuetudinis decoquuntur. Ex his aedificatur Ramesse, quae commotio tineae interpretatur, & haec est auaritia: quae etiam phiton, quae interpretatur os abyssi, id est inferni, vel omnium uitorum. Auaritia enim radix est omnium malorum. & Heliopolis, quae interpretatur ciuitas solis, quae est bona opera propter uanam gloriam, quae est hypocrisis, construere. Ista tres ciuitates construit, qui cupiditatem, & mendacium, & hypocrisim subintroducitur.

De primis, medijs, & nouissimis. Tit. XXVI.

Eccle. 7. F. Ili memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis. Sunt prima, media, nouissima. Primo pudor, secundo dolor, tertio timor, qui ceteris validior ad resistendum peccato. Pudor de multitudine, de qualibet mundi consolatione, consilium sumit: timor non inuenit solatium. Fili ergo cogitauit: unde ueneris, erubescere ubi sis, ingemisce quod uadis, & time nouissima pluraliter. Haec sunt mors corporalis, distinctio iudicialis, poena infernalis. Mors corporalis dura, quia quae quis possidet cum amore, non relinquit sine dolore. Examinatio formalis, ubi tremunt angeli, atque archangeli. Vbi enim concutietur cedrus Libani, quid faciet uirgula fumi uel deserti? Quando uix iustus saluabitur, impius ubi parebit? Poena periculosa, ubi uermis, qui non moritur, & ignis, qui non extinguitur. Mors autem prouenit infirmitate, necessitate, efferitate. Prima fit nec arte, nec uiribus, secunda sica, tertia in gloriandi cura. Vnde ostendisti mihi tribulationes multas quantitate, malas qualitate. Distinctio iudicij fit tribus modis. Per reuelationem peccatorum hic non confessorum. Non ergo hic erubescere confiteri. Per confusionem: sed est confusio adducens aliorum gloriam, & est confusio adducens proprium peccatum, quia scilicet impeditur confessio. Confusio de aliena gloria est, quia peccator punitur uidentem gloriam sanctorum, & dicens. Nos insensati uitam illorum aestimabamus insaniam &c. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei? Contra has confusiones, primum remedium contritio cordis, secundum confessio oris, tertium afflictio

carnis.

Anima & carnis. Hi sunt tres fontes, quibus lauatur anima, contritio per anxietatem, confessio per humilitatem, afflictio per asperitatem. Primus est, qui irrigat terræ superficiem. Secundus, qui positus est extra urbem. Tertius, super quem Iesus sedit. Sequitur pœna infernalis, in qua terra corrolio per vermes, & dira exustio per ignem: quia illic vermis non moritur, & ignis non extinguitur. Ex his duobus nascitur desperatio. Primo roditur conscientia, secundo cremantur corpora, tertio cumulatür miseria. Primum punit peccatum cogitationis, secundum reatum loquutionis, tertium vsum operationis. Hæc sunt nouissima. Sed magna Dei pietas, quæ contra viam erroris propositam, viam veritatis prædicat, errantem filium reuocat, perseverantem pie flagellat.

Quid sit in spelunca duplici sepeliri. Tit. XXVII.

R. Abraham coniugem mortuam in spelunca duplici sepelivit: quia viator animam suam a mundi actibus mortuam sub bonæ operationis, & contemplationis regimine abscondit. Activa enim sepulchrum est, ut quæ a pravis operibus mortuos sepelit: sed contemplativa perfectius tegit, quæ a cunctis mundi desiderijs (susceptos in intimis) funditus diuidit: quales erant, de quibus Paulus ait. Colo. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

Quid sit ab Iezabel ad speluncam fugere, & Dominum in spiritu leni agno, cere. Tit. XXVIII.

S. Elias Iezabel fugiens, in spelunca absconditur: quia nonnunquam animus carnis turpitudinẽ declinat, sed ad deterrendam carnis mentionẽ nondum animatur. Concupiscentiam fugit, sed in spelunca latitat, quia non roboratur ad tolerantiam passionum. Vnde illi diuina voce per increpationem dicitur. Quid hic agis Elia? Quasi dicat. Non ad hoc factus es, ut sub latebra carnis moram tibi facias, sed ad contemplandam speciem creatoris. Surge ergo, sta in ostio speluncæ. Surge, i. ne terræ inhæreas, ad superiora erigere, quæ sursum sũt querere: ita perseverantia, ita patientia, ita paratus per desiderium exeundi, ita fixus per obedientiam sustinendi. In ostio speluncæ, ut nec ingrediatis per concupiscentiam, nec egrediaris per patientiam.

T. Ecce pertransibit Dominus, & spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum. Non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio. Non in commotione Dominus, & post commotionem ignis. Non in igne Dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis. Ecce præambulos Dei, spiritum, commotionem, ignem. Spiritus est terror æterni iudicij: qui si in cor peccatoris impegit, montes superbię deiicit, petras duritię dissoluit. Sed hic nequaquam Deus esse dicitur: quoniam anima, quam adhuc timor afficit perditionis, charitatis dulcedinem nondum sentit. Post spiritum

commotio sequitur: quia terrore iudicij mens mota, compunctionis amore inflammatur. Postremo igni sibilus auræ tenuis succedit: quia post longam compunctionis incendia, purgata mens, afflata, Spiritu sancto consolationis refrigerium sentit: in quo sibilu nequaquam Dominus inesse negatur, quia nimirum illa sola mens dulcedinem percipit, quæ post laborem pœnitentię, & anxietatem, consolationis refrigerio percepto in spe propagationis diuinę quiescit.

Quo, & quando mens Christiana dulcedinẽ percipiat.

Quomodo melior sit iniquitas viri, quàm mulier bene faciens. Tit. XXIX.

M. Elior est iniquitas viri, quàm benefaciens mulier. In interiori homine quiddam est ad cœlestia & superna intendens, & hoc sapietia dicitur: & rursus quiddam ad transitoria, & caduca respiciens: & prudentia vocatur. Et diuidit se hæc vis anime in duo, in sursum & deorsum. Sursum in sapientiam, deorsum in prudentiam. Sursum in masculinum, deorsum in fœminam, ut masculus superior sit & regat, & fœmina inferior & rogatur. Caput mulieris vir, caput viri Christus, caput Christi Deus. Prudentiam sapientia regat, sapientia vero verbum est, verbum autem ab ipso est, cuius est. Prudentia quasi mulier curam domus agens circa ea, quæ carnis sunt, stringitur. Sapientia Dei quasi vir in longinqua sagacitatem suam mittens vel extendens, per amplitudinem spiritualis contemplationis euagatur. Mulier igitur aliquando bene, aliquando male facit. Male facit quando prudentia vel per pigritiam ligata carnem suam negligit, vel per sollicitudinem distracta ad quærenda superficialia se effundit. Bene autem facit, quãdo quæ necessaria sunt querit, & commoda carnis suæ, quoniam ei causa ipsius commissa est. Vir similiter aliquando bene, aliquando inique agit. Bene, quando sapientia sursum intendit, appetens & desiderans solummodo, quæ beneplacita sunt Domino. Inique, cum gustu interni saporis roborata non solum superflua refect, sed etiam necessaria. Vidisti hominem necessaria causa sui studiose perquirentem. hic erat mulier benefaciens. Vidisti rursus hominem instinctu vel intuitu supernæ remunerationis carnem suam affligentem: hic erat vir inique agens. Sic enim iniquitas est, quando quod debitum est illi subtrahis: sed tamen melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. Melior, qui per cœlesti desiderium accensus carnem suam in subtrahendo necessaria affligit, quàm qui per carnalem affectum resolutus, desiderijs ipsius per omnia commoda satisfacere contendit. Multum ergo distat ab iniquitate viri malefaciens mulier. Sed nec benefaciens mulier iniquitati eius potest equari. Quando enim bene facit mulier, virtus non est: quando male, culpa. Iniquitas autem viri desiderium iustitię, bonitas perfectio gloriæ. Si ergo vir iniquus est ad iustitiam, & mulier bona est ad naturam: melior est profecto iniquitas viri, quàm benefaciens mulier: quia si natura bona est in conditione, iustitia melior in retributione.

Vis anime in que diuidatur.

Ephe. 5.

Mulier bene faciens. Vir inique agens. Quid sit ad utilitatem inique agere.

De fuga, quam suadet nobis scriptura. Et de pane, quem ministrat. Tit. XXX.

X. Efa. 21. Q. Vi habitatis terram Austri, cum panibus occurrere fugienti. Multorum opere nobis fugam persuadet sacra scriptura. Quid autem debemus fugere, quomodo, & quando? Tres sunt, qui mouent bellum contra nos, diabolus, caro, & mundus. Diabolus ducit contra nos agmina vitiorum, Caro malorum desideriorum, Mundus prosperorum & aduersorum. Felicius esset pugnare, & vincere: sed infirmo expedit magis fugere & saluari, quam male pugnare & superari. Vitia igitur fugimus, quando peccandi occasionem declinamus, ut in luxuria carnis spe intimæ contemplationis desideria fugimus, quando illorum irritationem cauemus, ne oleum in ignem projiciamus, & exardescat quantum valet. Prospera & aduersa fugimus, quando nec etiam ea, quæ delectant, requirimus per cupiditatem, timentes dissolui: nec in ea quæ cruciant, iactamur, frangi metuentes. Diximus quid, & quomodo fugiendum: nunc quando, dicat Veritas. Orate ut non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato. Hyems vias aut gelu exasperat, aut pluuia lubricas facit. Hyems est torpor imminentis mortis, quando membra dolor carnis constringit passione, & robur dissoluit compassione. Sabbatum tempus est post mortem, quando ab hac uita eductis operandi facultas tollitur. Si ergo vis fugere venturam iram, fuge dum sanus es, quoniam in morte fuga grauis est, post mortem impossibilis. Ne autem deficias in via, habitantes terram Austri, si te fugientem viderint, occurrent tibi cum panibus, ut reficiaris. In Austro splendor, & calor: splendor cogitationis, calor dilectionis. Terram Austri inhabitant, qui in cogitatione, & dilectione veritatis pausant. Isti abundant panibus verbi Dei. Occurrunt fugientibus compassione, consolatione reficiunt. Ille panis cum sit vnus, diuersa specie proponitur. Aliquando enim subcineritius, aliquando hordeaceus, aliquando triticeus nominatur. Elias fugiens, in deserto subcineritio pane reficitur. Filij Hierusalem, qui pacem inhabitant, adipe frumenti satiantur: qui super fornium recumbunt, hordeaceum comedunt. Panis sub cinere refectio sub vilitate. Sacra scriptura vilitatem habens in specie literę, & dulcedinem seruans in profunditate spiritualis intelligentiæ, panis est sub cinere. Vis, ut ostendam tibi panem subcineritium? Rachelem & Liam de concubitu vnus viri Iacob legis contendere: magna ibi species vilitatis, magnus cumulus cineris, & acerrus terrenitatis. Reuolue cinerem, scrutare intus: panis ibi latet, refectio abscondita est. Duas sorores duas vitas, actiuam scilicet & contemplatiuam intellige. Vtraque pro amplexu viri contendit, altera ut vtilitatem habeat actionis, altera ut iocunditatem percipiat contemplationis. Ecce inuenisti panem sub cinere. Vis adhuc panem videre sub cinere? Vides fors infirmitatem Domini nascentis, vagientis, plorantis angustias curarum, vincula fasciarum, totum hoc cinis est, terrenum & infirmum: sub hoc cinere latuit verbu, refectio angelorum, & hominum. Esurientem vides & sitientem, fentem & patientem, compatiens & mouentem: hæc omnia quid fuerunt nisi cinis, indicia corruptionis, signa mortalitatis? & latuit sub his virtus diuinitatis, quam qui reuolue potuit, satiari meruit. Ecce quomodo scriptura panem subcineritium apponit. Vides alibi C. eloquium sacrum secundum literę superficiem du Panis hordeaceus, quasi paleam tenacem habens, ut vix ad medullam spiritualis intelligentiæ penetrari possit: hic est hordeum. Palea quidem cum labore excutitur, sed si ad interiora peruenis, dulcedinem inuenis satiatiuam. Inuenis alibi sacram scripturam & lenitate verborum & suauitate intellectus blandientem: hic est triticeus, in quo mentibus sua uiter nutriendis dulcis refectio præparatur. Inter ista tria genera panis subcineritius laborantibus proponitur, ut eos reficiat semetipsos despicientes per exemplum humilitatis & abiectionis: hordeaceus feruis, qui studiosiori exercitatione fortia & obscura loca scripturæ quasi excussa palea detegentes, ad medullam spiritualis intelligentiæ gustandam perueniunt: filij triticeus, ut in suauitate æternæ dulcedinis reficiantur ad exultationem.

Tria nobis fugienda sunt.

Quomodo fugienda.

Mat. 24. Quando fugienda. Hyems quid sit.

Sabbatũ, quõ operãdi facultas tollitur.

Panis, quo a sacra scriptura reficimur, triplex.

Panis subcineritius.

Rachelem, & Liam vitæ sunt.

De triplici basi in scriptura. Et de Samsone, eiusque enigmate. Tit. XXXI.

T. Res sunt species basium in scripturis, cœnea, argentea, aurea. Prima fortitudinem, secunda cum fortitudine claritatem, tertia cum fortitudine & claritate habet fulgorem. Fortitudinem in opere, claritatem in sermone, fulgorem in mente: quia in his tribus patientiam seruat, quam basis indicat cœnea: claram veritatem, quam basis argentea: & conscientiæ fulgorem, quam basis aurea, quæ virtutum structuram portat omnium. His tribus vnus est Moyses.

S. I non arasseris in vitula mea, non inuenissetis E propositionem meam. Vitula est caro lasciuia, Iudic. 14: propositio obscura loquutio. Samson, qui sol eorum dicitur, typum tenet Solis iustitiæ: illius sodales typum studentium sapientiæ. Dicit ergo: si non arasseris in vitula mea &c. Ac si dicat. Nisi caro restringatur & fiat sobria, mens nequaquam se ualere erigere ad cœlestia. In vitula aratur, cum caro mortificatur. Inuenitur problema, cum cœlestium arcanorum aperitur contemplatio. Sodales igitur Samsonis uitulam diligenter exarant, ut anigmatis propositionis intelligent: quia veritatis amici Iesu Christi discipuli carnem sobrie macerant, corpus attenuant, ut obscura scientiæ intelligant, & arcana scientiæ penetrare valeant. Est igitur magni momenti abstinentia, qua purgantur uitia, impetratur uenia, possidetur gratia, reparatur innocentia, arcana patefiunt cœlestia. Abstinentia uero quadrifaria est, uitiorum, ciborum, negociorum immundorum, & desideriorum. De his in Zacharia. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudiu Zach. 8. & ieiunium & in solennitates præclaras &c.

Abstinentiæ excellentiæ, effectus sp mirabiles. Abstinentia quadriflex.

De caesarie Absalonis. Tit. XXXII.

G 1. Re. 14 T Ondebatur Absalon semel in anno, quia gra- uabat eum caesaries, & tunc capilli ponderaba- tur ducentis siclis pondere publico. Appetitus car- nis caesariam nutrit & producit, quia cogitationu superflua nutrit, quae caesaries grauat mentem, dum deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Qui tonsus semel in anno ducentis siclis ponderat, quando in omni spatio vitae suae cupiditatibus seculi renuntiat: & hoc in fine. Tunc enim ab ijs, quae possidet, spoliatur, quando morte vltima terrenis separatur. Ponderat autem plus terra quam caelum, plus amat esse in domo lutea quam in non manu facta in caelis, in transitoria quam aeterna. Et hoc pondere publico, non sanctuarij. Audi pondus sanctuarij, pondus Pauli. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Audi pondus publicum. Vt habitantibus in terra, non qui corpore, sed qui corde habitant.

De bonis honorum cum Domino natis, & terriculis malorum. Tit. XXXIII.

H Exo. 16. M Anna de caelo descendit: gaudeant esurien- Zach. 8. tes. De caelo vinea dedit fructum suum: la- Canti. 1. tentur sitientes. Oleum effusum est: exultent egro Gen. 49. rantes. Expectatio gentiu venit: respiscant errantes. Dan. 2. Lapis de monte praecisus est: timeant superbiestes. Zac. 13. Factus est fons patens domui Dauid in ablutione peccatoris: redeant preuaricanes. A domino factu est istud, & est mirabile in oculis nostris. Non est Psa. 117. Deus sicut Deus noster, qui facit mirabilia solus. Psal. 71.

De vnguento descendente a Christo in oram, & c. idest in electos eius. Tit. XXXIII.

I Psa. 132 A Barba Aaron descendit vnguentum in oram vestimenti: quia a Christo (qui est mons fortitudinis, quod interpretatur Aaron) in quo est plenitudo gratiae, descendit in suos, dum gratia, quae est in barba eius; descendit in Apostolos, qui per barbam, quae significat fortitudinem notantur: & ab eis vsque ad minores, qui sunt in ora vestimenti, peruenit.

De puero nato & oppresso, moraliter ad simulatam religionem applicito. Tit. XXXV.

k P Ver natus est nobis. Vos inquam martyres, pueri vobis & in vobis nati: quia timorem Domini concepit, & parturivit spiritum salutis. Vigila mater super curam recens nati, donec formetur vitae spiritus in eo, qui natus est tibi: quia quo recentior est, eo facilius perire potest tibi, qui nunquam peribit sibi. Vigila inquam memor, quonia aemula tua dormiens oppressit nluu, qui natus erat. Quid est. n. aemula nra carnalis aia, quae spiritu ex-tinguit? Tangit aut negligentia huiusmodi homines, qui cu religionis amiserint feruore, ipsius tu si bi arrogant nome & gloriam. Inde contetiones car- nalium contra spirituales et in capitulis, quibus no-

ster Salomon inuisibiliter iudex praesidet. Filius meus (inquiunt carnales) viuit, tuus mortuus est: dum scilicet amulantur sibi religionis authoritatem; cuius consuetudines iudicat pro sua libidine. Et reuera mater vult dare aemule viuui & integrui, non inuidens ei gloriam dummodo habeat veritatem. Sed illa: nec mihi (inquit) nec tibi sit, sed diuidatur, quia sanctitatis cupit sibi retinere honore, alijs relinquere laborem. Sed non errat, qui iudicat, & si aliquandiu dissimulet. Gladius Salomonis matrem inuenit, cui adiudicat indiuisum: sicut affectu charitatis, sic & effectui potestatis: sicut feruore operandi, sic fauore operandi. Vos itaq; fratres, in quibus fides per dilectione operans nata est de Spiritu sancto, custodite eam. Poscite nutrice tanquam paruulu Iesum, donec formetur nobis puer, qui natus est nobis, qui non solum nascendo, sed viuendo, & moriendo formam, cui imprimimur, tradidit nobis.

De demonum, & vanarum cogitationum a sacrificio menti abactio. Tit. XXXVI.

L IN sacrificio Abram animalium caeterorum cor- pora diuiduntur, auium non diuiduntur. Dum per diuersa desideria carnales diuiduntur, vt animalia sunt diuisi: dumq; spirituales vnitatis vinculu tenent, vt volucres indiuisi. Supra corpora diuisa, volucres descendunt: quia in diuisione carnalium desideriorum demones sibi pastum quaerunt. Sunt & alie volucres importunae, cogitationes, quae in orationis sacrificio se ingerunt, & hostia maculant: sed Abram eas abigit: quia manu sancte discretionis intus fugat & immundos spiritus, & vanas cogitationes. Difficilius inde abiguntur muscae, quae cito redeunt quam volucres, vnde non tam grauis est accessus volucrum, quam importunitas muscarum, nec tam difficilis est saepe abactio demonum quam cogitationum. Resiste enim diabolo, & fugiet vobis: resiste cogitationibus, nisi cauti & muniti fuerimus, mox redibunt iterum.

De rationis, & sensualitatis officijs in figura Abrahae & Sarae. Tit. XXXVII.

M A Braham tribus angelis extra ostiu occurrit, Sara post ostiu subsistit, quia spiritualis noster intellectus debet in cognitione Trinitatis carne excedere. Cura vero carnis foris no apparet, sed quasi post tergum viri sub discretionem spiritus solis necessarijs intenta audit promissiones Dei: & irridet, du dicitur, vt de se no presumat: subridens corripitur, correpta ia anus saecundatur, quia confidentia sui deserens contra spe ex promittente accepit, qd se habitura humana ratione dubitauit. Vnde qui nascitur, Isaac id est risus dicitur, quia mens fidens in Deo gaudium parit. Cura ergo carnis, metas necessitatis non excedat, nec in eo, quod moderate exequitur, de se presumat.

De lignis frustra quaerentibus sibi regem: & de malis monachis quaerentibus praesidem. Tit. XXXVIII.

N Ligna sylvarum quaerentia oliuam in regem, lixerunt ei: impera nobis: Quae respondit eis: Nunquid

Hypocritis quanta sit iniquitas.

Gen. 15.

Volucres importunae mala cogitationes dicuntur.

Iaco. 4.

Gene. 18.

In cognitione sanctiss. Trinitatis quid intellectus nosse facere debent.

Iudicium.

Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua dii utuntur & homines, & venire ut inter ligna promouear? Quia negligentibus religiosis professione, sed sterilibus operatione, dicit Spiritus sanctus, qui per oliuam notatur. Pinguedo, quam praefero, in spiritualibus & me quaerentibus comparat: vos autem, quia estis steriles, indigni estis gratia mea. Eisdem venientibus ad ficum, id est legem, dicit eadem lex in Esaia, Excaca cor populi huius. Et ut id perficere lex intelligatur, ostendit Dominus dicens: Homo quidam plantauit vineam, & in ea ficum plantauit, id est Christus fecit gentem Iudaicam, & dedit ei legem. Vnde & Hieremias vidit bonas valde & malas valde ficus. Obseruantiae carnales ficus malae valde sunt, intelligentiae spirituales valde bonae sunt. Veniunt etiam ad vitem, id est Christum: sed quae conuentio Christi ad Belial? Ac si dicat Christus. Ego factus sum obediens patri usque ad mortem: Vos autem Belial estis, id est absque iugo; & ideo non potestis mihi associari. Repulli ab his tribus, a Spiritu sancto, ab intellectu legis, & Iesu Christo, veniunt ad rhamnum id est Antichristum. Nam sicut rhamnus prius mollis est in herba, postea densos & acutos aculeos profert: sic Antichristus in principio blandietur, post crudeliter persequetur. Erit. n. coluber in uia, cerastes in semita mordens. Hic inuitat eos, vt sub umbra sua requiescant, id est desideria huius mundi appetant, & in operibus carnis quiescat. Sin minus, egredietur ignis de rhamno, scilicet percussio Antichristo, qui deuorabit non solum simplices, sed etiam cedros Libani, id est maiores & minores eius alleclas.

Esa. 6. Luc. 20.

Hier. 24

2. Cor. 6

Antichristus quare rhamnus dicatur. Gen. 49.

Iudicium. 9.

Quod Christus sit ros & pluuia, caelum Trinitas beata, nubes prophetae. Tit. XXXIX.

O Rorate caeli desuper, & nubes pluant iustum. Ros de caelo descendit in terram sine sonitu, pluuia de nubibus cum strepitu. Chrs est ros, Chrs est pluuia. In hac vita Chrs est ros gratiae, in gremio misericordiae peccatores collocando. In die iudicij erit pluuia, super impios cum strepitu saeuendo. Christus est ros: o peccator ad spem ascende: Christus est pluuia: o superbe a tribunali cordis tui descende. Rorate caeli desuper. Caelum pater & filius & Spiritus sanctus, trinus & vnus. Rorent ergo caeli: quali dicat. Pater vt filius ad nos veniat, cooperetur, & Spiritus sanctus vt filius nos redimat. Nubes pluant iustum. Nubes sunt prophetae. In his nubibus ligatus & suspensus iustus, quia in verbis prophetarum ante incarnationem, clausus est Christus: sed rogat genus humanum, vt nubes pluant iustum: quia tempus faciendi, ut ante conspectum gentium reuelet iustitiam suam, in nubibus pluuiam.

Personae diuinae caeli appellantur. Nubes sunt prophetae.

Quomodo ad Deum redeant compuncti, mendici, deuoti, & contemplatiui. Tit. XL.

Esa. 46. P Ruaricatores redite ad cor. Compuncti, mendici, deuoti, contemplatiui vocantur. Compuncti etiam procumbunt ad pedes rigantes eos lachrymis, &

pro commissis clamantes. Tibi soli peccaui: pro-Psal. 50. pitius esto mihi peccatori. Hi cum Maria nostra Luc. 7. Magdalene pro menstruis uitiorum ad pedes pro- uoluit audiunt. dimissa sunt uobis peccata multa. His redimit humilis satisfactio, quae commisit superba transgressio & experitur supernae dulcedinis clementiam. Demonium a compuncto eicitur. Egredietur (inquit) diabolus ante te pedes eius, ut ad pedes fiant mortui uiuentes, p- scripti haeredes, terreni caelestes. Ad manus R. accedunt mendici, qui licet de peccatis ueniam sint adepti, sentiunt tamen se impotentes ad continendum & bene operandum, & ideo petunt & accipiunt gratiam. Ecce ostendit, cui a rege benigno aurea virga clementiae protenditur. Aperis tu manus tuam, & imple omne animal benedictione. Circa pectus versantur, & assistunt deuoti. Hi sunt, qui innocenter uixerunt, uel penitendo crimina terferunt: nec ad pedes procumbere dicuntur, quia iam inundati: nec ad caput pertingunt, quia nondum contemlatiui sunt, in quodam medio profectu pietatis operibus uacantes, & temporalia ac spiritualia indigentibus ministrantes. Scientiam huius actionis, & gratiam ministerij huius non habet a seipsis, sed ab ipso fonte uiuo hauriunt, a pectore scilicet Iesu, qui est spirituale sacrarium caelestis armarij, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Tales debent esse praetati assistentes praetorio Iesu, id est lectioni sacrae scripturae, in quo sedes est sapientiae, suscipientes & suscentes pacem de sinu Christi, populis eam annuntiaturo: ibi haurientes ad exemplum Ioannis copiosam ueritatem doctrinae spiritualis, ut plenius in fusi possint effundere stillicidia stillantia super terram, ut Domino dante benignitatem, terra nostra det, & fructum suum reddat in tempore suo. Haurite & propinare oportet: quod no fit discurrendo seculariter, sed conseruando spiritualiter, & meditando diligenter, quoniam non eructabit, qui non manducauit. Aliud est oscitare de inanitate, aliud eructare de plenitudine. A diuinis ergo ieiunijs nihil saporum annunciabit, sed neque potest a se quicquam habere, quia non potest homo quicquam habere a se, nisi fuerit ei datum desuper. Accedunt ad caput contemlatiui vel iustificati. Caput Christi Deus. Isti, qui per Dei gratiam meritorum priuilegio se super se leuant cum Apostolo, quae non licet homini loqui, audientes. Igitur compuncti ad pedes, delictorum obtinent indulgentiam: medici ad manus, continendi a malo et bene operandi efficaciam: deuoti ad pectus, ad instructionem subditorum moralem scientiam: contemlatiui ad caput, sanctiorem de caelestibus indulgentiam. Timidi & ob crimina quodammodo increduli, ueniam cum Thoma locum inueniunt in vulneribus & fixuris clauorum, Diuites fluxu sanguinis laborantes ad fimbriam sanitatis gratiam. Sic Christus homo factus pro nobis stat in medio ecclesiae, paratus omnibus subuenire. Accedamus ergo ad eum, ne dicatur nobis: Medius uestrum stat, quem vos nescitis. Iudaei eum uiderunt, in quem non crediderunt. Nos M. Hug. a S. Vic. To. j. R 2 ipsum

Abac. 3.

Esther. 5

Psa. 144.

S.

T

Psal. 71.

X

Ioan. 2.

ipsum fide operante per dilectionem videamus, ne sedentem aliquando timeamus. Sedens enim iudicabit. Vnde throni positi sunt, & libri aperti, & antiquus dierum sedit. Praeoccupemus ergo in confessione faciem iudicaturi, nosmetipsos iudicantes. Si enim (iuxta Apostolum) nos iudicauerimus, non utique iudicabimur.

1. Co. 11

De officio Moysi id est legislatoris, Aaron, id est sacerdotis, & Samuelis, id est prophetae: applicando monachis. Tit. XLI.

Y Psal. 98.

Moyse & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Nouerimus quoddam templum Dei viuum, si Apostolo Dei de eo scribenti credimus. Templum Dei, inquit, sanctum est, quod estis vos. Nequaquam credendum est hoc templum Dei sine sacerdotibus, vel absque ijs, qui inuocant Dei nomen, debere esse, sed ut Moyse & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Quaramus qui sunt isti, Moyse, & Aaron, & Samuel. Per Moysem lex data est, per Aaron sacerdotium institutum, Samueli donum prophetiae concessum. Officium igitur Moyse faciendae praecipere, omittenda prohibere. Officium Aaron, ad ea, quae Moyse mandat, Domini implorare auxilium, & de transgressionibus oratione & oblatione Deum uerum reddere propitium. Officium Samuelis est praedicere, quod praemium sperare ualeant legis executores, & quam praenam expectent legis praenaticatores. Si ergo uideris aliquem nuper de seculo uenientem, ac meditatione occupatum, ut de praeteritis delictis satisfaciatur, de futuris se cautum custodiat, tractare quomodo uultum moderati oporteat, habitumque ac gestum componere, & definire quid & quantum comedendum, quantum sit uigilandum, & quomodo resistat irae, contradicat gulae, conculcet superbiam, extinguat luxuriam, quam promptus esse debeat ad obediendum, & patiens ad sustinendum: scias Moysem in eo (qui huiusmodi corde est) surrexisse, & quasi quandam nouam legem condere. Si item uideris eum corpus nuditate & frigore affligere, carnem atterere labore & uerberare, mactare multiplices hostias in ara exteriori, & hausto prius igne ad ipsam non sine uituli sanguine in sancta sanctorum introire, mactaroque; superbiam vitulo prius cum multis alijs hostijs mactatis in exteriori, in ara interiori consuecit offerre Deo gemitus, supplicia, preces, & lachrymas: non dubites in eo Aaron nouum sacerdotium inchoare. Ara quidem exterior sensus carnalis est, ara uero interior affectus. In ara ergo interiori gemitus & lachrymae offeruntur, & ea quae cordis affectus commouent: sicut in ara exteriori, uigiliae, ieiunia, labor, & caetera, quae ad sensum carnis pertinent. De hoc autem altari ignis hauritur cum ad interiora transitur, quia de afflictione corporis, doloris vis ad cor transmittitur: unde postmodum compunctionis incensum inflammatur. Ut autem sacerdotij officium plenius cognoscatur, duo sunt, quae ad ipsum praecipue pertinent, populum in lege Domini instituere, & pro populo

1. Cor. 3 Vir iustus templum Dei est.

Z

A

Duplex aram luminis qui templum Dei est, inueniuntur.

Quo ad sacerdotij officium pertinent.

Dominum uerum placare: quorum unum Moyses, alterum Aaron exequitur. Vnde dicitur. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. In Samuele donum prophetiae eminet. Cur ergo inter eos qui inuocant, & non potius inter eos qui prophetizant, quam inter eos qui inuocant? Samuel libenter prophetizat, & illi libenter Deum inuocant, inter quos prophetizant. Noui prophetia Samuelis est facere uere inuocare, & incitare orantes. Quanta. n. quis frequentius cogitauerit quae praemia iuuis in caelo, quae tormenta prauis sint reposita in inferno, tanto uerius Deum inuocat, & attentius orat. Sed si definit Samuel prophetare, sacerdotes deinceps inuocare & orare: quia quanto fit futurorum contemplatio rarior, tanto redit oratio tepidior, & surgit inuocatio tardior. Ut ergo Moyses discretus sit in praedicatione, ut Aaron deuotus permaneat in oratione, necesse est ut Samuel subtilis & diligens perseveret in contemplatione. Ut igitur ea, quae diffusius diximus, ad compendium reuocemus: ad Moysem pertinet quod faciendum est prudenter discernere: ad Aaron spectat ad ea, quae per nos non possumus, diuinum auxilium implorare: Samueli incumbit quid ex re qualibet utilitatis & periculi prouenire possit caute prouidere. Per Moysem igitur discretio, per Aaron deuotio, per Samuelem intelligitur circumspectio. Discretionis nanque est mores componere, deuotionis Deo supplicare, circumspectionis uero de superuenturis prouidere. Si igitur deprehenderit vitam tuam in opere discretam, in oratione deuotam, in circumspectione prouidam, poteris & tunc cum propheta dicere. Moyses & Aaron &c. Nam cum ad sacerdotes pertineat populum praecipis informare, & Deum precibus placare: manifestum est eos sine discretionem, & deuotionem quasi sine Moyse & Aaron, sacerdotij sui officium non posse implere: quos dum Samuel facit de futuris timidos, reddit eos in oratione deuotos & in Dei inuocatione assiduos.

Doctores & oratoribus contemplatio necessaria.

De septem fluminibus Aegypti id est uitij mundi: & de musca id est anima illis infecta, & de sibilu Dei, quo ab illis auellitur. Et de ape id est hypocrita, etiam a Domino abacta: & de duplici terra, bona & mala. Tit. XLII.

In illa die sibilabit Dominus muscae, quae est in extremo fluminum Aegypti, & apes, quae est in terra Assur: & uentiet, & requiescent omnes in torrentibus uallium, & in cauernis petrarum. Aegyptus est mundus tenebris erroris peccati ignorantiae inuolutus. In Aegypto septem sunt flumina: ex uno fonte, in mundo septem uitia ex una radice superbiae. Initium omnis peccati superbiae: quae quamuis ex uno fonte sint, diuersi tamen sunt coloris, & diuerso modo perniciem ingerunt. Primum flumen inanis gloria, nitidum est quodam nitore superducto placens, sed subito in se trahens incautos, & demergens. Secundum flumen inuidia, liuidum est quadam horrenda profunditate suspectum. Tertium ira, feruidum & turbulens. Quartum tristitia, tetrum & nihilum, omnino periculosum. Quintum auaritia, scylla vel charybdis rapax, omnia trahens ad se, deglutiens & absorbens. Sextum gula, quaedam vorago, & baratrum foedas generans ex se exhalationes & corruptelas. Septimum luxuria, luteum & viscosum. Musca igitur est anima nostra, inquieta, sordida, & impudica: quae discurrendo hunc pungit, illum maculat, alium ueneno malitiae corrumpit: sicut musca inquieta, sordida & lasciuia, ita molleat omnibus & exosa, ubique infidet, pungit vel maculat. Et haec mouens de fonte superbiae, & per omnia flumina discurrens peruenit ad flumen luxuriae, quod est extremum flumen Aegypti huius. Postquam pertransierit omnia flumina uitiorum, capitur musca nostra, delectatur, fordescit, & ita implicatur, ut non minis, non promissis, non uerberibus, non praedicatione, vel exhortatione possit inde moueri, facilius occidi possit quam auelli, nec certe auellitur unquam nisi sibilo Dei. Sibilus iste dulcis, suauis, lenis est inspiratio Spiritus sancti. Si igitur muscae pius dominus sibilare dignatur, & compunctionis gratiam infundere, in flumine non poterit detineri. Gratias Deo qui nec tales muscas a sua misericordia reppulit: miseretur omnium, & nihil odit eorum quae fecit, quia benignus est, & misericors &c. Sibilat etiam Ape, quae est in terra Assur. Assur enim interpretatur elatus. Hic est diabolus superbiae caput, huius terra est maledicta. Est autem alia terra benedicta. Vnde: Benedixit Domine terram tuam. Deus mandat nubibus suis, ut pluant in eam, & ipsa imbre suscipiens germinat herbam uirentem deuotionis, quae bonis aquis alitur. Terra uero maledicta producit spinas & tribulos. Vnde, Maledicta terra in opere tuo &c. Haec est terra Assur. In hac morantur apes, i. hypocritae, qui sicut apes mel in ore, sed aculeum habent in cauda, de quibus Dominus sic conqueritur. Circumdederunt me sicut apes. Veniunt Iudaei cum Herodianis, dicentes: Magister scimus quia uerax es &c. Ecce quomodo componant fauos & mella congregent: sed quia capere quaerunt in sermone, aculeum habent in cauda, de quibus propheta. Qui loquuntur pacem cum proximo suo: Ecce mel in ore: mala autem in cordibus eorum: Ecce aculeus in cauda. Apes ergo habitans in terra Assur, est hypocrita totis desideriis habitans in mundo. Si ergo huic & muscae sibilat Deus, uenient passibus fidei & amoris, & requiescent in cauernis petrarum, melius quam in extremo fluminum Aegypti uel terra Assur: quia tribulatio & angustia in omnem animam operantis malum. Illius enim quietis extrema locus occupat.

Ex fonte superbia sepe flumini id est sepe uitia capiuntur.

& turbulens. Quartum tristitia, tetrum & nihilum, omnino periculosum. Quintum auaritia, scylla vel charybdis rapax, omnia trahens ad se, deglutiens & absorbens. Sextum gula, quaedam vorago, & baratrum foedas generans ex se exhalationes & corruptelas. Septimum luxuria, luteum & viscosum. Musca igitur est anima nostra, inquieta, sordida, & impudica: quae discurrendo hunc pungit, illum maculat, alium ueneno malitiae corrumpit: sicut musca inquieta, sordida & lasciuia, ita molleat omnibus & exosa, ubique infidet, pungit vel maculat. Et haec mouens de fonte superbiae, & per omnia flumina discurrens peruenit ad flumen luxuriae, quod est extremum flumen Aegypti huius. Postquam pertransierit omnia flumina uitiorum, capitur musca nostra, delectatur, fordescit, & ita implicatur, ut non minis, non promissis, non uerberibus, non praedicatione, vel exhortatione possit inde moueri, facilius occidi possit quam auelli, nec certe auellitur unquam nisi sibilo Dei. Sibilus iste dulcis, suauis, lenis est inspiratio Spiritus sancti. Si igitur muscae pius dominus sibilare dignatur, & compunctionis gratiam infundere, in flumine non poterit detineri. Gratias Deo qui nec tales muscas a sua misericordia reppulit: miseretur omnium, & nihil odit eorum quae fecit, quia benignus est, & misericors &c. Sibilat etiam Ape, quae est in terra Assur. Assur enim interpretatur elatus. Hic est diabolus superbiae caput, huius terra est maledicta. Est autem alia terra benedicta. Vnde: Benedixit Domine terram tuam. Deus mandat nubibus suis, ut pluant in eam, & ipsa imbre suscipiens germinat herbam uirentem deuotionis, quae bonis aquis alitur. Terra uero maledicta producit spinas & tribulos. Vnde, Maledicta terra in opere tuo &c. Haec est terra Assur. In hac morantur apes, i. hypocritae, qui sicut apes mel in ore, sed aculeum habent in cauda, de quibus Dominus sic conqueritur. Circumdederunt me sicut apes. Veniunt Iudaei cum Herodianis, dicentes: Magister scimus quia uerax es &c. Ecce quomodo componant fauos & mella congregent: sed quia capere quaerunt in sermone, aculeum habent in cauda, de quibus propheta. Qui loquuntur pacem cum proximo suo: Ecce mel in ore: mala autem in cordibus eorum: Ecce aculeus in cauda. Apes ergo habitans in terra Assur, est hypocrita totis desideriis habitans in mundo. Si ergo huic & muscae sibilat Deus, uenient passibus fidei & amoris, & requiescent in cauernis petrarum, melius quam in extremo fluminum Aegypti uel terra Assur: quia tribulatio & angustia in omnem animam operantis malum. Illius enim quietis extrema locus occupat.

F

G

H

Psal. 84.

Gene. 3.

Hypocrita pulchre apibus comparantur. Psal. 117.

Matt. 22.

Psal. 27.

Rom. 2.

Quae serui, quae mercenarij, & quae filij offerre debeant Deo. Tit. XLIII.

Alios arietum. Sicut in lege alia est hostia principum, alia sacerdotum, alia pauperum: sic alia conuenit filio, alia seruo, alia mercenario. Seruo sufficit pro terrore gehennae de malis poenitere, merce-

dis causa mercenario a malis abstinere, si lio parum est pro patre domino animam ponere. Pertinet ad seruos itaque poenitentia, ad mercenarios abstinencia, filijs congruit patientia. Si quis igitur tanquam ouis ad occisionem ducitur, & coram tondeute se non aperit os suum, inter filios numeratur, qui offerunt filios arietum. Seruo, qui non sufficit ad tantam hostiam, sufficit offerre turturem vel columbam, plangendo & gemendo quasi columbi no cantu satisfacere. Mercenarius quamuis petulantiae & dilectionis haedum mactat, ne mercedem amittat, ad holocaustum agni immaculati non facile pertingit. Si ergo ad adoptionem filiorum suspiratis, patientiae agnos afferte Domino. Non autem agnos, sed filios arietum dicit, quod idem est: ut quoties perfecta opera habere desideramus, ad dominici gregis duces prophetas, & Apostolos recurramus: & si qualia habemus desideria, talia & dicta facta geminantes imitari, & nutrire studemus, filios arietum immolamus. Afferte igitur aut Domino afferte: bis ponitur afferte, ut hostia duplicetur pro gemina stola. Pro stola corporis afferte Domino hostiam bonae actionis, pro stola mentis hostiam pie deuotionis. Qui hostiam non duplicat, duplici contritione conteretur. Dictum enim est, Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animae non habent quid faciant. Et ideo ipsi sunt Domini terra, non Domini. Illum timete, illi munera afferte, qui potest & animam mittere in gehennam. Afferte Domino corpora, afferte Deo spiritum. Primum Deo, quia dominatur in aeternitate: secundo Domino, quia dominatur in tempore. Domino, quia cui uult donat temporalia bona uel mala: domino iterum, quia cui placuerit dabit aeterna praemia uel tormenta. Et nota congruam uerborum distinctionem. Afferte Domino filij Dei. Sicut Deus bonitatem sonat, ita Dominus potestatem. Satis ex hac distinctione inuuit, quod filij sumus, seruitium debitum exhibemus, debitum est beneficium. Afferte Domino gloriam & honorem. In primo uersu bis ponitur afferte, primo propter nos, secundo propter proximos: primo ad meritum, secundo ad exemplum. Et quia proximi alij boni, alij mali, afferte Domino gloriae, & hoc propter bonos, afferte gloriam nomini eius propter malos. Si boni uidentes opera uestra bona, quod scilicet filios arietum offeritis, & opera mansuetudinis habetis, Deum laudant, & in eis operari student: obtulit Dno gloriam & honorem. Laudibus. n. glorificatur Deus, operibus honoratur. Propter bonos ergo afferte Dno gloriam, afferte Deo gloriam & honorem. Propter malos, qui mutari nolunt: noi eius. ut solu, qd reprehendant, non inueniant. In bonis ergo Dno obtulisti non solum gloria sed honorem, qui laudando glorificant, operando honoratur: in malis saltem gloria noi eius, qui eius disciplinam laudant, quis non custodiant.

L

Matt. 10.

Domino Deo corpus & spiritum homino afferre debet.

M

Quid sit adorare in atrio Domini. Tit. XLIII.

Adorate Dnm in atrio sancto eius. Superius N hostias offerre scipimus: hic intus adorare. Psal. 28 M. Hug. a S. Vic. To. iij. R. iube-

iubemur. Prius ne intremus vacui: secundo ne stemus ocioli. Si claustrum cum voto professionis, & abrenunciatione tu ipsius ingressus es, atrium cum hostijs intrasti: si autem ibi instituta regulae conseruastis, & subiecti omni humanae creaturae propter Deum, non solum bonis & modestis, sed etiam dyscolis, non solum maioribus, sed et minori- bus per omnia obedistis, humiliter in atrio Domini adoratis. Adorare enim est totum corpus etiam usque ad pedes & infima scilicet membra prosternere. Cum hostijs ergo intrate inchoantes arctam viam, & ingredienti angustam portam: Ingressi adorare in habitu religionis, voto professionis, & institutis regule, in domo discipline omnibus obedite.

Adorare quid sit.

De Cedris Libani confractis in bono religioso: & de duplici uitulo. Tit. XLV.

Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani &c. Difficile est & quau impossibile camelu per foramen acus transire, cor tumidum superbia obedientiae angusta penetrare, sed apud homines non apud Deum: Qui quacunq; uoluit fecit non solum in caelo, sed etiam in terra, id est non solum in illis, quorum cor est intelligentia lucidum, directum in caelum, & mens firma in terra: sed in mari & omnibus abyssis, uide licet qui habent cor amarum & instabile ut mare, animum tenebrosum ut abyssum, fecit quod uoluit: qui ad aspectu suu, & uocis tonitruu cotriuit omnes montes arrogantiae, incuruauit colles superbiae, & deposuit potentes de sede: quia uox confringentis cedros, & etiam cedros Libani. Aliae sunt cedri aliorum montium, Libanus decandidatio interpretatur. Decandidatio autem sanctorum est iustificatio. Vnde Ioannes. Byssinum enim sunt sanctificationes iustorum. Vnde uox iusti: Super niuem dealbabor. Et Domini. Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur. Cum talis decandidatio creuerit in montem, & attolli coeperit super alios: cum se scilicet quasi spiam magnum putauerit, & caeteris sanctiorem: natam scias cedrum in Libano. Si autem nuper de seculo uenisti, & super hoc adhuc pro literis tuis uel pecunijs te iactas, & extollis per nobilitatem generis, uel pro habitu honoris dignitate: talium elationes cedri quaedam sunt, sed Libani non sunt, quia de uanitatis nigredine, non de sanctitatis candidatione surgunt. Quod si in principio bonae conuersationis tuae, secularium pomparum cedri minuuntur: uox Domini est confringentis cedros. Et si forte postmodum (ut fieri solet) post instituta opera, quasi de perfecta institutione surgant quaedam magnaru elationum cedri: addet Dominus & illas confringere, quia confringet Dominus cedros Libani. Idcirco pro illis praesens non futurum ponit dicens, confringentis cedros: dum cedros uero Libani, futurum ponit: & confringet cedros Libani. Additur: Et conminuet eas ut uitulo Libani. Vere haec est mutatio dexterae excelsi, conminuere rigore cedri ad similitudinem uituli Libani, & quaelibet tumida corda inclinare ad humilitatis Christi imaginem. Quomodo

Psal. 28.

Psa. 113

Apo. 19. Psal. 50. Esa. 1.

prius conuictus est propter scelera nostra uitulus ille singularis ueniens a Libano de monte umbroso & condense, id est a supremo caelo, ubi splendet candor lucis aeternae? Quomodo, inquam, comminutus est? Qui cum in forma Dei esset, humiliatur immensitate attritionis, quia tormento crucis nihil acerbius, morte nihil ignominiosius. Audiatur quomodo inclinari debeat, qui se ut uitulum Libani comminui desiderat. asperissima & uilissima, sponte sua, etiam sine culpa sustineat. Ille uenit facere uoluntatem patris sui, & tu fac praelati tui. Ecce inuenimus uitulum, quem in holocaustu domini mactare debemus: nihil ita fragat domino, quam si mactetur uitulus propria uoluntatis. Sed interest utrum sit de Libano, an de Carmelo. Uitulum in pascuis Carmeli nutriunt, qui in rebus carnalibus uoluntatem suam adhuc non deserunt. Uitulum in Libani vertice pascit, qui uoluntatem suam in rebus spiritalibus sequitur. Is autem, qui lautiores cibos, & uestem molliorem quam caeteri petit, uitulum impingat de freno Carmeli. Qui abstinere a concessis uolens fugit comedere, quod caeteri, & usurpat sibi habitum hispidiorem, uitulo suum nutrit in pascuis Libani. Uterque pascua quarit uitulo suo, sed unus de Carmelo, alius de monte Libano. Quicquid enim propter uolentiam mentis uel teneritatem carnis agitur, ad Carmelum pertinet, quia molle uel tenerum interpretatur: quicquid quasi pro sanctitate supra ordinis institutum, uel praelati consilium praesumitur, inter arma Libani annumeratur. Sed uae uobis, qui confiditis in vinculo Samariae, seruiens tanto studio uoluntati propriae. In Iudaeam uenistis, ubi mactatur Domino uitulus propriae uoluntatis. Ad quid descendistis ad Samariam, ubi uitulus pro Deo adoratur, propriam uoluntatem custodientes & defendentes. An nescitis quod Iudaei non contumunt Samaritanis? Prius a seculo uenientes propria uoluntatem damnaueratis, nunc quaritis de Iudaeis Samaritani effici. Si in Iudaea es, uitulo Deo in sacrificio interficis: si in Samaria, uitulo tuo feruis. Si enim carnis curam in desiderijs facis, uitulum de freno Carmeli pascis. Omnis enim caro saenum. Vide autem quomodo lex huius uituli carnes comminuat, & flammis in cinerem redigat. Prius mactatur, cum obedientiae amore singularitas abdicatur. In frustra diuiditur, cum quaeque singularitatis opera distinguntur, quousque omnis arrogantiae uoluntas sopiatur, solo cogitationis cinere inde remanente, quo conscientia ex recordatione humiliata confundatur, magisque uereatur.

Humilitas Christi.

Humilitas qua uia obtinetur.

Voluntatis propriae renuntiatio quam sit Deo grata.

Amos. 6

Ioan. 4.

De duplici igne, & multiplici puritate per tres pueros figurata. Tit. XLVI.

Vox Domini intercidentis flammam ignis: Vox Domini conuictientis desertum. Alius est ignis, quem uenit Dominus mittere in terram: alius, quem uenit extinguere: primu de caelo ueniens secum attulit, secundum inuenit. Omnis amor ignis, sed non omnis bonus, Amor igitur bonus, ignis

Amor bonus ignis bonus, amor maior malus ignis malus est.

ignis bonus, quem Dominus uenit mittere in terram ut ardeat. Amor libidinis malus, quem uenit extinguere. Vnde per Moysen ignem alienum prohibet offerre super altare suum, de suo praecipit ut semper ardeat in altari suo, flammam alieni semper extinguit. Vnde angelus Domini descendit, & excussit flammam ignis. In pueris autem extinguitur, qui a puritate dicuntur. Est autem alia puritas cordis, alia oris, alia actionis. In corde simplicitas, in ore ueritas, in opere sinceritas. Hos tres pueros habemus, cum sanctum est quod meditamur, uerum quod loquimur, iustum quod operamur. Felix nimium & Deo grata horum trium puerorum societas, propter unam puritatis concordiam in uoluntate, sermone, actione. Videt ergo rex Babylonis, & inuidet, & eos adorare statuam aream desiderat, dum eos ex sua sanctitate in superbiam erigi suadet. Statuam enim auream adorare est super haec studijs operam dare & deseruire, qui cum eos uidet despiciere, flammam parat, ut quos per gloriam elationis non potest superare, per flammam occidat libidinis. Flamma enim accenditur, quando caro nostra ardore libidinis inflammatur. Ab angelo autem Domini flamma excutitur, & medium fornacis quasi uentum roris flantem effecit, dum intima cordis flante Spiritu sancto caelesti rore perfundit, & refrigerata conscientia puerorum lingua in laudem creatoris conuertit: quibus libertatis Chaldaeos flamma consumit, quia insidiantes innocentiae, inuidiae ac gehennae ardor exurit.

Leu. 10.

Dan. 3.

Puritas triplex.

V

De proprietatibus cerui imitandis. Tit. XLVII.

Vox Domini preparantis ceruos, & reuelabit condensa &c. Ceruus animal uelox, timidu, serpenti bus inimicum. In agilitate pedum uelocitas denotatur actionum. Vis uidere ceruum alacriter currentem? Viam, inquit, mandatorum tuorum cucurri. Vis uidere uocem preparantis ad ceruinam uelocitatem? Sic currite ut comprehendatis. Vis audire uocem mentis ad ceruinam formidinem? Beatus homo, qui semper est pauidus. Quia sapiens in omnibus metuit. Vis audire uocem mouentis ceruum ad serpentinam interfectionem? Mortificate membra uestra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam &c. Tria itaque haec ad ceruum uidentur pertinere. Viam mandatorum uelociter percurrere, demonum insidias suspectas habere, uenena uitiorum audaciter destruere. Actio igitur expedita, pauida, & iusta ceruos facit: quia in quantum expedita, uelocitatem tribuit: in quantum pauida, utiliter pauidum, quia cautum reddit: in quantum iusta, uitiorum uenena extinguit. Multi in eo quod uelociter currunt, serpentes non occidunt, sed nutriunt: quia in eo quod fortiter agunt, superbia & uana gloria & alij serpentes conualescunt. Alij in bonis operibus bonam intentionem habent, & serpentina uitiorum uenena mortificare student, sed dum modum & tempus seruare nesciunt, in damnoum in-

Serpentes occidit qui demonum insidias caute euadit.

Y

sidias quasi uenantium laqueos incidunt. Est ergo uox preparantis ceruos, iuxta illud: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & prepara animam tuam ad tentationem & illud. Seruite Domino in timore. Ut igitur ad ceruum riu numeru pertineant, oportet eos & uelociter currere, & caute timere. Talibus ceruis sic preparatis reuelabit condensa scripturarum, profunda allegoriarum, opacca sacramentorum mysteria, mysteriorum secreta. Dabitque in montibus condensis & umbrosis requiescere, ubi contra uenatorum insidias latebras reperient, & contra solis aestus refrigerium accipient. Quanto enim altius scripturarum intelligentiam perceperint, tanto securius & quietius quasi in condensis latitabunt, & in umbrosis quiescent.

Eccl. 2.

Psal. 2.

Z

Quae a dextris & quae a sinistris Dei stent; & quid sit charitatis uarietate uestiri. Tit. XLVIII.

Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato, circumamicta uarietate. Dominus uirtutum (ut ait psalmista) ipse est rex gloriae. Hinc dicit Dauid. Astitit regina &c. Merito regina uirtutum charitas dici creditur, quia uirtus uirtutis nomen amittit, quacunq; charitati non famulatur. A sinistris Dei sunt bona temporalia, a dextris aeterna. A dextris ergo charitas dicitur stare, quia bonis aeternis non temporalibus munitur. In solis nanque illis charitas regnat, quos amor aeternorum inflammant. Astitit ergo regina charitas, sed a dextris & in uestitu deaurato. Summi regis oculis uult placere, quae tam pretiosas uestes uult habere. Probatio charitatis exhibitio est operis. Opera bona eius uestimenta sunt. In uestitu, inquit, deaurato. In uestitu opera iustitiae, in auro intellige claritatem sapientiae. uestimenta igitur aurea opera sunt discretiae. Fortassis tu agis omnia fortiter, minime tamen suauiter, quia non sapienter. Ideoque uestimenta quidem habes, claritatem sapientiae non habes, quia sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter: a fine inchoationis usque ad finem consummationis. Tu fortiter inchoas, tepide consummas. Cur? Quia non disponis omnia suauiter, nec scis operari sapienter. Incipis, curris, festinas, lassaris, deciperis. Non dicam ad finem, sed nec ad medium pertingis. Proccedit ergo charitas, immo assistit, quae nunquam a Dei dextris recedit, in uestitu deaurato, circumamicta uarietate. Decet sane utpote reginam multiplicem uestem habere & uariam. Tu nescio quis semper uis esse in contemplatione, nescis (ut audio) uestiri uarietate. Alius querit assidue esse in oratione, nec animaduertit quod charitas ornari uult uarietate. Quisquis uno quolibet pretioso, quo delectatur, in opere sic ornari cupit, ut aliu aequae uilem aspernetur, charitatis ornatum non habet, quae uestitur uarietate.

Psal. 44.

Psal. 23.

Quare charitas regina uirtutum dicitur.

De opprobrio, & contemptu. Tit. XLIX.

B Vfer a me opprobrium, & contemptum. Op-
probrium est culpa, contemptus poena. Cul-
pa iniquitas, poena mortalitas. Propter iniquitate
factus sum exprobrabilis, propter mortalitate com-
tempnibilis. Abominabilem me facit concupiscen-
tia, vilem miseria. Aufer a me opprobrium &c.
Si facis me iustum, aufer a me opprobrium, aufer
contemptum.

De extremo terra, vnde producantur nubes, fulgu-
ra, & pluuia. Tit. L.

C Producent nubes ab extremo terra, fulgura in-
pluuia fecit &c. Terra nostra extrema, pec-
cata infima, & abiecta. A tali extremitate nubes
producitur, quia a turpitudinis nostrae recorda-
tione caligo confusionis generatur. Nubes huius-
modi dum mentem obnubilat, contra concupiscen-
tiae aestus quasi contra solis ardore refrigerium praest-
tat. Nam qui peccasse se meminit, & se peccasse
erubescit, quanto magis de praeterito dolet, tanto
de futuro se cautiorem reddit. Fulgura in pluuia
fecit. Ante fulgura nubes producitur, post fulgu-
ra pluuia sequitur. Nubes caligo confusionis, fulgu-
ra terror maiestatis, pluuia scetus compunctionis.
Dispensata ergo diuina pietate, prius ob mentis
oculos turpitudinis nostrae memoria reducitur,
post mens recordatione diuini terrois formidine
concutitur, tandem inter confusionem & formidi-
nem deprehensa & diu fatigata in steru compungi-
tur. Nubem super me aspexi, quotiescunque con-
fussio faciei meae cooperuit me: fulgura excipio,
quando terrores Domini militant aduersus me:
pluuia descendit, quoties potui lectum meum ri-
gare lachrymis.

De primogenitis Aegypti. Tit. LI.

E Vi percussit primogenita Aegypti ab homi-
ne vsque ad pecus. Primogenita Aegypti
sunt diabolicae elationes, & humanae praes-
umptiones. Alij superbiunt de rebus temporalibus,
alij intumescunt in rebus spiritualibus. Vere
brutus & animalis est sensus, quando ad imaginem
Dei factus, amens ex his intumescit, quae commu-
nia sunt cum pecoribus. Alij igitur superbiunt de
vanitate, alij de sanctitate. Superbia vanitatis est
primogenitum pecoris, arrogantia sanctitatis est
primogenitum hominis. Aegyptus autem erroris
tenebrae talia generant primogenita. Flante autem
diuini spiritus aura, percutiuntur primogenita
Aegypti vsque ad pecus, quia flante spiritu timoris
Domini, deiecitur omnis tumor elationis.

De vulua, liberis, & uberibus. Tit. LII.

E Vid dabis eis? Da eis vuluam absque liberis,
& vbera arentia. Vulua est studiositas, semet
veritas, bona voluntas. Ad hoc debes lege-
re, propter hoc oportet intelligere, ut studeas ad

implere. Vuluam habes, desiderium discendi ha-
bes. Si veritatem conceptam amas, & opere perficis,
liberos nutris. Qui sunt hi liberi? Affectus
boni & ordinati. Quid enim docet diuina scriptu-
ra nisi amare religionem, seruare vnitatem, habe-
re charitatem? Sed multos video studiosos, pau-
cos religiofos. Amant lectionem non religionem,
immo amore lectionis in odium incidunt religio-
nis. In his impletur, quod dicitur. Dabo eis vul-
uam absque liberis. Doctores & praedicatores esse
uolentes, & primas cathedras & salutationes am-
bientes in populo, sed dantur eis vbera, id est ver-
ba, arentia. Sermo debet esse ad hortandum siue
ad exponendum obscura lucidus, ad persuadendum
vtilis: quod haec sunt quae vbera duo, unum ex-
positionis, alterum exhortationis. Haec multi acci-
piunt tumentia quidem sed arentia, apprehendunt
scientiam, quae inflat, caret charitate, quae aedificat:
quorum vbera per scientiam tument, sed arentia
sunt, quia dulcedinem spiritus non habent. Et uide-
mus hodie permultos habere linguam magnilo-
quam, raros melliloquam.

De uberibus sponso attributis. Tit. LIII.

M Eliora sunt vbera tua uino. Duo sunt vbe-
ra sponso, videlicet ingenitae mansuetudi-
nis & longanimitatis, quibus patienter expectat
delinquentem, & clementer recipit poenitentem.
Gemma est ista dulcedo suauitatis in pectore Do-
mini lesu, longanimitas in expectando, & in do-
nando facilitas. Vis videre longanimitatis vber?
Audi Apostolum. An diuitias bonitatis, & longani-
mitatis, & patientia eius contemnis? An ignoras,
quod benignitas eius ad poenitentiam te adducit?
Ad hoc siquidem diu suspendit sententiam vltio-
nis in contemnentem, ut quandoque gratiam rem-
issionis infundat poenitenti. Non vult enim mor-
tem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Ac-
cipe exemplum & de altero vbera, quod est remit-
tendi facilitas. Legitur enim de ipsa: Quacunque
hora peccator ingemuerit. Legitur etiam, Dere-
linquat, inquit, impius viam suam, & vir iniquus
cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum,
& miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quo-
niam multus est ad ignoscendum. Pulchre Dauid
vtrunque paucis comprehendit, dicens: Longani-
mis & multum misericors.

De gratiarum actione pudica & mera ad Deum
ut ad fontem, vnde omnia bona, referen-
da. Tit. LIIII.

O Rigo fluminum & fontium, mare virtutum &
scientiarum Dns Iesus: quia, iuxta Annae ca-
ticum, Deus scientiarum Dominus est, dans casta
consilia, iusta iudicia, recta desideria. Illius fontis ri-
uuli sunt cordis munditia, carnis continentia, oris
puritas. Ex isto fonte manant, ut ad locum unde
exeunt flumina gratiarum reuertantur, ut ite-
rum fluant. Remittatur itaque ad suum principium ca-
leste profluuium. Spirituales riuus proprio fonte sine
fraude

Scriptura
sacra do-
ctrina.

G
Cant. 1.
Sponsi vbe-
ra duo.

Rom. 2.

Ezec 18

Esa. 55.

Pf. 102.

1. Reg. 2

Ephe. 5.

Qua nam
gratiarum
actiones
Deo acce-
pta sint.

Prout. 2.

Pfal. 49.

Pfal. 11.

Matt. 25

Ibidem, &

Matt. 18

De funiculo triplici. Tit. LV.

I
Eccl. 4. Funiculus triplex (qui difficile rumpitur) ad ex-
trahendas animas de carcere diaboli, & ad re-
gna caelestia post retrahendas, est recte seruire, vti-
liter proferre, & efficaciter adimplere.

Oratio funebris, & lamentatio de morte prudentis
amici & religiosi. Tit. LVI.

M Vltam mœror tristitiam imperat. In statera
mea tristitia exuperat, & calamitas, quae pa-
rior, tanquam ignis triste pectus adurit. Interiora
depaucitur clausus dolor, latius serpit, & saeuit a-
crius. Quid mihi & laetitiae, qui in amaritudine
sum? Vis doloris omnem abducit laetitiam. Indi-
gnatio Domini ebibit spiritum meum, subtracto
quem diligebat anima mea, simul quia cor meum
dereliquit me. Quo mihi auulsus es? quo mihi ra-
ptus est manibus, homo unanimis, homo secundum
cor meum? Amarissima separatio, & quam non pos-
set nisi mors efficere. Opus mortis est tam horren-
dum diuortium, totius suauitatis inimica mors: v-
num rapiendo, duos furiosa perimit. Mitius enim
me priuare, ò austeram mors, uite usu, quam fructu:
sine quo ipsa uita grauior quam mors est. Nam car-
nis frater si caros amisit, cariores inuenit. In me
transierunt ò mors iræ tuæ, super me confirmatus
est furor tuus, qui elongasti a me amicum, & pro-
ximum. Erat ambobus grata praesentia, dulce con-
fortium, suauis colloquium: sed tantas utriusque
delicias ego perdidit: tu super mutasti, & quidem

Lob. 6.

Pf. 102.

Matt. 19

Luc. 9.

in mutatis retributio multa. ad omnem locum, quod
emerferit respicio: ad carum ubi consueueram: &
non est. Heu quantum istic ingemisco, sicut homo
sine adiutorio: quem posthac consulam in ambi-
guis? cui fidam in aduersis? Quis nostra portabit
onera? Quis imminetia propulsabit pericula? Por-
ro super niuem multiplicatur mihi & dolor. Vi-
uam? Quousque uiuam? Et si multum uiuam, in a-
maritudine uiuam: in mœrore uiuam, in luctu ui-
uam. Non parcam mihi, & iuuabo manum Domi-
ni? Etenim manus Domini tetigit me, cum succi-
dit illum: nec enim dixit mihi, te succisuram, qua
plantarat, uineam. Ego illic portio misera in luto
iacens, truncata parte sui & meliori. Frustraque di-
citur mihi, ne senseris. Sentio enim uel inuitus,
quia nec fortitudo lapidum fortitudo mea (neque
enim mihi cornea fibra) nec caro mea aenea est.
Sentio prorsus, & doleo, & dolor meus in consp-
ctu meo semper. In uirga indignationis suae percus-
sit me Dominus, digne pro meritis, dure pro uiri-
bus. Etenim dextera manus mea, lumen oculorum
meorum, pectus meum, lingua mea, truncata sunt.
In ipso quidem operabar, prouidebam, sentiebam,
loquebar, quippe cuius os meditabatur sapientiam,
& lingua loquebatur iudicium. Nunc ille (uti spe-
ro) pro meritis sempiterna fruitur gloria, & ego
pro commeritis in hac communi derelictus sum
miseria. Dixi.

De venatore & laqueo animarum, & de
verbo aspero ad monachos.
Tit. LVII.

I
Psal. 90. Ipse liberauit me de laqueo uenantium, & a uer-
bo aspero. Ex quo homo positus in honore non
intellexit, comparatus est iumentis insipientibus,
& similis factus illis: & tetendit ei uenator diabo-
lus callidissimus, & nequissimus laqueos. Et silue-
stribus & omnino bestialibus secularibus loco aper-
to satis laqueos expandit, ut quos facile capiendos
non dubitat. Vobis autem, qui tanquam cerui pru-
dentiores, serpentes necatis, & perfugere desidera-
tis ad fontem uiuum, subtiliores occultat laqueos:
ideo uos ò nouellae plantationes, qui nondum ha-
betis exercitatos sensus cordis uestri, nolite abun-
dare in sensu uestro, sed humiliamini sub potenti
manu pastoris uestri, acquiescite consilijs eius, qui
melius nouit uersutias uenatoris illius, ne uersutus
uenator uos tanquam rudes & incautos decipiat.
Sed uenatores iam & bestias nouimus: quis sit la-
queus audiamus. Dic nobis beate Paule tu, qui non
ignoras astutias eius, quis sit iste laqueus. Qui uo-
lunt (inquit) diuites fieri, incidunt in tentationem,
& laqueum diaboli: Ergo laqueus diaboli sunt di-
uitiae huius mundi. Heu me, quam pauci sunt, qui
uolunt ab isto laqueo liberari? Quam multi sunt,
qui dolent quod parum sunt irretiti? Vos autem,
qui reliquistis omnia, & sequuti estis eum, qui non
habet ubi caput reclinet, exultate & dicite: Ipse li-
berauit me de laqueo uenantium, & a uerbo aspe-
ro. Bestia si non times laqueum, time malleum, ver-
bum, scilicet asperum. Ite (inquit) maledicti in igne
aeternum.

Iob. 19.

Pf. 102.

L

Pfal. 90.

Pfal. 48.

M

Laqueus
diaboli sunt
diuitiae
1. Tim. 6

Matt. 19

Luc. 9.

Matt. 25 æternum. Durum est pœnitere, vt qui audiunt, pœnitentiam agite, dicant, durus est hic sermo. Sed si hoc verbum asperum recogitauerint, inuenient qd Matt. 11 iugum Domini suaue, & onus eius leue. Vos autē Prou. 1. pennati, quorum ante oculos frustra iacitur rete, quicquid in vobis est bestia mactate, corium detrahit, nequando venator capta bestia clamet, tolle, tolle, infige verubus, infer prunis, infer caldarijs. Si enim liberati fueritis a laqueo, non timebitis a verbo aspero. Pretiosiore igitur habete paupertatē vestram diuitijs huius seculi, & de labore vestro Christum pascite & vestite, vt in die illa gratias agendo exultetis, & dicatis. Ipse liberauit me de laqueo venantium, & a verbo aspero.

De quatuor generibus ouium, & de caula earum, ac canis custodia quadruplici. Tit. LVIII.

O N Os populus pascuæ eius, & oues manus eius. Psal. 94. Quatuor sunt genera ouium. Infirmæ, fractæ, vagæ, & validæ. Hæ sunt incipientes, proficientes, errantes, perfectæ. Vnaquæque indiget proprio pascu, incipientes eruditione, vt ulterius proficiant, proficientes ammonitione, vt ad summum perueniant, errantes correptione, vt peccatum abiciant, validæ exhortatione, vt coronæ inseruiant. His quasi caula, quædam claustralis debetur obseruatio, quæ quodammodo quadrangula est sicut claustrum, vt singuli a suis proprietatibus non exclusi sint finibus suis contenti. In primo latere erit subiecto scholastica, vt nascatur humilitas: in secundo lectio moralis, vt acuatur subtilitas: in tertio correctio spiritualis, vt euellatur iniquitas: in quarto meditatio spiritualis, vt cognoscatur veritas. Demum canis necessarius est, id est vigilantia, pastorisq; custodia quadrifida, vt sicut canis latratu lupos & latrones fugat, sic prelatu comminatione diabolum & vitia propinquare vetet: sicut canis propria lingua se sibi medicum præstat, sic si excesserit, linguæ confessione se curet. sicut canis venaticus feram a longe præsentit, ita virtute fidei vitam post mortem speret. & sicut canis domino suo fideliter adhæret, sic ab vnitatē fidei se vsque ad mortem non separet.

Quatuor caula ouium que sint.

De tribus panibus Salomonis, & duplici amore, prauo & bono. Tit. LIX.

P Res sunt panes Salomonis. Cōtemptus mundi, & sui, & amor Dei. Primum proponit in ecclesiaste, secundum in parabolis, tertium in canticorum Canticis: quia enim duo sunt mala, quæ sola maxime militant aduersus animam, vanus scilicet amor mundi, & superfluous amor sui, pessimi vtrique, duo isti priores sibi obuiare noscuntur. Quia vero vnum solum summum bonū, quo frui, & quod amplecti desiderat sponsa, Deus scilicet sponsus est: hic in tertio, id est Canticis frangi dicitur. In primo igitur ad refectionem nostri docemur huius mundi contemnere vanitatem, in secundo cognoscere, & sequi veritatem, sequi scilicet

agnum quocunque ierit, in tertio veritate frui & ad ipsum peruenire: & hic est fructus amborum priorum. Cum tertium istum sumpserit panem, qui de via venit amicus, vnde murmure non habebit. Sed quis franget? Adelt paterfamilias cognoscendus Dominus in panis fractione: pauper & inops ad eum pulset, qui aperit & nemini claudit, Luc. vlt.

De triplici vnguento bonorum. Tit. LX.

T Ria sunt vnguentorum genera, contritionis, deuotionis, pietatis: primum pungituum, dolorem faciens: secundum temperatiuum, dolorem leniens: tertium sanatiuum, morbum expellēs. Primum conficit anima multis criminibus irretita, quando incipit cogitare vias suas, vt colligat, congerat, & conterat, in mortariolo conscientia suæ multas, & varias species peccatorum, & mire affluans peccatoris olla simul omnia coquit igne quodam doloris & pœnitentiæ, vt possit dicere, Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Secundum conficit anima multis virtutum beneficijs accensa, cum sancta deuotio beneficia Dei cum lætitia, & gratiarum actione recolat, illa in vasculo pectoris pitillo crebra meditationis conterit, & igne sancti desiderij cōcoquit, & deinde oleo lætitiæ impingat, & tunc psallit & intelligit in via immaculata, vt possit dicere. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Tertium sibi conficit pia hominis anima de necessitatibus pauperum, de perturbationibus tristium, de culpis delinquentium, postremo de omnibus hominum erumnis, & si sint inimici: quia iocundus Deo homo, qui miseretur & commodat, pronus compati, subuenire paratus, ignoscere facilis, irasci difficilis & vlcisci. Sic omnibus omnia factus, fit sibi tanquam vas perditum, vt cæteris sit præsto & occurrere & succurrere. Mortuus denique sibi vt viuat, omnibus speciebus seipsum ditare curat & impinguare, profundens prædictas proximorum inopias quasi quodam aromate oleo misericordiae, & decoquens charitatis ardore, vt de huiusmodi fratre, in congregatione sanctorum digito ostenso, dicatur: Hic est frater amator populi Israel, hic multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate. Primum vnguento pedes Iesu, secundo caput, tertio totum corpus a bonis mulieribus vngitur. Iesus dicitur caput & sponsus, corpus & sponsa dicitur ecclesia, in qua boni & mali, pectus boni, pedes mali, corpus boni & mali, caput vero Deus. Mulier igitur, id est anima peccatrix pedes istos vngit, malitiam in mortariolo cordis terendo. Anima iustificata caput vngit, de collatis ipsi beneficijs capiti suo, id est Deo non sibi attribuens gratias agendo. Ipsum Iesum, id est totum corpus vngit pia mulier, charitatem suam vsque ad inimicos corporaliter & spiritualiter exercendo. Primum quamuis pedibus tanquam extremis membris offeratur, non est tamen vile, cum de eo dictum sit. Et domus impleta est ex odore vnguenti. Est enim odor vitæ ad vitam, quamuis pœnitens in ecclesia totum dicitur, vt non solum ad terrenam, sed ad cœlestem etiam ecclesiam

Quo tria vnguenta ad sanitatem suam ma conficiat.

Psal. 38.

Pf. 100.

2. Macca. 15.

Luc. 7.

Ioan. 12

ecclesiam attingat odor pœnitentis, teste enim veritate gaudium fit inter angelos super vno peccatore pœnitentiam agente. Huius vnguenti species in proprijs hortulis inuenimus. Quis enim de proprio suo ad manum non hebeat iniquitates & peccata, si non dissimulat? Si autem aromata, beneficia scilicet Dei, procul & de vltimis finibus ea accepit, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum defursum est. Hoc vnguentum est sacrificium, de quo dicitur: Sacrificium laudis honorificabit me. Non est igitur pauperis hoc vnguentum, de quo nimirum, quia tangi caput illud venerandum non ducit indignum, iudicat honoris esse insigne. His duobus tertium præfertur, sanatiuum enim est, de quo dicatur a Domino. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Vnde eo non tantum pedes, nec tantum caput, sed & totum vngitur corpus. Primum itaque bonum, secundum melius, tertium optimum. Quia discipulo dicente: Vt quid perditio hæc? dictum est a Domino. Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum operata est in me. Potest tamen dici, quod hoc vnguentum priora designet. Cum enim qui prodesse multis posse putatur, soli tamen sibi viuunt, & ad pedes in recordatione peccatorum sedens, ad caput in recordatione beneficiorum proficit, vt cæteris proficit, & præsit vocatur: quid aliud dicitur nisi Vt quid perditio hæc? Potuit vnguentum istud venundari multo, & dari pauperibus. Huiusmodi autem renuente onus, & Domino congaudente in tali vocatione, dicitur. Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum &c. Quasi dicat, Non vir (vt putatis) qui possit mittere manus ad fortia, sed mulier, stet in hoc bono, donec cōualescat ad melius.

De quatuor vnguentis, in quorum odorem currit sponsa. Tit. LXI.

Z C Vrreremus in odorem vnguentorum tuorum &c. Cant. 1. Quatuor sunt vnguenta, in quorum odorem nostra sponsa currit. Primum sapientiæ, secundum iustitiæ, tertium sanctificationis, quartum redemptionis. Hæc quatuor factus est a Deo sponsus homini, dicente Apostolo. Qui factus est nobis a Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, redemptio. Sapientia in prædicatione, iustitia in absolute peccatorum, sanctificatio in conuersatione, quam cum peccatoribus habuit, redemptio in passione, quam pro peccatoribus sustulit. Vides quadrifariam vnguentum.

De quadruplici Dei in nos beneficio, illuminationis, iustificationis, doctrinae, & redemptionis. Tit. LXII.

A S Edebas in tenebris, & umbra mortis per ignorantiam veritatis vincit delictorum cathenis, & descendit ad te veritatis doctor, vmbraque depellit ignorantia tuæ luce sapientiæ suæ. Per iustitiam deinde, quæ est ex fide, soluens funes peccatorum, gratis iustificans peccatores: & in his duobus Dominus soluit compeditos, Dominus illu-

minat cæcos. Addidit sanctificationem, qua sancte inter peccatores viuens tradidit formam vitæ & viæ, qua homo rediret ad patriam. Adiungit & redemptionem, cum tradidit in mortem animam suam, & de proprio latere protulit pretium sanctificationis, quo patrem placaret, vt cognosceres, quod apud Deum est misericordia, & copiosa apud Deum redemptio. Ps. 129.

De tribus sagittis expetendis. Tit. LXIII.

T Res sunt sagittæ, timor, sermo Dei, & charitas. Primam postulat, qui dicit: Confige timore tuo carnes meas. De secunda Apostolus. Penetrabilior est omni gladio ancipiti pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus. Tertia vulnerata est, quæ dicebat. Stipate me malis, quoniam amore læqueo. Prima sagitta transfodiuntur delectationes carnis, secunda interficiuntur vitia animæ, tertia excutitur omne vitium vel noxium ab ipsa anima, tangitur illa pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, quæ facit vt iam non delectet, in quo carnalis sit sensus. B Ps. 118. Hebr. 4. Cant. 2. Philip. 4.

De quatuor tentationibus conuersi ad Dominum. Tit. LXIIII.

N On timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, & daemone meridiano. His tanguntur quatuor genera tentationum, quæ sentit & sentit, qui conuersus est ad Dominum: timor nocturnus, sagitta volans in die, negocium perambulans in tenebris, & daemone meridiano. Nam primordia conuersi primus exagitat timor de terrore vitæ, & austeritate insuetæ disciplinæ. Vnde dicitur. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & prepara animam tuam ad tentationem: hic timor dicitur nocturnus, vel quia nox designare solet aduersa, vel quia pp quod aduersa aggredimur nodum reuelatur. S. n. dies ille luceret, cuius lumine labores & pnia viderent, timor nullus esset laborum prædesiderio pmiõrũ, quia Nō sunt cōdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Sed quia nox est, ideo tentamur a timore nocturno pro his, quæ videntur aduersa, tolerandis. Primo igitur intransibilibus orandum est, & vigilandum contra hanc tentationem, ne subito præoccupati a pusillanimitate spiritus & tempestate nocturna, bono cœpto resiliant. Hac autem separata armandum est contra sagittam volantem in die, quæ est inanis gloriæ fama, quæ quidem volat, quia leuis: & ideo in die, quia ex operibus lucis. Sed hæc facile superatur tanquam inanis gloriæ aura. Tertio a negotio perambulante in tenebris. i. ab hypocrisi, timendum est: & iō procurandū ei, qui non curat laudes, ne appetat diuitias & dignitates, circumuēns a negotio perambulante tam in die quā in tenebris, quod est hypocrisis: hæc enim negociatur omni tempore, formam retinens pietatis, & ad se occultam virtutem uendicans ad emendos honores & prælatu-

Eccle. 2.

Rom. 8.

Psal. 90.

praelaturas: hoc negocium perambulat in die, quia speciem habet virtutis, & imulat virtutem: re autem ipsa est in tenebris, quia in tenebris habitatio eius abscondit quod est, & quod non est, metitur. Qui autem superauerit huiusmodi fauores & honores, postremo tentatur a daemónio meridiano, ab eo qui transfiguratur se in meridianum. i. in angelum lucis, cum sit vere daemonium & angelus tenebrarum. hinc dolum suspicans Iosue non prius amicum angelum recepit quam esse amicum nouit. Discipuli quoque Dominum super mare ambulantes dum procellis agitantur videntes Domini uirtutem & misericordiam per apertam suspensionem deprimunt, putantes eum phantasmata. Vnde & quarta uigilia noctis venit, quarto loco contritam tentationem vigilare suadens. Tu autem o homo conuersus iuxta prophetam non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incurfu & daemónio meridiano: si ueritas Domini circumdat te scuto suae protectionis & bonae uoluntatis.

De duplici impetu, spiritus, & carnis.
Tit. LXV.

Fluminis impetus laetificat ciuitatem Dei &c. Quo sunt impetus, unus spiritus, & alter carnis. Primus beatorum, secundus malorum. Impetus carnis ad odium, ad iram, ad exteriorē gloriā & uoluptatem animum impellit. Impetus spiritus ad charitatem, ad patientiam, ad aeternorum fidem, & ad contritionis lacrymas pertrahit mentem. Vnde necesse est magna cura considerare qui nos impetus ducat a cogitatione nostra: nam dum per impetum impellimur amare terrena, uisionem de inimico querere, temporalia non ad necessitatem, sed ad uoluptatem & superfluitatem postulare, impetus est carnis. Eccontra amare caelestia, ignoscere nos offendentibus, amare inimicos propter Deum, temporalia ad usum necessitatis querere, impetus est spiritus. Hinc de sanctis animalibus dicitur, ubi erat impetus spiritus gradiebantur. Et quia sic ad bona tendunt, ut ad mala non redeant, recte subditur: non reuertebantur dum ambularet: Quia ab Aegypto egressus, ad oillas Aegypti mente non debet reueri. Ab eodem autem propheta dicitur, quod ibant & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Quia duplex est gressus iusti, de malo ad bonum, in quo gressu non debet esse retrogradus, & de bono actiua ad bonum contemplatiua, a qua fit regressus ad actiuam in similitudinem fulguris coruscantis percuriendo uitia, & ad Dei amorem inflammando, fulgur enim percutit & incendit.

De tribus filiabus Iob. Tit. LXVI.

Sunt Iob tres filiae, Dies, cassia, & tertia Cornu-
Iob. 42. a Christo conditum, redemptum, & re assumptum. Fuit enim dies in prima conditione, quia in innocētia creatum est: die autem innocentiae per pecca-

tum finito, & in mæroris nocte abscondito: secundo in redemptione fit cassia, amarum siquidem est sicut cassia, per confessionem & corporis macerationem a uicio redimi. Ergo ut ad salutem reuocetur, amarum ei poculum dandum est, sed odori ferum per uirtutis fragrantiam ex gratia redemptoris. Quia uero tertio in re assumptione carnis per resurrectionem Christi naturam nostram renouatam, in aeterna laude assumemus, Cornu-
Genus humanum a Christo conditum, redemptum, re-assumptum.
Iob. 42. a Christo conditum, redemptum, & re assumptum. Fuit enim dies in prima conditione, quia in innocētia creatum est: die autem innocentiae per pecca-

De ostio, & fenestris arcae Noe. Tit. LXVII.

Duo sunt exitus arcae Noe. Alter per fenestras, alter per ostium: fenestra significat exitum per cogitationem, ostium exitum per operationem. Ostium deorsum, fenestra sursum est: quia actio ad corpus, cogitatio pertinet ad animam: hinc & aues emittuntur per fenestram, homines & bestiae per ostium, quod clausit & aperuit Dominus, sed fenestram homo aperuit, quia grauius est opere & cogitatione quam sola cogitatione peccare.

De quatuor modis exeundi per operationem, & totidem per cognitionem.
Tit. LXVIII.

Quatuor modis exitur per operationem: Primo ad usum uoluptatis: & haec sunt animalia immunda. Secundo ad usum necessitatis: haec quidem animalia sed munda. Tertio ad curam regiminis ex praecocepto obedientiae: & hi sunt filij Noe, qui exiens obtulit sacrificium. Quarto ad eandem ex ambitione caeteros despiciendo: & hi similes erant Cham, qui patris uerenda derisus. Quatuor modis per cogitationem. Primo considerando quid ex se sit, secundo quid ex dono creatoris, tertio quomodo Deus creaturis utatur, tribus his loquens uocibus: accipe, redde, fuge. Accipe beneficium, redde debitum, fuge supplicium. Prima uox est famulantis, secunda monentis, tertia minantis. Prime uoce dicit terra, aqua, aer, ignis: accipe me in beneficium: secunda, redde pro beneficio laudem: tertia, a me deglutieris, combureris, absorberis, submergeris. Qui enim beneficia Dei accipit, nec gratias refert, merito haec patietur. Quarto modo per cogitationem exitur, dum cogitatur non necessitatis subsidium, sed libidinis oblectamentum: & hi similes sunt Euae, quae uidit lignum quoddam pulchrum esse &c. & coruo, qui ad arcam conscientiae non redijt. Primi tres similes sunt columbae, quae praemissa primo redijt, & nihil reportauit: secundo redijt, & attulit ramum oliuae: tertio non redijt ad arcam, sed mansit in loco a Deo aquis purgato. Ex prima consideratio-

Tres uoces, quibus homini loquitur.

Gen. 3.
Gen. 8.

Luc. 2.

ne adducit contemptum mundi: quia contempto mundo aquis diluijt. uoluptatis cooperto, ad arcam redijt. Et secunda laudem Dei, quia ramum oliuae in signum pacis attulit: pax autem gloriae Dei coniungitur cum ab angelis canitur: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax &c. Ex tertia amorem pariter & timorem Dei, quia ab eo nec uoluit, nec ausa est amplius discedere. Ex quarta uero si redire contingat, inuentium adducat libidinis.

De duabus zonis in ueteri testamento.
Tit. LXIX.

Duas zonas legimus ueteris testamenti: quarum zona pellicea renes cingit, zona aurea mamillas stringit. Elias cinctus zona pellicea circa renes est timor carnis restringens a libidine. Zona aurea circa mamillas amor uirtutis cor compescens a libidinoso uoluptate. Zona timoris, quae non ueniam dilatat, sed poenam cingit. Zona aurea, ubi latens uoluptas in corde castratur. Qui uiderit (inquit) mulierem ad concupiscendum eam &c. Zona praecinctus est pellicea, qui crucifigit carnem cum uitijs & concupiscentijs: qui dicit, Confige timore tuo &c. Zona aurea strictus est, cuius cor non polluit cogitatio foeda, qui pepigit foedus cum oculis, ut ne cogitet quidem de uirgine. Vtrunque postulabat, qui dicebat. Vre renes meos, & cor meum. Carnem a fluxu libidinis, mentem a passione uoluptatis. Zona pellicea si rumpatur, filo & acu refarcitur: filum in acu eleemosyna est, quam in manu exercet cum acu. i. cum poenitentia, quae pungit.

Matt. 5.

Pf. 118.

Iob. 31.

Pfal. 25.

De quatuor montibus. Tit. LXX.

Quatuor sunt genera montium. Montes Gelboe, ubi gladius Saul repellitur: hi sunt viri fortes in ecclesia, in quibus insidiae diaboli repelluntur. Montes Israel, qui multum extenduntur: hi sunt Apostoli, quorum sonus in oem terram exiuit. Montes Samariae, qui in aera eriguntur: hi sunt haeretici, qui ponunt in caelum os suum. Quarta montes seculi, de quibus propheta: Contriti sunt montes seculi, sunt diuites & potentes mundi, quorum potentiae multis modis conteruntur.

Abac. 3.

De quatuor uinculis Pharaonis: & quatuor vestimentis noxijs. Tit. LXXI.

Quatuor sunt uincula Pharaonis, quibus alligantur animam. Luxuria in fœtore, superbia in furore, inuidia in liuore, avaritia in feruore. Et ut haec mulier non differat a mulieribus Aegyptiacis, quatuor ei induit vestes similes proprijs. Malum malae intentionis incitamentum per deliberationem. Malum malae operationis offendiculum, per exhibitionem, malum malae consuetudinis ergastulum per ostensionem. Malum malae expectationis periculum per desperationem. Hanc cum sponsus his uinculis cupit leuare, ait: Solue uincula colli-

Quatuor vestes anime peccatricis.
Esa. 52.

tui captiua filia Sion. Tunc ad eius uocem si sponsa dicat, Deus in adiutorium meum intende: praesto sponsus dirumpit uincula, singulis opponens contraria, puritatem corporalis munditiae contra luxuriam, gram spiritualis innocentiae contra superbiam, ueritatem liberalis loquentiae contra inuidiam, frequentationem operantis iustitiae contra auaritiam: quibus dum liberata est, gratias agit dicens. Dirupisti uincula mea: Benedictus Deus in donis suis.

Pf. 115.

De uestimentis contra noxias uestes.
Tit. LXXII.

Sponsus pro benedicto attrahens uestes aegyptiacas, contrarias adhibet. Primam sanctum pietatis deuotionis affectum in desiderio contra malum malae intentionis incitamentum, secundam sanctum sacrae religionis perfectum in exercitio contra malae operationis offendiculum, tertiam sanctum consummatae uirtutis effectum in iugi studio contra malum malae consuetudinis ergastulum, quartam sanctum aeternae beatitudinis fructum (iure hereditario) contra malum malae expectationis periculum. Quibus ornata dicit sponsa: Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Gloria patri, & filio, & Spiritui sancto. Mox sponsus tenens eius dexteram in cubiculum matris suae deduxit eam, & benigne supponens capiti leuam, dexteram amplexatus est dicens. Tota spes speciosa sponsa es amica mea, & macula non est in te.

M

Pf. 115.

Cant. 4.

Pul-

plexatus est dicens.

Tota spes speciosa sponsa es amica mea.

De duobus calcariis. Tit. LXXIII.

Duo sunt calcaria, quibus Balaam propheta Nrget animam suam. Pudor, ne temporaliter polluat: timor, ne eternaliter crucietur.

De dispositione domus quadruplicis.
Tit. LXXIII.

Dispone domui tuae, quia morte morieris, & non uiues. Familiaris fuit haec amonitio & semel facta Ezechiae, generalis est & quotidiana ad quamlibet fidelem animam, spiritualis & annua in hoc tempore quadragesimae. Ezechiae superbienti, & non aegrotanti dicitur, ut disponat domui suae prouidendo sibi successorem, quia nisi poenituerit, morte moreretur. Generaliter ad unumquemque nostrum clamat Spiritus sanctus: dispone domui tuae, quia nisi disposueris, morte animae morieris, & post mortem aeternam non uiues, id est denuo ad vitam non reuocaberis. Specialiter autem unicuique nostrum dicitur in hoc tempore quadragesimae. Dispone domui tuae ad recipiendum Christum, ad manducandum carnem eius & sanguinem digne, quia si indigne sumpseris, morte morieris, iudicium tibi manducans: hoc enim tempore mandanda & disponenda est domus, quod est paraescene paschae. Sed uidendum cui patrifamilias, & de qua domo loquatur. Sanè quatuor domus leguntur, Domus daemonis, domus hominis, M. Hug. à S. Vict. To. iij. S minis,

Esa. 38.

Domus de *monis, hominis, animi, & Dei qua.* Matr. 12. **Luc. 16.** **Gen. 12.** **Prou. 27.** **Prou. 9.** **Psa. 118.** **Psal. 33.** **R Interior** *es el. etus sūt quatuor.* **Ma. 110.** **Esa. 66.**

minis, domus animi, domus Dei. Domus demonis sunt filij diffidentiae, de qua dicitur. Reuertar in domum meam, unde exiui. Sed quia ille paterfamilias induratus tanquam lapis est, ad eum non dirigitur sermo uel admonitio. Domus autem hominis est manufacta & uisibilis. Domus animi creatura est rationalis. Domus Domini regnatura est in aeternum. Domum suam homo inhabitat, animus dispensat, Dominus illuminat: de domo hominis dictum est a villico iniquitatis. Ut cum amarus fuero a villicatione, recipiant me in domum suam: de huius dispositione non dicitur, Dispone domui tuae, cum potius dicatur. Exi (quod inquit Deus ad Abraham) de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Domus animi homo ipse, cui credita custodia, mandata est disciplina: de qua dicitur. Tria eiciunt de domo hominem, fumus, stultitium, mala uxor. Id est peccatum ignorantiae, suggestionis, & proprie conscientiae: huiusmodi in domo sua rationem non permittunt dominari, sed cogunt ancillari. Domus autem Dei est animus. Unde: Sapientia edificauit sibi domum. Et ita mirum in modum animus est domus Dei & hominis. Istum uero patremfamilias admonere de dispositione domus suae, superfluum est. Quis enim adiuuit spiritum Domini? Animo ergo dicitur, Dispone domui tuae. Quae rat ergo scripturas, & inueniet ad dispositionem deputatos clietes, alios exteriores, & ad exteriora deputatos, alios interiores, qui semper assunt uultui eius. Exteriores sunt quinque sensus corporis. Horum dispositionem sepe in pluribusq; locis docet scriptura. Auerte, inquit, oculos meos, ne videant vanitatem. Prohibe linguam tuam a malo. Obtura aures tuas, ne audiant contra proximum. Comprime nares, ne quarant peregrinis odoribus delectari. Claude manus, ne accipiant munera. Super innocentem inijce pedes in compedes sapientiae, ne currant ad effundendum sanguinem. Interiores clientes sunt quatuor. Gaudium, dolor, spes, timor. Pro ianitore dolor, pro dapifero gaudium, pro pincerna spes, pro cubiculario timor. Legitur enim de timore. Initium sapientiae timor Domini: hic custodit duas portas, & in medio earum est ostiolum, quae clauduntur muscis ad suauitatem unguenti intro irruere querentibus. Prima porta est carere uisione Dei, altera ignis qui non extinguitur. Ostiolum uermis conscientiae, qui non moritur. Irruentibus igitur hostibus obuiet timor & dicat, nequaquam intrabitis, ne forte propter vos careat uisione Dei, & igne crucietur aeterno, ne propria conscientia teste & accusante peccat.

De duabus tribubus sacerdotalibus. Tit. LXXV.

S Duae sunt tribus, Leui & Iuda, ex quibus sacerdotes fumuntur. Aaron & Christus, & eorum successio. Quod qualiter conueniat ex nominum interpretatione poterit coniectari.

De quadruplici sacerdotum officio. Tit. LXXVI.

Quadrupliciter est officium sacerdotale. Vt nam carnis hostiam immolare: quod leuiticum est. Virtutum charismata Deo offerre: quod est aromata incendere, & filiorum Aaron est. Cum seruire martyrij caelum intrare: quod est introire cum sanguine in sancta sanctorum. Gratiarum & precum vota caelo transfundere: quod est panem & uinum Deo offerre.

De tribus panibus, quibus alimur. Tit. LXXVII.

Panes, quibus alimur in hac uita, tres sunt. Purgatorius cum amaritudine, quem mulier Sareptana ministrat in fame. Consolatorius cum dulcedine, quem angelus apponit quiescenti in umbra. Solidus cum fortitudine, qui perducit ad montem Dei Oreb.

De tribus riuus e corpore Domini. Tit. LXXVIII.

Tres riuus salutis fluxerunt a corpore Iesu. Verbum doloris, in quo confessio. Sanguis asperfusionis, in quo afflictio. Aqua emundationis, in qua compunctio.

De tribus piscinis scripturae. Tit. LXXIX.

Piscinae tres inueniuntur in scriptura. Vetustas erroris, quae est post duos muros. Sensualitas carnis, in quam descendebant languidi. Perspicacitas rationis, quae est in uia agri fullonis. In his adquantur oues, & holocausta lauantur.

De tribus fomentis ignis. Tit. LXXX.

Fomenta ignis tria in nobis. Stipula cogitationis immundae. Faenum loquutionis prauae. Lignum operationis illicitae. Haec ad ignem nos nutriunt, nisi superioribus fontibus extinguantur.

De tribus contemplantium fenestris. Tit. LXXXI.

Contemplatiuorum fenestrae tres sunt. Originaria, quae est uersus Orientem. Gubernatrix, quae uergit ad Austrum. Consummatricia, quae respicit ad Occidentem.

De quatuor fontibus paradisi. Tit. LXXXII.

Quatuor fontes irrigant hortum Domini. Reatus proprii deploratio, quae circuit terram Aethiopiae. Excessionis fraternae compassio, quae uadit contra Assyrios. Indulgentiae gratiae consideratio, quae medium interfecat Babylonis. Desideriosa charitatis affectio, quae circuit omnem terram Eilat. Hi fontes habent irriguum inferius atque superius, habentes aquas maris, fontis, & niuis.

De

De tribus ostijs ad uitam. Tit. LXXXIII.

Ostia, per quae transitur ad uitam, tria sunt. Fidei ueritas, post quam Sara ridet. Spei firmitas, quae est in latere arcae. Charitatis soliditas, quae obseruat Cherubin cum flammeo gladio.

De triplici uino in cypho Domini. Tit. LXXXIII.

Triforme est uinum in cypho Domini. Rubicundum in longanimitate sanctorum, quod laetificat Isaac in aegritudine. Album in remuneratione iustorum, quo inebriatur Noe. Nigrum & acidum in damnatione prauorum, quod Iesus gustauit, sed noluit bibere.

De triplici sacerdotum ueste. Tit. LXXXV.

Vestis, qua sacerdos uti debet, triplex est. Exterioris operis grossitudo, qua induitur Aaron coram populo. Spiritualis sanctimonie habitudo, quae apud se Rebecca abscondit, & ea utitur Aaron in tabernaculo. Contemplatiuae dulcedinis pulchritudo, quae inconstituta est, & ea utitur Iesus.

De tribus religiosorum tunicis. Tit. LXXXVI.

Tunicae, quibus uestimur, tres sunt. Castigatiua corporis edomatio, quae pellicea est, & induit Adam. Constantis perseverantiae longitudo, quae dilectus agnoscitur Ioseph. Remuneratricis gratiae largitudo, qua uestitur Iesus.

De sex alis seraphin. Tit. LXXXVII.

Seraphin sex alae unius sunt. Duae pedales, pudor de praeteritis, & metus de futuris. laterales duae, quibus uolat, timor depressens, & spes sustollens. Capitaneae duae, humilitas prouehens, & charitas perficiens.

De duobus folijs Domini. Tit. LXXXVIII.

Solia duo Deus habet. Angelicam substantiam, quae est folium excelsum: & humanam naturam, quae est folium eleuatum.

De quatuor pennis animalium. Tit. LXXXIX.

Quatuor animalibus quatuor sunt pennae. Timor & penitentia, quae corpus uelant. Amor & spes, quae sibi iunguntur, & uolant.

De sex alis animalium nouae legis. Tit. XC.

Animalibus nouae legis sex alae insunt, naturalis suggestio, legalis institutio, prophetalis assertio, euangelica sanctio, apostolica iussio, ecclesiastica consuetudo.

De duplici domo Dei. Tit. XCI.

Duae sunt domus Dei. Exterior rerum ministeria, quae est tabernaculum, super quod apparet gloria Domini & recedit. Deo uacans & seruiens deuota simplicitas, quae templum est, & de eo non mouetur.

De duplici arca ueteris legis. Tit. XCII.

Duae sunt arcae in ueteri lege. Textus historiae literalis, quae habet in se homines & iumenta: & sensus conscientiae spiritualis, quae habet manna & uirgam Aaron.

De triplici curru in scripturis. Tit. XCIII.

In scriptura inueniuntur tres currus. Elatio potentiae temporalis, cuius auriga est tumor praesumptionis & audaciae, habens aequum robur propriae confidentiae. Rotae eius praecipua mobilitas uanitatis, & faelix successio prosperitatis. Hic est currus Pharaonis, in quo moritur Rechab. Sequitur altitudo conuersionis & uiae. Auriga eius sermo commonitionis diuinae, habens aequum uotum perseverantiae. Rotae eius horrenda terribilitas tormentorum, & mira delectabilitas praemiorum. Hic est currus, in quo legit cum Philippo eunuchus. Sequitur celsitudo contemplationis & gratiae. Auriga cuius est amor caelestis patriae, habens equum beatitudinis. Rotae sunt improbatio gloriae mundialis, & diuinae reuerentiae maiestatis. hic est currus igneus, in quo Elias rapitur in caelum.

De fluuijs, in quibus se balneant peccatores, & reprobis. Tit. XCIII.

Fluuij, quibus se peccatores lauant, duo sunt, fluxus corruptionis & lasciuiae, pestis adulationis, & fallaciae, qui sunt Abana & Parphar fluuij Damasci.

De fluuijs, in quibus lauantur iusti. Tit. XCV.

Fluuij, quibus iusti se balneant, duo sunt, inuentionis correctionis & contumeliae, suauitas consolationis gratiae, qui sunt Ior & Dan fluuij Iudaeae.

De quatuor fidelium canticis. Tit. XCVI.

Cantica fidelium quatuor sunt. Victoriae, quod canitur submerso Pharaone. Adhortationis, quod terra promissionis concinunt intraturi. Letitiae, quod de susceptione filij cantat Anna. Fortitudinis, quod Dauid cantat de manu Saulis ereptus.

De pedibus & equis, quibus inimiti debemus. Tit. XCVII.

Duo sunt pedes, quibus uti debemus, Natura & consuetudo. Equi, quibus ad caelum. M. Hug. à S. Vic. To. iij. S. euchi-

Enehimur, tres sunt: Do'or ex poenitudine, cuius vngulas coluber mordet: huius sella est de venia perceptione praesumptio: frenum & chamus solatia scripturarum, & exemplaria veterum: calcaria, quibus vrgetur, de reatus enormitate confuso & de poene consideratione formido: fouea desperatio. Sequitur feruor ex religione, cui superseder Mardocheus in veste regia: huius sella teperans discretionis grauitas: frenum & chamus suspecta conditio carnis suae, & vtilis emensio perseuerantiae: calcaria exercenda honestatis cupiditas, & fraternae commoditatis auaritia: fouea, in quam praecipit ire potest, est intemperantia. Sequitur desiderium ex amore: cui datur fortitudo, & circumdatur hinnitus: calcaria fluxa labilitas praesentium, & stabilis aeternitas futurorum: ductor affectuositas videndi Deum: fouea indiscretio.

De tribu speluncis in scripturis.
Tit. XCVIII.

Spelunca in libris sanctis inueniuntur tres. Peruersa impietas uoluntatis: quae est latronum, in qua Saul purgat ventrem. Solida firmitas aequanimitatis: quae fit in altari, & est unius cubiti. Exercitium geminae pietatis: haec est spelunca duplex, in qua prophetae sepeliuntur.

De tribus caelis, ad quos rapimur. Tit. XCIX.

TCaeli ad quos rapimur, tres sunt. Dignitas ecclesiasticae puritatis, ad quam rapitur Paulus. Contemplatio caelestium, ad quam rapitur Ezechiel in spiritu dicens: aperti sunt caeli, & vidi viros res Dei. Summae incircumscriptione deitatis, ad quam rapiuntur electorum animae.

De sex ciuitatibus refugij. Tit. C.

Sex sunt refugij ciuitates. Interdictae praerogationis cautio. Sequenda praerogationis obediatio. Propitianda diuinitatis ambitio: haec sunt in terra Chanaan. Mundanae fabricae consideratio. Urbis tyrannice iugis inspectio: & supereminens verbi Dei cognitio: haec sunt trans Iordanem, & sunt de sorte leuitica.

De triplici paradiso. Tit. CI.

Paradisorum tria sunt genera. Voluptuosa dulcedo uisibilem, quae irrigatur sicut hortus delicarum. Syncera puritas spiritualium, quae in se conseruat hominem. Deliciosa veritas supercaelestium, ubi Paulus audit arcana verba, quae non licet homini fieri.

De quatuor alijs montibus. Tit. CII.

Montium genera quatuor sunt. Montes Gelliborae, ubi abijcitur clipeus Saulis. Montes Samaritanorum, qui nimis eriguntur. Montes Armeniae, qui nimis eriguntur. Montes Armeniae, qui nimis eriguntur.

super quos arca Noe requieuit. Montes Israel, qui expandunt ramos suos.

De duobus nos ab instituto deuocantibus. Tit. CIII.

Qua nos deuocant a proposito nostro, duo sunt. Rubor incepti operis, & desperatio exequenda virtutis. Hi Rechab & Banaa, qui occidunt Isboferth in stratu suo.

De quatuor nuditatis nostrae palliis. Tit. CIII.

Palliis, quibus nostra nuditas operitur, quatuor sunt. Vetustas erroris & nequitiae, quae est perizoma verendorum. Nouitas conuersationis & vitae, qua Rebecca descendens camelo operuit vul tum suum. Integritas caelestis sanctimoniae, quam Elias reliquit Eliseo, & qua diuisit Iordanem. Claritas immortalitatis aeternae, quod est pallium saphirinum, quo in die festo vitur Mardocheus.

De tribus hostibus, quibus tradimur. Tit. CV.

Hostes, quibus tradimur, tres sunt. Immundo rum desideriorum impuritas, qui sunt quasi mures rodentes posteriora. Corporalium passionum obscenitas, quae sunt quasi locustae more scorpionum percutientes. Rationis & sensus obtinara peruersitas, qui sunt serpentes igniti.

De quatuor latronibus rerum nostrarum. Tit. CVI.

Latrones, qui nobis optima quaeque furantur, quatuor sunt. Hebetati intellectus socordia, tollens nobis scientiam veritatis. Hic latro apud Psal mistam dei, negocium in tenebris. Indomitae carnis lasciuia, rapiens meritum integritatis, & daemonium dei meridianum. Fauoralis iactantia tollens plenitudinem sanctitatis, & dicitur sagitta volans in die. Vita huius amor & appetentia, rapiens praemium aeternitatis, & dei timor nocturnus. Hi sunt latrones Syriae.

De tribus osculis. Tit. CVII.

Oscula tria sunt. Reconciliatorium, quo duo pedes Domini, misericordia & iustitia, tanguntur. Remuneratorium, quo duae manus, opus creatricis iustitiae, & nodus gubernationis, completuntur. Contemplatorium, quod sumitur ad os, & uerbum Dei, atque hominem unitate miranda connectit. Possunt quoque dici naturale, quando spontanea uoluntate ducimur ad bonum. doctrinale, quando a monitione alterius inuitamur ad Deum. gratiosum, quando inspiratione trahimur ad bene agendum.

De triplici in scripturis virga. Tit. CVIII.

Virgae tres sunt. Virga Moyse, quae diuidit mare rubrum. Virga Aaron, quae confert sacerdotium. Virga Dauid pastoralis, propulsans aduersarium.

De cibo triplici Israelitarum. Tit. CIX.

Cibi Israel tres sunt. Azyma scientiae secularis in exitu de Aegypto. Manna intelligentiae in deserto. Palma uictoriae triumphalis in promissionis regno.

De tribus liberatis, & tribus ad sacerdotium assumptis. Tit. CX.

Tres ex omni populo liberantur. Noe, Daniel, & Iacob. Tres in sacerdotium assumuntur, Moyses, Aaron & Samuel.

De gladio & arcu, quibus Dominus nos partem suam tulit de manu Amorrhaei.
Tit. CXI.

Pars tua sumus Domine, quam tulisti de manu Amorrhaei in gladio & arcu tuo. Gladius tuus sermo uiuus & efficax: Arcus tuus incarnatio tua. Ibi enim uelut curuato sapietiae ligno, & pio quodam nodo neruus carnis extensus, & humanitas ineffabiliter aucta cognoscitur. Pars ergo tua sumus, & populus acquisitionis tuae, quam acquisuisti uerbo praedicationis tuae, & mysterio incarnationis.

De circumcisionis mysterio.
Tit. CXII.

In circumcisione nec neruus rumpitur, nec os comminuitur, ut robustissima quaeque & firmissima feruentur illesa. Aperitur autem cutis, amputatur caro, & sanguis effunditur, ut illecebrosa mollities castigetur. In carne quidem peccatum, quod in ea manet, intellige. Porro in cute operimentum est: in sanguine uero incentiuum. Haec igitur uera circumcisio spiritu non litera, si uelamen excusationis & dissimulationis per compunctionem cordis, & confessionem oris amoueat, si peccati consuetudinem correctione conuersationis abscindas, si denique (ut necessarium est) occasiones quoque peccati, & fomitem fugias concupiscentiarum.

De mystica aquarum diuisione.
Tit. CXIII.

Vsque hodie in ciuibus Babylonis aquarum effusio, id est confusio cogitationum, terram facit inanem & uacuum: dum enim fluitat circa carnem cogitatio uniuersa, nullum ex ea sperare est fructum salutis. Diuidatur ergo aquae ab aquis, quatenus anima quaeque (ut dictum est) partem sibi uendicet sollicitudinis, aut meditationis. Sanè inferiores certis limitibus coerceantur, certis contineantur alueis, necessitatis terminos non excedant. Proinde superiores copiosius dilatentur. Ex hoc sanè dat Dominus benedictionem, & terra nostra dabit fructum suum.

De desiderio unde spirituales carnales ue censendi sunt homines iuxta benedictionem Iacob & Esau. Tit. CXIII.

Cum in populo Dei carnales alij sint, alij spirituales, nec illi tamen aeternorum, nec isti careant omnino temporalium desiderio: in eo sanè distant, quod plus alia alij appetunt, & secundum ea, quae praefertur, aut spirituales aut carnales iudicantur. Hinc est quod in benedictionibus Iacob & Esau, & ros caeli & terrae pinguedo nominantur, sed non eodem ordine in utroque. Det tibi Deus de rore caeli, & de pinguedine terrae abundantiam, ait Isaac ad Iacob. Ad Esau uero inquit. In pinguedine terrae, & in rore caeli desuper erit benedictio tua. Quid autem singuli praefertur, a studiis eorum & sollicitudinibus animaduertenti innotescat facile.

De tabernaculis, atrijs, & domibus quid differunt.
Tit. CXV.

Tria sunt mansionum genera, tabernacula, N atria, & domus. In tabernaculis sunt omnes iusti in carne uiuentes & laborantes, quia tabernacula laborantium sunt & militantium. Tabernaculum uero habet tectum, sed fundamentum caret, & portabile est: quia iusti in praesentibus non sunt fundati, sed inquirunt ciuitatem desuperum, fundamenta habentem: fides etiam eorum, quae est fundamentum, non est in terrenis, sed in Domino. Tectum habet, i. munimentum gratiae, & protectionem. Atria sunt domui uicina amplitudine habentia. In illis sunt animae sanctae corporibus exuta, quae in latitudine sunt, deposita carnis angustia. Atria habent fundamentum, sed non tectum: quia animae, quae in amore Dei sunt, non ruunt. Unde. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis: sed non habent tectum, adhuc sperantes augmentum, quod non erit nisi in resurrectione corporum suorum. Post ipsam sanè resurrectionem cum angelis erunt in domo, quae habet fundamentum & tectum. Fundamentum est stabilitas aeternae beatitudinis, tectum consummatio & perfectio ipsius.

Duo clementium esse ubera. Tit. CXVI.

Duo sunt clementium ubera. Compassio, de qua fluit lac consolationis, quo nutriuntur infirmi. Cogratulatio: unde fluit lac adhortationis quo sustentantur ualidi.

De pedibus id est sensibus nostris lauandis.
Tit. CXVII.

Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet. Pedes sunt corporis sensus, qui ferunt nos extra nos: maculantur in nobis. Porrat uisus ad mulierem, & ibi maculatur: indiget lauari. Auditus ad detractionem. Gustus ad crapulam: & sic de caeteris. Qui igitur lotus est in baptismo, & post maculatus, pedes istos lauare curat. M. Hug. à S. Vict. To. iij. S. 3. rec.

ret, aliter cum Deo partem non habet. Dixit enim Petrus: Si non lauero te, non habebis partem mecum.

De duobus denarijs erogandis. Tit. CXVIII.

Tabularius duos accipit denarios, dum praedicator ac pastor & doctrinam habet, qua intruat, & vitam, qua prouocet.

De pastoribus ouium, & mercenarijs, & de lupis. Titu. CXIX.

Pastores sunt qui oues diligunt: hi custodiunt in prosperitate, defendunt in aduersitate. Mercenarij sunt, qui oues custodiunt lucri gratia. Lupi sunt, qui carnes comedunt, non custodiunt, non defendunt, sed occidunt. Primi saluant subditos quod sunt & habent. Secundi ipsos custodiunt, non bona ipsorum: peccantque quod subditos a peccatis ideo tantam cohibent, ut bona ipsorum auferant. Tertij ipsos occidunt, & bona ipsorum rapiunt. Primi salutem quaerunt, secundi lucrum, tertij per materiam & licentiam peccandi, quam tribuunt, occidunt.

De quadruplici cruce, & crucifixionis causa ac fine. Titu. CXX.

In cruce Christi est gloriatio, in cruce Simonis in cruce dextri latronis consolatio, in cruce sinistri confusio. In cruce Christi poena sine culpa, & post poenam gloriatio. In cruce Simonis culpa cum poena, & post poenam laudis captatio. In cruce dextri latronis poena pro culpa, & post culpam remissio. In cruce sinistri poena pro culpa, & post poenam damnatio. Dicunt quidam quando patiuntur. Si meruissimus non erubesceremus. Vah oculi, qui non vident. Immo si pro culpa pateris, erubescere, si sine culpa, gloriare: latro magis vis esse quam Christus: & sinister, ut fias blasphemator, non confessor.

Mons oliueti cur sit mons trium luminum dictus, & cur Trinitatem figuret: & de triplici lumine in nobis. Titu. CXXI.

Mons oliueti dicebatur olim mons trium luminum, ex parte templi habens lumen lucerae ex aduerso, ex altera parte lumen orientis solis, in seipso lumen oliuae. Mons iste diuinitas, scilicet lumen locerae paterna filius, qui est lux vera illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum: & lumen orientis solis pater. Vnde oriens est nomen eius, cuius radijs mons illuminatur. Tertium lumen, quod est oliueti, est Spiritus sanctus. vnde unctio dicitur. Vnctio eius (inquit Apostolus) docet uos de omnibus. Similiter in nobis est triplex lumen, naturae, gratiae, doctrinae. Primum commune bonis & malis, quia omnes ad imaginem & similitudinem Dei. Secundum solis bonis, qui se-

cundum imaginem & similitudinem, ad quam facti sunt, uiuunt. Tertium illis tantum, qui praeteris acciperunt cognitionem diuinae legis & veritatis

De Ianuis tribus, & ostijs disciplinae aduersario claudendis. Tit. CXXII.

Exemplo discipulorum licet non propter metum ludaeorum, tamen propter metum peccatorum congregatos vos admonere & exhortor: claudite ianuas uestras. Quid enim prodest, si non exitis ad inimicos uestros, si eos ad uos intrare permittitis? Sicut de caulis ad lupum ouis exeat, sic ad eam lupus intret, mors imilis est. Propterea sobrii estote, & uigilate in orationibus, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret: cui resistite fortes in fide, & claudite ianuas uestras super uos. In hac. n. domo disciplinae tres sunt ianuae. Prima obseruantia est regularis, ut silentium, abinentia & c. eiusmodi, quae si fuerint laxatae aut aperte, intrant loquacitas, crapula, & cetera uitia illis opposita: patetque locus dissensionis, nec habet pacem. Secunda quinque sunt sensus, per quas commercium est inter mundum & animam: hanc si aperueris mors intrat quasi per fenestras. Tertia est uoluntas, per hanc apertam omnipotens, lum & solum, per clausam omne bonum & solum intrat ad illam: haec est nimirum ianua, de qua propheta. Porta haec clausa erit, & non aperietur, & uir non transiet per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam. Itaque ut breuiter dicamus, tria sunt claustra, in quae ad discipulos suos clausis ianuis intrat Christus: primum corporis, quod est exterius: secundum animae, quod est interius: tertium spiritus, quod est intimum. Habet unumquodque ianuas suas. Primum obseruantias quasdam & traditiones maiorum, secundum oblectamenta sensus corporis, tertium praesumptionem propriae uoluntatis. His apertis semper diabolus intrat: per eas Christus non nisi per clausas recipitur, receptus pacem loquitur. Pax uobis inquit, & in primo inter uirum & fratrem suum, in secundo, inter animam & spiritum, in tertio inter spiritum & Deum. De his tribus claustris Esaias. Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude super te ostia tua & abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio. In primo cubiculo siue claustro, quoniam (sicut scriptum est) monstrum est monachus in urbe, abscondit carnem a tumultu uitae secularis. In secundo ab ipsa carne animam, ne curam eius periciat in desiderijs. In tertio etiam a semetipso spiritum, ne eum reperiat praesumptio propriae uoluntatis. De hoc Dominus. Cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. Primum fuga huius seculi facit, & cura disciplinae & regulae: & in eo proximus edificatur, & caro crucifigitur, & concupiscentia oculorum moritur, fallacemque recipit dispensationem. Secundum contemptus uoluptatis, in quo homo seipsum moderatur, anima sepe

1. Pet. 5.

Ezec. 44

X

Esa. 26.

In tria cubricula intrare det qui ad perfectionem aspirat.

Matt. 6.

litur, carnis concupiscentia moritur, & vix ullam recipit dispensationem. Tertium perficit amor Dei, in quo Deus honoratur, spiritus resurgit, superbia uitae moritur, & prorsus nullam dispensationem recipit.

De arantis allegorico officio. Tit. CXXIII.

Uvulus, qui in bobus arat, debet habere duo: uocis suauitatem, qua mulceat laborem bouum operantium: & aculeum pungentem, quo torporem excutiat pigritantium.

De triplici modo, & fine faciendi. Tit. CXXIII.

EA, quae agimus, vel in lumine uultus hominum facimus, ut hominibus placeamus: vel in lumine uultus nostri, ut bene nos facere quod malum est credamus: vel in lumine uultus Dei, ut ipsi soli quicquid boni in nobis est humiliter ascribamus.

Quod mors tripliciter est pretiosa. Tit. CXXV.

Pretiosam mortem aliquando facit uita, ut in confessoribus: aliquando causa, ut in martyribus: aliquando uita & causa, ut in plerisque.

De ijs, quae in fronte praefertur. Tit. CXXVI.

IN fronte aliquando lepram, aliquando Tau, aliquando laminam auream gerimus. Lepram luxuriantes & petulantes, Tau poenitentes, Laminam auream gloriose Deo uiuentes, dum sic lux nostra lucet coram hominibus, ut glorificent patrem, qui in caelis est.

De funiculi, quibus trahimur. Tit. CXXVII.

IN mundo isto inter paradysum & infernum constituti, a diuersis ad diuersa trahimur & diuersis funiculis. A patre luminum ad gloriam caeli triplici funiculo, fidei, spei, & charitatis. A patre tenebrarum ad tenebras exteriores funiculo triplici, incredulitatis, desperationis, & odij. Primo postulat trahi, cui ceciderunt funes in praeclearis: & qui dicit: trahite me post te. De secundo dicitur. Vae qui trahitis funem in funiculo iniquitatis, & facitis longam ueltem.

Psal. 15.

Esaia 5.

De contemplatiuo ad actiuum comparato per palmam masculam & femellam.

Tit. CXXVIII.

PALMA, quae dactylos generat, praetendens amplexus speciem, inclinatur ramos suos arbori palmae, quam marem uocant, & ab illo recepta femina expetiti concubitus gratia sese in priore statu mox redigit. Sic spiritualis contemplatiuus sentiens se fructum aeternae uitae generasse, per actiuam se inclinatur minoribus, ex quibus postquam praedicationis fructum receperit, iterum ad contemplationem reuertitur.

De culcitra, cervicali, & coopertorio conscientiae. Tit. CXXIX.

Ita anima beatae culcitrae conscientiae suae puritas, sit cervicali aut capitale tranquillitas, coopertorium securitas: & in hoc strato delectabiliter dormiat, & feliciter requiescat.

De diuersitate eorum qui praesunt, & eorum quibus praesunt. Tit. CXXX.

SCIRE, posse, & uelle praesentem, charitatis est si uelint prodesse: superbiae, si nolint. Scire, posse, & nolle: humilitatis est, si renuunt: inertiae, si omnino desunt. Nec scire, nec posse, sed uelle: ambitionis est, vel stultitiae. Nec scire, nec posse, nec uelle: discretionis est, & ad hoc caelitus datae prudentiae. Quatuor ex his, id est stultitia, inertia, cupiditas, & superbia negligentiam generant. Reliqua uero quatuor, id est prudentia, discretio, humilitas, & charitas, si nutrita fuerint, negligentiam eliminant. Ad prudentiam quidem pertinet consilium, ad discretionem iudicium, ad humilitatem custodia, ad charitatem diligentia. Consilium prudentiae separat malos a bonis: iudicium discretionis eligit quae meliora sunt: humilitatis custodia damna uitae uirtutum, diligentia periculum. In his negligentia locum non habet. Illos uero, qui prudentiae oculos apertos habent, caligine tamen stultitiae, quia a bono opere inertes torpent, quod per cupiditatem ad uoluptuosa distrahuntur, & per superbiam humilibus non condescendunt, negligentiam possidet. Per stultitiam intrat negligentia, per inertiam manet, cupiditatis desiderio pascitur, per superbiam regnat. Audiat negligens pastor quid sibi a diligenti pastore dicitur. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Ponit, qui per ostium intrans inter linguas adulantium & detrahentium medius incedit omnium, omnibus se subdens, & pusillanimes consolatur & confortat, superbis resistit. Talis potest dicere, Cognosco oues meas, & cognoscunt me meae. Cognoscunt oues male pastorem increpantem, consolantem bonae. Cognoscit pastor oues, mores & actus earum diligenter inspiciendo. Vnde dictum est: uultum pecoris diligenter considera: per confessionem corda, per circumspectionem opera. Addit Dominus. Et uocem meam audiunt. Tres sunt uoces pastoris, suavis, dulcis, alta. Suavis ad infirmum, dulcis ad morientem, ad surdum pertinet alta. Infirmatur qui tentatur, moritur qui desperat, surdus est qui non audit. Sed infirmus suauem audit uocem consolationis, desperans dulcedinem obsecrationis, surdus alperitatem increpationis. Et sequuntur me meae. Quae? Illum, qui praecedit. Quo? ad uitam si diligens, ad mortem si negligens: quia si caecus caeco ducatur praestat, ambo in foueam cadunt. Quomodo praecedit? uita & doctrina. Sic fiet unum ouile & unus pastor. Unus in se & unus cum grege. Unus in se, ut quod docet uerbis impleat operibus, Unus, ut non mutetur prosperis vel aduersis, Unus cum grege,

E

F

G

Ioan. 10.

Ibidem.

H

Tres sunt uoces pastoris.

Matt. 15

Ioan. 10.

Unum ouile, & unus pastor.

Zach. 6.

1. Io. 2.

grege, vt a subditis non diuidatur per præstiosiorē cibum vel habitum, dum sit vnus per compassionē infirmis, per dispensationem cum delicatis, vt dicat cum Apostolo. Omnia omnibus factus sum, nō fugientes ea, quæ præcipiunt: non imponentes onera grauiā, quæ nec digito volunt mouere. Talis est pastor negligens, qui & mercenarius dicitur. Tales sunt, qui praua agunt, & reprehendi nolunt. Liber (inquit Gregorius) vt cum licenter etiam illicita faciunt, nemo subditorum contradicat: cunctis se existimant amplius sapere, quibus se vident amplius posse. Hoc amant, videri sapientes, & esse potentes. Hæc est causa angelicæ & humanæ ruina.

1. Cor. 9
Matt. 23

L
M
Negligentiarum platorum tres species sunt.

1. Reg. 2

inferunt vel suggerunt. Boni pastores contra primos officio, contra secundos doctrina, se & orationem opponunt. Nos itaque fratres, vt id irreprehensibiliter efficiamus, castigemus corpus nostrum, & in seruitute redigamus, ne forte cum alijs prædicauerimus, ipsi reprobi efficiamur. Respondeant opera coram Deo & coram hominibus, vt vtilis, grata, dulcis sit prædicatio nostra, vt oues nostræ libenter audiant vocem nostram, & nos præcedentes per semitam iustitiæ alacrius subsequantur. Ad hoc vigilate, intendite, & laborate fratres, quatenus pro labore pastoralis officij mercedem recipiatis æternam, largiente pastore æterno Domino nostro.

1. Cor. 9

De triplici oleo, & de fide, spe, ac charitate: Tit. CXXXII.

Oleum aliud effusionis, aliud puritatis, aliud exultationis. Oleum effusionis verbum prædicationis, quo boni & mali bonis & malis participant. Oleum puritatis, quo lucernæ operum igne diuini amoris debent ardere, quod bene sequitur primum oleum, quia post præceptionem diuini verbi, accedit homo ad bene operandum. Oleum exultationis est charitas, qua ita acceditur, vt non nisi quæ Dei sunt diligit, & non gloriatur nisi in Deo suo. Primum oleum est verbum prædicationis, secundum deuotio charitatis, tertium dilectio charitatis. Sed olei effusione videndum est ne retineamus quæ effundenda sunt, & retinenda effundamus. Quiddam in nobis est, quod nostrum est: quiddam quod non est nostrum, sed proximorum. Si effundimus quod nostrum est, stulti & vani sumus: si retinuerimus aliena, fraudulentum. Nostra sunt, sine quibus nemo saluatur, fides, spes, charitas. Hæc non sic sunt effundenda, vt pro alijs in nobis amittantur. Fides facit seruos, qua creduntur inferni præne: spes mercenarios, qua merces exoptatur: charitas filios, qua bonitas Dei patris amatur. Fides facit animam ancillam, spes concubina, charitas sponsam. Fides dicit: sic est, time: spes, habebis: charitas dat gloriam Deo. Fides est bonorum & malorum scientia aut saltem credulitas, spes adipiscendi commodi & vitandi incommodi fiducia, charitas est vtriusque gratia. Hæc recipienda sunt, vt præferuemur, conseruemur, saluemur. Fides præferuat a peccato, spes conseruat in bono, charitas saluat in beatitudine. Alia sunt in nobis data a Deo, quæ sunt proximorum, ut sermo scientiæ, genera linguarum, & cætera Dei dona. Ista sunt effundenda, sed retinemus ea quandoque tepide, trepide, inuidiose. Tepide, dum de auditorum diffidimus intelligentia: trepide, dum de nobis ipsis desperamus, credentes quod auditoribus non possumus sufficere, cum debeamus potius cogitare quod nos non sumus qui loquimur, sed spiritus patris: inuidiose, proximum non amantes. In primo fides destruitur, in secundo spes reprobat, in tertio charitas damnatur. Non ergo retineamus quæ aliorum sunt, ne fraudulentum simus. Sed si effundatur, cauendum est ne effundatur temere

Quæ dignitate adipiscitur quæ charitate amplectitur.

R

De prælatorum constantia, & duritia. Tit. CXXXI.

Tanta constantia debet inesse bonis pastoribus & fortitudo, vt nec laudibus nec blanditijs a veritate deflectantur, nec conuicijs moueantur. Quod ostendit Dominus dicens ad prophetam. Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam. Lapidis vtriusque duritia magna est: sed vnus idest adamas in pretio habetur, alter pedibus conculcatur. Est ergo sicut adamas pastor ecclesiæ, quando laudatur ab hominibus & honoratur, nec tamen laude vel adulatione a recto deflectitur. Est etiam duritia boni pastoris sicut duritia silicis, quando pro iustitia despicitur & conculcatur & indigne a malis tractatur, nec tamen deficit uel lassatur, sed inuicta virtute in defensione iustitiæ perseuerat. Horum nihil habent mercenarij, intendentes non propulsandis damnis animarum, sed acquisitioni rerum temporalium, non resistentes lupis, sed insudantes lucris. Duo autem sunt genera luporum, scilicet visibilibus & inuisibilibus. Visibiles sunt homines, inuisibiles demones. Illi damna inferunt, isti vitia

Ezech. 3
Prælati quando faciunt adamas sicut duritia silicis appareat.

Genera luporum duo.

mere vel ineantre, ne sanctum detur canibus: & ne ambitiose, ne propter commodum temporale. Ecce quomodo retinenda sunt, & effundenda gratuita Sancti spiritus dona: & si ita nostra alijs imperitimus, ipse sua operabitur in nobis. Oleum autem tres habet proprietates, pascit enim, lucet, vngit: ita oleum verbi Dei, idest charitas, se pascit, proximo lucet, Deum vngit. Et per eam bene ordinatam olei effusionem, adolescentulæ dilexerunt te Iesu Christe, animarum spose, quia oleum effusum nomen tuum.

Olei, & charitatis proprietates.

De quadruplici siti restringenda per totidem flumina paradisi. Tit. CXXXIII.

Quatuor sunt flumina paradisi contra quatuor genera sitis. Prima sitis est rerum præsentium, sitiens pecuniam. Secunda malitiæ, in delictijs exæstians. Tertia iustitiæ, a peccato redire & bonum facere cupiens. Quarta est præsentis Domini, eam habens & adhuc sitiens. Prima est cadentium, secunda iacentium, tertia resurgentium, quarta regnantium. Contra primam bibe Phison, qui interpretatur os pupillæ, vt extendas pupillam ad interiora bona, & statim exteriora vilescant. Incanduit sitis tua ad malitiam, vt doceas linguam loqui mendacium, & inique agere labores: veni ad Geon, qui interpretatur pectus. In pectore sapientia notatur. Vnde sine pectore dicuntur, qui quasi insani sunt. Bibe ergo sapientiam, quia sapientia vincit malitiam. Iam explosisti vitium diuitiarum, iam ferum malitiæ virus deseruit, iam sitim iustitiæ concepisti: vt in perpetuo pastu nutrias sitim iustitiæ, veni ad Tigrim. Tigris dicitur quasi theogris, idest Dei gressus, hoc est humilitas. Hoc gressu venit in virginem, ambulauit super terram, ascendit in crucem. Et cum sint tres gradus humilitatis, vltimum elegit, scilicet subijci minori. Humilitas Christiana est proposita velut iugum, quo comprimamur. Bibe ergo Tigrim Dei gressum, idest humilitatem, vt de siti iustitiæ venias ad sitim præsentis Dei: quando satiabit te ne esurias, accendet ne fastidias, tunc bibes Euphratem, qui interpretatur frugifer, vt in agro diuinæ præsentis frugem colligas omnis lætitiæ, & ita diuinæ visio erit frugifera, vt semper ex gaudio nascantur gaudia. Bene vero Phison circuit terram Eulath, Geon Æthiopiam, Tigris vadit circa Allyrios: quia & oris confessio dolentes releuat, & sapientia nigros dealbat, & humilitas superbis repugnat: de Euphrate autem siletur, per quam regionem labatur: quia bona alterius iure nobis inexplacabilia sunt.

De ijs, quibus conseruatur virtus. Tit. CXXXIII.

Tria sunt, quibus conseruatur virtus, patientia, humilitas, charitas. His armari debet miles Christi, Patientiam habens quasi scutum, quod ferat & circumferat contra omnia aduersa: humili-

tatem, qua conseruet interiora præcordia: charitatem quasi lanceam, per quam (sicut dicit Apostolus) omnibus omnia factus belligeretur bellum Domini. Oportet etiam vt habeat galeam salutis, quæ est spes, caput & principale mentis muniens & conseruans. Habeat quoque gladium verbum Dei, & equum boni desiderij.

De triplici longanimitate. Tit. CXXXV.

Triplex est longanimitas, Dei ad hominem, hominis ad Deum, hominis ad hominem. Prima est expectatio, qua Deus longanimitè expectat hominis conuersionem. Secunda est sustinentia illa, qua iustus infatigabiliter Dei expectat reprobationem. Tertia est, qua spiritualis pater præoccupatū in aliquo filium in spiritu lenitatis intruens, æquanimiter eius expectat reprobationem. Est ergo longanimitas longa per patientiam expectatio, non prolixitate rei sed voti. De hac duplici longanimitate hominis ad Deum, & ad hominem dicitur. Vt illis, qui perdiderunt sustinentiam.

Eccle. 2.

De orationis multiplici modo. Tit. CXXXVI.

Triplex est oratio. Vocis sine deuotione: de qua Apostolus. Si orem (inquit) lingua mea, sine fructu est. Deuotionis sine voce: de qua Dominus, Intra in cubiculum, & clauso ostio ora patrem tuum: de quo ostio dicitur. Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Sic oranti Dominus ait. Quid clamas ad me? Vocis cum deuotione, quando ex sensu vocis, susceperat affectus deuotionis. Vnde. Cantate Domino: psalmum dicite nomini eius. Est & quarta deuotionis cum voce, quando ex intimo cordis affectu prorumpit in vocem laudis & orationis. Vnde, Exaltauit cor meum in Domino &c.

De tribus bene faciendi gratijs. Tit. CXXXVII.

Bene faciendi tres sunt gratiæ, præueniens, cooperans, & subsequens. Prima dat voluntatem, secunda facultatem, tertia perseuerantiam: quas in scripturis frumenti, vini, & olei nominibus autumnus appellari.

Qui plenus sit gratiæ, & veritatis. Tit. CXXXVIII.

Plenum gratiæ, & veritatis. Est gratia sine veritate, popularis gratia. Fallax, inquit, gratia & vana est pulchritudo. Et est veritas sine gratia, quando parit odium. Est gratia cum veritate, gratia verorum. Est & veritas cum gratia, grata veritas. Plenum ergo se gratia veritatis, & gratiæ veritate exhibuit, qui nec gratiæ humanæ discretionis veritatem, nec veritatis humanæ gratiam requirens, gratiam ad hominum salutem postposuit.

Prou. 3

MISCELLANEORVM
Eruditionum secundi Codicis
Liber Tertius.

De reparatione hominum per duplicem Trinitatem
diuinarum personarum, & virtutum
theologicarum. Tit. I.

cogitat equum currere, vel auem volare. Ratio in triplicem ignorantiam boni & mali, veri & falsi, commodi & incommodi. Voluntas in concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & ambitionem vitæ. Est trinitas per quam resurgit, fides, spes, charitas. Fides præceptorum, signorū, & promissorum. Spes veniæ, gratiæ, gloriæ. Charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta.

In hypocrisi qua sint mala. Tit. II.

Hypocrisis malum subtile, virus latens, fur cu-
stodiens, erugo consumens, tinea demoliens, pestilentia cauēda, quæ de remedijs creat morbos, conficit de medicina languorem, sanctitatem vertit in crimen, placationem facit reatum, de virtute vitium, de mercede dispendium, de remissione peccatum. Quis sum ego, vt effundam spiritum corā patribus meis & senioribus Israel? Docere magistros, arguere seniores, imperare maioribus superbi spiritus est, & de seipso præsumptis. Vos enim estis sal terræ, filij excelsi omnes. Sed quis ego? Opprobrium hominum, & abiectio plebis. Angariati tamen portare crucem istam dicitis seruo vestro: fac hoc, & facio.

De triplici cognitione ex visione Dei.
Tit. III.

Prima scientia nascitur ex Dei visione, qui est
fons & origo omnis scientiæ, quam homo habet, qui Deum cernit: vnde ei triplex nascitur visio & cognitio. Prima est Dei, qui cernitur, secunda ipsius, qui cernit, tertia cæterorum, quæ in Deo, cui præsentia sunt, cernuntur, id est intelliguntur. Sicut in speculo trina visio administratur, qua ipsum speculum, qua nos & qua quicquid ad eum videmus. Nam videndo Deum, abdita rerum etiam ipsius inferni intuemur: eritque tunc electis trina visio. Corporalis, qua corpora cernuntur. Spiritualis, qua similitudines corporum videbuntur in spiritu, non fallaci phantasia: qua uisione fruuntur spiritus iustorum post exitum. Et intellectualis, qua puro mentis intuitu Deum intuentur, suas animas, & angelicas virtutes.

De duodecim virtutum gradibus.
Tit. IIII.

Duodecim sunt gradus, quibus sancti per iter
virtutum conscendunt. Vñ. Ibunt de virtute in virtutem, vt videant Deum deorum in Sion. Quorum primus est confessio: ideo in visione Ioānis primus ponitur Iudas, qui interpretatur confessio. Qui n. post peccata cōuertit desiderat, necesse est vt primo cōfiteatur peccata sua: quia vero deflet mala, Deū, quem offenderat, illi placabilem facit, & oculos misericordię Dei ad se cōuertit. Iuxta qđ dñ. Cōuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos. Rubē post Iudā ponit, qui interpretatur filius visionis, qñ & peccator p cōfessionē a Deo respicitur. & quia per pñiam consequutus est ex Dei respectu misericordiam, necesse est

ne ratabatur ut contra omnia uitia & tentationes armetur, & uoluptates a se carnis præcidat. Tertio sequitur Gad, qui accinctus interpretatur. Tyronis est accingi: qui postquam domuerit, beatus esse incipit. Vnde in ordine quartus ponitur Aser, qui beatus interpretatur: ut ascendens iam beatus factus ad aliorum etiam profectus se extendat, & per misericordiam condonando lædētibus, condolendo peccatoribus, subueniendo egentibus dilatetur. Vnde post Aser Nephtalim sequitur, qui interpretatur dilatatio. Cumque suæ & aliorum saluti bene prospexerit, omnium peccatorū, & eorum quæ mundi sunt, debet obliuisci, solū Deum sequens: ideoque post Nephtalim ponitur Manasses, qui interpretatur oblitus. Hunc autem profectus, & pro aliis uere exaudit Deus. Vnde septimo loco inuenitur Simeon, qui exauditio interpretatur: talisque factus additur bonis & perfectis. Vnde sequitur Leui, qui additus interpretatur: & merito iam a Deo mercedem consequitur. Vnde post eum ponitur Isacar, qui merces interpretatur. Sed interpretationē huius nominis clarius uidebimus, si ea, quæ mater Lia eo nascente dixit, ponamus. Gen. 30. Reddidit, inquit, Dominus mercedem inih, quia dedi ancillam. & ideo appellauit nomen eius Isachar, id est merces. Caro nostra debet esse ancilla nostra, ut noīter, Deus noīter. Viro ancillam dāmus si carnem nostram Dei seruitio subijcimus, si eam vigilare & abstinere compellimus. Isachar Ligatur, quia anima carnem domanti, & uitia extinguenti merces datur ut uirtutibus ditetur: & ideo post Isachar Zabulon ponitur, qui habitaculum fortitudinis interpretatur. Quis est fortis sicut Deus noster? Dominus (inquit Propheta) fortis & potens in plio. Habitaculum igitur fortitudinis est habitatio Dei. In illo enim habitat Deus, in quo sunt fides, spes, charitas, castitas, & cæteræ uirtutes. quia uero per operationem uirtutū augentur præmia meritorum, subsequitur Ioseph, qui augmentum interpretatur. Benjamin in ultimo ponitur & supremus, qui interpretatur filius dexteræ. Dextera nanque patris filius dñ, ad quā sancti ponentur filij facti dexteræ, cum ab hac uita subtracti in cælestibus sedibus collocabuntur, ubi nihil est sinistræ, sed totum dextrum & in dextera. Itarum tribuū numerus centum quadraginta quatuor millia, qui sunt duodecies duodena millia: quia qui fidem, & opera sequuntur Apōstolorum, in isto signatorū & beatorum computabuntur numero.

De triplici bonorum conuersione. Tit. V.

Bonorum alij trahuntur, alij dicuntur, alij rapiuntur. Primi dicuntur. Trahe me post te. Secundi. Introduxit me rex in cellaria sua. Tertiorū uox est cum Apōstolo. Raptus: sum usque ad tertium cælum. Primi sunt felices qui in patientia sua possident animas suas. Secundi feliciores, qui ex uoluntate sua continentur ei. Tertij felicissimi, qui in profundissima Dei iam misericordia proprij arbitrij sepulta uoluntate in diuitias gloriæ in spiritu ardoris rapiuntur. Beatus, qui in omnibus his

gradibus Deum ducem habet, qui est uita, ueritas, & uia. Via in exemplum, ueritas in promisso, uita in præmio.

De tribus montibus, in quos ascendit Dominus.
Tit. VI.

Tres sunt montes, in quos ascendit Dominus. In primo transfiguratus est, & uideretur gloria eius. In secundo ascendit docere. In tertio ascendit solus orare. Ascendamus ergo in primum ad eum, formantes in cordibus nostris, patriarcharum, prophetarum, apōstolorum, martyrum, cōfessorum, & uirginum multiplices mansiones, ut cognita dulcedine domus Dei, & gloria eius dicamus. Bonum est nos hic esse. Eligentes autem illic esse ut uiam discamus, ascendamus alium montem, in quo docet, & scalam erigit octo diuinam inter scalaribus, cuius summitas cælos tangit. Beati qui persequutionem patiuntur propter iulitiam. In hunc montem, ubi dicere poteris domino Iesu: Verba uitæ æternæ habes: non grauabimur ascendere, si primum montem gloriæ eius iugi meditatione ascendimus. Sic enim audies. Et quō uado scitis, propter ascensionem primam: & uiam scitis, propter secundam. In primo itaque transfiguratus est, ut scires quō tenderes, id est gloriæ eius, quam tibi promittit. In secundo uerba uitæ loquutus est, ut scires qua peruenires. Orabit in tertio, ut eundi & perueniendi bonam obtineas uoluntatem & studium adhibeas diligens.

De duplici scandalo, & instrumento eius. Tit. VII.

Duplex est scandalum. Primum exterius, de quo Dominus. Væ per quem scandalum uenit. Secundum interius: & ipsum triplex. Primum oculi, secundum manus, tertium pedis. Si ergo oculus, uel manus, uel pes scandalizat te, qui noster dicitur: & tunc sinister cum peccit contraria, retrahit ad mala intentionem tuam, uel a bonis operibus ad contraria, uel a uia sanctæ conuersationis, qua per gradus scaliæ Iacob de uirtute in uirtutem ascenderes, ad profundum inferni detrahit: hunc oculum, manum, & pedem erue, & absconde a te declinando, & proice abs te derelinquendo.

De duabus clauibus cæli. Tit. VIII.

Duæ sunt clauis ianuæ paradisi, charitas & patientia. Primum est charitas amplectenda. Et quia qui Deum uult diligere, tentationibus exponitur, adhibenda est patientia. Hæc sunt Cherubin, ac gladius uersatilis & Hammeus posita ad custodiam paradisi. Cherubin interpretatur plenitudo scientiæ, at plenitudo legis (iuxta Apōstolum) charitas. Per gladium flammeum & uersatilem intelligitur tribulatio, quæ tunc gladius cum diuidit, flammeus dicitur cum incendit, uersatilis quia trahitorius. Si ergo uis cælum intrare, ista duo scias necessaria: quia & sine charitate nihil possumus, & per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum

Prima Trinitas.



Apsūm nature nostre reparauit illa beata Trinitas, memor misericordiæ suæ, & nō immemor culpæ nostre. Missus uenit a patre Dei filius, & dedit fidem: post filium spiritus missus charitatem contulit: & per hæc duo per fidem & charitatem facta est redeundi spes ad patrem. Et hæc est trinitas, fides, spes, charitas, per quam uelut per tridentē de limo profundi ad amissam beatitudinem incōmutabilis Trinitas mutabilem & lapsam trinitatem reduxit. Fides quidem illuminauit rationem, spes erexit memoriam, charitas purgauit uoluntatem. Cum igitur uenit Dei filius, tanquam bonus medicus dedit præcepta, quibus seruatis salus amissa restitueretur: ut præceptis faceret fidem, exhibuit signa: ut eorum dem præceptorum utilitatem ostenderet, promisit

Secunda Trinitas.

Fides triplex.

Spes triplex.

Charitas.

Puritas.

Conscientia bona ex duobus.

Fides nō ficta.

Cant. 1.

Can. 2.

2. Cor. 12.

Luc. 21.

Psal. 87.

Apo. 7.

Zach. 1.

Matt. 17

Matt. 5.

Ioan. 6.

Ioan. 14

Matt. 18

Scandalum interius triplex.

Matt. 5.

Rom. 13

Christus est gladius uersatilis.

gnum Dei. Claves enim sunt paradisi charitas & patientia, sine quibus non intratur, & inter nos & paradysum posite sunt, vt non nisi per illas nos intrare posse sciamus.

De triplici statu fidelis animæ. Tit. IX.

Res sunt status fidelis animæ. Sub primo captiua, sub secundo est libera, sub tertio est beata. Captiua seruitute peccati opprimitur, libera sub duce iustitiæ præliatum, beata perfruitione gaudij lætatur. Captiua dicitur: Reuertere, reuertere Sannamitis: vt de captiua efficiaris libera. Libera dicitur: Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum: vt de libera efficiaris beata. Beata dicitur: Cantate Domino in Sion. Iubilate Deo in voce exultationis. Sub primo est ancilla, & timer. Sub secundo filia, & diligit. Sub tertio amica, & complectitur.

De tribus animæ inimicis. Tit. X.

Res sunt populi, qui fidei animæ inimicantur. Primi sunt homines seculi, qui a bono retrahunt: de quibus Dominus: Si dextera manus tuæ scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te. Secundi sunt desideria carnis, quæ mala suggerunt: de quibus Petrus Apostolus: Obsecro vos abstinere a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Tertij sunt cogitationes, quæ peccare cogunt: de quibus Iob. Dissipatæ sunt cogitationes meæ, torquentes cor meum. Primus populus est amicus seculi, & inimicus Dei: iuxta illud. Amicus seculi inimicus Dei constituitur. Secundus amicus carnis, & inimicus hominis. Vnde. Inimici hominis domestici eius. Tertius amicus mentis, & inimicus quietis. Vnde. Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Hos populos obliuisci præcipitur filijs, dum dicitur: Et obliuiscere populum tuum.

De tribus hominis patribus. Tit. XI.

Res sunt hois patres. Primus gignit, secundus rapit, tertius requirit. Primus gignit ad vitam carnis, secundus rapit ad pœnam mortis, tertius requirit ad gaudium æternitatis. Primus pater est homo, secundus diabolus, tertius Deus. De primo. Gene. 1. Crescite & multiplicamini. De secundo. Vos ex parte diabolo estis. De tertio. Pater noster, qui es in cœlis. Sub primo carnaliter viuimus, sub secundo mortaliter delinquimus, sub tertio feliciter regnamus. Et monet tertius vt relinquatur primus, nec imitetur secundus. Duorum priorum patrum domum præcipitur filijs obliuisci, cum dicitur: & domum patris tui.

De quatuor ab anima superandis, & triplici eius decore. Tit. XII.

Quatuor superat fidelis aia, mundum, carnem, mentem, diabolū. Bella mundi sunt fornicatio, carnis domestica, mentis intestina, diaboli fraudes.

dulenta. O quàm difficile acquiritur victoria, vbi tanta est resistentium turba? Verum in victoria concupiscit rex decorem victricis animæ, qui triplex est. In voce, quia pulchra loquitur: in facie, quia bona operatur: in corde, quia sancta meditat: & ideo dicit ei. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et ideo surge de labore ad requiem, de mundo ad gloriam, de certamine ad præmium, & veni in thalamum nuptialem, in quo eris sponsa cum ipso sine fine.

De tribus, quæ insunt pœnitentiæ. Tit. XIII.

In pœnitentiâ tria sunt. Dolor pœnitentiæ, satisfactio delicti. Dolor culpam placat, satisfactio vitium fatiat, custodia sanitatem conseruat. Hæc tria sic compensanda sunt, vt sit dolor plenus, custodia perfecta, satisfactio condigna.

De duplici oleo, Dei scilicet & mundi. Tit. XIII.

Duplex est oleum. Habet enim oleum Deus, habet oleum & mundus. Oleo Dei vasa deficiunt, oleum mundi in vasis deficit. Oleum Dei dulcedo est æternorum, oleum mundi delectatio præsentium. Illa sufficit, ista deficit. Vnde vasa stultarum virginum vacua esse dicuntur, vasa viduæ sapientis plena. Vasa corda sunt, oleum gaudium.

De pace, & bello triplici. Tit. XV.

Triplex est pax. scilicet ad Deum, ad seipsum, ad proximum. Quâdiu homo ad Deum pacem tenuit, suam pacem & nullam in carne sua contradictionem inuenit. Nunc autem si uoluerit pacem habere cum Deo, & per hoc secum, pax primo proponitur proximo, vt totus placatus sit, & extra se cum proximo per fraternam charitatem, & in se per concupiscentiam bonam, & supra se per gratiam diuinam. Propter hoc dum offertur hostia salutaris, qua nos Deo reconciliatio portet, prius proximis osculum pacis offerimus, vt hac pmissa, quæ inter nos est, pace, illam, quæ ad Deum est, obtinere mereamur. Quoniam pro defunctis offert, pax non datur: quoniam ab hac uita subtracti, humanæ conuersationis pacem tenere, vel exhibere non possunt. Ideo illa sola, quæ ad Deum est, quaeritur. Viuentes autem per pacem proximi quaerere debent pacem Dei. Per pacem Dei pacem sui, non illam, quæ est animæ ad mundum, quæ est suauiter uiuentium, sed illam, quæ est inter animam & spiritum, per illam, quæ est inter spiritum & Deum. Nam vera pax, qua inuenitur tempore oculi sapientia, non est in terra suauiter uiuentium. Est enim quædam pax inter animam & mundum suauiter uiuentium & male, & alia inter animam & spiritum, suauiter uiuentium & bene, & tertia inter spiritum & Deum, feliciter uiuentium & beate. Similiter est bellum inter animam & mundum non suauiter uiuentium & male, & inter animam & spiritum non suauiter uiuentium & bene, & inter spiritum & Deum infeliciter uiuentium & male.

Cant. 4.

Cant. 9.

Psal. 26.

Psal. 46.

1. Pet. 2.

Iob. 17.

Iacob. 4.

Matt. 10.

Eccl. 10.

Psal. 44.

Gene. 1.

Ioan. 8.

Matt. 6.

Psal. 44.

Osculū pacis in missa canitur, & quando dicitur.

Pax triplex.

Bellum triplex.

De

De tribus modis, quibus unum est. Tit. XVI.

Trinitate una uniuersitas rerum subsistit. Est unum, quod nec ab alio est, nec secundum aliud, ut natura creatrix. Est unum, quod ab uno & secundum unum, ut rationalis creatura à Deo similis Deo. Est unum quod ab uno secundum duo, hoc est ab uno per unum, ut corporea natura. Primum exemplar est tantum, non exemplum. Secundum exemplar, & exemplum. Tertium exemplum tantum.

De triplici genere quærentium Deum, & sapientiam. Tit. XVII.

Tripartitum est genus quærentium Deum. Alij quærun, & non inueniunt: alij quærun, & inueniunt, sed non retinent, quia non quærun, ut habeant, sed uendant: alij quærun, & inueniunt, & retinent. Primis dicitur. Quæretis me, & non inuenietis, & in peccato uestro moriemini. Secundis dicitur. Ego sum: & iniecerunt manus, & tenuerunt eum. Tertijs dixit. Auete: & accesserunt, & tenuerunt pedes eius. Primi quærentes nullo modo inueniunt: secundi uiuum inueniunt, & occidunt: Tertij mortuum quærun, & uiuum inueniunt. Sic alij sapientiam inueniunt, sed non diligunt, quia ad lucrum, & laudem humanam eam prostituunt. Isti Christum uiuum inueniunt, & occidunt: quia ex hoc in eis sapientia moritur, quod eius dulcedine nullo amoris sensu perfruuntur. Alij mortuam quærun, & uiuam inueniunt: quia dum eam ad huius uitæ uolum non appetunt: uerius intus ad illius dulcedinem pertingunt.

Ioan. 7.

Ioan. 18.

Matt. 28.

X

De tribus ædificantibus super fundamentum fidei, & tribus superædificatis. Tit. XVIII.

Tria sunt genera hominum ædificantium super fundamentum fidei. Sunt qui amant solum Deum. Hi superædificant aurum in amore uirtutis, argentum in cognitione ueritatis, lapides pretiosos in fulgore boni operis. Sunt qui amant præter Deum, non tamen contra Deum, nec plus quam Deum. In his fundamentum manet, quoniam amor non destruit. Sed tamen quia ex affectu eorum, quæ amantur, quædam contrahitur corruptio, superædificant ligna per peccatum illiciti operis, scænum per delictum delectationis, stipulam per culpam illicitæ cogitationis. Sunt qui amant quædam contra Deum: & in his fundamentum destruitur, quia amor Dei non potest esse ubi non est solus uel summus. Igitur ad primos pertinet laudari, & saluari: ad secundos corripiri, & liberari: ad tertios argui, & damnari.

De quatuor humilitatem conferentibus. Tit. XIX.

Quatuor sunt, quæ conferunt ueram humilitatem, uilitas corporis, assiduitas subiectio-

nis, comparatio melioris, suspectum Dei iudicium.

De triplici fratrum cohabitatione. Tit. XX.

Triplex habitatio fratrum in unum, loco tantum, loco & animo, animo tantum. Loco tantum habitare in unum, pœna est: animo non loco, bonitas: animo & loco, felicitas.

De pastore, oue, & lupo. Tit. XXI.

Tria sunt, pastor, ouis, & lupo. Primus & ultimus in ouem mediam respiciunt, alter ut custodiat, alter ut rapiat. Vnde de primo dicitur. Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum. De secundo. Insidiatur ut rapiat pauperem &c. Ouis in medio pauper est, pastor Deus, lupo diabolus. Omne autem iudicium procedit ab oue: tumida deseritur, timida uisitur. Deseritur ne præsumat, uisitur ne desperet. Ideo ne declines a seruo tuo. Cum pastor elongat, lupo appropinquat: cum pastor redit, lupo fugit.

De conscientia, & fama. Tit. XXII.

Duo sunt, conscientia & fama. Conscientia Deum habet in uase, fama lumem in lampade. Propter conscientiam ingredimur, propter famam egredimur. Intus reficimur salute propria, foris ædificatione aliena. Intus cupio dissolui, & esse cum Christo, foris manere in carne necessarium iudico propter uos. Conscientia irriguum superius, fama irriguum inferius. Ad conscientiam meditatio, ad famam prædicatio. Ad conscientiam silentium, ad famam uerbum. Per silentium seminas agrum tuum, per uerbum agrum proximi tui.

De tribus exemplis Dei ad uitam, & tribus diaboli ad mortem. Tit. XXIII.

Tribus exemplis nobis Christus uiam ostendit, qua eum sequi debemus. Similiter diabolus tria proponit, quibus præcipitantur, qui eum sequuntur. Via ad Deum sursum, ardua, arcta, & in longum sublimis. Iter ad diabolum est deorsum, latum, breue, & in profundum, & ad præcipitium facile. Ideo Christus nobis exemplum paupertatis reliquit, ut exonerati sarcinæ terrenorum leues ascendamus per arduum. Vnde dicitur. Vulpes foueas habent, & uolucres caput suum reclinet. Ideo diuitis in hoc mundo habere noluit, ut simus expediti: & dedit exemplum humilitatis, ut modici sine difficultate transeamus per arduum. Vnde dicitur. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Ideo gloriam spreuit in exemplum patientiæ, ne deficiamus in longum. Vnde. Cum percuteretur non percussit, cum occideretur sustinuit. Ego prima est discenda paupertas, ut abijciamus quod grauat, in quo est peccandi occasio: & quia paupertas despicitur, sequitur humilitas, qua ipsa etiam uilitas propter M. Hugo. à S. Vict. To. iij. T Deum

A

B

Psal. 10.

Psal. 9.

C

Phil. 1.

D

Via ad superos, & uia ad inferos qualis sit.

Matth. 8

Matt. 11

Deum amatur: & quia uir, qui uilis est, sine reuerentia laeditur, necessaria est post humilitatem patientia, qua aduersa propter Deum tolerantur fortiter. Paupertas leuem facit, & expeditum, humilitas modicum, patientia fortem, & robustum. Eccontrario diabolus suos primo onerat diuitiarum pondere, ut deorsum prosterнат: secundo per superbiam inflat ut per latum incedant: tertio per impatientiam frangit, ut cito deficient.

De caeli, terra, & inferni habitatoribus peculiaribus: & de tribus dantibus in singulis testimonium. Tit. XXIII.

Tria loca, caelum, terra, infernus, habent singula habitatores suos. Caelum solos bonos, infernus solos malos, terra malos mixtos, & bonos. Tres sunt, qui testimonium dant in caelo: pater, & filius, & Spiritus sanctus. Tres in terra: spiritus, aqua, & sanguis. Tres in inferno: uermis qui non moritur, quo roditur conscientia: ignis qui non extinguitur, quo cremantur corpora: tertium desperatio, quae in eo intelligitur, quod dicitur non extinguitur, non moritur. His, qui in caelo sunt, datur testimonium beatitudinis: qui in terra, iustificationis: qui in inferno damnationis. Primum testimonium gloriae, secundum gratiae, tertium irae.

De triplici labore hominis, & triplici eius remedio. Titulus. XXV.

Triplici loco laborat genus humanum: principio, medio, fine: id est natiuitate, uita, morte. Natiuitas erat immunda, uita peruersa, mors periculosa. Venit ergo medicus caelestis, & contra hunc triplicem morbum triplex attulit remedium. Natus enim est, uixit, obiit. Eius natiuitas purgauit nostram, eius uita instruxit nostram, eius mors destruxit nostram.

De tribus panibus, quibus reficiendus est superueniens amicus. Tit. XXVI.

Tribus panibus reficiendus est superueniens amicus. Primus panis est continentia, qua restringitur corpus, ne per mortiferas delectationes effluat. Secundus, humilitas, qua instruitur anima, ne de ipsa corporis sui continentia superbiat. Tertius, charitatis seruator, quo accenditur, spiritus, ut utrumque, id est corpus, & animam in castitate, & humilitate custodiat perseveranter. His tribus uirtutibus reficitur homo Dei, & roboratur, ut secundum Apostolum in die aduentus Domini sit integer spiritus, anima & corpus. Hi panes, quoties deficiunt, a Deo querendi sunt. Merito autem tres queruntur, quia tres reficiendi sunt, anima tanquam uir, caro tanquam uxor, spiritus uelut utriusque uenaculus. Et nota, quod non ait da, sed accommoda: quia fructum eiusdem gratiae non sibi, sed Deo debet semper acceptum referre.

Quatuor modis orationem fieri. Tit. XXVII.

Quatuor modis fit oratio. Primo, uerecundo affectu, hic fit cum nondum peccator se audet accedere, sed quod in ecclesia sanctum uirum, qui sit uel in ora uestimentum Domini sicut simbria, per quem habeat accessum. Huius orationis tenuit figuram euangelica mulier, quae patiens fluxum sanguinis ait. Si tetigero simbriam uestimenti eius, salua ero. Secundo oratio fit pure affectu, quando peccator iam per se accedit, & ore proprio confitetur. Huius typum tenuit peccatrix Maria, quae pedes Dominis lachrymis rigauit, & capillis terfit: auditque, Dimissa sunt tibi peccata tua. Tertio oratio effunditur amplo affectu, quando fit non solum pro se, sed pro alijs, sicut orauerunt Apostoli pro mulieris Chananæ filia. Quarto oratio fit, cum cordis fiducia sine aliqua haesitatione promitur. Tale fecit Dominus quando Lazarum suscitauit. Has orationum species id est uerecundam, puram, amplam, & non haesitantem nuncupat alijs nominibus Apostolus dicens: Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Nam obsecrationes uerecundo, orationes puro, postulationes amplo, gratiarum actiones non haesitanti sunt affectu.

Duobus modis impeditur orationem peccatoris, ne exaudiatur. Titu. XXVIII.

Duobus modis impeditur oratio peccatoris, dum uel nullo a luce illustratur, uel nimia obruitur. Nulla luce illustratur, quando peccata sua nec uidet, nec confitetur. Econtrario nimia luce obruitur, quando ea tanta uidet, ut de remissione desperet. Temperanda est ergo lux, ut peccata sua uideat peccator & confiteatur, oreque cum spe ueniae pro ipsis, ut remittantur.

De tribus uitijs per tres equos in Apocalypsi praesignatis: & de innocentia per equum album. Titu. XXIX.

Hæc tria uitia, superbia, luxuria, hypocrisis, sunt tres equi Apocalypsis, ruffus, niger, pallidus. Ruffus portat sessorum suum, spiritum scilicet hominis ad bella, lites, & iras. Niger ad luxuriam, crapulam, ebrietatem. Pallidus ad hypocrisim, & simulationem. Ruffus per loca dura & aspera, niger per immunda & foetida, pallidus per ardua & excelsa. Equus albus est innocentia. Super hunc qui ascendit, exit uincens ut uincat. Triplex autem est hic equus propter tres partes innocentiae. Unde & pluraliter dicit Habacuc. Qui ascendis super equos tuos &c.

De tribus dissolutionibus, & tribus cinctorijs hominum. Titu. XXX.

Tres sunt dissolutiones, quae penitus hominem dissoluunt, & animam cum corpore penitus interire faciunt, avaritia, luxuria, superbia. Avaritia generans inuidiam, trahens hominem extra se per

per euagationem, ut uadat in transitorijs consolari. Luxuria proferens immunditiam, premens hominem infra se per pollutionem, ut eat in uitijs delectari. Superbia ariens iniustitiam, rapiens eum extra se per elationem, ut pergat in potestate gloriari. Haec tria tres merentur maledictiones. Prima est. Maledictus est, qui sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Secunda: Maledictus homo, qui confidit in homine. Prima dissolutio. i. avaritia tribus nocet, amore pecuniae, honoris ambitione, dominationis affectione. Et tria perdimus, amorem in Christo & creatore, expectationem caelestis gloriae, obedientiam diuinae potentiae. Secunda, id est luxuria et tribus nocet, cutis nitore, uestis splendore, & exquisito ciborum sapore. Per haec tria perdimus primam stolam, quae deberetur in uorte, incorruptionem futuram in corpore, refectioem diuinam praesentiae. Tertia quoque, id est superbia, tribus nocet, immunda cogitatione, superflua loquutione, impura operatione. Per haec tria perdimus mentis simplicitatem, linguae uel uocis mediocritatem, manuum puritatem. Prima dissolutio a bono multos dimouit, scilicet complures ad malum promouit, tertia infinitos in mortem demouit. His opponuntur tria cinctoria. Primum est memoria mortis corporeae. Haec est zona pellicea, qua cingebatur Ioannes, & qua utuntur eremitae: quae tribus patet indicijs, dolore, pallore, torpore: cum meminit mortis corporeae. Hoc cinctorium tria confert, minus superbiere, neminem odire, magna non ambire. Hoc enim superbum humiliat, odientem placat, cupidum replet & satiat. Secundum cinctorium probabilitatis & decor pudicitiae. Balteus, quo cingebatur Aaron iturus ad Deum, quo utuntur sacerdotes & leuitae studentes castitati: quod tribus patet indicijs, laetitia intus in corde, fiducia foris in ore, munditia exterius in corpore. Confert hoc cinctorium tria, grauitatem in uultu, mediocritatem in habitu, maturitatem in incessu. Pudicitia enim intus corde fundata his bonis est extrinsecus ornata. Tertium cinctorium est amor religionis & iustitiae. Zona aurea, qua Ioannes in Apocalypsi praecinctus est ad mamillas, quo utitur Iesus studens omnium integritati, tribusque patet indicijs cautione praeragationis in prouidentia, ob editione praerceptionis in patientia, attentione diuinam cognitionis in constantia. Hoc cinctorium tria confert. Humilitatem in prosperis, soliditatem in aduersis, mediocritatem in cunctis. Per hoc enim iustitia unicuique quod suum est, reddit. Primum cinctorium manus ad praerium pugiles informat, secundum, uires uiribus accumulatur, tertium uictorem praerij exornat. Ioannes, quia primum habuit scilicet mortis memoriam, morti occurrere non formidat. Petrus, quia secundum habuit, dictum est ei: Caro & sanguis non reuelauit tibi. Christus, quia principaliter tertium habuit, stans ad monumentum Lazari confiden ter ait: Gratias ago tibi quoniam audisti me. Primum cinctorium hominem a malo separat, quo Dauid Goliath peremit. Secundum uirtutibus corroborat, quo carens Absalon ab hostibus se non exemit. Tertium religioni confociat, quo Christus genus humanum solus redemit.

Prima dissolutio & damna avaritia.

Secunda dissolutio & damna luxuria.

Tertia dissolutio & damna superbia.

Primum cinctorium & eius utilitates.

Secundum cinctorium.

Tertium cinctorium.

Matt. 16

Ioan. 11

De praerconijs B. Ioannis Baptistae, uero inuouato, & perseveranti applicandis. Tit. XXXI.

Ex praerconalibus titulis plurimi, sicut B. Ioanni S historialiter, ita uero renascenti, & perseveranti moraliter non incongrue possunt adaptari. Hi autem sunt, miraculum in conceptione, gaudium in natiuitate, sublimitas in conuersatione, humilitas in confessione, ueritas in praericatione, constantia in morte. Cum enim de ueteri Adam per timorem Dei, qui quasi quidam signifer caelestis militiae mentes ad Deum solet conuertere, ac a malo deterere, ac ut praeruaticatores ad cor redeant efficere, aliquis fit nouus homo, & de terreno caelestis, & spiritalis, quid aliud quam quadam noua conceptione mutatur in uentrem ecclesiae, & concipitur? Et in hac conceptione est gaudendum. Digitus enim Dei est hic subtiliter operans, suauiter renouans, salubriter immutans. Fit autem tribus in unum concurrentibus: cogitatione quia in spiritu, & mente uoluntate, quae non est sine merito: stabilitate propositi, quae non sine iustitia. Sequitur gaudium in natiuitate. Natiuitas duplex est. Prima ex patre diabolo, cuius uita peruersa, mors ad utrumque consequens periculosa. Secunda ex patre Deo, cuius uita religiosa, mors ad utrumque consequens pretiosa. Fit autem haec natiuitas tribus, fide firma, spe certa, charitate robusta. Sequitur sublimitas in conuersatione, quae fit habitu, actione, sermone. Cauemus in habitu conspici notabiles, in actione reprehensibiles, in sermone contemptibiles. Sit habitus noster in mediocritate, actio in integritate, sermo in ueritate. Sequitur humilitas in confessione. Qui stat, uideat, ne cadat per superbiam. Fit autem praerdicta confessio tribus, si minoribus confiteatur se non maiorem, aequalibus minore, maioribus obedientem: minoribus socium, aequalibus amicum, maioribus filium. Sequitur ueritas in praericatione, quae fit tribus, fidelitate, utilitate, humilitate. Veruntamen debet esse fidele, & uerum nebula simulationis non decipiens. Utile auditores ad aedificationem erudiens. Humile, per altitudinem eloquentiae non intumescens. Sequitur constantia in morte. Nam qui usque in finem perseverauerit, hic saluus erit. Quod fit tribus: cum quis in necessitate fidem negandi positus diuitias oblatas spernit, honoris potentiam contemnit, tormenta libens suffert, recogitans apud se quod scriptura dicit: Vincenti dabo edere de ligno uitae, quod est in paradiso Dei mei. Constans enim eligit pugnare, ut uincat: laborare, ut quiescat, mori, ut uiuat. Quis ergo dubitat eum esse Ioannem, in quo sunt haec? utique in eo est gratia Dei: quod interpretatur Ioannes.

Quomodo sobrie, pie, & iuste uiuamus. Titulus. XXXII.

Sobrie, & pie, & iuste uiuamus in hoc seculo. Sobrie nobis, iuste proximo, pie Deo. Sobrie in duobus Titu. 2. M. Hug. a S. Vict. To. iij. T 2 in

Luc. 21. Dñs. Attendite ne grauentur corda uestra in crapula, & ebrietate, & curis huius uitæ. Ecce compedes, & ebrietate, & curis huius uitæ. Ecce compedes, & ebrietate, & curis huius uitæ. Ecce compedes, & ebrietate, & curis huius uitæ.

Phil. 3. B qđ tibi non uis, alij non facias: & quæcunq; uultis, ut faciant uobis homines, eadem facite illis. Pie quā tum ad fidem, quæ in duobus consistit, in iustificatione, qua in præsentem nos iustificat: & in beatificatione, qua in futuro nos beatificat. Hanc fidē a nobis exigit Deus, ut credamus nos ab ipso iustificandos per misericordiam, beatificandos per ueritatē.

Rom. 8. Promisit, n. iustos beatificare. Vñ quos iustificauit, hos & glorificabit. Et Dñs. Si terrena dixi uobis & non creditis: quō si cælestia uobis dixero, creditis?

Ioan. 3. D Terrena iustificatio fit in præsentem, cælestis beatificatio in futuro. Sobrie ergo uiuamus, ut bonam conscientiam habeamus: iuste, ut proximis prodesse possimus. Vnde sapientia, quæ desursum est, primum pudica est, deinde pacifica: pie, ut Deum diligamus, hæc enim oīa propter Deum agenda sunt.

De quatuor uocationibus, & duabus electio nibus. Titu. XXXIII.

Matt. 20. E Mlti sunt uocati, pauci uero electi. Quatuor sunt uocationes, duæ electiones. Prima uocatio est naturæ de utero ad lucem: de qua Propheta. Dñs uocauit me ab utero. Secunda græ: de qua Apostolus. Videte fratres uocationem uestram, quia nō multi nobiles. Et quos prædestinauit, hos & uocauit. Tertia solutionis: de qua idem Apostolus. Persequor ad brauium supernæ uocationis Dei in Christo Iesu. Inde & dies mortis dictus est uocationis. Quarta retributionis: de qua Propheta. Aduocauit cælum desursum, & terram discernere populum suum. Multi ergo uocati sunt, pauci uero electi. Multi uocati ad fidem, pauci electi ad iustificationē. Multi uocati ad laborē, pauci electi ad requiem. Multi uocati ad iudicium, pauci electi ad regnum.

Quomodo in electis suis thronum suum ponat Deus. Titu. XXXIII.

F Vni electa mea, & ponam in te thronū meū. Aliud est Deum in electis suis ponere thronū suum, aliud electos ponere in throno. Illud est iustificare, hoc beatificare, iustificare per fidem, beatificare per speciem. Per fidem, n. Christus habitat in cordibus nostris: & quia Christus est Dei uirtus, & Dei sapientia, aīa iusti efficitur sedes & thronus sapientia. Vocat ergo Deus electam primo de errore ad fidem, secundo de fide ad speciem prædestinatione electam. Vocat ad fidem electam ex oī carne & assumptam. Primo uocat, ut in ea thronū ponat: secundo, ut eam in thronū constituat: quia primo uocat, ut inhabitans & fide cor eius mudans iustificet, secundo ut iustificatam & assumptā glorificet.

De tribus, quæ sunt in matrimonio, & de triplici fornicatione, & eius remedio. Titulus. XXXV.

C Vm gustasset Architrictinus &c. Tria sunt in conjugio. Sacramentum religionis, de quo Ioan. 2. Apostolus. Sacramentum hoc dico magnum &c. Eph. 5. Officium purgationis. Vnde. Maledictus, qui non reliquerit semen super terram. Remedium fornicationis. Vnde. Vnusquisque habeat suam uxorem ppter fornicationem. Fornicatio autem triplex est. Lubrica opere, phantastica cogitatione. Vnde. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Apostatica discessione, quando a uia sanctæ conuersationis reditur ad seculum & uomitum. Vnde. Perdidisti omnes, q fornicantur abs te. Hanc triplicem Osee breuiter comprehendit. Fornicatio (inquit) & uinum, & ebrietas auferunt cor. Fornicationem apostaticam uinum, phantasticam ebrietatem, lubricam uocans fornicationem. Huic triplici fornicationi triplex apponitur remedium. Desponsatio: de qua in Osee Dominus. Sponsabo te mihi in misericordia: sponsabo te mihi in iustitia. Sponsabo te mihi in fide. In misericordia reconciliationis, in iustitia confederationis, in fide thori nuptialis. Hæc ab se longe fornicantem Dominus ad se uocans, sola misericordia sibi reconciliat, reconciliatam iustificat, & iustificatam interno quodam gustu suæ dulcedinis uelut quadam pignoris arrha sibi facit confederatam, & sui desiderij aestu flagrantem: tandē de exilio huius peregrinationis eripiens, in thalamum ipsam abforbentis gloriæ introducit, & amplexu suo glorificat. H

Triplex igitur est desponsatio, in misericordia, in iustitia, in fide. quæ in fide, coniungit sponsum, & sponsam: quæ in misericordia, Christum, & ecclesiam: quæ in iustitia, Deum & animam. Prima est legitima, secunda mystica, tertia spiritualis. Legitima lubricæ fornicationis, mystica phantasticæ, spiritualis apostaticæ remedium est. Nam unicuique suā propter fornicationem habere permittitur: & ecclesia a Christo suo electa de fornicatione eximitur. Christiana uero amica post diuturnam incontinentiam ad priorem uirum suum reuertēs, & illi casto amore inhærens, cum eo unus spiritus efficitur. In figura triplicis desponsationis apud Iudæos in nuptijs parabatur triclinium, id est trium lectorum thalamus discubitorius, ex tris, & κλίνη cline, quod est lectus, dicitur: quibus magister conuiuij uocatus Architrictinus præsidebat. Thalamus autem est locus completentium se amore coniugali. In primo lecto sunt sponsus, & sponsa, in secundo Christus, & ecclesia, in tertio Deus & anima. Primus legitimus, secundus mysticus, tertius spiritualis. immo primus est ille lectus materialis, secundus uterus uirginalis, de quo propheta inquit, tanquam sponsus procedens de thalamo suo: tertius mens sincera, deuota, & fidelis. Vnde Apostolus. Timeo ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excedant a simplicitate, quæ est in Christo Iesu.

Ioan. 2. Eph. 5. 1. Cor. 7. Matt. 5. Psal. 72. Osee. 4. Osee. 2.

Triplex desponsatio.

Quia persecutio fit tribus de causis, & quatuor gladijs. Tit. XXVI.

K Matt. 5. B Eati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Alij propter iniustitiam, alij propter falsam, & simulatam iustitiam, alij propter ueram iustitiam persecutionem patiuntur. Primi sunt iniusti, secundi hypocritæ, tertij electi. Fit autem persecutio quadruplici gladio, pœnæ, linguæ, humanæ perturbatiouis, & diabolicæ suggestionis. De prima dicitur. Tribulatio an gladius: De secunda. Psal. 56. Lingua eorum gladius acutus. De tertia. Tuam, ipse animam pertransibit gladius. De quarta. A gladio maligno eripe me. His quatuor gladijs opponuntur duo gladij ecclesiasticæ defensionis. Vnde Petrus. Ecce duo gladij hic. Et Dominus. Satis est.

Ad quæ docenda missi sint filius, & Spiritus sanctus. Tit. XXVII.

L V Enit hora, & nunc est, in qua ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & ueritate. Spiritus est Deus, qui docet eos, qui adorant in spiritu & ueritate. Nam ad docendum tria quædam missus est filius, & Spiritus Sanctus: quem, ubi, & quomodo. Quem Deum, ubi in spiritu, quomodo? in ueritate. Sunt qui Deum nō adorant, sed dæmonia: sunt qui Deum adorant, sed non in spiritu; sunt qui in spiritu Deum adorant, sed nō in ueritate. Sunt qui Deum adorant: & in spiritu & ueritate. Primi sunt Gentiles uel auari, secundi Iudæi, tertium hypocritæ uel hæretici, quarti catholici, & electi. In primis est religio profana, in secundis uana, in tertiis falsa, in quartis uera. Hanc ultimam docet filius ueritas, Spiritus Sanctus, quam religionem beatus Iacobus dicit esse mundam, & immaculatam. Mundam, sine ruga deauratæ intentionis: Immaculatam, sine ueneno peruersitatis.

Quid sit Deum diligere ex toto corde, ex tota anima, & ex tota uirtute: & quæ tria diuerso gradu diligere possint. Tit. XXXVIII.

M Deut. 6. D iliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Qui mundum propter Deum diligit, & totum cogitatum suum, qui ex mundi sollicitudine gignitur, iacet in Dominum, hic Deum toto corde diligit. Qui se propter Deum diligit, ut cui uiuere Christus est, & mori lucrum: qui dicere potest: uiuo, iam non ego, uiuit autem in me Christus: Deum tota anima, id est tota uita diligit. Et hoc duobus modis, uel in se Deum, uel se in Deo diligendo. At qui gustata dulcedine suauitatis Dei, ipsum propter ipsum diligit, iamque unus cum Deo spiritus est, tota uirtute Deum diligit. Tria quippe sunt, quæ hoc gradu diligere possunt, quamuis unum solum amore sit dignum, mundus, homo, Deus. Potest enim quis mundum diligere propter mundum, mundum propter seipsum, mundum propter Deum: sed quia omnis, & solus effectus bonus est, cuius causa bona est, bene profecto diligit, qui diligit propter Deum: nihil enim præ-

Tribus modis mundus potest diligere.

ter Deum bene diligitur. In corde autem cogitatio, in anima, uita, in mente intellectus notatur. Ille ergo diligit Deum toto corde, tota anima, tota mente, qui extra Deum nihil cogitat, affectat, & sapit.

De fide quos, & per quos saluet, aut non saluet, tamen nunc quam olim. Tit. XXXIX.

F Ides tua te saluum fecit. Aliquando saluum fecit hominem sua fides, & non alterius, ut hydropticum Phariseis Dominum obseruantibus. Aliquando alterius, & non sua, ut paralyticum quibusdam per regulas eum submittentibus, quorum fidem ut audiuit, ait. Remittuntur tibi peccata tua. Aliquando, & sua, & alterius, ut filiam Chananeæ Apostolis pro ea rogantibus. Aliquando nec sua, nec alterius, sed sola gratia, ut cæcum a natiuitate, qui nec peccauit, ut cæcus nasceretur, sed ut manifestaretur gratia Dei. Multos hodie sola gratia, ut Paulum: fides alterius, ut pueros: fides sua, ut Cornelium, & iustos: quosdam nec sua fides, quam uiuam non habent, nec alterius, saluos facit, ut damnandos: Nam sine fide impossibile est placere Deo.

De quadruplici pace claustrali. Tit. XL.

S Tetit Iesus in medio discipulorum, & dixit eis. Pax uobis. Discipuli congregati erant propter metum Iudæorum. Nos congregati sumus in claustro propter metum dæmoniorum, cum eis congregati timuimus in campo sæculi, confugimus ad munitionem claustrum: ubi si uolumus, ut ingrediatur ad nos Iesus, & dicat pax uobis, sicut dixit discipulis ueniens ad eos clausis ianuis, claudamus ianuas. Quatuor autem sunt differentia pacis multum necessariae religiosis. Est enim pax extra, pax inter, pax intra, pax supra. Pax extra, ad seculum, pax inter, pax inter fratres: pax intra, ad seipsum: pax supra, ad Deum. Prima bona, secunda melior, tertia optima, quarta excellentissima. Qui has adipisci desiderat, quatuor sibi claustra constituat, & ostia singulorum diligenter claudat. Primum est claustrum materiale, secundum disciplinæ, tertium spirituale, id est uirtutis, quartum contemplationis, & dilectionis diuinæ. Claustrum materiale si custodiatur, & claudatur, acquiritur frequenter pax ad seculum. Claustrum disciplinæ si circumferatur, pax inter fratres conseruatur. Claustrum spirituale si circumferatur, pax inter fratres conseruatur. Claustrum contemplationis si circumferatur, pax inter fratres conseruatur. Si itaque ori silentium imponatur a murmure, a detractio, a uaniloquio, a stultiloquio, & falsiloquio. si manus cohibeatur a malo, pes uero ab eo, quo non licite eatur, retrahitur: claustrum disciplinæ custoditur, & pax fraterna, per quam inter fratres Deus possidetur. Sed adhuc oportet progredi ad pacem, quæ intra nos est. Multi foris cum hominibus, & inter se intus cum fratribus pacem habent, sed uitiorum tumultu uastantur intra se. Verum sicut nihil prodest sanitas foris in cute, si interiora humorum:

Quatuor sunt claustra ad quatuor pacis consequendas necessaria.

peste corrumpuntur; sic non ualet pax cum hominibus, cui deest pax interna secum, & cum angelis. Luxta Apostolum enim, spectaculum facti fumus & angelis, & hominibus bonis, & malis, non hominibus tantum. Boni considerent, ut iuuent, & alleuent mali, ut impugnent, & illudant. Sed homines casum nostrum & statum, extra & intus: angeli extra, intus, & intra nos uident. Ideo est necessaria pax foris, & intus ad homines: sed multo magis intra nos, ad nos, & ad angelos. Vnde Salomon. **Omnis custodia serua cor tuum.** Sunt qui haec materialia claustra tanta diligentia claudant, ut nulli extraneo ingressus pateat uel egressus, nullum signum contra disciplinam foris erumpat, qui interiora negligentes, intus depasci demoniacis moribus non expauescunt: ij quidem pereunt, nisi maculam cordis digna lauent satisfactione. Restat pax suprema, quae est ad Deum: restat & claustrum otium altissimum, in quod cum quis ingressus fuerit, securus in Deo, & Deus delectabitur, & requiescet in eo. In quo abscondit suos in abscondito faciei suae a conturbatione hominum, id est in congregatione sui, quae pax multis abscondita, uix paucis reuelata est.

De Castelli etymo morali. Tit. XLI.

T Intrauit Iesus in quoddam castellum. Castellum est anima, ualium patientia, turris nomen Domini, fossa profunditas, uera humilitas, porta, sensus corporei, arma, opera uirtutum, uigiles, & propugnatores sensus spirituales, quorum alij uigilant per morum circumspectionem, alij pugnant per uirtutum expulsiorem, alij pausant per internam celestium contemplationem. Cibum est sacra scriptura, potus facilius intelligentia, principes, quatuor uirtutes. prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia.

De filio prodigo, & de panibus tribus illi, ut am. co de via uenienti commodandis. Titulus. XLII.

V Mice commoda mihi tres panes. Amicus est, qui loquitur amico, & pro amico. Amicus noter de uia ueniens filius prodigus est, qui de regione longinqua rediens tribus panibus reficiendus est. Ait enim patri. Da mihi portionem, quae me contingit, qua accepta peregre profectus est in regionem longinquam, agens iter sine fine, laborem sine requie, motum sine stabilitate, cursum sine peruentione. Fuit autem portio triplex. Memoria, ratio, uoluntas. Memoria, iis, quae solius Dei erant, intendebat. Ratio perspicaci oculo eorum profunditatem discutiebat. Voluntas terrena triumphans, caelestia appetebat. Memoria res ueras summam perstringebat. Ratio quid bonum, quid melius, quid optimum discutiebat. Voluntas quid optimum singulariter eligebat. Hac ergo accepta substantia filius elo. gavit se a patre fugiens tribus noctibus. Primae noctis iter est, quo Deum creatorem deseruit, secundae, quo praeter Deum aliud appetit: certae, quo extra Deum in alienis quieuit. Primo a Deo recedens uadit ad se, secundo descendens sub se delectatur in

Iter illius, quae a Deo elogat triu noctis est.

catne, tertio tractus extra se delectatur in reru spe. Primo uadit de uirtute gloriari, secundo in uitiis delectari, tertio in transitorijs consolari. Sic igitur consumato itinere, in primo anno bona memoria dilapidauit tribus modis, per cogitationes affectuosas, onerosas, & ociosas. Affectuosas, per rei familiaris occupationem, onerosas, per rerum extrinsecarum sollicitudinem, ociosas, per rerum, quae ad rem non pertinent, euagationem. Secundo autem anno bona rationis dissipauit tribus modis, recipiens malum pro bono, falsum pro uero, noxium pro commodo. Malum pro bono, quia perdidit ethicam: falsum pro uero, quia perdidit logicam: noxium pro commodo, quia perdidit phylicam. Tertio anno bona uoluntatis dissipauit uiuendo luxuriose, per incendiū ignis occulti, per euagationem exterioris oculi, per ambitionem labentis seculi, id est per luxuriam in fetore, per superbiam in furore, per auaritiam in feruore. Postquam omnia consumpserat, facta est fames in terra illa, & cepit egere. Quarto anno ad se reuersus ait. Surgam, & ibo ad patrem. Primo recompensat damna rationis per fidem, damna memoriae per spem, damna uoluntatis per charitatem. Fides rationem illuminauit tribus modis, praecipis, signis, promissis. Spes tribus modis memoriam roborauit, uenia, gratia, gloria. Charitas uoluntatem tribus modis reparauit, dilectione naturali, qua diligit proximum, naturali, & rationali qua se ipsum, & spirituali qua diligit Deum. Rediit ergo per contrarium tribus diebus, ut quibus gradibus adoleuit morbida pestis, eisdem limitibus redeat sanitas. Primo ergo reuersionis die diuertit ad amicum, ut prandeat apud eum. Sed in regione longinqua quem inueniet amicum? Ipse sibi proximus est & amicus: ad se igitur conuersus, in se non inuenit, quod ponat ante se, nisi peccata: dolet, & gemit, aliumque petit amicum, scilicet sacerdotem: & dicit ei. Amice commoda mihi tres panes: impone modum poenitentiae. Ille surgens dat ei quotquot habet necessarios. Panem scilicet amoris, laboris, doloris. Secundo die ad alium descendit amicum, ad exempla patrum per frequentiam scripturarum, qui tres panes ei proponunt, panem ueniae, gratiae, gloriae. Manducauit homo ergo, & saturatus est nimis. Tertio die uenit ad patrem suum. Deum misericordem & piū, qui tres uitulos proposuit ei tenerimos, uitulum nouellum, uitulum raptum de armento, uitulum laginatum. Manducauit ergo, & satiatus est nimis. Prima ergo reuersio est de alienis ad propria, secunda de malis ad bona, tertia de transitorijs ad aeterna.

Quia quilibet similis Beato Petro Apostolo secundum etymon trium nominum eius, liberabitur de manu hostili. Tit. XLIII.

Nunc scio uere quia misit Dns angelum suum, & eripuit me de manu Herodis. Vox eius est, quae trinominis est, scilicet Petrus. Primus n. dictus est Simon, id est obediens: deinde Bariona, id est filius colubae, scilicet humilitas: tertio Petrus, id est firmus. Si talis fueris, eripieris de omni expectatione plebis Iudaeorum.

Triplex expectatio in triplici uinculo consistit. Iudaeorum. Omnis id est triplici. Expectatio enim haec in tribus consistit, in uinculo carnis, in concupiscentia oculorum, in superbia uitae. Carnis uinculum ligat, concupiscentia oculorum coinquinat, superbia uitae deuorat. Carnis uinculum comparatur limo, oculorum concupiscentia luto, uitae superbia tempestatis profundo. Plus est limus quam lutum. **B** Lutum enim etsi coinquinat, non tamen est tenax: a limo autem euolui facile nemo potest, quia caro sic ligat spiritum, ut uix etiam bonus uelit ab ea separari, sed superindui. De profundo habes. Non me demergat tempestas aquae, neque urgeat super me puteus os suum. Sed & claustralis si trinominis fuerit per obedientiam, humilitatem, & firmitatem, poterit euadere primam & secundam custodiam, & portam ferream. Prima custodia est consuetudo carnis. Secunda imperus tentationis: tertia species ueritatis. Carnis consuetudo ligat, impetus tentationis suffocat, species ueritatis cruciat. Durum est a comestationibus uenire ad legumina, a puluinaribus ad stramen, uertere amurcam in oleum, paleam in granum, truncum in uitulum. Sic difficile conuertere ad Dominum. Is uitulus cornua producit & ungulas, qui totus Deo in holocaustum offertur. Haec est uere mutatio dexterae excelsi, quam nullus nisi per obedientiam transit. Sed cum transferis haec custodiam, restat impetus tentationis. Quando uidet fratrem omnem rigoris ordinem seruantem, & dicit: quid expectat hic nisi mortem abbatis? hic uellet abbas esse, & ita inuidet, & detrahit: haec est pessima custodia. certe si non fueris filius humilitatis, non transibis hanc custodiam. Audi quid respōsum est Antonio: quare ueni enim ut sibi ostenderentur omnes tentationes, & cum ostensa essent, dicenti. Domine quis unquam poterit hos laqueos transire? responsū est: humilitas. Si quis huius tentationis impetum transierit, restat ei porta ferrea, id est species ueritatis, quae nemo potest transire, nisi fuerit Petrus: ad custodiendum autem Petrum positi quatuor erant quaterniones, unus supra, alius infra, unus ante, alius retro. Inferius est carnis sollicitudo, quae sub specie ueritatis sic fratrem alloquitur. Frater audi quid dicat Apostolus: Sicut uirga ita cibus debet dari iumento: non cui libet id subtrahi unde chorda citharae rumpatur, in qua debet cum fratribus cantare. Sed cibi claustralia salubres non sunt. Caeuus in uinculo sum malus est, oua in carnem cito conuertibilia, legumina inflatiua, aqua frigida, quere alios cibos. Ecce quomodo sub specie ueritatis decipit. Hic te fratri, quod Dominus Petro dixit, respondere oportet. Vade post me Satana. Panis & aqua uita beata. tu uis me facere discipulum Galeni, non Augustini, & medicum, non canonicum. Superbia uero quaternio superior sic eum aggreditur. Frater tu bonus orator es, religiosus, literatus es, nobilis nobilitate generis, facilem ingressum habes ad curiam regis, plus potest prodesse uno uerbo, quam omnes alij: & ideo debes praesse. Ecce quomodo sub specie ueritatis decipit. Dic ergo, quod Petro Dominus: Vade post me Satana: melius est mihi imitari Christum humilia quarentem, quam diabolum ad Aquilonem sedem ponere uolentem. **A**ct. 12.

Triplex expectatio in triplici uinculo consistit.

Plal. 68.

Quomodo mutatio dexterae excelsi fiat. Plal. 76.

Sola humilitas laqueos diaboli euadere post.

Mat. 16.

cedit posterior quaternio, & per recordationem. Praeteritorum quod parentes reliquerit pauperes, quibus esset prouidendum, quod locum ubi fuerunt pedes Domini, debuerit uisitare prius & limina sanctorum: sub hac specie ueri decipere molitur. Dic ergo ei quod Petro dictum est: Vade post me Satana. Vis me facere circuncellionem? Non uidi iustum derelictum a Domino. &c. Ecce si sic eris trinominis Simon, Bariona & Petrus, poteris transire primam & secundam custodiam, & portam ferream, ibique quaterniones contemnere, & gratias agendo dicere. Nunc scio uere quia misit Dominus angelum suum &c.

De Beate Mariae semper uirginis praconis. Tit. XLIII.

Qui beatae uirginis habent memoriam, felices sunt: felices tamen angeli, qui eius habent praesentiam, cuius speciem concupiuit omnipotens, & posuit in ea thronum suum, de quo historia. Fecit Salomon thronum grandem: Salomon trinominis. Saluator enim noster prius Salomon, id est pacificus, est nobis in hoc exilio, amabilis, pius, corrector morum, ideo rex. Ecclesiastes, id est concionator erit in iudicio, terribilis iniustus, & distinctor meritorum, ideoque rex. Idida, id est gloriosus in regno, admirabilis, & distributor praemiorum, ideoque rex. Hic fecit thronum, id est uterum uirginis, in quo sedet illa maiestas, quae nutu concutit orbem. Iste thronus est sicut sol in conspectu Dei, ex quo uox illa. Ecce noua facio omnia. Per hoc enim uetera innouantur. Fecit, inquam, thronum grandem de ebore: Ebur frigidum, forte, & candidum est: quid autem grandius ea, quae magnitudinem diuinitatis intra sui uentris conclusit arcanum? Vestiuit eum auro, id est totam uirginem tota diuinitatis indiuisibiter pleniori gratia superfudit. Sequitur fuluo nimis, quia cum insit creaturis quatuor modis, bonis & malis per essentiam, bonis per operationem, eis, quos futurorum cognitione nobilitat, per illuminationem, matri inest soli per identitatem. Habitat enim in angelis, sed non cum angelis, cum quibus non est eiusdem essentiae. In uirgine autem habitat, & cum ea. Vnde angelus: Dominus tecum. Sequitur. Per septem gradus ascendebatur ad eum. Elige meditari quae sancta sunt, quia per uerba cogitationes a Deo separant, & primum gradum ascendisti: insuesce linguam tuam bene loqui, & substitisti ad secundum. Iuste quod iustum est operare, & tertium ascendere meruisti: relinque mundum, & quae eius sunt, & ad quartum cacumen euolasti: persevera, & sextum uiriliter tenuisti, ut iam ad illam gloriam aspices, in qua regione angelorum gloriosam reuerberat dignitatem. Sequitur: In posterioribus est rotundum: quia finis eius, quae per posteriora illa intelligitur, est gloriosa, quae sicut rotundum non habet initium nec finem. Sequitur. Duodecim stabat super sex gradus, quia duodecim Apostoli praemisso modo in gradibus stantes, reginam non sine stupore mirantur, & dicunt: Quae est ista, quae ascendit &c. Sequitur. Duae manus tenebant hinc

Mar. 8.

3. Re. 10.

Apoc. 21.

Christus creaturis quot modis insit.

Luc. 1. H

Luc. 2. hinc & inde sedile, id est actiuam & contemplatiuam uitam. Si enim recorderis quomodo filium lactauerit, & omnes sustinuerint uagientis pueri actiones, intelliges eam in actiua plurimum ministrasse. Si autem audias quomodo omnia uerba eius conferebat in corde suo, contemplatiuam in ea uitam cognosces. Sequitur. Duo leones stabant iuxta brachiola. Hi sunt Gabriel & Ioannes, quorum alter dextræ, alter sinistræ uirginis est custos deputatus. Gabriel mentem, Ioannes carnem seruaui. Et bene leones propter altissimæ uocis rugitum, quorum unus, Aue gratia plena: alter, In principio erat uerbum, clamando, talia orbi nuntiauerunt, ut de eorum operatione quicquid dicitur sit quasi mutum. Nobis itaque uirgo, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur subueni clamantibus: Reuertere, reuertere Sunamitis, ut intueamur te, ter benedictam & super. Reuertere primo per naturam. Nunquid quia ita sublimata es, ideo nostræ mortalitatis oblita: nequaquam Domina Nosti in quo discrimine nos reliqueris, ubi iaceant tui, quantum delinquant serui tui. Tantæ ergo misericordiam non congruit tantam miseriam obliuisci: quia etiam te subtrahit gloria, reuocat tamen natura. Non es ita impassibilis, ut sis incompassibilis: & ideo non ita memoraris gloriæ Dei solius, ut misericordiam non habeas. Reuertere secundo per potentiam: Quia fecit in te magna, qui potens est. Quid tibi negabitur, quæ Theophilum de ipsis fauibus diaboli eruitis: Quomodo illa potestas tuæ potentiæ poterit oblitescere, quæ de carne tua carnis suæ suscepit originem? Accedis ad illud reconciliationis altare, non solum rogans sed & imperans. Moneat ac moueat ergo te natura, moneat potentia: quæ quanto potentior, tanto misericordior esse debes. Reuertere tertio per amorem. Scio Domina quod benignissima es, & amore nos amas inuicibili, quos in te, & per te filius tuus & Deus tuus summa dilectione dilexit. Quis scit quoties restringas iram iudicis, cuius iustitiæ uirtus a facie deitatis egreditur: Reuertere quarto per singularitatem. In manibus tuis sunt thesauri misericordiam Dei. Absit ut cesset manus tua: neque enim tua gloria minuitur sed augetur, cum penitentes ad ueniam, iustificati assumuntur ad gloriam. Reuertere ergo Sunamitis, id est de spectata, quæ fabri uxor es appellata, cuius animam pertransiuit gladius. Ad quid: ut intueamur te. Summa gloria est te post Deum uidere, tibi que adherere, & in tua protectione commorari. Audiuit nos, quam filius nihil negans honorat.

Luc. 1. **K Cant. 9.** **Luc. 1.** **Apo. 12.** **Ephe. 6.**

farius uester diabolus circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Hoc autem bellum non solum nostrum, sed etiam angelorum dicitur: Vnde. In tempore illo confurgit Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui &c. Itæ immittet in isto prælio angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Omnes enim (iuxta Apostolum) sunt aduincatorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Eri-gamus ergo arma securi, quia fortissimos nostræ patriæ & inuictos adiutores habemus. Vnde sequitur. Proiectus est de cælo ad terram ille draco magnus, serpens antiquus, diabolus & satanas. Draco propter malitiam, magnus propter immunitatem, serpens propter occultas insidias, antiquus propter diuturnitatem. Hic quotidie de cælo in terram cadit, cum ab electorum cordibus expulsus, deorsum fluens (quod sonat diabolus) reprobos in terra sapientes inuadit, quibus sibi subiectis contra eos, quos deseruit, accusationem retorquet. Vnde & Sathan dicitur, quia id nomen aduersarius interpretatur. Vtinam & de nobis non dicatur, quod sequitur. Et nō est inuictus amplius eorum locus in cælo. Multi enim abeunt retro post professionem, in quibus diabolus ponit locum suum & sedem.

De misericordia, & fide purgantibus peccata.
Tit. XLVI.

PER misericordiam, & fidem purgantur peccata. Id ait Salomon teneris & delicatis. Si enim lachrymas non habent, horrent labores, nesciunt ferre tribulationes: quomodo a fide se excusabunt, & misericordiam? Quid misericordia suauis: quid fide iucundius? Hæc oleum melius, illa in mē oculis. Hæc ungit affectus, illa sensus illuminat, & dirigit gressus ut eas ad lumē a tenebris: quia misericordia sua impendens reddit debita, fides etiam gratis sine operibus indulgentiam impetrat. De misericordia dicitur. Date elemosynam: & ecce omnia munda sunt uobis. De secundo. Vade, fides tua te saluum facit. Vnde hæc duo merito iunguntur.

De inuitabili iudicio Dei quam sit tremendum, nisi ad misericordiam confugerimus.
Tit. XLVII.

OCuli Domini cōtemplantur bonos & malos in omni loco. Oculos hominum timuisti, oculos Altissimi non expauiisti: de quo propheta, Ecce tu Domine, tu cognouisti oia nouissima, & antiqua. Neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montium locus est fugiendi, quoniā Deus iudex est: & ita non usurpat sibi iudicium, cum sit Deus: corrumpi non potest, quia iustus est: ei resisti non potest, quia fortis est: impetuose non iudicat, quia patiens est. Vidit opera tua, & recursus, & excursus flagitiorum tuorum, & comminuit iram suam: cælum non fulminauit, aqua non submersit, non absorbuit tellus: & cum omnis terra sit plena gloria Dei, in gloriam eius tuam miseriam euoluisti, nec reueritus es præsentem Deum;

1. Pet. 5.
Dan. 12.
Psal. 33
Heb. 1.
Apoc. 12
Diabolus cur draco magnus, serpens antiquus, & Sathan dicitur.
M
Apoc. 12
Esa. 42.
Iob. 13.
Psal. 47.
Matt. 25
Roma. 2
Luc. 12.
Luc. 8.
Prou. 15
Psal. 138.
Prou. 15
Psal. 102

& coram tanta munditia tuam immunditiam exercere. Ipse autem inquit, Eho autem tanquam non uident. Nunquid alicui ministrorum suorum, qui iudices sunt iræ eius in hoc ipsum constituti, reuelauit ignominiam tuam? Ecce uidet & tacet nec iudicat. Videt neque iudicat: uidet & uidere dissimulat. Vocat, & non audis: promittit, & contemnis: minatur, nec metuis. Thesaurizas tibi iram in die iræ. Licet autem multum sit patiens, nec irascatur per singulos dies oculus eius, sed peccantibus parcat, est tamen iudex iustus & fortis. Nunquid qui ita tacuit, semper tacet? An non legisti, quia ad iudicium ueniet, patientiam abiiciens, humilitatē nesciens, ignorans misericordiam? Attendisti patienter tacentem, attende & impatienter loquentem. Sicut (inquit) parturiens loquar. Vidisti dissimulantem, uideas & obquecūque minima minantem. Vestigia, inquit, pedum meorum considerasti. Quis locus erit spei, cum uenerit iudex, qui sterit sub iudice, præcipientibus tibus, clamantibus accusatoribus, ardentibus elementis? Ad cuius fugiemus auxilium, cum ignis cælum & terram furialibus miscebit incendijs? Veniet iste cum potestate & maiestate, non cum dulcedine & humilitate: quia illic iustitia plena est dextera eius, qui hic misericordiam seminauit & sparsit. Tunc ille misericors oculus non parcat nec miserebitur, sed percutiet & occidet. Peccatores autē quid? Videntes turbabuntur timore horribili, sed corrigibili, audientes illud horrendum tonitruum. Ite maledicti in ignem æternum. Quis ergo es tu, qui conremnis diuitias bonitatis, & patientiæ Dei? Scias iuxta Apostolum quod non euasisti iudicium Dei. Aspice ergo prius abundantiam peccatorum tuorum, secundo negligentiam, tertio in his Dei patientiam, quarto ad eius misericordiam oculos attolle: licet peccaueris, neglexeris, & patientiam ad iram prouocaueris, paratus est misereri cum uolueris reuerti. Adnitere abolere, & tegere peccata tua, & proijcere in profundum maris, nec erit mora inter confitentem & remittentem, quia benignus & misericors est. Sunt homines faciles ad iram, difficiles ad misericordiam, ad pedibus suis deuolutos non solum loqui, sed uel respicere dedignant. Non sic Dominus Iesus: libentius loquitur tecum quam ego cū eo, quem inuenio quoties quæro. Occurrit cum paupibus ingenti: ubique pius, ubique dulcis, ubique cum magna multitudine dulcedinis suæ. Non facit supercilium, oculos non obliquat, sed occurrit reuertenti, in amplexus ruit, iubet perferri stolam primam, dari in manum anulum, occidere uitulum saginatum in remissionem peccatorum, cum symphonia reduci ad superna gaudia. Vides quam longa patientia, quam uelox in Deo misericordia. Longanimis (ait Sanctus) & multum misericors. Absit ergo, ut tanta misericordia abutatur ambulando in passione desiderij sui, sicut gentes, quæ ignorant Deum, Vos, qui corpus Christi aut consecratis aut ministratis, Christi corpori electi seruire, ut cū imperatore sedatis, qua mente, qua conscientia acceditis ad sancta sanctorum, quorum uita notabilis, fama contemptibilis, sermo habetur reprehensibilis: Veruntamen si aliquis tale aliquid in cubiculo

Misericordia Dei erga peccatorem quantum.

lo conscientiam complicauit, duplicet illud, & per confessionem delet, & per penitentiam abluat: & ego eidem nati nobis pueri (si tamen ei natus fuerit, ipsumque in pelui cordis habentem aquam igne charitatis calidam susceperit) misericordiam repro-mitto, qua nascetur in eo lux mundi: nec miseris misericordiam negabit misericorditer natus misericors & miserator Dominus.

De oculo lucerna corporis moraliter id est de prælato. Tit. XLVIII.

Lucerna corporis tui est oculus tuus: Hic est R lumen ecclesiæ prælati: si simplex & sine macula fuerit, totum corpus ecclesiæ bene regitur. Si nequam, si fornicator, si auarus, totum corpus tenebrosum erit, non ait, nequam, sed tenebrosum, quia non omnes eius nequitiam imitantur, quam uis tenebris inuoluuntur, quia eorum lucerna extincta est. necesse est ergo ut oculus sacerdos uel episcopus sine macula sit, ut de eius moribus omnia membra illuminentur.

De exitu Christi a patre, & reditu ad patrem: & sapientiæ a corde, & ad cor. Tit. XLIX.

EXiui a patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Primus exitus sapientiæ est a sinu patris ad cor hominis. Secundus dum induta uoce per os egreditur, & uenit ad aurem, ubi se expolians per auditum cordi illabitur, ut iterum mundum relinquens per cordis contemplationem ad patrem reuertatur. In corde radicat, in homine pullulat, in aure torcularur, & iterum in cordis apotheca recipitur. Vox est uestimentum sapientiæ: unde scriptum est. Lingua sapientum ornat scientiam, quæ non egreditur nisi induta, nec egreditur nisi exuta.

De quatuor in electione Apostolorum notandis. Tit. L.

Non uos me elegistis, sed ego uos elegi, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat. His uerbis quatuor nota: dignitatem ubi dicit, elegi uos: officium, ut eatis: cautelam, & fructum afferatis: constantiam, & fructus uester maneat. Est dignitas in electione. Magnum enim est quod elegit, qui non fallitur dum eligit, maiusque electum est opus, ad quod elegit, maximum quod in electos præelegit. Est autem sensus. Non uos me elegistis, id est nullo genere electionis elegistis, sed ego uos omni. Sunt enim tres modi eligendi. Primus est electio, quando de multitudine malorum & bonorum eliguntur boni, ut de acerno granum, de torculari oleum: quo genere electi sunt filij Israel ex omni natione in populum peculiarem. Secundus subelectio, qua de bonis eliguntur meliores: quo modo elegit filios Leui ad seruitiū tabernaculi. Tertius modus est præelectio, qua de melioribus optimi eliguntur: quo genere elegit Aaron

S
Ioan. 16
Prou. 15
T
Ioan. 15
V
Electiois modi tres qui sunt.

Aaron filios in sacerdotes. Ad hunc itaq; modum, Primo uos elegit per aquam & spiritum ab uberi bus infidelitatis. Subelegit, cum in sortem sanctorum uocauit, & in ordinem clericatus promouens characteristica quadam tonsura capitis a minoribus fidelibus segregauit. Prælegit autem, cum po fuit uos super capita hominum dispensatores fami liae suæ, ut detis illi cibum in tempore suo. Magnū itaque quod elegit, maius quod subelegit, maxi mum quod prælegit. Quantum enim quod ad eleuationem manuum uestrarum capita regum in clinantur? Omnes confitentur uos patres. Reges & regna munera offerunt, intercessores expectant. Sed uel illis qui cum fuerint lapides sanctuarij, dispersi sunt in capita platearum. Vel piscatoribus animarum, si inter malos pisces foris proiciantur. Vel operarijs domi nicæ messis, si sicut palea sunt arsi. Sequitur offi cium in ambulatione. Posui, inquit, uos, ut eatis. Quatuor sunt hominum positiones. Prima iacētium, quorum pars omnis quiescit. Hi sunt mali in mundo iacen tes, qui totam spem suam ponunt in incerto diuitiarum, aut quorum Deus uenter est, nec ponunt Deum adiutorem suum, qui dicunt. Anima habes multa bona reposita in annos plurimos: quiesce, comede, bibe, epulare. Qui tales sunt prostrati iacent. Secunda est sedentium, quorum inferiores partes iacent, superiores laborant. Hi sunt boni coniugati, qui bene utuntur licitis, partimque Deo, partim seruiunt seculo. Tertia est stantium. Hi sunt contemplatiui, quorum omnis pars laborat erigens se, cum naturaliter ad ima referatur, quorum con uersatio in cælis est, cum Deo pacem ponunt, in terra pressuras habent, quibus uiuere Christus est, & mori lucrum. Quarta est ambulantium: quibus ex motu augetur labor. Hi sunt prælati: quibus incumbit inter cætera hominum genera discurrere, & nunc his, nunc illis, nunc alijs, increpationem, exhortationem, concussionem tanquam annonam uerbi Dei erogare. Ambulans Iesus iuxta mare Galilee ut daret exemplum ait. Ite in orbem &c. Ele cti ergo estis, ut eatis. Ergo uobis periculosum est sedere, peremptorium iacere. Ite ergo, excitare iacentes, & dicite: Surge qui dormis &c. ne fur repente ueniat, & effodiat domum tuam. Si autem graui somno pressus ad manum tangentis non euigilauerit: clama, ne cesses: quia & Dominus magna uoce suscitauit mortuum quatruiduanum: adhibe minas, quarum punctioibus lethargicus excite tur. Dura punctio si dicatur: ignis non extinguetur, uermis non morietur: ibi erit fletus, & stridor dentium. Ab his transite ad sedentes, exhortantes eos, ut proficiantur: & dicite. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Porridge manum pauperi, ne obliuioni detur dextera tua: si stare non ualuerit, nutanti appone manum, & dic. Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. Ab his transeundum ad stantes, quibus necessaria consolatio. Sta te (dicatis eis) in uis uestris, nihil agite, & confortetur cor uestrum, & sustinete Dominum, qui se debitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel: ambulate nunc in uia mandatorum

Dei: hic est labor officij uestri. Sequitur de cautela in fructificatione. Et fructus, inquit, afferatis. Tres sunt fructus, trigessimus, sexagesimus, centesimus, subditorum, prælatorum, uirginum. Non sufficit prælato bonum esse, nisi, quantum in ipso est, etiam alios bonos faciat. Non sine causa dictum reor: & lucernæ ardentes in manibus uestris. Subditis sufficit lucerna una in manu, quia pro se tantum rationem sunt reddituri. Prælati non sufficit, nisi utraque manu lucernam ferant. Inde cum dominus Papa ordinat sacerdotem, facit eum, qui ordinatur, in utraque manu arden tem tenere cæreum, ordinato præsignans quod de cura sui suorumque summo pastori rationem præstabit. Sequitur constantia in continuatione. Et fructus (inquit) uester maneat, id est perseueret. Finis enim id est uictoria, non pugna coronat. Vnde præceptum est, caudam cum capite offerre. Ad hoc etiam data est sacerdotibus tunica talaris. Ecce quot graduum culmen ascendistis, tot rationum uinculis alligati estis. Quis enim tot uinculis alligatur, quot sacer dos, cum induitur ministraturus? Primo amictu fauces ligat, inde mucijs conductis sub axillis pe ctus stringit, tertio renes subcinctorio arctat: ac si dicatur ei, stringe fauces id est pone custodiam ori tuo, stringe pectus id est cogitationes malæ non ascendant in corde tuo, stringe renes id est crucifige carnem tuam cum uitijs & concupiscentijs. Orate autem illum, sine quo nihil potestis, ut sicut uos elegit, ita iunet, ut fructum afferatis, & fructus ue ster maneat. Amen.

De duplici natiuitate &c. Tit. LI.

Omne, quod natum est ex Deo, uincit mundum. Duæ sunt natiuitates, una ex Deo, altera ex mundo. In quo quatuor nota, concupiscentia carnalem, affluentiam temporalem, rationem naturalem, & gratiam spiritualem. Concupiscentia carnis concordat cum mundo, sequitur eum, & pacem habet cum eo: quantum duo prima facile simul currunt. Ratio naturalis dissentit, resistit mundo, & cum eo pugnat, sed uincitur: & ita fit homo natus, in mundo existendo. cum autem ex Deo donatur gratia spiritualis, ratio, quæ prius sola, duobus non poterat resistere, iuuatur: & uincitur mundus, & concupiscentia refrenatur. Gratia autem Dei est (iuxta Apostolum) per fidem Iesu Christi super omnes, qui credunt in eum potestate filios Dei fieri. Qui nati sunt ex Deo, uincunt mundum: natura repugnat, fides uincitur, pax regnat. Nunc uidentum est qui uincant: duæ sunt hominum species, quæ mundum triumphant. Tertia uincitur a mundo. Hinc sunt Maria, Martha, Lazarus in una domo. Maria opti mam partem elegit: quia nemo tutius facilius ce lerius mundum uincit, quam qui ipsum totum de serit, despicit. Qui autem mundana tractat, pietatisque actione ministrat, & erga plurima turba tur sicut Martha, laboriose, periculose, diuque pugnat,

Tres sunt fructus ser uientium Deo. Luc. 12.

R

C

2. Ioan. 5

D

Mundum uiuentes qui sint.

gnat, sed gloriose triumphat. Hoste ergo Maria declinat sapienter, Martha aggreditur fortiter. Vincit fuga Maria, Martha pugna. Lazarus uero, qui nec declinat, nec pugnat. onerat terrenæ afflictionis aggere, in concupiscentia carnis sepelitur, absente uirtute, id est Christo. Nam, ut inquit Martha ad Iesum, Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Nunc quinam uincat, & quibus uidentum est. Mundum inquit, uincit. Mundi nomine tria comprehendit. Prudentiam carnis, quæ est inimica Deo: sapientiam seculi, quæ est stultitia apud Deum: præsumptionem spiritus, quæ est apostata a Deo. Hæc uincuntur castitate, humilitate, charitate. Prudentia carnis animam exhortatur dicens. Anima habes multa bona posita in annos plurimos: quiesce, comede, bibe, epulare. Hanc exuperat temperantia, quæ castigat corpus, & sub anima in seruitutem redigit, & facit membra corporis arma iustitiæ Deo. Sapientia huius seculi quærit quæ sua sunt, quod si bi utile est tantummodo curat. Hanc conculcat charitas, quæ non quærit sua, sed quæ Iesu Christi, non quid sibi, sed quid alijs utile pensat. Præsumptio spiritus, dum alijs quærit præesse, Deo dedignatur subesse. Super hanc eleuatur humilitas, quæ ut Deo melius possit subijci, nulli uult præfici. Omne ergo, quod natum est ex Deo, uincit mundum, id est carnem prudentiam, seculi sapientiam, & spiritus præsumptionem, castitate, charitate, humilitate.

De tribus calis, terris, & testimonijs in eis, iterum aliter. Tit. LII.

Tres sunt, qui testimonium dant in cælo. Tres sunt cæli, tres terræ, tria testimonia. Primum cælum Deus. in hoc plenæ & summæ perfectionis testimonium dat potentia, sapientia, benignitas, pater, filius, & spiritus sanctus: & hi tres proprie, & principaliter unum sunt: ex quo omnia, in quo omnia, per quem omnia. Secundum cælum angeli. Vnde Rorate cæli desuper, in quo testimoniū dant felicitatis, uirtus, ueritas, charitas, & hi tres unum, quoniam ex uno unum sunt: de potentia Dei uirtus, de sapientia ueritas, de benignitate charitas. Cælum tertium spirituales uiri, qui enarrant gloriam Dei, in quibus dant testimonium iustificationis, fides, spes, charitas, & hi tres ideo unum, quia ex uno fides de sapientia illuminat ad ueritatem, ignis de spiritu sancto inflammat ad charitatem, & per hæc duo spem habemus perueniendi ad patrem.

Prima terra est populus pœnitens, terra sancta: in hac testimonium remissionis dant spiritus, aqua, & sanguis, id est compunctio, confessio, remissio. Spiritus sanctus scrutans corda & renes, dum de peccato, iustitia, & iudicio peccatorem arguit, nimirum pœnitentia pungit. Ideo spiritus illum significat, quam dat. Aqua significat confessionem, quia in confessione peccata lauantur, quam sæpe manifestant riuus oculorum. Bona est confessio oris, melior oculorum, optima operum. Spiritum ergo compunctionis, aquam intellige confessionis. Sequitur sanguis remissio-

nis. sine sanguine enim non fit remissio. Et hi tres unum, quia ab uno, a quo omne datum optimum. Terra autem media, in opere Adæ maledicta, quæ scinditur uomere comminationis, perfunditur rore promissionis, spinas & tribulos germinans, tres habet testes perditionis, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, superbiam uitæ. Terra ultima damnationis æternæ habet testes, ignem inextinguibilem, uermem immortalem, uel damnatorum carnem incorruptibilem, & ex his desperationem. Quia si substantialis ignis uel uermis esset terminabilis, posset quoque pœna esse temporalis.

De tribus donis Dei in homine. Tit. LIII.

Omne datum optimum & omne donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum. Tria sunt dona Dei in homine. Primum naturæ, quo subsistit, secundum gratiæ, quo eum meretur, tertium gloriæ, quo cum eo glorificatur. Omnia tamen sunt gratiæ. per prima dona naturæ homines sumus, per dona gratiæ iusti, per dona gloriæ erimus beati. Per prima liberi a peccato creati, per secunda de peccato liberati, per tertia contra peccatum confirmati. Dona naturæ, memoria, ratio, uoluntas, quibus prestamus brutis animalibus. Dona gratiæ, fides, spes, charitas, quibus dæmones superamus. Dona gloriæ æternæ & uera felicitas, telix & æterna ueritas, uera & felix æternitas, quibus angelis æquamur. In donis naturæ & gratiæ quædam sunt minima, quædam media, quædam magna. Prima sunt corporis pulchritudo, sanitas & cætera cum illis, quæ ad corpus sustentandum pertinent. quæ, si non abundant, non obest, sed sæpe prodest. Secunda sunt animæ, sicut ratio, mens, uoluntas: quæ, si uigent, profunt quidem sæpe ad salutem, sed nunquam nisi eis bene utamur. Tertia dona sunt bonus usus istarum dotium, quæ uirtutes dicuntur. Sine primis bene interdum utimur cæteris, sine secundis raro, nunquam sine tertijs. Omne bonum est à Deo: bonis bene utitur uirtus, abutitur uitium. Hæc bona uel dona aliquando à Deo descendunt ad hominem, & tunc munera sunt: aliquando ab homine ascendunt ad Deum, & tunc præmia sunt & fructus laboris. Itaque Dei dona sunt, prima, secunda, tertia: munera, merita, præmia. Munera & merita ascendunt ad præmia, & nos ascendimus ad ea, omnia tamen à Deo descendunt, quia omnia eius dona sunt. de munere ascendimus ad meritum, de merito ad præmium. Munus est simplex donum, meritum donum super donum, descendens a patre luminum. Ex ipso enim donum, ex dono meritum, ex merito præmium: & Deus ipse per primum uenit ad te, in secundo laborat tecum, in tertio requiescit in ipso. Itaque Deus est donum tuum, totumque bonum tuum est donum eius, descendens a patre luminum. Tu diuisiones accipis, ipse non diuiditur: participas ipsum in te, quia semper integer & idem

Hominum positiones quatuor.

Luc. 12.

Y

Z

Terra maledicta in opere hominis.

Terra ultima damnationis æternæ. Elaiç. 66

Haco.

Bona corporis.

Bona animæ.

K

idem manet in se: Apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Unde in te uaria, quia in se non mutat ur.

De triplici forma mundi: & de triplici uetustate, & eius remediis. Titu. LIII.

L Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis que sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Mundus, triformis est. Prima formam nobis congratulatur flore prosperitatis per delectationem. Secunda, qua nos deosculatur honore dignitatis per prelationem. Tertia, qua nos amplexatur amore potestatis per dominationem. Per primam nos fatigat, per secundam uincit, per tertiam uictos ligat. Sunt autem oscula mundi similia oculis Iudae. Iudas Christum osculo tradidit in manus Iudaeorum. Mundus sequaces sui in potestate demoniorum. Iudas dixit Iudaeis: Quicumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, Mundus dicit diabolo, & angelis eius: quicumque osculatus fuero, ipse est, damnate eum. Salubri ergo consilio monet nos Apostolus. Nolite conformari huic seculo, sed cur? quia triformis est, & tribus modis illi conformamur, per delectationem prosperitatis in luxuria, per ambitionem dignitatis in superbiam, per abusionem potestatis in uolentiam, Prosperitas emollit, dignitas extollit, potentia in ruinam compellit. Hae sunt uitia, quae prius euellit dicentis. Nolite conformari huic seculo quasi dicat. Declinate a malo. Secundo uirtutes inserit subiungens, Sed reformamini in nouitate: quasi dicat: & facite bonum. Cum dicit in nouitate, uetustatem notat praecessisse: quae triplex est. Prima est in corde, carnis desideria per cogitationem: secunda est in ore, arrogantia per loquutionem: tertia in opere, flagitia per exhibitionem. Si non esset uetustas in corde, non dixisset: Renouamini spiritu mentis uestrae. Si non esset arrogantia in ore: non diceret: Ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo. Si non esset in opere: non diceret. Exhibuistis membra uestra seruire immunditiae & iniquitati ad iniquitatem &c. Ecce triformis uetustas in imagine ueteris hominis, quam sicut portauimus, portemus imaginem caelestis, quae triformis est: amor equitatis in corde contra carnis desideria, confessio humilitatis in ore contra arrogantiam, innocentia simplicitatis in opere, contra flagitia.

Oscula mundi similia oculis Iudae proditoris sunt. Mat. 26.

Eph. 4.

Rom. 3, Rom. 6.

De triplici proprietate lapidis, & amoris: & de bono & malo pastore. Titu. LV.

Dixit Dominus Petro. Petre, amas me? Tres sunt proprietates lapidis, sunt enim solidi, alperi, & edificii apti. Solidi eos designant, qui non cedunt uitij: asperi eos, qui aspere uiuunt: edificii apti, eos, qui uirtutibus proficiunt. Ille ergo Petrus est, qui uitij non cedit, aspere uiuit, uirtutibus proficit. Tria quoque considerantur in amore, ut proximum non negligat, seipsum diligat, Deum in partem (quia

bonus est) eligat. Proximum diligat, plusquam proximum se, Deum plusquam se. Cui haec proprietates lapidis & amoris sunt, se esse Petrum uere fatetur. Tertio dicit Dominus. Pasce oues meas. Forma pasce, doctrina pasce, oratione sancta pasce. Petrus factus pastor, boni pastoris prosequitur formam tribus modis, pascit seruos correctione in uirga penitentiae, pascit mercenarios consolans mercede iustitiae, pascit filios erudiens gratia obedientiae. Pastores autem mali aliis designantur proprietatibus. Sunt enim lapides duri, sicci, gelidi. Duri crudelitate, carentes spiritu mansuetudinis: sicci ariditate, non habentes humorem gratiae: gelidi, igne Spiritus sancti non calentes. Hi dicentur ter Domino, Amas me: non uere respondere possunt, amo te aut me. Proximum enim talis odit ex malitia, seipsum ob pigritiam negligit, ex auaritia Deum non colit: In proximum nocet ex despectu, in se pestilens ex defectu, in Deum praesumens ex contemptu. Hi audientes, pasce oues meas: pascent eas per uerba tribus modis. Operis forma, eas docentes male uiuere per transgressionem facti, uerbi doctrina, docentes caute fallere per abusionem facti: orationis opere, docentes causas agere per contemplationem nummi. Praelati ergo mali sic pascent oues Christi pro se: immo sic depascunt, uellus abstrahunt, lac bibunt, carnes corrodunt. Considerans autem quod pastor a pascendo dicitur, ne sit pastor uel nomine tantum, ex toto negligit gregem, & omni studio pascit uentrem, id est modis tribus, suauis ciborum sapore condito, ut bene sapiat gustui, delectabili odore aromatico, ut bene redoleat odoratiui, desiderabili nitore mirifico, ut placeat aspectui. Ecce Nabuzardan coquus Pharaonis, qui muros deiecit Hierusalem. Gulositas enim corpus, animam, & mentem, quasi ciuitatem quandam destruit.

De optima parte eligenda. Tit. LVI.

Mariam optimam partem elegit. Optimum dicitur excessu duorum. Bona est castitas conjugalis, melior continentia uidualis, optima pudicitia uirginalis.

Quomodo succingi deceat ad uiam, accingi ad praelium, & praecingi ad mensam: & de zona cingamur. Tit. LVII.

Sint lumbi uestri praecincti. Succingimur ituri, accingimur preliati, praecingimur ministraturi. Haec tria debentur in ecclesiasticis disciplinis, uigilantiae, pugnae, mensae. Via est operum, pugna est hostium, mensa sacramentorum. Succingi ergo debemus ad uiam, cingulo patientiae, accingi ad pugnam, gladio poenitentiae, praecingi ad mensam, lintheo continentiae. Spectat quod dicitur Petro, Alius te cinget: ad eingulum patientiae. Ad poenitentiae pugnam: Qui non habet gladium, uendat tunicam & emat gladium: id est relin-

Boni pastoris forma.

Q

R

S

Gula damnata.

T Luc. 10.

relinquat conuersationem mundi, & assumat poenitentiae fructum. Ad lintheum continentiae scemina linea Aaron, & filiorum eius. Haec tria, scilicet cursum in uia, bellum, & ministerium, Paulus & in se exhibuit, & alios docuit. Cucurrit enim dicens. Curro non quasi in incertum: & cursum communi summani. Currere docuit dicens: Sic currite ut comprehendatis. Pugnauit dicens. Sic pugno non quasi aerem verberans. & item. Bonum certamen certauit &c. Pugnae docuit dicens. Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Ministrauit dicens, Ministri Christi sunt & ego. Ministrare docuit dicens. Ut non vituperetur ministerium nostrum. Succincti igitur ad uiam a quatuor eius impedimentis caueamus. Est enim uia aspera, ruuosa, cliuosa, lutosa. Aspera lapidibus laborum, ruuosa vallibus defectuum, cliuosa collibus successuum, lutosa paludibus voluptatum. Lapidibus offendimur, ruinis cadimus, paludibus demergimur. Accede ad pugnam, & accingere gladio tuo super femur tuum: Militia est enim uita hominis super terram. Pugna haec hostium est superabilium, licet immortalium. Hi triplicem contra aciem instruunt, prima est suggestio, secunda occasionum, tertia occupationum. Suggestionum impugnat, occasionibus expugnat, occupationibus ligat. Suggestiones turbant affectus, & aduocant in auxilium delectationes & consensum, quibus vincit & non vincitur (nisi occurratur) acies prima. Occasiones sensus impediunt, & considerantur ex loco, tempore, & persona. Locus solitarius praebet audaciam, tempus nocturnum confidentiam, persona luxuriosa & impudica animum. Haec sunt fugienda, ut non vincat acies secunda. Occupationes actus confundunt, & consistunt circa duos actus, scilicet publicos, ut sunt administrationes extrinsecas praelatorum, abbatum, & consimilium: & actus priuatos, ut scribere, pingere, & huiusmodi. Haec si quis inoffenso pedepertransit, de terra turba triumphat. Prima acie, uidelicet suggestionum, uicta est Eua. Secunda, id est occasionum, capta est Dina. Tertia, quae est occupationum, corrupta est Thamar soror Abalonis ab Amnon. Per uiam, & pugnam uocaris ad mensam (quae est sacramentorum) cui quoniam ministraturus accedis, sint lumbi tui praecincti lintheo continentiae: nam per linum munditia carnis, per lumbos luxuria designatur. Ad hanc lumborum restrictionem tria haec uerba uim suam legimus accommodare, ut iubeamur succingi, accingi, & praecingi. Succincti lumbos uestros in ueritate: ait Apostolus: Et Dominus ad Iob de turbatione accinge sicut uir lumbos tuos. Et in euangelio. Sint lumbi uestri praecincti. Hoc lintheum continentiae significat lumbare illud lineum prophetae, quod primo posuit super carnem suam: inderat, & posuit in flumen Euphratem, cunque reuertetur ut tolleretur, computruerat ita ut nulli usui aptum esset. Lumbare super carnem est continentia refrenans eam: ponitur in flumen, quando relaxatur in fluxa seculi uoluptate. In ea computrescit, quando inter carnales delicias continen-

1. Cor. 9. 2. Ti. 4. 1. Cor. 9. Ibidem. 2. Ti. 4. 1. Cor. 9. 2. Co. 11. 2. Co. 6. Y

Psal. 44. Iob. 7.

Z

Gen. 3. Gen. 34. 2. Re. 13. A

Eph. 6.

Iob. 40. Luc. 12.

Hier. 13.

Luc. 12.

Ioan. 21. Luc. 22.

tia dissoluitur & perit. Nullique usui est iam lumbare aptum, quia neque Deo neque hominibus acceptum. Hoc lumbare significat zona pellicea Ioannis, & Eliae. Nam uterque zonam pelliceam super lumbos legitur habuisse. Duo sunt lumbi, uoluptas permixta & illicita. Permissa in coniugatis, illicita in solutis & deuotis. Praecingendus est lumbus coniugatorum, ne ad aliam accendant: solutorum, ne aliquam tangant nisi ducant: deuotorum, ne tangant, vel ducant: hi praecingi maxime debent, ut qui seruiunt Domini mensae. Mundamini (inquit) qui feratis uasa Domini. Huic mensae qui ministrant, praecingant se zona Ioannis, & Eliae, id est continentia: quam quidam habuerunt & habent, ut uirgines perpetuo continentes: quidam prius non habuerunt, sed nunc habent, ut poenitentes: quidam nec habuerunt nec habent, ut in luxuria permanentes. Qui tenet, teneat, quia beatus qui tenebit: qui non habuit, emat: qui perdidit, redimat. Praesto est venditor, qui corium suum exposuit ad uendendum, & de proprio non de alieno largas in cruce fecit corrigias. Et pretium huius zonae modicum erit, duo tantum denarij, oratio & ieiunium. Hoc genus demoniorum (inquit idem venditor) non eicitur, nisi in oratione & ieiunio. Hi autem denarij probi, non falsi sint: quia qui reprobam pecuniam soluit, non se liberat. Nummorum autem probitas in tribus consistit, materia, pondere, figura. Materia est charitas, quae auro comparatur: pondus spes, quae a terrenis subleuat: figura fides, quae signum crucis frontibus nostris imprimit. Haec monetam dicit Apostolus ualere dicens. Omnia enim uestra in charitate fiant. Et quod extrahanc materiam fabricata sit falsa, ostendit dicens. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Sine figura fidei non est uera. Impossibile est (ait idem Apostolus) sine fide placere Deo. Si ergo unum deseruerit a ieiunio & oratione tua, crimen falsae monetae incurris, quod est uiuorum exustio. Si enim falsam monetam Deo obtuleris, perpetuis ignibus concremaberis. Vide ergo, ut oratio tua dirigatur in conspectu Domini & ieiunium tuum sit acceptum. Alia est oratio Tullij, alia Pharisei, alia Publicani. Tullij demulcet, Pharisei exacerbant. Non sum (inquit) sicut ceteri hominum &c. Iusti impetrant, quae si sit assidua multum ualeat. Sit & ieiunium tuum, quod eligat Deus, non sicut faciunt hypocritae tristes, ut appareant ieiunantes: sed unge caput, id est mentem oleo letitiae, laua faciem lachrymis poenitentiae. Sed est zona pellicea, quam iuberis redimere, sic formanda. Primo separanda a carne per uotum, ut incidatur gladio, quem uenit Dominus mittere in terram, quo separantur quique a domo, filius a patre, filia a matre, nurus a focu. Secundo aspergenda sale per metum, ne corrumpatur: quia sal uermes fugat, & timor Domini expellit peccatum. Tertio exsiccanda sole per desiderium, ne dissolua tur: quia sol exsiccat, & desiderium inflammat. Quarto unguenda oleo per gaudium, ne frigeat. M. Hug. a S. Vic. To. iij. V sciat:

Esa. 52.

Mar. 9.

E Nummorum probitas in tribus consistit.

1. Co. 16.

1. Co. 13.

Heb. 11.

F

Luca. 18.

G

Matt. 10.

2. Cor. 1 sciat: quia gaudium conscientiae laetum & hilarem facit. Gloria (inquit Apostolus) nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Quinto radenda ferro per zelum, ne sordeat: quia zelus etiam in alijs libidinis perimit fordes. Sexto coloranda est minio per bonum testimonium: quia testimonium bonae famae coloratum & acceptabilem hominibus facit. Hac ergo zona de corrigia carnis crucifixi, duobus iam dictis denarijs sic empta, si praecinxeris lumbos tuos, secure ministrabis in mensa Domini.

De surditate, morte, & paupertate triplici. Tit. LV III.

Matt. 11 H S Vrdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euan gelizantur. Surditas tribus modis puenit, Mors tribus modis inualefcit, Paupertas in tribus confitit. Surditas prouenit ab ineunte natiuitate, ab accidenti infirmitate, a deficiente etate: haec autem surditas est naturalis. Est alia spiritualis, quae in eo comprobatur, quod tribus modis loquutus est Deus, nec eum audiuimus. Loquutus est lege naturae, figura scripturae, verbo rei venturae. Lex naturae loquuta est in corde, scripta in opere, verbum rei in homine. Ab hac triplici surditate Dominus nos triplici excitat uocatione, ter vociferas, venite, venite, venite. Prima uocatio, Venite filij, audite me. Secunda, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tertia, Venite benedicti patris mei, possidete regnum. Prima uocatio surditatis nostrae soluit torporem, secunda auribus audiendi reparat vigorem, tertia audita conseruat per tenorem. Mors tribus inualefcit, necessitate, infirmitate, efferitate: naturaliter scilicet per senium, accidentaliter per febrem, crudeliter per venenum & ferrum. Similiter mors spiritualis tribus modis inualuit, per affirmationem, per dubitationem, per negationem. Dominus affirmauit dicens. Quacunque hora comederis, morte morieris. Mulier dubitauit dicens, ne forte moriamur: diabolus negauit dicens, nequaquam moriemini. Est igitur mors triplex, prauis consensibus, prauis operibus, prauae consuetudinis. Prima mortis causa est quod Adam abiit in consilio impiorum, secunda quod iterit in via peccatorum, tertia quod sedet in cathedra pestilentiae, corrumpens alios per exemplum. Dominus ab hac triplici morte tribus modis nos suscitauit, compunctione, confessione, afflictione: ut sit compunctio per amaritudinem spiritus contribulati, confessio in veritate sermonis prolati, afflictio in asperitate corporis macerati. Paupertas in tribus consistit, quia alia est similitudo, alia necessaria, alia voluntaria. Simulatio in hypocritis, necessaria in egenis, voluntaria in electis. Prima infert damnationem, secunda expiationem, tertia remunerationem. Sustinentes paupertatem necessariam consolatur Dominus per prophetam. Noli (inquit) timere, non confunderis paupercula tempestate conuulsa. Vnde patet quod euadit damnationem, non tamen meretur coronam. Vnde subdit. Excoxi te, sed

Psa. 33. Matt. 11 Triples domini uocatio.

Matt. 25 K Mors tribus modis inualefcit contra nos. Mors spiritualis tribus modis inualefcit contra animas. Gen. 3.

Psal. 1. A morte spirituali Dominus tribus modis nos suscitauit.

Paupertas in tribus consistit.

Esa. 54.

quasi non argentum. Voluntaria vero primam habet coronam. Haec est in spiritu. Simulatio est ex voluntate, sed non ex veritate, ideo nec in spiritu. Voluntas autem sine spiritu est sicut corpus sine anima, quod cadit, putrescit, soluitur in puluerem. Dum autem homo humiliatur in spiritu suo, ut de se in nullo praesumat, incipit desiderare eius spiritus & Deo adhaeret, & tunc vnus spiritus cum eo efficitur, spiritus siquidem voluntatem eius aspirat & implet, & voluntas sic effecta spiritualis solet dici spiritus: & haec est paupertas spiritu id est voluntate spirituali. Similiter est possessio triplex, alia perniciofa in auaris, alia ociosa in conuersis tepide, alia onerosa in deuotis. De perniciofa dicit Apostolus. Omnes, qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli. Ociosa in illis, qui nil habentes exterius, multas sibi interius proponunt possessiones, tanquam somniantes. De onerosa: Non potestis Deo seruire & mammonae &c.

Possessio triplex.

1. Ti. 6.

Matt. 6.

De tribus tristibus fugiendis, aut in gaudium conuertendis.

Tristitia uestra uertetur in gaudium. Tristitia, quae uertitur in gaudium, triplex est. Nam praeterita peccata damnat, praesentia diiudicat, occurrentia uitat: damnat per poenitentiam, diiudicat per discretionem, uitat per prouidentiam. Ex poenitentia de praeteritis assequitur ueniam, ex discretionem de praesentibus tutelam, ex prouidentia de futuris cautelam. Praeterita delentur per ueniam quasi non fuerint, praesentia vincuntur per displicentiam, ut nil nocere possint, futura excluduntur per cautelam ut nunquam sint.

M Ioan. 16

Cur ter dictum Petro: Pasce oues meas. Tit. LIX.

Pasce oues meas. Ter dictum est: quasi dicat, pasce feruos, pasce mercenarios, pasce filios. Seruos corriges uirga directionis, mercenarios consolans mercede iustitiae, filios erudiens gratia obedientiae, adiungens modum in correctione, abundantiam in consolatione, suauitatem in persuasionem.

Ioan. 21

De refectione spirituali: & de arbore paradisi, & fermento ueteri. Tit. LX.

Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Ad epulas diuinas, & ad refectionem animae nos inuitat Apostolus, ad quas inuitata sponsa Dei, umbram, quam desiderauerat, se accepisse gaudens dicebat. Sub umbra illius, quem desiderauerat, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Est enim in medio paradisi arbor uitae dans umbram, folium, fructum. Paradisus iste conuentus est religiosorum, congregatio monachorum. Sumus & nos, si tamen congregati sumus corde, & non solo corpore, ad glorificandum Deum. Si enim dissensio est in

O 1. Cor. 5

Cant. 2. Quomodo conuersio religiosorum paradisi sit.

mentibus, nihil prodest corporibus congregari, nam potius dissensio dicendi sumus, quam congregatio. Quod si datum fuerit desuper ab eo, qui facit unius moris habitare in domo, illud donum per quam iucundum, quod est habitare scilicet, fratres in vnum, in dilectione, charitate, & unitate, tunc uere paradysus, id est hortus uoluptatis Dei sumus, in quo Deus congaudet & delectatur, tuncque habitat in nobis. In medio talis paradisi est arbor uitae, id est Christus dans uitam: quod ipse promisit. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Quia ubi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Arbor ista, id est Christus, dat umbram, folium, fructum, umbram protectionis, folium praecptionis, fructum aeternae retributionis. Dat umbram, nos in circuitu protegendo: a dorso, peccata praeterita condonando: a facie, ab imminetibus malis custodiendo: a dextris protegendo, ne nos prospera extollant: a sinistris, ne aduersa conturbent. Post umbram sequitur folium praecptionis, qua retrahit a malo, & trahit ad bonum, quod est, Fac bonum, & declina a malo. Post umbram & folium est fructus retributionis, in qua satiabitur in bonis desiderium nostrum. Sedet igitur sponsa sub Dei umbra diuinae protectionis, solum ipsius praecptionis per obedientiam recipiendo, & per spem fructum aeternae retributionis expectando. Sedet autem super foenum cum quinque millibus in deserto a Domino saturandis, id est super quinque sensus corporis, carnem, quae foeno significatur, domando: aut sedet super scabellum, quo mundus notatur, ipsum & eius desideria comprimendo: aut cum Rachele super idola Laban, diaboli fallacias reptimendo. Isti sunt tres homines pessimi, uetus fermentum illud miserae anime conficientes, a quo nos Apostolus praecipit expurgari dicens. Expurgate uetus fermentum. Hoc uetus fermentum consistit in tribus, in uoluptate, uana gloria, superbia: diabolus superbiam dat, mundus apponit uanam gloriam, caro miscet uoluptatem, & simul faciunt uetus fermentum id est ueterem hominem. Prima pars huius fermenti est mala, secunda peior, tertia pessima. Beatus qui abiicit superbiam diaboli, perfectior qui uanam gloriam mundi, perfectissimus, qui carnis domuerit uoluptatem. Samson leonem uicit, & Philistaeos debellauit, sed eum uxoris frangit mollities. Leo est diabolus, qui circuit tanquam leo rugiens, quarens quem deuoret. Philistaei sunt mundus & secularis uita. Uxor est caro. Samson leonem occidit, dum quilibet spiritualis diabolo abrenuntiat. Philistaeos uincit, qui mundanam uitam respuit: sed ab uxore decipitur, dum a carne superatur. Dormit in gremio uxoris, qui carnis curam facit in desiderijs. Tunc insurgunt Allophyli, ueniuntque spiritus maligni, capillos incidunt id est uirtutes tollunt, oculos eruunt, id est lumen Christi auferunt, & ad

Arbor uita Christi. Matt. 28 Matt. 18

Psal. 36.

R 1. Cor. 5 Vetus fermentum a nobis expurgandum, in tribus consistit.

molam, id est in circuitu rerum labentium ponunt, ut sit inter illos, de quibus dicitur. In circuitu impii ambulat. Ecce quod deducit prima pars fermenti uoluptas carnis. Videamus quod & aliae duae infectiones, uana gloria & superbia pertrahunt. Ista enim duae, sunt duae filiae Loth, quae ipsum postquam Sodomam exiuit, uxorem reliquit, & Segor pusillam ciuitatem, in qua saluari poterat, ad cacumina montis sequuntur, & ipsum inebriant, qui ebrius filios generat, qui non intrant in ecclesiam Dei. Loth uice monachum notat, qui Sodomae flammam, & uxoris, id est carnis, quae retrosperit, ac etiam licitam secularium uitam, in qua potuisset saluari, deserit: & ad cacumen perfectionis monasticae professionis ascendit. Sed in perfectionis statu duae filiae de patre quasi de se generant filios, id est alia opera, quae non intrant in ecclesiam Dei. Ecce quod pertrahant secunda & tertia pars fermenti. Nos itaque fratres, ne per carnem oculos & lumen Christi perdamus, per superbiam & uanam gloriam a caelesti gloria excludamur, expurgemus uetus fermentum, superbiam per humilitatem domando, & uanam gloriam per puritatem rectae actionis abiiciendo, & uoluptatem carnis per abtinentiam mortificando, ut simus noua conspersio, nouus panis absque fermento, qui datur populo exeunti de Aegypto, qui apponitur Eliae fugienti mala Iezabel reginam. Mala regina est caro, quae carnalibus desiderijs dedita, uirtutes querit occidere, & illis dominari: haec persequitur Eliam & quemlibet spiritualementem, qui concupiscit aduersus spiritum. Elias hanc fugit, concupiscentiam eius relinquendo. Venit in Bersabee Iuda ad confessionem, ubi est puteus gratiae septiformis spiritus: & dimittit ibi puerum suum; relinquit in confessione puerilem sensum, & puerilia opera, cum Apostolo euacuans quae erant paruuli. abit in desertum, id est mundi contemptum: dormit sub umbra inniperi, id est quiescit a uitijs: sub duris poenitentiae operibus uigilat, & panem subcineritium manducat: quia dum quiescit a uitijs, duris praemittitur poenitentiae spinis: & dum uigilat, durae ei proponuntur & aspera. Panis enim subcineritius est uita poenitentiae. In pane enim uita, incinere notatur poenitentia. Post primum somnum dormit, & iterum uigilans ambulat ad montem Dei Oreb. Primus somnus est pausa a uitijs. Secundus quo quiescunt sancti a laboribus suis in Domino mortui, & perueniunt ad celsitudinem gloriae in fortitudine panis subcineritii, id est uitae poenitentialis, qua se pro peccatis affligunt. Hic panis est proprie monachorum. Ipsi enim non inducuntur nisi dura & aspera. Panis proponitur cum cinere, id est uita cum poenitentia, qua macerare se ipsos debent per sacrificium cordis contriti, & sacrificium carnis mortificatae, ut perueniant ad sacrificium corporis Christi. Quod ut assequantur, praecedat sacrificium humilitatis in mente, afflictionis in carne, ut habeat deuotio in uiui agni

Psal. 11.

Exo. 12. 3. Reg. 19.

Panis subcineritius est uita poenitentia.

immolatione. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. qui immolatur, quia ipse est agnus, qui decima die tolli, quarta decima precipitur immolari, qui non crudus, non aqua coctus, sed igne afflatus editur. In denario sumitur propter decalogum veteris testamenti, & in quaternario propter quatuor euangelia. Agnus ergo, qui tollit peccata mundi, decima luna tollitur, quia in veteri testamento venturus praedicitur: & in quartadecima immolatur, quia in nouo testamento crucifigitur. Hic a tribus generibus hominum tripliciter manducatur. Manducatur enim crudus, aqua coctus, igni afflatus. Primum genus hominum infideles sunt, secundum stulti fideles, tertium boni fideles. Infideles crudum, stulti fideles aqua coctum, boni fideles igni afflatus. Crudus manducatur, dum purus homo creditur: aqua coctus, dum creditur etiam Deus: sed quomodo de virgine nasci, & Deus homo fieri potuit, per humanam sapientiam discutitur. Tunc enim coquitur in aqua, dum inuestigatur humana sapientia. Igne autem afflatus comeditur, cum Deus & homo passus creditur, & igne Spiritus sancti conceptus & natus. Agnus enim afflatus Christus est passus. Infideles enim quasi crudum sine sapore glutunt, qui Christum purum hominem sentiunt: stulti fideles aqua coctum accipiunt, quia humana eum sapientia inuestigare praesumunt: & boni fideles agnum afflatus tibi incorporant, qui Christum Deum & hominem Spiritu sancti operatione fideliter edentes, corpus eius & sanguinem deuote suscipiunt.

De triplici transmigratioe, & nube.
Tit. LXI.

Actu. I. **V**iri Galilaei quid statis aspicientes in celum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in celum, sic veniet &c. Galilaea transmigratio interpretatur. Hae triplices est, alia enim est in carne, alia in poenitentia, alia in charitate. Transmigratio in carne triplex, a bono statu in delectationem peccati, a delectatione in operationem, ab operatione in consuetudinem. Transmigratio quoque in poenitentia triplex est, a peccato in cordis contritionem, a contritione in oris confessionem, a confessione in operis satisfactionem. Transmigratio in charitate triplex est, a bono dolore poenitentiae in iocunditatem iustitiae, a bono opere iustitiae in spem & fidem gloriae, a contemplatione fidei, & spei ad contemplationem rei. Bona est quidem poenitentia, sed quandiu secum loquitur in amaritudine sua non est iocunda: cum vero caeperit operari, ut iam timor peccatorum absumatur a desiderio aeternorum, mox a bono doloris transmigrat in bonum iocunditatis. Prima igitur transmigratio in charitate est a bono poenitentiae in bonum iocundum iustitiae, secunda a bono opere iustitiae in contemplationem fidei & spei, tertia a contemplatione fidei & spei in contemplationem rei. Primi horum omnium transmigratores sunt

carneales, quia in carne sunt, & secundum carnem ambulant. Secundi sunt rationales, qui in carne sunt, sed secundum carnem non ambulant. Tertij mere spirituales, quorum conuersatio in caelis est. Istit duobus posterioribus transmigratoribus dicitur. Viri Galilaei &c. Isti enim Deum vident ascendentem, sed aliter primi, aliter secundi: quia dupliciter ascendit Deus, in voce tubae, & in iubilo. Poenitentibus ascendit in voce tubae, charitatiuis in iubilo. In tuba ascendit poenitentibus, quando timore Dei horribiliter intonante peccator resipiscit. In iubilo ascendit charitatiuis tribus modis: Iubilus enim alius in corde, alius in ore, alius in opere. In corde iubilat, qui conceptam laetitiam voce non potest exprimere, nec tamen potest vocem reprimeret. In ore iubilat, qui subtilia de Deo cogitans in ipso anhelat proficere, & cogitur deficere. In opere iubilat, qui ad diligendum Deum tota virtute suspirat, cum hoc in praesenti plene facere nequeat, nam in visione fidei non quantum in visione Dei diligitur. Hos modos innuit Psalmista dicens. Iubilare Deo omnis terra: cantate, exultate, & psallite. Cantate iubilo oris, exultate iubilo cordis, psallite iubilo operis. In charitate ergo ascendit Deus in iubilo ad amplectendum: eum Galilaeus verus aspiciat, ut eum iubilare faciat: ascendens Deus in nube. Nubes alia bona, alia mala. Mala triplex est. Prima voluptatis, secunda iniquitatis, tertia phantasiae. Prima est lutosa, quia hominem foedit. Secunda fumosa, quia vnde voluptates postponit, auaritiam autem & caeteras nequitias tenet, deterior efficitur, & quasi fumus oculum ita excecet rationem. In tertia vero nube, scilicet phantasiae, ij, qui nubem voluptatis & iniquitatis euaserunt, in orationibus perturbantur. Contra has nubes Dominus ascendit in bona nube: & haec triplex est, alia tonitruum, alia pluuia, alia diei. Prima horrida, secunda humida, tertia lucida. Horrida terret, humida rigat, lucida illuminat, ostendendo quantum sit iustis reposum praemium, ut perseuerantiam expectent. Contra ergo triplicem malam nubem in triplici nube Dominus ascendit. Dum igitur vir Galilaeus transmigrans in charitatem. Deum ascendentem contemplatur, quia non plene capit euanescentem ab oculo cordis sui, dolet & tristatur. Et ecce duo viri astiterunt in vestibus albis, qui charitatem consolantur. Hi sunt spes & fides, spes promissorum, fides gloriae qui inquirunt, o charitas quid hic desperando itas? crede Deum velle, scire, & posse quod promisit dare, dicit fides: speta te glorificandam, dicit spes. Verum enim ita veniet tibi dare gloriam, quemadmodum vidisti eum ascendentem in caelum. Nos itaque fratres de mala Galilaea transmigremus ad bonam, relinquentes nubes contrarias, ascendamus ad Deum in bonis nubibus, ut cum ille, qui ascendit, in iudicium aduenierit, eam nobis gloriam tribuat, quam promisit.

De

De tabula poenitentiae, de alis columbae & corui,
labroque aeneo, quod fecit Moyses de speculis mulierum. Tit. LXII.

Confitemini alterutrum peccata vestra. Haec est secunda tabula post naufragium, qua per mare huius mundi natamus, ne pereamus. haec est vna ala (nam altera est oratio) qua columba ab arca cordis sui volat ad oliuam cordis misericordiae Dei, & inde reportat ad arcam Noe, id est hominis in periculo constituti, ramum diuiniae misericordiae. Coruus, cuius vox non est poenitentiae gemitum dare, pro cantu praesentis laetitiae, potius cras cras, ab arca alis falsae spei & adulationis, ad cadauer euolat putridae uoluptatis: nec ad arcam sui cordis reuertitur, ut poeniteat & lauetur a putredine cadaueris & carnis mortuae in proposito. Sic labro aeneo, quod Moyses fecit de speculis mulierum, quae excubabant in ostio tabernaculi, ut sacerdotes ingressuri sancta sanctorum in eo prius lauarentur: Moyses legem designat. labrum aeneum est poenitentia dura, specula diuina praecpta, mulieres excubantes in ostio tabernaculi sanctae animae sunt, quae quandiu in hac uita sunt, quia aeternum tabernaculum ingredi nequeunt, amore continuo aditum regni obseruant. Mulieres istae habent specula mandatorum, in quibus dum se semper aspiciunt, foeditatis suae maculas deprehendunt & corrigunt, & quid in se caelesti uiro uel placeat, uel displiceat agnoscunt, & quasi remittentes vultus ex reddita imagine componunt. Moyses itaque de speculis mulierum, quae excubabant ad ostium tabernaculi, facit labrum sacerdotibus ad lauandum, quia lex Dei lauacrum peccatorum exhibet, per quod sanctae animae aditum supernae patriae expectantes, per considerationem diuinorum mandatorum, suas maculas & videbant, & emendabant. Dum enim lex diuina David ex diuino mandato peccatum recognoscentem, & emendantem nobis proponit, quid aliud quam Moyses labrum ablutionis de speculis illius facit? Nos itaque fumus fratres sacerdotes illi, qui sacra honorum operum vobis, & alijs dare debemus: nobis autem ingressuri sancta sanctorum, internae scilicet habitationis aditum, proponitur labrum de speculis mulierum, poenitentia scilicet per exemplum antiquorum patrum. Si igitur volumus ingredi, prius in hoc lauacro lauemus maculas cordis, quod nobis facit Moyses, id est lex illa, quae dicit, Confitemini alterutrum peccata vestra, ut sic beati efficiamur ad videndum Deum, qui uiuit & regnat. Amen.

De contemnendo mundo, & laqueis eius.
Tit. LXIII.

Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt: quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae. Pulchritudinem animae fratres, secundum quam creati sumus ad imaginem & similitudinem Dei, mundus non mundat, sed maculat. dumque imagini, qua super nos signatum est lumen vultus dominici, terrestri vultus imaginein mundus superducit, imaginem suam deturpatam Deus abijcit: & tunc hostis diabolus animam coinquinatam per mundum, eam mundi laqueis ligat, captiuat, & suffocat. Inimicus enim Dei constituitur, qui voluerit esse amicus mundi huius, per quem diabolo capitur homo, & eius dominio subiugatur. A dilectione igitur mundi volens nos retrahere Bearus Ioannes Euangelista, & eius laqueos ostendere, ait. Nolite diligere mundum: quia nemo potest duobus dominis seruire, Deo, & mundo. Alter enim ad vitam, alter trahit ad laqueos mortis. Vnde subdit: quia omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & superbia vitae. Isti sunt tres laquei. Primus concupiscentia carnis, secundus concupiscentia oculorum, tertius superbia vitae. Istorum, quem non tenuerit primus, capit secundus: & qui per gratiam Dei a duobus prioribus se excusserit, vix transiliet tertium. Concupiscentia carnis est voluptas, quam per motum illicitum caro appetit, ut gulositas, ebrietas, luxuria. Per hunc laqueum tato citius mundus ligat, quanto vicinior carni mentem apponit, tantoque periculosior quanto vicinior, Adam per gulam, Loth per ebrietatem, Salomon per luxuriam strauit. Gulositati igitur, quae captiuitatis nostrae fuit initium, per abstinentiam occurramus, ebrietati per sobrietatem, luxuriae per carnis macerationem. Multi autem sunt, quos per carnis vitia non tenet diabolus, sed per concupiscentiam oculorum ad cupiditatis laqueum trahit. Hi primum laqueum euadentes, secundo capiuntur, qui dicit concupiscentia oculorum. Per oculos enim dum aurum, & argentum, & caetera concupiscit, mors ad animam per fenestras intrat, & captiuam eam in exterioribus ligat. Super hunc ridebitur, & dicetur. Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum & caetera. Huic laqueo si occurrat consideratio creatoris, qui creatura debet pretiosior videri, cauendum est a tertio, qui sequitur per omnes. Sunt qui carnem domant, mundum respuunt, sed dum quasi de perfectione superbiunt, tertio tenentur, superbia vitae. Hoc vitium primum est recedentibus, vltimum redeuntibus. Hoc est proprium diaboli, & ideo magis cauendum, hoc est vna de filiabus Loth, quae ipsum etiam in cacumine montis strauit. His tribus laqueis capitur quicumque capitur, quia in his omnia vitia includuntur. Aut enim exterioribus, quae in mundo, aut vicinioribus, quae in carne, aut interioribus, quae in corde sunt, homo ligatur. Vltimus enim laqueus intra nos later, secundus extra nos later vel tenditur, primus iuxta nos paratus. His tribus tentatus est primus homo, & victus. His tribus tentatus est, & vicit secundus homo. His tribus tentatur, & si vult adiunatur, & vincit omnis homo. Contra gula vitium, quod est laqueus carnis, Christus desertum petit & ieiunat, respondens tentatori, quod non in solo pane uiuit homo. Contra concupiscentiam rerum exteriorum, Deum creatoris proponendum ait. Contra superbia, qua

dat, sed maculat. dumque imagini, qua super nos signatum est lumen vultus dominici, terrestri vultus imaginein mundus superducit, imaginem suam deturpatam Deus abijcit: & tunc hostis diabolus animam coinquinatam per mundum, eam mundi laqueis ligat, captiuat, & suffocat. Inimicus enim Dei constituitur, qui voluerit esse amicus mundi huius, per quem diabolo capitur homo, & eius dominio subiugatur. A dilectione igitur mundi volens nos retrahere Bearus Ioannes Euangelista, & eius laqueos ostendere, ait. Nolite diligere mundum: quia nemo potest duobus dominis seruire, Deo, & mundo. Alter enim ad vitam, alter trahit ad laqueos mortis. Vnde subdit: quia omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & superbia vitae. Isti sunt tres laquei. Primus concupiscentia carnis, secundus concupiscentia oculorum, tertius superbia vitae. Istorum, quem non tenuerit primus, capit secundus: & qui per gratiam Dei a duobus prioribus se excusserit, vix transiliet tertium. Concupiscentia carnis est voluptas, quam per motum illicitum caro appetit, ut gulositas, ebrietas, luxuria. Per hunc laqueum tato citius mundus ligat, quanto vicinior carni mentem apponit, tantoque periculosior quanto vicinior, Adam per gulam, Loth per ebrietatem, Salomon per luxuriam strauit. Gulositati igitur, quae captiuitatis nostrae fuit initium, per abstinentiam occurramus, ebrietati per sobrietatem, luxuriae per carnis macerationem. Multi autem sunt, quos per carnis vitia non tenet diabolus, sed per concupiscentiam oculorum ad cupiditatis laqueum trahit. Hi primum laqueum euadentes, secundo capiuntur, qui dicit concupiscentia oculorum. Per oculos enim dum aurum, & argentum, & caetera concupiscit, mors ad animam per fenestras intrat, & captiuam eam in exterioribus ligat. Super hunc ridebitur, & dicetur. Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum & caetera. Huic laqueo si occurrat consideratio creatoris, qui creatura debet pretiosior videri, cauendum est a tertio, qui sequitur per omnes. Sunt qui carnem domant, mundum respuunt, sed dum quasi de perfectione superbiunt, tertio tenentur, superbia vitae. Hoc vitium primum est recedentibus, vltimum redeuntibus. Hoc est proprium diaboli, & ideo magis cauendum, hoc est vna de filiabus Loth, quae ipsum etiam in cacumine montis strauit. His tribus laqueis capitur quicumque capitur, quia in his omnia vitia includuntur. Aut enim exterioribus, quae in mundo, aut vicinioribus, quae in carne, aut interioribus, quae in corde sunt, homo ligatur. Vltimus enim laqueus intra nos later, secundus extra nos later vel tenditur, primus iuxta nos paratus. His tribus tentatus est primus homo, & victus. His tribus tentatus est, & vicit secundus homo. His tribus tentatur, & si vult adiunatur, & vincit omnis homo. Contra gula vitium, quod est laqueus carnis, Christus desertum petit & ieiunat, respondens tentatori, quod non in solo pane uiuit homo. Contra concupiscentiam rerum exteriorum, Deum creatoris proponendum ait. Contra superbia, qua

suasit tentator, ut deorsum se mitteret, sicut & in caeteris ad scripturae testimonia confugit: Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Christi ergo exemplo, qui nos docuit uincere, in his tentati ad scripturae defensionem curramus, Et quia tempore abstinenciae magis tentamur, magis etiam restamus: & in deserto monasticae professionis, ubi dimisso principe uanitatis, in Iudaea confessionis cum Elia ieiunamus a cibis, ieiunemus a uitis, ut post uictoriam, & hic angelos recipiamus ministros in adiutorium, & in futuro ad gloriam, ubi gloriae libertatem recipiemus: est enim triplex libertas, naturae, gratiae, & gloriae. Prima fuit in paradiso in omnibus, secunda in mundo in quibusdam, tertia in bonis tantum in caelo. In paradiso fuit libertas collata a necessitate peccati, & poenae, in mundo a necessitate peccati non poenae, in caelo ab utroque. Libertas igitur naturae a necessitate fuit in paradiso, quando nulla ante primum peccatum necessitas patiendi, uel peccandi incumbere homini. Libertas gratiae a peccato in mundo, quia per Christum recipimus peccatorum remissionem, sub quorum iugo ut serui tenebamur. Libertas gloriae in hereditate caelo, quia tunc ab omni peccato & poena liberati, in caelesti beatitudine gaudebimus. Sed in his omnibus, si filius uos liberauit, uere liberi eritis: dicit Dominus: qui uiuit & regnat, Amen.

Libertas triplex.

De multiplici luctatione fidelium in hoc mundo. Tit. LXIII.

Non est nobis colluctatio &c. Multiplex est luctatio fidei homini in hoc mundo. Pugnat enim contra carnem, pugnat contra hominem, pugnat contra diabolum. Contra carnem sicut dicit Apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritum. Et idem. Video legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. Pugnat contra homines impios, de quibus Dominus, Si me persequuti sunt, & uos persequentur. Considerat enim peccator iustum, & quaerit mortificare eum. Habet tertium inimicum eo asperiores, quo calidiores: de quo Apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem (superintelligitur tantum) sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus. Primus itaque hostis, scilicet caro, nocet, illicitos motus incitando, secundus scilicet tyrannus, tribulationes inferendo, tertius, scilicet diabolus, tentationes suggerendo. Primus uincendus est in ieiunijs, uigilijs, laboribus, carnem domando: hoc docebat Apostolus uerbo & exemplo. Verbo, dicens, Mortificate membra uestra, quae sunt super terram, quia non sumus debitorum carni, ut secundum carnem uiuamus. Exemplo, Castigo (inquit) corpus meum, & in seruitutem redigo. Secundus autem hostis uincendus est patiente, dicente Apostolo. Non uosmetipsos defendentes charissimi, & Dominus dicente: Diligite inimicos uestrorum, & Si quis percusserit te in ma-

xillam tuam, praebe ei & alteram. Tertius quoque hostis repellendus est non consentiendo, dicente Apostolo, Nolite locum dare diabolo. Quotcunque uitiorum sagittas ille in te direxerit, tot contra eas de sanctae scripturae armario munitorem clypeos tibi oppone. Si adulterij, furtive iaculo te conatur ferire, clypeum, quo tibi praescribitur, Non mechaberis: uel quo cauetur, Non furtum facies: illi oppone. Sed ut primum uincamus, carnis nos delectatione exuamus, quia qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini. Ut uero secundum lucrumur, faciamus quod dicit Apostolus. Si inimicus tuus esuriert, ciba illum, uerbo scilicet Dei, ut ores pro persequentibus, & benedicas tibi maledicentibus. Hoc autem faciens, Carbores ignis congeres super caput eius, id est ignem charitatis super mentem eius. Ut a tertio non vincaris, habites in adiutorio Altissimi: quia qui in eo habitat, non commouebitur. Sic ergo & primum hostem vincere, & secundum lucrari, & a tertio ne vincamur, debemus sub alis defensionis eius committere, qui sicut gallina a facie milui congregat pullos suos sub alis, & quasi perdix fouet filios, quos non peperit, quali aquila prouocat eos ad uolandum.

De multiplici ingressu Christi. Tit. LXV.

Ingressus Iesus in templum cepit elicere uidentes, & euentes, & caetera. Ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto, plures sunt diuino docente eloquio: In ciuitatem, in castellum, in domum, in templum. De primo: ingrediente Domino sanctam ciuitatem. De secundo: Cum ingrederetur in quoddam castellum, occurrerunt ei decem uiri leprosi. De tertio: Ingressus est in domum pharisaei. De quarto: Ingressus Iesus in templum: & caetera, quae praemisimus. In ciuitatem ingressus est sicut rex, in castellum sicut propugnator: in domum sicut paterfamilias, in templum uel sacerdos. Quod ipse sit rex, propugnator & paterfamilias & sacerdos, pagina docet sancta. De primo Esaia. Dominus res nolter ueniet, & saluabit nos. De secundo. Mitte eis saluatorem & propugnatorem &c. De tertio. Simile est regnum caelorum homini paterfamilias &c. De quarto. Tu es sacerdos in aeternum &c. Regi diadema, propugnatori arma, paterfamilias alimentorum distributio, sacerdoti sacramentorum conuenit exhibitio. Videmus itaque cum propheta regem gloria & honore coronatum. Intelligamus propugnatorem, propheta petente: Apprehende arma, & scutum. Aduertamus paterfamilias quinque uel septem panibus turbas reficientem. Reclamamus sacerdotem semetipsum sacrificantem. Rex in diademate se praebet admirabilem, propugnator in armis praestat formidabilem, paterfamilias in alimentorum distributione se ostendit amabilem, sacerdos in sacrificio

ficio se reddit acceptabilem. Rex coronatus sedet in throno diuinitatis, propugnator expugnaturus aduersarium suum in propugnaculo crucis, paterfamilias esurientes impleturus bonis uocem suam dat in plateis, sacerdos ingreditur in templum oblaturus Deo sacrificium laudis. Duo sunt templa, alterum Salomonis, alterum Saluatoris. Templum Salomonis auro, lignis, & lapidibus constructum: Templum Saluatoris iustis hominibus. Tria sunt templa Saluatoris. Templum enim eius est corpus, quod assumpsit de uirgine, templum eius est quisque fidelis, templum eius est ecclesia uniuersalis. De primo dictum est: Soluite templum hoc de secundo, Si quis templum Dei uolauerit, disperdet illum, Deus &c. De tertio. Ecce uenit ad templum sanctum suum &c. In quo quid facturum sit, ostendit, cum paulo post subdit, Et purgauit filios Leui. Filij Leui ministri sunt altaris, & dispensatores ministeriorum Dei, quos euangelica lectione purgasse quodammodo perhibetur, cum de templo uendentes & ementes eiecit: Ideo scilicet ne ministri altaris attendentes lucra, eorum corrumpentur exemplo: quo praefiguratur & discretio, quae de bonis & de malis fiet in iudicio. Sicut enim uendentes & ementes eieciti sunt de templo, sic reprobi de medio iustorum tollentur, quando Dominus ueniet iudicare uiuos, & mortuos.

Templa duo

Saluatoris templa quos & q sunt

Ioan. 2.

1. Cor. 3.

Mala. 3.

De uerbo Dei misso in uillam, castellum, & ciuitatem: & quid differant. Tit. LXVI.

Uerbum Dei aliquando mittitur ad uillam, aliquando ad castellum, aliquando ad ciuitatem. In qua figura Iesus in uilla Galilaeae aquam in uinum conuertit. Inde in castello illud celebre miraculum fecit. Post in ciuitate ab Hebraeis mythicis obsequijs honoratur. Uilla est proprijs tantum uestita colonis, nullo munita uallo. Haec est anima naturalibus tantum uirtutibus pollens, nullo humilitatis uallo, uel ex gratia superadditae uirtutis roborata. Castellum, quod uallo munitur uel muro, sed ad latitudinem uerbis non extenditur, est anima uallo penitentiae & humilitatis, uel muro obedientiae, non uoluntate munita, quae nondum charitate dilatatur, sed angustatur timore. Ciuitas praesidijs plurimis uallat, largo sinu, & numerofo populo sub iuris aequitate & iustitia uiuente dilatatur, & colitur. Haec est anima, quae diuersis honestatis praesidijs, charitate dilatatur, & copioso & ordinato uirtutum agmine habitat. Venit ergo sermo diuinus ad uillam, ut aqua in uinum mutetur, id est de rusticitatis insipido sapore ad uirtutum feruorem ualletur, ne ab irruentibus hostibus diruatur. Venit ad castellum, ut suscitato mortuo, & etiam solutis timorum institis, spem libertatis a peccatorum uinculis solutis iniiceret. Venit ad ciuitatem, ut conseruetur ipsa, & idem sermo ibidem honorificentiam habetur, ne pulcherrimi uoluntariae obedientiae muri diuersis antiquorum exemplis roborati furtiue ab insidiantibus fodiantur. In uilla ergo obruitur cito, in castello roboratur subito, in ciuitate honoratur continuo.

Ioan. 2.

Io. 11.

Mat. 21.

Quare anima uilla, castellum, & ciuitas dicatur.

De lumine uultus diuini: de attributis Trinitatis, & uirtutibus animae. Tit. LXVII.

Uultus patris est potentia, filij sapientia, Spiritus sancti benignitas. Lumen uultus est memoria, intellectus, uoluntas. De memoria cecidit homo in obliuionem, de intellectu in ignorantiam, de uoluntate in rectitudinis abusionem. Sed Deus misit filium suum, qui attulit fidem, spem, charitatem: quibus haec imago, hic uultus signatur super nos, id est, rationi imprimitur, Fides pellit obliuionem, memoriam restituendo: spes ignorantiam fugat, intellectum purgando: charitas rectitudinis abusionem extinguit, uoluntatem releuando. Uultus itaque Trinitatis in charitate, est potentia, sapientia, benignitas. Per potentiam cuncta disposuit, per benignitatem cuncta gubernat & fouet. Sed quia ad uultum uiuendum accedere non possumus, habemus lumen, id est imaginem & similitudinem: per imaginem ipsum apprehendimus, id est per memoriam, intellectum, & uoluntatem: per similitudinem eum nobis exprimimus, id est per fidem, spem, & charitatem &c.

De seminante in spiritu, uel carne. Tit. LXVIII.

Alius est qui seminat, aliud in quo seminatur. Anima seminat: sed si in spiritu, metet de spiritu uitam. Fructus enim spiritus est gaudium, & pax, &c. Si in carne, metet corruptionem. Fructus enim carnis luxuria, auaritia, &c. Anima ergo est, quae seminat uel in carne uel in spiritu: corpus sequela est ad quodcumque delegauerit ipsum, anima dux ad ueritatem, si eam sequi uelit.

De duplici captura piscium. Tit. LXIX.

Umpitur rete praeter multitudinem piscium in prima piscatione. In secunda multi pisces capiuntur, & rete non ruimpitur: quia & hic in prima uocatione cum electis tot reprobi intrant ecclesiam, qui ipsam haeresibus scindunt: & in futuro soli electi intrabunt, qui in pacis auctore indissolubile uinculum pacis habebunt. In prima elabitur piscis, quia nouit Dominus etiam inter persequentium scadala suos seruare. In secunda autem eliguntur boni in uasis, mali autem eiiciuntur foras.

De auandis, & plicandis retibus. Tit. LXX.

Exemplo Petri in litore sedentis, praedicatori laeuanda prius, & inde tergenda sunt retia: quia post praedicationem lauare debet puluerem peccati, si que forte ex ipsa praedicatione contraxit doctor, & inde ea plicare, id est quae docuit adimplere.

De piscibus in uerbo Domini capiendis. Tit. LXXI.

Per totam noctem laborantes Apostoli nihil capiunt. Petrus autem in uerbo Christi laxat & capit.

capit, quia frustra praedicator vocis iaculum mittit, nisi verbo gratiae fuerint laxata retia.

De negociatione claustralium. Tit. LXXII.

S Negociamini dum venio. Venit Dominus in obitu vniuscuiusque vel gratus remunerator, vel terribilis damnator. Nihil morte certius. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Ut autem semper vigilemus, ac diem illam calamitatis & miseriae vitemus, pater familias quinque regiones ad negociandum destinauit, in quibus quati per nundinas cursitando inutilia reiiciant, quae vtilia sunt colligant, & tanquam prudentes negociatores sibi sarcinas referant: quarum haec nomina. Regio dissimilitudinis, praesens vita, quam quidam nimium amantes dissimiles facti sunt a Deo, & iumentis comparati descenderunt ad locum mortis. Vnde exclamat propheta. Homo cum in honore esset, &c. In hac prudenter negociatur, qui si uel parum mundus arripit, pensando discernit quam fallax vita breuis & incerta, quam vilis & nullius momenti temporalia. Regio australis claustrum vel eremus, in qua Christus suos abscondit a contradictione linguarum, postmodum admixturus consortio angelorum. Per Austrum quippe in scripturis sanctis Spiritus sanctus, & per australem plagam spirituum bonorum designatur conuersatio. Claustralis vero paradus ad suauem spirantis Austri clementiam quasi tot floribus vernat, quot virtutibus abundat. Regio expiationis, locus non homini, sed Deo notus, in quo sunt animae quorundam, qui saluandi sunt, quibus conferunt sacrificia, & eleemosynae. Sed in hac plaga bonus negociator vendibilem superat sarcinam, cum induit affectum compatiendi. Regio gehennalis carcer est damnatorum, de quo & in quo nulla patet redemptio. Est etiam alius carcer mundus iste, in quo tenemur exules, & captiui, sed ad tempus. Mundus itaque carcer est captiuorum, infernus damnatorum. Res mira, seuera, & non sine tonitruo timoris audienda. Ad plagam istam recurendum est consideratione subtili, quoties diabolus mala suggerit, ut homo sic cohibeatur a peccato, & negocietur sibi odium peccati. Regio supercaelestis, mater nostra est Hierusalem. In hanc regionem colligat sibi dulcissima, scilicet amorem Dei. Has quinque regiones plustrare debemus, de quarum singulis singulas referamus sarcinas. De regione dissimilitudinis contemptum mundi, de regione australi formam bene viuendi, de regione expiationis affectum compatiendi, de regione inferorum odium peccati, de regione supercaelesti amorem Dei.

Hot, ut negociari possit, quinque sunt a Deo regiones destinatae.

Pfal. 48.

Auster & plaga australis in sacris scripturis ad significent.

Carceres duo.

De tribus Christianae perfectionis statibus. Tit. LXXIII.

A Dominus dicit. Ecce ego hodie & cras demonia eiicio, & sanitates perficio: & tertia die consummor. Et Apostolus, Donec occuramus om-

nes in virum perfectum. Tres status Christianae perfectionis in his notantur: vnus in futuro, ubi triumphabimus: duo in praesenti vbi meremur. Primus in poenitentia, secundus in iustitia, tertius in gloria. In primo daemonia eiicit: in secundo sanitatem perficit, cum per misericordiam iuste viuere facit, in tertio consummabit, cum nos coronabit: quos in sua passione, dormitione, & euigilatione ostendit. In cruce patiens de diabolo triumphauit, in sepulchro quieuit, in resurrectione exultauit: ita nos poenitentia, qua diabolum vincimus, cruciat: iustitia, qua a malis quiescimus, tranquillat: vita aeterna, vbi Deus videbitur, iocundabit. Hinc primus horum trium status agit de poenitentia, cuius vox. Miserere mei Deus: Secundus de misericordia & iudicio: cuius vox est Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Tertius de vita aeterna: cuius uox. Omnis spiritus laudet Dominum. Hinc in veteri testamento tres praecipuae festiuitates celebrabantur, Pascha, Pentecostes, scenophegia. In prima comedebant lactucas agreles, & spicas igni tostas offerebant: per quae significatur carnis mortificatio, & poenitentiae amaritudo. In pentecoste noui panes de nouis frugibus offeruntur, p quod intelligitur status iustitiae, per qua in nouitate vitae ambulamus. In scenophegia de cunctis frugibus anni offerebatur: per quod status gloriae: quando venient cum exultatione portantes manipulos suos: Hac sunt opera Samaritani, qui prius vipum, inde oleum fudit, postea ait. Vade, sanus factus es. In vino feruor poenitentiae, in oleo lenitas iustitiae, in tercio significatur perfectio.

Ephe. 4.

B Psal. 50. Pf. 100. Pf. 150.

C Veteris testamenti festiuitates celebrabantur, Pascha, Pentecostes, scenophegia. In prima comedebant lactucas agreles, & spicas igni tostas offerebant: per quae significatur carnis mortificatio, & poenitentiae amaritudo.

Pf. 125.

De quadruplici tristitia & gaudio. Tit. LXXIII.

Tristitia vestra vertetur in gaudium. Quadrupertita est tristitia. Prima est praesura: de qua dicitur: Mulier cum parit tristitiam habet, ita & vos nunc tristitiam habetis. Secunda est poenitentiae: vnde: Gaudeo quia tristati estis ad poenitentiam. & Quae secundum Deum est tristitia, poenitentiam in salutem stabilem operatur. Tertia est desperationis: vnde: Seculi tristitia mortem operatur. Quarta damnationis. vnde: Ibi erit fletus, & stridor dentium. Gaudium similiter quadripartitum est. Primum dissolutionis: vnde. Vae uobis, qui ridetis. Secundum praesumptionis: vnde, Lertantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Tertium est conscientiae: de quo, Gaudeo (inquit) in passionibus pro uobis. Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Quartum pacis, & gloriae. Ergo tristitia praesurae conuertitur in gaudium conscientiae. Tristitia poenitentiae operatur gaudium pacis, & gloriae. Gaudium uero dissolutionis nonnunquam vertitur in tristitiam desperationis: & gaudium praesumptionis in tristitiam diffidentiae: at tristitia desperationis consummatur in tristitiam damnationis: gaudium uero conscientiae in gaudium lucis gloriae.

D Ioan. 16. Ibidem.

2. Cor. 7

Ibidem. Matt. 28

E Luc. 6. Prou. 2. Col. 1. 2. Cor. 1

De triplicis regni acquisitione. Tit. LXXV.

PRimum quaerite regnum Dei, & iustitiam eius. Triplex est regnum, potentiae, gratiae, gloriae. De primo dicitur: Regnum tuum regnum omnium seculorum. De secundo. Regnum Dei intra vos est. De tertio. Regnum meum non est de hoc mundo. Regnum potentiae est in omni creatura, regnum gratiae in praesenti ecclesia, regnum gloriae in vita aeterna. Regnum potentiae tripliciter quaeritur, per superbiam, per fraudem, & per hypocrisim. Per superbiam ut ipse, qui est rex inter omnes filios superbiae: Sedebo (inquit) ad Aquilonem, & ero similis Altissimo. imitantur autem illum, qui sunt ex parte eius. Per fraudem Herodes. Per hypocrisim ut antichristus, & omnes hypocrite cum illo. Regnum autem gratiae & gloriae quaeritur per poenitentiam & confessionem ut latroni in cruce, qui per violentiam illud rapuit. Sunt qui hoc duplex regnum Dei nequaquam quaerunt, sed lucrum seculi. Alij non primo regnum Dei quaerunt, sed rerum lucrum & usum. Alij utrumque quaerunt, sed primo lucrum seculi. Alij primo regnum Dei. Primi sunt carnales, secundi sunt singulares, tertij sunt aiales, quarti spirituales. Propter primos, qui nunquam regnum Dei quaerunt, dicitur, Quaerite. propter eos, qui primo aliud quaerunt, subdit, primum regnum. propter eos, qui regnum seculi quaerunt, adiungit, Dei. propter eos, qui non Dei, sed seculi, vel suam iustitiam quaerunt, addit, & iustitiam eius.

Regnum Dei quo quaeratur.

Iustitia triplex.

Est enim iustitia ad seculum, est ad seipsum, est ad Deum. Iustitiam ad seculum quaerit, qui humano vult iustificari iudicio, & terrenis anteponit caelestia, ita ut illa sumat ad usum necessitatis, non ad fructum utilitatis. Hic dum vnicuique reddit quod suum est, necessitati temporalia, utilitati aeterna, per iter iustitiae festinat ad regnum gloriae. Et ut quaedam summa comprehendatur. Alij neque regnum quaerunt Dei, neque iustitiam eius, ut carnales. Alij regnum Dei quaerunt, sed non eius iustitiam, ut singulares. Alij regnum Dei, & iustitiam eius quaerunt, sed non primum, ut animales. Alij primum, & regnum Dei, & eius iustitiam quaerunt, ut spirituales.

De triplici statu animae & de ratione poenitentiae faciendae. Tit. LXXVI.

Tres sunt status animae, in corpore, seposito corpore, & recepto corpore. Primus datus est ad agendam poenitentiam. Reliqui duo ad habendam requiem vel poenam, prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Ad agendam vero poenitentiam tria sunt necessaria. Tempus, locus, & corpus. Quod tempus est necessarium dicit Apostolus. Ecce nunc tempus acceptabile &c. Similiter & de loco, & de corpore idem dicit. Omnes oportet nos manifestari ante tribunal Christi, ut referat quisque propria corporis prout gessit. Sed de hoc loco loquitur scriptura, dicens. Si ascenderit super te spiritus potestatem habentis: locum tuum ne dimiseris. Porro tempus in tria diuiditur, in praeteri-

Ad agendam poenitentiam tria necessaria qua.

2. Cor. 6. 2. Cor. 5. Eccl. 10.

tum, in praesens, in futurum: horum nullum perdit quisquis recte poenitentiam agit. Nam praeteritum quidem, quod perdiderat, restaurat, dum in amaritudine animae suae omnes annos suos recogitat. Praesens autem tenet per exercitium operis, futurum vero per constantiam boni propositi. De praeterito loquitur Apostolus cum dicit: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Ad praesentis uero temporis operationem hortatur nos, dicens, Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Futuri autem nos monet Dominus, cum dicit. Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Corpus quoque necessarium est ad agendam poenitentiam. In corpore enim possumus mala pati pro expurgandis commissis delictis, & bona operari pro adipiscendis aeternae vitae praemijs. Quae autem anima corpore caret, quomodo dignos fructus poenitentiae agere valeret? Et notandum quod poenitentia, quae per corpus geritur, breuis est & leuis. Breuis, quia per corporis mortem breuiatur: leuis, quia per societatem corporis fertur facilius. Grauis siquidem esset poenitentia, si eam solus animus portaret. Cum vero & ipsi & corpori eius partitur pondus, quanto magis corpus inde oneratur, tanto amplius animus exoneratur. Locus etiam poenitendi non quidem necessarius, sed utilis, est locus ecclesiae. Tempus autem est tempus vitae praesentis; nam quisquis dum in corpore uiuit, poenitentiam agere negligit, nullum in futuro salutis remedium habere poterit.

Ephe. 5.

Galar. 6.

Mart. 10

Qua ad orationis puritatem sint necessaria. Tit. LXXVII.

AD hoc ut oratio sit pura, tria videntur mihi necessaria, quibus orationis intentio firmiter est affigenda. Considerare namque debet is, qui orat, quid petit, & propter quid petit, & ipsum, quem petit. In eo autem, quod petit, duo debet attendere, ut secundum Deum sit, quod postulet, & ut hoc ipsum in summo desiderio habeat. Verbi gratia. Si mortem inimici, si lesionem seu deiectionem proximi orando quis petierit, non est secundum Deum talis oratio, cum ipse praecipiat & dicat: Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos, Orare pro persequentibus & calumniantibus uos. Si remissionem peccatorum, Si Spiritus sancti gratiam, si virtutem, atque sapientiam, si fidem, veritatem, iustitiam, humilitatem, patientiam, mansuetudinem, &c. spiritualia charismata quaesierit, & ea uehementer cogitando affectauerit: haec secundum Deum est oratio, & haec uere meretur exaudiri. De huiusmodi orationibus loquitur per Esaiam Dominus: Antequam clament, ego exaudiam. Sunt & alia, quae cum desunt, & petuntur a Deo, dantur: & possunt esse uel non esse a Deo, quantum duntaxat interest finis, ad quem referuntur, ut corporis sanitas, pecuniae, ceterarumque rerum affluentia. quae etsi a Deo sint, non tamen sunt magni pendenda, nec ex desiderio possidenda. Similiter & in ipso, quem petit, debet duo considerare, bonitatem, quae gratis uelit, & maiestatem, quae plene possit dare quicquid petitur. Sed in seipso, qui

In eo, quod petit, duo sunt attendenda.

Matt. 5.

Esa. 65.

In eo, quae petit, & in ipso, qui petit, duo sunt attendenda.

qui petit, debet nihilominus duo attendere, id est vt pro suis meritis nil se accepturum putet, & vt de Dei misericordia tantum quicquid rogauerit se impetraturum speret. Tunc ergo dicitur cor puru, quando hac tria, quae dicta sunt, cogitat. Qui in hac puritate, & intentione cordis orauerit, exaudiri se sciat, quia sicut testatur Petrus Apostolus. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.

A&. 10.

De suscitato a morte anima. Tit. LXXVIII.

Mors animae est obliuio: de qua morte suscitatus hoc modo agnoscitur, per memoriam sentit, per obedientiam audit, per intelligentiam videt, per circumspectionem olfacit, & gustat per dilectionem.

De quatuor voluntatibus hominis. Tit. LXXIX.

Quatuor sunt genera voluntatis humanae. Sicca in reprobis & terrenis, quorum corda nullo rore gratiae perfunduntur. Recta in inchoantibus, quae vitae pristinae obliquitatem relinquentes ad boni operis rectitudinem mutatione voluntatis assurgunt. Deuota in proficientibus, qui vsu orationis assidue in amorem bene agendi concilius eriguntur. Perfecta in consummatis, qui penè nil aliud nisi Deum cogitantes, in ipso totius desiderij sui finem reponunt. Inter siccam & rectam voluntatem quoddam firmamentum est, vt qui volunt transire non possint, peruersa, scilicet intentio, inter rectam & deuotam inolita male agendi consuetudo, inter deuotam & perfectam corporalis relectio. Quae tria dum quasi lapides duri in via nostri corporis se opponunt, ne de virtute in virtutem ascendamus, impediunt.

De quatuor, quibus seruiamus. Tit. LXXX.

Quatuor sunt, quorum in hac vita obsequijs deseruiamus, caro, mundus, diabolus, Deus. Carni militamus, gula illecebris seruiendo, luxurie stimulis obsequendo. Mundo militamus, auaritia rebus anhelando, honoris altitudinem affectando. Diabolo militamus, bonorum profectibus inuidendo, & contra Deum superbiae spiritu intumescendo. Deo militamus pietatis operibus humiliter insistendo, praeter aeras virtute spiritus oppugnando. Hinc & linguli principes isti donatiua propria: caro suis tyronibus elargit momentaneam voluntatem, mundus transitoria sublimitatem, diabolus captiuitatem perpetuam, Deus interminabilem felicitatem. haec sola ponderat.

Carnis, mundi, diaboli, & Dei donatiua suis tyronibus largita q.

De titillationum carnis causis. Tit. LXXXI.

Motus & titillatio carnis nostrae tribus ex causis contingit. Ex praecedenti cognitione, de-

formes & illicitas imagines intro trahedo, in quarum retractione turpiter commouetur. Ex ventris plenitudine: quia cum venter ciborum cumulositate distenditur, caro lasciuens admodum luxuria concitatur. Ex maligni spiritus impugnatione: quia quo iustos superare se minus posse considerat, eo per carnis titillationem eos grauius impugnat.

Quomodo ascendendum de conualle & de deserto, & quod triplex desertum. Tit. LXXXII

De conualle plorationis ascensuri semper ad altiora tendere & anhelare debemus. Est enim quasi quoddam desertum via ista mortalis, de qua dicitur. Terra deserta, inuia & caetera. Sed triplex est species desertorum. est quippe desertum momentanea vanitas, quam despiceret vitae moderatione debemus: de quo deserto ascendere nos oportet sicut dicitur, Quae est ista, quae ascendit per desertum delicijs affluens, innixa super dilectum suum? Delicijs affluimus, cum virtutibus abundamus: super dilectum innitimur, cum Deo ascribimus quicquid boni operamur. Est aliud desertum Christianae simplicitatis, humilitas: vocata desertum, quia ferè nullus est Christianus, qui studeat illud bonum plene operari. Per hoc desertum necesse est, vt ascendamus. Vnde dicitur, Quae est ista, quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae, & thuris, &c. Sicut virgula fumi ex aromatibus ascendimus, cum virtutum studio & disciplina exercitati proximos ad bene agendi similitudinem incitamus. Est aliud quoque desertum, innocentiae purioris simplicitas vel integritas: ad hoc debemus ascendere, quia ad veram medicinam, vt simus sancti corpore & spiritu, debemus anhelare. Ascendamus ergo de deserto momentaneae vanitatis per desertum humillimae simplicitatis ad desertum integerrimae puritatis.

Psal. 62.

Cant. 8.

Cant. 3.

De sagittis, quibus vititur Dominus. Tit. LXXXIII.

Dominus noster habet proprias sagittas, quibus hostes suos vulnerat, & in brachio virtutis impugnat. Sunt autem tres sagittae, quibus hostes fauciantur: stimulus amissae pecuniae, quia ualde tristatur, dum instrumenta viuendi, & satellites volupratum, & diuitias amissae reminiscitur: sequitur pestis corporalis molestiae, quae ut eius vias ex animi potestate sopiat, eum, quem ad peccatum festinare considerat, per corporis contritionem flagellat: sequitur malleus infernalis memoriae, quia cum se homo vndique circumseptum pondere peccatorum corporalium pensat, et ad illam, quae sine caret, angustia oculos conuertens, horribile gehennae fornacem timida secum consideratione pertractat.

De ebriatis uino. Tit. LXXXIII.

Non uno eodemque modo omnes, qui ebrii sunt, inebriantur. Aliud est uinum malitia, quod

quod effluit de uite nequitiae, & a diabolo initium habuit, qui amaritudines peccati & mortes humano generi propinauit, quo inebriantur iniqui con similes Holoferni. Aliud est uinum molestiae, quod emanat de labrusca conditionis humanae, quae de suo acetum iniquitatis apposuit: hoc uino quisquis inebriatur, non in iuste, sed merito peccati sui a Deo poenam pati comprobatur. Aliud est uinum gratiae, quod ex botro cypri, id est ex conditoris largitate discurret: & hoc est mustum, quo sponsi filij inebriantur, quod mittitur etiam in utres nouos.

De gradibus bonae condescensionis. Tit. LXXXV.

Septem gradus descensionis habet humilitas, abiectionem rerum exemplo Apostolorum, abiectionem vestium sicut Elias & Ioannes Baptista, compassionis & cooperationis exercitium vt Paulus deiectionem in prosperis ad modum Dauid pauperis regis, patientiam in aduersis sicut Iob & Tobias, proprium obhorreere consilium, & propriae uoluntatis affectum.

De quinque contra peccatum praelys. Tit. LXXXVI.

Praelia virtutis, quibus arma peccati expugnantur, sunt haec. Plena peccati cognitio, quae expellit tenebras voluptatis. Poenitentialis afflictio contra dulcedinem carnalitatatis. Humilis & uera confessio contra venenum iniquitatis, quod potauimus. Sufficiens & digna correctio contra imitationem pristinae uoluptatis. Perseuerantiae plena successio, ut perfecta subrogetur custodia sanitatis.

De diuersitate gradientium ad Deum. Tit. LXXXVII.

Non omnes uniformiter gradiuntur ad Deum. Quidam tardo & pigro passu, sicut illi qui terrenorum curis impliciti vis aliquando respirat, aut respiciunt vt Dei recordentur. Quidam modesto incessu, sicut ij, qui Dei seruitio mancipati sunt, & Deo quidem seruiunt, sed tamen erga se ipsos indulgentiores exiunt. Et alij veloci & rapido cursu properant, sicut ij qui super carnem suam se intuentes, & se & transitoria contemnentes, celesriter proficiscuntur ad Deum: hoc solummodo cupientes, in pace quiescere in idipsum.

De triplici praelatorum timore. Tit. LXXXVIII.

Triarius est timor praelatorum. Ne audietium animos exquisitorum uerborum apparatus commoueat. Ne interni iudicis oculos immoderati vsus offendant. Ne iustitiae retributio in praesenti eis fiat.

De triplici sanctorum dolore. Tit. LXXXIX.

Triiformis est sanctorum dolor: quia distant de paradiso: quia detinentur in exilio: quia differuntur a regno.

Quasi in Christo montium monte. Tit. XC.

Mons coagulatus, mons pinguis &c. In monte montium Christo fuerunt hoc duo, coagulatum passionis, & pinguedo sanctitatis. Item, Tres uittululus nouellus, vitulus de armento, vitulus saginatus.

De uarijs portis. Tit. XCI.

Portas suas habet mundus, quibus stulte ingredi nititur ad Deum. Quae sunt corrupta sensualitas, & incesta cupiditas. Vnde est, Appropinquauerunt usque ad portas mortis. Porta inferi sunt caeca dispensatio, & dura obstinatio. Porta inferi non praeualebunt aduersus eam. Porta caeli sunt humilis potentia, quae est porta ferrea ducens ad uitam, & amoris concordia, quae est porta orientalis.

Z Mundi, in feni, & ppa radi si porta qua. Pl. 106. Matt. 16.

De tribus lucernis. Tit. XCII.

Tres sunt lucernae. Regula disciplinae in Christo, quae accenditur ut dragma perdita inueniatur. Forma veritatis, quae posita est in euangelio super candelabrum. Scientiae puritas in corde bono, quae illuminatur a Domino.

De modis, quibus interrogat Deus. Tit. XCIII.

Tribus modis interrogat nos Deus. Promulgatione praeccepti, ut nota nobis obedientia fiat. Iniectione flagelli, ut patientia nostra proximis innotescat. Reuelatione secreti, ut se nobis virtus humilitatis aperiat.

De aduersitati opponendis. Tit. XCIII.

Aduersitati tria sunt opponenda. Electorum Agones & angustiae, quas patiuntur, qui pie viuunt. Redemptoris afflictiones & molestiae, quas ei fauissimi principes intulerunt. Dispositio moderatricis iustitiae, cuius altitudinem quasi virgae Ioseph summum non discutere, sed adorare debemus. Haec sunt illa tria ostia, ueltes, & termini, quibus Dominus circumdat mare iniquitatis humanae.

Iob. 38.

De tribus postulandis ab electis. Tit. XCV.

Electi tria postulant, quae fiant pro tempore futururo: quod in eis mortale est a uita poenitus absorberi, perennis gloriae compensatione ditari. Deum insatiabiliter licuti est contemplari.

De

De tribus frustra optatis. Tit. XCVI.

Reprobi tria optare dicuntur. Voluptatem corpoream sibi ad sufficientiam cumulari. momentaneam gloriam ad beatitudinem suffragari, mores suos, & opera nullo post se iudicio reprobari.

De tribus agendis Christiano. Tit. XCVII.

Imitator Christi debet tria agere. Simplicis innocentiae sensum tenere, vt cum Christo puer efficiatur. Abiectum & humilem habitum amare, vt infantiae Christi vilibus pannis inuoluatur. In disciplina simpliciter ambulare, vt cum Christo positus in praesepio inueniatur, cuius beati spiritus visione satiantur & dulcedine inebriantur.

De Christi attributis. Tit. XCVIII.

Christus quandoq; dicitur germen seu radix, iuxta illud. In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Qnq; lignu vel truncus: vt ibi, Sapientia est lignu vitae. Quandoq; flos, vt Ego sum flos capi. Fructus quandoque, ut supra dictum est. ¶ Eueatus est Christus in crucem, iuxta illud. Cum exaltatus a terra fuero, omnia traham ad meipsum. Exaltatus fuit a terra in resurrectione, iuxta illud. Propter qd exaltauit illum Deus &c. Exaltatus fuit in ascensione, iuxta illud. Eleuata est magnificentia tua super caelos. Exaltatus in Apostolorum praedicatione, iuxta illud. Exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

De differentia surgendi, exurgendi, resurgendi, insurgendi, assurgendi, & consurgendi. Tit. XCIX.

Surgimus a sede, exurgimus a somno, resurgimus a morte, insurgimus ad vindictam, assurgimus ad honorem, consurgimus ad auxilium.

De conditionibus fumi in peccatore. Tit. C.

Fumus oritur ex igne, ascēdit, & euanescit. Hæc tria habet peccator, siue peccatrix. Oritur, n. ex flama concupiscētia, iuxta illud. Ascēdit fumus in ira eius. ascēdit, iuxta illud. Vidi impiū super exaltatum. Euanescit, iuxta illud. Et transiui, & ecce non erat. Sed cum fumus duobus modis deficiat, deficit enim a natiuitate, quandoque per claritatē diffunditur & deficit, quandoque penitus euanescit, vno tm modo peccator deficit, deficit. n. a peccato, qñ non potest peccare absorptus in gehennam.

De funiculi significationibus. Tit. CI.

Funiculus dñr virtutes, iuxta illud: Funiculus triplex difficile rumpitur. Funiculus ē dñr peccata, iuxta illud. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Dñr etiam bona temporalia. Vnde dñ; Væ

vobis, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Funiculus ē dicitur forma, gratia, siue hereditas. Vnde Psal. Funes ceciderunt mihi in præclaris. Psal. 15.

De fide, & fidei intelligentia. Tit. CII.

Aliud est fides, aliud est intelligentia fidei. Ad fidem tenentur ēt laici, ut credant articulos fidei, s. natiuitatem, passionem, &c. Ad intelligentiam fidei tenentur maiores, ut prælati. Illi. n. tenentur habere & fidem, & fidei intelligentiam.

Bonum quadrupliciter dici. Tit. CIII.

Bonum quadrupliciter accipitur. Dicitur. n. bonum essentialiter, ut Deus: denominatiue, ut quaelibet creatura dicitur bona, quia a summo bono est, iuxta illud. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erat ualde bona. Vsu, ut equus dicitur bonus, quia eius bonus usus est. Effectu, ut iustitia, & ceteræ uirtutes, quia faciunt bonum. Deus autem dicitur tripliciter bonus: in sua natura, bonitas. n. eius est ipsa deitas: & ipse est bonus in se & per se: dicitur item bonus, quia dat, & quia facit bona.

De differentia inter logicum & theologum. Et de triplici intellectu. Tit. CIIII.

Hæc differentia est inter logicum & theologū: P quod logicus prius intelligit quàm credat, theologus uero prius credit, post intelligit, iuxta illud, Credite, & intelligetis. Licet secundū quosdam intellectus debeat precedere fidem Ad hoc etiam, ut fides actu habeatur de aliquo, primum oportet scire quod ipsum sit, secundo credere, tertio intelligere quid ipsum sit, quod plene erit in patria. Intellectuum uero alius est purus, quo comprehenditur forma, & subiectū: alius purior, quo comprehendimus angelicam naturam: alius purissimus, quo contemplamur quodammodo diuinam naturam. Primus dicitur cor imum, secundus medium, tertius altum.

De triplici similitudine. Tit. CV.

Similitudinum alia est æqualitatis, alia imitationis, alia contrarietatis. Prima cōuenit filio Dei. Vnde dñ. Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Secunda conuenit hoī: est. n. creatus ad imaginē Dei. Tertia cōuenit diabolo: cum. n. Deus sit author & principiū bonorū, diabolus a simili p contrarium est author oīum malorum. Prima, licet sit optima, nulli est appetēda, quam quia hō uoluit hñe, cecidit in peccatum. Cum ēt esset seruus noluit hñe dñm, sed credens suggestioni diaboli dicitis, In quacunq; hora comederitis, eritis sicut dii, scientes bonū & malum, uoluit æquare Deo p scientiam. & ita eū filius sapientia sit patris, fuit ei quasi occasio ruinæ, quare cōgruū fuit, ut a filio redimeret. Vnde Ionas in persona filij loquens ait. Propter me orta est tempestas, proiicite me in mare. Ionas Chrm significat, mare mundū. Propter Chrm aut occasio-

occasionaliter orta est tempestas in mundo, cum homo suggestionem dæmonis uoluit superbe æquare Deo: fuit ergo necessarium, ut ipse in mare, id est in mundum mitteretur, & sedaret tempestatem, ad est reformaret pacem inter Deum & hominem.

De triplici baptisate. Tit. CVI.

Triplex est baptisus, fluminis, flaminis, & sanguinis. Fluminis in aqua, flaminis in penitentia, sanguinis in martyrio. Nō quod baptisus sit nisi in aqua, sed quia illa supplet vicem baptisui. Vnde illud euāgelio sic est supplendum uel exponendū. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, id est, nisi quis renatus fuerit ex illa scilicet uirtute, qua regenerantur illi, qui baptizantur ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit &c.

De quadruplici mutatione. Tit. CVII.

Quadrupliciter fit mutatio. Est enim mutatio diuina, physica, magica, moralis. Mutatio diuina duplex est, altera alternationis, altera transubstantiationis. Mutatio alternationis fuit in Cana Galilææ, ubi de aqua factum est uinū, quia muta ta sunt substantialia natura manente. Mutatio trās substantiationis fit in eucharistia: panis enim & uinum transubstantiantur in carnem & sanguinem Christi. Mutatio physica id est naturalis fit, cum de aqua fit glacies, de glacie crystallus. Mutatio magica fuit quando Magi Pharaonis mutauerunt virgas in serpentes. Mutatio moralis est, secundum quam philosophi aut poetæ dicunt quosdam mutatos in fues, ut socios Vlyssis, ut potē in luxuriosos, quandam in ceruum, ut Acteonem, qui omnia sua expendit in uenatione. Lycaonem in lupū propter ferocitatem.

De multiplici debito. Tit. CVIII.

Multipliciter dicitur debitum. Est enim debitum cōmissi, omissi, meriti, congrui, voti, pcepti, promissi. Ratione cōmissi sacerdos debet cantare missam. Ratione omissi monachus debet uapulare, si delinquat in ordine. Ratione meriti quilibet debet retribuere amico suo beneficium acceptum. Rōne congrui debet esse miles, qui est aptus ad ferenda arma. Ratione voti ille, qui uouit se nō cognoscere uxorem suam in quadagesima, debet illud obseruare. Ratione pcepti debemus habere dilectionem Christi, & proximi. Ratione promissi Deus debet nobis uitam æternam, si obseruamus eius pcepta.

De affectione expectantis Deum. Tit. CIX.

Homines Deum expectantes debēt esse suspēsī, quando ueniet: dubij, an ipsos deserat: hilares & deuoti, diligentius adornati, terrena aspernantes. in eo nuptialem præsentia, familiarem gratiam, liberalē munificētia summopere desiderātes.

De tribus nuptijs, & de varijs uerbis Dei. Tit. CX.

Tres sunt species nuptiarum. Prima reconciliationis per fidem: in qua sunt tria fercula, peccatorum ablutio, gratiæ consequutio, naturæ reformatio. Secunda adoptionis p spē: in qua sunt tria, eloquij diuini consolatio, alimonæ celestis cōio, dulcedinis internæ prælibatio. Tertia glorificationis perfectæ per charitatē: cuius hæc tria fercula sunt, æterna incorruptio, uera glorificatio, perpetua Dei uisio. ¶ Verba consolationis Dei sūt, ablutio culpæ, restitutio græ, exilij euasio, cōsequutio regni, cōfortiū diuinitatis, adeptio æternitatis.

De tribus armis fidelium. Tit. CXI.

Arma fidelium sunt tria. Sapientiæ plenitudo, A qua est funda Dauid, de qua sententiarū lapides emittuntur. Patiētiae fortitudo, quæ est baculus, quo luporū rabies propulsa. Charitatis amplitudo, quæ est pera Dauid, de qua orōnes pferunt.

De tribus prælato necessarijs. Tit. CXII.

Tria sunt prælatis necessaria. Via fidei, doctrina: sinceritas, vt inhabitent in eadē regione. Studiose bene operandi sedulitas, vt uigilias cum pastoribus celebrent. De salute subditorū diligens curiositas, vt custodiant & conseruent gregē suū.

De tribus speciebus pœnitentiæ. Tit. CXIII.

Tres sunt species pœnitentiæ. Simulatoria & infructuosa, cuius exemplum est in Esau, & falsis credulis. Et desperata, sicut in Cain, & Iuda. Vtilis & consummata, sicut in Maria Magdalena, & Zachæo. Cuius partes sunt quinque: contritio in corde confessio in ore, maceratio in carne, correctio in opere: perseverantia in uirtute.

De tribus mirabiliter mutatis. Tit. CXIII.

Tria sunt mirabiliter mutata. Sublimitas in D humilitatem, quando uerbum carnem assumpsit. Contemptibilitas in maiestatem, quando se homo Deus coram discipulis transfigurauit. Mutabilitas in æternitatem, quando Christus post resurrectionem cælum regnaturus ascendit.

De tribus impediētibus pœnitentiā. Tit. CXV.

Tria sunt, quæ pœnitentiā obruunt. Anxietas nimia, doloris exactio ad mensuram innocentis, indignitas inferentis.

De triplici ascensu Domini. Tit. CXVI.

Triiformis ascensus Domini. Victoriosus, quo ascendit super aera: spiritualis, quo ascendit super cælos cælorum: gloriosus, quo ascendit super pennas uentorum.

De regni caelorum acquisitione. Tit. CXVII.

Regnum caelorum alij violenter rapiunt, ut pauperes spiritu. Alij merentur, ut illi qui faciunt amicos de mammona iniquitatis. Alij furantur, ut mulier quae tetigit furtim vestimenti dominici simbra. Alij ad ipsum compelluntur, ut pauperes seculi.

De instrumentis vindictae dominicae. Tit. CXVIII.

Horia sunt, quibus Deus vindictam exercet in hostes. Lauacri salutaris remedium, quod obruit diabolos velut mare rubrum occidit Aegyptios. Poenitentiae condignae exercitium, quae velut sulphur peccati foetores interimit. Distinctionis extremae iudicium, quod obduratos velut ignis ad vocem Eliae inuoluit idololatras.

De triplici lecto anime. Tit. CXIX.

Lectus animae tripertitus est, quo pausat. Graviditas debilitatis compositione, quam sibi languidus iam sanatus substernit. Tranquillitas quietae conscientiae, in qua fugiente David statua eius ponit. Hoc est cui duae fulturae supponuntur, de praeterito securitatis & fiduciae ampliatio, de futuro remunerationis & praemij certitudo. Cervical quod supponitur capiti, est diuinae & familiaris gratiae largitudo. Lectus tertius humilitas inanis gloriae, quae est lectus floridus, quem sexaginta fortes ambiunt.

De duobus fluminibus, quibus se lauant peccatores: & quibus iusti. Tit. CXX.

Fluuij, quibus se peccatores lauant, duo sunt, fluxus compositionis & lasciuiae, item pestis adulationis & fallaciae, qui sunt Abana & Parphar fluuij Damasci. Fluuij quoque, quibus iusti se balneant, duo sunt, inuectio compositionis & contumeliae, suauitas consolationis & gratiae, qui sunt Chore & Dathan filij leui.

De quatuor herbis aut floribus in horto dominico crescentibus. Tit. CXXI.

Quatuor species sunt herbarum in orto Domini. Puritas corporalis munditiae, quae est quasi lilium. Gratia specialis innocentiae, quae est quasi hyssopus. Veritas libera eloquentiae, quae est quasi viola. Iustitia operationis continuatae, quae est quasi rosa.

De tribus paradisis. Tit. CXXII.

Paradisorum genera tria sunt. Voluptuosa dulcedo visibilium, quae irrigatur sicut hortus deliciarum. Sincera puritas spiritualium, quae in se conseruat hominem. Deliciosa veritas supercaelestium, vbi Paulus audit arcana verba, quae non licet homini fari.

De rerum nostrarum furibus. Tit. CXXIII.

Latroes, qui nobis optima quaeque furantur, quatuor sunt. Hebetatio intellectus, discordia tollens nobis scientiam veritatis. Hic latro apud Psalmistam vocatur negocium in tenebris. Indomitae carnis lasciuia rapiens meritum integritatis, & demonium dicitur meridianum. Favorabilis iactantia, tollens plenitudinem sanctitatis, & dicitur sagitta volans in die. Vitae huius amor & appetentia, rapiens praemium aeternitatis, & dicitur timor nocturnus. Hi sunt latrones sine intermissione insidiantes.

De tribus panibus. Tit. CXXIII.

Tres sunt panes, quos de via veniens quaerit a micus, charitas, humilitas, continentia.

De assumptione, & decem praconijs Mariae semper virginis. Tit. CXXV.

Assumpta est Maria in caelum. Felix dies, & praeteritis diebus felicior, in qua virgo virginum, sancta sanctorum, misericordiae mater assumit, in qua cella aromatica, paradisi deliciarum, angelorum gloria, ad regalis solij celsitudinem sublimatur. Haec est Domina nostra, haec est virgo, quae singulari privilegio comitantibus angelicis choris hodie ad dexteram filij peruenit. Nam vniuersorum rex, & eius filius, & Dominus caelorum cum tota caelesti curia huic hodie occurrit dicens. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Hodie Domina nostra insigni circumdata corona, ostendit angelicae dignitati suae celsitudinis privilegia, in quibus totius paradisi gloriarum curia. Primum privilegium est, quod sine sorde, & sine viro concepit. In hoc enim imminem se in conceptu ostendit ab illo praescripto prophético. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concipit me mater mea. Secundum privilegium, quod sine dolore peperit. Vbi maledictionem illam, quae primae mulieri data fuerat, superauit. In dolore paries filium &c. nam quam homo non deflorat, non torquet, nec laborat &c. Tertium, quod virgo & mater fuit, vbi natura cursum suum mutauit, & admirando expauit. Nam miratur, quod virgo pura parit filium: nullo enim naturae pacto ibi fecunditas predicatur, vbi integra virginitas conseruatur. Quartum, quod integre & perfecte omnia nouit: qualiter enim aliquid potuit ignorare, quae omnia scientem sciuit: in qua tota diuinitatis plenitudo corporaliter habitauit? Quintum, quod Deum genuit. Sextum, quod sine dolore mortis obiit: tantum enim a dolore mortis facta est extranea, quantum a corruptione fuerat aliena. Septimum, quod cum corpore suo (quantum credimus) in caelo viuit. Licet enim beatus Hieronymus hic opiniones ponat, non tamen factum abnuat, sed rationis altitute tota fidei nostrae colla submisit, in qua dicimus non impossibile Deo esse, ut illud diuinitatis habitaculum singulare corruptioni non subiaceat, vel vermibus. Qui enim trium puerorum vestimenta in camino ignis illa seruaui, corpus matris propriae incorruptum seruare & voluit, & potuit. Octauum, quod angelicam

sublimitatem transcendit. Non enim, quod ad dexteram filij singulariter sedet: Psalmista testante: Altitudo regina a dextris tuis &c. Decimum est generale, quod pertexitur ora chlamydis: quod nec primam simile visa est, nec habere sequentem.

De triplici gaudio. Tit. CXXVI.

Intra in gaudium Domini tui. Triplex est gaudium. Est gaudium seculi, est gaudium tuum, est gaudium Domini tui. Primum est de terrena affluentia, Secundum de bona conscientia, Tertium de aeternitatis experientia. Non igitur ex eas in gaudium seculi, non remaneas in gaudium tuo, sed intres in gaudium Domini tui. Primum enim exterius est, medium quidem intra te, sed tertium multo interius. Ad primum exit, ad secundum venire incipitur, ad tertium peruenitur. Ad primum exiit homo, cum cecidit de paradiso: ad secundum venire incipit, cum per fidem reconciliatus est Deo: tunc autem ad tertium perueniet, cum videndo ipsum sicuti est in aeternum fruatur ipso. Primum est simplicium, secundum centuplum, tertium vita aeterna. Qui autem renuntiauerit omnibus, quae possidet, centuplum accipiet, & in futuro vitam possidebit aeternam.

De exaltatione Dei in nobis per cor altum, latum, & profundum. Tit. CXXVII.

Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Tribus modis exaltatur Deus. Primo per id, quod habet de nobis, per naturam. Secundum per id, quod habet de nobis, per fidem videlicet & dilectionem: quia qui amplius diligit, amplius diligendus inuenit. Tertio per id, quod capitur a nobis, utpote per cognitionem: quia quanto magis crescit in nobis eius cognitio, tanto maior inuenitur eius eminentia, instar montis, qui quanto magis ab eo elongaris, tanto minor apparet: quanto vero magis appropinques, tanto maior & altior videtur. Est autem cor profundum, & latum, & altum. Profundum desperatione, latum dilectione, altum contemplatione. Si ergo vis, ut Deus, qui in se exaltari non potest, in te exaltetur, a profundo cordis accede ad latum per fidem & dilectionem, & de lato ad altum per cognitionem, & exaltabitur Deus in nobis: quia quanto magis humani cordis affectio ab inferiorum suspensa desiderio in amorem aeternorum promouetur, tanto charitas Dei de maximis maior, & de summis altior virtutibus apud ipsum exaltatur.

De triplici promotione hominis. Tit. CXXVIII.

Vege serue bone & fidelis, quia supra pauca fuerit fidelis, supra multa te constitutam. Tres sunt promotiones. Prima est in virtutibus, secunda in administrationibus, tertia in praemijs. Prima meritorum, secunda stipendiiorum, tertia praemiorum. Prima meritoria, secunda dispensatoria, tertia remuneratoria. Prima interius operatur, secunda exterius, tertia interius & exterius. Prima quippe bonum facit, secunda fidelis comprobatur, tertia beatum constituit. Prima supra

sublimitatem transcendit. Non enim, quod ad dexteram filij singulariter sedet: Psalmista testante: Altitudo regina a dextris tuis &c. Decimum est generale, quod pertexitur ora chlamydis: quod nec primam simile visa est, nec habere sequentem.

De triplici gaudio. Tit. CXXVI.

Intra in gaudium Domini tui. Triplex est gaudium. Est gaudium seculi, est gaudium tuum, est gaudium Domini tui. Primum est de terrena affluentia, Secundum de bona conscientia, Tertium de aeternitatis experientia. Non igitur ex eas in gaudium seculi, non remaneas in gaudium tuo, sed intres in gaudium Domini tui. Primum enim exterius est, medium quidem intra te, sed tertium multo interius. Ad primum exit, ad secundum venire incipitur, ad tertium peruenitur. Ad primum exiit homo, cum cecidit de paradiso: ad secundum venire incipit, cum per fidem reconciliatus est Deo: tunc autem ad tertium perueniet, cum videndo ipsum sicuti est in aeternum fruatur ipso. Primum est simplicium, secundum centuplum, tertium vita aeterna. Qui autem renuntiauerit omnibus, quae possidet, centuplum accipiet, & in futuro vitam possidebit aeternam.

De exaltatione Dei in nobis per cor altum, latum, & profundum. Tit. CXXVII.

Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Tribus modis exaltatur Deus. Primo per id, quod habet de nobis, per naturam. Secundum per id, quod habet de nobis, per fidem videlicet & dilectionem: quia qui amplius diligit, amplius diligendus inuenit. Tertio per id, quod capitur a nobis, utpote per cognitionem: quia quanto magis crescit in nobis eius cognitio, tanto maior inuenitur eius eminentia, instar montis, qui quanto magis ab eo elongaris, tanto minor apparet: quanto vero magis appropinques, tanto maior & altior videtur. Est autem cor profundum, & latum, & altum. Profundum desperatione, latum dilectione, altum contemplatione. Si ergo vis, ut Deus, qui in se exaltari non potest, in te exaltetur, a profundo cordis accede ad latum per fidem & dilectionem, & de lato ad altum per cognitionem, & exaltabitur Deus in nobis: quia quanto magis humani cordis affectio ab inferiorum suspensa desiderio in amorem aeternorum promouetur, tanto charitas Dei de maximis maior, & de summis altior virtutibus apud ipsum exaltatur.

De triplici promotione hominis. Tit. CXXVIII.

Vege serue bone & fidelis, quia supra pauca fuerit fidelis, supra multa te constitutam. Tres sunt promotiones. Prima est in virtutibus, secunda in administrationibus, tertia in praemijs. Prima meritorum, secunda stipendiiorum, tertia praemiorum. Prima meritoria, secunda dispensatoria, tertia remuneratoria. Prima interius operatur, secunda exterius, tertia interius & exterius. Prima quippe bonum facit, secunda fidelis comprobatur, tertia beatum constituit. Prima supra

sublimitatem transcendit. Non enim, quod ad dexteram filij singulariter sedet: Psalmista testante: Altitudo regina a dextris tuis &c. Decimum est generale, quod pertexitur ora chlamydis: quod nec primam simile visa est, nec habere sequentem.

sublimitatem transcendit. Non enim, quod ad dexteram filij singulariter sedet: Psalmista testante: Altitudo regina a dextris tuis &c. Decimum est generale, quod pertexitur ora chlamydis: quod nec primam simile visa est, nec habere sequentem.

sublimitatem transcendit. Non enim, quod ad dexteram filij singulariter sedet: Psalmista testante: Altitudo regina a dextris tuis &c. Decimum est generale, quod pertexitur ora chlamydis: quod nec primam simile visa est, nec habere sequentem.

sublimitatem transcendit. Non enim, quod ad dexteram filij singulariter sedet: Psalmista testante: Altitudo regina a dextris tuis &c. Decimum est generale, quod pertexitur ora chlamydis: quod nec primam simile visa est, nec habere sequentem.

seipsu, secunda supra proximum, tertia supra hominem simul & angelum. Nescitis (inquit Apostolus quia angelos iudicabimus. Vnde dicitur, Euge serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis &c. Haec prima promotio bona est in proprijs. Haec secunda fidelis in commissis, bona in conscientia, fidelis in prouidentia. Quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam. Haec autem tertia beata est in praemijs: unde additur. Intra in gaudium Domini tui.

Esse ex Deo, a Deo, & de Deo. Tit. CXXIX.

Qui ex Deo est, uerba Dei audit. Aliud est esse ex Deo, aliud a Deo, aliud de Deo. Ex Deo esse est ex eo habere existentiam a Deo, ipsi conformari per gratiam & iustitiam: de Deo, deitatis habere naturam. Nihil de Deo est nisi Deus: nullus a Deo nisi electus: ex Deo tantum electus qui reprobus: sed de Deo nihil nisi Deus, solus enim Deus deitatis habet naturam. Electi conformantur ei per iustitiam ex Deo habent omnia existentiam, ex quo, & in quo, & per quem omnia sunt. Vnde non secundum gratiam ex Deo sunt omnia, sed secundum existentiam, quia multa, quae sunt ex Deo per naturam conditionis, ex diabolo sunt per malitiam imitationis. Vnde Dominus. Vos, inquit, ex patre diabolo estis &c. Qui ergo naturam submittendi, & formam uiuendi, ac vincendi ex Deo habet, ij ex Deo omnino sunt: & ipsi uerba Dei audiunt non solo auditu auris, sed & cordis, & operis. In auditu autem operis est obedientia. Nam qui audit solo auditu auris, audit negligenter: qui auditu cordis, intelligenter: qui auditu operis, obedienter.

De pastoris boni officio. Tit. CXXX.

Ego sum pastor bonus &c. Qui habet pastoris nomen, sic gerat officium, ut habeat & meritum, ut non tantum sit bonus nomine, sed bonus actu, bonus & pastus, sibi & gregi. Quos pascit uerbo, imformet exemplo. Pro qua duplici bonitate, duplici (secundum Apostolum) habeatur dignus honore. Potest enim quis esse bonus & non pastor, & pastor & non bonus, & nec bonus nec pastor, & simul bonus & pastor. Sed bonus sit oportet, qui bonus pastor: hic ergo duplici bono praeditus, altero suas oues cognoscit, altero a suis ouibus cognoscitur. Nam haud bonus pastor esset, si uno abundaret, & non altero, utpote si vel non cognosceret oues suas, vel non cognosceretur ab eis. Pastorum quippe alij cognoscunt oues suas, sed non cognoscuntur a suis. Alij cognoscuntur a suis, sed non cognoscunt suas. Alii neque cognoscuntur a suis, nec cognoscunt suas. Alii & cognoscunt suas, & cognoscuntur a suis. Primum fit, cum praelati subditis necessaria exhibent prouidentiam, & debita ab ipsis non accipiunt obedientiam. Secundum, cum praelatis debita soluitur obedientia, nec ab ipsis necessaria subditis impeditur prouidentia. Tertium, cum nec illi prouidentiam, neque isti largiuntur obedientiam. Quartum fit, cum & illi prouidentiam, & isti obedientiam exsoluunt debita. Sic etenim pastor oues cognoscit, si eius necessitati sicut notae siue commissae diligenter prouidet. Ouis pastorem agnoscit, si eius uocem non ut alienam, sed ut domesticam incunctanter obedit.

M. Hug. a S. Vic. To. iij. X 2 MISCEL-

Hic notent praelati, sicut subditis ne cessariam a se exhibenda prouidentiam, & subditis suis praelatis debita solueda obedientiam.

M. Hug. a S. Vic. To. iij. X 2 MISCEL-

MISCELLANEA RV M
Eruditionum secundi Codicis
Liber quartus.

De quadruplici potestate Christo data, & quadruplici statu creaturarum. Tit. I.

A
Matt. 28



Ata est mihi omnis potestas, &c. Magno & inestimabili gaudio mens nostra potest hilarescere, si qua eminenti gratia natura humana de morte translata sit ad gloriam curet attendere. Duplo enim amplius exaltata est, qui ceciderit, si attēdas de quo statu ceciderit, & ad quē ascenderit. Lapsus .n. est de animali & mortali ad mortuū. Primus .n. hō factus est in animam viuētem, id est vitam animalem, & si animalem, etiam mortalem: & corpus mortuum est propter peccata. Reparatio autem facta est de mortuo ad immortale & spirituale: quia secundus hō in spiritū viuificantē, hoc est quicquid mortale inerat immortalitate absorbēte. Tres autē in hōie gradus cōstituo, mortālē, mortuū, immortalē. Mortuū peccatū deiecit de medio ad infimū: gratia erexit de infimo ad summū, vt nō sit regressus de mortuo ad statū primi hōis aiālē, sed magis fiat ascensus ad vitam secundi immortalē. Quatuor autem rationalis creaturę status esse discernuntur. Primus creaturę miserę & mortalis, secundus creaturę beatę sed mortalis, tertius creaturę miserę licet immortalis, quartus creaturę beatę & immortalis. In primo consistit creatura misera & mortalis, in secundo creatura beata & mortalis, in tertio creatura misera & immortalis, i quarto creatura beata & immortalis. Primus status, creatura mortalis & misera, est homo iniustus, propter conditionem mortalis, propter prauam voluntatem & peccatum miserimus, nam peccatum hominē facit miserū, vt merito ei dicatur. Miserere aīe tuę placēs Deo. Quasi dicatur. Miserere licet misera est, quia beata esse pōt. Secundus, creatura beata & mortalis, homo iustus, mortalis ex iure cōditionis, beatus ex habitu iustitię. Dauid .n. dicit beatitudinem esse illius hominis, cui Deus accepto fert iustitiam. Nam beatus vir, cui nō imputauit Dominus peccatū. In hoc .n. beati sunt pauperes spiritu, beati mites, & ceteri. Tertius, creatura misera & immortalis, apostatę sunt angeli habentes miseriam immortalē velut creatura, quę immortaliter est miserię deputata. Est enim immortalis propter æuum naturę indissolubilis, misera vero propter nequitiam malitię insolubilis. Tria autem sunt, quę concurrunt ad eius miseriam: cruciatus inuidiæ, quo ex alieno successu scilicet hōis iusti, tabescit inuidia: tormentum conscientię, quę acerbissima diffinitione in semetipsam, cuius culpa talis facta est, noxia rabie grassatur: imminētis terror gehennę, quę ipsos excruciat. Quartus status est creatura beata & immortalis, angelicus spiritus, quę contempla-

Creatura rationalis status quatuor.

Primus status.

Eccl. 30.

Secundus status.

Psal. 31.

Tertius status.

B
Quartus status.

tione creatoris beata, perennitate vitę est immortalis. In primo ergo statu creatura misera & mortalis est homo iniustus, in secundo creatura beata & mortalis, homo iustus, in tertio creatura misera & immortalis, spiritus apostaticus, in quarto creatura beata & immortalis, angelicus spiritus. Homo quoq; quadruplici creaturę statū cōgruit. Quadrupliciter est potestas, quę Christo glorificato data est: accipit .n. potestatem iustificandi, quę creaturam mortalem & miseram, beatā faceret: & viuificandi, quę beatam & mortalem, beatam & immortalē cōstitueret: & iudicandi, quę beatā immortalē, a misera & mortali discerneret: & glorificandi, quę discretam iudicio, gloriosam & immortalē efficeret. De prima dicitur. Filius habet potestatem dimittendi peccata. De secunda. Potestatem habeo ponendi animam meam. De tertia. Timete eum, qui potestatem habet corpus & animam mittere in gehennā. De quarta. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne, quod dedisti ei, det illis vitam æternam. Prima quidem a misera & mortali tollit impietatem, secunda a misera & mortali excludit immortalitatem, tertia discretā a misera & mortali, quę mutari non potest, commutandi in melius donat possibilitatem, quarta iam assumptā in gloriam, lucis inaccessibleis exhibet claritatem. Prima ergo sanat interius, secunda exterius: illa culpam amouens, hęc pœnā, eam, quę ex peccato accidit corporaliter, nō illam, quę post corpus imminet æternaliter. Nā ab hac tertia, quę sequitur, potestas iudicaria discernit alios ad eā p hanc mortalitatis pœnam nascēdo, alios itē ab ea quasi inflati pariter eximēdo. Optimū ergo & iustū est, vt oē genu flectatur cęlestiū, terrestriū, & infernū in nomine Iesu, quem pp passionem videmus gloria & honore coronatum: cęlestium, propter potestatem glorificandi: terrestriū, propter potestatem iustificandi: infernorum, pp potestatem iudicandi mortuos, & viuos. Propter potestatem viuificandi creatura misera vel iniusta & mortalis amplectetur & diligit potestatem iustificandi, creatura iusta & mortalis præstoleretur fideliter potestatem viuificandi. creatura misera & immortalis experiatur potestatem iudicandi. creatura beata & immortalis perfruatur feliciter potestate glorificandi.

Quadrupliciter potestas Christo glorificato data.

Matt. 9.
Ioan. 10.
Matt. 10

Ioan. 17.

De silentio animæ contemplatiuę. Tit. II.

Factum est silentium in cęlo quasi media hora. D
Est silentium, quod est contēplatio. Cælū est aiā iusti. Vñ. Cælū sedes mea est: & cęli enarrauit gloriā Dei. Cū igitur quies cōtēplatiuę vitę agit in mente, silentium fit in cęlo: quę quā in p̄senti non est perfecta, non hora sed media hora fieri perhibetur.

Apoc. 8.
Esa. 66.
Psal. 18.

De vberibus maternę affectionis. Tit. III.

Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Materni breuiter exprimuntur affectus, quia nec dolere nec gaudere paruuli absque ea, quę genuit, possunt. Habet enim duo ubera, ex quibus duplex filijs lac porrigit. Primū uber est cōgratula-

E
Ro. 12

ratio, secundum compassio. Primum lac exhortatio, secundum consolatio. Ex vberē itaq; congratulationis pastor bonus producit lac exhortationis proficientibus, ex vberē cōpassionis porrigit lac cōsolationis pusillanimis ex vi tentationis cōcussis. Quanti sunt hodie, qui Christi opprobria, sputa, clauos, lanceam, crucem, mortem denique in fornace auaritię constant, & pretium vniuersitatis in marsupijs suis includere festinant, & cum sint de patrimonio Christi crucifixi nimirū incrassati, impinguati, dilatati, non compatiuntur super contritione Ioseph? Sed quę mater est, vbera habet, & non cessat de vberē congratulationis lac exhortationis, & de vberē compassionis lac exprimere consolationis, gaudere scilicet cum gaudentibus, & flere cum flentibus.

Responsum a triplici spiritu accipi. Tit. IIII.

F
Luc. 2. R
Esponsum accepit Simeon a Spiritu sancto. Aliquando homo accipit responsum a Spiritu sancto, aliquando a spiritu malo, aliquando a spiritu suo. Quando accipit a spiritu malo, semper deluditur: quando a spiritu suo, sepe decipitur: quā a Spiritu sancto, nunquam fallitur. Spiritus malus semper deludit, spiritus hominis sepe decipit, Spiritus sanctus semper bene docet & instruit. Nam quoties dat respōsum, reddit veritati testimoniū, sponsoq; & testis de seipso facit iudiciū. Spiritus (inquit) scrutatur profunda Dei. Dat ergo Spiritus sanctus responsum per inspirationē, quā suggerit: testimoniū per gratiā, quā infundit: iudiciū per discretionē, quā tribuit. Quia vero multę sunt suggestiones, & non facile credendum est omni spiritui, gratia cuiusdam optimi saporis bono spiritui testimoniū reddit. Ipse (inquit) spiritus testimoniū reddit spiritui nostro. Quoniam ipsam gustu a carnis affectionibus scientia iudicandi discernit. Spiritus enim omnia iudicat, attingens a fine vsq; ad finem fortiter. Aspiratio ergo iudicat, gratia cōmendat, scientia discretionis examinat. Quicumq; his fulcitur authoritatibus & circumstantijs, huic secure assentias.

Rom. 8.

Sap. 8.

De infirmo, causa morbi, medico, & remedio morbi. Tit. V.

G
Rom. 7. Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hic quatuor consideranda, infirmus, causa morbi, medicus, & remediū. Medicus Deus, infirmus homo, causa morbi amor mundi, remediū amor Dei. Horum differentia hęc est. amor mundi in principio dulcis, in fine amarus nimis: amor Dei ab amaritudine incipit, finitur in dulcedinem magnam. Vnde Architracinus sponso. Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tūc id quod deterius est &c.

Amor mundi, amor Dei quō differant. Ioan. 2.

De triplici edicto: & de Moyse in fiscella clauso per allegoriam ad Christum. Tit. VI.

H
Luc. 2. Edicta. Primum ad liberationem, secundum

ad purgationem, tertium ad saluationem. Primum exiuit a sapientia, secundum a potentia, tertium a gloria. Nisi sapientia exiret, potentia non saluaret nos, nec gloria viuificaret. Exiuit filius, I qui diu latuit. Sicut scriptura ait. Moyses latuit Exo. 2. tribus mensibus in domo patris: Christus tribus temporibus in sinu patris, ante diluuium, post diluuium, post legem. Vt exeat textitur fiscella scirpea. Fiscella est Maria. Scirpea, fragili ex carne, sine nodo culpę. Recens in aqua rore gratię, pice & bitumine linitur, ne dissoluatur, neue aqua intret. Duo sunt mala hominis, vnum carnis, alterum spiritus, luxuria & superbia. Contra luxuriam adhibetur bitumen virginitatis, contra superbiam pix humilitatis: & ideo aqua libidinis non potest influere, quia carnem claudit bitumen, nec superbia potest dissoluere, quia pix sigillat mentem. Audi vocem bituminis: Quoniam vitum non cognosco. Audi picem liquentem. Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Valida fiscella interius omne bonum cōtinet, exterius nullum malum accedit. In tali vase venit in Ægyptum huius mundi Dominus.

Quare fiscella scirpea compo- nitur Maria. Mala hominis duo.

De vigilijs, & somnis, quando & a quibus surgendum. Tit. VII.

H
Qra est iam nos de somno surgere. Tria potest, horam, somnum, & surgere. Fuerunt quatuor cuiusdam noctis tenebrę vigilię tres. Prima in paradiso, in qua diabolus tribus modis tentat & superat, per auaritiā, per vanam gloriam, per gulam. Secunda in lege naturali, in qua sunt tria, quibus victus homo desperat, hostis instantia per suggestionem, malignitas carnis per concupiscentiam & titillationem fragilitatis, mentis ignorantia per alienationem veritatis. Tertia in lege scripta Moyse, in qua tria sunt, per quę moriens hō expirat: abusio corporalium, quā faciebant in manna, dicentes, Reuertamur ad ollas carniū: transgressio spiritualium mandatorum, dum facti sunt prauaricatores: obstinatio malorum cordium, sepe etenim correpti peiores sunt facti. Tres similiter sunt species somni. Prima, qua dormitat per cogitationem tribus modis, immunditia, cum res turpes reuoluit, superbia, cum in proximum se erigit, concupiscentia, cum res proximi concupiscit. Secunda, qua dormit per loquutionē, tribus modis, sermone superuacuo, detractorio, adulatorio. Tertia, qua soporatur per operationē tribus modis, opere simulatorio, impio, impudico. Dicit igitur: hora est iam nos de somno surgere. Post tres vigilias noctis sequitur quarta vigilia, quę est ab incarnatione Domini vsq; ad finē seculi, post quā nox nō est, sed dies perpetua. Nox enim præcessit, dies autē appropinquauit. Quarta vigilia noctis, qua Dñs venit super aquas, tripartita est, tribus principaliter horis distincta. Prima hora tpe martyrum obstrepentibus hæreticis, secunda tpe confessorū pullulantibus hypocritis, tertia erit cum refrigeret charitas multorū. In his & in illis sicut per tres vigilias dormitauimus, dormiuimus, & soporati sumus: M. Hug. à S. Viç. To. iij. X 3 sic

Prima vigilia noctis.

Tertia vigilia.

Rom. 13
Quarta vigilia.

Rom. 13

fic quarta uigilia tribus modis oppositis de somno surgimus trium uigilantium intentione, qui sunt, spiritualis puritas contra immunditiam, spiritualis paupertas contra concupiscentiam, oris custodia contra linguæ uitium: idque tribus modis, ostium ut sit circumstantiæ contra sermonem superuacuum, laus ex amore contra detractorium, ueritas in ore contra adulatorium. Tribus modis etiam uigilare excitamur in operis exhibitione per tres monitores, qui sunt ueritas actualis, contra opus simulatorium, pietas maternalis contra impium, sinceritas corporalis contra impudicum.

De triplici iugofuani, & onere leui obedientia & inobedientia. Tit. VIII.

Iugum meum suauis est, & onus meum leue est. **Matt. 11** Iugum uel onus suauis est triforme. Primum timoris gehennæ, secundum regularis disciplinae, tertium dilectionis & gratiæ. Primum sustinent, qui tantum timore gehennæ pœnæ manus suas coercent a praua operatione. Secundum portant, qui timore temporalis pœnæ, & amore præsentis commodi, corda sua reseruant a praua cogitatione. Tertium illi, qui sola Dei dilectione declinant a malo, & faciunt bonum. Primi sunt serui, secundi mercenarij, tertii sunt filij. Primum seruos excitat secundum mercenarios confortat, tertium filios corroborat: quia primi inuadunt, secundi proficiunt, tertij perseverant. Sicut autem obedientiæ, ita & inobedientiæ triforme est iugum. Primum iniquitatis & malitiæ, quæ est luxuria, in quo Salomon subiugatur, secundum prosperitatis & abundantiam, in quo diues purpuratur: tertium afflictionis & miseriam, in quo Ochozias, postquam cecidit per cancellos, consuluit Beelzebub Deum Accarô. **4. Reg. 1**

De triplici diuina gratia operatione. Tit. IX.

Quid habes quod non accepisti? Creatis, sanaris, saluaris. Qui recte sapiunt, hanc triplicem diuinæ gratiæ consentientur operationem. **1. Cor. 4** Prima est formatio, secunda reformatio, tertia consummatio. Primo in Deo Christo formamur, secundo per ipsum reformamur, tandem per ipsum & cum ipso consummabimur. Siquidem quod non erat in illo creati oportuit: quod erat & deformatum erat, per formam reformari, & membra non nisi a capite perfici: quod erit cum occurremus in virum perfectum, & mensuram ætatis plenitudinis Christi. Cum apparuerit Christus uita uostra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Creatio ergo fit sine nobis, consummatio de nobis, neutra a nobis. Sola reformatio quodammodo fit nobiscum propter consensum uoluntarium. Vnde reputatur inter merita, quæ sunt ieiunia nostra, uigiliae, opera misericordiarum, & cætera uirtutum exercitia, quibus constat nostrum interiore hominem renouari de die in diem.

De equi boni conditionibus. Tit. X.

Quam nobis exactiori diligentia perquiratur, quem ipsa pulchritudo commendat aspectu, post omni uitio mundum inspectio diligentior approbet, feratur per planum, nec fessorem qualibet inæqualitate concutiat, nec celeritatem retardet æqualitas, nec pes aliquo reuersus unquam cespite offendat. Non sit opus eum vel freno cohibere, vel uirgare calcari, qui tanta facilitate cuiuslibet mancipetur obsequio, ut omnem fessoris explorare videatur affectum. Denique tanta progressus eius suauitate procedat, ut qui insidet non incedere, sed labi videatur, non se tam equo vehi, quam nauicula subuehi arbitretur. Quæ omnia corpori, quo tanquam equo utitur anima, applicari moraliter possunt,

Qualis sit rector erga subditos. Tit. XI.

Curandum est, ut rectorem subditis & matrem pietas, & patrem exhibeat disciplina: & inter hæc sollicita circumspectio prouidendum, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa, ut inquit & iuste consulens misericordia, & pie sæuiens disciplina. Hinc semiuino uinum & oleum adhibetur, ut per uinum mordeantur vulnera, per oleum foueantur: & sit in uino morsus seueritatis, & in oleo mollities pietatis, fiatque ex utroque temperamentum quoddam. quo uidelicet nec multa asperitate exulcerentur subditi, nec nimia lenitate soluantur. Vnde in arca fœderis cum tabulis uirga simul & manna est: quia cum scripturæ sacræ scientia in arca pectoris sicut est uirga districtio nis, sic & manna dulcedinis. Hinc Dauid. Uirga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Uirga enim percutimur, baculo sustentamur. Sit ergo districtio uirgæ, quæ feriat, sit & consolatio baculi, quæ sustentet, sit amor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus non immoderate sæuiens, & pietas non plusquam expediat parcens.

De galli, & predicatoris consimili officio. Titu. XII.

Gallus priusquam canter, alas excutit, & se feriens uigilantiorem reddit: quia predicator prius se bonis actionibus exercet, ne in semetipso torpens opere, alios excitet uoce, ut quod loquuturi sunt, opere clament & uoce, & sic cæteros ad uigilias uocent. Hi profundiori hora noctis ualentiores & productiores circa matutinum leniorem uocem reddunt: quia iniquis alta uoce terrores intonant, luci propinquantibus blandiæ præmiis proferunt.

De quatuor considerandis. Tit. XIII.

Quatuor consideranda occurrunt, ut consideres te, quæ sub te, quæ circa te, quæ supra te. A te tua consideratio inchoet, ne

ne frustra extendaris in alia te neglecto. Quid enim tibi prodest, si uniuersum mundum lucreris, teipsum perderes? Si sapiens sis, totum tibi conducet ad sapientiam: si tibi non fueris, & non ueris omnia mysteria, lata terra, alta cæli, profunda maris, si te nescieris, eris similis ædificanti sine fundamento, ruinam, non structuram faciens. Sapiens sibi sapiens erit, & bibit de fonte fidei ipse prius: a te proinde tua consideratio inchoet, & in te finiatur: quocumque euagetur, ad te reuocaueris cum salutis fructu. Sume exemplum de summo omnium patre uerbum suum & emittente, & retinente: uerbum tuum est consideratio tua, sic exeat ut te non deserat. Et hæc tua consideratio in tria diuiditur, uti consideres quid, quis, & qualis sis, qui benignus & mansuetus, & similia. Homo iuxta philosophos est animal rationale & mortale. Hæc duo considerati is tibi fructus occurrit, ut mortale, quod in te est, rationale humiliet: & rursus rationale, mortale confortet: & neutrum neglectum erit bonum. Circumspecte considerato quid sis, natura occurrit qua es homo: percunctanti quis? personæ nomen occurrit: quia es vel monachus simplex, vel pastor, vel episcopus. Quid ad te horum principaliter pertinet, siue quod nactus, siue quod natus? Hoc ergo consideres maxime, quod maxime es. Nec modo quod natus, sed qualiter natus. Nudus egressus es de utero matris: nunquid infulatus? Si consideres qualis sis, occurrit homo dolens, quia homo sis, erubescens quod nudus, quod natus sis ploras, murmurans, quod sis natus ad laborem non ad honorem. Ita tibi sume formam tam de conditione originis, quam de sacramento redemptionis: quia auctor naturæ summa imaque, consociat in sui persona, lumen uerbumque temperat. Tu altus sedens, non alta sapiens sis, sed humilia de te sentiens, humilibus consentiens. Proinde si consideres quantus sis, cogita & qualis. & maxime monstruosa res est grandissimus animus & infirmus, sedes prima & ima, uana lingua & magniloqua, & manus ociosa: sermo multus, & fructus nullus: uultus grauis, & actus leuis: ingens autoritas, & nutans stabilitas. Considerandum ergo quid sis, ut te in te teneas, non ambulans in magnis, neque in mirabilibus super te, neque sub te in profundum, quia locus medius est tuus: & uirtus est, ut qui sis sentiens, non decus tuum, sed ministerium datum consideres. Propheta cum similitudine eleuaretur audiuit, ut euellas, & destruas, & ædifices, & plantes. Rustica res: in sudoris autem schemate quidam labor spiritualis non honor expressus est. Ut enim rusticum facias opus, prophetæ sarculo opus est non sceptro. Attendas regimini non imperaturus, sed uita extirpaturus. Illius tenore contentus, curam hæreditabit, & operam, non gloriam, sed & duritias pro blanditijs. Cathedra episcopalis specula est: inde superintendens sonans episcopi nomen, officium significat, non dominium. Tertiam considerationem adiiciendum, qualis sis in cõdonandis iniurijs, qualis in uiscendis, quæ in utroque prouidus loci & modi obseruator, qualis in prosperis, qualis in aduersis, qualiter constans in proprijs iniurijs, condolens in alienis. Magnus est, qui inci

Homo considerationem sui in tria diuidere debet.

Luc. 10.

Luc. 10.

Psal. 22.

Hiere. 1.

dens in aduersa, non excidit vel parum a sapientia: maior, qui cum præsens felicitas sibi arrisit, illi non arrisit. Facilius enim contraria fortuna quam prospera sapientia retinetur.

De tribus supplicationibus seu rogationibus principalibus. Tit. XIII.

Tres sunt principales processiones. Prima in purificatione beatæ Mariæ cum cæreis ac lucernis, secunda in ramis palmarum cum floribus & palmis, tertia circa ascensionem Domini cum crucibus & vexillis. In duobus autem consistit purificationis nostræ festum, in emundanda conscientia per Deum, & fama propter proximum. Conscientia a manifestis & occultis. Vnde Amplius laua me Domine ab iniquitate mea &c. Ecce de manifestis. & Ab occultis meis munda me. ecce de occultis. Fama quoque mundanda & protegenda a vera & falsa infamia. In his opus est lucerna, idest prudentia multa, quæ in secretioribus & obscuris peccata, quibus cæci facti sumus, quærat, inueniat, & purget: ut sic illuminatus dicat: Lumen ad reuelationem gentium &c. Purificati autem facimus secundam cum floribus & palmis. Arbores prius folia, deinde flores, & tandem producant fructus: in folio initium boni, in flore promissio præmij, in fructu perceptio. In floribus præcedimus, si bonis initijs spe præmij ad æternitatis fructum tendimus. Palma non nisi centenaria fructificat, significatque palma uictoriam. Centesimus fructus uitam æternam significat. Palmam portat in palma, qui in bonis de diabolo triumphat, & æternæ uitæ fructum expectat. Sequitur processio in crucibus & vexillis. In cruce carnis afflictio, in vexillis mentis eleuatio: crucibus vexilla addimus, cum ex carnis maceratione ad cordis magnificentiam proficimus. Primo processio fit de domo in templum, secunda de uico in ciuitatem, tertia de terra in cælum. Domus est mansio uisibus destinata proprijs, templum domus diuinis dedicata. Conscientia ergo immunda domus est, munda templum: & ita prima processio ab immunda incipiens conscientia, in ipsius munditiam terminatur: uicus uero habitatio immunita. Secunda ergo processio a pusillanimitate spiritus & tempestate, modo eiusdem terminatur securitate. Ultima fit de terra ad cælum, de loco afflictionis & miseriam ad locum iocunditatis & gloriæ. In prima processione hinc adsunt puer & puella, inde senex & uidua. In puero lachrymæ & mœror, in puella pudor, in senex tremor, in uidua notatur dolor. Eget oïno purificationis nostræ festum talibus cultoribus ex recordatione peccatorum lachrymantibus, erubescantibus, tremantibus, & dolentibus. Nam talium est circunducere processionem cum immolatione in templo uociferationis. In secunda processione. hinc uidere est discipulorum cœtus, inde uirtusque; sexus turbam, quæ conuenerat ad diem festum. Recipit hæc pueros, adulescentes, ætate maturos. In primis uirtutis inchoatio, in secundis promotio, in tertijs notatur perfectio. Cum his oportet procedere, qui uult sanctam ingredi ciuitatem: Ultima processio

Purificatio in quo consistat.

Psa. 50. Psal. 18.

Lucæ 2.

Y

Z

A

B processio recipit solos perfectos: hinc uiros angelicos descendentes, & Galileos sursum intendentes, medium Iesum a terra subleuatum, a nube susceptum, & in caelum assumptum. Primi sunt boni doctores, secundi boni auditores, tertii eos, qui ex his & illis in caelum recipiuntur, designant. In secunda processione opus est aut turture aut columbae, uterque gemitum pro cantu habet. In cantu turturis gemitum pro peccatis, unde solitudinem amat: In cantu columbae notamus gemitum pro dilectione patriae, unde congregationem amat. Hoc opus in processione expiationis. In secunda pullo & asina, quae sunt minora subfelliorum & clitellatorum genera. In asina humilitas, in pullo humiliatio. Humilitas, qua quisque intus uilescit sibi in oculis Dei: humiliatio eius effectus, quasi exterius se abiicit in oculis proximi: multi enim sunt exterius abiecti, qui uere humiles non sunt: hi in pullo, non in asino sedent. Alij infirmitatem suam agnoscunt, sed dum foris humilia erubescunt, asinam non pullum habent. Dominus non nisi in his subfellijs sedet, quia, Ad quem respiciam, nisi ad pauperulum, & contritum spiritu, & tremem sermones meos? In tertia fit processio in tuba & cymbalo. Cymbalum est iubilationis, tuba admirationis. Cymbalum a quacunque parte percussurum idipsum resonat: multiplex percussio, simplex resonantia ut & nos quomodocunque, & ubicunque feriamur, non nisi in cymbalis benesonantibus & iubilationis, solam Dei laudem resonemus, intendentes in tubam admirationis.

Forma exordiendi sermones. Tit. XV.

In auribus tam prudentium, tanque uenerabilium personarum quemlibet mihi timeo ut surpare sermonem, qui nihil penes me nisi conscientiam habeo peccatricem, minorem scientiam, & eloquentiam imperfectam, cui opportunus esset silere quam loqui, pasci quam pascere, aures uobis potius exhibere, quam linguam. Sed quis sum, qui mandatis domini mei audeam obistere? Multa de me mihi fiducia, uerum ad sanctitatem percipientis, & ad merita uestra conuertor, cui necesse est obedire ex regula, idque sine mora. Nam os meum obedientiae necessitas aperit: utinamque illud merita uestra adimpleant gratia eius, qui ait † Aperi os tuum, & ego implebo illud.

Psal. 80.
† Dilata

Ad pastores & praelatos sermo de officio pastoralis. Tit. XVI.

Videte fratres ministerium uestrum, iudicate iudicium Domini, quia iudices seculi positi estis, non criminum ad occidendum, sed uulnrum ad sanandum. Videte languidum in manibus uestris, quem uobis misericors ille Samaritanus commisit, pro quo pretium ab eodem accepistis ne de uestro constet curatio eius. Habetis duos nummos in duplici testamento, ueteris monetæ unum, nouæ alterum: ut ueteri emantur medicamenta, quæ mordent: nouo, quæ fouent. Prima ad putri-

Duo gladij quos in passione Domini parauit Petrus, quod in manu parati sint.

da purgata, secunda ad uiua confirmanda. Hi sunt duo gladij, quos Petrus parat in passione Domini. Primus est increpatio, secundus exhortatio. Vnus, quo ab ecclesia putrida membra refecantur: alter, quo sana a uulneribus defensantur. Hos Petrus uobis reliquit, ut uitia hominum feriat, sed cum feruore Petri, haeredes eius & imitatores esse uelitis. Christus in oculis uestris crucifigitur, & uos gladium in vagina habetis? Quid Christianus, nisi corpus Christi? cum ipse dicat. Quod uni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis. Quid pigri? quid timidi estis? Fortè, quia non statis sicut Phinees, iram Domini non placatis, ut cesset quassatio. Forrè, quia discubuitis ad ollam Pharaonis, sagimen diligitis: pigrum est uobis ad bellum surgere. Fortè, quia lac diligitis & lanam, non oues pascitis, sed uosmetipsos, & fugitis ueniente lupo, quia de ouibus non curatis. Saltem si lac ouium comeditis, carnem seruate: si fructum pro custodia quaeritis, ipsas tamen oues non occidatis. An non occiditis? Si eis iniquitatem suam non annuntiat: sanguinem (inquit Dominus) de manu tua requiram. Bonus pastor Christus est carne sua ouibus dedit edendam, ut eas reficeret: & uos quomodo pretium pro gratia accipientes, & lupi facti ipsas oues necatis? Vae pastoribus malis, qui pascunt semetipsos, non oues qui sicut mercenarij, uidentes lupum uenientem fugiunt, non mutando locum, sed subtrahendo auxilium. Si ergo pastores estis, uigilate super gregem uestrum: Ascendite ex aduerso, & date uos murum pro domo Israel. Et quasi boni canes latrate circum caulas ecclesiae uocibus confidentiae, ut timeant laniatores lupi, & oues securae permaneant, & uos pro bona custodia pretium condignum accipere mereamini.

De uerbi Dei efficacia. Tit. XVII.

Viuus est sermo Domini, & efficax &c. Sermo Domini uiuus est, & multiplex: quia loquitur per homines, loquitur & per se: per homines multos, per se unum. Videamus magnum sacramentum. Verbum Dei humana carne uestitum semel uisibile apparuit, quotidie idipsum iterata uoce conditum ad nos uenit. Humanitatem Christi mali non solum uidere, sed etiam occidere potuerunt. Quotidie sermonem Dei mali audiunt, & contemnunt: quemadmodum autem illi non occidissent, si cognouissent, ita isti nequaquam uerba Dei audita contemnerent, si uirtutem eorum interno sapore gustarent. Sermo Dei uiuus est, quia in eo uita est, & cor uiuificat. Quod foris est transit, quod intus mutabilitatem non recipit. Viuus est ergo, quia non mutatur: efficax, quia non deficit. Non fallitur iudicio promissio eius, obliuione non moritur, nec intentione mutatur. Operatio eius difficultate non vincitur, iudicium ambiguitate non fallitur. Veraciter permittit, fortiter facit, subtiliter discernit. Viuus est, ut credas: efficax, ut speres. Penetrabilis in iudicijs, uiuus in praecipis & prohibitionibus, efficax in promissis & cõnationibus. Penetrabilis in iudicijs & dånationibus. Penetrabilior ois gladio ancipiti. Hois gladius non nisi hois f-

Luc. 22

Matt. 25

Ezech. 3

Ezech. 13

E Heb. 4.

corpus incidit, ideoque anceps non est: deus enim anceps, qui in utraque parte fecit, quia potest animam & corpus perdere in gehennam, siue utrunque diiudicat, incidit, & discernit. Pertingens usque ad diuisionem animae & spiritus: dum sacrum eloquiũ nobis, quæ inter carnalia de fide repugnantia habeatur, ostendit: Compagum quoque & medullarum, quod explanatur cum subditur, cogitationũ & intentionum. Primum est foris opus quasi cutis, deinde delectatio quasi caro, inde cogitationes quasi ossa, tandem intentio quasi medulla. Sicut autem cutis carnem tegit, sic opera delectationem: & sicut ossa carnem fulciunt, sic cogitationes desideria pascunt: sicut medullæ ossibus interiores sunt, sic in cogitationibus latent intentiones. Cogitationes compages uocantur, quia sicut compago uinculum est, quod medium extrema coniungit, ita cogitationes quia ex desiderijs nascuntur, & desideria gignunt, quodammodo utraque, hæc nutriendo, illa gignendo, coniungunt. Et bene post diuisionem animæ & spiritus, id est carnalium uoluntatum, diuisionem compagum, id est cogitationum bonarum & malarum, quasi perplexior & difficilior est posita: postremo quasi discretior intentionũ. His omnibus secreta est merito in extremo medullarum diuisionem posita. Hic autem sermo Dei diiudicando penetrat, intus per sapientiam suam secreta nostra subtiliter intelligendo, foris per doctrinam suam utiliter nos illuminando, eadem faciendo intelligere. Quia ergo uiuus est, credamus eum uera promittere: quia efficax, speremus eum promissa pascere: quia penetrabilis & falli non potest, offendisse eum doleamus, & de reliquo offendere eum caueamus.

De Pharisæis suis admiratoribus, & hypocritis oculis detractoribus. Tit. XVIII.

Pharisaica iactantia cunctos quidam homines, quod superiores se & meliores existimant, despiciunt: uenientes ad eos sub uestimentis ouium, intus autem lupi rapaces sunt. Sed pulices mordaces, immo tineæ demolientes bonorum uitam, cum palam non audeant, in occulto corrodunt, si clamorem inuentionis non possunt, saltem susurrum detractionis emittunt. Quid huiusmodi prodest tanta in suo uictu parcitas, & in uestitu asperitas illa, & notabilis uilitas, in uigilijs, in ieiunijs, in totius denique uitæ suæ singularitate quaedam austerior conuersatio, nisi forte opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus? Sed dicit Christus. Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Tales iuxta Apollolum, in hac uita tantam sperantes, miserabiliores sunt omnibus hominibus. In hac uita tantam in Christo sperant, qui de Christi seruitio tantum temporalem gloriam quaerit. Miser talis homuncio, qui tanto labore & industria studet non esse uel potius non uideri sicut ceteri hominum, minus acceptus, immo cruciandus grauius quam quilibet hominum. Siccine non inuenitur hypocritis uia (ut ita dicam) utcumque tolerabilior ad infernum? cur saltem illam (qua multi incedunt) uiam laram, quæ ducit ad mortem non eligunt,

Matt. 6.
1. Cor. 15.
Hypocritarum magna in hac uita miseria, et maxima in altera damnatio.

ut uelut de gaudio, & non de luctu ad luctum transferent? O quam felicius est illis, quorum non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, qui in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Qui etiam peccatores, & pro temporalibus gaudijs perpetuis cruciati bus addicti, saltem abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Vae portantibus crucem, non sicut Saluator suam, sed sicut Cirenæus, alienam. Vae citharædis citharizantibus non uelut illi de Apocalypsi in citharis suis, sed uere ut hypocritæ in alienis. Vae semel & uae iterum pauperibus superbis, portantibus crucem Christi, non sequentibus Christum, qui cuius passionibus participantur, humilitatem sectari negligunt. Duplici contritione conteruntur, qui huiusmodi sunt. Quia hic pro temporali gloria se affligunt, & in futuro pro interna superbia ad æterna supplicia protrahentur. Laborant cum Christo, sed non cum Christo regnabunt: sequuntur Christum in simulata tristitia, non tamen Christum consequentur in gloria. De torrente in uia bibunt, sed non exaltabunt caput. In uia lugent, sed non consolabuntur in patria: & merito. Quid enim facit superbia sub pannis humilitatis Christi? Nunquid non habet, quo se palliet humana malitia, nisi unde inuoluta fuit infantia Saluatoris? & quomodo inter præsepium Domini simulans arrogantia se coarctat, & pro uagribus innocentiae malum murmurat detractionis? An non illi superbissimi in psalmo, quorum prodiit ex adipe iniquitas eorum, multo citius sint redempti ab iniquitate & impietate, quam isti qui latent sub sanctitate aliena? Cerre minus est impius confitens impietatem quam mentiens sanctitatem, quia mendacium addens gemitatem.

Psal. 72.

Apoc. 14.

Pl. 109.

Psal. 72.

De incremento seminis iacti in terram, id est fidei, & ceterarum uirtutum. Tit. XIX.

Sic est regnum Dei quemadmodum si homo iasciat semen in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die: & semen germinet, & crescat dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, postea plenum fructum in spica. Et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falces, quæ adeit messis. In cordis ascensione quidam gradus sunt, de quibus ait psalmita. ibunt de uirtute in uirtutem. Vnde Iob. Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. Is quippe per singulos gradus suos pronuntiat, qui propter incrementa uirtutum, quæ accipit, ei, qui dedit, laudem reddit. Et non solum de uirtute in uirtutem gradus sunt, sed unaquæque uirtus quasi quibusdam gradibus augetur, & per incrementa perficitur. Est enim aliud uirtutis exordium, aliud profectus, aliud perfectio. Si ipsa fides quibusdam gradibus ad perfectionem non deduceretur, Apostoli non dixissent: Adauge nobis fidem. Et alius, an crederet requisitus, non rñdisset: Credo Dñe, adiuua incredulitatem meam. Si enim incredulitate se hñe nouerat, quomodo crederet? Sed quia fides meritorum gradibus crescit, uno atque eodem tempore is, qui non plene crediderat, simul & crederat, & incre-

H Mar. 4.

Psal. 83.
Iob. 31.

Luc. 17.

Mar. 9.

Incredulus quomodo crederet dicitur.

& incredulus erat. Hos itaque gradus sub messis nomine, Marcus noster describit dicens. Sic est regnum Dei &c. Semen homo iacit in terram, cum bonam intentionem cordi suo inserit: posteaque dormit, id est in spe boni operis quiescit: nocte exurgit ac die, quia inter prospera & aduersa non deficit semen: germinat, & crescit ille, quia & cum adhuc incrementa sua mereri non ualet, uirtus semel concepta ad prouectum ducitur: & ultro terra fructificat, quia proueniente se gratia mens hominis spontanee ad fructum boni operis surgit. Sed hæc eadem terra primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum producit in spica. Ipsa enim inuocatio boni operis instar herbarum teneritudinem habet: & ad spicam peruenit, cum uirtus percepta ad perfectum operis pertrahit. Plerumque frumentum in spica fructificat, cum uirtus ad robustum & perfectum opus perficit. Productio fructu omnipotens Deus falcem mittit, & messem suam defecat: quia cum unusquisque ad perfecta opera produxerit temporalē uitā suā, per emissam suam incidit, ut granum suum ad horreum celeste perducatur. Cum igitur desideria bona concipimus, semen uitæ in terram mittimus: cum opera recta concipimus, herba sumus: cum ad perfectum boni operis conficimus, ad spicam peruenimus: cum ipsius operis perfectione solidamur, plenum frumentum in spica profertur. Petrus herba fuit. Cum autem ancillæ uerba timuit, uiriditas adhuc erat in mente, quia Christum omnem redemptorem credebat, sed flexibilis pede conculcabatur timoris. In spicam suam excreuerat, cum eum, quem confiteri timuerat, in Galilæa uiuentem uidebat. Ad plenum granum in spica peruenerat, quando ueniente desuper spiritu ita roboratus est, ut uires persequentium casus despiceret, & Deum inter flagella predicaret.

De hydrijs vacuis, & plenīs. Tit. XX.

Hydriæ aliquando sunt vacuæ, aliquando plene: Plenæ autem aliquando ueneno, aliquando aqua uel uino. Vacuæ sunt, cum pro inani gloria, uel terreno commodo fiunt. Plenæ ueneno, si cum ratione core animi uel murmure. Aqua, cum ex timore: si quidem per aquam quidam timor intelligitur. Vnde de Salomon. Timor Domini fons uitæ. Vino plenæ sunt, cum timor uertitur in amorem, cum charitas timorem excludit. Ut vacuæ sint, uel ueneno plenæ, non uult Dominus, ut aqua impleantur, iubet: ut aqua in uinum uertatur, facit.

De pigro, de luctante, & uincente. Tit. XXI.

Tres sunt, piger, luctans, uincens. De primo dicitur. Abicondit piger manum suam sub axilla. Luctans audit. Viriliter agite. Et uincetis clamat. Dominus. Vincetis dabo edere de ligno uitæ, quod est in paradiso Dei mei. Pigro ergo est primo consolandum, secundo condolendum, pugnantem metuendum, uincenti congaudendum. Primus habet manus ligatas, secundus exertas, tertius quietas. Primus in sanus sine uulnere, secundus sanus cum uulnere,

tertius sanus ab omni uulnere. Primus dormit sine spe, secundus uigilat in spe, tertius gaudet in re. Piger tenet silentium a bono, secundus a malo, tertius ab incommodo. Incommodum dico nocium corpori & animæ, id est peccata & peccati pena. Hoc silentium erit in uita beata, ubi seruus liber erit a domino suo. In hac. n. uita non est seruus liber a domino, quia licet per penam reliquat peccatum peccator, impugnatio tamen peccati adhuc insistit.

De nocte, cursu, ac itineribus eius. Tit. XXII.

Nox in suo cursu medium iter haberet. Nox ignorantia boni. Cursus noctis est ad defendendum tempus bonitatis. Tria sunt itinera noctis, primum ex ignorantia boni errare, secundum post cognitum bonum errorem diligere, tertium in errore perseverare. Cum itaque uenit Christus, medium silentium tenebant omnia, nox in suo cursu medium iter tenebat: quia homines a bono silebant, & errorem diligebant.

De multiplici acceptione eucharistiæ corporis dominici. Tit. XXIII.

Qui semel datus est mundo in forma carnis, in cunctis diebus, aut horis datur fidelibus in specie panis, s. in esu facti sui: sed sapius, & in cunctis horis deuotis datur in gustu spiritus sui. Primum ad redemptionem, secundum ad sanctificationem, tertium ad consolationem. Primum exigitur fides sit recta, secundum ut conscientia sit pura, tertium ut deuotio sit pura & prompta. Hoc mentem eleuat, ut gratia occurrat: cor aperit, ut excipiat: affectum dilatat, ut plurimum inde plus capiat.

De præparamentis ad purificationem Mariæ digne celebrandam. Tit. XXIII.

Sint lumbi uestri præcincti &c. Lumbi nostri sint præcincti, ut purificationem Mariæ æmulemur, & sint lucernæ ardentes in manibus nostris, ut gaudium Simeonis lumen in manibus portantis etiam uisibili signo in nobis præsetemus. Simus casto corpore, & mundo corde, ut purificationem uirginis expressius colamus. Simus ardentes deuotione, lucetis opere, ut cum Simeone Christum portemus in manibus. Sit lucerna in corde, sit in manu, sit in ore. Lucerna in corde luceat in nobis, in manu alij in ore proximo. Lucerna in corde puritas est fidei, lucerna in manu exemplum operis, lucerna in ore sermo ædificationis. Non solum coram hominibus nos lucere necesse est per operationem, sed etiam coram angelis per orationem, & coram Deo per intentionem. Lucerna nostra coram angelis est pura deuotio, cum in conspectu angelorum psallimus sapienter, uel oramus ardenter. Lucerna coram Deo simplex intentio, ut ei soli placeamus, cui nos probauimus. Quod autem fides lucerna sit, testatur Salomon. Non extinguetur in nocte lucerna eius, id est non deficiet in tentatione fides eius. Quod opus bonum lucerna sit, ostendit Dominus.

N Sap. 18.

Luc. 12.

Lucerna in corde, in manu, & in ore qua.

Lucere coram hominibus, angelis, & Deo quid.

Prou. 3, 4.

Lucerna sit, ostendit David. Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Quod oratio lucerna sit, Salomon notat. Lucerna Domini spiraculum uitæ hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris. Lumen nanque quod nobis orantibus uel psallentibus desuper aperitur, spiraculum est uitæ, in quo suauiter respiramus. Quod autem dicatur inuestigare secreta ventris, id est mentis, non illud esse putandum, quod Dominus comminatur se scrutaturum esse in lucernis. Illud nanque causa cum sit illuminantis, illud iudicij est exquirētis. Nam & aliter inuestigat secreta ventris potio medici, aliter gladius carnificis. De intentione dicitur. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Nobis ergo, quibus ardent tot lucernæ, cum extincta fuerit lucerna huius uitæ, orietur lux inextinguibilis uitæ, & quasi fulgor meridianus consurget nobis ad uesperam: & cum nos consumptos putaueris, oriemur ut lucifer, & tenebræ erunt sicut meridies.

Matt. 6.

Luc. 2.

VT describeretur uniuersus orbis &c. Triplex est descriptio. Alij ad coniugium, alij ad continentiam, alij describuntur ad uirginitatem. In his tribus est tota descriptio Christi: qui non est in aliqua istarum, non est Christi, sed potius ad censum diaboli pertinet. Coniugium comparatur tapetibus, quæ super terram extenduntur. Continentia est cortina dependens in pariete. Uirginitas regium mantile, supra quod fercula ponuntur. Primum est sub pedibus regis, secundum in conspectu, tertium iuxta regem uel circa. Primum ad usum, secundum ad delectationem, tertium ad dignitatem. Primum in terra terræ puluere obfuscatur, secundum supra terram coronatur, tertium cœlestia imitatur. In coniugio est uinculum spiritus propter societatem, usus carnis propter prolem, moderatio carnalis confortij propter suscipiendum corpus Christi, & orationem. Fornicatio est ignis comburens, coniugium ignis calefaciens, uirginitas lucens, & leuitate se ad alta acuens ac agens. Nostrum igitur est aut perire incendio, aut euadere remedio.

De uocatione Lazari in sepulchro, moraliter alludendo primo ad hoc quod abyssus abyssum inuocat. Deinde de tertiadecima mansione Iudeorum in deserto, & quæ sequuntur. Tit. XXVI.

Ioan. 11

Lazare ueni foras. In hac uocatione uidentur. Est quis uocat, quæ uocat, & quomodo uocat. Hæc. n. tria in omni uocatione sunt attendenda, qualitas uocantis, uocati, & uocandi id est uocans, uocatum, & uocatio. Historialiter Christus Lazarum materiale de sepulchro uocauit materiali. Spiritualiter abyssus uocat abyssum: Abyssus Dei abyssus hominis, abyssus sapientiæ abyssum ignorantia, abyssus misericordiæ abyssum misericordiæ. Venit. n. sapientiæ Dei ad ignorantiam nostram, uenit misericordiæ Dei ad miseriam nostram, uenit Christus su-

Psal. 41.

blimis ad limum nostrum, excelsus ad profundum nostrum, & infixus est in limo profundum, ut nos euereret de profundo. Abyssus Christus est, quia incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uia eius. Vnde ego latitudo &c. Abyssus etiam cor hominis prauum & inscrutabile, & quis cognosceret illud? Vnde & Ionas sub persona Christi in passione. Abyssus uallauit me, pelagus operuit caput meum. Abyssus igitur superior uocat inferiorem, Christus hominem, dicens: Lazare ueni foras: quasi dicat, abyssus malitiæ Adam, abyssus ignorantia, abyssus miseriæ ueni foras. Sed unde & quo de sepulchro, immo de sepulchris? Omne enim peccatum mortuum sepelire mortuos suos. Mortuum sepelire, cum peccator peccatorem adulationibus pascit. In sepulchris concupiscentia mortui sunt & sepulti, quibus dedit Dominus desideria cordis eorum. Decimatercia mansione in exitu de Ægypto murmurauit populus contra Dominum suum, & Moysen, reuerſi enim sunt corde in Ægyptum ad ollas carniū, cepas, allia, & pepones. Nam tertiusdecimus numerus primus a duodecimo doctrinæ Apostolorum transgressionem notat. Inde Christus tertiadecima transgrediens, tertiadecima passus est, ad uesperam fecit pro nobis sacrificium uespertinum, ut de uespere mortis duceret nos ad matutinum uitæ. In huiusmodi sepulchris fœtebat quatruiduanus. Prima dies mortis natiuitas carnalis: quia homo nascitur ad laborem, repletus multis miserijs. Vnde: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Secunda transgressio legis naturalis. Tertia scriptæ legis. Quarta data gratia. Ecce iam fœtet. Hunc tamen uocat de abyssis terræ. Vnde. De abyssis terræ iterum reduxisti me. Primo in corpore, iterum in anima. Primo de peccato originali, iterum de actuali. Primo in te capite nostro, cum naturam nostram de morte suscitasti: iterum in membris, cum nos morte peccati liberasti: semel in spe, iterum in re, de abyssis terræ ad abyssum cœli reduxisti. Tres autem sunt abyssus uitæ. prima profunda, secunda profundior. tertia profundissima. Peccatum in cogitatione, operatione, consuetudine. Mortuus in domo, in porta, fetens in sepulchris. Ab hac triplici abyssus postulat liberari propheta. Non me demergat (inquit) tempestas aqua (per iniquam cogitationem) neque absorbeat me profundum (per prauam operationem) neque urgeat super me puteus os suum (per obstinam consuetudinem). Lazare ueni foras. Quæ per me, quia ego sum uia. quæ ad me, quia ego sum patria. Ueni per me hominem ad me Deum. Vnde uocatur? de peccatis. quæ per Christum hominem ad Christum Deum. Uocat igitur abyssum de abyssis, & per abyssum.

Quod multiplicatione Maria dicatur uirga, & Christus flos eius. Tit. XXVII.

Virgo Dei genitrix uirga est, flos filius eius. Perquam conuenienter fratres carissimi dicitur

Matt. 8. Quid sit mortuos sepelire. Mortuos sepelire.

Psal. 20. Y Num. 11

Dies mortis quatuor.

Rom. 7. Iob. 5. Iob. 14.

Psal. 70.

Z Abissi uite tres.

Psal. 68

Discursus pro concionatoribus pulcher de Maria uirgine uirga. **C**itur uirga beata uirgo Maria. Et enim uirga recta, uirga erecta, & in cœlum usque porrecta, uirga gracilis, uirga fragilis, uirga flexibilis, uirga frondosa, uirga florifera, uirga fructifera. Recta per fidem, erecta per spem, porrecta per longanimitatem, per humilitatem gracilis, per mansuetudinem flexibilis, per uirginalem conceptionem florifera, per partum salutis fructifera. Gracilis per abiectionem sui, fragilis per despectionem mundi, flexibilis per compassionem proximi, frondosa per gratiam deuotionis, florifera per gratiam uirginitatis, fructifera per prerogatiuam fecunditatis. Prerogatiua fecunditatis fuit, quia talis taliter talem genuit. Qualis uirgo concepit, uirgo peperit, uirgo permanit. Qualiter? Angelo nuntiante, Spiritu sancto operante, uirtute Altissimi obumbrante. Qualem? sanctum sanctorum, regem seculorum, Dominum angelorum, regem denique regum, & Dominum dominorum, unicum uirginis matris, unigenitum Dei patris, Deum & Dominum maiestatis.

B Virgo Dei genitrix uirga est, flos filius eius: quam bene quam recte dicitur flos? quia ex uirga uirgine producit. Quid flore tenuius? Quid flore tenerius? Quid ad tactum lenius? Quid ad ferendum leuius? Quid flore speciosius? Quid flore fragrantius? Quid flore fructuosius attendimus? In flore itaque est mellificatio, ex flore fructificatio, ex flore fauus & fructus. In fauo mel & cera, in fructu potus & esca. Si parua sunt ista, addo quod & in flore medicamenta. Quid flore tenuius cum altringitur? Quid tenerius cum atrectatur? Quid lenius cum portatur? Quid speciosius cum aspicitur? Quid fragrantius cum odoratur? Quid uilius si effectus attendantur? Septem itaque sunt, quæ in flore miramur, tenuitatem, teneritatem, lenitatem, leuitatem, pulchritudinem, fragrantiam, uilitatem. Ex his itaque collige, uirginis ille filius qualis inuenitur ab illis, quibus in florem uertitur. Nam qui incredulis & præuaricatoribus est lapis offensionis, & petra scandali, flos est spe & amore inhaerentibus. Illis flos igitur imitabilis specie, & uilitate singularis: flos flore inquam est filius uirginis, flos tenuis ad indignationem, tener ad miserationem, mansuetudine lenis, leuis dominatione, pulcher per dominationem, pulcher per moderationem, fragrans per repromissionem, uilis per remunerationem. Est ergo tenuis in flagellis, tener in misericordijs, lenis in donis, leuis in præceptis, pulcher in exemplis, fragrans promissis, fructuosus in præmijs. Hic flos factus est nobis medicina, ex illo enim mel & cera, in ipso potus & esca. Medicina in redemptione, potus & esca in iustificatione, mel & cera in glorificatione. Ex hac medicina sanitas sempiternæ incorruptibilitatis, ex eius esca refectio internæ sanitatis, ex eius potu ebrietas æternæ fecunditatis: De illius esca & cera, splendor summæ claritatis, in eius melle dulcedo indeficientis felicitatis.

De matre & puero in Aegyptum profugis moraliter, & persecutione puerorum sanctorum innocentium. Tit. XXVIII.

Accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum. Mater munditia est cordis, puer ueritas: quia de tali matre nascitur intelligentia, ueritas, cognitio sui & Dei. Hæc est plena intelligentia, & plena sapientia. Vis scire, quod de tali matre talis filius oriatur, cognitio scilicet Dei de cordis munditia? Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt, id est cognoscent. Puritas cordis est terra, quæ in perpetuum stat. Quia quod purum est, corruptionem ignorat, & sic perire nescit. Huius terræ fructus ueritas, quia ueritas de terra orta est. Naro tali puero Herodes turbatur, & omnis Hierosolyma cum illo: quia puerum, qui natus est, non uult crescere, immo omnes pueros uult occidere. Herodes est superbia, Hierosolyma regnum eius. Diligit Christus paruulos Iudæos, amat Hierosolyma magnos Iudæos. Iudæus confitens interpretatur. Vis scire quales confellores Herodes habeat rex superbus? Non sum (inquit) ut ceteri homines raptores &c. Taliu Hierosolyma turbatur cum eo. Vis audire quales habeat Christus? Ego sum (inquit) minimus Apostolorum &c. Excelsus Qominus humilia respicit, paruulos quærit. Sinite (inquit) paruulos venire ad me &c. Superbus Herodes humilia despicit, ambulans in magnis & mirabilibus super se paruulos Christi quærit occidere a bimatu & infra. Humilis confessio minimum facit Iudæum & paruulum. In quantum humilis est paruulum, in quantum confessio Iudæum. Sed alia est confessio criminis, alia laudis. Tu fortè mala tantum in te inuenis, erubescis confiteri: ille bona aliqua comprehendit, & hæc Dei munere cognoscens, gratias agit. Vterque pro humili confessione Iudæus & paruulus, sed tu anniculus, ille bimus. Qui enim pro peccatis Domino confitentur, ad primum annum perueniunt, qui pro donis, secundum attingunt. Confessio itaque criminis facit anniculos, laudis bimos. Herodes igitur, qui Iudæos magnos & timidos, non ad laudandum Deum, sed ad lapidandum Stephanum promptos, non solum primum, sed & secundum piæ uel humilis confessionis annum transgredientes diligit. Paruulos, quos Christus diligit, usque ad mortem persequitur, a bimatu & infra, & ipsum puerum, scilicet ipsam ueritatem cordis mundati. Herodes puerum persequitur, cum ex accepta ueritatis intelligentia, spiritu elationis animus impugnatur. Multi enim cum ueritatis intelligentiam accipiunt, altiora seipsis quærentes se deserunt. Nunc de mysterio incarnationis & Trinitatis, nunc de secretis cœlestibus, & Spiritu sancti charismatibus disputant: & dum supra se rimantur, suæ infirmitatis nescij, se esse homines obliuiscuntur. Qui ergo hanc herodianam impietatem cupit euadere, angeli consilio obediat. Accipe (inquit) puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum. Aegyptus tenebræ interpretatur.

Gterpretatur. Ad tenebras igitur nostras considerandas ire præcipimur, quando per spiritum superbiæ impugnamur. Est autem puer aliquando apud Aegyptum, aliquando inuenitur in Iudæa. Apud Aegyptum est, quando docet me quantæ sint tenebræ meæ, instruens me uera cognoscere de me ipso. Apud Iudæam est, quando ostendit mihi quæ sit claritas sapientiæ suæ, erudiens me uera de Deo. In Aegypto dat cognitionem mei, & in Iudæa Dei. **Psal. 75.** quia Notus in Iudæa Deus. Accipe puerum, & matrem eius, cum utroque fuge. Si Herodem non euitas, puer occiditur: quia si superbiæ non declinas, ueritatis lux extinguatur. Si cum utroque non pergis, intus non eris. Si pristinos errores, præteritis delectationes, ad memoriam reducis, in Aegyptum quidem uenisti, & moraris in ea, in tenebris tuis considerandis occupatus: sed quia sine puritate huc uenisti, raperis in turpem delectationem: sed quia ueritas tecum non est, cadis cito in errorem. Si enim antiquas uoluptatis uias per concupiscentiã respicis, sine uirgine matre pergis. Si mala tua exculas, uel mala esse dissimulas, sine puero in Aegypto moraris. Fuge ergo & cum utroque, & esto ibi usque dum dicam tibi. Non ante tempus redeas, se neque ultra quam latis est moreris. Nam si mala tua nimis attendas, cito te in desperationis foueam præcipitas. Si ante tempus, uel ultra modum de Dei misericordia confidis, te nihilominus in præsumptionem erigis. Cum igitur ex nimia consideratione tenebrarum tanquam ex multa mora Aegypti in desperationem traheris, & a tristitia absorberis, angeli satanæ consilium sequeris. Hoc ipsum si ex Iudæa facias in habitatione, per inanem latitiam ad uanam gloriam, & spem rapies.

H Si igitur discretus es, non solum fugias, sed esto ibi usque dum dicam tibi, ut ait angelus magni consilij. Surgens ergo Ioseph fugit in Aegyptum cum matre & puero, & erat ibi usque ad obitum Herodis, usque dum diceretur ei. Reuertere in terram Israel, defuncti enim sunt, qui quærebant animam pueri &c. Et nota quod nocte fugit. Nox autem propter tenebras significare quandoque solet ignorantiam, quandoque propter frigus tristitiam. Nocte igitur ad Aegyptum tendit, qui pristini erroris sui uias cum graui maiore respicit. Qui enim conscientia suæ tenebras cum alacritate intuetur, in Aegyptum clara die reuertitur. O quanta impudentia, peccata præ oculis habere, & non gemere: erubescenda intueri, & non erubescere: dolenda uidere, & minime dolere? De nocte quidem ire disponebat, qui dicebat: Recogita bo annos meos in amaritudine animæ meæ. Qui recogitat in iocunditate animæ suæ, sibi o domine, non tibi recogitat annos ante actæ uitæ suæ. Recogita illi annos tuos in amaritudine animæ tuæ, non in dulcedine, ut nocte fugias in Aegyptum: quia eo amplius dulcescat tibi bonitas Dei, quo magis tibi amarescit iniquitas tua: & quo plus displicet iniustitia, tanto plus placeat Dei misericordia. **I** Vile enim est fugere ad Aegyptum, & infirmitatis nostræ tenebras inspiceret, ne animus intuer-

mescat. Sed fortè dices. Tenebræ conculcabunt me, si in Aegyptum iero? ideoque audi: Nox nocti indicat scientiam, tantum ergo puer Iesus, & mater sit tecum, fiducialiter ibi, & uere dicere poteris. Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam puer Iesus, & mater uirgo & cordis mundicia, & ueritatis intelligentia mecum est: quin immo & nox facta est illuminatio mea in delicijs meis. Obone Iesu, quante quales quæ misericordiæ diuinæ, dum nox uertitur in diem, tenebræ in lucem, amaritudo in iocunditatem, ignorantia in scientiam? Fugit quoque Ioseph in Aegyptum, & erat ibi usque ad obitum Herodis. Obitus Herodis defectus est elationis. Si in Aegyptum uadis, & in ea moraris, quando infirmitatis tuæ tenebras agnoscis, omnis profecto arrogantiæ deficit. Defuncto Herode est tempus reuertendi in terram Israel. Israel uir uidens Deum interpretatur. Ille Israel est, cuius mens in contemplatione leuatur. Ego uir uidens paupertatem meam usque hodie, quia nihil nisi tenebras uideo, in Aegypto sum, qui uero per contemplationem gloriæ Dei intuetur, in terra Israel moratur: quia si quis sapientiam loquitur inter perfectos, & quæ corde contemplatur, ore confitetur, in Iudæa conuertatur. In Aegypto quisque est per considerationem sui, in terra Israel per contemplationem Dei, in Iudæa per ædificationem proximi.

De sacramentorum diuersitate. Tit. XXIX.

Sacramentorum alia consistunt in rebus, ut aqua asperisionis: alia in factis, ut signaculum crucis, tunisio pectoris, expansio manuum: alia in uerbis, ut responforia: alia in iubilis & gestu, ut aquæ asperisio, exemplo Elisei mittentis sal in aqua, ut amari fontes dulcorarentur. Innuat autem aqua poenitentiam de præteritis, sal discretionem de futuris, quæ duo iuncta amaram conscientiam in dulcedinem uertunt, illusiones & infestationes dæmonum pellunt. Signaculum crucis uirtus est passionis Christi, tunisio pectoris expulsionem malæ cogitationis, expansio manuum charitatem notat, responforium bonam operationem, alleluja præsentem lætitiã, iubilus futuram significat.

De sanatio, uulneribus eius, & medico, & medicamentis, & operibus misericordiæ. Tit. XXX.

Homo in peccatis iacens ægrotus est, uitia uulnera, Deus medicus, dona Spiritus sancti antidota, uirtutes sanitates, beatitudines gaudia. Per dona Spiritus sancti uitia sanantur, sanus uirtutibus operatur, operans gaudijs muneratur. Sex autem sunt opera misericordiæ, esurientem pascere, sitientem potare, hospitem colligere, nudum uestire, infirmum uisitare, ad carceratum & inclusum uenire, septimum (ut in Tobia legitur) mortuum sepelire.

De duabus portis summe vel bonis vel malis. Tit. XXXI.

Duae sunt portae, amor & timor, quae cum bonae sunt, omnem bonum efficiunt. Per timorem enim mala cauentur, per amorem bona exercentur. Cum uero malae, omnium malorum causa sunt. Per timorem enim malum a bono reciditur, & per amorem malum mala fiunt. Portae igitur sunt, per quas mors, & uita ingrediuntur. Mors, quando ad malum aperiuntur: uita, quoniam ad bonum referantur.

De quadruplici timore. Tit. XXXII.

Quatuor sunt timores, seruilis, mundanus, initialis, filialis. Primus pro euitanda poena abstinet a malo, retenta uoluntate mala. Secundus pro euitanda poena abstinet a malo, obtemperata uoluntate bona. Tertius pro euitanda poena a prauo opere abstinet, & prauas cogitationes refecat. Quartus bono firmiter adheret, illud amittere nolens. Primus hominibus placere querit, poenam, quae ab hominibus infertur, non reatum conscientiae timens. Secundus hominibus placere non quaerens, tamen displicere metuens: tam mendax est in ueritate neganda, quam fallax alter in ueritate regenda: uterque in ueritate offendit. Tertius, quia poenam, quam Deus, qui cor inspicit comminatur, declinare uult, ei displicere metuit. Quartus Deo placere uolens destinatum bonum timet, id est non uult amittere.

De triplici uitio, triplici peccato, & triplici remedio. Tit. XXXIII.

Triplex uitium, triplex peccatum, triplex remedium. In potentia, ignorantia, concupiscentia, tria uirtute hominis interioris uitia dum consensum alliciunt, transeunt in peccata: quorum alia per infirmitatem, alia per errorem, alia ex sola peruersa uoluntate ultro committimus. Triplex uero remedium in diuinis constitutionibus, comminationibus, & promissionibus, intelligimus. Unde omne caput languidum, & omne cor mœrens? A planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. ecce mala innata. Vulnus, & liuor, & plaga tumens &c. Ecce mala illata. Prima intrinsicus, secunda extrinsecus. Ad cumulum autem malorum sequitur contemptus remediorum. Non est (inquit) circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo &c. Ecce quantis malis premimur. Ergo discite o homo, & si ab homine dedignaris, ab eo saltem, qui docet hominem scientiam, tantam miseriam, quod scilicet de interioribus timere, de exterioribus debeas formidare, ut ardentius medicina quæras, & diligas ligamenta, scilicet diuinarum institutionum, cura menta comminationum, fomenta promissionum. Omne (inquit) medicus in propheta) caput languidum &c. Caput id est liberum arbitrium: quia sicut caput cor-

pori præeminet, ita liberum arbitrium omni occasione præsidet. Isto nihil dignius, quia incommutabili æternitati præ cæteris uiciniis accedit, eius in se imaginem expressius gerit: quia nulla culpa, uel miseria, non dicam destrui, sed nec minui potest: & sicut superiorem non habet, nec habere potest, sic liberum arbitrium dominium non patitur, nec pati potest, quia uolentiam illi inferre, nec creatorem decet, nec creatura potest. Totus si infernus, totusque mundus, & militiae cœlestis in unum coniuert exercitus, unus ex libero arbitrio consensus in qualibet re inuito extorqueri non ualet. Hoc itaque caput in homine languidum dicitur, quia ad amorem bonum torpet. Capitis languorem ostendebat, qui dicebat. Sine me nihil potestis facere. Quid enim boni facere potest ex seipso, quando nec dicere potest, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Nihil ergo languidius eo, quod ad quodlibet bonum etiam minimum minime conualescere potest, quia, Non est uolentis neque currentis, sed miserentis Dei. Voluntati enim eius quis potest resistere? Unde sicut admiranda arbitrij dignitas est, ab ullo cogi non posse: sic miseranda infirmitas, in seipso ad omne opus bonum torpere. Sequitur. Omne cor mœrens &c. Ex corde consilium de occulto eruitur, & in secreto inuenitur, & ex eo bona intentio procedit, quoniam per consilium uita nostra deprauata corrigitur. Nam mors & uita ex ipso procedit, quoniam si ex consilio intentio bona deprauatur, quid iuuat honorum operum prolem gignere, & eam per prauam intentionem necare? Quidam in ipso proposito ex mala intentione opera corrumpunt: alij post exercitia uirtutum per uanam laudem a bona intentione euanescent. Primi abortiuos faciunt parere: Secundi natos uel adultos occidunt. Nonne satius non parere quam dormiendo partum opprimere, uel ex consilio necare? Melior est sterilis quæ non parit, quam filiorum necatrix sine misericordia. Quid enim ossa arida sine anima, nisi fortia opera sine intentione bona? Et hæc ab uirtutum merito & retributione frustrata, sed uaticinante filio hominis ingressus est spiritus in ea, & reuixerunt. Quia ergo ex consilio intentio accipit ut bona sit, quasi de corde spiritus procedit, qui ad corporis uiuificationem exiens, se per uirtutum opera diffundit, ut nostrum sit quod dicitur. Consilium custodiet te, & prudentia seruabit te. Hoc autem cor in tenebris ignorantiae positum errat, modo in discernenda quantitate, dicendo maius malum esse minus, & e conuerso: modo in examinanda qualitate, dicendo malum bonum & e conuerso: non iudicando scilicet inter noctem & noctem, ut a malis peiora, & a peioribus pessima diiudicet: nec inter diem & diem, ut a bonis meliora, a melioribus optima separet: nec omnem noctem, ut quodcumque uitium digna examinatione penset: nec omnem diem, iuxta Apostolum, ut unamquamque uirtutem iuxta propriam dignitatem æstimet. Hæc enim sunt quinque talenta, Matt. 25

Liberi arbitrij nobilitas.

Ioan. 15.

1. Corin. 12
Roma. 9

Prouer. 18
Intentio facit oia ope, ut bona sint aut mala.

Exech. 37

R
Ossa arida sine aia qd significant.
Pro. 2.

quæ

1. Pet. 2.

Eccl. 1.

Ose. 7.

S
Pedes animæ qui.

Iob. 14.

Eccl. 1.
Conceptus pulcher & concionatoribus.
Pro. 14.

quæ imprimuntur cogitationi, lucranda ex eis alia quinque, si imprimantur & affectui, ut quæ cognoscit, efficaciter diligendo duplicet. Alioquin melius est uiam ueritatis non agnoscere, quam postagnitam retrorsum abire. Diligenda uide debemus diligere, & contraria debemus odire. Nec huc ascendisse sufficit, nisi ulterius ascenderimus, scilicet ut in malis peiora maiori odio persequamur, in bonis meliora altiora dilectione complectamur. Et de secundo ad tertium, ut de melioribus optima eligamus, ex deterioribus pessima maxime contemnamus. Et quia possumus hæc tria facere in dilectione bonorum, & contrariorum reprobatione, contrarium modum minime seruare studeamus, sed per quartum & quintum ascendamus, ut in omni bono uel malo odij uel amoris congruam mensuram seruemus. Sed in his omnibus cor mœret, & ex mœre caligat. Mœror namque lachrymas fundit: Lachrymæ oculos caligare faciunt. Recte ergo cor mœret, quia ad omne consilium rationis cor hebet. Vere mœret, & mœrere debet, quia malum diligimus, quod dum consilium patitur, sicut non ignorat, ita nec dissimulat. Quanto enim euidentius per consilium cognoscit malum, quod patitur, ut tanto amplius mœret, & suis prauitatibus indignatur: quia qui addit scientiam, addit & dolorem. Si igitur cor habemus, non omni consilio destituti sumus: tantum malum dissimulare non debemus, debet dolor noster acrius nos urgere interius, apparere exterius, intus ad remediū, foris ad exemplum. Nam mœror est dolor acrius intus sauiens, & in lachrymas foris erumpens. Si ergo columba seducta & non habens cor non sumus, si absque prudentia & sine consilio non existimus, probemus in opere quam uere doleamus in corde, appareat exterius quid patiamur interius. Sequitur. A planta pedis &c. Pes notat carnale desiderium: quia sicut pes in imo iacet, & a pedibus totum corpus circumfertur, ita carnale desiderium in infimis adhæret, & a carnalibus desiderijs animus exagitur, & circumfertur: quamdiu enim hominibus & profugus uiuit super terram, tam diu post concupiscentias suas abiens repletur miserijs, & nunquam in eodem statu permanet, quærens apprehendere quod concupiscit, & effugere quod odit. Nunc hoc, nunc illud amat: quæ prius amauerat, iterum despicit & fastidit. sed cur dicimus fastidire, qui scriptura teste, cursum in amaritudine consummant. Omnia (inquit) flumina intrant in mare, hoc est omnem delectationem carnalem in amaritudinem terminari: omne flumen, & omnis dulcis aqua dum mare intrat, in amarum mutatur aquam, quia extrema gaudij luctus occupat, & risus dolore miscbitur. Et mare non redundat, quia diuina æquitas in omni percussione sua, quam ad ultionem uel correctionem fert, modum seruat, iustitiæ metas non excedit. Malitiæ nostræ meritum miseriarum nostræ quantitas non exuperat. A pede igitur usque ad uerticem non est sanitas, & sic pes cum toto corpore dolet, quia concupiscentiæ malum undique feruet, & dolorem singulis membris propria infirmitas extorquet. Quid enim infirmius quam non

posse plene resistere, in quibus erubescimus? Mentem consentire legi Dei, & in lege Dei captiuari, & uinci? Hæc igitur sunt tria uitia, languor capitis, mœror cordis, dolor infirmi corporis: qui defectus nostri ab interioribus surgunt. Per languorem capitis intelligimus debilitatem liberi arbitrij ad bonum. Per infirmitatem corporis, inquietudinem desiderij ad malum. Per mœrorem cordis, caliginem, ambiguitatem iudicij ad utrumque discernendum. In languore, in impotentia boni, in uexatione infirmitatis, in concupiscentia mali, in nubilo mœroris, in ignorantia boni & mali.

Secundum hoc genus triplex uitiorum, triplex est genus peccatorum. Unde sequitur Vulnus, liuor, plaga tumens. Alia enim sunt, quæ incidimus per infirmitatem, alia per errorem, alia per iniquitatem. Vulnus est peccatum, quod committitur per infirmitatem. Quid enim contritio exterior apta sine timore, nisi culpa manifesta sine elatione, cum humilitatione & confusione? Talia per infirmitatem quodammodo inuiti committimus, nulla enim magis erubescimus, magisque damnamus. Liuor est peccatum ignorantiae. Nam sicut contritio pelle obtenditur, & ne sanies profluat, pelle, qua tegitur, prohibetur: sic ignotantiae peccata, ne in apertum prodeant, sub ambiguitatis suæ umbraculo se uelant: & ne per confessionis aperturam putredo suæ corruptionis erumpat, falsæ opinionis uelamento se palliat. Plaga tumens est peccatum malitiæ: quia neque per infirmitatem, neque per ignorantiam, sed per solam malam uoluntatem tumor contemptus Dei committitur. Hæc tria sunt peccata, in patrem, in filium, & in spiritum sanctum. Vel per hæc tria intelligimus mortuum extra domum, in domo, & in tumulto, scilicet cogitationis peccatum, actionis, & consuetudinis. Vulnus in tumorem uersum, est peccatum consuetudine obductum, uulnus apertum peccatum per actionem manifestum, liuor sub pelle putrescens, peccatum in cogitatione latens. Vel per uulnus, quod est sine tumore, peccatum, quod accusamus, non defendimus: per liuorem, illud, quod per hypocrisim tegimus: per plagam tumens, quod per contumaciam defendimus. tribus itaque modis peccati contritio aperitur, tribus obducitur, tribus inflatur. Aperitur in modum uulneris, obducitur in modum liuoris, inflatur in modum plagæ tumens. Sed peccati uulnus aliter putet homini in seipso, aliter proximo, aliter Deo: sibi per cognitionem, proximo per actionem, Deo per confessionem. Quantum enim in nobis est, illud Deo abscondimus, quod coram eo per confessionem damnare nolumus. Tribus modis absconditur ad liuoris similitudinem. Pelle obducitur aliter nobis, aliter Dei oculis, aliter proximi. Nobis per errorem, Deo per taciturnitatem, proximo per simulationem. Similiter tribus modis intumescit, dum more plagæ tumens distenditur: in seipso putrescit per malitiam, coram proximo per imprudentiam, circa Deum intumescit per contumaciam. Per malitiam

V
Triplex gen^o peccatorum.

Triagenera mortuorum in homine peccatore.

X

Y

tiam homo destruit seipsum, per imprudentiam destruit uel perimit proximum, per contumaciam impugnat Deum.

Triples remediū Huic triplici malo, triplex remedium additur, in ligamenti, curamenti, fomenti: licet quælibet ad tria mala posse referri uideantur. Plagam tumētē respiciunt in presenti eloquio, cum dicit, circumligata, curata, fota. Intelligimus autem ligamenta in mandatis, curamenta in minis, fomenta in promissis. Triplex est autem uinculum mandatorum. Primo trahimur, secundo retrahimur, tertio astringimur. Vinculum attrahens præceptiones sunt, quæ sunt eorum, quæ fieri oportet: quibus sepe urgemur eo, quod boni operum gressus sine difficultate non dirigamus. Quæ sunt, diliges Dominum Deum tuum &c. Vinculum retrahens sunt prohibitiones, quæ sunt eorum, quæ fieri nō licet: quibus tamē sepe inde retrahimur, quæ per desiderium properamus. Quæ sunt, Non occides &c. Vinculum cōstringens, sunt ammonitiones, quibus cordium fluxum ligamus, cum uoluntates etiam a licitis restringimus, quæ sunt: Si uis perfectus esse, uade & uende &c. Triplex est curationum genus in diuinis comminantibus. Est comminatio correctionis, reprobationis, damnationis. de prima dicitur. Flagellat omnem filium, quem recipit. De secunda. Indurabo cor Pharaonis. Et quem uult indurat.

A Et Addam plagas uestras usque in septuplum propter peccata uestra. Et Cōteram superbiam duritiæ uestræ. De tertia dicit sinistris. Item in ignem æternum. Vermis non morietur &c. Amarus hic succus herbarum, sed ad desiccandos uitiorum humores efficacissimus. Nimis effrenatus est, qui non studet concupiscentias temperare uel refrenare. et si attendat in electis mala septemplexiter puniri, alios propter peccata in reprobum sensum dari, & quosdā in supplicium æternum. Triplex est olei species in diuinis promissionibus. Prima promissio ueniæ, secunda gratiæ, tertia gloriæ. Quia non solum delictorum ueniā, nec etiam solum gratiam, sed & gloriā dabit misericors & miserator Dominus. Ad primā pertinet. Si fuerit peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Ad secundam pertinet. Diuisiones gratiarum sūt. Ad tertiam. Alia gloria cælestiū, alia terrestriū &c. Prima ad uulnera medenda in usum unctiōnis fouet salubrius. Secunda ad luminaria concinnanda in usum luminis ardet clarius. Tertia ad cibaria condienda in usum refectionis sapit dulcius, quia est oleum lætitiæ, participatio gloriæ.

C Hæ species olei sunt contra triplicem dolorem. Si doles ex uulnere criminis, & conscientia peccatorū te urget acerbius, accipe unctiōnem olei propositæ ueniæ, & recipe consolationem ad illam uocem. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Conuertimini a uis uestris pessimis. Et quare moriemini domus Israel? Quæ est tam immanis contritionis & pœnitentiæ amaritudo, quam lenire non possit huius diuine unctiōnis infusio? Si doles ex infirmitate & defectu tuo, inungere oleo promissæ gratiæ, & accipe ab eo, qui dat omnibus affluenter, & nemini improperat. Si (inquit) nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester cœ-

lestis dabit spiritum bonum petentibus se? &c. H. c. Luc. 11. induc uasis manibus ex præcepto, quia nō nouit deficere, nisi cū uas uacua defuerint, quæ possent impleri. Si doles de tribulationibus, habes oleum gloriæ: unde fatigationem leuans, dolorem mitiges ab illo præcioso unguentario, qui dicit. Non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriā &c. Primam unctiōnem Samaritanus infundebat ei, qui incidit in latrones, & ea peccatrix mulier sanauit uulnera sua. Secūda accepit, qui dicebat. Gratia Dei sum id quod sum &c. Hæc non debet esse uacua. quam exemplo & uerbo docuit. exemplo: Et gratia eius in me uacua non fuit. uerbo: Videte (inquit) ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. Tertia prudentes uirgines intrantes in gaudium Domini sui, & ad nuptias agni recubantes abundant. Habemus ergo tres olei species, utiles & necessarias. Primam contra triplicem contritionem, uulneris, liuoris, plagæ tumētis. Secundam contra triplicem dolorem, mœsti cordis, languidi capitis, agroti corporis. Tertiam cōtra triplicem fatigationem etiam sanis corporis, uidelicet laboris, egestatis, persecutiōnis. Oleū habes diuine misericordiæ, in quo foueas uulnera peccatorum. Oleum gratiæ, in quo mitiges uitiorum morbos. Oleum gloriæ, in quo lenias fatigationes certaminum. Primum est ergo sanare uulnera peccatorum, secundum curare morbos uitiorum, tertium lenire fatigationum dolores. In peccatorum medelam habemus oleum misericordiæ cōfectionem illam propheticam ex prima olei specie confectam. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates. Mirabile unguentum illud, quod non solum de infirmo sanum, sed etiam de misero facit beatum. Cōtra uitiorum morbos accipe aliam confectiōnem ex oleo gratiæ. Beatus uir, cuius Deus Iacob adiutor est: & beatus, quem tu erudieris Domine: & beatus, qui confidit in Domino &c. Beatus (inquam) quem Dominus adiuuat, & erudit, & protegit, addiuuat ad bonum, defendit cōtra malum, erudit ad utrumque discernendum. Adiuuare, erudire, defendere totum est gratiæ. Primum est igitur contra defectum fortitudinis, secundum contra defectum ueritatis, tertium contra defectum uirtutis, omnia cōtra defectum boni naturalis. Primum contra debilitatem languidi capitis, secundum contra caliginem mœrentis cordis, tertium contra infirmi anxietatē corporis. Habemus adhuc tertiam olei speciem ex promissione gratiæ contra triplicem corporis iam conualescentis, defatigationem. contra fatigationem habes illud: Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Contra afflictionem egestatis, illud: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, Contra tribulationem persecutiōnis, illud. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Quis inter tot tribulationum certamina non modo non doleat, uerum etiam exhilarescat, cum scripturæ attestatiōne addifcat de quo hæsitare nō audeat: qm̄ beatus uir, qui suffert tērationē, qm̄ cum probatus fuerit, accipiet coronā uitæ: hoc est qd̄ Apostoli bāt gaudentes a conspectu cōsiliij, qm̄ digni habitū sūt

Luc. 11.
Roma. 8
1. Cor. 13
Ibidem.
2. Cor. 6.
Mat. 26.

De publicani iustificatione. Tit. XXXIII.

pro nomine Iesu contumeliam pati. Ergo tertia olei species facit de tribulatione gaudentes, cum speret in certamine, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit &c. Studeant ergo ex his secundum suam quisque utilitatem & uirtutem infirma nostra fouere, ne illa diuinæ increpationis arguamur sententia. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo, &c.

De publicani iustificatione. Tit. XXXIII.

F Tribus uirtutibus in domum suam redijt iustificatus: obedientia, qua se dixit seruum: iustitia, quam misericordia facit: charitate in filio, quā Deus in seipso gignit. Dicit enim tria. Domine miserere mihi peccatori. In eo quōd, Domine, clamat, seruum se dicit: in eo quōd, miserere, uociferat, misericordia se iustum facit: in eo quōd se peccatorē accusat, Deus ex impio filium gignit.

De consilio impiorum in quatuor. Tit. XXXV.

G Beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum &c. In quatuor consilium impiorum consistit, malitia, astutia, audacia, imprudentia. Malitia ad mandandum in cogitatione, astutia ad ordinandū in deliberatione, audacia ad peragendum mala in operatione, imprudentia ad iterationem in consuetudine. Hi peccatores ducunt ad sepeliendum. Sed si Iesus tangit loculum peccati mortalis, per misericordiam, stant portitores.

De consilio piorum &c. Tit. XXXVI.

H Consilium piorum consistit in quatuor. In innocentia, quæ priuat fœtore uitiorum: prouidentia, quæ dotat odore proximarum uirtutum: constantia, quæ confirmat honore uirtutum receptarum: reuerentia, quæ exornat decore retributionum.

De tribus salutationum in euangelio generibus. Tit. XXXVII.

I Tria salutationum in euangelio genera inuenimus. Angelus uirginem salutauit. Virgo Helisabet salutauit. Dominus post resurrectionem discipulos salutauit. Cum enim uidemus eos, qui in sterilitate senerunt, montana professionis ascendēdo, feruorem pœnitentiæ quasi quendam filium conciperet: uel in uerbo Dei uoce salutationis gratiam remissionis offerre debemus. Quos in sanctitate & castitate Deo seruire uidemus, inuitando ad meliora, benedictionis fœcunditatem necessario permittimus. Quos sanos in conclaui remotioris uite positos ad imitationis apostolicæ fastigium tendere cōspicimus: illis pacis geminæ soliditatem, cum etiam in suo corpore quædā præludia sentiunt, uice nocis ministerio spondemus. Alios uero, qui in uia seculi positi sunt, in eodē euangelio salutare prohibemur: quia nullam salutem seculo inherentes merentur.

De quatuor augentibus gratiam deuotionis, & religionis. Tit. XXXVIII.

Q uatuor sūt, quæ nostræ gratiam deuotionis adaugent. Memoria peccatorum, quæ hominem apud se reddit humilē: recordatio peccati, quæ illum ad bene agendum sollicitat: consideratio peregrinationis, quæ illum hortatur uisibilia contemneret: desiderium uitæ perennis, quod hominem inuitans ad perfectum, cogit eum cum terrenis affectibus uoluptatis imitationem suspendere.

De tribus, quibus nos erudit Dominus. Tit. XXXIX.

T Ribus modis nos erudit Dominus: indulti benificij largitate, quæ duritiā mentis emollit, & excitat ad amorem: illati damni & uerbi feruitate, quæ præstis intellectum auditui nobis timorem incutit: contemptus publica utilitate, quæ implens facies nostras ignominia, parit nobis uerecundiam, ut Deum quæramus & eius nomen, cuius hic est puer Ægyptius, quem lassum ab Amalechita relictum adinuenit Dauid, & cibo refecit.

De tribus nobis prohibitis, & tribus nobis licitis. Tit. XL.

T Ria nobis phibentur, male cogitare, male dicere, male facere. Quia in male cogitando uel immunditia est, cū res olidę reuoluuntur: uel superbia, cum animus super proximum erigitur: uel ambitio, cum res uel honor illicite concupiscitur. Necessesse est malę cogitationi istorū, q̄ semp uolūt male dicere, ut sit sermo uel superuacuis rōne carens & utilitate, uel detractorius superna bona inuida & odiosa corrosione diminuēs, uel adulatorius caput alterius falsa olei delinitione demulcens. In male faciendo opus est uel simulatorium, cū aliud intendimus & aliud demonstramus: uel impium, cū proximos lædimus: uel impudicum, cum nos fordidamus. Per contrariū ut bene cogitare, bene loqui, bene facere, eadem possunt notari. Triformis esse debet nostræ laudis oblatio: affectuosa, ut mens cōcordet uoci: fructuosa, ut ædificationem pariat inuentis: gratiosa, ut placeat conditori, qui gratis dedit.

Penitentia tria necessaria. Tit. XLI.

T Ria sunt necessaria pœnitentiæ: abstinentia, prouidentia, reuerentia. Abstinentia, quæ carnem superbia domatur: lectio, cuius fructu reformandus in uigore animus saginatur: oratio, cuius munimine uirtutes ex uia proteguntur.

De tribus, in quibus obnoxij Deo sumus. Tit. XLII.

T Ria sunt, in quibus obnoxij Deo sumus. Signaculū natura, quo ad similitudinē Dei facti sumus: talentū fidei, qd̄ p bonū opus Deo integrum resignare debemus: titulus per confessionem, quo ad seruiendum Deo sponsonis uinculis alligamur.

Hebra. 12
Exo. 7.
Leui. 26.
Ibidem.
Matt. 25
Ela. 66.

Triples species olei

Esa. 1.
1. Cor. 12

Exec. 18.
Exec. 33.
Exec. 18.

Iaco. 1.

D
Psal. 31

Psal. 145.

E
Psal. 127

Psal. 127.
Matt. 5.
Ibidem.

Iaco. 1.

Actu. 5.

pro

De triplici via ad mortem. Tit. XLIII.

quæ est Moyſes: copia temporalium, quæ est Iſue.

De tribus calicibus à Domino propinatis. Tit. L.

Tres sunt calices, quos Dominus propinat nobis: pœnitentiæ & doloris, qui est plenus mixto: pœnitentiæ & laboris, quem bibit Ioannes: benivolentiæ & amoris, qui est inebrians & præclarus.

De tribus uestimentis electorum. Tit. LI.

Tria sunt uestimenta communia electis Dei. caelestis sapientia, quæ est Ephod, & caput operit perseverans iustitia, quæ Poderis est, & totum corpus induit: carnalis continentia, quæ lumbos cingit.

De tribus puellis pervertentibus sensum. Tit. LII.

Tres sunt puellæ, quæ pervertunt sensum nostrum. Teneritudo carnis, quæ est Dalila Sanctorum. Oculi curiositatis mundialis gloriæ, quæ est Iexabel, & Naboth occidit. Diffidentia futuræ uitæ, quæ est filia Herodis, & caput Ioannis aufert in disco.

De quadruplici sacerdotum officio. Tit. LIII.

Quadrupertitum est officium sacerdotis. Vitæ carnis suæ hostiam immolare: quod est Leviticum. Virtutum charisma Deo offerre, quod est aromata incendere, & filiorum Aaron est. Cum feruore martyrii cælum intrare: quod est introire sancta sanctorum. Gratia & precum uota cælo transfundere: quod est panem & uinum Deo offerre.

De tribus, quibus mare huius seculi peruium est. Tit. LIIII.

Tribus generibus hominum hoc mare magnū præfens scilicet seculum, est peruium ut transeant. Liberatis: qui tres esse dicuntur Noe, Daniel, & Iob. In Noe, qui arcam rexit, ne periret diluuium, rectorum formam intelligo. In Daniele uiro desideriorum, abstinentiæ & castimonie debito soli Deo uacantem pœnitentiæ & continentie ordinem. In Iob substantiam huius mundi bene dispensantem in conuicio, fidelem populum terrena fide possidentem. Primus nauis, secundus ponte, tertius uado pertransit. Coningatorum ordo mare magnū uado pertransit, laboriosum periculum, & longū iter habens, præsertim diebus istis, quibus malitia nimis inualuit, inter undas huius seculi uoragine nitiorum & criminalium foueas declinare. Continentium ordo ponte pertransit, quod iter breuius est & facilius, sed non prorsus securum. Timendum enim est periculum triplex: ne fortè æquare se alteri, aut respicere retro, aut certe in medio ponte stare quis uelit. Nulla ex his tribus angustijs angustia patitur

Z

Psal. 74. Psal. 22.

B

Iudic. 16. 2. Re. 21 Mar. 6.

C

D

Gen. 6.

Dan. 10.

Iob. 1.

Triplex Periculū timendum in mari huius uisæ.

De triplici bono, quod nobis indicat propheta. Titu. LVI.

Triplex est bonum, quod omnis propheta indicat: facere iudicium, & iustitiam, & ambulare rectum cum Domino. Facere iustitiam, reddendo unicuique quod suum est: prioribus obedientiam, minoribus doctrinam, amicis lætitiā, inimicis patientiam. Facere etiam iudicium, aliud in se, aliud in proximum, aliud in Deum. In se debet esse seuerum. Si enim nos diiudicemus, non utique iudicemur. Pium in proximum, ut siue misericorditer obsecres, siue zelo increpes, utrunque facias in spiritu lenitatis. In Deum sit purum & uerum. Considerans enim seipsum, iudicia Dei attendere debet in simplicitate cordis & puritate, dicēs in cōfessione, omnia opera Dei bona ualde. Sit ergo homo in se districtus iudex per intellectum ueritatis, pius in proximum per affectum charitatis, purus in Deum per consensum uoluntatis. Postquam uero fecerit homo iudicium & iustitiam, necessaria est ei uigilantia, ne laxetur per torporem, uel corruat per elationem, ut sollicitus ambulet cum Deo suo subditus ei, & orans eum.

De triplici animarum statu. Titu. LVII.

Triplex est status sanctarum animarum. Primus est in corpore corruptibili, secundus sine corpore, tertius in corpore iam glorificato. Primus in militia secundus in requies, tertius in beatitudine. Primus in tabernaculis, secundus in atrijs, tertius in domo Dei. Quam dilecta tabernacula tua Domine uirtutum? Multo magis atria concupiscibilia, iuxta illud, Melior est dies una in atrijs tuis super millia. Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Sed quoniam in ipsis atrijs aliquis defectus est: Beati, qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te. Lætatus sum (inquit alibi) in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dñi ibimus. In primis est ecclesia nō sine macula & ruga. Si. n. dixerimus quod peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. In secundis est sine macula. Sine macula sunt (inquit) ante thronum Dei. Nondum tamen sine ruga. Adeo. n. rigeat in eis desiderium domus Dei, in qua uestiantur duplicibus, ut necdum illorum recta intentio tendat in Deum, sed quodammodo retrahatur, & rugam faciat, cum desiderio inclinati clament: Vindica Domine sanguinem seruorum tuorum, qui effusus est. non tanquam uindictæ cupidi, sed desiderio refurgendi, quod differendum est usque ad diē iudicij. In tertijs uero exhibet Dominus ecclesiam sine macula & sine ruga. In tabernaculo habitat, iustitiam operans, in atria sine macula ingrediens. Unde propheta querenti: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? respondetur: Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. quasi dicat hic requiescet in monte sancto tuo, qui operatur iustitiam, & qui in iustitia inest macula aliqua uetustatis, & ruga alicuius nenen

Luc. 9.

Act. 14.

1. Tim. 6

Psal. 106.

Ibidem.

Can. 8.

Ibidem.

1. Tim. 1

1. Pet. 5.

Ioan. 8.

Petri tri-na interrogatio.

Ioan. 21.

De quintuplici obedientia. Titulus LV.

Quinquæ partita debet esse obedientia: recta, ut non sit contra Deum: uoluntaria, quia Deus non approbat coacta seruitia: pura, quia debet esse intentio sincera: (Si enim oculus fuerit simplex, totum corpus lucidum erit): discreta, ne quid nimis (Qui enim recte offert, si non recte diuidit, peccat): firma, ut non desistat. Qui enim perseverauerit, saluabitur.

Mich. 6.

Lucæ. 11.

Iudicium quod nam requirat à nobis. 1. Cor. 10

H

I

Psal. 33

Psal. 83.

Ibidem.

Ibidem.

Psal. 121.

1. Ioan. 1

K

Apoc. 14

Apoc. 19.

Martyres cur clament. Vindica Domine sanguinem seruorum. &c.

cessitatis. In atrio remouetur peccati macula, remanente (ut dictum est) aliqua constrictiois ruga, dum accipiunt tantum singulas stolas, sed non uestiuntur duplicibus, donec recipiant corpora & impleatur numerus fratrum, donec uestiamur & nos pariter, sicut de patriarchis ait Apostolus, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, ut non sine nobis commarentur. In domo aufertur penitus & macula & ruga, quando extenditur caelum sicut pellis & dilatur, ut nec minima in eis inueniatur macula aut ruga. Tripliciter autem seruiemus Deo, uidentes eum in omnibus creaturis, habentes eum in nobis, cognoscentes eum in semetipso trinum & unum, & gloriam sine enigmate mundi cordis oculo intuentes. unde, Mensuram plenam & confertam & superfluentem dabunt in sinum uestrum. Plenam in uniuersitate creaturarum, confertam in interiori, superfluentem in ipso Deo. Quomodo uidentus sit in creaturis, & habendus in nobis, possumus uel ex parte cognoscere. Cognitio enim illamrabilis confortata est facta, & non possumus ad eam.

Heb. 11.

Psal. 103.

Beatitudo hominis qua. Luc. 6.

Psal. 138.

M De triplici caelestis uerbi auditore. Tit. LVIII.

Tres legimus caelestis uerbi auditores, pigros, actiuos, contemplatiuos. Pigri audiunt, & audita contemnunt. Actiui audiunt, & auditis obediunt. Contemplatiui audiunt, & in amplexu obdormiunt. Pigri torpent, actiui laborant, contemplatiui quiescunt. De pigro scriptum est. Abscondit manus suas sub axilla. De actiuo. Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. De contemplatiuo. Quis dedit mihi pennas sicut columbae, & uolabo, & requiescam? Pigri sunt debiles, actiui fortes, contemplatiui uacantes. Est autem triplex pigrorum debilitas: quia sunt in oculis caeci, in manibus contracti, in pedibus claudi. Caeci, qui uident, & non intelligunt. Contracti, quia congregant, & non distribuunt. Claudi, quia ad intimam erroris lasciuia declinantes, rectam uiam salutis non arripiunt. Pigri torpent Deo, non seculo: quia multis laboribus thesaurizant sibi diuitias seculi. Actiui nec Deo, nec seculo: quia thesaurizant sibi diuitias caeli, & beatitudinem Dei. Contemplatiui non Deo, cui uacant, sed seculo, quod contemnunt.

Prou. 19. Psal. 127. Psal. 54.

Triples pigrorum debilitas.

De triplici uita hominis. Tit. LIX.

Tripliciter dicitur uita hominis: uita naturae, qua uita uiuit homo: uita gratiae, qua uiuit christus in hominis corde: uita culpe, qua uiuit peccatum in homine. Duae sunt a Deo, tertia ab homine. De omnibus dicit Dauid. Deus uitam meam annuntiaui tibi. Nam & illas, quae naturae & gratiae sunt, Deo annuntiat, dum eas se a Deo confitetur habere: tertiam quae est peccati dum eam confitetur cum Apostolo, ut non mentiatur. Vita gratiae est super terram, uita naturae in terra, uita culpae sub terra. De prima Apostolus. Nostra conuersatio in caelis est. De secunda Iob. Homo nascitur ad laborem. De tertia Dominus. Qui male agit odit lucem. Et Iohannes. Qui odit fratrem suum, in tenebris est.

Philip. 3. Iob. 5. Ioan. 3. Ioan. 2.

De tribus mansionibus hominum. Tit. LX.

Tres sunt mansiones, caelestis, terrestris, infernalis. In media constitutus dat creaturis creator bonus optionem, ut quod uoluerint eligant, quod elegerint meritis accquirant. Mansio, in qua sumus, in medio constituta, sursum habet caelum, deorsum infernum. Inferni mansio plusquam possit dici dura est, & aspera. Ibi uermis, qui non moritur: ignis, qui non extinguitur. Ibi miser in miseris non subsistit: quoniam non est homini cor, non sensus, quo malorum & dolorum infinitas calamitates exprimere possit. Caeli uero mansionem sapientia ponit mensam, panem uitae & intellectus. Vinum miscet, quod latificat cor hominis, ut bibant in iocunditate, & inebrientur ab ubertate domus, ut non esuriant, neque sitiant amplius, quando Dominus transiens ministrabit illis, & manifestabit seipsum illis. Nos ergo fratres in terrestri mansionem inter istas mansiones constituti, sursum erigamur ad caelestem. Nam beatus, qui ad caenam agni uocatus est: Beatus, qui manducabit panem in regno caelorum. Et quia ad hoc uocati sumus hic positi, beatitudinem illam haereditate possideamus. Festinemus ingredi in illam requiem: Sed quia non intrabit in eam aliquid coinquinatum & imundum, totum studium nostrum sit circa nostri purificationem, uti purificati cum filio uirginis in illud sublime templum non manufactum praesentari, & Domino sibi mereamur. Mater Domini purgatorios agebat dies, quae illis non indigebat, Dominus circumcidebatur, in quo nullum erat delictum. Nos maculosi & turpes agamus purgatorios dies. Mundemus conscientias, purgemus ora, tempus, quod superest, purificationi deputemus. Patet animabus nostris purgandis & lauandis fons diuinae pietatis in ablutione peccatoris & menstruatione.

Quam dura, & aspera sit mansio damnatorum. Esa. 66. Pla. 139.

Caeli mansio, beatorum gloria. Eccl. 15. Pla. 103. Psal. 35. Apo. 7.

Apo. 19. Luc. 14.

Heb. 4. Apo. 21.

De triplici uirginitate. Tit. LXI.

Triples est uirginitas. Prima in carne, mente corrupta. Secunda in mente, carnis uiolato pudore. Tertia in mente, & corpore. Prima est ancilla, secunda adolescentula, tertia sponsa. Prima est fatua, quae mente prostituta caste uiuit in carne, timore uel laude humana. Secunda est prudens, quae post amissam uirginitatem carnis, prudenter repetit uirginitatem mentis, per omnia se subdens diuinis praecipis. Tertia est fidelis, quae corruptionem carnis aut mentis non incurrit, sed in amore sponsi fideliter permanet. Prima damnatur, secunda muneratur, tertia coronatur: cui sponsus uoce suauissima ait. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

De tribus, quae desponsata recipit. Tit. LXII.

Tria recipit desponsata. Monile in pectore, annulum in digito, dotem in iure haereditario. Monili pectus munitur, annulo manus ornatur, dote coniugium consummatur. In pectore ratio, cum qua uersatur cogitatio, in manu operatio

Quare monile caelestis sapientia dicitur.

Iacob. 3.

Sap. 1.

Cant. 4.

Cant. 5.

Zach. 6.

De tribus Christi gestatoribus. Tit. LXIII.

R

Tres leguntur principaliter portatores Iesu. beata Maria concipiens in utero, Si meon offerens in ulnis, Ioseph portans in humeris. Significant tres ordines electorum, Maria praedicatorum, Simeon bonos operatores, Ioseph fidei defensores. Qui enim uerbum Dei praedicant, quasi Christum in utero portant, ut cum alijs uel alios pariant. Unde Paulus. Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis: Qui uero porrigit panem esurienti, & caetera facit misericordiae opera, recte uidetur Christum in ulnis portare, quibus dicitur est in iudicio: Quod uni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis. Qui autem laboribus pro Christo fatigantur, qui persecutionem propter iustitiam patiuntur, Iesum in humeris portare dicuntur: unde, Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Gala. 4.

Mat. 26.

Luc. 9.

Praedicatori tria necessaria. Tit. LXIII.

S

Tria solent in praedatore requiri, sanctitas conuersationis, perfectio scientiae, eloquentia ad gratiam: ut sermo sit sanctus, sit prudens, sit illustris. Sanctitas, quia cuius uita despicitur, restat ut eius praedicator contemnat. Quare (inquit Dominus) tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Perfectio scientiae, ut habeat unde proferat de thesauro suo noua & uetera. Eloquentia, ut habeat secundum scientiam quid dicat, secundum eloquentiam quomodo dicat, ut sententiarum excellentiae sermonis elegantia respondeat, & uerborum dignitas rerum maiestati, & quasi quodam concentu res, &

Psal. 49.

uerba concurrant, ut sic triplici, & ita omni acceptione sermo eius sit dignus. Unde: Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.

1. Tim. 1

De tribus, quibus nocet luxuria. Tit. LXV.

Tribus luxuria nocet, cutis nitore, uestis decore, exquisito ciborum sapore.

T

De tribus, in quibus confessio. Tit. LXVI.

In tribus consistit confessio, in crebris gemitibus, in multis singultibus, in irriguis fletibus: ut sint gemitus in pectore, singultus in gutture, fletus in facie.

De tribus, in quibus contritio. Vit. LXVII.

Tribus conficitur cordis contritio, a pudore, a timore, a dolore. A pudore, quia turpiter egit: a dolore, quia Deum offendit: a timore, quia impunitum non transibit. Primo pudet deliquisse, secundo dolet offendisse, tertio timet.

De tribus silentijs ante gratiam. Tit. LXVIII.

Tria gratiam praecesserunt silentia. Primum fuit cecum & surdum, secundum surdum, tertium mutum. Primum ante legem, quando nec per se homo uidebat morbum, nec ab alio audiebat, & ideo remedium non quaerebat. Secundum sub lege, quando uidebat morbum per legem, nec tamen audiebat per prophetas, nec remedium flagitabat per gratiam. Tertium in prophetis, quando, & uidebat morbum, & per prophetas audiebat, sed ad ueniam remedium non confitebatur, nec postulabat. In gratia omne silentium abiit, quoniam cum quietum silentium tenerent omnia, id est ultimum silentium esset in omnibus: & nox, id est diabolus, uel nox in peccatorum tenebris, medium iter perageret, omnipotens sermo uenit: in quo qui uidebant morbum, audiebant, & remedium praesens habebant, ceperunt & intrus morbum per cognitionem cognoscere, & amore cordis audire, & oris confessione medico supplicare.

Sap. 18.

De tribus alijs silentijs. Tit. LXIX.

Triples est silentium, cordis, oris, operis. Corde silet, qui dicenda nunquam concipiens, nunquam intus in corde loquitur. Ore silet, qui etsi concipiat, magno tamen silentij uigore extra in ore restringit. Opere silet, qui licet concipiat, licet proferat, tamen usque ad effectum non peruenit. Qui praua in corde concipiendo silet, bonus est. Qui intus silentium rumpit, licet linguam exterius comprimit, malus. Qui corde rumpit & lingua, deterior. Qui corde, lingua, & opere, pessimus. Hic enim effrenate concepta non solum effrenatus loquitur, uerum etiam effrenatissime operatur. De illo dicitur. Qui dimittit aquam caput est iurgiorum. Aquam dimittere est fluxum

Prou. 17. fluxum

fluxum linguæ ad actum perducere: & est caput iu-
rigiorum, quia ibi propinatur origo discordiæ.

De quatuor uigiis uitæ nostræ. Tit. LXX.

A Quatuor uigiis uitæ humanæ, tamquam cu-
iusdam noctis tenebræ, sunt quatuor sta-
tus. Prima noctis uigilia in clauetro paradisi, se-
cunda post peccatum in lege naturali, tertia sub
peccato in lege Moyfi, quarta in Christi lege sub
gratia. In his omnibus contra hominem est diabo-
lus. In primo statu diabolus cum homine pugnat,
& eum superat, quia homo uirtutis arma abiicit.
In secundo nulla est pugna, quia homo subingatus
per desperationem uictus iacet, cum uictori fomes
peccati comes accessit. In tertio moriens expirat,
quia per mandatum legis mors renixit. In quarta
autem uigilia huius noctis uenit Dominus ambu-
lans super mare, & sedenti homini in tenebris, &
in umbra mortis lux orta est ei, & clamans uoce
magna in persona Lazari, uinique iacenti in-
morte ait, Veni foras. Reuixit itaque homo, & cum
diabolo iterum pugnat, & uincit: quoniam libe-
ro arbitrio gratia accessit. In primo male pugnat
per negligentiam, in secundo repugnat per igno-
rantiam, in tertio necatur per superbiam, in quar-
to suscitatur, pugnat, & uincit per gratiam.

De triplici odore uitæ. Tit. LXXI.

B Triformis est odor uitæ; nõ delinquere, quod
agit timor seruilis: nolle delinquere, quod
operatur filialis: non posse delinquere, quod cõ-
fert gloria perennis. Primi sunt serui, secundi fi-
lij, tertij beati.

De tribus gradibus superbiæ & humilitatis.
Titul. LXXII.

C Tres sunt gradus superbiæ, & tres gradus hu-
militatis. Primus gradus superbiæ est, ali-
quem existimare, quod habet, a se habere. Secun-
dus, cum bonum, quod habet, suis meritis se ac-
cepisse gloriatur. Tertius, quando contemptis re-
liquis, singulariter appetit uideri, nec se putat pa-
rem posse habere. Primi uox est. Labia nostra
a nobis sunt. Secundi. Gratias ago tibi, quia non
sum sicut cæteri homines. Tertij uero ponam se-
dem meam in Aquilone. Et hic est summus, quo
primus homo noluit Deo subesse, credens uerbis
serpentis. Eritis sicut dii. Hic autem summus su-
perbiæ gradus summo humilitatis gradu curandus
fuit. Primus enim est, suo subdi superiori: & hic
est sufficiens. Secundus, suo submitti pari, & so-
cio: & hic est abundans. Tertius, suo submitti in-
feriori: & hic est omnis & superabundans, de quo
ad Ioannem Christus: Sic decet nos implere om-
nem iustitiam, idest superabundantem humilita-
tem. Primus humiliter, secundus humiliter, ter-
tius obtinetur humilime. Quo superiori genere
humilitatis Deus, qui est super omnia, factus est
homo inter omnia, superbiæ summum hominis

gradum curauit, ut iuxta morbum morbi saluris
cresceret medicina. Erubescit igitur tu homo, qui
nec tuo consentis supponi maiori, cum Deus omni-
bus maior suo pro te non dedignatur subiici infe-
riori. O quàm damnanda superbia: creaturæ suæ
creator subiicitur, & contra creatorem suum crea-
tura superbit. Sed quia omnis, qui se exaltat, in
gehenna humiliabitur: humiliare homo sub po-
tenti manu Dei, ut te exaltet in tempore tribula-
tionis illius, ubi erit ignis, qui non extinguitur, &
uermis, qui non moritur: Ipso præstante, qui &c. Esa. 66.

De tribus cinctorijs. Tit. LXXIII.

Tria sunt cinctoria, quæ nos stringunt & co-
hibent, memoria mortis, decor pudicitæ,
amor religiosus. Prima est zona pellicea, qua cin-
gebatur Ioannes. Secunda baltheus, quo Aaron
ad Deum accedens. Tertia zona aurea, quo simi-
lis filio hominis, & uestitus podere præcinctus est
in Apocalypsi ad mammillas. Primo cinctorio cin-
cti sunt Eremitæ studentes asperitati, secundo sa-
cerdotes studentes castitati, tertio ciues angelici in-
sistentes charitati. Vnde zona dicitur aurea.

De tribus castris &c. Tit. LXXIII.

Tria sunt castra, prædicantium, continentium,
conuogatorum. Primi contra hæreticos, se-
cundi contra seipfos, tertij pugnant contra ea, quæ
mundus dat: quia mundi sunt cogitatores, & ad
inuicem sibi placere coguntur.

De duplici compunctione. Tit. LXXV.

Duæ sunt compunctiones: una nascitur per ti-
morem, altera per amorem. Prima timo-
re supplicij, secunda uenit amore præmij. Vnde in
tabernaculo duo altaria fiunt, unum exterius, al-
terum interius: unum in atrio, aliud ante arcam:
unum quod ære, alterum quod auro uestitur. In
primo carnes, in secundo incensum crematur. Al-
taria corda sunt, in quibus uel ex timore peccato-
rum ignis ardet compunctionis, & caro consumi-
tur ardore prauis operis, uel ex amore cælestium ab
igne charitatis ascendit thymiana orationis. Mul-
ti enim sunt, qui dum supplicia metuunt, quoti-
die fletibus incendunt uitia igne compunctionis.
Sunt alij, qui a peccatis liberi, amoris flamma in la-
chrymas compunctionis inardescunt, & cum frater-
nis ciuibus regē in decore suo uidere concupiscunt.
Primum altare est exterius, ut uideantur opera bo-
na, & glorificetur Deus: secundū ante arcā intus, ut
ab eo solo, qui intus uidet, retributio expectetur. Et
notandum q̄ inter hoc altare & arcā uelū est inter-
positum. Arca ille est, in quo sunt reconditi omnes
thesauri sapientiæ, & scientiæ. Velum est cælum. Ar-
ca igitur intra uelum redemptor noster est in cælo.
Altare autem uelum est: quia electorum corda, quæ
per sanctum desiderium amore ardent, adhuc reue-
lata facie, quod desiderāt, uidere nequeunt. Quous-
que ergo in atrio populi extra sumus, in altari cõ-
punctio-

punctionis crememur per timorem carnes uitio-
rum. Si intrus sumus an uelum, ante quàm scilicet in-
tremus cælum, per compunctionis amorem nil ter-
renum flere debemus, solus nobis ipse sufficiat, qui
fecit omnia: transcendamus per desiderium om-
nia, non tam timore pœnarum, nec memoria uitio-
rum, quàm amoris flamma succensi: ardeamus
cum lachrymis in odore uirtutum, sicut illa, quæ af-
cendit per desiderium sicut uirgula fumi ex aro-
matibus &c.

De triplici hominis acceptione. Titu. LXXVI.

Tribus modis hominem scriptura appellat.
Per naturam: ut, Faciamus hominem. Per cul-
pam, ut Vos sicut homines moriemini. Per infirmi-
tatem: ut, Maledictus homo qui cõfidit in homine.

De triplici somni acceptione. Titu. LXXVII.

Tribus modis somnus in scriptura accipitur.
Pro morte carnis. Vnde Apostolus. Nolo uos
ignorare de dormientibus. Pro negligentia pecca-
ti. unde idem. Hora est iam nos de somno surgere.
Pro quiete, & uitæ desiderijs. Pro quo somno dor-
miuit Iacob ponens caput in lapide.

De duplici repectu Dei. Titu. LXXVIII.

Dvplex est Dei respectus: hic per misericordiã,
quo respicit pœnitentes: in futuro per iusti-
tiam, quo reprobos damnabit. Vnde: Oculi tui in
me, & non subsistam. Et quia ibi non est respectus
misericordiæ, præmittit: nec aspiciet me uisus homi-
nis: id est Christi. Quia quoque illinc huc non re-
uertitur quisquam ad emendationem, idem præmi-
sit: Et non reuertetur oculus meus, ut uideat bona.
Quia etiam hinc illuc cito transit dicendo, Memen-
to Domine quia uentus est uita mea: orat hic se per
misericordiam respici. Sed quia Deus non parcit, si
tibi parcis: audi quid Iob idem dicat: Ego non par-
cam ori meo Ori suo parcit, qui confiteri malum
erubescit. Iustus autem, qui in principio sermonis
accusator est sui, ori suo non parcit, quia districti iu-
dicis præueniens uerbum, contra se proprię confes-
sionis uerbo sc̄uit, sicut psalmista. Præoccupemus,
inquit, faciem eius in confessione.

De quatuor modis peccandi. Titu. LXXIX.

Quatuor modis peccata perpetrantur in cor-
de, totidem consummantur in opere. In cor-
de suggestionem per aduersariū, delectationem per car-
nem, consensu per spiritum, defensionis audacia
per elationem, cum culpa, quæ terrere mentem de-
buit, extollit. His quatuor iectibus primi hominis re-
ctitudinem antiquus hostis fregit. Nam serpens sua
sit, Eua delectata est, Adam consentit, requisitus ubi
esset, culpam confiteri per audaciam noluit. Hoc in
homine quotidie agitur. Diabolus tam quàm serpens
tortuosus & lubricus suadet, caro sicut Eua delecta-
tur, spūs uelut Adam præpositus consentit per car-

nis delectatione a sua rectitudine inclinatus, qui tã
quã requisitus Adam per audaciam defensionis ne-
quius obduratur. His quatuor consumatur. In ope-
re prius latens culpa agitur, postmodum sine confu-
sione ante oculos hominum aperitur, in consuetu-
dinem ducitur, ad extremum tpe falsa uel despera-
tione misera nutritur. Hos modos Iob deplorat di-
cens. Quare non in uulua mortuus sum? egressus ex
utero non statim perij? Quare exceptus genibus?
Quare lactatus uberibus? Mortuus esset in uulua, si
se moriturum in ipsa suggestionem cognosceret: sic
de cæteris. Sciendum tñ, q̄ tres primi modi facili-
ter corriguntur, quartus nunq̄. Vñ Dñs puellam in
domo, iuuenem extra portam, quatrduanū Lazarū
suscitat. Puella in domo peccator est in occulto:
iuuenis, qui extra portam ducitur, est, cum peccati
culpa aperitur: sepultura uero aggere premitur,
qui usu consuetudinis pressus grauat. Hos tñ mi-
seratus Dñs ad uitam per pœnitentiam aduocat.
Quartus autem a Dño nuntiat, non suscitatur:
quia peccatum desperationis nec in hoc seculo, nec
in futuro dimittitur: immo is, qui mortuū nuntiat,
audit. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

De triplici aduentu Dei. Titu. LXXX.

Tres sunt aduentus Dei, ad homines, in homi-
nes, contra homines. Nõ sunt tam desiderabi-
les primus & ultimus q̄ medius, quo sapientia Dei
in hominem ueniens facit ibi mansionem, & edificas
domum, (cindens columnas sepre, ut faciat sibi se-
dem. Domus est hõ, sedes aia, sepre columnæ præ-
paramenta sedis. Iustitia (inquit) & iudicium præpa-
ratio sedis tuæ. Iustitia uirtus est, cuique qd suum
est, tribuens, superiori, inferiori, æquali. Superiori
obedientiam & reuerentiam, quarum altera corpo-
ris, altera cordis est. Æquali consilium, quo instrua-
tur ignorantia, & auxilium, quo iuuetur infirmitas,
non solum in uerbo & officio, sed etiam exemplo,
quo prouocetur ad meliora, & oratione, qua iuue-
tur a Domino. Inferiori custodiam, qua cauere pos-
sit peccatum futurum, & disciplinam, qua puniatur
admissum. Si ergo superiori reddis deuotionem &
obedientiam, æquali consilium & auxilium, inferio-
ri subdito custodiam & disciplinam, uel tibi ipsi,
qui habes corpus tuum subditum, ut non regnent
in eo peccata, & faciat fructus dignos pœnitentiæ,
ueniet in te Dominus.

De anima cur Christi sit sponsa. Titu. LXXXI.

Quatuor sunt, propter quæ anima dicitur spon-
sa. Dona gratiarum, quibus subarrhata est in
baptismate: castus amor, quo illi sociata est in
ungendo chrismate: proles uirtutum, quibus sc̄cū
data est diuini uerbi dogmate: thorus quietus, quo
in æternum est ei sociada omni procul ænigmate.
Arrharum uero quedam est communis, quedam
specialis. Cõmunis quadrifaria est, qua nati sumus,
sentimus, sopimus, discernimus. Specialis similiter
quadrifaria, qua regnaturi sumus præueniente mi-
sericordia, remissionē consequuti subsequenti in-
tel-

Iob. 3.

Luc. 8.

Luc. 7.

Ioan. 1.

Matt. 8.

M

Prou. 9.

Psal. 88.

Homini
iustitia in
superiore,
in inferiore,
& equali:
qua esse de-
beat.

N

Arria du-
plex.

Intelligentia, uirtutibus exornati superabundate gratia, spe certa beati perseverante constantia.

De quinquepartito Gulæ uitio. Titu. LXXXII.

Quinquepartitum est gulæ uitium. Aliquando indigentia tempus præuenit in aliquibus: 1. Reg. 14. & ij similes Ionathæ in gustu mellis. Aliquando ho- Num. 11 ra non præuenitur, sed cibos lautiores quærunt: & ij similes populo Indæico in eremo, qui despecto manna carnes petiit. Aliquando qualibet sumenda præparari accuratius poscunt: & ij similes filijs Heli, qui carnes non coctas de more, sed crudas accuratius præparandas extorquent. Aliquando qualitati & temporis congruunt, sed mensuram excedunt. Vñ dicitur: hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ, superbia uitæ, saturitas panis & abundantia. Aliquā abiectus est cibus, & æstu desiderij deterius peccatur: & ij similes Esau, qui lentis esca primogenita uēdidit. Neque enim cibus, sed appetitus uitium est. Vnde & hic per lenticulam primatū amisit, & Elias carnes edendo uirtutem corporis seruauit: & diabolus primum hominem non in carne sed in po- Matt. 4 mo, & secundum in pane tentauit.

De tribus sacerdotum uitij. Titu. LXXXIII.

Tria sunt uitia, quibus frequenter diuerse sacer- Amos. 5. Cuiditas in sacerdotibus delinquant, cupiditas, incontinentia, negligentia. Cupiditate peccant, qui pro obtinendis temporalibus commodis diuina officia celebrant, in quorum intentione non est amor Dei, sed temporalis lucri. His dicit Dominus per Amos. Ideo odiui, & profeci festiuitates uestras, & non capiam odorem sacrificiorum uestrorum. Quia non possunt esse odorifera, & delectabilia sacrificia Deo, quæ quisque facit in eis quærendo non honorem Dei, sed sua lu- Matt. 6. cra. Quod si dicat: Deo in hoc seruiui, licet commodum consequar: dicitur ei Nemo potest duobus dominis seruire &c. Non potestis Deo seruire & man- 1. Reg. 5. monere. Tales constituunt Dagon iuxta arcam, dum per diuina officia, qua faciunt, pecuniam congregare intendunt. Talibus & Dagon aufertur, & ipsi percutiuntur in posterioribus: quia & ipsa temporalia subtrahuntur, & pœna æterna mulctantur. Secundum autem uitium incontinentiæ quanto odio insequatur Apostolus docendo, quod uiolatorem templi Dei disperdet Deus, notum est. Hæc uero duo uitia propter tertium, id est negligentiam accidunt, cum ita sunt in subditis & in se negligentes, ut non suscitentur ad custodiam Sion, & ad depascendum terram Assur in gladio, sicut dicit Dominus per prophetam. Suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines, & pascent terram Assur in gladio. Per septem pastores, & octo primates uniuersi prælati intelliguntur, qui debent esse septem, & octo id est nouo & ueteri testamento instructi. Suscitabo pastores, id est animarum custodes utroque testamento, ut sciant proferre de thesauro suo noua & uetera. Vigilanter debent custodire Sion, id est ecclesiam: & uirili-

ter resistere Assur impugnanti populum Dei, id est diabolo: quia sicut olim Assur populū Dei, ita quotidie nunc diabolus populum persequitur Christianum. Et debent pascere terram Assur in gladio spiritus, quod est uerbum Dei, ut illos, qui sunt subiecti diabolo: per amorem terrenorum, pabulo sacrae doctrine tanquam gladio bisacuto, hinc per timorem gehennæ terrendo, illinc amore celestis patriæ prouocando, reuocent a malis per terrorem tormentorum, & ad bonum per dulcedinem præmiorum. Tales nos oportet esse, Carissimi, prudentes & exercitatos in sacris scripturis, & suscitatos, & accinctos gladij acumine super gregem nobis commissum, ut refrænata cupiditate temporalium solis celestibus intendamus, seruata continentia carnis mundi apparentes in conspectu Dei & hominum, abiecta negligentia diligenter curam adhibeamus ad custodiam non solum aliarum, sed & nostrarum animarum, ut non sit uox nostra. Posuerunt me, custodem uineis: Vineam meam, id est domum meam non custodiui. recepturi præmia digna pro laboribus nostris: præstante Dño, qui uiuit & regnat &c.

De tribus, in quibus consistit salus. Tit. LXXXIII.

In tribus salus æterna consistit. Primum est abrenuntiare seculo, & iungere se Deo: secundum terrena contemnere, & æterna quærere, tertium uitia calcare, & uirtutibus operam dare. Hoc triduo in holocaustum immolarur uacca trima, aries, taurus. Hoc triduo Dominus turmæ se in eremo iustitientis per miserationem suam miseretur. Hoc triduo de uitij ad uirtutes, de luce ad tenebras transit Hebræus. Primo die deserit Pharaonem coniunctus Deo, secundo seruilis opera luti & lateris desiderans libertatem, tertio de Ægypto exiens tendit ad terram promissionis. De primo dicitur. Mihi adherere Deo bonum est. De secundo, Quæ sursum sunt, quærite. De tertio, Educ de custodia animam meam.

De triplici damno ferendo. Tit. LXXXV.

Tribus modis damnum inferitur homini, a demone, a proximo, a carne. Dæmon insidiat charitati, proximus possessioni, caro pudicitia. Quod Esaias breuiter sic colorauit. Ibi habuit foueam ericius, & enutrit catulos suos, congregati sunt milui, cubauit lamia, & inuenit sibi quietem. Babylon homo filius confusionis, quem confundit, delectatio culpæ, amaritudo pœnæ, singularitas uitæ. In hoc sunt tria mala Babylonis, tria genera confusionis. Nunc de singulis. Ericius piger, spinosus, inter operculum latens suæ pellis, est diabolus piger in effectu, ne quis currat ad pœnitentiam: operus spinis, ne recipiat gloriam uel gratiam: quem latebra perditionis celat, ne ueniat ad misericordiam. Piger est ericius, quia diabolus nullas contra hominem habet uires, nisi se ei homo sponte mancipet. Formica est contra leonem resistentem. Contra formicas consentientes leo. Vis uidere formicam? Domine mitte nos in porcos. Hic Domino gladium

gladium tribuit, ut occidat: in principio facilis, ut repellatur. Si inualuerit figens radicem, non extirparur, nisi clamet Iesus uoce magna. Vnde dum patulus est hostis, caue ne nequitia erigatur in semine. Sed si piger repellitur, spinas submittit. Hæc sunt multiplices nocendi machinæ. Plantat diabolus radicem peccati, quæ nisi mox auellatur, pullulat & nascitur arbor culpæ. Per oculum expanduntur rami nequitia, per linguam huius arboris sentit homo, & delectationis colligit fructum in æternam damnationem. Ericius igitur est pigritia imbecillitatis, spina fallaciæ, pellis latebra. Per spinam præcipitat in aperta male, per pellem in occulta. Hic habet foueam, id est in confusis mentibus mansionem, & nutrit catulos latrantes, id est uitia. Post ericium sunt milui: quia post diabolum est proximi malignitas, quia cum maledicit & malefacit nobis, rostro & unguibus disceperit. Sed si ericium, & miluim euadimus, sequitur lamia. Lamia humana faciē habet, corpus habet bestiale. Hæc est caro, hic est domesticus hostis. Hic primus vincendus, X in nobis contra nos habens radices, pugnans blandiendo quasi rationale pro necessarijs, & succumbendo quasi bestiale pro superfluis. Hic inuenit quietem cum carnis curam facit in desiderijs. Hæc tria sunt bella Babylonis, tentatio dæmonis, proximi calumnia, carnis fornax. Contra ista increpat uultus Dei, & pereunt, blanditur, & percutit. Blanditur patienter expectando, increpat correctione flagellando, percutit iuste damnando.

Miluius proximi malignitas significat sicut Lamia carnem.

Bella Babylonis.

De triplici aduentu Domini. Tit. LXXXVI.

Primus aduentus in nube, secundus in rore, tertius in fulmine. In primo occultus, in secundo manifestus ex parte, in tertio ex toto. In primo uenit occultus agnus ad aram, in secundo sponsum ad amicum, in tertio ferrum ad culpam. Hi sunt tres descensus, præsentia, clementiæ, vindictæ. De primo dicitur: Inclina cælos, & descende. De secundo: Descendi in hortum meum. De tertio: Descendamus, & confundamus labia eorum.

De uia carnis, & spiritus. Tit. LXXXVII.

Duæ sunt uia, una carnis, altera spiritus. Una separat a Domino, altera reuocat ad Dominum. Una uisibilis, altera inuisibilis. In prima mundi amatores spatiantur, in secunda mundi contemptores requiescunt. Primi sunt Hebræi secundum carnem, qui sic transeunt per bona temporalia, ut æterna mala incurrant: secundi Hebræi secundum spiritum, qui per ista transeunt ad æterna bona.

Sapientiam quinque modis concupisci. Tit. LXXXVIII.

Quinque modis sapientia concupiscitur. Quidam discunt, ut sciant: quod est curiositas. Quidam, ut scientes appareant: quod est uanitas. Alij ut vendant, & lucrentur: quod est simoniaca prauitas. Alij, ut alios ædificent: quod est lau-

data charitas. Alij, ut ædificentur: quod est pia humilitas. Tres superiores sine fructu in concupiscendo abundant: hi colligunt manna, sed putrescunt in ore eorum. Duo posteriores fructum merent.

De tribus cognationibus. Tit. LXXXIX.

Tres cognationes sunt, naturæ, gratiæ, gloriæ. B In prima sumus cõditi nobilis Dei creatura, in secunda renati noua in Christo creatura, in tertia translati perfecta in Domino creatura. Per primam in animalibus excellimus, per secundam carnem superamus, per tertiam mortem vincimus.

De tribus inobedienciæ comitibus, & tribus obedienciæ bonis. Tit. XC.

Inobediencia tres comites habet: imprudentiã, C quantum ad seipsam: irreuerentiã, quantum ad Deum: contumeliã, quantum ad proximum. Ut autem scias dignitatem obedienciæ, aduerte extra Bethaniam, quæ interpretatur domus obedienciæ, nec lachryma pœnitentis, nec studium bonæ operationis, nec ocium sanctæ cõtemplationis Deo placere inuenitur. In Bethania quadriduanus suscitatur: ibidem in domo Simonis Maria ab one re peccatorum exoneratur. Postremo a Bethania in Hierusalem, id est uisionem pacis uenit: quia per obedienciam ouis centesima humeris pij patris ad gregem reportatur. Per obedienciam drachma inuenta in thesaurum regis absconditur. Per obedienciam regina Austri ad verum Salomonem ducitur. Per obedienciã Bethsabee ad amplexum veri spõsi representatur.

De tribus in cruce animaduertendis. Tit. XCI.

Tria notemus in cruce Christiana, nobilitatem, sapientiam, religionem. Vnde titulus literis Latinis, Græcis, & Hebraicis inscribitur. In Latino notatur nobilitas, qua præcedebant Romani: in Græco sapientia, quam ipsi requirunt: in Hebraica religio, ex qua Iudæi, qui petunt signa, procedunt.

De tribus ab imitatore Christi agendis. Tit. XCII.

Imitator Christi tria debet agere: simplicis innocentia sensum tenere, ut cum Christo puer efficiatur: abiectum & humilem habitum amare, ut infantia Christi pannis uilibus inuoluatur: in disciplina simpliciter ambulare, ut cum Christo in præsepē positus inueniatur.

De tribus piscinis, diaboli, mundi, & Dei, & earum porticibus. Tit. XCIII.

Tres sunt piscine, una diaboli, altera mundi, G tertia Dei. Prima confusio dicitur, & cruciat letaliter: secunda contritio, & lauat potentia. M. Hug. à S. Vic. To. iij. Z tialiter:

Cant. 1.

Psal. 72. Colof. 3. Psal. 141.

Esa. 34.

Ericius diabolus dicitur.

Mar. 7.

Apo. 19. ritaliter: tertia compunctio, & abluit salubriter. De prima dicitur. Mittentur in stagnum ignis ardētis, & sulphuris. De secunda. Quid tibi vis in via Aegypti, ut bibas aquam turbidam? De tertia. In die illa erit fons patēs domui Dauid &c. Prima habet quinque porticus pœnarum tenebras. In prima habet stridorem dentium, in secunda ignem inextinguibilem, in tertia vermen non moriturum, in quarta frigus niuium, in quinta desperationem. Secunda quoque piscina quinque habet porticus. Prima est negligentia, & in ista iacet Saul cum inobedientibus: secunda curiositas mundi, & in hac Iezabel cum curiosis mulieribus: tertia contemptus proximi, & in hac diues epulo cum omnibus auaris: quarta profundum malitiæ, & in ea Arrius, & Caiphas cum aliis malitiosis: quinta desperatio veniæ, in qua Cain, & Iudas cum reliquis desperantibus. In prima audiunt: Maledictus, qui operatur per fenestras nostras. In tertia: Qui non diligit, manet in morte. In quarta: In maleuolam animam non intrabit sapientia. In quinta: Qui peccauerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Tertia piscina quinque porticus habet. Prima est timor supplicij & in ipsa iacent pœnitentes: secunda dolor exilij præsentis, in qua iacent lugentes, & iustitiam esurientes: tertia compassio proximi, in qua misericordes: quarta amor præmij, in qua mundi corde: quinta amor coniugij, in qua pacifici. In his quanquam habeatur virtutum sanitas, quia tamen in præsentibus non habetur ad plenum, multitudo dicitur iacere languentium: hi expectant, ut descendat angelus, a quo mota aqua compunctionis, langor venialium, vel mortalium descendens Spiritus sancti gratia tergetur, & sanetur ab omni labe vnus, ille scilicet tantum, qui charitatis seruat vnitatem.

De triplici materia gaudij animæ. Tit. XCIIII.

K Triplex est materia gaudij sponsæ Christi anime fidelis. Prima est a gloria sponsi, secunda a desponsationis suæ reuerentia, tertia a dotis magnificentia. Laus autem sponsi multiplex est. A forma, quia speciosus est præ filiis hominum. A genere, quia descendens a patre luminum. A diuitijs, quia Domini est terra, & plenitudo eius & cætera. A potentia, quia non potest vinci. A sapientia, quia non potest falli. A iustitia, quia non potest corrumpi. A certitudine scientiæ, quia non potest vitari. Est admirabilis bonitate vitæ, consiliarius vilitate doctrinæ, Deus singularitate potentia, fortis ppietate victoriæ, pater futuri seculi donis gratiæ, princeps pacis felicitate gloriæ. Non est humilis tui in diis Domine, & non est secundum opera tua. Primo igitur felix est sponsa tali coniugio. Sindonem fecit, & vendidit, & cætera. Reuerentia vero desponsationis triplex. Prima sacramentorum vitæ, secunda mandatorum iustitiæ, tertia consiliorum disciplinæ. Primo eam despondit, lauando eam sacramētis: secundo eam despon-

dit, induendo præceptis: tertio eam despondit, ornando eam exercitijs. Quam lotam, vestitam, honoratam sponsus recipiet, ut cognoscatur in gentibus eius, iuxta illud. Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam. In gradibus, clericis, laicis, prælatis, subditis, eremitis, mundi contemptoribus. Prælati debent sacramentorum reuerentia, subditis præceptorum obedientia, mundi contemptoribus consiliorum exercitia. Ad prælatos pertinent salutis sacramenta, ordinationes, & dispensationes mandatorum. Sacer igitur debet esse, qui faciat: ordinatus, qui ordinat: iustus, qui mandata vitæ ministrat: discretus & humanus, qui vitam alienam librat, & hominum mores dispensat. Taliter sponsata dotis recipit magnificentiam. Merito igitur gaudet sponsa primo per gloriam sponsi felix, secundo per dispensationis reuerentiam felicior, tertio propter dotis magnificentiam felicissima, ut bene ei dicatur: Latere Hierusalem &c.

De tribus floribus, & animarum dotibus. Tit. XCV.

Tria in flore considerantur, gratus aspectus, suavis tactus, & odor iocundus. Quid autem anima spirituali intellectu purificata gratus videtur? quid spiritualibus amplexibus suauius stringitur? quid odoratu talis animæ iocundius sentitur? In qua nihil sibi vendicans superbia tumidum, non offendit aspectum: nihil inuidia rubiginosum inducens, non exasperat tactum: nihil luxuria marcidum immittens, non conturbat olfactum: sed tota virescit intus, floret præsentibus, fructificat absentibus: virescit intus per bonam conscientiam, floret præsentibus per bonum exemplum, fructificat absentibus per bonam operationem.

De ingressu verbi Dei ad animam. Tit. XCVI.

Quatuor modis sermo diuinus ad humanam animam ingreditur. Intrat ad primam induratam, & propria malitia cæcatam, cum virga, ut puniatur, rigidus & crudelis, damnans ipsam, ac dicens. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Intrat ad secundam lapsam, & propria conscientia perterritam cum parabola, ut repararetur, terribilis sed salutaris, eam inuitans curando, ac dicens. Fili ne differas conuerti ad Dominum de die in diem. Intrat ad tertiam iustificatam & pro sui probatione flagellatam cum sententia, consolatorius, & amatorius, ipsi animæ dicens. Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se &c. Intrat ad quartam emendatam & cælesti remuneratione dignam cum gratia, ut remuneretur, gratus atque festiuus, eam inuitans ad præmij, & dicens. Propera columba mea, formosa mea, & veni. In figura huius mystici sermonis Moyses rigidus verbis, in manu ferens virgam durissimæ contritionis, in conspectu obdurati graditur Pharaonis.

2. Reg. 12. raonis. In figura secundi terribilis, sed salutaris, Nathan propheta ad Dauid prostratum, & propriæ conscientia reatu constrictum, cum parabola correctionis ingressus, reprehendendo deiectum releuauit, & errore relicto, iustitiæ restituit. In figura **Esa. 38.** tertij amabilis & consolatorij. Esaias propheta ad regem Ezechiam iustum quidem, sed ad sui probationem corporali debilitate ægrotantem, cum sententia diuinæ consolationis ingressus, iam probatum, iam patientia eruditum sanauit, & de manu regis Assur protegere repromisit. In figura quarti grati & festiui Gabriel angelus aspectu iocundus, habitu decorus, sermone placidus, ad Mariam ingressus est, eam venerabiliter salutauit, fructuque, cælestem quasi suæ virginitatis præmij repromisit, dicens. Ecce concipies in utero, & paries filium &c.

De tribus donis corpori humano, & totidem spiritui in conditione collatis. Tit. XCVII.

Tria in conditione inuenimus diuinæ dilectionis incentiua, corpori collata, panem, solem, aerem: Cibum vescenti, lucem cernenti, flatum spiranti. Porro spiritui tria, dignitatem, scientiam, veritatem. Dignitas geminum possidet donum, naturæ prærogatiuam, & donationis potentiam. Scientia quoque duplex, hanc ipsam sciens dignitatem, vel aliam nobis inesse & a nobis non esse. At virtus bifaria est, auctorem querere, & inuento inseparabiliter inhaerere. Dignitas siue scientia non proderit: scientia vero etiam obest, si virtus non affuerit.

De tribus in redemptione hominis ipsum ad dilectionem Dei incitantibus. Tit. XCVIII.

Tria in redemptione sunt dilectionis incentimenta, tempus, modus, fructus. In tempore tria considerantur, corruptio naturæ, transgressio legis, plenitudo malitiæ. In modo quoque tria, quia exinanituit se vsque ad hominem, descendit vsque ad crucem, passus est vsque ad mortem. In fructu item tria, perfecta veritas, quæ ignorantiam abiicit, consummata charitas, quæ concupiscentiam abstulit, secura æternitas, quæ obliuionem remouit. In tempore igitur est cõsummatio mali, in modo exinanitio Dei, in fructu de illo repletio nostri. Quis concipere posset quantæ miserationis fuit, exterminare malitiam, delere culpam, informare naturam? quantæ humanitatis, Dominum maiestatis in carne mortem tolerare, in cruce pati? quantæ dignationis extiterit, cæcatæ rationi refundere plenitudinem lucis, fœdatæ voluntati multitudinem pacis, turbatæ memoriæ continuationem claræ æternitatis?

De quadruplici dilectione. Tit. XCIX.

Quatuor sunt genera dilectionis. In primo amat se homo propter seipsum, in secundo propter se Deum, in tertio Deum propter Deum. In quarto se propter Deum. Primus modus carna-

lis & feruorum est, de quo dicitur: Nemo vnquam carnem suam odio habuit. Secundus animalis & mercenariorum, de quo: Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Tertius spiritualis & filiorum, de quo, Confitemini Domino, quoniam bonus. Qui Domino confitetur, non solum quoniam bonus est sibi, sed simpliciter quoniam bonus est, hic vere diligit Deum propter Deum, non propter se. Quartus intellectualis & angelorum, de quo: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.

De septem gradibus confessionis. Tit. C.

Septem sunt gradus confessionis, cognitio peccati, pœnitentia, cordis dolor, oris confessio, carnis maceratio, operis correctio, & bonitatis perseverantia. Tres intus, & tres foris, septimus intus & foris prospicit. Ut igitur vera sit & fructuosa confessio, primo gradu necessaria est cognitio peccati, in qua tria necessaria sunt: ut videas quid egeris, quantis scilicet contumelijs affeceris corpus tuum possidens vas tuum ad immunditiam, & vilitatem, non in sanctificatione & honore: secundo quid merueris, considerans ignem scilicet illum, qui paratus est diabolo, & angelis eius, & cætera mala, quæ in prænalibus locis cumulantur & crescunt: tertio inspicias quid amiseris, bona certe illa, quæ oculus non vidit &c. Horum consideratione perterritus transi ad secundum gradum, qui est pœnitentia, & ipsa triformis est: ut pœniteat te, quod in luto fecis, & miseriam peccati diutius iacuilti: pœnitentiam agas, corpus conteras: & furibundo carnis asello incentiuorum semina subtrahens, pœnitenda non admittas amplius, ne vulnus vulnere geminans frequenter confringas ossa animæ tuæ. Sic cognoscens, & pœnitens transuola ad tertium gradum, qui est dolor cordis. Et hic triplex, acer, acrior, acerrimus. Acer dolor, quia creatorem offendisti, cuius legem cum cœlestia & terrestria conferuent, in tanta Republica Dei tu solus peregrinus es, imperatoriæ maiestatis dexteram contemnens. Acrior, quia cum creatore patrem etiam ad iram prouocasti, qui tibi ministrat siderum cursus, & fructuum vbertatem. Acerrimus, qui pertranseat animam, quod beneficium contempseris eius, qui dolorem crucis sustinuit, ne dolorem amplius sustineres inferni. Sic in interiori homine iustitiæ generatæ furculus erupat in arborem, & quod conscientia tenet, lingua loquatur, ut ascendas ad quartum gradum, qui est oris confessio, quæ debet tripliciter fieri, pure, humiliter, fideliter. Pure, ut nihil subdiceas, sed omnem putredinem euomas vitiorum. Humiliter, ut quod in ore, sit in corde. Nam vtrique reges, Dauid & Saul dixerunt: Peccaui, sed Saul audiuit: Scidit Dominus regnum Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Dauid autem: Transtulit Dominus peccatum tuum, & non morieris. Quia confessio Saulis, quæ in ore fuit, non fuit in corde: & humilitas quæ in ore Dauid extitit, in corde radicauit. Fideliter, ut in fide ecclesiæ credat sibi peccata dimitti, quia-

Eruditionis Theologica.

Cain, & Iudas pure & humiliter confessi sunt, sed non fideliter, quia alter desperans ad laqueum. **Matt. 27** cucurrit, alter illud grande scelus euomit: Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear. **Gene. 4.** Sequitur quintus gradus. Maceratio carnis, quae ieiunij, & vigilijs attenuanda est, ne noua prurigne ad voluptuosam vitam reuolet: haec quoque tripliciter fiat: licenter, quia quod fit sine licentia, vanae gloriae deputabitur, non mercedi: occulte, ut nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: discrete, ut fiat pro corporis capacitate. Sic illuminatus procedit ad sextum qui est correctio operis, ut omnes sensuales motus frēnis continentiae refrēnans, veniat ad septimum gradum, qui est perseverantia bonitatis. Et in hoc septimo vocabit te Dominus cum Moyse de medio caliginis, & in ipsam diuinitatis turbam interiores oculos infiget. Hanc perseverantiam faciunt expectatio praemiorum, penarum recordatio, primitiae spiritus, & donum caeleste. Pro hac septemplex confessio in tribus gradibus dicitur, Corde creditur ad iustitiam. In alijs tribus, Ore confessio fit ad salutem. Septimus currit per omnes gradus. Hanc confessionem quatuor impediunt. Pudor, quo quae commisitimus, erubescimus confiteri. Huic tripliciter obuiandum est, consideratione rationis, quae confiteri monet: reuerentia intuentis Dei, quem nil latet: maioris confessionis comparatione, quoniam in futuro cuncta crimina omnibus patebunt. Secundo timor, qui praerosque opprimat, ne graui pena percellantur, & eam ferre non possint. Huic similiter tribus occurrendum est: considerando quam grauis sit pena gehennae, quam longa, & infructuosa: contrario quae penitentia praesens leuis, momentanea, fructuosa. Vere, qui timent praesentiam, irruet super eos nix. Tertio spes, quae multos obruit, dum praesentia cupientes, conscientias aperire nolunt, ne si quales sunt hominibus apparent, ad nulla praesentia bona conscenderent. Contra quam inculcandum est, bona huius seculi quam in certa & momentanea, futura quam sint certa & aeterna. Quarto desperatio multos interimit, quia metuunt ne possint continere. Contra hanc vigor confessionis, gratia humilitatis, & confirmationis illius est aperienda constantia.

Qualiter attenuanda sit caro.
Correctio operis in penitentia que.

Exo. 20. Perseuerantiam bonitatis que quatuor efficiant.
Rom. 10

Confessionem verae, ac fructuosam impediant que.
Confessionem verae, ac fructuosam impediant que.

Desperatio.

Quod hodie tripliciter dicatur. Tit. CI.

Hodie tribus modis dicitur: quia aliud est transitorium. Vnde: Si seenum, quod hodie viret, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, &c. Aliud reciprocum. Vnde Apostolus. Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur. Aliud aeternum. Vnde: Ego hodie genui te.

De triplici hominum statu, & triplici oblatione eidem facienda. Tit. CII.
Tres sunt status hominis, primus poenitentiae, secundus iustitiae, tertius vitae aeternae. Et secundum tres istos status tria debemus offerre sacrificia. In primo statu sacrificium coepunctionis, in secundo bonae operationis, in tertio laudis & iubilationis. Hoc triplici sacrificio offerre nos Deo iubetur.

mur, cum dicitur. Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in Domino. Initium enim iustitiae est coepunctio, profectus eius operatio bona, consummatio ipsius laus vitae aeternae. Vnunquodque istorum suam habet pinguedinem. Primum butyrum humilitatis, secundum oleum discretionis, tertium balsamum charitatis.

De tribus testimonium perhibentibus in caelo, & totidem in terra, & totidem in inferno: rursus. Tit. CIII.

Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Patrum, verbum, & Spiritus sanctus. Tres in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Similiter in inferno, vt in Esaia legimus: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Duo mala sunt, ignis & vermis, altero roditur conscientia, altero concremantur corpora. Tertium additur desperatio, quae in eo vtique intelligitur, quod dicitur, Non morietur, & non extinguetur. His, qui in caelo sunt, datur testimonium beatitudinis: his, qui in terra, iustificationis: his, qui in inferno sunt, damnationis. Primum est gloriae, secundum gratiae, tertium irae.

Quomodo Spiritus sanctus arguet mundum. Tit. CIIII.

Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, quod dissimulat: de iustitia, quam non ordinat, dum sibi, non Deo eam dat: de iudicio, quod inique vsurpat, dum tam de se quam de alijs temere iudicat.

De nomine Christiano &c. Tit. CV.

Christiani a Christo nomen acceperunt: & opus est, vt sicut haeredes sunt nominis, ita sint imitatores sanctitatis. Tria ergo sunt, quae in Christo nobis expressa plenis uiribus exercere debemus: vt licet improbare viuaciter seculi vanitatem, quia & Christus non rex constitueretur a turbis aufugit: exercere viriliter patientiam, quia & Iesus sicut agnus occisus est: & veraciter habere geminam charitatem, quia Iesus pro inimicis orauit.

De septem gradibus humilitatis. Tit. CVI.

Septem gradus descensionis habet humilitas, ab edificationem rerum, exemplo Apostolorum, abiectionem vestium sicut Elias & Ioannes, corporis exercitium vt habuit Paulus, deiectionem in prosperis ad morem Dauid pauperis & regis, patientiam in aduersis sicut Iob, & Tobias, & proprium obhorre consilium, & proprium voluntatis affectum.

De armis virtutis, & nequitiae. Tit. CVII.

Arma virtutis, quibus arma nequitiae expugnantur, sunt haec. Plena peccati cognitio, quae

quae expellit tenebras voluptatis. Poenitentiae afflictio contra venenum iniquitatis. Sufficiens, & digna correctio in mutatione pristinae voluntatis. Perseuerantiae plena successio, vt perfecta subrogetur custodia sanitatis.

De tribus poenitentiae necessarijs. Tit. CVIII.

Necessaria sunt poenitentiae tria haec. Abstinencia, per quam carnis superbia edomatur. Lectio, cuius fructu reformandus in vigorem animus saginatur. Oratio, cuius munimine & tutela virtutum examina proteguntur.

Quae tria habeat humilitas. Tit. CIX.

Humilitatis virtus haec habet tria. Superiori subdi, vt ad eius aequalitatem nulla ambitione, vel inuidia rapiatur. Aequali non praeferrari, ne illicito appetitu superior velle fieri videatur. Minori subdi potius quam praeponi, vt ex hoc humilitatis gratia comprobetur.

De inequalitate gradientium ad Deum. Tit. CX.

Non omnes vniuniformiter gradiuntur ad Deum. Quidam lento passu, sicut iij, qui terrenorum curis impliciti, vix aliquando respirant, vt Dei recordentur. Quidam modesto incessu, sicut ij, qui Domini seruitio mancipati, Deo quidem seruiunt, & tamen erga seipsos indulgentiores existunt. Alij veloci, i. rapido cursu, sicut ij, qui super carnem suam intuentes, & sic transitoria contemnent, celesriter proficiscuntur ad Deum, hoc solummodo cupientes, in pace quiescere in idipsum.

De tribus, quae electos manent. Tit. CXI.

Electos tria in futuro manent, interna satietas, aeterna iocunditas, iocunda voluptas. De his dicitur. Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in laetitia.

De triplici electorum desiderio. Tit. CXII.

Dirigibile est desiderium electorum. Vnanimiter habitare in Domino. Vnde est. Vnam petij a Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae. Victoriā obtinere de mundo. Vnde est. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Praesentialiter frui Deo. Vnde est & illud. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo.

De triplici praelatorum timore. Tit. CXIII.

Trefarius est praelatorum timor. Ne audientium animos exquisitor apparatus verborum com-

moveat, ne interni iudicis oculos immoderatio vltus offendat, ne iustitiae retributio in praesenti eis fiat.

De tribus vitulis Domino immolandis. Tit. CXIIII.

Vituli, quos Domino immolare debemus, tres sunt. Nouae conuersationis affectus, quasi vitulus nouellus, cornua producens, & ungulas. Sapientiae religionis profectus, qui est vitulus tenerrimus de armento. Consummatae uirtutis effectus, qui est vitulus saginatus.

De quadruplici praesura hominis. Tit. CXV.

Quadriformis est praesura nostra. Corruptibilis carnis angustiae, quae sunt dolores mortis. Temporalium praesurarum molestiae, quae sunt torrentes iniquitatis. Occulti hostis latentes insidiae, quae sunt dolores inferni. Deceptoriae facies mundanae gloriae, quae sunt laquei mortis.

De fumo, igne, & caligine respectu Dei. Tit. CXVI.

Fumus ascendit in ira Dei, quia in consideratione ne irae Dei electi compunguntur. Ignis a facie eius, quia per cognitionem, & praesentiam eius ad amorem accenduntur. Caligo sub pedibus eius, quia per districtum illius examen reprobis desperationis nebulis obscuratur.

Quomodo Deus ambulet, uolet, & nobiscum habitet. Tit. CXVII.

Ambulat Dominus super pennas uentorum, vt cum electi eius dulcedinem, uel tenuiter attingunt. Volat, cum de incircumscrippta eius substantia nihil percipiunt. Vnde est. Fuge dilecti mi. Pone Dominus tenebras profunditatis, & altitudinis latibulum suae diuinitatis, in sole manifestationis, & laboris tabernaculum suae carnis, in luce puritatis & sanctimonie habitaculum mansionis suae.

De portis mundi, inferni, caeli. Tit. CXVIII.

Portas duas mundus habet, quibus ingredimur ad eum, quae sunt corrupta sensualitas, & incesta cupiditas. Vnde est. Appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Portae inferi caeca desperatio, & dura obstinatio. Vnde est. Portae inferi non prauelebunt aduersus eam. Portae caeli humilis patientia, quae est porta ferrea ducens ad ciuitatem, & amoris concordia, quae est porta orientalis.

De quadruplici retributione. Tit. CXIX.

Genera retributionis sunt quatuor. Duo in hoc seculo, & duo in futuro. Retributio prosperitatis, & abundantia impiorum. Vnde est. Receperunt. M. Hug. à S. Vic. To. iij. Z 3 mer-

mercedem suam. Damnationis, & ignominie eorum. Familiaritatis & gratie iustorum, dulcedinis & amoris, & gloriae. Duo autem sunt, quae remunerantur, iustitia operis, & puritas cordis.

De tribus lucernis. Tit. CXX.

Z Tres sunt lucernae. Regula disciplinae in Christo, quae accenditur ut drachma perdita inueniatur. Forma veritatis in euangelio, quae ponitur super candelabrum. Scientiae puritas in corde bono, quae illuminatur à Domino.

De triplicifemine. Tit. CXXI.

A Triforme est semen. Primum veritatis & iustitiae, quod in terram iactum facit semen centuplum. Secundum iniquitatis & perfidiae, quod est genimen viperarum. Tertium erroris & malitiae, quod est semen Chanaan, & non Iuda.

Quod sapientia Dei est ut perdix, gallina, & aquila erga pullos, id est auditores suos. Tit. CXXII.

B Sapientia Dei quasi perdix fouet filios, quos non sperperit, quasi gallina congregat pullos sub alis: quasi aquila prouocat pullos ad volandum.

De triplici veste honorum. Tit. CXXIII.

C Trifaria est vestis nostra: poenitentialis anxietas, quae est vestis viduitatis: religiosa maturitas, quae est vestis iocunditatis: sincera integritas, quae est vestis virginitatis.

De veste Esau, & pelliculis haedorum. Tit. CXXIII.

D Vestes Esau honestas vitae, & maturitas disciplinae. Pelliculae haedorum abiectione noxiae veritatis, & mortificatio propriae voluntatis. Cibi hilaris obedientia, & humilis abstinentia. Pater tangit filium appolita probationis manu, osculatur secretae inspirationis instinctu, benedicit religionis profectu.

De tribus ad puritatem necessarijs. Tit. CXXV.

E Tria sunt necessaria puritati, integritas actionis, simplicitas intentionis, tranquillitas deuotionis.

De tribus bonis, quae confert puritas. Tit. CXXVI.

F Puritas tria confert, spiritum libertatis, gaudium sinceritatis, similitudinem charitatis.

Quod reprobi sunt fumus, puluis, cera. Tit. CXXVII.

G Reprobi sunt aliquando sicut fumus, quia in sua altitudine euanescent: aliquando sicut puluis,

quia nullum charitatis humorem proferunt: aliquando sicut cera, quia ad calorem, id est impulsu temptationis facile liquefunt.

De portis triplicibus. CXXVIII.

Portae Sion sunt ecclesiae sacramenta, sine quibus ecclesiam non intramus. Portae iustitiae sunt virtutes mediae, quas temporaliter exercemus. Portae aeternales sunt praecipue virtutes, quas etiam in futuro habituri sumus.

Religiosos in tribus obnoxios esse Deo. Tit. CXXIX.

Tria sunt, in quibus obnoxij sumus Deo. Signaculum naturae, quod ad similitudinem Dei facti sumus. Talentum fidei, quod per bonum opus Deo integrum resignare debemus. Titulus professionis, quod ad seruendum Deo sponsonis vinculis alligamur.

Tribus modis nos interrogat Deus. Tit. CXXX.

Tribus modis nos interrogat Deus. Promulgatione praeccepti, ut nostra obedientia nota fiat. Iniectione flagelli, ut patientia nostra proximis innotescat. Reuelatione secreti, ut se nobis virtus huius militatis aperiat.

De tribus bonis tribulationis. Tit. CXXXI.

Tribulatio tria confert. Exercitium, ne virtus amoris oculi tepore frigeat. Probationem, ut nostrae constantiae fortitudo ad exemplum hominibus innotescat. Praemium, ut iuxta tribulationis modum immensum gloriae pondus accipiat.

De tribus aduersitati opponendis. Tit. CXXXII.

Adversitati tria sunt opponenda. Electorum agones, & angustiae, quas patiuntur, qui pie viuunt. Redemptoris afflictiones & molestiae, quas ei saeuissimi principes intulerunt. Dispositio matriatricis iustitiae, cuius altitudinem quasi virgae Ioseph summitatem non discutere, sed adorare debemus. Haec sunt illa tria, ostia, vectes, termini, quibus Dominus circumdat mari seculi.

De triplici exercitatione electorum. Tit. CXXXIII.

Triiforme est exercitium electorum. Austeritas ieiuniorum, qua excolitur terra carnis, ut fructum ferat: assiduitas lectionum, qua reficitur animus, ut homo interior pinguescat: instantia orationum, qua mens ad caelestium appetitum aurgit.

De

De tribus mirabilibus in Maria. Tit. CXXXIII.

Author mirabilium Deus tria quaedam mirabilia operatus est in Maria. Integritatem munditiae mirabiliter suscitauit, ut arca testamenti auro purissimo tegetetur. Puritatem virginalem potentialiter fecundauit, ut rubus ardens non combureretur. Ina summis ineffabiliter copulauit, ut scala Iacob mediante terrena caelestibus unirentur.

De bonis fecunditatis Mariae. Tit. CXXXV.

Ptria nobis contulit Mariae fecunditas. Auertit iugum captiuitatis antiquae, remisit iram indignationis diuinae, deleuit notam iniquitatis humanae.

De tribus, quae praestolantur electi, & de tribus, quae optant reprobi. Tit. CXXXVI.

Electi tria praestolantur in futuro, quod in eis mortale est a vita penitus absorberi, perennis gloriae compensatione ditari, Deum sicuti est insatiabiliter contemplari. Reprobi tria optant, uoluptatem corpoream sibi ad sufficientiam cumulari, momentaneam gloriam ad beatitudinem suffragari, mores suos & opera nullo posse iudicio reprobari.

Quod quadruplices sint expectantes Deum, & quid ab eo sperent. iterum. Tit. CXXXVII.

Rhomines Deum expectantes, debent esse suspensum quando veniat, dubij quid eis deferat, hilarum, deuoti, diligentius adornati. Tria sperantes in eo, nuptialem praesentiam, familiarem gratiam, liberalem munificentiam.

De tribus nuptijs spiritualibus. Tit. CXXXVIII.

Stres sunt species nuptiarum. Primae reconciliationis per fidem, in quibus sunt tria fercula, peccatorum ablutio, gratiae consequutio, naturae reformatio. secundae adoptionis per spem, in quibus eloquij diuini est consolatio, alimoniae caelestis communio, dulcedinis internae praelibatio: tertiae glorificationis perfectae per charitatem, quarum fercula sunt aeterna incorruptio, vera glorificatio, perennis Dei visio.

De ternis fidelium armis. Tit. CXXXIX.

Terna fidelium arma sunt. Sapientiae plenitudo, quae est funda Dauid, de qua sententiarum lapides emittuntur. Patientiae fortitudo, quae est baculus, quo luporum rabies repulfatur. Charitatis amplitudo, quae est pera Dauid, de qua orationes proferuntur.

De tribus prelati necessarijs. Tit. CXL.

Tria prelati necessaria sunt. Viua fidei & doctrinae sinceritas, ut in eadem regione. Studio sa bene operandi sedulitas, ut uigilias cum pastore celebrent. De salute subditorum diligens curiositas, ut a lupis gregem suum custodiant.

De poenitentiae speciebus, & partibus. Tit. CXLI.

Tres sunt species poenitentiae. Smulatoria & in fructuosa, cuius exemplum est in Esau & in Saul. Crudelis & desperata, sicut in Cain & Iuda. Vtilis & consummata, sicut in Magdalena & Zachaeo. Cuius partes sunt quinque. Contritio in corde, confessio in ore, maceratio in carne, correctio in opere perseverantia in uirtute.

De triplici mutatione. Tit. CXLII.

Tria sunt genera mutationum. Sublimitas in humilitatem, quando uerbum carnem assumptum: contemptibilitas in maiestatem, quando se homo Deus coram discipulis transfigurauit: mutabilitas in gratiam, quando resurgens caelum regnaturus ascendit.

De triplici impiorum refugio. Tit. CXLIII.

Triiforme est impiorum refugium. deceptricis documentum fallaciae, quae est Phiton: secularis munimentum potentiae, quae est Ramesses: simulatrix figura iustitiae, quae est ciuitas solis. Haec iubet Pharaon aedificari.

De quinque torrentibus.

Quinqe sunt torrentes. Crudelitatis & malitiae, quae est Cifon, apud quem Iabin occiditur. Philosophalis eloquentiae: hic est Cedron, ultra quem Iesus egreditur. Passionis & angustiae: hic est in uia, de quo dicitur Iesus bibisse. Caelestis sapientiae, apud quem Elias pascitur. Iocunditatis & laetitiae, quo in caelis potantur electi. Cifon interpretatur eorum duritia. Cedron, i. cedronum, & est genitius gratias.

De quadruplici specie terra. Tit. CXLIII.

Species terrae quadriformis est. Flos & uiriditas temporalium bonorum, quae irrigatur sicut paradisus. Vtilis uita & conuersatio electorum, de qua oritur panis uitae. Amoenitas caelestium mansionum, quae fluit lacte & melle. Situs gehennaliu locorum, quae est terra miseriae & tenebrarum.

De quadruplici deserto. Tit. CXLV.

Quadruplex est genus deserti. Ianua mundani exilij solitudo, de qua Dauid: in terra deserta, inuua, & inaquosa. Disciplinae christianae

Gen. 46. nã difficilis altitudo, i qua peregrinatur filij Israel. Cælestis Hierusalem delectabilis amplitudo, in Luc. 15. in qua relinquuntur oues nonaginta nouem. Gen. Exo. 16. hennalis miseræ terribilis habitudo, quæ est desertum solitudinis,

De quadruplici curru. Tit. CXLVI.

Quatuor sunt species curruum. Elationis & domini, in quo submergitur Pharaon. Humilitatis & studij, in quo sedet eunuchus regi Gen. 46. nã Candacis, deuotionis & obsequij, in quo sedes Joseph occurrit patri. Amoris & desiderij, in quo rapitur Elias.

De triplici ascensu Domini. Tit. CXLVII.

Triiformis ascensus Domini, victoriosus, quo ascendit super occasum. Speciosus, quo ascendit super cælos cælorum. Gloriosus, quo ascendit super pennas uentorum.

De acquisitione regni cælorum. Tit. CXLVIII.

Regnum cælorum alij uolenter rapiunt, ut pauperes spiritu. Alij mercantur, ut illi, qui faciunt amicos de mammona iniquitatis. Alij furantur, ut mulier, quæ clam tetigit fimbriam uestimenti Domini. Alii compelluntur ipsum intrare, ut pauperes seculi.

De ijs, quæ pretiosam faciunt mortem. Tit. CXLIX.

Pretiosam mortem aliquando facit uita, ut in confessoribus: aliquando causa, ut in martyribus: aliquando uita & causa, ut in plerisque post sanctam uitam coronatis martyrio.

De quadruplici uisitatione Dei. Tit. CL.

Modis quatuor uisitat nos Deus. Exhibitione præcepti, præceptum enim aliud carnale, aliud spirituale. Asperitate flagelli, cuius modi sunt quinque, ut ab iniquitate corrigat, ne quis de colata uirtute superbiat, ut uirtus hominibus innotescat, ut alios eius exemplo cõpescat, ut corona cumuletur & crescat. Nouitate miraculi, quod uisibile & inuisibile. Inspiratione subtili.

De quatuor uirginibus ducendis. Tit. CLI.

Quatuor uirgines sunt, quas in coniugium sociare debemus. Eloquentia philosophalis, quæ est Zelpha ancilla Iacob. Sententia iudicialis, quæ per Balam designatur. Innocentia actualis, quæ Lia potest dici. Contemplatio spiritualis quæ Rachel intelligitur.

De tribus candelabris. Tit. CLII.

Candelabra in scripturis reperiuntur tria. Le galis obscuritas, quæ sphaerulas hêt & lilia. Exo. 25. Prophetalis subtilitas, quæ habet duas oliuas in cacumine suo. Et euangelica ueritas, quæ habet in medio sui similem filio hominis.

De tribus munitionibus animæ. Tit. CLIII.

Munitiones, quibus anima uallatur, tres sunt. M Sedula circumspectio, quæ est sepes. Sancto rum intercessio, quæ est uallum firmissimum. Diuina protectio, quæ est murus protegens ab incursum hostium.

De tribus spem roborantibus. Tit. CLIII.

Spem nostram triplex ratio discutit, & roborat: M Humilitas collatæ sapientiæ, quæ est ouum in aqua coquere: firmitas constantis sapientiæ, quod est ouum igne aslare: uirtus inspirationis occultæ, quod est ouum in sartagine frigere.

De tribus, quibus Deus uincit hostes. Tit. CLV.

Tribus sunt, quibus Deus exercet uindictam. N in hostes nostros. Lauacri salutaris remediũ, quod uelut mare tubrum occidit Aegyptios. Penitentia condignæ exercitium, quæ uelut sulphur peccatores interimit. Distinctionis extremæ iudicium, quod uelut ignis ad uocem Eliæ idololatrias inuoluit.

De triplici lecto animæ. Tit. CLVI.

Lectus animæ quo pausat tripertitus est. Grauitas debilitatis corporeæ, quam sibi languidus sanatus substernit. Tranquillitas quietæ conscientia, in qua fugiẽte Dauid, statua ponitur. Hic est, cui duæ culcitre supponuntur, de præterito securitatis & fidutiæ amplitudo, de futuro remunerationis & præmii certitudo. Cernical, quod supponitur capiti, diuinæ familiaritatis & gratiæ largitudo. Lectus tertius humilitas superioris gloriæ, quæ est lectus floridus, quem sexaginta fortes ambiunt.

De tribus uitrinis. Tit. CLVII.

Vitrinæ, per quas solis radius infunditur, tres sunt. Charitatis integritas, per quæ peccati remissio se infundit, humilitatis puritas, per quæ Mariæ gratia cælestis illapsa est: intellectus subtilitas, per quam radius sapientiæ cor illustrat.

De septem lampadibus mentis. Tit. CLVIII.

Septem lampades thronum electæ mentis illuminant, charismata Sancti spiritus, quæ ple-

nius propheta prosequitur: quæ dum oleum gloriæ, uinumque timoris & infirmitatis cælesti igne consumunt, lumen ueritatis incessabiliter admittunt.

De triplici edulio apposito. Tit. CLIX.

Quod nobis apponitur ad edendum trifarium est carnis edulium. Hædus de capris in fructu penitentia, quem Iacob obtulit patri suo Isaac, ut benediceretur. Vitulus de armento in actu iustitiæ, quem Abraham expendit in cibum angelorum. Vitulus saginatus in cumulo gloriæ, quæ pater recepto filio prodigo dicitur mactasse.

De triplici horto animarum. Tit. CLX.

Triplex est hortus, in quo electæ animæ spantantur. Molestia corruptibilis uitæ, quæ est hortus nucum, in quo Susanna lauatur. Amœnitas iucunditatis superne, quæ est hortus deliciarum, in quo ponitur Adam, ut operetur, & ipsum custodiat. Dulcedo & suauitas uisionis diuinæ, quæ est hortus conclusus, in quo Ioseph statuit sibi monumentum in petra excisum. Munda quoque conscientia pro sui diuersitate hos in se suscipit hortos.

De tribus mensibus apposis. Tit. CLXI.

Suriei nostræ mensæ tres apponuntur. Legis, & euangelij sacramentum, in quo sumuntur sapientiæ dapes. Catholicæ institutionis mysterium, ubi accipitur pars piscis assi, & fauus mellis. Aeternæ satietatis arcanum, quod intra uelum est, & continet panes propositionis, & uitæ.

De tribus thesauris faciendis. Tit. CLXII.

Theauri, quos thesaurizare debemus, tres sunt: desiderium pietatis in corde, qui absconditur in agro, ut ematur: doctrina ueritatis in ore, quæ est thesaurus niuis & grandinis: assiduitas perseverans in homine, quæ habet frumentum, & hordeum, & oleum, & mel. Hi sunt thesauri Magorum, qui aurum, thus, & myrrham nato Domino obtulerunt.

De quatuor differentijs panum. Tit. CLXIII.

Quatuor differentiæ panum in scripturis reperiuntur, quibus diuersæ generis humani deplorantur miseræ: panis coctus in stercore humano, bouino, cinere, & clibano: quibus diuersi affectus mentis humanæ exprimuntur.

De uoto tribus altaribus imponendo. Tit. CLXIII.

Altaria, quibus uota superponere debemus, tria sunt. Diuinarum sanctionum expletio, quod fit de lignis serim in deserto. Beatorum multiplex aduocatio, quod fit de lapidibus, quos ferru-

nõ tetigit. Redemptoris humilis incarnatio, quod fit de terra.

De tribus puellis sensum nostrum eueritentibus, de quibus (ut de alijs multis) prolixius habitum est supra. Tit. CLXV.

Puella quæ auertunt sensum nostrum, tres sunt. Z Teneritudo carnis nostræ, quæ est Dalila, quæ Iudi. 16. Samsonis oculos eruit. Amœnitas mundialis gloriæ, quæ est Iezabel, quæ Nabot occidit. Diffidentia futuræ uitæ, quæ est filia Herodiadis, quæ caput prophetæ sustulit. 3. Reg. 21. Mar. 6.

MISCELLANEARVM secundi Codicis. Lib. V.

De ecclesiarum, & adium sanctarum spirituali ornatu. Tit. I.



Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cypressina. Domus sunt uarij fidelium conuentus. Tigna, quæ ad munitionem ualent, plati: quorum uerbo, & exemplo sustentant. Hæc sunt cedrina, cuius odor serpentes fugat: quia uirtute uerbi uenenata dogmata, cogitationes, opera solent expellere. Laquearia, quæ ad decorum pertinent, ij sunt, qui ecclesiam uirtutibus exornare potius nouerunt, quam reformare. Hæc tignis debent affigi: quia qui in ecclesia moribus splendere desiderant, summorum patrum dictis & exemplis tota mente inhereant. Suntque cypressina. Cypressi autem uenustatem comæ uentorum impulsu non deponunt, constantiam eorum exprimentes, qui sanctam ecclesiam altioribus uirtutum ornatibus uelut laquearia decorant.

De adificatione templi siue ecclesie morali ex ligno, auro, & lapide. Tit. II.

Templum Salomonis ex triplici materia: ecclesia ex tribus constat ordinibus. Triplex materia: aurum, ligna, lapides. Lapis platis, aurum contemplatiuis, lignum cõfert actiuis. Ligni, ut pars sursum erigatur, pars deorsum demittit. Actiui, ut cælesti gloria potiant, pijs actibus in terra occupantur. Aurum, quod inuenit homo abscondit: & de contemplatiuis dicitur, Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, a conturbatione hominum. In lapide, qui scriptus est digito Dei, tria sunt. Scriptura, ignis, duritia. In prælato debent esse doctrina, dilectio, correctio. Scriptura notat doctrinam, duritia correctionem, ignis dilectionem. Nec dilectio sine correctione, nec correctio uilis est sine dilectione: utrunque necessarium, plus tamen amandum amari quam timeri: quod mylthice Salomon docet in base templi, quæ platis aptatur, ubi cum Cherubim bouem pariter sculpsit & leonem. In Cherubim scientia, in boue mansuetudo, in

A Cant. 1.

B 3. Reg. 6

C Psa. 30

Virtutes Prælati necessariae quæ.

Cherubim, bos, et Leo quod significans.

do, in leone terror innuitur. Scientia pertinet ad doctrinam, mansuetudo ad charitatem, terror ad correctionem. Virtutem doctrina parit, charitas foet, correctio conferuat. Doctrina instruit ignorantes, charitas consolatur pusillanimes, correctio cō-

D primit contumaces. Sicut tēplū Salomonis ex triplici materia, sic ex tribus ordinibus constat Christi ecclesia. Vnde hæc tria conueniunt prælato: doctrina, ne cæcus cæco ducatum præbeat: charitas, vt cōgaudeat veritati: correctio, ut uitiosis non cō-

Gen. 7. Cōtemplatiuus cum Daniele orat ad fenestrā orientalem in cœnaculo. Actiuus cum Iob vniuersis necessitatibus pio subuenit auxilio. Prælati in agrō, ut seminet uerbum Dei: contemplatiuus in lecto, ut suauitate Dei fruatur: actiuus in pistrino, ut sollicitetur, & turbetur erga plurima pro amore Dei. Et quia horum trium ordinū

De Christi. Christus erat forma futurus, cui conformarentur, seipsum proposuit: vt uerus magister prius fecit, postea docuit: ut deuotus contemplator ascendit in montem solus orare: ut sedulus minister non uenit ministrari, sed ministrare. Ipse quoque in templo corporis sui triplicem hanc materiam præsentauit. Non tantum enim Salomonis templum, templum ecclesiæ, sed & corporis Christi templum

Actiū. 1. signat, de quo ait: Soluite templum hoc & cetera. Et hoc templum conitatur auro, ligno, lapide. Vnde legitur. Nascitur ibi aurum terræ illius optimum, ibique inuenitur bdellium (quæ, ut Plinius ait, arbor est odorifera) & lapis onychinus. Terra illa est beata uirgo: cetera Christum signant, qui constat deitate, carne, anima. Lapis congruit diuinitati propter immutabilitatem, aurum animæ propter tribulationem, quam sustinuit, lignum carni propter infirmitatem. De primo dicitur. Ego Dominus, & non mutor. De secundo. Tristis est anima mea usque ad mortem. De tertio. Ego sum uermis, & nō homo. Secundum diuinitatem miracula operatus est, secundum animam nobis compassus est, secundum carnē tormenta passus est. De primo leo, quia fortis. De secundo gallina, quia multum misericors est. De tertio agnus, quia multum mansuetus & miris. Horum, scilicet leonis, gallinæ, & agni, id est uerbi, carnis, & animæ facta est coniunctio, quando Deus & homo conuenierunt in unum, ut miro commercio fieret excelsus, humilis, incognitus, uisibilis, ἀθάνατοςathanatos id est immortalis, passibilis & mortalis.

Salomonis tēplū non tantū Ecclesiæ, sed & Christi corpus significat.

Ioan. 2.

Gen. 2. **Mal. 3.** **Matt. 26.** **Psal. 21.**

Christus cur Leo galina, & agnus uocatur.

De templo Salomonis allegoricè. Tit. III.

G In templo Salomonis, quod generalem significat ecclesiam, quæ in cœlis & in terris subsistit, tria notanda occurrunt. Porticus siue atrium, ante templum, ipsum tēplum, & oraculum, quod dicitur sancta sanctorum. Erantque tria ostia porticus, templi, & oraculi. Porticus ante templum figuram gerit eorum, qui fuerunt tempore legis ante Christi aduentum. Templum notat integrū Christum, caput scilicet & membra ipsum subsequētia: Oraculum significat, quod utriusque dantur interio-

ris regni cælestis gaudia. Ostium porticus: sermo propheticus, qui sohs radios primū percipit. Ostiū domus ipse est Christus, qui ait. Ego sum ostium. Oraculi aditus regni aditus cælestis. In templo sūt fenestræ obliquæ, id est intus latiores. Hi sunt doctores ecclesiæ, qui prædicatione lumen, quod acceperunt, aliis infundunt: intus latiores, quia quod exterius prædicant, intus magis in opere tenēt. Vel extra quod recipiunt lumen, paruū est eius comparatione, quod intus in spe gloriæ tenent.

De eodem. Tit. IIII.

Sper parietem templi sunt tria tabulata. Primum habebat latitudinis septem cubitos, secundum sex, tertium quinque. Hi sunt tres ordines in ecclesia: coniugatorum, continentium, uirginum: vel laicorum, clericorum, monachorum. Primum & secundum in terrenam conuersationē amplius, tertium cæteris strictius. Vel primum cœnaculum præsentem signat ecclesiæ statum: secundum statum post hanc vitam notat animarum: tertium autem monstrat duplicem animarum & corporum post iudicium gloriam. Ostium erat in latere templi, a quo per cocleam intus per parietem erat ascensus in medium tabulatum, & a medio ad tertium: in quo dominicum corpus notatur, in cuius latere ostium factum est, dum in cruce unus militum lancea latus eius aperuit, & exiit sanguis & aqua. Aqua, qua in baptismo abluimur: sanguis, quo in calice sancto consecramur. Per hoc ergo ostium ascensus fit ad medium, & tertium tabulatum: quia per fidem, & mysteria redēptoris de præsentem seculo, & ecclesiæ conuersione ad requiem animarum post mortē, & rursus post iudicium ad requiem corporum quasi in tertium tabulatum. Intus hoc autem iter fit per cocleam: quia inuisibiliter fit. Nullus, nisi qui Domino duce per hæc ad cælestia scandit, agnoscit, etsi qui foris sunt, tantum ibi celebrationes intuentur sacramentorum. Hoc tabulatum in euangelio dicitur pinnaculum, ubi tentatur a diabolo Dominus. Habebant autem singula tabulata i circuitu latera, ne ab his quispiā reidens deorsum laberetur: quæ quotidianam uirtutem diuinæ protectionis uel humilitatis custodiam, qua in bonorum operum arce custodimur, notant: ne in malis; dum a Deo deserimur, uel in bonis, dum a nobis extollimur, ad infima cadamus, sicut Ochozias, qui de cancello cecidit, in quem separatus a domo Dauid ascendit. Quia & si mali ascensus bonæ actionis tenent, quia tamen unitatem domus Dauid non habent, quasi fathiscētibis laterū præsidii, ad uitiorum decliua labuntur, dum diuino destituti auxilio proprio fastu intereunt. Hæc latera iubet Moyses in omni domo fieri dicens: Si ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua & sis reus alio labente. Si ædificas nouam conuersationem, adhibenda est humilitatis custodia, ne in ipsa per superbiam cadens, sis reus & tui & proximi, quem exemplo occidisti.

Ioan. 10.

Ibidem.

Ioan. 19.

Matt. 24

4. Reg. 1

Deut. 22

De eodem. Tit. V.

Ibidem. **O** Peruit parietem domus a pavimento usque ad summitatem parietum, & usque ad laquearia intrinsecus lignis cedrinis. Lapidem parietis facti sunt lapides uiui, qui super fundamentum, quod est Christus, crescunt in habitaculum Dei, iuncti cœmento charitatis, supportantes inuicem alter alterius onera in timore Dei. Hi intus uestuntur cedro. Cedrus autem est arbor imputrescibilis, odore & aspectu iocunda, serpentes fugans, & perimēs accensa. Tales enim sunt sancti, qui per patientiā insuperabiles, fama & operibus alti, diaboli altitudines exterminantes igne diuini amoris accensi, a pavimento domus usque ad summitatem parietum cedro operiuntur, hoc est ab initio fidei usque ad confirmationem boni operis: & usque ad laquearia, id est ad ingressum cælestis patriæ. Laquearia tria fuerunt, primum in primo tabulatu, secundum in secundo, tertium in tertio. Laquearia ergo iustos intelligimus, vel illos, qui in præsentem ecclesiam, vel illos qui in futuro statu animarum, vel post iudicium animarum & corporum, qui ecclesiam Dei ornant, & positi in superiori parte domus, uel hic uel in futuro orationibus protegent. Usque ergo ad superiora laquearia lapis in pariete uestitur, qui usque ad ingressum eorum, qui sunt in requie, in fidei firmitate perdurat. Ipsi quoque parietes sicut & pavementum, quod pretioso lapide super lapidem tabulis abiignis, & super tabulas laminis aureis dicitur stratum, post cedrum auro operiuntur, ut sanctorum ois uita notetur expressa. Lapidem enim uiui, tam in pariete quā fundamenta, sūt sancti fortitudine fidei in unitate conglutinati. Tabule cedrinæ siue abiignæ sunt sancti altitudinis sui terrena spernentes, & ad summam tendentes uirtute patientiæ, & odore uirtutum dæmones fugantes. Aureæ laminæ sunt supereminentes scientiæ charitatem habentes: quæ marmori & lignis superponuntur, quia sicut aurum aliis metallis, ita charitas cæteris supereminet uirtutibus. Quæ tria breuiter notat Apostolus dicens. In Christo nec circuncisio, neque præputium ualet, sed fides, quæ per dilectionem operatur. Fidei nanque inuictæ lapis figuram tenet, cedrus actionis odorifera, aurum transcendentis oia dilectionis. Uestitur lapideus paries tabulis cedrinis, cum fides ornatur operibus, ne sit ociosa uel mortua. Adduntur laminæ aureæ, ut fides & opus Dei dilectione splendeat & proximi, ut in omni opere solus Deus quærat. Vnde quia lex in lapide scripta, & doctrina euangelij per lignum crucis est confirmata, ideo ille popululus lapide signabatur in præputio: nos signo crucis consecramur in fronte. Posunt quoque, nec incongrue, lapides parietis siue pavementi fideles in lege uignare, tabulæ cedrinæ, noui testamenti iustos indicare: & quia utrosque una super retributionis manet gloria, lapidibus & lignis lamina additur aurea, quæ æternæ retributionis fulgorē designat.

Sancti lapides uiui.

M **Charitatis excellentia** Gala. 5.

Quare Iudaus lapide signabatur in præputio, & christianus crucis signo in fronte.

De eodem. Tit. VI.

Ibidem. **A** Edificauit quoque parietem, quo diuiditur ora-

culum a templo, non usque ad laquearia pertingens, sed in inferiori parte habebat aperturam per totū quasi ianuam, per quam ab altari thymimamatis, quod erat ante ostium oraculi, accensus Domini fumus incensorum intrauit oraculum, arcamque perfudit. Prior itaque domus, in quam semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia celebrantes, præsens est ecclesia, ubi quotidie piis insistentibus operibus sacrificia laudis Deo offerimus. Interior uero domus promissa nobis uita in cælis, ubi arca fæderis & cherubin, ubi Christus, in quo solo habemus apud patrem pacis fædus, & beatorum angelorum solennitas agitur, in quam semel introeunt in anno non sine sanguine. Paries, qui utranque domum ab inuicem diuidit, claustra sunt cœli, quorum apertionem quotidie suspiramus, & donec aperiantur nobis, & intrare liceat pulsamus: quæ & si ante resolutionem corporum intrare non permittimur, apertam tamen in inferioribus habemus ianuam diuinæ pietatis, qua orationum, & elemosynarum, ieiuniorum, cæterorumque bonorum operum incensum, & thymimata ab altari cordis præmittimus. Hoc altare prope ostiū est oraculi, significans illas in sancta sanctorū ad aures Christi orationum uoces per ianuam diuinæ misericordiæ præmitti, qui quidem sola carne detenti omni desiderio ad superiora suspensi, quanto cælesti patriæ viciniore, tanto a Deo citius, quod omnes clauis, quibus in toto templo laminæ figebantur, auri rei erant pondere singuli quinquaginta siclorum: hi sunt præcepta charitatis, uel promissā beatitudinis, quibus ne deficiamus continemur. Hi quinquaginta sicli ponderantur, quia uerba cælestia remissionem peccati, gratiam scilicet & requiē æternam promittunt: quæ omnia in scripturis isto modo significantur. Isti sunt clauis dilectionis. Sunt & alii clauis timoris, quibus incipientes illecebras uirtutum & carnis mortificant, illi scilicet sermones uirtutis, quibus carnem crucifigimus cum uitijs, & concupiscentijs, de quibus dicitur: Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui. Qui rursus proficiens de clauis dicit: Mihi ad hære Deo bonum est. Fecit in oraculo duo cherubim de lignis oliuarum. In cherubin angelica ministratio, quam in laude creatoris, in mutua charitate, & ea, quam ad homines extendunt, notatur. Nam quod duabus alis tangunt utrunque parietē & amplectuntur, quod extendunt, alas super arcā quasi ad uolandum, eos ad laudem Dei omne bonum referre, & ad diuinum obsequium exprimit paratos esse. Quod autem de oliuarum lignis facta sunt, uirtutes angelicas gratia, scilicet, ne vnquam ab amore Dei arefcant, exprimit esse uictas. Isti in oraculo positi facies habent ad exteriorē domum: quia in gloria positi non ab hac peregrinatione eripi, & ad suum consortium desiderant peruenire. Vel duo cherubin duo sunt testamenta, quæ & duos parietes tangunt, dum utriusque populo dantur: & se tangunt, dum in altero sit alterum, ac ipsum Christum tanquā pari concordia uenerantur.

Relicti

Pl. 118.

Psal. 72.

Cherubin in oraculo quod significabant.

De

R Ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis o-
Ibidem. Ibiarū. Hæc sunt dilectio Dei & proximi: quia
Dilectio-
nis virtus
quanta.
ianuam vitæ non sine dilectione quisquam ingre-
ditur. Hæc sunt de lignis oliuarū, vt operibus miæ
luceant. In introitu quoq; tēpli duo ostia de lignis
abięnis, vnumquodq; duplex, & seipsum aperie-
batur continens. Sicut ingressus oraculi ingressus
regni vocat, sic ingressus tēpli primordia cōuerfio-
nis, quo ecclesiā intramus. Iste ad fidē, ille ad spē.
Ista sunt dilectio Dei & proximi, quæ se cōtinent,
& vna non est sine altera. Et vnūquodq; duplex pp
fidei operationem: q non sunt ostiola oraculi, quia
in ea videbimus quæ credimus, & nullo labore in-
digebimus, vbi laborum præmia recipiemus. In pa-
rietibus, & ostijs sculpsit Cherubim, palmas, & a-
naglypha, & varias picturas. Cherubim facit, quan-
do in eis puritatem angelicæ castitatis docet imita-
ri: palmas, cum memoriam æternæ retributionis
eorum mentibus infigit: picturas varias quasi de
pariete prominentes, cum multiphas virtutum
operationes ex eis imminentes tribuit. Verbi gra-
tia misericordiæ viscera, humilitatem, & patien-
tiam, &c. Et notandum, q de lapidibus foris do-
latis ædificata est domus, quia dum ædificaretur do-
mus, nō est auditus malleus, neq; securis in domo.
Hic. n. tūdīmur aduersitatibus, & disciplinis exer-
cemur, vt illic locis iuxta meritum congruis casti-
gatione cessante disponamur, immo spiritu imple-
ti Deo copulemur. Notandum præterea, quod ingre-
di volentibus templum primo in atrio inuenie-
batur mare idest lauacrum ad lauandum, ex quo a
duodecim bobus fundebatur aqua. Inde in eod-
em atrio in ingressum templi erat altare, in quo
immolabantur carnes. In templo autē iuxta ostiū
oraculi altare aureum, in quo adolebatur thymia-
ma. In oraculo autem post velum erat arca sub-
alis Cherubin. In his notatur, vt qui vult sancta
sanctorum intrare, idest cælum vbi est Christus, &
angelorum gloriam, prius se lauet per pœnitentiā,
& in altari holocaustorum mortificet carnem, &
proficiens in altari thymiamatis, præmittat perfe-
ctionis opera, postq̄ mereatur ad sancta sancto-
rum ingressum.

De eodem. Tit. VIII.

Quid per
cherubim,
leonem, &
bouem de-
notetur.
In sacerdo-
tibus cur
ma: suetu-
do. & ira
requiritur.

X Salomon in basibus luteris, in templo imagi-
nem cherubim, leonis, & bouis fecit depingi.
Bases in templo summi sacerdotes in ecclesia, qui
sollicitudinem regiminis accipiunt, quasi bases se-
paratæ, vt onus portent. Cherubim plenitudo
est scientiæ, quæ bene basibus imprimitur, quon-
iam decet, vt summi sacerdotes plenitudine
scientiæ repleantur. Per leonem terror feueritatis,
per bouem patientia mansuetudinis. Igitur
in basibus nec leones sine bobus, nec boues sine
leonibus imprimuntur: quia in sacerdotibus de-
bet esse mansuetudo & ira, vt in furore sciant iram
temperare, & in mansuetudine excitare.

C Aereus est Christus. Tria nanque in cæreo Y
sunt, cæra, lignum, ignis. Cæra mirabiliter
non coitu, sed ex diuersa florum amœnitate colli-
gitur: hæc circumponitur ligno: lignum vero igne
accenditur, vt luceat. Cæra ergo carnem illam
significat, quæ opera Spiritus sancti sine coitu con-
cepta est de virgine: lignum cæra indutum est ani-
ma Christi carne vestita: ignis, quo lucet est ipsa
diuinitas. Vel cæreus est fides, & operatio. Nam
cæreus lumen habet, & cæra fit apum magno la-
bore, in quo operatio notatur. Lumen est ipsa
fides, quæ operationem illuminat. Hæc duo de-
bemus Christo puero offerre, vt ipse verum lum-
en ortum ad illuminationem gentium, accen-
dat in nobis lumen fidei, & seipso lumine bonum
nobis datum opus æterna mercede remuneretur.

De horis canonicis, in quibus fit dominicæ passio-
nis commemoratio. Et primo de hora
prima. Tit. X.

P Rima hora, qua Dominus consputus, illusus,
palapis cæsus, opprobrijs affectus, Pilato pro-
pter nos astitit ligatus: & qua rediuiuus stans in
litore in captura piscium magnorum & multo-
rum, a quibus retia rupta non sunt, mellicum
conuictum cum discipulis celebrans, ecclesiam
qualis in resurrectione mortuorum futura est, si-
gnificauit. Ante omnem igitur curam corporis,
primam horam diei offeremus creatori nostro &
redemptori, qui passus est propter delicta nostra,
& resurrexit propter iustificationem nostrā. Qua-
rendum enim primum regnum Dei, & cætera adij-
cientur nobis: quia & in lege iubet Dominus om-
ne sibi primogenitum offerri.

De hora tertia canonica. Tit. XI.

H Ora tertia duplici ratione splendet insignis: A
quoniam hac Iesus spinis coronatus, & cru-
cifixus illis linguis Iudæorum est: quorum dentes
arma & sagittæ, & lingua est gladius acutus: qui
Pilato iudicante dimitti, firmauerunt sibi sermo-
nem nequam clamantes, tolle & crucifige eum. Psal. 56.
Et quia Spiritus sanctus, qui in remissionem pec-
catorum non fuerat datus antequam Iesus esset cla-
rificatus, super nascentem ecclesiam in igneis lin-
guis sub horam tertiam effusus est. Ioan. 19.

De hora nona canonica. Tit. XII.

H Ora nona iure in laudem Domini celebra-
tur: quoniam clamans Iesus magna voce
emittit spiritum, & latrone admissio in paradysum,
venia quamuis sero, veraciter tamen pœnitenti-
bus & confitentibus dedicatur. & qua rescisso ve-
lo legis & prophetarum, cœpimus reuelata facie
gloriam Domini contemplari: & perforato late-
re Christi formandæ ecclesiæ profluxerunt ele-
menta,

menta, sanguis eius, quo redimimur, & aqua, qua
abluimur. Huius ergo horæ nobis celebrandæ qua-
druplex est ratio.

De Vespertina, & Matutina.
Tit. XIII.

C Vespertina, & matutina laudis sacrificium ma-
gnis est sacramentis dedicatum. Vespere, &
mane iugiter in lege iubetur offerri holocaustum.
Vespere Dominus panem & vinum assumens, &
in veritate sui corporis & sanguinis repræsentans,
propriis portatur in manibus: testamentum suis
scripsit hæredibus, humilitatem, & charitatem.
lauando pedes discipulorum commendans: & post
iam moriturus solennitate longi sermonis amicis
& filiolijs vltimum vale dixit. Item in vespere appa-
rens viuus in fractione panis agnoscitur, & hæli-
tancia discipulorum corda iniecto igne charitatis
lucendit. In matutino negantem Petrum galli
cantus redarguit, Dominus respicit, & negator ad
pœnitentiæ lachrymas confugit. Nuntiata resurre-
ctione Domini a sanctis mulieribus, tristitia fide-
lium in gaudium conuertitur, quia qui erat mor-
tuus, viuus se ostendit, & tangi dignatur & adora-
ri. Et nota, quod cum cæterarum partes horarum
septenæ sint, idest versus, Deus in adiutorium, cum
gloria, hymnus, psalmi, lectio, & oratio completi-
ua: his horis octaua additur, canticum scilicet de
euangelio, quia cantatur pro octaua in beatitudi-
ne resurrectionis, qua insignita sunt iuxta sensum
euangelij. Vespere (inquit) sabbati, quæ lucefcit
in prima sabbati, &c.

De hora completorij. Tit. XIII.

H Ora completorij nobis illud commemorat
de passione Domini, quod egresso Iuda cœp-
it Dominus pauere & tēdere, & factus in agonia
prolixius orare: & gurtis sanguinei sudoris torcu-
lar solus calcans, in futuro sanguinem martyrum
pro se fundendum præsignat. Itemque de resurre-
ctione eius, quod postquam fecerat pacem inter
Deum & homines, legatus fidelis rediens euangeli-
zauit nobis, stans in medio discipulorum, & dicēs.
Pax vobis.

De vigilijs nocturnis canonicis.
Tit. XV.

Vigilias nocturnas, de quibus propheta, Media
nocte surgebam ad confitendum ti-
bi. euangelicæ gratiæ claritas instituit. Nam nocte
media Dominus nascitur. Idem vt Samson quon-
dam obfessus media nocte contractis inferni por-
tis surrexit a mortuis. Media nocte uenturus alle-
ritur in similitudinem ægyptij temporis, quando
pascha celebratum est, & exterminator uenit, Do-
minus super tabernacula transijt, & in typum no-
strarum frontium postes sanguine agni consecrati
sunt. Vnde reor (inquit beatus Hieronymus) tradi-
tionem apostolicam permanisse, vt die vigiliarum

paschæ ante noctis medium dimittere non liceat
populos expectantes aduentum Christi, & post-
quam aduenerit illud tempus, securitate præsum-
pta festum diem cunctos agere.

De oratione ante lectiones. Tit. XVI.

L Ectiones oratione præuenimus, quia rogare de-
bemus Dominum messis, vt mittat operarios
in messem, & aperiat cor nostrum in lege sua, & in
præceptis, ne semen uerbi, quod audituri sumus,
aut volucres comedant, aut spinæ suffocent, aut du-
ritia petra frustrata radice supplantet.

De benedictione ab lecturo ante lectionem petenda.
Tit. XVII.

L Ecturus benedictionem petēs, significat, quod
nemo nisi missus officium prædicandi vsurpa-
re debet: quomodo enim (inquit Apostolus) præ-
dicabunt, nisi mittantur? Quod autem in fine di-
cit: Tu autem Domine miserere nostri: innuit, q
officium prædicandi sine puluere, uel leuis culpa
difficiliter possit peragi: & q quia pedes euangeli-
zantis quasi per terram ambulant & sordidantur,
misericordia indiget, ut in hac parte lauetur, etiam
si totus sit mūdus. Quod Deo gratias succinit cho-
rus: non ad precem lectoris, sed totam lectionē re-
spicit. Gratias enim agimus, q doctrinæ suæ panē
nobis frangit, ne fame uerbi Dei pereamus. Nā ad
lectiones, quarum in fine, Tu autem, nō dī, s. ad ca-
pitula horarum: quia uerbum Dei est, in quo uiuit
omnis homo, Deo gratias similiter succlamamus.

De campanarum significatione.
Tit. XVIII.

C Ampanæ sicut & legales tubæ sanctos ecclesiæ
prædicatores significant, qui ad Sion montē,
& ciuitatem sanctam Hierusalem, & futurum Dei
iudicium populum inuitant & præparant, sensum-
que auditoris surdi ad audiendum magnitudinem
rei, magnitudine dicendi flectere contendunt. Du-
ritia metalli fortitudinem mētis, plectrum ferreū,
quo sonus eliditur, constantiam sermonis imitatur.
Ecce dedi (ait Dominus) frontem tuam durio-
rem frontibus eorum, & vt adamantem, & ut silicem fa-
ciem tuā. Fugiens quoq; terrenā habitationē, & di-
cens: Nostra conuersatio in cœlis est: sursum cor su-
spendat, pendensq; de turre fortitudinis, quæ con-
stat contra faciē inimici, speculatore se nouerit po-
sitū domui Israel. Gester aut lignum crucis in capi-
te mētis, funē exinde colligatū. i. uinculum charita-
tis, usq; ad infirmos fratres, quasi ad terram porri-
gat: quo commotus personare, & os suū dilatare
non cesset dicens. Charitas Christi urget nos. Itē cu-
stos super muros Hierusalē constitutus nō taceat, 2. Cor. 5
intans opportune & importune ijs, qui dormiunt
in lectis eburneis, nocte ebrii sunt, & lasciuunt in
stratis suis: & eos, q nocte dormiunt, & nocte ebrii
sunt, & ad laudē Dei quasi uolenter excitēt, ne vs-
que ad matutinū. i. tremendū Dei iudiciū somno
M. Hug. à S. Vic. To. iij. A a con-

consepulti pereant. Trinum autem solēnis diei claficum. i. matutinum, vespertium, & quod ad misfa pulfatur initium, sic imiterur euangelicus prædicatorum chorus, ut semper prædicet lamentationes præsentis vitæ, carmen futuræ, & væ gehennalis iræ.

De dominicis Aduentus, & earum officijs. Tit. XIX.

Primus aduentus in persona commemoratur antiquæ ecclētiæ, idest in tertia dominica. Secundus aduentus expectantibus, & desiderantibus iā instare denuntiatur prophetis & apostolicis tubis. Ideo vero secundus aduentus duabus dominicis declamatur, quia primum aduentū sola quæ processit, incarnationem Dñi promissam expectauit, scda tā pcedēs q̄ subsequens audiuit: illa prophetis tantum, hæc prophetis & apostolicis edocta præconijs: quapropter in secūda propheticum perfonat officium Populus, in tertia apostolicū, Gaudete in Domino semper.

M Quarta dominica quæ diem natiuitatis nouissimam respicit, tempus illud commemorat, quo impregnato iam & tumido vtero virginis, prope erat Dominus: & calcians se in corpore virginis Dominus corrigiam suæ ligabat incarnationis, quam se Ioannes non posse soluere confiterur: ideoque dicitur dominica vacans, quæ ita vacat officio, vt nulli sanctorum, qui omnes officiales eius sunt, hanc regis Christi ligaturam corrigiæ soluere. i. sanctæ incarnationis mysterium denudare fuerit creditum, sed solummodo stans Idumæa illa, idest Gentilitas, quæ promissum audierat, in Idumæam extendam calciamentum meum: & respiciens illud tempus, quo rex, qui hoc promiserat egressus de sinu patris in vtero calciabatur, & insolubilem sanctæ incarnationis corrigiam suis circumdans gressibus, & videns neminem mysterij huius habere iuuetigationis officium, tantum orandi innuit officium clamans in introitu. Memento nostri Domine in bene placito tuo, idest filio, in quo tibi bene complacuit solo ex millibus populi tui: visita nos in salutari tuo, eodem scilicet filio instar medici agrū dignatione gratuita visitantis,

Ioan. 1.

Psal. 59.

Pf. 105.

De primæ dominicæ aduentus officio. Tit. XX.

Prima vero dominica ad primum spectans aduentum, huius intentionis habet officium, vt ijs, quibus necdum venit Dominus. i. qui fidem nõ receperunt incarnationis, adueniat tanta salus, ut leuent ad Deum animam suam, & confidentes in Domino non erubescant, neque irrideant inimici, idest dæmones, sed vias suas eis demonstrat, & semitas doceat, quas vt ambulent demonstrat Apostolus dicens: Scientes, quia hora est &c.

Rom. 13

De secundæ dominicæ aduentus officio. Tit. XXI.

In secunda autem dominica paruulo & pupillo filio peregrina matre nato, qui patrē nunquam vidit, quem matre narrante in cælum abijsse au-

diens, sicut ceruus ad fontes, patris absentiam plorans, præsentiam desiderat, & gemitibus & præcibus cælum pulsat: & commiserescens mater secundum aduentus officium canit desideranti, patris reditum imminere denuntians, consolatur, & dicit. Populus Sion, ecce Dominus veniet ad saluandas gentes, & auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ: qua dicit: Venite benedicti patris mei &c. In lætitia (inquit) cordis vestri: quæ tanta erit, vt leuare debeamus corda nostra. Vnde & in collecta præcatur. Excita Domine corda nostra. i. leua & exhilara ad preparandas vnigeniti tui vias. In tertia quoque dominica hoc idem vox clamatur apostolica, vt & si quis dilaceretur, persecutiones sustineat, & pro dilatione patris gemat, gaudeat in tribulationibus, & iterum gaudeat reposita in cælis, propter hoc, multa mercede, nihilque sollicitus sit; quia Dominus prope est ad remunerandum. tantum modestia eius nota sit omnibus hominibus, & petitiones innotescant apud Deum. Et nota, quod hoc tempore diaconus & subdiaconus non utuntur dalmatica & tunica, quia subdiaconus tanquā lex ante incarnationem carebat ornatu euangelij, diaconus tanquā ipsum euangelium latuerit, cuius claritas quanta sit nondum apparuit ante sacramenta incarnationis, passionis & resurrectionis. Utuntur autem casulis, quas lecturi exuunt maxime protestantes illam suam non esse vestem, sed propter dominicæ diei vel alicuius reuerentiam festi se accipere accommodato, vt inopem atque indecentem consolentur expoliationem. Eadem de causa Gloria in excelsis: & Ite missa est, intermittitur: quod illud tempus significat, quo adhuc expectabatur gaudium pacis, & quo nunc solliciti præstolamur consummationem nostræ salutis.

Esa. 30. Matt. 25

P

Phil. 4. Q Diaconus, & Subdiaconus cur tpe aduentus nõ utantur dalmatica, & tunica.

Gloria in excelsis, & Ite missa est cur in aduentu intermittantur.

De duabus missis in nocte natalis Domini, & de vna in die. Tit. XXII.

Dvæ missæ noctis natiuitatis fiunt ut ecclesia in honorem natiuitatis, qua Deus pater ex secreto suæ substantiæ illum genuit, primam missam ordinaret: & in memoriam eius, qua per uterum virginis benedictus filius ante incarnationem credebatur venturus, secundam succineret. Tertia vero fit in die, qua eum non uenturum sed venisse exultans, uenisse proclamat. Puer natus est nobis. Ad hoc enim officium primæ missæ eternam eius genituram exprimit, & officium secundæ sedem temporalem futuram, & officium tertiæ ipsam factam esse manifeste demonstrat. Quod autem duæ lectiones in his missis leguntur, id significat, quod per duo cherubim, qui se inuicem aspiciunt vertis vultibus per propitiatorium, incarnatus Dominus designat vel figuratur. In hac ergo solemnitate in omni missa leguntur duæ lectiones, una de veteri testamento, altera de nouo, ut dum vetus hoc faciendum denūtiat, quod nouum clamat factum, quali cherubin inuicem se aspiciant: & dū dispensationis Christi misterij cõcorditer narrat, vultus propitiatorij uertat, & quasi inter se incarnatum

Esa. 30. Matt. 25

Phil. 4. Q Diaconus, & Subdiaconus cur tpe aduentus nõ utantur dalmatica, & tunica.

Gloria in excelsis, & Ite missa est cur in aduentu intermittantur.

R

Esa. 9. Prima, secunda, & tertiæ missæ officium quia exprimat.

Exo. 25.

caratum Dominum videant. Cherubim itaque in propitiatorium vertis vultibus se respicere, est duas lectiones ex duobus testamentis, prophetica, qua venturam, & euangelicam lectionem, qua propitiatorium nostrum iam incarnatum verbum prædicatur, concordibus testimonijs, & vno eodemque sensu respicere.

Quod Alleluia in septuagesima non canatur, & quare. Tit. XXIII.

Antiquæ auctoritatis & dignitatis canticum Alleluia tempore septuagesimæ de ore tollitur sanctæ ecclētiæ. quicquid enim sempiterna musica, gloriaque patris de corde ipsius æterni musici nata (cuius est etiam psalterium, & cithara: Sicut dicitur ei: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara) Iesus scilicet Christus, de æterna iocunditate suis auditoribus exhibuit, quorum beati oculi, qui viderunt, & aures, quæ audierunt: quicquid (inquam) de cælestibus gaudijs ore suo Dominus Iesus prædicauit, Alleluia nostrum est: nouum canticum, laus suauis. Hoc autem neque veteres sancti patres viderunt. Vnde: Multi reges & prophetae voluerunt videre, quæ uos uidetis, & non uiderunt, & audire, quæ uos auditis, & non audierunt. Neque nos quandiu peregrinamur a Domino in corpore uidere possumus vel audire. Cum itaque plorabilem antiquæ ecclētiæ nondum redemptæ statum commemoramus, nostrumque incolatum, quia prolongatus est, deplangimus: pulchro ordine Alleluia de ore nostro tollitur: quia per illud, alleluia, significatur, quod nondum illis aduenerat, & a nobis recessit, & ablatum est sponsum a filijs. Die vero resurrectionis, quando noua soboles renascitur, & claritate replentur agni nouelli, qui uenerunt ad fontes: noua ecclētia, noua tot mundo nuntiat gaudia hoc nomine alleluia.

Psal. 56.

Luc. 10.

De septuagesimæ ratione, & paschali lætitia. Tit. XXIII.

Septuagesimam nominamus septem dominicas sequentes. in quarum prima miser homo a paradisi felicitate, a creatoris facie proiectus clamat: Circumdederunt me gemitus mortis. In septima a septuagesima dominica redeunt de peregrinatione hac, & de conualle lachrymarum dicitur: Latere Hierusalem. Ideo autem septuagesimam uocamus, quia hoc idem officijs innuitur, quod significatum est illa septuagenaria captiuitate populi Dei, qui realiter sedit, & fleuit super flumina Babylonis. Non enim dicitur septuagesima a septuaginta diebus, qui terminantur ad sabbatum, quo albæ ponuntur: cum nihil indignius sit quàm captiuitatem eo numero signari, intra quem dies resurrectionis occurrit, nobilitas anni, decus mensium, aurora dierum, quo victo captiuatore, Dominus victor surgens suos omnes liberauit. Hoc idem dicitur, de sexagesima, quinquagesima, quadragesima.

De sexagesimæ officio. Tit. XXV.

In sexagesima ille, quem circumdederunt dolo tres mortis, suam miseriam considerans, iam incipit clamare ad liberationem dicens. Exurge tu. quare obdormis Domine. Vnde & redemptor calamitatis eius misertus, exijt seminare semen bonum in terram cordis eius: & est statio ad sanctum Paulum digna satis causa. Exurgens enim ad vocem orantis miseri, qui dormire videbatur, seminator uerbi Dei, sapientiæ cælestis aratores suos conuocat sanctos Apostolos & præcipue sanctum Paulum, qui plus omnibus laborauit, operarium utilem, ducem uerbi & uere seminatore uerborum, per quem omnes gentes cognouerunt gratiam Dei, quam ad gentes misit, & acuto vomere linguæ suæ corda dura proscindens, fidei & morum semen copiosum effundit. Vnde sacerdos ingressus, in collecta celebrem doctoris Gentium memoriam facit. Amplius ad hoc sequens epistola pertinet, qua idem fortissimus cælestis agricola, & operarius ueros labores suos enumerat, & pericula, quibus illum affecerunt, qui Domini sui fines inuasert, & arari non permittebant, qui rebellantes Dominatori uniuersæ terræ aratrum eius confregerunt, & boues iugularunt innocuos. Diffeminato uerbo doctoris, in graduali canit. Iam sciant gentes quoniam nomen tibi Deus: & qui repulerunt positi sunt ut rota: quod surgentes in his, quæ retro sunt, idest in carnalibus, cadunt in anterioribus, idest intellectualibus: & quemadmodum ante faciem uenti sic disperierunt flante spiritu iræ Dei. In tractu gratias agit seminatore, quod commota terra & conturbata, idest uniuersi peccatores, qui culturas suas execrabiles aduertentes commoti sunt ad pœnitentiam, & per significationem prædicationis incipientes timere, fugiunt a facie arcus, idest diuini iudicij, in quo duobus testamentis quasi duobus cornibus inflexit, rebelles diuini uerbi damnationis sententia ferientur. Lecto euangelio orat in offerenda, per se gressus meos. Timendum est enim, ne susceptum semen uerbi Dei, si ceciderit secus uiam, idest in exterioribus uacantes, diripiatur a uolucris immundorum spirituum, vel a spinosis diuitijs suffocetur, vel sine humore charitatis areseat, & sic non perficiantur gressus nostri. In ipsa uero offerenda postulantur misericordiæ Dei, ut Deus custodiat semen suum sicut pupillam, ne compungatur a suffocantibus spinis: protegat sub umbra alarum, ne siccetur ab ardoribus solis, idest astuantis auaritiæ: eripiat ab impio, ne auferat uerbum de cordibus nostris, ut dicat bona terra afferens fructum in patientia: Ego autem in iusticia apparebo conspectui tuo, quod & communio, canitur: Introibo (inquit) ad altare Dei. Semen enim Dei terram nostram, in qua creuit quod mutabile est, sursum uehit secum in horrea cæli: quia cū terra simus, nisi uerbo Dei, quod est Christus, portemur, in cælum non ascendimus: sicut ipse ait. Nemo ascendit in cælum, nisi &c. Cum quo, & per quæ subleuati portantes manipulum.

In introitu. Psal. 43. In euan. Luc. 8.

Galat. 2.

Graduale. Psal. 82.

Tractus. Psal. 59.

Offerenda. Psal. 16. Luc. 8.

Psal. 16.

Ioan. 3.

los iustitię latificabimur, Deo renouante iuuentu-
tem nostram vigore nouitatis aeternę.

De quinquagesima officio. Tit. XXVI.

X IN quinquagesima is, qui calamitatem suam cō-
sideras in superiori dominica de profundis cla-
mauerat ad Dominum, vt exurgeret, & non repel-
leret eum vsque in finem, uidēs captiuitatem suā,
& diabolum omnem contra ipsum vitorum mo-
uere exercitum, a quo omnis, qui pie vult uiuere,
persequutionem patitur, & audiens sibi dictum,
Fili si vis conuerti ad Dominum, prepara animā
tuā ad tentationem: adiutoris Dei implorat prote-
ctionem, dicens. Esto mihi in Deum protectorem
&c. Et quoniam nihil sine ipso valet, cum neque
currentis, neque volentis, sed ipsius miserentis sit,
vt videat per se cæcus, et faciat bonum: hoc idem
in collecta orat: & Domino dicenti sibi in euange-
lio, Quid vis faciam tibi? respondet: Rabboni, ut ui-
deam. Apostolus quoque ad illuminationem eius-
dem cæci in epistola curam recipit, dum cunctis cha-
rismatibus excellentiorem viam demonstrat, idest
charitatem. Si linguis (inquit) hominum loquar,
& angelorum: charitatem autem non habeam, fa-
ctus sum sicut æs sonans, aut cymbalum tinniens.
Hęc est enim cordis lumen & oculus, quo qui ca-
ret, cæcus est, & in tenebris ambulat, & nescit
quod eat. Nam & cæcum illuminare cepit.
Deus genus humanum, dando fidem filiis Is-
rael. Hoc primum collirio inuaxit eius oculos,
dicens. Diliges Dominum Deum tuum &c. Ad
hanc illuminationem nota fit per graduale in gen-
tibus virtus illuminatoris. Propter hanc etiam di-
citur in tractu, Intrate in conspectu eius: quasi di-
catur, Accedite & illuminamini. Propter hanc quo-
que & in offertorio gratias agimus dicentes: Bene-
dictus &c. Quia uero non satis est illuminationem
scientię percepisse nisi abijciamus carnalia, con-
grue illorum exemplo terremur, de quibus dici-
mus in comunione: Manducauerunt, & satula-
ti sunt.

De quadragesima officio. Tit. XXVII.

Y IN quadragesima quasi ex persona liberatoris di-
centis se inuocanti, Ecce adsum: clamat eccle-
sia in officio. Inuocabit me, & ego exaudiam &c.
Vnde in omnibus, quę sequuntur, Christum ieiun-
nantem tentatoris insidias superasse, super aspidē
& basiliscum ambulasse, leonem & draconem con-
culcasse narrat, victoriam eandem nobis corpori
eiusdem capitis tepromittens. Sed quoniam scri-
ptura prophetarum hoc dicentium, vsque ad aduē-
tum Christi, & passionis ipsius tempus clausa fuit
(quia tenebrosa aqua in nubibus aeris, idest occul-
ta scientia in prophetis, donec Agnus Dei solus di-
gnus soluere librū, significata eius in passione sua
compendio aperiret propheticas voces) idcirco ab
hac dominica vela depensa ducuntur ante sanctę
ecclesię altaria, vt populus non videat sanctę
storum, donec in hebdomada ante pascha, deposi-

tione velorum eadem reueletur significatio, quę
facta est per hoc quod uelum templi scissum est,
tradente Domino spiritum.

Matt. 27
Mar. 15.

De die cinerum in capite ieiunij. Tit. XXVIII.

IN capite ieiunij neque cineribus caput asperge-
re, neque nudis pedibus ambulare opus esset, si
omnes lugendi scientiam haberemus, cunctisque
illud equaliter saperet, quod propheta expro-
brans, Cecidit (inquit) corona capitis no-
stri: vae nobis, quia peccauimus. & omnibus esset
in promptu facere illud: Scindite corda vestra, &
non vestimenta vestra. Nunc autem maxima pars
nostrum sponte non meminit qualem ornatum ca-
pitis, i. cordis Deum offendendo perdidit. Neque
possunt facile corda tepida scindi, nisi extrinsecis
adiuuemur ornatibus. Vt igitur meminerimus, q̄
pulis sumus: quod nos esse pater noster oblitus
fuit, quando proiecit Deum coronam suam, & ex-
inde sensit nuditatem suam: cinere capita aspergi-
mus, imas partes nudamus, hoc habitu confiten-
tes, quod non dij, nec de cęlo sumus, sed homines,
& de terra habuimus principium, & q̄ per pecca-
ta gloria nostra spoliati, & inter hostes nudi con-
stituti, ornatu glorię Dei indigemus.

Thre. 5.

Iohel. 2.

De penitentia incipienda eadem die. Tit. XXIX.

IN capite ieiunij cinis & cilicium, quę sunt ar-
ma penitentium, nobis proponuntur. In cili-
cio memoria peccatorum pungentium, vt peccatū
nos non delectet, sed pungat & feriat, & ad punien-
dum admoneat: ideo fit de pilis caprarum, quę p̄
peccato solebāt offerri. Cinis significat, q̄ aedificiū
diaboli prius in nobis male constructum debet ef-
se combustum, & ardor peccati in nobis refriguis-
se. Vnde immūcus in lege, qui lauabatur aqua, nō
plene mundabatur usque ad vesperam. i. donec fer-
uor defecisset. Cinis autem ille non sine causa fieri
solet de sarmento, nō passim de quibuslibet lignis.
Sarmenta in vite pretiosiora sunt quibuslibet li-
gnis syluestribus, quod fructifera sunt & pretiosū
fructum afferunt. Infructuosa vero sarmenta sunt
cæteris viliora, quia in nullā fabricam conueniunt,
sed in ignem vt ardeant: ita & Christiani a Christo
vite præcisi tanto grauius puniuntur, quanto am-
plioribus Dei beneficijs sunt abusi.

A
Cilicium,
& cinis
quid signi-
ficent.

Luc. 11.

De secunda dominica officio vacante.
Tit. XXX.

Secunda dominica quadragesimę vacat, nec ha-
bet officium nisi mutuatum ab alio, notans q̄
post imploratum, & præstitum nobis diuinum au-
xilium, proprijs vacamus officijs curam carnis nō
facientes in desiderijs, sed a uitijs vacantes etiam,
a proprijs vsibus, vt hoc non nobis, sed Dei no-
stri attribuiamus miserationi: quoniam in mutato
introitu rogamus reminisci miserationum suarū,
ne vnq̄ dominantur nostri inimici nostri: & in gra-
duali, vt de necessitatibus nos eruat. Ad te Domine
leuauit

Psal. 24.
Ibidem.

leuauit animam meam: miserere mei secundum elo-
quium &c. In offertorio, itemq̄; in comunione:
Intellige clamorem meum. quę ideo de ieiunij die
mutuata sunt, quia mali desiderij passionēs, q̄ per
dæmoniosam Chananę filiam designantur, pro
qua tanquam pro qualibet peccatrice anima cla-
mat magna illa mulier ecclesia mater: non eijciun-
tur nisi in oratione & ieiunio.

Matt. 15

Matt. 17

De dominica tertia quadragesimę.
Tit. XXXI.

IN tertia dominica solummodo diuinis intenta
iam liberata ecclesia habet oculos in introitu di-
cens ad Dominum. Oculi mei ad Dominum. Et in
tractu gratulabunda: Ad te leuauit animam meā.
gaudens, quod in euangelio immundus spiritus
exierit ab ea: & fortior Christus superueniens, for-
tis diaboli vasa, idest homines, quos in pace posside-
bat, & arma distribuit. ideoq̄; in offertorio præ-
dicat iudicia Domini recta, quod eiecto a se dæmo-
ne rursus ad illum, de quo exierat, idest populum
iudaicum, permittitur sit reuerti. In comunione gra-
tulatatur, quod tanquam passer inuenit sibi domum,
& vt turtur nidum: vt cum beatis sit, qui habitant
in domo Domini, & qui in secula seculorum lauda-
bunt te, vel tanquam post sex dierum opus sabba-
tum celebrantes.

Psal. 24.

Pf. 122.

Luc. 11

Psal. 18.

Psal. 83.

De dominica Latere, quę est quarta.
Tit. XXXII.

Dominica, qua Latere Hierusalem in introitu
cantatur, a Septuagesima sabbatum mundi,
idest requiem significat, in quā electorum animę
deposito carnis onere, velut post bella victrices de-
positis armis feriatę lætantur, & singulis stolis, id
est beatitudine animę muneratę, resurrectionem,
in qua binam animarum & corporum gloriam reci-
pient, præstolantur. Illic Hierusalem, quę sursum
est mater omnium, lætatur, & diem festum gerens
pro numerositate filiorum de huius seculi peregrina-
tione redeuntium, repositas effundit epulas, & læ-
tę ex suis vberibus maternę consolationis effundit
delicias. In huius consolationis præconio gratu-
labunda Spiritus sancti alloquutio propheta ore
ad eam præmittitur. Latere Hierusalem &c. Et cō-
solatio, quę hic canitur: satiemi ab vberibus con-
solationis eius, in collecta poscitur, quę est conso-
latio libertatis Dei, quam in epistola supponit A-
postolus. Illa (inquit) quę sursum est Hierusalem,
libera est. ipsa est pax in virtute, & abundantia in
turribus eius: de qua in graduale canimus. Lætan-
tes in his, quę dicta sunt nobis a sanctis Apostolis,
& doctoribus nostris, in domum Domini ibimus.
Ad quam cum venerimus, complebitur quod in-
tractu dicitur. Non commouebitur in æternum
qui habitat in Hierusalem. Cum ablata fuerit vir-
gā, idest potestas peccatorum, quam etsi ad tempus
dimittit ad probationem, non relinquet Dominus
super terram iustorum. Huius quoque latitię est

Esa. 66.

Galat. 4.

Pf. 121.

Ibidem.

Pf. 124.

Ibidem.

illud vitale sanctorum conuiuium, quo Dominus
in euangelio de quinque panibus, & duobus pisci-
bus satiat quinque millia hominum. i. quo de Pau-
li, Moyfi, & prophetarum libris crescente copia di-
uinę benedictionis inter ora comedentium, idest
inter studia tractantium affatim reficitur mūdus,
quondam a scientia Dei ieiunus, & affluentia di-
ctorum repletis armarijs lassī conuiuę assitimus.
Hoc conuiuium diuinę cognitionis hic incipit, per-
ficietur in illius sabbati, de quo loquimur, perenni
gloria. Vnde Apostolus. Nunc ex parte cognosci-
mus. Cum autem venerit, quod perfectum est, eua-
cuabitur quod ex parte est. Vnde in offertorio con-
uiuas lætantes in epulis laudum, ipsumq̄; conui-
uij patrem benedixit ex Sion, qui habitat in Hieru-
salem: vt ex præfenti ecclesia (quę dicitur Sion, id
est specula, in qua videmus nunc per speculum) lau-
dem Domini personare incipientes, perficiamus in
ea, in qua habitat ipse cęlesti Hierusalē, quę secun-
dum communionis mysticum sensum adhuc aedifi-
catur, ut ciuitas de uiuis, & electis lapidibus, in quā
ascenderunt tribus tribus Domini, nobiles tribus,
regales tribus, sacerdotales tribus.

1. Cor.
13.

Pf. 124

Pf. 121.

De dominica in passione. Tit. XXXIII.

Ostenso superioribus dominicis septem, quo-
modo a valle lachrymarum, & plorationis
ascendatur ad ciuitatem deliciarum, & glorifica-
tionis, dominicę passionis inchoatur celebritas, vt
quanta hęc diuinę miserationis magnitudine ob-
tineatur, præ omnium oculis efferatur, & pijs fi-
delium mentibus ingerantur vulnera, & cuncta
mortis insignia, quę pertulit pro cunctis vnica sal-
lus Deus & homo Christus, vnigenitus patris. Nā
prodeuntia vexilla crucis, & fulgidum eius myste-
rium, acetum, fel, arundinem, clauos, & lanceam
perforati corporis tam in nocturnis quā in diur-
nis semper meditatur canticis. Sicq̄; fiunt comę
capitis ecclesię, idest cogitationes cordis, quasi pur-
pura regis intincta canalibus, dum passionem re-
demptoris authenticis meditatatur scripturis, idest
pretiosis purpurę tincturis, quę per ora propheta-
rum & Apostolorum, velut per quosdam canales
Spiritu sancto conficiente perfluxerunt. Ipse qui
iusserat filiis Israel: Si quādo exhibitis ad bellum, vel
habebitis dies festos, clangetis tubis super holocau-
stis, & pacificis ueltris. Ipse rex noster exiturus ad
bellum passionis contra diabolum principem
mundi, ipse summus sacerdos noster habiturus e-
pulum corporis & sanguinis sui, cum discipulis ce-
lebraturus festum suę sanctę resurrectionis, clan-
git tuba tanti miraculi resuscitati Lazari, quo &
corda piorum ad credendum animaret. Vnde &
ei cum palmis, & laudibus obuiam procedunt: &
hostes turbati, pontifices scilicet & pharisęi, col-
legerunt consilium aduersus Iesum dicentes:
Quid facimus: quia hic homo multa signa facit? si
dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et
quia ab hac hora cogitabant quomodo eum tene-
rent, iam non palam ambulabat coram eis, sed
M. Hug. a S. Vic. To. iij. A a ; cum

Nu. 10.

Ioan. 11

Ioan. 12

Ioan. 11

Ioan. 8. cum tulissent lapides, vt iacerent in eum, abscondit se, & exiit de templo, futurus pontifex futurorum bonorum (sicut in epistola inuenitur) non illis, qui sicut in tractu, sepe expugnauerunt ipsum ex iuuēture eius idest primordijs in sanguine Abel Gen. 4. iusti: & iterum expugnauerunt occidendo prophetas, & lapidando qui ad ipsos missi sunt. Nos cum capite secedentes, uocem lætitiæ & laudis suppressere incipimus, gloriam patri in quibusdam subtrahentes (licet breuibus) versiculis; Quia gloria sanctę Trinitatis, propria laus est. Vnde capitis nostri solitudinem & silentium non palam ambulantis, dum non dicitur, significat.

De sabbato in ramis palmarum. Tit. XXXIII.

F SABBATO ante palmas vacat, quoniam Dominus Papa eleemosynam dat. Hoc est illud sabbatū, quando Dominus in Bethaniam venit, & in domo Lazari (quem suscitauerat) cœnat: ubi Maria Magdalene pedes eius lauit & capillis terfit: sicut refert euangelista. Ante sex dies paschæ (inquit) &c. Ibi celebri mysterio commendatum est odoriferū opus eleemosynæ. Maria idest ecclesia, pedes Domini. i. pauperes tanquam extrema membra Christi, capillis, qui corpori superfluunt, tergit idest diuitijs, quæ diuitibus superabundant sustentant. Vt igitur Dominus Papa celebrem cum Maria Domino cœnam exhibeat, hoc sabbato eleemosynam dat, atque ita circa pedes Domini occupatur.

De dominica in ramis palmarum. Tit. XXXV.

G DOMINICA in ramis palmarum, qua Dominus Hierusalem passurus intrauit illa luna decima extitit, quia præceptum erat in lege, vt decima die tolleretur agnus, & in quartadecima feruaretur immolādus. Et nota, quod Moyses in virga decem plagis Pharaonem, & Ægyptum percussit: quibus quidē affligitur, sed donec immoletur agnus, non uiuitur: quia Christus in legis disciplina tanquam in virga decem præceptis quasi decem plagis suo captiuatorum repugnare iubet populo Dei, quem diabolus in libertate paradisi conditum in Ægypto huius mundi captiuum tenuit: sed sicut Pharaon decem plagis non adeo vincitur, vt filios Israel dimitteret, sic & diabolus decem præceptorum obseruatione non adeo superatus est, vt homo in paradysum rediret. At ubi agnus Dei Christus immolatus est in morte, primogenitum Pharaonis, idest originale peccatum deletum est, & in mari rubro baptismi Christi sanguine rubentis, actualia quoque peccata cum illo altero penitus absorpta sunt, Dei populo liberato. Luna ergo decima Christus verus agnus præcepto patris obediens, in ciuitatem Hierusalem cum ramis palmarum acceptus, passurus recipitur. Et ideo post processionem palmarum eius passio legitur. Hæc autem processio præsignat quę utilitas sit in san-

guine ipsius, & quis fructus passionis ex illa misericordia, in cuius multitudine benedictus aduenit. A monte enim oliuarum primum duos in castellū, quod cōtra eos erat, præmittit, ut asinam & pullū illic alligatum soluentes sibi adducerent: ascensus enim erat gloria & honore propter passionem coronatus ad dexteram patris, qui est Deus pacis, fons & origo luminis, mons oliuarum, pater misericordiarum. & inde dando hominibus missurus est Apostolos, qui ligandi & soluendi potestate accepta, asinam & pullum, id est vtrunque populū ab errore & onere peccati absoluerent, & in adducto sibi humano genere per fidem sedens, ipsum in cœlestem Hierusalem induceret, turbis angelorum cum laude occurrentibus, palmarumque victorias cū ramis oliuarum, quæ sunt pacis insignia subleuantibus. Hoc non debet vno actu cum dominicali computari: nec enim dominicę resurrectionis lætitiā commemoramus, qua hoc nobis significauit, quod in Galilæam, id est transmigrationem ad videndū Dominum cum Apostolis debeamus exire, vt non simus vetusti, sed in nouitate vitæ ambulemus. Vnde semper in huiusmodi processione prælatos nostros præeuntes quasi Dominum in Galilæam sequimur, & locum, quo suprema statione processionem terminamus, recte Galilæam nominamus. Vnde etiam in his processionibus, vt et gratulemur matri virgini in resurrectione vni geniti eius iam non morituri, in cuius passione animam gladius transijt, vna stratione decantando, quod ei sit proprium, eius memoriam facimus etiam diuersorio eius, quod in claustrō ipsi consuevit esse prouisum, eaque salutata processionem pro consueto post peragimus. Prima autem palmarum non lætitiā resurrectionis, sed sacramentum præfert fructus Dominicę passionis, quo illa, sicut prædictum est, vltima Domini processio figuratur. Quia ergo processio palmarum sacramentum est fructus illius passionis Domini, et hac die obediēs patri calicem passionis bibere venit, recte cum eisdem, cum quibus est exceptus palmarum ramis, prius legitur passio Domini, et sequitur totum officium de passione, in qua in summa hominis humilitate Deus illudatur, conspuitur, dorsum dat percutientibus, orat pro inimicis, et cetera obediens patri patienter fert, quæ nobis imitanda Paulus in epistola proponit manifeste dicens. Hoc sentite in vobis, Phil. 2. quod et in Christo etc.

De feria tertia post ramos palmarum. Tit. XXXVI.

P OST palmas tertia feria legendam passionem. Hæc præcurrit illa lectio, qua consilia cogitantium de morte Christi ostenduntur sic dicentium. Venite mittamus lignum in panem eius. Per hos enim dies usque ad quartam feriam studia eorum magis feruescebant, sed timebant, ne forte tumultus fieret in populo. Sicut enim superbissimus Aman erecta cruce, quam parauerat Mardocheo, opportunitatem quærebat, quæ regi de illo suggereret, ut apprehenderetur, & appen-

Pro concio natoribus pulcher discursus.

Mar. 16 Matt. 28

Luc. 11.

appenderetur. sic diabolus inito consilio in domo sua, idest in cordibus Iudæorum, dicendo, Hier. 17 Venite mittamus lignum in panem eius, quærebat opportunitatem tradendi Iesum potestati Romanæ. Vltionem ergo videmus eius in eodem ligno transfixi. Nos vero Iudæi sumus cum Ester, id est ecclesia, liberati, vt in epistola dicitur: & ideo Gloriarī nos oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, quæ a pœna reorum sublimata est in fronte imperatoris. Cætera, quæ sequuntur, verba sunt agonizantis Christi, & suam resurrectionem exorantis.

De feria quarta eiusdem hebdomadæ sanctę.

I FERIA quarta, quando abiit Iudas, & pactus est Iudæis tradere caput ecclesię, ipsa eius passionem audit, qua positus genibus prolixius orasse in agonia factus memoratur: & sudorem eius decurrentem sicut guttas sanguinis, contremiscit: & tantorum miraculorum contemplatrix, perinde ac si attonita repentino clamore concrepat: In nomine Domini omne genu flectatur: percutiens terrifico clamore humana corda, vt nullus stare audeat rigidus & elatus, cum videt hominum & angelorum Dominum procidisse, & in sudore vultus sui agonizare. Dicto autem cum clamore introitu, protinus Esaias desideratissimus huius dominicę passionis expectator, quasi præsens accurrit, lectoris uoce nos ad uidendum agonem illum excitat dicens: Dicite filiæ Sion, ecce saluator tuus uenit. Et ut ostendat opus passionis cui intendebat, & mercedem glorię, qua coronandus erat, subdit. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Cuius etiam habitum admirans, Quis est (inquit) iste, qui uenit de EDOM, idest de sanguineis, & de terrenis Iudæis: vestibus, idest membris, quæ sunt indumenta deitatis, tinctis purpura sanguinis de Borsara, quæ interpretatur firma, id est de ciuitate Hierusalem, quæ suo auxilio magis quam muris Deus firmauerat. Cui cum respondisset, Ego, qui loquor iustitiam: rursus interrogat, Si loqueris iustitiam, quare rubrum est indumentum tuum præfura crucis? Torcular (inquit) calcaui solus (pro omnibus.) His auditis chorus sciens Domini sui agonem, in persona sua orat in graduali dicens. Ne auertas &c. Altera autem lectione pronuntiata, audiens, eum non habentem speciem neque decorem, despectum & nouissimum virorum, vulneratum propter iniquitates nostras: & cætera, quæ ibi narrantur: fit quod non alia die, excepta sexta feria in sabbatis quatuor temporum, ut non alleluia, quod per dies pentecostes fit, non graduale, sed tractus sequatur. Mulicus enim ille qui dixit, Cecinimus uobis, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis (cuius lamentationi graduale, quasi ploratio pœnitentię, & cantationi alleluia, quasi saltatio respondet) in illa loquutione ablatum a nobis auditur: & ideo non alleluia gaudij, nõ graduale cuiuslibet luctus, sed tractus multi mæroris sequitur. Quod enim tractus magis quam gradus luctui congruat, inde ostenditur, quod non

alleluia ut gradus, sed pro alleluia gradus quadragesimalibus diebus, quibus mortem per inuidiam mundum intrasse lugemus, canitur. Fit autem vt prima lectione tantum cum parasceue fiat in omnibus, ad maiorem luctum exprimendum, quod quarta tantum venditus cum discipulis habebatur, parasceue autem penitus ablatum crucifigitur.

De officio in cœna Domini, præcipue de charismate tunc instituto. Tit. XXXVII.

I NTER tristes horas, quibus capita, idest initia præcidimus, & fines earum sub silentio abscondimus, solemnitatis diei cœnæ Domini missa celebris & solemnior exultat, sicut medias inter nebulas Sol interdum subrutilat. Causa hæc est: quia enim die hac uerum sacrificium ipse summus sacerdos, ipse hostia, contradidit, sacrificij quod ritum instituit, accipiens panem & calicem, dicensque: hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus: sequē ipsum agnus typicus Deo patri offerens, nouum testamentum suis hæredibus sanguine suo conscripsit: recte in medio tristitię, quæ per omnes horas notatur, missa tanquam in die institutionis suæ, solemnem concentum, lætumque ministrorum altaris meretur ornatū: & ne quid sancto sacrificio uenustatis desit, Gloria in excelsis Deo cantatur, & pontificis omnis ornatus perficitur. Inde est, quod hac die Papa oleum benedicit, chrisma conficit, pœnitentes restituit: significans summum pontificem oleo misericordię pœnitentibus peccata quasi quædam vincula soluere, chrismate uero non solum consolatoris, sed & tutoris uicem exhibere. Est enim charisma oleum cū balsamo, hoc est Spiritus sanctus consolator & tutor. Olim vngebantur foli reges & sacerdotes, in quo futurus rex summus & sacerdos Christus præfigurabatur. Sed postquam per se uenit à Deo patre vnctus præ participibus suis, non solum reges & sacerdotes, sed omnis ecclesia chrismatis vnctione consecratur. quod in confirmatione a solis dabatur episcopis, vt patet ex illa lectione, qua in actibus Apostolorum per manum Pauli datus est baptizatis Spiritus sanctus. & in Samariam missi sunt Petrus, & Ioannes, vt baptizati acciperent Spiritum sanctum. Vnde datur intelligi, quod solis pontificibus Apostolorum, vicariis id liceat. Verum propter occasionem, transitus mortis, ne propter absentiam episcopi baptizati sine quacunque vnctione migrent, Syluester Papa instituit, vt presbyteri baptizatum simul liniant, sed in vertice, non in fronte. Nec dicas: quid prodest mysteriū confirmationis (quasi non de fonte totum suscipiamus) adiectione noui generis? Non ita est intelligendum. Nam quid prodest paruulo magnam hæreditatem prouidere, & tutorem non dare? Paraclitus itaque non regeneratis in Christo consolator, & custos, & tutor est: consolatur enim oleo misericordię peccata relaxando, virtutes conferendo, & bona promittendo: tuetur autem odore balsami inimicos fugando,

Matt. 26 1. Cor. 11.

Act. 19. Act. 8.

Quomodo & quādo sacerdotibus uti chrismate liceat. M Dubium Solutio.

Exo. 12. Notet hic cōcionator.

Matt. 21 Processio palmarum qd mysticè.

fugando, & in bono confirmando. Hoc chrisma- te in frontibus nostris ex sanguine veri agni tan- quam utroque posse signamur, vt exterminator diabolus in animam, & corpus nostrum ius nul- lum nocendi habeat: qui verum Pharaonem fu- gientes, & per mare baptisimi ad Deum tenden- tes submerso Pharaone in voce exultationis & cō- fessionis paschalis agni conuiuium celebremus in domibus nostris dicentes. Pascha nostrum immo- latus est Christus. Itaque epulemur. Quod au- tem ampulla cum chrismate antequam veniat ad altare in medio tantum apparet, significat Chri- stum, cuius corporis sacramentum tunc est institu- tum, plenitudinem Spiritus sancti continentem, initium suum, quod scilicet de virgine natus sit, & finem, quod videlicet per mortem suam, mor- tem destrueret, occuluisse antequam ad altare cru- cis veniret: medium tantum apparebat, id est mira- cula, quæ in medio inter initium & finem facie- bat, in quibus quod esset Deus comprobabatur. In ipso autem altari crucis initium eius & finis appa- ruit, vt iam dicatur, Vere filius Dei erat iste, Quod autem hostia ministris altaris uisibilis salutatur, ceteris inuisibilis & operta, significat quod post Pa- scha testibus suæ resurrectionis visibilem se præ- buit. Quod autem a cæteris inuisibilis salutatur, significat quod Christus in cælum, vnde venerat, rediens (sicut dicit. Exiui a patre, & veni in mun- dum: iterum relinquo mundum, & vado ad pa- trem) a nobis corporaliter non videtur, quem ta- men quotidie venerando salutamus.

Sacramenti confirmatio in figura. Exo. 12.

N. 1. Co. 5.

Mar. 15. & Matt. 27.

Io. 16.

De mysterio in lotionem pedum. Tit. XXXVIII.

Duplici, scilicet morali & historico sensu Do- minus nos instruit, dum surgens a cæna ponit uestimenta, & præcinctus lintheo, & aqua in peluim fusa, pedes lauit discipulorum. Nam hi- storice dans exemplum, ut quemadmodum fecit & nos faciamus, nostram superbiam deprimit. Quomodo enim cum simus pulvis & cinis, non- erubescamus in contemptum nostri similitum rigida ceruicem & staturam erigere, quando audi- uimus creatorem cæli & terræ flexis genibus ad solum lauandis discipulorum pedibus incuruatū esse? Hic quoque moraliter pietatis sacramentum est, quod Christus surrexerat a cæna paternæ glo- riæ, deposuerat purpuram sui imperij, seipsum exinaniens, & terrena carne quasi lintheo (cuius materia de terra oritur) præcinctus, fudit aquam baptisimi, vel pœnitentiæ, vel sanguinem suum velut aquam in peluim, atque cum illum in remis- sionem peccatorum sumimus, quotidie lauat pe- des nostros id est actus: quamuis semel loti per ba- ptisimum toti sumus mundi per fidem, quos si hoc modo lauare contempnimus, non habebimus par- tem cum illo. Nisi enim (inquit) manducauerit- is carnem filij hominis, & biberitis eius sangui- nem, non habebitis uitam in vobis &c. Conue- nienter præmittitur huic lectioni euangelicæ apo- stolica: qua, cum dicitur, Conuenientibus vobis,

Humilitatis exemplum in Christo.

Notandum pro concio- natore.

Io. 13. Ioan. 6.

P. 1. Cor. 11.

&c. qualiter hoc sacramento lauemur, ostenditur, vt prius probet seipsum homo, & sic edat. A for- dibus enim nulla re melius purificamur, quam- vt odientes peccata nostra ad hanc mensam pure accedamus. Hoc etiam opere ecclesiarum præla- tis more regum gentium dominari prohibuit, & ministrari, sed in morem seruorum lauare pedes, & illis ministrare. Vbi autem subditi similes bestijs fiunt, prælatos eis dominari vetus est au- ctoritas. Vbi homines sunt rationabiliter viuendo, etiam si puluere venialium pedes scædauerint, euangelicus homo non prælatum se nouerit, sed se ad lauandos pedes, & porrigendum osculum humiliter se illis submittat.

Odiū peccati qua efficiat.

Prælatoris modus alius in malos, & alius in bonos subditos esse debet.

De duplici mandato perficiendo. Tit. XXXIX.

In ipso autem die cœnæ Domini duo mandata con- suevit homo facere, pauperum videlicet & congregationis. In primo, Maria suscipiens Chri- stum in Bethania ad conuiuium surrexit a cœnâ, & accipiens libram vnguenti, vnxit pedes Iesu, & capillis terxit, & domus impleta est ex odore vnguenti. Hæc mulier typogessit ecclesiæ, quæ pedes Domini vngens, id est pauperes eleemosynis refo- uens, capillis tergit, dum eos superfluis rescit. Hoc ergo mandatum est ecclesiæ obsequium: ideoque omnis congregatio pedes lauat paupe- rum, quæ veluti Maria Christum in Bethaniam ad cœnam inuitat, dum pauperes, in quibus Chri- stus, in domo obedientiæ charitatis officium ex- hibendo recipit. surgens a cœna, quasi ieiunium frangens, fert libram vnguenti, dum surgens a mensa post modicum gustum intentionem gerit eleemosynæ Christum redolentis. Hoc manda- tum pauperum, dicitur ecclesiæ: mandatum au- tem congregationis, Christi. Ideoque in primo tota congregatio, in secundo soli prælati vice Chri- sti deseruiunt. Pulchre autem ecclesia suo man- dato Dominum suum præuenit, vt antequam Christus pedes discipulorum lauet, ipsi discipuli Christi pedes, id est pauperum lauent, & eleemo- synæ vnguento vnguant, vt domus (in qua Chri- stus, hora qua per prælatos nostros pedes lauerat) impleatur ex odore huius vnguenti.

Ioan. 12

De officio trium noctium, videlicet in cæna Domini, in parasceue, & sabbato sequenti. Tit. XL.

In nocte cœnæ Domini, quando traditur Chri- stus, & nocte parasceues, quando crucifigitur, & nocte sabbati, qua est in sepulcro, canonici & monachi inusitato ordine nouem lectionibus vigi- lias celebrant, & in tenebris consummant, obse- quia triduanæ Christi mortis insinuantes, & ip- sas vigiliæ luctui mortis Christi deputari osten- dentes, quæ parum aut nihil ab officio mortuo- rum distent. Ideoque in omnibus horis capita præcidimus, & fines sub silentio abscondimus: quia ipse qui est initium & finis, alpha & ω, per hos

hos dies a nobis ablati est, in manus peccatorum traditus, & inter iniquos proiectus. Gloria patri omnino subtrahitur propter hoc ipsum, quod in quibusdam locis a dominica de passione cœpit subtrahi, quia ex tunc Christus cœpit ad mor- tem inquiri. Quod candelæ finitis singulis psal- mis aut lectionibus, singula extinguuntur, factum Iudeorum representat, qui singulos prophetas so- lem nasciturum præcedentes, & prophético ser- mone lucentes impletis prophetiæ officijs occide- runt. Illa autem, quæ suo lumine euangelium- tum legeretur illustrauit, vltima non maior cæte- ris extinguitur: dum Christus, qui euangelizauit quasi vnus ex prophetis reputatus, vltimus est oc- cusus. & hic extinctus profundas illis erroris, & perfidiæ tenebras reliquit. Vnde crucifixo Domi- no tenebræ factæ sunt in vniuersam terram.

Luc. 23.

De ignis extinctis mystica recuperatione per di- etum tempus. Tit. XLI.

Amisso igne ad lapidem Christum per eos- dem tres dies cōfugimus, vt eo percusso igne occultum eliciamus: vel crystallinum lapidem so- li obijcientes escam subijcimus, vt mediante cry- stalli aspectu solis carbones extincti reuiuiscant. Lapis percussus ignem emittit, dum Christus lapis angularis verberis crucis percussus, Spiritum sanctum nobis effudit: quod in oratione benedictio- nis eiusdem ignis satis ostenditur. Crystallus au- tem medius inter solem & extinctos carbones, me- diator Dei & hominum est homo Christus Iesus, qui inter Deum & extinctos homines medius in- terueniens, a Deo patre per seipsum nobis ignem- ingerit, quem, vt ipse testatur, venit mittere, vt ardeat. Si ergo lumen Christi amisimus peccan- do, ad noui ignis benedictionem solenni proces- sione exeamus extra castra improprium eius por- tantes, credentes in eum quem in se Iudei a præ- senti vita extinxerunt.

Luc. 12.

Heb. 13.

De incrementis tristitiæ ecclesiæ im- minente dominica passione. Tit. XLII.

Deinde imminente vespera maiora tristitiæ se- quantur incrementa: altaria spoliantur, cam- panæ conticescunt, omnes horas præter noctur- nas triste silentium absorbet: altare nudatur, dum Christus illud utique altare, quod de terra fieri a Moyse præcipitur, nostræ menti præsentatur sine specie & decore, vt cum propheta eum propter nos expoliatum videntes, dicamus. Ecce vidimus eum non habentem speciem neque decorem. Ve- re languores nostros ipse tulit &c. Ipse speciosus forma præ filiis hominum, seipsum exinaniuit, nudatus omni honore, non solum diuino, sed dum conspuitur, & alia patitur, etiam humano. Hoc autem altare hispidis ramusculis aqua & vino lauatur, dum Christus asperis flagellis aquam ablutio- nis, & vinum redemptionis nobis propinasse cre- ditur. Campanis silentium indicimus, notantes

Altarium datio. Exo. 20. Esa. 53.

Altaris lotio.

Campanarum silentium.

sanctos Christi præcones, qui charitatis igne de- cocti, & diuina institutione formati, in protectio- ne Dei cæli tanquam in turre fortitudinis comma- mouentur, vt tota die & nocte non cessent lauda- re nomen Domini scilicet sanctos Apostolos, non solum tunc conticuisse, sed etiam fugisse. vnde illa uehemens campana Petrus, cuius vox dicen- tis, Tu ex Christus filius Dei viui, in omnem ter- ram exiuit, tunc non solum reprimitur, sed fu- git, & negando rauca sonat. His ergo signis ces- santibus, Christum torcular calcantem, solumq; in ligno crucis extenso corpore tympanizantem, ligneo malleolo in tabula suspenso & personante, populum ad ecclesiam inuitantem significamus. Hoc quoque silentium Apostolorum horarum, silentium notat. Nocturnæ vero non solum sub silentio, sed magis sonora voce decantantur, quia tempus aliud per diem, per noctem aliud notatur. Nam diurnis horis præsentiam significamus do- minicæ passionis, nocturnis autem priora, per quæ futuram eandem passionem propheta aperte pronuntiauerunt, quique non tacentes occisi sunt. Nobis eorum voces protendentibus candelæ extin- guntur, quarum vltima, quæ extinguitur ad can- ticum euangelij, ipsum Dominum, qui euangeli- zans occisus est, significat, vt eo extincto iam pro morte tristes in die fileamus.

Psal. 90.

Matt. 16

Psal. 18.

Matt. 26

Officij diurni, & nocturni silentium.

Candelarum extinc- tio.

De parasceue, quare sit dolore potius quam gau- dio celebranda: & de penitentia tunc agen- da, & de passione secundum Ioan- nem. Tit. XLIII.

De parasceue gloriari nos oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, & in gratia tan- ti pretij, quod pro nostra redemptione datum- est, ipsam cum pura mente & deuota adorare, & venerari. Verum cur a missarum celebratione vacamus, & a publicis cessamus gaudijs, cum pas- sio dominica, quæ hac die peracta est, princi- pium sit nostræ salutis ac consummatio? Nam sicut vnus martyris dies, qua per passionem ad gloriam transmigravit, nobis festiua est, quia præ- terea in conspectu Domini mors sanctorum eius: hæc dies, qua martyrum, & sanctorum omnium rex, omnibus sanctis antiquis & nouis per mor- tem suam paradifum aperuit, & inferni claustra- confregit, merito maioribus gaudijs honoretur. Sed hanc gloriam, & exultationem nostram, quædam dolorosa nimium obnubilant: quia nos- tri causa imperiosa sanctæ Trinitatis charitas hominem tantæ reuerentiæ, qui cum Deo verbo vna est persona, hominem innocentem morti nihil debentem, morti addixit: sicut Apostolus dicit: qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis om- nibus tradidit illum. Non igitur debemus ita gaudere de gratia traditi, vel de charitate mor- ientis, vt non doleamus, quod tanto Domi- no tormentorum causa fuimus: & ideo a sacri- ficij gaudijs cessamus. Siquidem non dolere ingratitudinis, sed vltro gaudere dinoscitur esse cru-

In missa diei parasceues quare Sacerdos non cō- secret.

Pf. 115.

Rom. 8.

Y se crudelitatis. Hac ergo tristi die contristemur ad pœnitentiam, ferrum lanceæ dominicæ pertransseat animam nostram, clavi manuum & pedum carnem nostram transfigant, crux nostram suspendat concupiscentiam, compatiatur ut conregnemus. Hodie non sacrificemus, dum nobis hostia de manibus tollitur: non sacrificent amici, dum trucidant inimici: differatur vsque in diem illum, quo tantus victor resurgens, suam nobis victoriam nuntiabit. Profundum interim teneamus silentium mœrori amicis, & interiori penetrantes solitudinem, soluentesque cum Moyse calciamentum de pedibus, audiamus illum tanquam de medio rubi dicentem. Videns vidi afflictionem populi mei, & descendi liberare eum. Nunc enim quali in rubo spinis inhæret, clavis confixus, spinis coronatus, crucisque arbutum guttis sanguineis quali rubentibus pullulat mortis, ut sicut ait, Prudentius, tristes purgantur sanguine culpæ: Quem contorta rubus dentis cruciatibus edit. Hac die legitur passio secundum Ioannem, & quia vltimus scripsit, & præfens sicut notus pontifici, cæteris non audientibus adesse, interfuit: cui virgini matrem virginem Dominus virgo commendavit.

De gustato vino felle mixto.
Tit. XLIIII.

A Vod cum acetum felle mixtum gustasset, non luit bibere: reprobatione notat vineæ suæ gentis Iudaicæ, de qua expectavit, ut faceret uam, & fecit labruscam. tandem miscuit amaritudinem, qua gustata modice per triduum deinceps de genimine vitis illius bibere non curavit. Resurgens enim a mortuis iam non moritur &c.

De chlamyde purpurea seu coccinea.
Tit. XLV.

B Chlamyde quod coccinea ignei coloris, qui in tabernaculo offertur, & veste sacerdotis bis tincta legitur circumdatus, geminam dilectionem significat, qua obediens patri propter nimiam charitatem suam pro nobis calicem bibit passionis, ut & nos sequentes vestigia eius, gemina hac veste discretionis fulgeamus, & quicquid offerimus, quasi ignitum & bene coloratum coram diuinis placeat obtutibus.

De arundine Christo in manum data.
Tit. XLVI.

A Rundinem accipere ab illudentibus non recusat, ut sacrilegium scriberet Iudaorum, & animalia venenata interficeret, & ostenderet, quod virgam in manu, id est animam in potestate haberet, ut volens poneret & resumeret: & sicut virga Moyli versa in colubrum, id est in mortem, quæ per colubrum venit, colubros Aegyptiorum, id est mortes absumeret peccatorum: & iterum in virgam, id est in potestatem rediret pristinam.

De spinea corona & colaphis, & quod Domini non franguntur crura, & de sanguine & aqua de latere eius profluentibus. Tit. XLVII.

Spineam autem gestat coronam, ut innotescat, quod peccata nostra ipse portavit. Illulus colaphizatur, fortissimum præbens humilitatis exemplum, ut collum homo erubescat erigere & superbiere, tot conuiciis humiliato Deo, & omnium Domino. Eius non franguntur crura, & vniuersæ viæ eius inter tot passiones rectæ erant: quatenus in tribulatione non deficiamus, sed firmi perseueremus. De latere eius non solus sanguis, sed etiam aqua manauit, ut esset unde a peccatis laueremur. Aqua enim tantum sordes corporis lauare poterat, quæ sanguini, qui est pretium redemptionis, iuncta virtutem sumpsit ad ablendas peccatorum inuisibiles sordes: ut comparatur vera similitudine rubro mari, per quod saluatus populus Israel transiit, Pharaone submerso cum curribus, & equitibus suis. Nam fugientes Aegyptum huius seculi, mundatos in tetram repromissionis transmittit, diabolus persequentem penitus absorbet cum præteritis actibus, & pompis eius. Et ut de latere ipsius morientis nasceretur ecclesia, sicut de costa Adæ dormientis formata est Eua.

De precibus, quæ tunc pro omnibus fiunt.
Tit. XLVIII.

Hac die pro statu ecclesiæ, gradibus, dignitatibus, & ordinibus solennes fiunt orationes, quia orans pro omnibus summus pontifex stetit iuxta aram templi habens thuribulum & cætera. Iuxta scilicet aram crucis habens aureum immaculati corporis, thuribulum in conspectu Dei pendens in cruce sustulit, in quo orationis incensum patri adoleuit. Recte ergo & nos cum illo communes orationes offerimus: quod iuxta illud additum est, & data sunt incensa multa. Pro Iudæis autem genua non flectimus, quia cæcitas, quæ contigit Israel, nullius orationis manu potest depellitamen oramus utcumque, quia hoc futurum est, sed genua non flectimus: quia enim diuinis iudiciis occurrere non possumus, vehementem orationem non intendimus.

De triplici aqua, quæ de Christo profluxit lachrymante, sudante, & iam mortuo. Tit. XLIX.

Triplicem aquam, & triplicem sanguinem suum nobis apposuit Christus. Plorat super Lazarum, & super sanctam ciuitatem Hierusalem: & hæc est aqua pura. Sudanti imminente hora passionis, non tam ab oculis, quam toto corpore manat aqua cum sanguine mixta, & hæc sanguinei coloris. Tertia est, quæ pariter cum sanguine de eius latere fluxit. Vere pœnitens primam habet, si in spiritu humilitatis, & in animo contrito maculas suorum diluit peccatorum.

Sic

Sic enim largiente Domino, pellē mutabis Aethiopsis, lamentando delens inueteratas literas mortis. Secundam aquam habes, si in sudore vultus tui, labore pœnitentiæ corpus dissoluis, & concupiscentiæ flammam restringis. Iam vero si perfecte cœperis vsque ad deuotionem tui, in diuinam profluere contemplationem, tertiam e latere Domini aquam ebibisti.

De triplici dedicatione templi.
Tit. L.

Tripliciter templi dedicatio legitur. Prima in autumno sub Salomone. Secunda in verbe sub Zorobabel. Tertia in hyeme sub Iuda Machabæo. Salomon enim ædificauit templum, & septima die mensis septimi dedicauit, quod Nabuchodonosor destruxit, & post septuaginta annos sub Zorobabel, tertia die duodecimi mensis est dedicatum. Ipsum quoque postea cum destruxisset Antiochus, Iudas Machabæus illud mense nono dedicauit. Triplex ergo dedicatio triplicem notat in ecclesia ordinem, coniugalem, vidualem, virginalem. Primo tricesimus, secundo sexagesimus, tertio est centesimus fructus. Isti sunt tres viri, qui saluantur, Daniel, Noe, & Iob. Daniel quiescit in lecto, Noe laborat in molendino, Iob nuptias celebrat in domo. Vnusquisque etiam Deo tripliciter dedicatur id est possessio Dei efficitur, primo per baptismi regenerationem, secundo per pœnitentiæ satisfactionem, tertio per peccatorum confessionem. Templum enim sanctum est, quod estis vos, dedicandum illis tribus dedicatibus. Dedicet Salomon domum quietis, Zorobabel satisfactionis, Iudas confessionis. Nul- lum Deus habet habitaculum, nisi vel in quietis, vel in pœnitentibus, vel in contentibus. Quies pertinet ad pacem, pœnitentia ad humilitatem, confessio ad timorem. Dedicat ergo Salomon quietem in pace, Zorobabel pœnitentiam in humilitate, Iudas confessionem in timore. Salomon in iusto, Zorobabel in iustificato, Iudas in iustificando. Ut hic triplex in tabernaculo funiculus dedicetur, triplici fundamento fundatur. Pax nostra in bonitate, ne sit simulatoria: satisfactio in disciplina, ne sit erronea: confessio in scientia, ne sit fatua. In his tribus postulabat fundari, qui dicebat. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. Bonitatem, ne pax mea sit ficta: disciplinam, ne aberret satisfactio: scientiam, ne in fatuetur confessio. nunquam congruentior est scientia quam circa confessionem.

De quinque, in quibus consistit templi dedicatio moraliter explicatis.
Tit. LI.

Q Vinque sunt (ut arbitror) in quibus consistit templi dedicatio. Asperio aquæ, cui tria miscentur, sal, cinis, & vinum: inscriptio in pavimento alphabeti: vnctio chrisimatis in duodecim locis: illuminatio duodena: benedictio episco-

palis cuncta concludens. Asperio profusio pœnitentiæ est & lamenti, habens cinerem, salem, & vinum. Sal timor, unde in omni sacrificio sal per omnes gradus comitatur. In omnibus. n. sacrificijs, quæ offerunt Christiani, debet esse timor ante oculos eius. Cinis est memoria circuncuntis humanitatis. Vita enim nostra est quasi linea circumducta ad idem rediens: a puluere enim punctum incipiens, & per defectus naturales progrediens, circulariter ad puluerem reuertitur. Hanc periodum inuitabilem fecit manus Domini impellentis nos cum ait: Terra es, & in terram ibis. Vinum est memoria dominicæ passionis, quæ ad resoluendum in lachrymas hominem, dum eum pro se morte turpissima cõdem natum recolit, valde accommodata est. Inscriptio rigor est ordinis nostri, qui nobis a sanctis patribus traditus est. Gemina est inscriptio, quia & in tabulis cordis, & in pavimento corporis indelebiter scribi debet ab angulo in angulum. Cor autem angulosum dicitur dolosum. Hic autem duos angulos, cor humile, & cor altum vocamus. Cor humile, cum quis mente, quæ in se sunt abiectissima, considerat: Cor altum, cum quæ sursum sunt altissima contemplatur. Vel ab angulo in angulum, ut a capite vsque ad pedes diuinorum institutione informetur, vel a principio vsque in finem. Vnctio duodena, est apostolica institutio. Nunc itaque asperit per pœnitentiam, inscripti per disciplinam, vncti per gratiam, illuminati per operationem, extremam benedictionem expectetis. Scitis enim cui credidistis: & certi estis, quoniam apponet iustus in dex illam vobis dare benedictionem, qua electos in suum regnum vocare dignabitur dicens: Venite benedicti patris mei &c.

De lotione pedum in cœna: aliter.
Tit. LII.

Transiturus Christus de mundo ad patrem, celebravit mandatum, posuit vestimenta, præcinxit se lintheo, misit aquam in peluum. factum hoc plenum est mysterijs, redundat sacramentis. Christus vestimentum deposuit, cum purpuram regiæ dignitatis relinquens, seipsum exinanivit, & lintheo seruilis formæ contra diabolus pugnaturus se præcinxit. Misit aquam in peluum, dū pretiosum sanguinem in terram effudit, in illam (inquam) terram, qua aperuit os suum, & suscepit sanguinem Abel effusum de manu Cain, id est sanguinem Christi de manu Iudaorum, id est in ecclesiam, & in vnamquamque fidelem animam. Diu vacua fuit peluis ista, diu arida & inaquosa terra ista, & anima nostra sicut terra sine aqua. Venit Christus: effudit aquam in peluum, pretiosum sanguinem in terram, si tamen peluis fumus. Peluis duo habet, concavitatem & sonoritatem. Concavitatis est intus, sonoritatis exterius: sic & nos debemus euacuare nos a vitijs sono confessionis, ut aqua de latere Christi suscipiamus lauantes maculas peccatorum. Exterius lintheo id est carne. Ipse enim peccata nostra in carne sua portavit. Sed quid est quod solos pedes lauat hic discipulis? quia ex ea parte,

Vita hominis linea circularis.

Eccle. 3. Gen. 3.

2. Ti. 1.

Matt. 25

Io. 13.

Gen. 4.

Psa. 142

M

parte, qua terram tangere in necessarijs compelluntur, sine peccato esse non possunt. & ideo in perfectis soli pedes lauantur, id est venialia: nos autem miseri, qui non tantum cogitando, sed & operando, & confuendo peccamus, cum Petro dicamus, Domine non tantum pedes, sed & manus & caput. Laua pedes cogitationum, manus operationum, caput consuetudinis.

De purificatione triplici, & sex hydrijs. Tit. LIII.

Ioan. 2. ERANT ibi sex hydriae positae secundum purificationem Iudaeorum. Tres sunt purificationes aptae purificandis veris Iudaeis in primis Iudaeis: Primae reconciliationis, quibus a mala seruitute in bonos seruos reconciliamus: secundae adoptionis, quibus in filios adoptamus: & tertiae glorificationis, quibus haeredes Dei, coheredes autem Christi efficiuntur. Sex autem ponendae sunt hydriae. Prima hydria, id est purgatio, est in compunctione. In quacunque enim hora peccator conuersus fuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor. Secunda est confessio: omnia enim in confessione lauantur. Vnde dic tu prior iniquitates tuas, & Dominus deponet eas. Tertia elemosynarum largitio. Date elemosynam, & omnia munda sunt vobis. Quarta iniuriarum remissio. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quinta carnis afflictio. Afflictus, & humiliatus sum nimis &c. Sexta obedientia sermonis Dei. Vos mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum vobis. Itae hydriae illis sunt vacuae, qui nullo Dei timore ad poenitentiae lamenta confurgunt. Hos iubet Iesus impleri aqua id est diuino timore. Timor enim Domini aqua vitae: & si minus sapida, tamen hominem refrigerat faciens noxijs desiderijs altuantem. Aqua ista est, quae ignita iacula inimici valet extinguere. Aqua semper ima petit, & timor ad inferiora descendit, & inferna loca pauida mente perlustrat. Eius enim vox est: Vada ad portas inferi. Sed diuina virtute mutatur in vinum: quia charitas foras mittit timorem. Dicuntur autem lapideae non per duritiam, sed per stabilitatem. capiunt singulae metretas binas uel ternas: quia duplex est timor, ne scilicet contingat detrudi in infernum, & ne ab aeterna gloria excludi. Sed qui miserunt manum ad fortia, non timebunt domum suam a frigidibus niuis, id est ne vino spirituali fraudentur. In primis nuptijs per dictas hydrias purificatus transit ad secundas nuptias & purificationes, ut adoretur & desinat esse seruus: & ex illis ad tertias, ut sedeat cum patre ad mensam in regno suo. ad quas quonia inuitauit nos, sumus interim similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs, ut cum venerit confortem aperiamus ei. Veniet. n. expectantibus se in veritate, tanquam reuertes a nuptijs inebriatus vino charitatis, & immemor iniquitatum nostrarum. Veniet autem non expectantibus, tanquam reuertes a nuptijs, sed quasi potens crapulatus ac velut ebrius, immemor miserationum suarum: quia quantum ad illos obliuiscit misereri Deus.

Ioan. 2. Purificationes tres quae. Sex hydriae mystice quae. Eze. 18.

Esa. 43. Luc. 11. Matt. 6. Psal. 37. Ioan. 15

Esa. 38. 1. Io. 4. Prou. 3. 1. Luc. 12

Christi ad uertus qualis.

De quadruplici purificatione per Christum instituta in die purificationis. Tit. LIIII.

QVATUOR Christus purgationes peccatorum faciens, purificat mundum, aqua, sanguine, spiritu, & igni. Hic est (inquit Ioannes) qui uenit per aquam & sanguinem, Iesus Christus. Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto & igni. Primum est contritio cordis, secundum afflictio corporis, tertium opus pietatis & fidei, quartum patientia in tribulatione. His quatuor diebus purgationis nostrae purgamur, ut natum offeramus cum matre, & suscipiamus cum Symeone. Vnde & Christus aqua baptizauit, pedesque discipulorum lauit, dedicans baptismum lachrimarum, quae de contritione profluunt cordis. Sanguinem fudit, ut & nos per mortificationem corporis participantes de eius passione lauemus stolas nostras in sanguine agni. Spiritum dedit: unde charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, ut in nobis multitudinem operari peccatorum. Quae si minus perfecta est, ut tot & tanta non valeat operire, admouet ignem conflator ille, qui purgat filios Leui, & quicquid residuum est rubiginis, ignis excoquit praesentis & futurae tribulationis, ut tandem cantare possimus. Transiuimus per ignem & aquam &c.

De tribus tabernaculis, de quibus Petrus Faciamus hic tria tabernacula. Tit. LV.

TRIA sunt tabernacula, synagoga, ecclesia, corolum. Primum Moysi. Secundum Eliae: de quo Dominus. Elias uenturus est: & ipse restituet omnia. Tertium Christi tabernaculum. Primum tabernaculum factum est (ut ait Apostolus) in quo erant candelabra. scilicet patriarchae & prophetae: & mensa, lex: panes, cibi spirituales mandatorum. Secundum post uelamentum legis, in quo thuribulum sunt Apostoli, cuius odor alij mortis in mortem, alij uitae in vitam. Vna, habens manna, quae est Christi humanitas habens diuinitatem: & virga aurea & virga Aaron, quae floruit & nucem protulit amigdalinam, quae est Maria virgo, quae Christum concepit, & peperit contra naturam. Tertium uero, in quod non manu factum (ut ait Apostolus) Iesus factus pontifex introiuit. Primum fuit in umbra et figura, secundum in figura & ueritate, tertium in sola ueritate. In primo ostenditur uita, in secundo datur, in tertio possidetur.

De passionis dominicae uoluntarie susceptae, & crucis sublimitate & fructu. Tit. LVI.

DIXIT (inquit Dominus) ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Quo uerbo tria notantur: in dicto, proponentis arbitrium & uoluntas, qua passus est: in ascensu, crucifixi sublimitate, qua per passionem exaltatus est: in apprehensione fructus, redemptionis demonstratur utilitas, qua non sine fructu passus est. Ascendit itaque crucem uoluntate, triumphauit in ea potestate, fructum ex ea

ex ea collegit pietate. Vno opere pariter & mundum irrisit, & diabolum peremit, & Christianum redemit. Dicant ergo, qui redempti sunt, quos redemit de manu inimici: Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. in qua tribus tria fecit Dominus. Sapientia, nequam infatuauit consilium, iustitia destruxit eum, qui mortis habebat imperium, misericordia liberauit captiuum. Et ideo merito in ea gloriatur in ea liberatus, triumpho uiuificatus, ministerio iustificatus, exemplo confirmatus, munitus signo. Sic iustae rationis consequentia postulat, ut exemplum crucifixi ad iustificationem suis imprimat moribus, qui signum crucis ad munimen suis imprimunt frontibus: ut eius uiuant lege, cuius armantur fide: alioquin miles characterem regis fallaciter gestat, cuius praescriptum non obseruat: non recte se tuetur eius signo, cuius non paret imperio: sicut inimici crucis luxuriantes contra pietatem crucis, qui ea non se tuebuntur, cum ministerio angelorum non hominum signabitur in frontibus gemitium & dolentium, ut discernantur saluandi a multitudinem perditorum, quos & ille discernebat qui dicebat. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs.

De sindone munda, & corona spinea in passione dominica. Tit. LVII.

INuoluit Ioseph corpus Iesu in sindone munda: quia in munda conscientia suscipiendus est Dominus, & puro corde quasi in monumento nouo. Spinea corona regnum ex peccatoribus significauit.

De obedientia, patientia, & perseuerantia in passione Christi designatis. Tit. LVIII.

CHRISTUS passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. In passione Christi tria uirtutum insignia tanquam ad omnium aliorum inchoationem, persecutionem, & consummationem declarata sunt. Prima, obedientia, qua usque ad mortem factus est obediens patri. Secunda, patientia magna: quoniam doloribus & irrisoribus non succubuit: maior, quam honoribus non cessit: maxima, quam pro persecutoribus orauit. De hac patientia dictum est. Os non commoueris ex eo: quia sicut ossa corporis, sic patientia fortitudo totius religionis. Tertia perseuerantia, quam in cruce moritur, & non a se, sed ab alio deponitur. Obedientia ergo bellum in Christo aduersus diabolum suscepit, patientia perseuerantia uicit. Ideoque, si uultis eius sequi uestigia, ut quae admodum ipse quem ducem in uia elegistis, ambulauit, & nos abuletis: propositi uobis certamen suscipite obedienter, quare pauenter, perseuerate feliciter. Quae namque opus bonum obedientia inchcat, patientia tolerat, perseuerantia consummat: quia omnes currunt, sed unus accipit prauium.

De triplici uoluntate signanda in tristitia Christi usque ad mortem. Tit. LIX.

TRISTIS est anima mea usque ad mortem. In hac tristitia tria considerantur, uoluntas patris, uoluntas spiritus, uoluntas carnis. Uoluntas patris erat pro Christi morte humiliter genitricem redimere. Uoluntas spiritus erat eadem quae patris. Uoluntas carnis mortem refugiebat naturaliter, si non

mutata uoluntate Dei: alioquin, non mea (inquit) sed tua uoluntas fiat. Luc. 22.

Quare prophetiae & epistolae in officio diuino dispari uoce terminentur. Tit. LX.

PROPHETIA summissa, epistolae eleuata uoce terminantur: quia in ueteri testamento temporalia, quibus graues erant manus Moysi promittebantur: in nouo autem spiritualia & aeterna, quae sursum sunt, & nos uocant, promittuntur.

De tribus, quae Dominum mori pro nobis uoluntaria quadam coactione compulerunt. Tit. LXI.

DOMINUM IESU subire mortis & crucis ignominiam tria quae praecipue, coactione uoluntaria compulerunt: filialis & pura obedientia, quae prioris inobedientiae piaculum solueretur: compassibilis & comis miseria, quae illius iustitiam inflexibilem, & uirga ferream ad misericordiam flexibilem optabat: & miseria illa & ponderosa & grauis, quae ceruices hominum comis hostis potestate, & mortis additione premebat: publica & generalis, quae iustos & iniustos simili obligationis sententia pariter obligabat: continua & perennis, quae (nisi per Christum redemptionis gratia fieret) irremediabilis captiuitatis nexu omne genus hominum in damnationis uoragine absorberet. Porro tertium, quod spontaneum coegit in mortem, est celeberrima & solemnis uictoria, cuius successu, inuitabilis diaboli & mortis potentia, in momento gloriose & efficaciter erat imminuenda.

De quadruplici traditione Christi. Tit. LXII.

FILIUS hominis tradetur. Traditionum, alia missionis, quae per missionem, qua per tradit filium: alia proditionis, qua per tradit filium: alia donationis, qua per tradit filium: alia flagellationis, qua per tradit filium. De prima. Qui proprio filio suo non peperit, sed pro nobis tradidit eum. De secunda. Qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. De tertia. Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur. De quarta. Tradent eum gentibus ad illudendum &c. Luc. 18.

De triplici effusione sanguinis Christi. Tit. LXIII.

TRIPlicem sanguinem nobis fudit Dominus: de manibus, pedibus, latere. Hoc in cruce fecit pretium nostrum, in altari poculum, in exilio uaticium, in exitu de Aegypto conductum, in caelo aduocatum.

De varia Christi apparitione uarijs facta, et in uarijs locis, & modis, & de nostra apparitione. Tit. LXIII.

QVOMODO tertio die solemnitatem ter repetita, tribus locis, & tribus modis, apparuit Christus? In stabulo tribus Magis, prima die. In baptismo paucis discipulis, secunda die. In conuiuio pluribus inuitatis, tertia die. Prima apparitio facta est in loco uili, secunda in humili, tertia in sublimi. Hac apparitio prima facta Magis per stellam in oraculo, secunda discipulis per uocem auditam in propatulo, tertia in conuiuio per uinum factum in miraculo. In loco uili stella uisa est sapientibus, ut

tibus, ut sapientum sapientia destruat. Vox in pro-
 patulo audita simplicibus, ut simplicitas instruat.
 Vinum in miraculo mixtum anteponitur dubitan-
 tibus, ut infidelitas confundatur. De prima dicitur,
 1. Cor. 3. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. De
 Matt. 10. secunda. Elitote simplices sicut columbae. De tertia.
 Ro. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Apparuit
 autem tribus modis. In stabulo hominis filius. In
 baptismo Dei filius, & de Spiritu sancto conceptus
 quia dictum est: Hic est filius meus dilectus, & super
 eum est Spiritus sanctus uisus. In conuiuio uero Deus
 quia hoc nemo posset facere, nisi esset Deus cum eo.
 Prima apparitio in humanitate, qua uerus homo:
 secunda in dignitate, qua plus quam homo; tertia in po-
 testate, qua aequalis Deo. Similiter & nos appa-
 remus tribus locis & modis, incipientes in stabulo,
 proficientes in baptismo, perseverantes in conui-
 uio. Adam apparuit ut iumentum in stabulo. In-
 fixus sum (inquit) in limo profundi. Naaman Syrus,
 & eunuchus Candacis reginae in baptismo. Ecce
 aqua, inquit; Quis prohibet me baptizari? Stefanus
 in conuiuio. Ecce (inquit) uideo caelos apertos. In
 primo clamat inferius. Sana animam meam, quia
 peccaui tibi. In secundo mundus orat. Amplius lau-
 ua me Domine. In tertio famelicus. Panem nostrum
 quotidianum da nobis hodie. In stabulo curamur
 eius liuore. In baptismo lauamur eius cruore. In co-
 uiuio inebriabimur eius odore. De primo dicitur,
 Liuore eius sanati sumus. De secundo. Abluti estis,
 sanctificati estis. De tertio. Curremus in odore un-
 guentorum tuorum. Stabulum est in fetore peccatorum
 tuorum, baptismus in decore donorum, conuiuium in
 odore meritorum. Similiter tribus modis apparet, in
 conscientia, fama, iustitia. Conscientia refertur ad
 stellam, fama ad uocem auditam, iustitia ad uinum propi-
 natum. Stella significat conscientiam lucide cogitationis,
 uox famam conuersationis, uinum iustitiam gratiae opera-
 tionis. Conscientia latet in occulto, fama uolat in pu-
 blico, iustitia patet in manifesto. De prima dicitur,
 Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae. De fa-
 ma. Luceat lux uestra &c. De tertia. Beati qui perse-
 quutionem patiuntur propter iustitiam. Per conscien-
 tiam apparent seculares populi, per famam
 clerici regulares & monachi, per iustitiam secula-
 res. Primi apparent incedentes lento incessu, secun-
 di festino passu, tertij rapido cursu.

SEQUITUR TRACTATUS
 de filia Iephthe.

De filia Iephthe, quod eam pa-
 ter in holocaustoma obtu-
 lit Deo; quoniam in bello
 uouerat, si uicisset, eum se in
 holocaustoma oblaturum,
 qui sibi de domo exiens pri-
 mus occurisset: quod cum uouisset,
 uicit: & occurrente sibi fi-
 lia, quod uouerat reddidit: solet esse magna, & ad diu-
 dicandum difficillima quaestio: quibusdam quid sibi
 hoc uelit nosse cupientibus, & pie quaerentibus;
 quibusdam uero, qui scripturis hic sanctis imperita

impietate aduersantur, hoc maxime in crimen uo-
 cantibus, quod legis & prophetarum Deus etiam huma-
 nis sacrificijs fuerit delectatus. Quorum calumnijs
 sic primitus respondemus: ut Deum legis & prophe-
 tarum, atque ut expressius dicam, Deum Abraham
 & Deum Isaac & Deum Iacob nec illa sacrificia dele-
 ctauerint, ubi pecorum holocausta offerebatur, sed
 quod significatiua fuerint, & quaedam umbrarum futuro-
 rum, eum res ipsas nobis, quae his sacrificijs signifi-
 cantur, commendare noluisse. Fuisse autem etiam
 istam utilem causam cur illa mutarentur: nec modo
 non iuberentur offerri, immo prohiberentur: ne uere
 secundum carnalem affectum talibus Deum dele-
 ctari putaremus. Sed utrum et humanis sacrificijs si-
 gnificati futura oportuerit merito quaeritur. Neque
 mortes hominum quae mortuorum in hac causa exhorre-
 scere & formidare deberemus, si illi, qui haec de se
 fieri gratanter acciperent, in aeternam remuneratio-
 nem commendarentur Deo. Sed si hoc uerum esset, hoc
 genus sacrificiorum Deo non displiceret. Displicere autem
 Deo satis euidenter eadem scriptura testatur. Nam cum
 oia primogenita sibi dicari, & sua esse uoluerit atque
 praeperit, redimi tamen a se uoluit primogenita hominum,
 ne immolandos Deo crederent filios suos, quos na-
 tos primitus suscepissent. Deinde hoc apertius ita lo-
 quitur, quod humana holocausta sic Deus improbet,
 ut prohibeat, detestans ea in alijs gentibus, & popu-
 lo tuo praecipiens ne audeat imitari. Attende (inquit)
 tibijpsi, ne sequaris gentes, postquam exterminatae fue-
 rint a facie tua, ne exquiras deos eorum dicens, quae ad
 modum faciunt gentes dijs suis, facia & ego. Non facies
 ita Domino Deo tuo. Abominameta. n. quod Dominus odit,
 fecerunt dijs suis, quoniam & filios suos & filias comburunt
 igni. Quid euidentius ostendi potest his sanctae scriptu-
 rae testimonijs (ut alia huiusmodi omittamus) quod
 Dominum, quo haec scriptura humano generi attributa
 est, non solum diligere, uerum et odisse talia sacrificia,
 in quibus homines immolantur? Illa plane diligit &
 coronat, cum quisque iustus iniquitate patiens, utque ad
 mortem pro ueritate decernat: uel ab inimicis, quos pro
 iustitia offendit, occiditur, retribuens eis bona pro ma-
 lis. pro odio dilectionem. Tale dicit Dominus sanguine iustum,
 sanguine Abel iusti utque; ad sanguinem Zachariae. prope
 autem quod sanguine fudit ipse pro nobis, & sacrificium seipsum
 obtulit Deo: sic utique; obtulit, ut ab inimicis pro iusti-
 tia occideretur. Hunc imitata multa martyrum millia
 usque; ad mortem pro ueritate certarunt, & ab inimicis se-
 uientibus, immolata sunt. De quibus dicit scriptura. Tunc au-
 rum in fornace probauit eos, & sicut holocausti hostiam
 accepit illos. Unde & Apostolus dicit: Sed & si imolor.
 Sed non sic Iephthe de filia fecit holocaustoma Domino,
 sed sicut praecipitum fuerat pecora offerri, & prohibitum
 fuerat homines imolari. Magis hoc illi simile uidetur,
 quod fecit Abraham: quod dominus specialiter fieri praecipit,
 non generali lege ut talia sibi sacrificia fierent aliquando
 dicitur, immo et fieri prohibuit. Distat itaque hoc, quod fe-
 cit Iephthe a facto Abraham: quoniam ipse iustus obtulit fi-
 lium, iste autem fecit, quod & lege uetabatur, & nullo spe-
 ciali iubebatur imperio. Deinde non solum in sua
 lege postea, uerum etiam tunc Dominus in ipso Abraham
 filio, talibus sacrificijs quam non delectaretur ostendit,
 cum patrem, cuius fidem iubendo probauerat, a
 filij

filij tamen interfectione prohibuit, & arietem, quo
 sacrificium licite secundum ueterum congruentiam
 temporibus consuetam compleretur, apposuit. Si
 autem hoc quempiam mouet: quomodo pie crediderit
 Abraham Deum talibus sacrificijs delectari, si haec
 illicite offeruntur Deo: & ideo recte putant credidisse
 se etiam Iephthe, quod tale sacrificium Deo posset ef-
 se acceptum: Primo consideret aliud esse ultro uoue-
 re, aliud iubenti obtemperare. Non enim si aliquid
 praeter morem in domo a domino institutum seruo
 iubetur, atque id laudabili obedientia facit, ideo non
 est plectendus si hoc sponte praesumpserit. Deinde
 habebat quod crederet Abraham, ut propter diuinum
 imperium non parceret filio, non credens Deum ta-
 les uictimas libenter accipere, sed hoc eum propte-
 rea iussisse, ut resuscitaret occisum, & huic aliquid ta-
 quod Deus sapiens demonstraret. Nam hoc de illo etiam
 in epistola legitur, quae inscribitur ad Hebraeos: &
 fides eius, quia hoc de Deo crediderit, quod posset
 filium eius suscitare, laudatur. Iste uero & Deo non
 iubente neque poscente: & contra legitimum eius
 praecipitum ultro sacrificium uouit humanum. Sicut
 enim scriptum est: & uouit Iephthe uotum Domino, &
 dixit. Si traditione tradideris mihi filios Ammon:
 quicumque exierit de ianuis domus meae in obuiam
 mihi in reuertendo mea filijs Ammon in pace, of-
 feram eum holocaustoma Domino. Non utique his uer-
 bis pecus aliquid uouit, quod secundum legem holocausto-
 ma posset offerre. Neque enim est aut fuit consuetudinis,
 ut redeuntibus cum uictoria de bello ducibus pecora
 offerrent. Quantum autem attinet ad muta aialia, ca-
 nes tolent dominis blando famulatu alludentes cur-
 rere obuiam: de quibus ille in suo uoto cogitare non
 posset, ne iniuria Dei aliquid non solum illicitum ue-
 rum etiam contemptibile, & secundum legem im-
 mundum uouisse uideretur. Nec ait, quodcumque
 exierit de ianuis domus meae obuiam mihi, offeram
 illud holocaustoma: sed ait, quicumque exierit o-
 buiam mihi, offeram eum. Vbi proculdubio nihil
 aliud, quam hominem cogitauit: non tamen fortas-
 se unicam filiam, quamquam illam in tanta paterna
 gloria quis posset anteire, nisi forte uxor? Nam
 quod non dixit, quaecumque, sed quicumque exierit
 de ianuis domus meae: solet scriptura pro quolibet
 sexu masculinum genus ponere, sicut de Abraham
 dictum est: surgens a mortuo: cum eius uxor mor-
 tua fuisset. Quia ergo de hoc uoto atque facto nihil
 uidetur scriptura iudicasse: sicut de Abraham quan-
 do filium iustus obtulit, apertissime iudicauit: se-
 tantummodo scriptum reliquisse legentibus iudi-
 candum, quemadmodum de facto Iudae filij Iacob
 quando ad nurum quidem nescius intrauit, uerum
 quantum in ipso fuit fornicatus fuit, quia meretricem
 putauit: neque approbavit hoc scriptura, neque
 reprobauit: sed iustitia, & Dei lege consulta exulti-
 mandum, penlandumque dimisit. Quia ergo de
 Iephte facto in neutram partem sententiam
 scriptura Dei protulit, ut noster sensus in iudican-
 do exerceretur: possemus iam dicere, Deo displicuisse
 se tale uotum, & ad illam perductum fuisse uindi-
 ctam, ut potissimum filia unica occurreret. Quod si
 sperasset atque uoluisset, non continuo, ut eam uidit,

scidisset uestimenta sua, atque dixisset: Heu me filia:
 impedisti me: in offendiculum facta es in oculis meis.
 Deinde quod sexaginta dierum tam longa dilati-
 ome data filiae suae, Dominum eum ab uicibus, caris-
 simamque; nece non prohibuerit, sicut prohibuit Abra-
 ham, donec perficiendo quod uouerat, seipsum per-
 cuteret orbitate grauissima, Deum autem nequaquam
 hominis immolatione placaret. Et ideo huiusmodi
 di patri poenam fuisse retributam, ne impunitum
 talis uoti relinqueretur exemplum, ne uel magnum
 aliquid se uouere Deo putarent homines, cum uicti-
 mas humanas uouerent, & (quod est horribilius)
 filiorum: aut non uera, sed potius simulata eadem
 uota essent, cum uelut exemplo Abraham sperarent,
 qui uouissent, Deum prohibitorum talia uota com-
 pleri. Possemus, (inquam) hoc dicere, nisi ab ista sen-
 tentia duo nos praecipue diuinarum scripturarum
 testimonia reuocarent: ut hanc rem gestam in libris
 tantae autoritatis memoriae commendatam diligenti-
 us (quantum Dominus adiuuat) & cautius perscrutemur,
 ne in ullam partem iudicium temerarium proferamus.
 Vnum, quod in epistola ad Hebraeos iste Iephthe in-
 ter tales commemoratur, ut eum culpae ueeamur
 ubi scriptum est. Et quid adhuc dicam: deficiet. non
 me tempus enarrandi: de Gedeon, Barach, Samson,
 Iephthe, & David, & Samuel, & prophetis, qui per
 fidem deuicerunt regna, operantes iustitiam, conse-
 quuti sunt promissiones. Alterum, quod ubi de illo ista
 narratur, quod tale uouerit, & impleuerit uotum, pra-
 misit scriptura dicens. Et factus est super Iephthe spi-
 ritus Domini: & circueiens Galaad & Manasse, transiit
 speculam Galaad: & de specula Galaad trans filios
 Ammon: & uouit Iephthe uotum Domino. & cetera ad
 ipsorum uotum pertinentia: ut oia, quae deinceps fa-
 cta sunt, tanquam opera spiritus Domini, qui super eum factus
 est, intelligenda uideantur. Ista testimonia nos com-
 pellunt quaerere potius cur factum sit, quam facile im-
 probare cur factum sit. Sed primo illud, ad quod ex
 epistola, quae ad Hebraeos est, commemorauit: inter
 illos laudabiles uiros, qui ibidem commemorantur,
 non solum est Iephthe, uerum etiam Gedeon, de quo
 similiter scriptura dicit, Spiritus Domini confortauit
 Gedeon: & tamen eius factum quod de illo
 operatus est Ephod: & fornicatus est post illud om-
 nis Israel: & factum est domui Gedeon in scanda-
 lum: non solum laudare non possumus, uerum
 etiam quia scriptura hinc apertissime indicauit, re-
 probare minime dubitamus. Nec tamen ex hoc
 ulla fit iniuria spiritui Domini, qui eum confortauit, ut ho-
 stes populi eius tanta facilitate superaret. Cur ergo
 in eos commemoratur, quod per fidem uicerunt regna,
 operati sunt iustitiam: nisi quia sancta scriptura, quorum fi-
 de atque iustitia ueraciter laudat, non hinc imputatur eo-
 rum et peccata (si qua nouit, & oportere iudicari) nota
 re ueraciter? Nam & Iephte quod idem Gedeon signum petens teta-
 uit in uellere, nescio utrum non fuerit transgressus pra-
 ceptum, quo scriptum est: non tentabis Dominum Deum tuum.
 Verum et in eius tentatione Dominus, quod prauniantare uole-
 bat, ostendit: in copulatio. In uellere & area tota circum-
 qua; sicca, figurare primum populum Israel, ubi
 erant sancti electi tanquam prunua spirituali: & postea
 compluta area sicca uellere figurare ecclesiam toto
 M. Hugo. a. S. Vict. To. iij. Bb 2 orbe

Audic. 11

Deut. 12

Qua nam sacrificia Deo sint odibilia.

Matt. 23

Sap. 3.

Phil. 2.

Gen. 27.

Gen. 22.

Iudic. 11

Epistola

Heb. 11.

Iudic. 11

Iudic. 6.

Iudic. 8.

Deut. 6. Iudic. 6.

orbe diffusam, habentem non in uellere tanquam in uelamine, sed in aperto, caelestem gratiam, illo priore populo uelut ab eiusdem gratiae rore siccato atque alienato. Nec tamen frustra inter fideles, & operantes iustitiam, propter bonam fidelemque uitam, in qua eum credendum est esse defunctum: ta
Heb. 11. le in epistola ad Hebraeos meruit testimonium. Vtrū
Iudic. 11. autem, quia posteaquam dictum est, Factus est super Iephte spiritus Domini: ea secuta sunt, ut uotum illud uoueret, & quod uouerat redderet, spiritui Domini oīa deputāda sint, ut perinde habeatur hoc sacrificiū, tanquā id Dominus sicut Abraham fieri iussisset, nō facile dixerim: cū utiq; de Gedon possit hęc affecti differentia, quia post peccatum, qđ fecit qñ fecit Ephod, nulla est eius cōmemorata prosperitas: postea uero qđ Iephte uotū uouit, illa est insignis eius uictoria cōsequuta, propter quā adipiscendā uouerat. & qua adeptā, qđ uouerat soluit. Rursus, n. cōsiderandū est, qđ Gedō etsi nō postea qđ fecit Ephod, tñ postea qđ tenuit Dominū (quod utiq; est peccatū) magnas strages hostibus cæsis atq; superatis fecit, ac populo salutem acquisiuit. Sic enim scriptū est. Non irascetur indignatio tua in me: & si tēta uero adhuc semel in uellere. Iram quippe Dei metuebat, quia nouerat se tentando peccare, quod Deus in lege sua manifestissime prohibet. Hoc tamē eies peccatum & mirabilis signi euidētia, & magnā uictoriæ prosperitas, liberationisq; populi cōsequuta est. Iam enim Deus statuerat afflictō populo subuenire, atque huius ducis quem ad hoc opus assumperat, uidebatur animo non solū fideli & pio, uerū etiam subdeficiente & delinquente, & ad prænuntiandā quę uolebat, & complēda quę dixerat. Non enim per istos tantū, qui etiam si peccauerūt, inter iustos tamen narrantur, sed etiam per ipsum Saulem omni modo reprobatum, multa Deus populo suo præstitit. In quem insiliuit etiam spiritus Domini, & prophetauit: non cum iuste ageret, sed cum in uirum sanctum David, innocentemque sauirer. Agit enim spiritus Domini & per bonos & malos, & per scientes & nescientes, quod agendū nouit & statuit: qui etiam per Caiphā accerrimū Domini persequutorem (nescientem quid dixerit) insignē protulerit pphetiā, qđ oporteret Christū mori pro gente. Quis, n. egit, nisi spiritus Dñi, curās p nuntiari uētura: ut iudici Gedō uolētū tentare Dominū, & nō credēti, qđ fuerat ei per manū eius de salute populi loquutus: hoc potissimū de uellere compluto postmodū sicco, & de area primū sicca postea rigata, ueniret in mentem, ut subdeficienti a fide infirmitati delictoq; deputeretur. Quod uero etiam tali eius, animo ad hoc, quod generi humano significari oportebat, usus est Deus; ad eius intelligatur misericordiā, & mirabilē prouidētiā pertinere. Si quis autē dicit, scientē oīa fecisse & dixisse Gedon ex reuelatione prophetica, ut per eū talia signa monstrarentur: nec defecisse a fide, & quod ei promiserat Dominus credidisse, sed auctōne prophetica in uellere uoluisse tentare: atq; ita illius tērationē fuisse inculpabilē sicut dolū Iacob: Et illud, quod Dño ait: nō irascatur indignatio tua in me: nō ideo dixisse, qđ irā eius timeret, sed qđ eū cōsideret nō irasci, cū

ea faceret, qđ spiritu eius dictate faciēda esse tanquā propheta sciret, audiendus uideatur, dummodo illud, qđ d factō Ephod scriptura ipsa culpauit, quod libet significet, nō audeat excusare a peccato. Nā & illud, qđ trecenti uiri ad signum crucis ipso numero pertinentes, hydrias fictiles acceperunt, eisq; ardētes faculas incluserunt: quibus hydrijs fractis repēte lumina numerosē micātia tāta hostiū multitudinem terruerūt: tanquā ex suo arbitrio uideretur fecisse Gedon. nō. n. scriptura dicit Dñm admonuisse, ut hoc faceret: & tñ tā grande signū quis eius animo atque consilio faciendū nisi Dñs inspirauit, qui præfigurauit sanctos suos thesaurū euangelici luminis in uasis fictilibus habituros? Vnde dicit Apostolus. Habemus thesaurū in uasis fictilibus. Quibus in passionibus martirij tanquā uasculis fractis, maior eorū glorię fulgor emicuit, qđ impios euangelicę prędicationis inimicos inopinata illis Christi claritate superauit. Seu ergo per scientes seu per nescientes, prędicationem pręfigurationemque futurorū spiritus Domini prophetice temporibus operatus est: non ideo peccata eorum dicendū est non fuisse peccata: quia & Deus, qui & malis nostris bene uti nouit, etiam ipsis eorum peccatis usus est ad significanda quę uoluit. Proinde si propterea peccatum non fuit, siue cuiuslibet necis humanę, siue etiam patriciale sacrificium uel uouere uel reddere: quia magnum aliquid, & spirituale significauit: frustra Deus temporalia prohibuit, & se odisse testatus est, quoniam & illa, quę fieri iussit, utique ad aliquam significationem rerum spiritualium, magnarumque referuntur. Cur ergo illa prohiberet, quandoquidem poterant propter eandem earundem rerū significationem, propter quam & ista licite fiebāt, nihil hominis licite fieri nisi nec tale aliquid significantia, quale expedit credere, humana Deo sacrificia placuerunt: quando non pro iustitia quisque ab inimicis, quia recte uiuere uoluit, uel peccare noluit intermitteretur: sed homo ab homine tanquā electa hostia more pecoris immolatur? Quid si (ait aliquis) quoniam pecorum uictimę iam eo ipso quo fuerant usitata, quamuis & ipsa ea recte intelligentibus ad significationem spiritualium referuntur, minus tamen faciebant intentos ad magnum sacramentum Christi, & ecclesię requirendum: propterea Deus re insigni & inopinata uolens quasi dormientes hominum animos excitare, eo magis quo talia sibi sacrificia offerri netuerant, curauit sibi eiusmodi aliquid offerendum, ut ipsa admiratio magnam gigneret quęstionem, & magna quęstio ad perscrutandum magnum mysterium studium pię mentis erigeret: pie uero perscrutans mens hominis altitudinem prophetiæ, uelut hamo piscem Dominum Christum de profundo scripturarum leuaret? Huic nos rationi, & considerationi non obstitimus: sed alia est quęstio de animo uouentis, alia de prouidentia Dei: quęcunque animo eius bene uerentis. Quamobrem si spiritus Domini, qui factus est super Iephte, ut hoc uoueret omnino pręcepit (quod quidem scriptura non aperuit) tamen si hoc ille pręcepit, cuius non licet iussā contemnerē, non solum insipientia

Iudic. 7.

2. Cor. 4.

culpa non est, uerum etiam obedientia laudanda est. Hoc enim si se homo interimat (quod utique humana uoluntate, atq; consilio facere nephastum est) profecto intelligendum est obedienter fieri potius quam scelestē, si diuinitus iussum est. De qua quęstione in Lib. i. de ciuitate Dei satis disputatum est. Si autem Iephte humanum sequutus errorem, humanum sacrificium uouendum putauit, eius quidem peccatum de unica filia iure punitum est: qđ etiam ipse uerbis suis satis uidetur ostēdere ubi ait: Heu me filia impedisti me, in offendiculum facta es tu in oculis meis: discissis etiam uestimentis suis. Verūtamen etiam hic eius error habet aliquam laudem fidei, qua Deum timuit: ut quod uouerat redderet. Nec diuini in se iudicij sententiam declinauit, siue sperans Deum prohibitorum sicut fecit Abraham, siue eius uoluntatem etiam non prohibentis intellectam facere potius quam contemnere statuens. Quāquam & hic merito quęri potest: utrū uerius intelligitur hoc Deū nolle fieri. & in eo potius Deo si non fieret obediretur, quoniam hoc se nolle & in Abraham filio, & in legitima prohibitione monstrauerat. Veruntamen si propter ea Iephte non faceret, sibi potius in unica pepercisse, quam Dei uoluntatem sequutus esse uideretur. Magis ergo intellexit in eo quod sibi filia occurrit, ultorem Deum: iustęque pænę se fideliter subdidit, timens se uotorem tanquam de tergieratione uindictam. Credebat enim bonę & uirginis animam filię bene recipi, quod non se ipsam uouerat immolādā, sed uoto & uoluntati non restiterat patris, & Dei fuerat sequuta iudicium. Mors enim sicut nec sibi a quoquam, nec cuiquam sponte inferenda est, ira Deo iubente recusanda non est, cuius cōstitutione quocunque tempore subeunda est. Nec quisquam eam perpeti detractat, ut omnino euitetur, sed tantummodo ut differatur laborat.

R Vnc iam quid spiritus Domini, siue per nescientē Iephte, siue per scientem, siue per eius imprudentiam, siue per prudentiam, siue per obedientiam, siue per offensionem, siue per fidem in hac re gesta pręfigurauerit: quantum Deus adiuuat requiramus breuiter & pandamus. Admonet enim nos, & urget quodammodo iste sacrarum scripturarum locus, cogitare quendam potentem uirtute, talis enim dicitur Iephte, quod nomen interpretatur aperiens. Dominus autem Christus (sicut indicat euangelium) discipulis suis aperuit sensum, ut intelligerent scripturas. Hunc Iephte fratres eius reprobauerunt, & de paterna domo expulerunt, obijcientes ei quod esset filius fornicarię, tanquam ipsi essent de uxore legitima nati. Hoc etiam egerunt aduersus Dominum principes sacerdotum, & Scribę, & Pharisei, qui de legis obseruatione gloriari uidebantur, tanquam ille solueret legem, & ideo ueluti non esset legitimus filius. Et quoniam de sancta quidem uirgine corpus assumpserat, quod fidelibus notum est, tamen eius mater quantum ad Gentem pertinet, etiam illa Iudaica synagoga dici potest. Re uoluat qui uoluerit propheticos libros, & uideat quoties, & quanta uerbi seueritate, atque indignatione Domini illa gens uelut impudica mulier de

Iudic. 11

Iephte fides quarta.

Gen. 22.

Luca. 24

fuis fornicationibus arguatur. Vnde est etiam illud in hoc libro recētissimum: uel cum post Ephod, qđ fecit Gedeon, omnis Israel legitur fornicatus: uel quod abierunt post deos gentium, quibus erant circundati. unde in illos diuina ira commota est, ut per annos octodecim conterentur a filijs Ammon. Sed nunquid non ex eadem gente Israel etiam illi nati erant sacerdotes & Scribę & Pharisei, quos in eis diximus pręfiguratos, qui Iephte tanquam isti Dominum Christum ueluti non legitimum filium persequuti expulerunt? Sed in eo similitudo adumbrata est, quod isti (ut dixi) ueluti legis obseruatores eum, qui contra pręcepta legis facere uidebatur, tanquam legitimi non legitimum uere sibi uisi sūt eiecisse. Secundum hoc enim plebs illa dicta est fornicari, quod legis pręcepta non seruans tanquam uiro non exhibeat fidem. Sic autem scriptum est de Iephte. Et creuerunt filij uxoris, & eiecerūt. Iephte. Verbum, quod positum est, creuerunt, significat in figura pręualuerūt. Quod in Iudæis impletum est, qui pręualuerūt infirmitati Christi, quia ita uoluit, ut ab eis, quę oportebat, in passione preferret. Sicut hoc idem significans Iacob pręualuit angelo, cum quo, ut ipsum portenderet, luctabatur. Dixerunt ergo ad Iephte. Non hereditabis in domo patris nostri, quoniam filius mulieris fornicarię es tu. Tanquam dicerent, quod euangelium loquitur. Non est iste homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Se autem iactantes uelut legitimos filios, Dominus no dixerunt. Nos ex fornicatione non sumus nati: unum patrem habemus Deum. Et fugit Iephte a facie fratrum suorum & habitauit in terra Tob. Fugit, quoniam se quantus esset, abscondit. Si enim cognouissent, nunquam Dominum glorię crucifixissent. Fugit, quoniam morientis infirmitatem uiderunt, uirtutem autem resurgētis non uiderunt. Habitauit autem in terra bona, uel ut expressius dicamus, optima. Quod enim gręce, agathon, dicitur, hoc latine, opimum, dicitur. Id autem interpretatur Tob. ubi mihi intelligenda uidetur eius a mortuis resurrectio. Nam quę terra magis optima quam terrenū corpus excellentia immortalitatis & incorruptionis indutum? Quod autem dicitur de Iephte, quod posteaquam fugiens a facie fratrum suorum habitauit in terra Tob, colligebantur ad eum uiri latrones, & ambulabant cum ipso: Quamquam & ante passionē obiectum fuerit Domino, quod cum publicanis & peccatoribus manducaret, quādo respondit non esse necessarium sanis medicum sed ægrotis: & inter iniquos deputatus est, quando inter latrones crucifixus est, & unum ex eis de cruce in paradysum translatus: tamē postea quam resurrexit & esse cœpit sicut id quod supra exposuimus in terra Tob, collecti sunt ad illū scelerati homines propter remissionē peccatorū, qui cū illo ambulabant, quia sicut eius pręceptum uiuebant. Neque hoc fieri desinit usque nunc & deinceps, quousq; ad eū cōfugiēt mali, ut iustificet impios, qm ad eū conuertantur, & discant iniqui uias eius. Iā illud quod hi, qui abiecerant Iephte (erat enim Galaadites) conuersi sunt ad eum, & quęsierunt eum, per quem liberarentur ab inimicis suis, quam pręclara pręfigurationē si-

Iudic. 8.

Iudi. 11.

Gen. 32.

Ioan. 6.

Ioan. 8.

Iudic. 11.

1. Cor. 11.

Iudic. 11

Mar. 2.

Luca. 5.

Esa. 53.

Mar. 15.

Luca. 22

Iudi. 11.

Act. 3. gnificat, quod qui abiecerunt Christum, ad eum rur-
sus conuersi in illo reperiunt salutem: siue illi intel-
ligantur, quos Petrus Apostolus cum de ipso sceler-
e arguisset (sicut in actibus Apostolorum legitur)
& hortatus esset, ut ad eum, quem fuerant perle-
quuti, conuerterentur, compuncti sunt corde: & ab
illo, quem a se alienauerant, desiderarunt salutem.
Actu. 3. Quid est autem liberari ab inimicis, nisi a peccatis?
Sic autem illis ait. Agite pœnitentiam, & baptize-
tur unusquisque uestrum in nomine Domini no-
stri Iesu Christi, & remittentur uobis peccata ue-
stra. Siue illa potius significetur, quæ in fine spera-
tur, nouatio gentis Israel. Magis quippe id uide-
tur apparere in eo, quod dicitur. Et factum est post
dies, quod utique post tempus significat: & p hoc
significat non illud intelligendum, quod recenti
passione Domini factum est, sed postea futurum est.
Iudic. 11. Quo uidetur etiam id pertinere, quod seniores Galaad
uenerunt ad Iephte, ut per ætatem senilem po-
steriora & nouissima tempora accipienda sint. In
rerpretatur autem Galaad abiciens siue reuelatio,
quorum utrumque satis huic rei congruit: quia pri-
mum Dominum Iesum Christum abiecerunt, eis-
que postea reuelabitur. Quod uero cõtra filios Am-
mon dux querebatur Iephte, quibus uictus libera-
rentur, qui eo duce aduersus illos debellare cupie-
bant, quoniam interpretatur Ammon filius popu-
li mei siue populus mœroris, profecto aut illi signi-
ficantur inimici, qui ex ipsa gente perueherantes in
infidelitate prædicti sunt aut omnino gehennæ præ-
destinati, ubi erit fletus & stridor dentium tanquã
populo mœroris. Quàmquam populus mœroris
non inconuenienter & diabolus & angeli eius in-
telligantur, siue quia æternam miseriam eis, quos
decipiunt, acquirunt, siue quia & ipsi æternæ mi-
seriæ deputati sunt. Eleganter tanè ad exprimen-
dam multo euidentius prophetiam Iephte respon-
dit senioribus Galaad. Nõne uos odio habuistis me
& eiecistis me de domo patris mei, & emisistis me
a uobis? & quid est, quod uenistis quando tribulati
estis? Inde aliquid figuratum est in Ioseph, quæ fra-
tres uendentes abiecerunt: & cum fame tribularen-
tur, ad eius opem, misericordiamque cõuersi sunt.
Hic uero multo amplius elucet significatio futuro-
rum, quod non ipsi prorsus fratres, qui eiecerunt Ie-
phte ad eum uenerunt, sed Galaad seniores pro uni-
uerso illo populo supplicantes: sicut eadem gens di-
citur Israel, siue in eis, qui tunc fuerunt, Christum-
que reprobauerunt, siue in eis, qui ad eius opem po-
stea reuersi sunt. Populo enim dicitur inimico siue
in maioribus siue in posteris suis longa odia trahẽ-
ti atque seruanti, tandemque conuerso in eis, qui
tunc conuertendi sunt: Nonne uos odio habuistis
me, & eiecistis me de domo patris mei? Hoc enim
eis uisum est, qui persecuti sunt, quod eiecerunt
Christum de domo Dauid, in qua regni non erit fi-
nis. Et dixerunt senior es Galaad ad Iephte. Non sic
modo uenimus ad te: tanquam dicerent Iudæi con-
uersi ad Christum; tunc uenimus, ut persequeremur.
Profitentur etiam aduersus inimicos eum fu-
turum sibi caput. Respondet etiam ille, qui eorum
uicerit inimicos; quod erit eis in principem; quod

Gedeon noluit, cum id Israelitæ uoluissent. Respon-
dit quippe illis: Princeps uester Dominus erit. Rex
enim nomine principis significatur, quem nondũ
habebat gens illa tempore iudicum, Cœperunt au-
tem habere Saulem, & deinde alios successores eius
qui in libris regum leguntur. Nã in Deuteronomio
cum eis præcipitur, qualem debeant habere regem,
si hoc eis placuerit: non ibi rex, sed princeps appel-
latur: sed quia iste Iephte illum figurabat, qui uerus
est rex: quod etiam in titulo scriptum fuit, qui cruci
eius affixus est, quem Pilatus delere uel emenda-
re ausus non est: ideo credendum est esse dictum:
Ero uobis in principem. Illi autem dixerunt. Eris
nobis in caput. quoniam caput uiri Christus: & ipse
est caput corporis ecclesiæ. Denique postea iquam
eos liberauit Iephte ab omnibus inimicis, non eis
factus est rex, ut intelligeremus illud, quod dictum
est ad prophetiam potius pertinuisse de Christo,
quã ad ipsum proprie Iephte de quo scriptura nar-
rationem ita concludit. Et iudicauit Iephte Israel
sex annis, & mortuus est Iephte Galaadites, & sepul-
tus in ciuitate sua Galaad. Iudicauit ergo Israel si-
cut cæteri iudices: non ibi regnauit ut princeps, si-
cut ij, qui in regnorum uolumine continentur. Iã
uero, quod postea quam eis idem Iephte cõstitutus
est, misit nũrios ad hostes primum pacis uerba por-
tantes, illud ostenditur, quod ait Apostolus, in quo
Christus loquebatur. Si fieri potest, quod ex uobis
est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Ver-
ba porrò ipsa, quæ mandauit Iephte omnia pertra-
ctare, nimis longum est festinantibus ad alia nobis.
Videntur tamen mihi sic intelligenda quantum at-
tinet ad significationem futurorum, ut in eis aduer-
tatur doctrina Christi. Admonet nos quemadmo-
dum sit ambulandum, hoc est uiuendum inter eos,
qui non secundum propositum uocati sunt. Nouit
enim Dominus, qui sunt eius. Iam uero quod cum
esset debellaturus inimicos, factus est super eum spi-
ritus Domini, significatur Spiritus sanctus imperti-
tus membris Christi. Quod autem pertransit Gala-
ad & Manassè, & transijt speluncam Galaad ad trãs
filios Ammon, proficientia significantur membra
Christi ad uictoriam de inimicis reportandam. Gala-
ad quippe interpretatur abiciens, & Manassè ne-
cessitas. Transcendendi sunt ergo a proficientibus
abicientes, id est contemnentes, transeunda & ne-
cessitas, nè fortè cum transierit, qui proficit, cedat
terrentibus. Transeunda etiam specula Galaad, quæ
Galaad, etiam reuelatio interpretatur. Est autem
specula altitudo ad aspiciendum uel despiciendum,
id est desuper aspiciendum. Specula itaque Galaad
congruenter mihi uidetur significare superbiam re-
uelationis. Vnde dicit Apostolus. Et in magnitudi-
ne reuelationum ne extollar. Ergo & ipsa transeun-
da est, id est non est in ea manendum, propter cadẽ-
di periculum. His pertransitis facile superantur ini-
mici: quod significat dicendo; & ab specula Galaad
transijt ad filios Ammon: de quibus inimicis iã su-
pradiçtũ est. Et uouit Iephte uorũ, & dixit. Si tra-
dideris mihi filios Ammon in manu meam, quicũq;
primus exierit de ianuis domus meæ obuiã
mihi, in reuertendo me a filiis Ammon in pace, offerã
eum

Iudic. 11. eum holocaustoma Domino. Quemlibet in hoc lo-
co cogitauerit Iephte secundum cogitationem hu-
manam, non uideretur unicam filiam cogitasse. Alio
quin non diceret cum illã cerneret occurrisse. Heu
filia mi: impedisti me, in offendiculum facta es in
oculis meis. Impedisti enim ira dictum est, tanquam
se ad hoc impeditum iudicauerit, ne illud, quod co-
gitarat, impleteret. Sed quem potuit cogitare primi-
tus occurrentem, qui liberos alios non habebat? An
coniugem cogitauit: & ut hoc fieret Deus noluit: &
ut non relinqueret impunitum, ne quis deinceps id
auderet: & ut magna prouidentia ex hoc quoque
ipso, quod accidit, sacramentum ecclesiæ figuraret?
Ex utroq; igitur prophetia coaptata est, ex eo quod
uouens cogitauit, & ex eo quod nolenti contingit.
Si enim coniugem cogitauit: coniunx Christi eccle-
sia est. Propterea relinquet homo patrem & matrẽ,
& adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.
Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est (inquit Apostolus)
ego autem dico in Christo & in ecclesia. Sed quia
huius Iephte coniunx uirgo esse non potuit in eo q
filia potius occurrit, & inulta non remansit: pro-
hibitum sacrificium, uouentis audacia, & uirgini-
tas ecclesiæ figurata est. Nec abhorret a uero, q
fil-
iæ nomine eadem significatur ecclesia. Nam post
Luca. 8. alterius typum gerebat etiã illa mulier, cui pos-
tactam sumbriam (suam sanata ait Dominus. Filia
fides tua saluam te fecit: uade in pace. Et certe,
unde nullus ambigit, discipulos suos ipse sponsi fi-
lios appellauit, se apertissime iudicans sponsum.
non possunt (inquit) ieiunare filij sponsi quam-
diu cum illis est sponus. Holocaustoma ergo erit
ecclesia, quam uirginem castam beatus Apostolus
appellat: quando in resurrectione mortuorum fiet
in uniuersa, quod scriptum est, Absorpta est mors
in uictoria. Tunc tradet regnum Deo & patri, quod
regnum ipsa ecclesia est, cuius figuram uouens ille
geltabat. Sed quoniam tunc fiet, cum comple-
ta fuerit sexta ætas seculi, ideo sexaginta dierum
ad deplorandam uirginitatem dilatio postulata
est. Ex omnibus quippe ætatibus ecclesia congre-
gatur. Quarum prima est ab Adam usque ad di-
luuium, secunda a diluuius usque ad Abrahã,
Y tertia ab Abraham usque ad Dauid, quarta a De-
uid usque ad transmigrationem in Pabyloniam,
quinta ab hac transmigratione usque ad uirginis
partum, sexta inde usque in huius seculi finem.
Per quas sex ætates tanquam per sexaginta dies fle-
uit sancta uirgo uirginalia sua, quia licet uirgi-
nalia, tamen fuerant peccata deslenda, propter
quæ uniuersa ipsa uirgo toto orbe diffusa quoti-
die dicit. Dimitte nobis debita nostra. Eol-
dem autem sexaginta dies, duos menses maluit
appellare, quantum existimo propter duos ho-
mines: Vnum, per quem introiuit mors, alte-
rum, per quem resurrectio mortuorum; propter
quos etiam duo testamenta dicuntur. Quod ue-
rò factum est in præcepto in Israel: Ex diebus in dies
Iudic. 11. cõueniebãt lamentari filia Iephte Galaaditidẽ qua-
ternos dies in anno: nõ puto significare aliquid post
impletũ holocaustoma, quod erit in uita æterna, sed
præterita tempora ecclesiæ, in quibus erant beati

gentes. Quatriduo autem figurata est eius uniuersi-
tas propter quatuor partes orbis, per quas longe
lateque diffusa est. Ad historiæ uero proprieta-
tem non arbitror hoc decreuisse Israelitas, nisi
quia intelligebat in ea re iudicium Dei magis ad Z
percutiendum patrem fuisse depromptum, ne tale
sacrificium deinceps ullus uouere auderet. Nam
quare luctus & lamentatio decerneretur, si uotum
illud lætitiæ fuit? Sic autem & illud, quod populus
Ephrem postea ab eodem Iephte debellatus est, ad
iudicium Dei, quod erit in fine, referendum est:
sicut ipse Dominus dicit. Eos qui noluerunt me re-
gnare sibi, adducite huc & interficite coram me, Luc. 19.
Nec ibi quadraginta duo millia uacanti numero Iudi. 12.
commemorati sunt. Sicut enim illi duo menses pro-
pter sexaginta dies senarium numerum sex ætatum
significant, ita & ibi sexies septenarius ductus hoc
idem figurat, quantum ad sex ætates seculi pertinet.
Sexies etenim septem quadraginta duo sunt. Nec
frustra & ipse Iephte sex annis populum iudicauit, Ibidem.

*J N S P E C U L V M D E
mysterijs Ecclesiæ Prologus.*



De sacramentis ecclesiasticis
ut tractarem, eorumque
mysticam dulcedinem uo-
bis exponerem, uestra roga-
uit dilectio. Cum autem li-
bentius, quia facilius & au-
dentius, logicas quàm theo-
logicas (iure cõsuetudinis)
re uoluam sententias: dubitare cœpi, an contradice-
re, an potius scribere mallet. Mox uero illud reco-
lens, quod omne bonum communicatum pul-
chrius elucescit, quum communicatur, consequen-
ter stilum ad scribendum conuertit, eius inuocato
auxilio: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & ne-
mo aperit. Desideratum itaque libellum interno
fluentem nectare, uelut fauum mellis, uestræ propi-
naui intelligentiæ: quem quia in eo speculari licet
quid mystice repræsentent singula in ecclesia, Spe-
culum ecclesiæ inscribi placuit. Apoc. 3.

*Sequuntur Speculi ecclesiæ
Capita.*

<i>De ecclesia.</i>	<i>Ca. I.</i>
<i>De dedicatione ecclesiæ.</i>	<i>Ca. II.</i>
<i>De officijs horarum Canonicarum.</i>	<i>Ca. III.</i>
<i>De seruitio totius anni.</i>	<i>Ca. IIII.</i>
<i>De ordinibus clericorum.</i>	<i>Ca. V.</i>
<i>De uestimentis sacris.</i>	<i>Ca. VI.</i>
<i>De celebratione missæ.</i>	<i>Ca. VII.</i>
<i>De occultis scripturarum p̄teritis, & noui testa- menti.</i>	<i>Ca. VIII.</i>
<i>Desupernis secretis, quæ hic sciri licet.</i>	<i>Caput. IX.</i>

B **E**cclesia igitur, in quam populus conuenit ad laudandum Deum, significat ecclesiam sanctam catholicam, quæ construitur in cælis uinis ex lapidibus. Hæc est domus Domini firmiter ædificata. Angularis fundamentum lapis Christus missus est. Super hoc autem, non præter hoc, fundamentum est Apostolorum & prophetarum: sicut scriptum est: Fundamenta eius in montibus sanctis. *Superædificari parietes, Iudæi sunt & Gentiles, de quatuor mundi patribus uenientes ad Christum. Omnes lapides expoliti sunt & quadrati id est sancti, mundi atque firmi: qui per manus summi artificis disponuntur permanuri. Quorum quidam feruntur, & non ferunt, ut simplices in ecclesia. Alij feruntur & ferunt, ut mediij: Alij tantum ferunt & non feruntur nisi a solo Christo, qui est singulare fundamentum. In hoc enim edificio quanto quis differentius excellit, tanto humilior plus ædificij subleuat. Omnes una charitas more cæmenti conuigit, dum uini lapides pacis compage ligantur. Turres autem prædicatores sunt & prælati ecclesiæ, qui sunt munimenta & defensio eius. Vnde sponsus ad* *Ph. 2.* *Phal. 86.* *Cant. 4.* *Eph. 5.* *1. Cor. 9.* *1. Pet. 4.* *Ioan. 19.*

E sponsam in Canticis canticorum sic loquitur. Column tuum sicut turris Dauid, ædificata cum propugnaculis. Gallus, qui superpositus est, prædicatores representat. Gallus enim noctis profundæ peruigil, horas eius diuidit cantu, dormientes excitat, diem appropinquantem præcinit, sed prius seipsum uerberare alarum ad cantandum excitat, Notate singula mystice, non enim est hic quicquam ociosum. Dormientes sunt filij huius seculi in peccatis iacentes. Gallus, chorus prælatorum, qui districte prædicat, dormientes excitat, ut abijciant opera tenebrarum, clamantes, *Ve dormientibus: Exurge, qui dormis. Lucem uenturam prænuntiant, dum diem iudicij & futuram gloriam prædicant. Prudenter autem antequam alijs prædicet, uirtutibus se a somno peccati excitantes, corpus suum castigant. Vnde Apostolus, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Hi etiam uertunt se contra uentum, quando increpando & arguendo contra rebelles fortiter dimicant uel resistunt, ne lupo ueniente quandoque fugisse arguantur. Virga ferrea, in qua gallus sedet, rectum representat sermonem prædicantis, ut non loquatur ex spiritu hominis, sed Dei secundum scripturas: iuxta illud. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Quod uirga est supra per crucem posita, innuit sermonem scripturarum per crucem consummatum esse & confirmatum. Vnde ait Dominus in passione: Consummatum est. Et titulus eius super eum indelebiter scriptus est. Tholus, super quem crux ponitur, perfectionem per rotunditatem significat, quoniam perfectæ & inuolate fides catholica prædicanda est & tenenda. Quam nisi quisque integram inuolatamque serauerit, absque dubio in æternum peribit. Vel tholus mundum significat precio crucis redemptum; propter quod crux ponitur super ipsum. Gallus supra crucem positus significat, quod hoc debet prædicator astruere, quod Christus per*

crucem suam redemit mundum. Prinnaculum turris, mentem uel uitam prælati, quæ tendit ad alta, re præsentat. Campanæ (quarum sonoritate populus ad ecclesiam conuocatur) prædicatores mysticant, qui quia ad multa sunt necessarij, multis designantur uocabulis. Plectrum, quod ex utraque parte sonum elicit, lingua prædicatoris est, quæ utrumque testamentum resonare facit. Lignum, unde pendet campana, crucem significat: ligatura charitatem, per quam charitatem prædicator cruci adstrictus gloriatur, iuxta illud: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Chorda uita est, & humilitas prædicatoris. unde Apostolus, qui propter alios condescendit. Siue excedimus propter Deum, siue condescendimus propter nos. Annuli in fune, perseuerantia uel corona præmij. Fenestræ ecclesiæ uitæ scripturæ sunt diuinæ, quæ uentum & pluuiam repellunt, id est nociua prohibent: & dum claritatem ueri solis in ecclesiam per diem transmittunt, inhabitantes illuminant. Hæc intus latiores sunt: quia mysticus sensus amplior est, & præcellit literali. Has frequentant prædicatores, qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas. Item per fenestras quinque sensus corporis significantur, qui extra stricti esse debent, ne uanitates hauriant, & intus patere ad bona spiritualia. Ostium Christus est. unde in euangelio, Ego sum ostium, dicit Dominus. Columnæ doctores sunt, qui templum Dei per doctrinam (sicut thronum Dei euangelistæ) spiritualiter subleuant. Hi pro sonoritate eloquij diuini, argentæ dicuntur columnæ: iuxta illud in Canticis canticorum. Columnas fecit argenteas. Reclinatoria contemplatiuos designant, in quibus Deus sine offensa requiescit. Qui quia summam diuinitatem, & æternæ uitæ claritatem contemplantur, auto comparantur, unde in prædictis Canticis dictum est. Reclinatorium fecit aureum. Tigna sunt, quæ spiritaliter subleuant. Laquearia, quæ ornant uel roborant de quibus (quia per uita non putrescunt) in eisdem gloriatur canticis sponsa dicens. Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cupressina. Deus, n. sibi ecclesiam construxit uinis ex lapidibus, & lignis imputribilibus; iuxta illud, Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, id est Christus de sanctis castitate candidatis. Cancellus humilior reliquo corpore ecclesiæ mysticat quanta humilitas debeat esse in clero: iuxta illud, Quanto maior es: tantum humilia te in altare omnibus. Altare Christum significat, sine quo nullum munus patri offertur acceptabile. Vnde ecclesia ad patrem orationes solet dirigere per Christum. Veiimenta, quibus altare ornatur, sunt sancti, de quibus propheta ad Deum loquitur dicens. His omnibus sicut uestimento uestieris. Gradus, quibus ascenditur ad altare, spiritaliter demonstrant Apostolos & martyres Christi, qui pro amore eius sanguinem suum fuderunt. Sponsa in Canticis canticorum uocat ascensum purpureum, Quindecim quoque uirtutes exprimuntur, quæ per quindecim gradus, quibus ascendebatur in templum Salomonis, significatur, & a propheta in quindecim psalmis continue demonstrantur, quas uir beatus ascensionem in corde suo disposuit. Hanc uidit Iacob

G **G**ala. 6. **2. Cor. 5** **Esa. 60.** **Ioan. 10** **Can. 3.** **Cant. 3.** **Cant. 1.** **Cant. 3.** **Eccl. 3.** **Esa. 49.** **Cant. 3.**

les quid significat. *Phal. 83.* *Gen. 28.* *Matt. 5.* *Ibidem.* **Cant. 1.** **Phal. 15.** **Phal. 25.** **K** **Cant. 3.** **Signi Crucis significatio & uirtus.** **L** **Cant. 6.** **Gen. 28.** **Apoc. 21** **Phal. 86.** **Regnū Dei quam gloriosum.** **M** **1. Pet. 1.**

scalam, summitas cuius cælos tangebatur. Luminaria ecclesiæ sunt illi, quorum doctrina fulget ecclesia ut sol & Luna. Quibus uoce Domini dicitur. Vos estis lux mundi: Et bonorum operum exempla. unde ipse admonens ait. Luceat lux uestra coram hominibus. Quod ecclesia intus ornatur festiue, non extramoraliter innuit, quod omnis gloria eius ab intus est. Licet enim sit exterius despicibilis, in anima tamen, quæ sedes Dei est, radiat, unde dicit: Nigra sum, sed formosa. Hinc dicit, Etenim hæreditas mea præclara est mihi. Hoc propheta considerans ait. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Quam spiritaliter exornat fides, spes, charitas. Crux triūphalis in medio ecclesiæ ponitur, eo quod in medio cordis ecclesia redemptorem suum diligit, qui media charitate construit propter filias Hierusalem. Quam ut signum uictoriæ uidentes, dicant omnes, & dicant singuli: Aue salus totius seculi, arbor salutifera. Quare ne tradatur unquam obliuioni circa nos Dei dilectio, qui ut seruum redimeret, filium unicum tradidit, hoc signo armat se ecclesia in pectore, & fronte, significans crucis mysterium corde credendum, & manifeste ore confitendum. Cuius in Ægypto figura præcessit. Dum autem signamus nos a fronte deorsum, deinde a sinistra ad dextram, illud exprimimus mysterium, quod Deus inclinauit cælos, & descendit, ut doceret præferre æterna temporalibus. Per hoc autem signum confunditur ciuitas diaboli. Triūphat ecclesia terribilis ut castrorum acies ordinata. Terribilis est (inquit) locus iste: non est hic aliud nisi domus Dei. De qua dicitur: Vexilla regis prodeunt, fulget crucis mysterium. Quam frequentant agmina cœlica. De qua scriptum est. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cælo. Ecclesia enim hic militat, in patria regnat: pars peregrinatur, & pars gloriatur. Quæ peregrinatur, ascensum de exilio per desertum suspirat ad patriam, de super flumina Babylonis ad supernam Hierusalem, quæ assidue uidens pacem, festum agit continuum. Vrbs beata Hierusalem dicta pacis uisio. Quam gloriosum regnum? Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Cuius custodes ciues sunt cælorum, exercitus angelorum, cum claris senatu Apostolorum, prophetarum cum patriarchis, purpurata martyrum agmina, flores uirginei, uernans chorus confessorum, & uniuersalis circumdata uarietate sanctorum societas, casta generatio cum claritate. Hanc tanquam admirandam cæli curiam mirifice adornat gemma illa singularis & incomparabilis, quæ mater, & uirgo. Nec primam similem uisa est, nec habere sequentem. De uisione autem ipsius regis quanta sit omnium admiratio, & uoces in laudes eius cõsonæ, solis illis notum est, qui inter eos interesse meruerunt, & mysterium Trinitatis, & gloriam Christi uidere, cui assistant angelorum chori, in quem angeli desiderant semper prospicere. Ad huc regem immortalem uidentem faciem ad faciem præparat se præsens ecclesia: & dum hic agit festa temporalia, patriæ suæ festiua & æterna recolat gaudia, ubi sponsus angelicis laudatur organis. Omnesque sancti diem magnæ festiuitatis, quam fecit Dominus continue celebrant.

tes, in epithalamijs laudare non cessant sponsum immortalem, speciosum forma præ filijs hominum, qui ecclesiam sibi gratuita elegit clementia. De qua ut ab æterno præuiderat, ait. Ibo ad montem myrrhae, & ad collem thuris; & loquar sponsæ meæ. Pro qua exultauit ut gigas ad currendam uiam, dum factus est egressus eius a patre, regressus eius ad patrem: excursus usque ad inferos, recursus ad sedem Dei: ut omnes electos a principio usque ad finem mundi unum regnum in uisione summæ Trinitatis faciat, in qua gloriatur unus per cuncta secula Deus.

De dedicatione ecclesiæ. Cap. II.



O Vanto autem studio, & amore Christo sibi sponsam ornat, & præparat ad cælestem dedicationem, per temporalem ecclesiæ dedicationem ex parte significatur. Pontifex enim ter circuit ecclesiam dedicandam, aspergens eam aqua benedicta, clero & populo sequente. Interim extrinsecus & intrinsecus duodecim ardent luminaria. Quoties ad portam uenitur, propter mysterium clausam episcopus percussit superliminare uirga pastoralis dicens, Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Diaconus respondet. Quis est iste rex gloriæ? Cui Pontifex: Dominus uirtutum ipse est rex gloriæ. Tertia nice reserato ostio intrat cum clero & populo dicens. Pax huic domui. Deinde cætera peragit, quæ ad dedicationem pertinent. Quæ autem hic sunt uisibiliter, omnia in anima per inuisibilem uirtutem Deus operatur, quæ uerum templum Dei est: ubi fides fundamentum facit, spes erigit, charitas consummat. Ipsa etiam ecclesia catholica una ex multis lapidibus adunata, templum Dei est: quia multa templa unum templum, quorum unus Dominus & una fides. Domus ergo dedicanda, est anima sanctificanda, aqua pœnitentia, sal sapientia, trina aspergio trina immersio baptizandi, luminaria duodecim totidem Apostoli crucis mysterium prædicantes, pontifex Christus, uirga eius potestas, trina percussio cælestium terrestrium & inferorum dominatio, ut trina rerum machina flectat genu iam subdita. Interrogatio inclusi ignorantia populi, apertio ostij, euacuatio peccati. Pontifex intrans pacem domui precatur, & Christus ingrediens mundum pacem inter Deum & homines facit, deinde prostratus pro sanctificatione Dominum orat, & Christus humiliatus ad passionem, pro discipulis, & credituris hominibus orabat dicens. Pater sanctifica eos in ueritate. Surgens non salutat, sed orat tantum, quia non est applaudendum ijs, qui nondum sanctificati sunt, sed pro ipsis orandum. Descriptio alphabeti in pauimento est simplex doctrina fidei in corde humano. Versus a sinistro angulo orientis ductus in dextram occidentis, & aliter a dextera orientis in sinistram occidentis, crucem exprimunt, & collectionem utriusque populi figurant: iuxta illud quod Iacob cancellatis manibus filios Ioseph benedixit. Licet enim ab oriente transiens Christus, tamē in sinistra reliquit Iudeos, qui in fideles,

Cant. 4 **Phal. 18** **Phal. 23.** **Anima uerum Dei templum.** **1. Pet. 17** **Gen. 48.**

fideles, & uenit ad gentes: quibus (licet fuissent in occidente) dat esse in dextera: & tandem a gentibus in dextera positus orientis transiens uisitabit Iudaeos in sinistro angulo occidentis, quos constat esse de terrioribus quam prius Gentiles inuenerit. Cambuca, qua scribitur, mysticat ministerium doctorum, quo facta est conuersio Gentium & perficienda Iudaeorum. Quod deinde stans ante altare Deum in adiutorium inuocat, significat eos, qui percepta fide ad pugnam se praeparant. Et quia adhuc sunt in certamine, quasi inter suspiria, nondum alleluia adiungitur. Post hoc aqua benedicitur, cum sale & cinere etiam addito uino aquae mixto. Aqua est populus, sal doctrina, cinis memoria passionis Christi. Vinum aquae mixtum Christus Deus & homo, uinum diuinitas, aqua humanitas. Sic populus sanctificatur doctrina fidei, & memoria passionis, iunctus suo capiti Deo & homini. Vnde altare & ecclesia interius aspergitur, ut intus (sicut extra) spiritualis ecclesia sanctificanda ostendatur. Asperforium de hyssopo humilitas est, qua aspersa mundatur ecclesia catholica. Circuit aspergendo quasi lustrans, & curam omnibus impendens. Interim cantatur. Exurgat Deus, & dissipentur &c. Responsorium eius cum antiphona, quam sequitur alia. Qui habitat in adiutorio Altissimi. Et pontifex cantat. Domus mea domus orationis uocabitur. Et item: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et quia sine Deo nullum opus proficit, in consummatione orat, ut exaudiantur beneficia ibi ingredienti petiti. His factis uenit ad altare cantans: Introibo ad altare Dei, cum psalmo toto &c. & quod remansit de aqua ad basim altaris effundit, committens Deo, quod excedit uires humanas in tanto sacramento. Dehinc altare lintheo extergitur. Altare Christus est, lintheum caro eius tionibus passionis ad candorem & gloriam immortalitatis perducta. Hinc pontifex offert super altare thus in modum crucis accensum in medio altaris, & per quatuor angulos eius crucem facit de oleo sanctificato. Deinceps cruces tres per singulos parietes ecclesiae de eodem oleo chrismantur: & sic perfecta consecratione altare albo uelamine operitur. Incensum orationes, oleum gratiam Spiritus sancti demonstrat. Cuius plenitudo (sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron) descendit in Apostolos, eorumque discipulos, qui crucis mysterium per quatuor climata mundi Domino cooperante praedicauerunt. Album uelamen immortalitatis mysticat laetitiam, de qua filius exultat patri dicens, Concidisti saccum meum, & circum dedisti me laetitia.

cer nocte, diluculo, primam, tertiam, sextam, nonam, uesperas, completorium. Quia dignum est, ut homo, qui corpus gerit ex quatuor elementis, quater respectu noctis, & quater respectu diei, per diem naturalem Deum placare sibi lattagat. Et cum omni tempore laudandus sit Deus, potissimum in praedictis horis laudatur ab ecclesia, in quibus opera praeceteris insignia dignatus est facere. Nocte enim media natus est de uirgine: diluculo surrexit: hora prima mulieribus ab angelis annuntata est resurrectio, hora tertia Spiritus sanctus inflammavit Apostolos: hora sexta crucifixus est Dominus, scilicet mundi redemptor: hora nona emisit spiritum pro salute mundi. In uesperis commemoramus aduentum Domini in mundi uespere. In completorio completum erit gaudium sanctorum in die generalis retributionis. Merito ergo media nocte sicut per prophetam monemur, surgendum est: quia dum quietum silentium tenerent omnia, exortum est lumen in tenebris, id est Christus, ut illuminaret sedentes in tenebris. Tempore noctis natus est de uirgine in principio officij huius horae, quia somno prius dominante conticuimus, dicitur: Domine labia mea aperies: quia Non est laus speciosa in ore peccatoris, nisi ipse in laudem sui labia aperire dignetur. Deinde diuinum inuocamus auxilium: postea glorificamus Deum in Trinitate personarum, sicut aeternaliter ei est gloria. Sequitur inuitatorium alta uoce, per quod mater ecclesia inuitat omnes, iuxta illud. Filij, audite me. Quod autem hoc in Epiphania praetermittitur, ideo est quod Magi primitiae gentium a nullo inuitati, iuxta illud: Nemo nos conducit: uenerunt regem caeli adorare. Et nota, quod humilis uox praemittitur, sed conuenienter ad inuitatorium exaltatur: quia ecclesia secreto quasi clauso ostio laudat Deum propter se, sed manifeste propter alios, ut accendat ardor proximos. Sequitur hymnus, qui est laus Dei cum cantico, uel uox humana in laudem Dei metrica composita: quia post inuocationem multi consequenter laudat Deum cum laetitia iuxta illud: Audiuit & laetata est Sion. Postea psalmi, qui opera significant sequuntur, duodecim uel nouem, quatenus per duodecim horas noctis a negotio perambulante in tenebris diuina defendamur uirtute, & nouem ordinibus angelorum mereamur coniungi: illisque sociatos nos esse, quorum festa agimus, monstremus. Per hoc autem, quod in dominicis noctibus duodecim psalmos in primo nocturno canimus, numerum patriarcharum, & prophetarum, atque Apostolorum memoriae commendamus, & quod quatuor psalmos una glorificatione trinitatis copulamus, eos significat in una fide Trinitatis quatuor uirtutes cardinales habuisse, & alij exempla monstrasse, scilicet prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Quod psalmi alternatim cantantur, innuit alternam sanctorum ad bene operandum exhortationem, Antiphonae charitatem exprimunt, quae numerum psalmorum habet propter causas supradictas de psalmis. In non festis diebus duodecim psalmos canimus pro singulis horis noctis, in quibus Deo seruandum est: & sex antiphonis binos psalmos copulando, quia charitas necessaria per sex aetates opus Dei & proximi coniungitur. Quod ab uno singulariter incipitur antiphona & a caeteris communiter cantatur, significat quod Deus prior dilexit nos, & nos dilectioni eius coniter respondere debemus. Pneuma in fine loquitur ineffabile gaudium. Post psalmos & antiphonas exclamatur uersus acuta uoce, ad excitandos animos, ne in opere uel cogitatione in amore diuino quandoque pigremur, & ut uertamus nos ad orientem, & toto corpore ad Deum. Sequitur dominica oratio ad mundanda corda, & corpora nostra: & cum communi assensu terminata propter sanctorum communionem. Lecturus dicens uicario Christi, lube domine benedicere: principatum ecclesiae innuit, & quam larga potestas benedicendi illi tradita sit, cui iubere datum est. Quod autem sacerdos orat, ut Dominus benedicat, sapienter per Christum benedicit, qui totius fons est benedictionis. Accepta benedictiones singulas lectiones singula sequuntur responsoria. Lectionibus itaque praedicamus. Responsoria sunt bona opera, unde sic pulchre dicuntur, quia per ea respondemus. Pulchre enim respondet praedicationi, qui quod audiuit, implet opere. Numerus istorum idem gerit mysterium, quod numerus psalmorum. Tres turbae lectionum & responsorium notant sanctos trium temporum participare gloria dominicae resurrectionis, quae nocte dominicali uel festiua ad memoriam reducit. Ternarius numerus in singulis nocturnis, fidem trinitatis designat in tribus temporibus. Quaternarius apud monachos stabilitatem quadratam & euangelicam in sanctis exprimit, uel quadruplicem sensum scripturarum (propter quadrigas Aminadab) id est historiale, allegoricum, tropologicum, & anagogicum. Ut Hierusalem intelligitur ciuitas terrena, & ecclesia, & quaelibet fidelis anima, & superna patria. Sequitur alta uoce: Te Deum laudamus. per quod monstratur quam manifeste, & mirifice laudet ecclesia Deum in tempore gratiae. Deinde sacerdos per uersum exhortatur, ut in laude Dei permaneat.

Officiu nocturnum. Sap. 18. Psal. 111. Luc. 1.

R Domine labia mea aperies: cur in principio officij dicitur. Psal. 50. Eccl. 15. Gloria patri &c. Inuitatorium. Psal. 33. Cur in Epiphania mittatur inuitatorium. Mart. 20. Hymus. Psal. 96. Psalms cur duodecim, uel nouem. Psal. 90. Quare in dominicis diebus in primo nocturno duo decim psalmos canimus. Cur quatuor psalmi sub una antiphona. Psalmi alternatio.

T Antiphona. Nocturnum feria.

Antiphona cur ab uno incipitur, & a caeteris communiter cantatur.

Ternarius numerus lectionum, & responsorium.

Psal. 62.

Exo. 14.

necessaria per sex aetates opus Dei & proximi coniungitur. Quod ab uno singulariter incipitur antiphona & a caeteris communiter cantatur, significat quod Deus prior dilexit nos, & nos dilectioni eius coniter respondere debemus. Pneuma in fine loquitur ineffabile gaudium. Post psalmos & antiphonas exclamatur uersus acuta uoce, ad excitandos animos, ne in opere uel cogitatione in amore diuino quandoque pigremur, & ut uertamus nos ad orientem, & toto corpore ad Deum. Sequitur dominica oratio ad mundanda corda, & corpora nostra: & cum communi assensu terminata propter sanctorum communionem. Lecturus dicens uicario Christi, lube domine benedicere: principatum ecclesiae innuit, & quam larga potestas benedicendi illi tradita sit, cui iubere datum est. Quod autem sacerdos orat, ut Dominus benedicat, sapienter per Christum benedicit, qui totius fons est benedictionis. Accepta benedictiones singulas lectiones singula sequuntur responsoria. Lectionibus itaque praedicamus. Responsoria sunt bona opera, unde sic pulchre dicuntur, quia per ea respondemus. Pulchre enim respondet praedicationi, qui quod audiuit, implet opere. Numerus istorum idem gerit mysterium, quod numerus psalmorum. Tres turbae lectionum & responsorium notant sanctos trium temporum participare gloria dominicae resurrectionis, quae nocte dominicali uel festiua ad memoriam reducit. Ternarius numerus in singulis nocturnis, fidem trinitatis designat in tribus temporibus. Quaternarius apud monachos stabilitatem quadratam & euangelicam in sanctis exprimit, uel quadruplicem sensum scripturarum (propter quadrigas Aminadab) id est historiale, allegoricum, tropologicum, & anagogicum. Ut Hierusalem intelligitur ciuitas terrena, & ecclesia, & quaelibet fidelis anima, & superna patria. Sequitur alta uoce: Te Deum laudamus. per quod monstratur quam manifeste, & mirifice laudet ecclesia Deum in tempore gratiae. Deinde sacerdos per uersum exhortatur, ut in laude Dei permaneat.

Sequitur matutinale officium: de quo propheta. Ad te de luce uigilo Deus. Per hoc officium recolimus populum Israeliticum (in figura nostri) mare rubrum transisse, & hostibus submersis Domino laudes cecinisse: quod in uigilia matutina Exodus monstrat factum fuisse. In hoc etiam dominicam recolimus resurrectionem, & nostram pronuntiamus futuram, initio claritatis secundae stolae. unde hoc officium praedictis de causis plenum est laudibus. In principio huius diuinum inuocamus auxilium. Deinde glorificamus Deum, summam Trinitatis fidem confitentes, quae est fundamentum totius boni operis. In hac hora quasi quinque psalmos ad muniendum quinq; sensus corporis canimus. Mystice etiam per primum psalmum primitiua ecclesia de Iudeis designatur: per secundum secundaria de gentibus: per tertium, cui alius psalmus sub uno coniungitur Gloria patri, mysterialiter innuitur, quod uterque populus in fine mundi sub una fide confitebitur: per quartum (quem pueri in camino ignis cantauerunt) figuratur Antichristi tribulatio, quam uterque populus pro fide Christi patietur. Per tres

psalmos Laudis (quasi unus sub una gloria demum coniunguntur) tres ordines ecclesiae, quos Iob, Noe, Daniel exprimunt, cum ipso ecclesiae in laude epithalamica gloriose regnaturi significantur. Vel octo psalmi exprimunt octo ordines, qui per baptismum in ecclesia (sicut octo anime per diluuium) in arca saluantur. Primus notatur per primum psalmum, prima ecclesia aedificata per Apostolos conuersans in Iudaea. secundus per secundum, de Iudaeis transiens ad gentes, Apostolis praedicantibus ubique: tertius credens gentilitas: quartus respiciens Iudaea. Sed tertius & quartus sub una gloria iunguntur, quia Gentiles & Iudaei in unitatem fidei coniunguntur, antequam ueniat persecutio Antichristi. Sub quo quintus ordo benedicit Deum sicut pueri in fornace. Sextus, & septimus, & octauus collecti ex Africa, & Asia, & Europa, post Antichristum pace fruuntur. Vnde tres ultimi psalmi fluunt laudibus, qui sub una dicuntur gloria & coniunguntur: quia illi tres ordines simul erunt, & pariter glorificabuntur. Post psalmos fit exhortatio per capitulum, ne deficiamus in uia: cui chorus assentiens hymnum resonat. Rursus quoque excitati per prophetiam Zachariae Deum benedicimus, recolentes quod fecit redemptionem sicut locutus est per os sanctorum, & iurauit ad Abraham patrem nostrum. Interim sacerdos cum thuribulo incensat altare. Thuribulum est cor hominis, ignis charitas, incensum oratio: quas suauiter Deo redolet, cum per ignem diuini flagrescit amoris. Vnde propheta. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Quaelibet antiphona charitatem exprimit, sine qua opera, quae per psalmos significantur, non profunt. Quod autem antiphona ante psalmum incepta, post psalmum decantatur integre, significat quod charitas hic initia post hanc uitam consummabitur aeternaliter: & hoc erit in laetitia inenarrabili. Vnde Pneuma subiungitur, quod ineffabile gaudium eternae uitae indicat. Quod tantum est, quod dum hic praegustatur, nec penitus exprimi, nec penitus taceri potest. Vnde ecclesia uerbis demissis iubilando cum pneumate in admirationem profilit: ac si dicat. Quae uox, quae poterit lingua retexere? Hic enim uerba non sufficiunt, nec intellectus: nec tamen amor sinit tacere. Sic itaque ecclesia pneumatizando expressius quodammodo (mirum loquor) sine uerbis quam per uerba innuit, quantum sit gaudium caeli, ubi uerba cessabunt, cum omnes omnia scient. Post pneuma sequitur oratio, ut actio nostra, quae per Deum incipit, ipsum finiatur. Quod autem in fine, uoce puerili dicitur, Benedicam Domino, significat, quod omnis laus nostra puerilis est ad comparisonem Dei, quae laudamus, & quod quicquid hic dici potest, minus est a laude Dei. Ac si dicat ecclesia. Laudamus, sed laudando non sufficimus, quia super eminentia Dei eloquium nostrum superat & intellectum, quia, ac cedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Vnde ab omnibus consequenter, Deo gratias, dicitur, quia placet (ut pium est) in laude Dei superari.

Horae autem primae officium merito celebramus, quia mulieribus uenientibus, orto iam sole, ad monumentum, angeli annuntiauerunt Christum

Psal. 67. Psal. 90. Esa. 56. Psal. 21.

Psal. 42.

Psal. 131.

Mar. 16.

Psal. 29.

De officijs horarum canonicarum. Cap. III.

P Sdras propheta populum Israeliticum reuersum a captiuitate Babylonis docuit laudare Deum quater in nocte, & quater in die. Quia propheta Dauid septies in die laudem se dixisse Domino, & media nocte ad confitendum Domino surrexisse indicat. Octo igitur horas sancti patres praeceris ad laudandum Deum elegerunt. Mediam scilicet

Mar. 16.

Quare psalmus Deus Deus meus ad se de laude. Psalms Laudate Dominum de caelis, sub una gloria dicantur.

Luc. 1.

Psal. 140.

Psal. 93.

Christum surrexisse. Et quia hac hora initium est diei, in ea laudamus Deum, quia dedit nobis nocte cum salute transire. Inuocato ergo diuino auxilio, & glorificata Trinitate personarum (ut dignum est) hymnum Deo, la lucis orto fidere, reddimus. Deinde in hac prima hora quotidie quinque psalmos canimus, ut quinque sensus nostri diuinitus per die muniantur. His adiungimus expositionem catholicę fidei, ex eo quod hæc est uictoria, quæ uincit mundum, si des nostra; & clypeus inexpugnabilis contra antiquum hostem, unde Petrus. Cui (inquit) resistite fortes in fide. In hac hora dicitur dominica oratio, in qua septem petitiones sunt ad habenda septem dona Spiritu sancti, per quæ mereamur septem uirtutes, quibus a septem uitij liberati ad septem perueniamus beatitudines. Deinde per symbolum fidei contra omnia aduersa armantur, qui per dominicam orationem mundantur. In hac etiam hora fit communis confessio, ut mundemur a peccatis uenialibus, sine quibus communis uita non facile dicitur: Et preces multiplicentur, ut per diem a malis imminetibus defendamur.

Ioan. 5.

1. Pet. 3.

Communis confessio.

Horæ autem tertię officium celebratur, quia in tali hora Spiritus sanctus Apostolos inflammauit.

In sexta celebratur officium in commemorationem illius rei, quod in ea crucifixus est redemptor mundi.

In nona, quia tunc emisit spiritum: in eadē enim hora mori uoluit pro homine, in qua homo expulsus est de paradiso: & in eadem die hominem per lignum redimere placuerat, quia eum per lignum hostis deceperat: ars ut artem falleret, & medellam ferret inde, hostis unde leserat. In his tribus horis, & in cæteris primum inuocamus diuinum auxiliū (ut in omni bono opere faciendum est) sanctamque glorificamus Trinitatē, & hymnū Deo reddimus. Psalmos (qui opera significant) cum trina glorificatione Trinitatis canimus, quia in fide Trinitatis operari oportet. Per antiphonas (quæ charitatem exprimit) psalmos coniungimus, quia per charitatem opera nostra confirmare debemus, & in ea manere, sicut Apostolus ait, in charitate radicati & fundati. Et iterū. Omnia opera uestra in charitate fiant. Per capitula significatur exhortatio boni operis, per responsoria bonum opus, per uersus fructus boni operis: unde & pneuma habet. In oratione concluditur seruitium, ut diuina gratia, quæ actiones nostras præcedit, ipsa subsequatur.

Eph. 3.

Succedunt uespere, in quibus commemoramus aduentum Domini uergente mundi uespere. In hac hora, quia finis est diei, & propinqua nocti, quinque psalmos canimus, ut quicquid in die per quinque sensus uenialiter offendimus, hac psalmodia dimittatur poenitentibus, & inde sensus nostri per noctem in beneplacito Dei custodiantur. Alternatio psallendi est sanctorum admonitio. Antiphonę (ut dictum est) charitatē significant. Per capitulū innuitur exhortatio spiritualis, ut in bono perseveremus. Unde Apostolus. Hortamur uos, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. Responsoriū, opus bonum significat, per quod probamus nos obedire exhortationi, & quod de opere bono laudandus est Deus. Sequitur hymnus, ut demus exemplum proximis. deinde dicto uersu

1. Cor. 6.

ad excitandos animos hymnus beatę Dei genitricis, cum antiphona canitur: in quo exemplo humilitatis eius reformamur, & filij Dei incarnatio (per quam deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles) ad memoriam reducit, ut fidei nostrę excitetur deuotio. Interim autem (iuxta quod Dominus Moyse præcepit) incensatur altare: per quod fragrantia orationis Christo placare monstratur. Postea de cantata antiphona cum pneumate, sequitur oratio, & puerili uoce benedicamus Domino propter causas prædictas. Nouissime succedit completorium, per quod significatur gaudium, quod (completo electorum numero) complebit Deus sanctis suis in die generalis resurrectionis. In hac ultima hora dicitur Conuerte nos Deus salutaris noster: Ad hoc insinuandum, quod post omnem perfectionem, quæ hic haberi potest, ubi sæpe erramus, orandum est, ut amplius conuertat nos Deus ab errore. Quod propheta considerans in fine psalmi moraliter ait: Erraui sicut ouis, quæ perijt. In hac hora, secundum quatuor elementa corporis nostri, in quo sæpe offendimus, quatuor psalmos ad placandum Deum dicimus. In hac etiam hora non præcedit capitulum hymnum: per quod typice monstratur, quod illi in quibus complentur significata præcedentium laude, præueniunt exhortationem. Nec tamen capitulum prætermittitur, quia hic semper est utilis exhortatio. Deinde dicitur uersus acuta uoce cum pneumate: unde excitati, & memores facti ineffabilis gaudij, quod erit merces laboris nostri canticum iusti Simeonis canimus, ut exemplo eius inuenientes pacem, mereamur lumē uidere, quod est Christus. Postea dominica oratione, & Symbolo munimus nos propter nocturnos timores: & alterna confessione mundamur, iuxta illud: confitemini alterutrum peccata uestra, & excitamur, ne demus requiem temporibus nostris, donec inueniamus locum Domino. Nec non huius horę officium complemus precibus, & oratione, iuxta Apostolum: Orate pro inuicem, ut saluemini. Mystice preces humilitatem significant, quæ in fine esse debet: quia sicut in principio ipsa necessaria est (ad quod significandum humillima uoce seruitium inchoatur: sic in confirmatione eadem humilitas, monstranda est contra superbiam, in quam ceciderunt omnes, qui operantur iniquitatem, unde hac luce nonnunquam rosa uertitur in saltumquam. Versus orientem oramus licet Deus sit ubique, cuius magnitudinis non est finis: memores quod ipse, qui est splendor lucis æternæ, illuminauit sedentes in tenebris, quando uisitauit nos oriens ex alto. Genua flectere in ecclesia, cordis cōtritionem insinuat, & quod Christo omne genu flectitur: Nec unum tantum, sed utrumque flectimus, ne Iudæis assimilēmur. In die dominica, & in paschali tempore pro reuerentia dominicę resurrectionis non licet genu flectere, sed stantes orare debemus inclinatio capite, ut deuotę mulieres ad monumentum, ubi pro reuerentia corporis Domini se inclinauerunt. Tria, quæ sunt in percussione pectoris, idest pectus, sonus, manus, significant quod poenitendū est de ijs, quæ mente, uoce, opere peccauimus. Cum psal-

Lucæ. 1.

Exo. 30.

D

Psalm. 118.

Lucæ. 2.

Canticum Simeonis. Oratio dominicalis. & Symbolum.

Iacobi. 5

Psalm. 131

Iacobi. 5

E

Sap. 7.

Lucæ. 1.

Quare in dominicis, et tempore paschali non genua flectuntur.

Lucæ. 24

Ioan. 29.

psal-

Duodena- rius nume- rus in Psal- mis diurni officij, in Gloria, patri, & filio, & Spiritui sancto, & in campanarum pulsatione.

Eph. 5.

Matt. 20 Diuinum officium tē porij, applicatum.

H Tres dies Pascha præcedentes.

Luc. 13.

Vigilia, festiuitates, & octaua sanctorum.

Cantus in Ecclesia. Voces graues, acute, & superacutę.

Luc. 12.

Psalm. 67.

Psalm. 118

Psalm. 96.

Psalmis diurni officij duodecies dicitur Gloria patri, & filio, & Spiritui sancto, per duodecim horas diei, & duodecies pulsantur campanę. In prima hora semel, & in ultima hora semel: quia ab uno Deus omnia, & idem unus erit omnia in omnibus. Sed in tertia sonatur ter pro secunda, & tertia, & quarta hora: & similiter in sexta pro tribus idest se prima, octaua, & nona. ad uesperas uero multipliciter, quia in tempore gratiæ multiplicata est prædicatio Apostolorum. Item ad matutinas sæpe, quia sepe exclamandum est, exurge, qui dormis. Diuinum officium in his celebratur horis, in quibus exisse commemoratur paterfamilias conducere operarios in uinea suā. Itā nocturnale tempus est ab Adā usque ad Noe, Matutinale inter Noe & Abrahamā. Prima inter Abrahamā & Moysen tertia inter Moysen & David Sexta inter David & aduētū Dñi, Nona a primo aduentu usque aduentum, quādo uenturus est reddens uicem pro abditis. Per uesperas autem sabbatum idest requies intelligitur animarum post exitum a corporibus usque ad diem iudicij. Per cōpletorium uero ad memoriam reducimur completum numerum, & consummatum gaudium sanctorum, quod complebitur in die magnę festiuitatis, quā benedicti regnum percipiēt. Tres enim dies ante pascha tropologiam scripturarum demonstrat. Quorum primus est dies poenitentię, secundus dies iustitię, tertius dies retributionis, in quo fit consummatio. Unde Dñs in euangelio. Hodie & cras eijcio dęmonia, & sanitates perficio, & tertia die consummor. Dies poenitentię significatur per diem, in quo Dñs passus est. Dies iustitię per diem, in quo in sepulcro iacuit. Dies retributionis per diem, in quo resurrexit Dñs. Poenitentia Dñi cruciat, iustitia trāquilat, remuneratio latificat. Item hi tres dies per uigilias, & festiuitates, & octauas sanctorum intelliguntur: & iterum per quinquagesimum psalmū, & centesimum, & centesimum quinquagesimum. Quinquagesimus enim poenitentiam loquitur, Centesimus iustitiam, Ceterimus quinquagesimus laudem Dei in sanctis eius, quā cōpleto eorum numero magnę festiuitatis completorium celebrabitur in eternum. Ad hæc cantus in ecclesia, cęli letitiam significat, de qua exultat sancti Dño. Voces autē graues, & acutę, & superacutę, innūt tribus modis prædicandum esse tribus ordinibus ecclesię, propter tricentesimum, & sexagesimum, & centesimum fructum, uel iuxta tria uolumina Salomonis. Processio est uia ad cęlestem patriam. Præcedēs aqua benedicta est munditia uita. Luminaria opera misericordię, iuxta illud. Sint lumbi uestri præcincti, & lucernę ardentes in manibus uestris. Sequitur crux signum trium phale, quia mundi, & factores legis crucifigunt carnem, & triumphant. Deinde ad legendum euangelium fertur puluinar, & textus euangelicus. Puluinar est suauitas & dulcedo in mandatis Domini. Unde propheta. Parasiti in dulcedine tua pauperi. Et item. Quām dulcia faucibus meis eloquia tua. Euangelium uero est præcedentium confirmatio. Lecto euangelio, textus reportatur super puluinar: quia ecclesia, ut audiuit euangelium, suauiter in corde suscepit, & lætata est iuxta illud, Audiuit, & lætata

est Sion. Et alibi. Anima mea liquefacta est, ut Cant. 5. dilectus locutus est.

De seruitio totius anni. Cap. IIII.

IN principio septuagesimę incipit ecclesia seruitium totius anni, & legitur pentateuchus. Septuagesima enim tempus captiuitatis nostrę designat: de qua ad Hierusalem mystice redire debemus, ut per Hebræos olim de Babylone exeuntes figuratum est. Ut ergo memores sint captiuitatis suę, qui sursum tendunt, legitur primum de Adā, qui in principio mundi factus est, & de eiectione eius de paradiso: deinde de diluuiō, & quomodo Abrahamā exijt de terra sua, & de huiusmodi laborib, ad exemplum patientiæ. Et sicut olim Hebræi capti ui ducti in Babylonem in tristitia fuerunt ferē usque ad finem septuaginta dierum: tacentur uoces lætitię, gemitum cum utroque habentes irriguo, ut in die resurrectionis multiplicatis ciuibus festiui gaudet ecclesia. In sabbato paschali pro dominica resurrectione unum canimus alleluia: & quia hic nō est gaudium nisi in labore, sequitur tractus. In octaua autē, hoc est in sabbato in albis, duplex canitur alleluia: quia in die iudicij plenum erit gaudium, & pro dominica & nostra resurrectione, & qui adu plici stola iusti fulgebunt. Quindecim autem diebus ante pascha legitur Hieremias, quia passionem Domini aperte præsignauit. Ab octauis paschę uiginti diebus apocalypsis legitur, & cātatur propter mysteria passionis, & resurrectionis, quæ Ioanni reuelata sunt, & Apostoli prædicauerunt. Deinde usque ad ascensionem Domini epistolę canonicę leguntur, & actus Apostolorum, & cantatur de psalmis: quia & David prophetauit de passione, & resurrectione, & ascensione, & Apostoli prædicauerunt, que a Domino didicerant usque ad ascensionem eius corporali fruente presentia. Inter ascensionē & Pentecosten cantatur de festo: quia discipuli sursum subleuati, patris promissa expectabant munera. Post pentecosten usque ad Kalendas Augusti leguntur libri regum, & cantatur Deus omnium: quia sicut Saul, Samuel, David, & alij pro lege Dei pugna uerunt, sic nos postquam accepimus donum Spiritus sancti in baprismate & uirtute pugnare debemus contra dęmones, formati, nati, nutriti, armati, A Kalēdis Augusti usque ad Kalendas Septembris legitur, & cantatur de sapientia: quia Augustus sextus est mensis, & in sexta etate, qua Dominus uenit, debemus propter eius sapientiam sapienter uiuere, quoniam inter nos sapientia ipsa audita est, quę ex ore Altissimi prodijt. Rursum mensis iste calidus est, & medius anni: & in media etate, ubi quisque ab estu uitiorum plus accenditur, plus succurrere sapientia debet. In Septembri legitur, & cantatur de Iob, Tobia, Esdra, Iudith, & Esther, quia hi aduersa patienter sustinuerunt: & ecclesia in fine mudi aduersa oīa pro Domino tolerabit. A calēdis Octobris usque ad Nouembrem Machabæ oīū libri leguntur, & cantantur inde responsoria: quia iste octauus mensis lætitiā resurrectionis mysticat; M. Hug. à S. Vict. To. iij. Cc quia

Eccl. 24.

quia sicut Iudaei finitis praelijs, & restaurato templo
2. Mach. 16. in hymnis & confessionibus benedicebant Domi-
 num: sic in gloria resurrectionis, & magna festi-
 uitaris destructis diaboli praelijs sancti & iusti in
 Domino festiui gaudebunt, iuxta illud. Beati, qui ha-
 bitant in domo tua dñe. A calendis autem nouem-
 bris usq; ad aduentu Dñi leguntur, & cantantur E-
 xechiel, Daniel, & duodecim pphetæ cum respon-
 sorio, Vidi dñm, Exechiel. n. uidit quatuor aialia in
 figura quatuor euangelistarum, q̄ natiuitatē, passio-
 nē, resurrectionē Dñi, & ascensionem docuerunt,
 quorū quisq; ex principali intentione ppriā for-
 mā meruit. Daniel quoq; Christū uenturū ppheta
 uit dicens: Aspiciebam in uisu noctis, & ecce fi-
 lius hominis uenit. Similiter & alij prophetæ præ-
 dixerunt Christum uenturum: & ideo isti ante ad-
 uentum eius leguntur, q̄a clarius aduentū eius præ-
 dixerunt. Ab aduentu Dñi usq; ad natalem eius legi-
 tur Esaias: q̄a quāto de Christo urbanus, & aprius
 pphetauit, rāto natiuitati eius legitur uicinius. Qua
 re aut in natiuitate de eadē natiuitate legatur, & cā-
 tetur, res manifesta est. Tantum enim gaudiū eo tpe
 M spiritualiter prædicādū, & cælitus demōstrādū agno-
 scitur. Prima uero missa in nocte natalis Domini ce-
 lebrata, tempus ante legem Moyli typice designat.
 Scda, q̄ aurora apparente celebratur, tps scriptæ le-
 gis, & prophetarū ad memoriā reuocat: q̄a p legē,
 & prophetas lux de Christo uelut diei nuntia mū-
 do apparuit. Tertia uero, q̄ in media diei claritate
 festiuius celebratur, ad tps refertur gr̄a, in quo de-
 scendit lux magna de cælo, q̄ illuminat oēm hoīem
 uenientē in hunc mundū. Deinde in singulis festis
 eadē de causa legitur, & canitur. Ab octauis aut Epi-
 phaniz usq; ad septuagesimā canitur de Psalms, &
 legūtur epistolę Pauli: q̄a post legē ppheta, & post
 euāgeliū scriptura apostolica ad id, qd̄ audiuius,
 intonando cōmouet. Itē a septuagesima usq; ad pas-
 cha respōtat tps ab Adam usq; ad Moysen, in quo
 mors regnauit. Vnde quia tunc culpa contraria iu-
 stitiæ commemoratur, Gloria in excelsis Deo sile-
 tur: quod in testimonium pacis auditum est, quan-
 do ueritas de terra orta est, & iustitia de cælo pro-
 spexit. Et quia pœna, in quam homo cecidit per
 culpam, ad memoriā per scripturas reducit, alle-
 luia cantus lætitiæ tacetur. Ab aduentu usque
 ad natalem Domini, a Moyle usque ad Christum
 N tempus est, in quo peccatum regnauit, non pro-
 pter ignorantiam ut mors prius, sed propter infir-
 mitatem carnis. In hoc alleluia canitur, quia pa-
 tres sub lege fuerunt, sed gloria in excelsis Deo si-
 letur, quod est signum pacis & iustitiæ, quam lex
 dare non potuit. Tempus a primo aduentu usque
 ad secundum, est inter pentecosten & aduentum
 Domini. In hoc cantate ecclesia alleluia in spe re-
 surrectionis, & gloria in excelsis Deo, pro iustitia
 reddita. Quotidie canit alleluia, quia spes eius fir-
 matur. Gloria in excelsis Deo, non quotidie,
 sed tantum in festis, quia quotidie offendit. Sed
 in fide tamen idest in die, quam fecit Dominus,
 semper tenet iustitiam, quia semper in fide, & non
 semper in operibus laudat. Quartum tempus est
 inter pascha & pentecosten, & statum æternæ feli-

citatis significat, in quo gloria in excelsis quotidie
 canitur, & duplex alleluia. Ianuas ecclesiae etiam
 publice pœnitentibus aperimus, genua non flecti-
 mus: sed ad quid hoc cernimus, si mysterium non
 intelligimus? Gloria in excelsis tunc canitur, quia
 in resurrectione iustitia, idest charitas perficietur,
 & pax plene dabitur. Duplex dicitur Alleluia pro-
 pter duplicem stolam in albis, quia gloria incorrup-
 tionis erimus uestiti. Pœnitentibus ecclesiae ianua
 aperitur, quia nullius peccati improprium tūc erit,
 quia totū absorptum erit a gloria. Stātes oramus,
 quia tunc non erit, pro quo flectantur genua, sed do-
 mus Dei replebitur gloria. Sed quid est quod non
 canimus in priuatis feriis, gloria in excelsis Deo, nec
 duo alleluia, nisi quod nondum habemus perfectā
 iustitiā, nec gloriam quam expectamus? Tamen sim-
 plex alleluia canitur, quia ecclesia iam primam re-
 surrectionem habet. unde semper alleluia canitur
 excepta septuagesima. Quia igitur hoc tempus figu-
 ra est tanti gaudij, in dominicis & festis hoc cātat ec-
 clesia. Sed quia nondum sumus in illo, in priuatis
 feriis tacet. Ergo per quatuor tempora uariatur sta-
 tus ecclesiae. Primum culpam intulit, secundum
 derexit, tertium eam deleuit per iustitiam, sed refer-
 uauit pœnam, quartum peccati iustitiam, & absor-
 bebuit pœnā. Primum fuit culpæ, & pœnæ: secundū
 pœnæ, & prophetiæ: tertium pœnæ, & gratiæ: quar-
 tum gratiæ, & gloriæ. Posterus ordo anni, in signifi-
 catione mysticat in resurrectione primos nouissi-
 mos: similiter in quibusdam, quæ in festo fiunt cir-
 cuncisionis. Inter hæc autem multa, quæ licet mini-
 ma uideantur, magno tamen fiunt mysterio, præ-
 terminimus: quia ad alia, quæ propoluimus, fe-
 stinamus.

De ordinibus clericorum. Cap. V.

Sequitur ut uideamus de septem ordi-
 bus clericorum, qui sunt septem gra-
 dus ecclesiae, per quos qui clericus est
 ascendens, efficitur ostiarius, lector
 exorcista, acolitus, subdiaconus, dia-
 conus, sacerdos. Primus ergo gradus est ostiario-
 rum: quorum est discernere, quos ab ecclesia iuste
 repellant, & quos ad eam digne recipiant. Ad istos
 etiam pertinet res ecclesiae fideliter custodire: unde
 clauis ecclesiae eis traduntur, cum ordinantur.
 Postea promouentur ad officium lectorū: ad quos
 pertinet legere in ecclesia prophetias, & apostoli-
 cas scripturas. Istis (cum ordinantur) traditur co-
 dex diuinarum lectionum, & dicitur eis. Accipite,
 & estote, uerbi Dei relatores, habituri (si bene im-
 pleueritis officium) partem cum ijs, qui fideliter
 ministrauerunt Domino. unde qui ad hūc gradum
 prouehitur, literarum scientia debet resplendere.
 Tertio loco promouentur ad ordinem exorcista-
 rum, ut habeant imperium super demones eiicien-
 dos, hos decet mundum spiritum habere, qui debet
 immundis imperare. Hi cum ordinantur accipiunt
 librum exorcismorum, & dicitur ei. Accipite, &
 habete potestatem imponendi manum super ener-
 gumenos. Cum autem ordinatur acolitus, accipi-
 unt

unt candelabrum cum cæreo, ut sciant se manci-
 paros ad succedendum, & deferendum luminaria.
 Accipiunt etiam urceolum ad infundendum aquā
 in calicem, in quo consecrandum est corpus Chri-
 sti. Quinto loco ordinantur subdiaconi, qui mini-
 sterio altaris approxinant: quorum est portare na-
 sa corporis & sanguinis Christi. unde lex continen-
 tiæ imponitur illis, iuxta illud. Mundamini, qui fer-
 tis uasa Domini. Cum enim spiritualis radius lumi-
 nis castitas sit in clericis, est tamen castitas quasi p-
 priā uirtus eorum, qui accedunt ad hos tres sum-
 mos ordines, qui per antonomasiam, id est per ex-
 cellentiam, iam facti ordines appellantur. Sub-
 diaconi autem ministrant officijs leuitarum. Ad ho-
 rum officium pertinet corporalia, & substratoria
 leuare uel lauare. Hi cum ordinantur accipiunt pa-
 tenam, & calicem de manu episcopi: de manu uero
 archidiaconi urceolum, & aquam in eodem, & ma-
 nutergium accipiunt, quibus sacerdos & leuita mū-
 dare manus debet tractari dominica sacramenta.
 Sexto loco succedunt diaconi non sine mysterio
 senarij, qui numerus perfectionem significat. Hic
 ordo in ueteri testamento a tribu Leui sumpsit ex-
 ordium, & in nouo testamento ab Apostolis confir-
 matus, quando Apostoli septem uiros Spiritu san-
 cto plenos ad hoc officium elegerunt. unde sancti
 decreuerunt, ut in omni matre ecclesia septem dia-
 coni in celebratione circa altare missæ assisterent,
 propter septem dona Spiritus sancti. Hi in Apoca-
 lypsi dicuntur septem angeli tuba canentes, quia
 illorum est alta mysteria Dei inspiratione intenta
 foris resonare. Hi dicuntur septem candelabra au-
 rea, quia eorum est lucem euangelij alijs ostende-
 re. Hi sunt septem tonitrua, quia terribiliter tona-
 re debent: Omnis arbor, quæ non facit fructum bo-
 num, excidetur, & in ignem mittetur. Isti in mo-
 dum præconis manifeste admonent ad orandum:
 & ad genuflectendum. Isti euangelizant, & sacra-
 menta corporis & sanguinis Domini dispensant. Nō
 licet sacerdotibus calicem Domini tollere, nisi tra-
 datur eis a diacono. Cum autem ordinantur leui-
 tæ (quod licite fieri potest a viginti annis & supra)
 accipiunt orarium super sinistrum humerum, ut
 intelligant se accepisse Dei iugum, quo premant om-
 nia, quæ ad mundum pertinent, quæ significan-
 tur per sinistrum humerum. Accipiunt etiam
 textum euangeliorum, ut intelligant se esse præ-
 cones euangelij. Sequitur ordo presbyterorum,
 qui a filijs Aaron sumpsit exordium. Dum isti a
 triginta annis, & supra ordinantur (episcopo eos
 benedicente, & manus super capita eorum tenen-
 te) omnes presbyteri, qui cum eo sunt præsentis,
 manum cum episcopo leuantes super eos, Spiritū
 sanctum inuocant. Post inuocationem accipiunt
 stolam super utrumque humerum, ut intelligant
 se debere esse munitos per arma iustitiæ a dextris
 & a sinistris, ut nec eos aduersa frangant, nec pro-
 spera extollant. Accipiunt & calicem cum uino
 de manu episcopi, & patenam cum hostia, ut in-
 telligant se habere potestatem offerendi Deo ho-
 stias placabiles, corpus scilicet & sanguinem Chri-

sti: Magna dignitas, mira potestas, excelsum, & ex-
 pauendum officium. hoc ordine non est alius ex-
 cellior in ecclesia. Episcopis tamen superaddita
 est ordinatio clericorum, basilicarum dedicatio, R
 chrismatis consecratio, per manus impositionem
 confirmatio, & generalis super populum benedi-
 ctio: ne si eadem potestas auctoritatis in omnibus,
 & ab omnibus haberetur, obedientiam dissolue-
 ret, & scandalum generaret. Qui autem septem
 ordinibus exaltantur, spiritualiter ipsa officia im-
 plere debent. Qui igitur infidelem conuertit, uel S
 fidem docet catholicam, & sic spiritualiter in eccle-
 siam introducit, uel iuste per excommunicatio-
 nem expellit, ostiariorum implet officium. Qui
 autem male uiuente in ecclesia docendo corrigit,
 & minores instruit iuxta scripturas authenticas, le-
 ctor est spiritualiter. Qui uero orationibus suis ali-
 quem a uitijs liberat diabolicis, officium exorci-
 stæ celebrat. Qui lucem boni operis alijs ministrat,
 spiritualiter accolitus est. Qui tantæ munditiæ est,
 quod exemplo eius & consilio ceteri sordibus cri-
 minum lauantur, officium subdiaconi implet, &
 possidet. Qui corpus & sanguinem Christi discre-
 te dispensat digne accipientibus, uel ad orandum,
 & uigilando exemplo sui alios hortatur, diaconi ge-
 rit officium. Qui autem corpus & sanguinem Do-
 mini digne consecrat, officium sacerdotis spirita-
 liter perficit. Sacerdotes successores sunt septuaginta
 duorum discipulorum, episcopi autem Aposto-
 lorum. Episcopus interpretatur superintendens,
 Sacerdos dans sacra, Diaconus minister, Subdiaconus
 subminister, Accolitus cæro ferarius, Exorci-
 sta coniurator. Quod autem lector a legendo, uel
 ostiarius ab ostio dicatur, non ignorat lingua lati-
 na. Nunc autem uidendum est, quod omnes ha-
 bentes hos gradus prædictos spiritualiter uicarij sunt
 episcopi, qui in se hæc officia compleuit. Ostia-
 rium enim se monstrauit esse, quando eiecit emen
 tes & uedentes de templo. quod in ecclesia quoti-
 die spiritualiter agit. unde in euangelio, Ego sum
 ostium, dicit Dominus. Lectorem uero se ostendit,
 cum in medio sententiarum librum Esaiæ aperiens
 distincte legit ad intelligendum. Exorcistam se in-
 dicauit, eiciens dæmonia. Accolitum dicens,
 Ego sum lux mundi, Subdiaconum, quando lauit
 pedes discipulorum, Diaconum quando corpus &
 sanguinem suum proprijs manibus dispensauit di-
 scipulis; & iterum, quando eos ad orandum hor-
 tatus est, dicens, Vigilate, & orate, Verum sacer-
 dotem se monstrauit quando panem & uinum
 in corpus & sanguinem suum commutauit, & ut
 in memoriā suæ passionis idem faceret discipu-
 lis iniunxit. Et iterum manifestus hoc impleuit
 officium, quando ipse idem sacerdos & hostia seip-
 sum in ara crucis obtulit patri. Et adhuc glorio-
 sius implet, dum sedens ad dexteram patris, inter-
 pellat pro nobis. Et sic, quæ in calis & in terris
 sunt, pacificans, soli polique patriam unam facit
 reipublicam.

Quorum
 sacerdotes
 & quorū
 Episcopi
 sunt succes-
 sores.

Ioan. 2.
 Ioan. 10
 Luca. 4.
 Mar. 1.
 Ioann. 3
 Ioan. 13.
 Matr. 26
 Mar. 14.
 Luca. 22
 Matr. 26
 Mir. 14.
 Luca. 22
 1. Cor. 11.

De uestimentis sacris. Caput VI.

Exo. 28.

Matt. 11

Noni testa- menti ue- stimenta sacra quid significent.

Casula, si- ue planeta uel insula

Est hac de uestimentis sacerdotalibus breuiter dicamus. Et primum comme moranda sunt ueteris testamenti; quae fuerunt duae tunicae, byssina & hyacinthina: zona, sceminalia, superhumeralis, mitra (quae alio nomine cydaris uel tyara dicitur), & lamina aurea, quae super mitram ante faciem ponebatur. Zona autem, & superhumeralis uariata erant quatuor coloribus, bysso, purpura, hyacintho, croco: per quos quatuor elementa significantur, In superhumerali autem erant insculpta nomina duodecim patriarcharum, in duobus pretiosis lapidibus, sex in uno, & sex in altero. In rationali autem erant duodecim lapides, duodecim patriarcharum similiter nomina in seculpta habentes. In lamina aurea insculptum erat nomen Dei, quod uocat Hebraei ineffabile. Sacerdotes autem noui testamenti non utuntur his omnibus ornamentis, quia non utuntur nisi una tunica praeter pontifices; Amictum etiam habet in loco superhumerali, & rationalis, quia & nunc superhumeralis appellari solet: nulli autem lamina aurea utuntur modo, quia quod olim in illa, nunc in signo crucis monstratur: ut enim dicit Hieronymus, sanguis euangelij pretiosior est auro legis. Zona autem nunc omnes utuntur sacerdotes, & stola, qua uetus sacerdotium non utebatur, ut illud impleant euangelicum: Tollite iugum meum super uos. Quod autem zona, & superhumeralis nunc tot coloribus non uariantur, nec illi lapides solent poni in superhumerali, nil refert, cum Christiana religio ueritati seruiens idem mystice rebus compendiosis facit, quod uetus obseruatio sumptuosis.

Nunc uero quid significant uestimenta noui testamenti, breuiter dicamus. Alba, id est tunica illa, quae graece podaris, hoc est talaris dicitur, significat munditiam in anima. Zona castitatem in corpore, quod ad temperantiam pertinet. Superhumeralis, quod hebraice dicitur ephod, iustitiam. Rationale, quod Graeci λογιον logion appellant, sapientiam designat, utriusque typum amictus continet: unde & humeros protegit & pectus. Stola, quae alio nomine orarium dicitur, in prosperis & aduersis fortitudinem significat, sine qua caeterae uirtutes expugnantur, & minime coronantur. Longitudo stolae notat perseverantiam, idem quod tunica, in hoc quod ipsa talaris est, hoc est in patientia tandem animas possideri, quod ad fortitudinem pertinet. Quod stola autem cum zona colligitur, innuit quod uirtutes uirtutibus adunantur. His supradictis casula apponitur; quae alio nomine planeta uel insula dicitur: haec charitatem exprimit, quae loco prudentiae ponitur, quia plenitudo legis est dilectio, Manipulus qui in sinistra ponitur ante tergum oculos, significat uigilantiam, per quam accidia (quae saepe mentibus accidit, & post supradictas uirtutes surrepit) saepe remouenda est & abstergenda ab oculis rationis siue animae. Dalmanica etiam, qua utuntur Leuitae,

latitudine sui idem significat, quod casula id est charitatem. Per duas lineas coccineas, quibus ipsa ante & retro a summo usque deorsum decoratur, utriusque testamenti praedicatio, Dei & proximi dilectio figuratur. Duodecim fimbriarum linearum utriusque duodecim charitatis ramos expriment, quos Apostolus enumerat dicens. Charitas patiens est, benigna est: Charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congruet autem ueritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet; Charitas nunquam excidit. Tertia linea, quae inter duas est, & tribus fimbriis ante & retro insignitur, charitatem fide Trinitatis condecoratam demonstrat, per fimbrias in sinistro latere sollicitudo uitae actiuae circa plurima intelligitur: per dextrum latus, quod caret fimbriis, contemplatio caelestium sine multitudinis perturbatione. Quod autem pontifices utuntur duabus tunicis praeter poterit, quae caeteri communitur utuntur, monstrat quod proprium est ipsorum scientiam habere duorum testamentorum, ut sciant de thesauro suo proferre noua & uetera. Propter hoc etiam unaquaeque ex tribus tunicis typum gerit proprium. Poderis enim in hoc quod byssina est uel linea, munditiam indicat. Quia sicut bysso uel lino candor, qui non per naturam est, contingit per exercitium abluendi: ita munditiam, quam natura non administrat, sancti per industriam, iuuante Spiritu sancti gratia acquirunt, dum per exercitium bonorum operum corpus macerant, & mundificant. Secunda autem tunica serica, quae originem habet & tradit ex uermibus, qui sine coitu procreantur, & parui sunt, castitatem demonstrat & humilitatem. Tunica uero tertia sicut olim erat, hyacinthina est, & color eius similis lapidi hyacintho, qui aetheris serenitatem imitatur, sanctos significat cogitantes, & imitantes caelestia. Et merito haec tunica hyacinthini est coloris, quia sicut lapis ille mutat colorem cum aere, (in sereno enim aere serenus est, & in obscuro pallidus) sic spiritualiter, & proprie decet episcopum gaudere cum gaudentibus, & flere cum silentibus, Mitra pontificis corniculata duo praetendit testamenta, quibus ipse expugnare debet hostes ecclesiae. Sandalia, quibus utuntur episcopi & cardinales, integra sunt inferius, quia non debent inhiare terrenis, & desuper sunt forata, quia oculos mentis debent aperire ad ea, quae sursum sunt. Quod autem in quibusdam locis aperta, & in quibusdam sunt integra, monstratur aperte, quod caelestia sacramenta quibusdam sunt reuelanda, & quibusdam tegenda: Vnde Dominus in euangelio. Vobis datum est nosse mysterium Dei, caeteris autem in parabolis, Horum calceamentorum mysteria considerauit, qui ait, Quod pretiosi pedes annuntiantium pacem. Caligae pontificis significant praeparare iter, & festinare ad praedicandum. Annulus autem episcopi est fidei signaculum: quia sicut antiquitus in sigillo annuli nomen regis, & imago exprimebatur: ita in fide catholica nomen regis caelestis, & imago

Pontificum tunica duae praeter poterem. Matt. 13.

A

Rom. 12.

Luc. 8.

Esa. 52.

Nah. 1.

Rom. 19

imago

Iudit. 16

In Deo nulla quasi, uel diuersitas. 2. Cor. 11

1. Cor. 5

C

Pallium

Gala. 6

Matt. 15.

Matt. 15.

Rom. 8.

imago declaratur. Verbi gratia, nomen eiusdem demonstratur, cum dicitur, Dominus pater, Dominus filius, Dominus spiritus sanctus: quia Dominus nomen est illi. Imago autem eius ostenditur, hoc est qualis ipse sit, cum dicitur, omnipotens, & aeternus, & his similia, licet secundum proprietatem loquendi nulla qualitas, uel diuersitas in eo reperitur. Gerit itaque episcopus annullum pro ecclesia, quam fide ornare debet, & caelesti sponsa castam exhibere Christo: & ut sponsa cantare possit: Annulo suo subarrhauit me Dominus meus Iesus Christus. Quod anulum episcopus gerit in manu, docet, quod fidem in opere monstrare debeat. Per chirothecas in manibus exemplarum sanctorum, quae in operibus habenda sunt, intelliguntur: & quod opera ab omni inquinamento munienda sunt naturae, ne modicum fermentum totam massam corrumpat. Paculus pastoralis rectitudine sui rectum regimen significat. Quod autem una pars curua est, & altera acuta, monstrat praesse subiectis, & debellare rebelles. Vnde dictum est: Curua trahit mites, pars pungit acuta rebelles. Et iterum: Curua trahit, quos uirga regit, pars ultima pungit. Et item: Attrahe per curuum, medio rege, punge per iunium. Et item. Per baculum rectum doceas ut episcopo recte, uiuere, per feri flexus properes misereri. Pallium, quod superapponitur archiepiscopis, torquem, & brauium significat, quod legitime certantes accepturi sunt, & disciplinam exprimit, qua se desuper induere, & constringere ad exemplum subditorum debent. Coccinea uero planeta, qua induitur apostolicus quocumque proficiscitur praedicando, martyrium declarat. Crucem praecedere hunc uel illum significat ei magis conuenire illud: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Tonsura capillorum in clericis, docet omnia superflua esse resecanda, ut libere possint audire, & uidere legem Dei. Corona monstrat clericos specialiter esse regnum Dei. Quod manus sacerdotum ungantur oleo, significat eos habere per Spiritum sanctum uirtutem consecrandi, & quod manus debent esse porrigibiles ad largiendum, & non aridae & curuae ad retinendum. Haec igitur supradicta signa non sunt ipsae uirtutes, sed uirtutum insignia, quibus tanquam scripturis docentur utentes quales esse debeant, haec sacramenta intelligent praelati ecclesiae, qui capsaui sunt, & dispensatores secretorum Dei. Alioquin caeci sunt, & duces caecorum, more Iudaeorum portantes mysteria, quae non uident nec intelligunt, tantum inde habituri, quantum capiunt iumenta, quae portant panes ad usum aliorum: nisi in hoc sit differentia, ut uere est, quod ipsi, quibus tanta commissa sunt, merito pro negligentibus rationem reddituri sunt in die irae & uindictae: quando tremebunt cedri paradisi, ecquid faciet uirgula deserti? Nec tamen Deus sacramenta sua hic deserit, sed complet ea per ministros licet indignos, ad salutem eorum, qui secundum propositum uocati sunt sancti. Et attende, quod cum sacramentum dicitur sacrae rei signum, uel sa-

crum secretum, hic accipimus sacramenta pro signis. Qui ergo portant sacramenta, debent fulgere uirtutibus, quae per sacramenta significantur, ut ex luce ipsorum caeteri similiter illuminentur. Eisdem enim supradictis uirtutibus suo modo clarescere debent singuli, licet figuraliter non sint omnes insigniti. Potest enim quilibet in se spiritualiter habere effectum sacramentorum. Verbi gratia, Quicumque est de sorte Domini, ut uere possit dicere: Dominus pars hereditatis meae: & illud, Elegi abiectus esse in domo Dei: spiritualiter clericus est, licet exteriore schemate, scilicet signo clericatus non sit signatus. Hoc enim nomen clericus sonat in graeco, quod sit de sorte Domini, hoc est quod Dominus fortitus est eum, & ipse Deum. Ostiarius est enim spiritualiter, quicumque alios spiritualiter in ecclesiam introducit, id est qui fidem praedicando docet. Lector est quilibet mores docendo, Exorcista orando, Accolitus illuminando, Subdiaconus humilitatem monstrando, Diaconus alios exhortando, Sacerdos seipsum hostiam sanctam Deo offerendo. Induat ergo qui sine humeros & pectus amictu spirituali, hoc est muniat se uirtute operum iustitiae, sanctitate sententiarum cogitatum indutus. Sitque indutus munditia, quae per albam significatur. Sit indutus quantum fieri potest, utraque tunica, id est intelligentia utriusque testamenti, & litera, id est spiritus literalis, & spiritalis intelligentiae. Habeat zonam castitatis, stolam fortitudinis, & plenitudinem scientiae, id est charitatem, quam figurat insula. Qui enim sic ornatur, habet uerum & regale sacerdotium intra templum Dei, quod ipse est. Manifestum est ergo, quod significata sine significantibus, id est uirtutes sine exterioribus sacramentis quandoque iustificanc: haec autem sine illis nihil penitus proficiunt, immo arguunt. Simul uero iuncta maius bonum conferre uidentur, quia dum aliquid alicui additur totum maius efficitur. Sed nunquid ideo magis bonum, cum non utrunque diuisum bonum sit? Ad quod dicimus, quod bonum sit licet non diuisum, tamen cum simul sunt, utrunque bonum est: & ideo totum maius esse bonum patet, ut in exemplo breui claret, sed excelsio. Virginem Mariam corporaliter Christum portare, magnum fuit adiuncto amore, quod non esset diuisum: etiam maius fuit, quod dilectionem meruit ipsum portabat. Sed quia utrunque meruit habere simul, incomparabiliter felix meruit existere: quia saepe pro donis externis collatis charitas intus magis flammescit, & meritum crescit. Hic si quis dicat, quod sola charitas est solum remunerabilis: aerum quidem est si ita intelligat, quod sola non excludat alia, sed aliorum coparationem tollat: uel nullam sine ea, & nisi propter eam remunerandam esse, quae tanta est, quod nunquam excidit, hoc est nec hic, nec in futura uita deest, sed sola uirtutum manet in perpetuum. Ergo si supradicta probabiliter dici potest, multa bona in sanctis Deus remunerat praeter charitatem, non quasi sine charitate, sed multa, quae non sunt illa charitas. Nunquid enim nos dicemus, quod fides non habeat meritum? absit: & tamen ipsa non est M. Hugo a S. Vi. To. iij. Cc 3 cha-

Psal. 15 Psal. 83.

Charitas quomodo solum remunerabilis.

1. Cor. 13

charitas, sine ea enim esse potest, sed sine ea non remuneratur, simul autem cum ea auget meritum. Sic ergo sua cetera dona remunerat Deus ijs, qui ea cum charitate conseruant, ex quibus ipse omnia cooperatur in bonum, & pro singulis suis donis siue uirtutibus siue sacramentis, quae per charitatem custodiuntur, coronas reddit singulas, sola tamen gratia. Reddit dixi, intuens liberum arbitrium: & sola tamen gratia subiunxi considerans, quod omne bonum est desursum descendens a patre luminum. Iaco. 1. Sed his haecenus in publico ostensis quasi in planis conuallium, hinc transeamus ad montem myrrhæ & ad colles Libani.

De celebratione Missae. Cap. VII.

H Ancti patres, & prophetæ ante aduentum Domini suspirantes, & præconizantes præmiserunt desideria, opera, laudes, & præces. Hæc autem in introitu missæ commemorantur. Chorus. n. clericorum canentium, chorus significat prophetarum, & multitudinem sanctorum, qui expectauerunt aduentum Domini. Introitus (qui dicitur officium, quia per ipsum inchoamus missæ officium) exprimit desideria expectantium cum præconis. Versus Psalmisticus opera, & uaticinia. Gloria patri laudes. Iteratio officij innuit eos sæpe iterasse suspiria de Christo, atque præconia. Kyrie eleison ter triplicatum significat præces illorum, qui ad hoc multiplicat, ut gratia summæ Trinitatis per aduentum Christi nouies distinctis angelorum agminibus eos conformaret. Interim autem dum hæc dicuntur, uel aguntur, sacerdos sacra ueste indutus de sacra æde procedit, significans quod Christus expectatio genitum sic desideratus, carne sacrosancta assumpta de uirginis carne incorrupta, de secreto habitaculo cælorum egressus est in mundum, uel de secreta æde egressus est idest de uirginali utero, tanquam sponfus procedens de thalamo suo: quod ad natiuitatem pertinet, quam habet a matre. de alia autem dictum est: Egressus eius a patre &c. Duas enim habet generationes, unam æternam, alteram, temporalem. Sed utranque secretam & inenarrabilem: quia illam habet sine patre, & hanc sine matre. unde propheta. Generationem eius quis enarrabit? Sacerdotem autem egredientem præcedunt duo cæroferarij, & portator thuribuli: deinde subdiaconus portans euangelium, & diaconus lecturus euangelium. Per cæroferarios, & thuriferarium intelligimus sanctos qui nouum præcesserunt testamentum. Per subdiaconum portantem textum euangelicum, & per diaconum euangelij præconem, sanctos noui testamenti. Per duo autem candelabra cum cæreis ardētibz legem commemoramus & prophetas. Per textum euangelicum nouum testamentum. Vnde pulchre præcedunt candelabra quia lex & prophetæ præcesserunt legem gratiæ. Iterum per thuribulum cor hominis intellige, per ignem charitatem. Et in thure exemplum bonorum operum, uel orationes suauissimas considera. Sicut. n. thus in igne thuribuli

Sacerdos sacra ueste indutus de sacra æde procedens.

Psal. 18.

Mic. 5.

Esa. 53.

suauiter redolet, & sursum ascendit: ita opus bonum uel oratio ex charitate fragrescit ultra omnia ballama, pigmenta, & thymiamata. Thuriferarius autem cæroferarios & sequentes præcedens, monstrat quod thuris significatio communis est sanctis utriusque testamenti. Subdiaconus & diaconus præcedunt sacerdotem, quia discipuli missi sunt ante Dominum, & adhuc mittuntur prædicatores idest prælati ecclesie, præparare uiam Domini spiritualiter ante faciem eius. Cum uero uentum est ante altare, ponitur euangelium super illud. Altare. n. significat Hierusalem, ubi primum prædicatio facta est primitiuæ ecclesie, & inde exiit in publicum: sicut scriptum est. De Sion exhibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Et nota, quod facta generali confessione, ut pura pectora sint setuientium, sacerdos dat osculum, significans Christum, qui nobis pacem attulit primus. Post hoc ueniens ad altare, similiter osculatur ipsum, & euangelium. Altare in hoc loco Iudaicum populum significat: Euangelium Gentilem, qui per euangelium credidit. Vtrique enim Christus dedit pacem, quando lapis angularis factus, fecit utraque unum. Et nota, quod diaconus uel subdiaconus offert sacerdoti euangelium ad osculandum, quia prædicatores reconciliauerunt, & obtulerunt gentes Christo, quibus, & ipse per se non prædicauit. Quod autem sacerdos prius dexteram partem petit altaris, innuit quod Emmanuel in lege promissus prius uenit ad Iudæos quod ad gentes. Iudæi enim propter legem in dextera parte tunc fuerunt: Gentes uero quasi in sinistra, quia colebant Idola. Post hoc uero finitis supradictis, & choro tacente, sacerdos in medio altaris hymnum incipit angelicum, scilicet Gloria in excelsis Deo, significans quod cum Deus umbram legis amplius non postulari, & dum in medio silentium tenerent omnia, natus est in medio (idest pro omnibus) messias, quem prophetæ prædixerunt. In cuius natiuitate angelus ad pastores ai. Annuntio uobis gaudium magnum. Quod autem chorus communiter uociferans deinde complet hymnum, quem solus sacerdos prius incepit, significat quod statim facta est cum angelo multitudo cælestis exercitus laudantium, & dicentium: Gloria in excelsis Deo. Finito hymno sacerdos salutatur populum dicens: Dominus uobiscum. Orat, ut Deus sit cum illis, & in illis maneat. Hæc autem salutatio in ueteri testamento audita est. Per hoc uero quod ab episcopo dicitur Pax uobis: datur intelligi quod ipse magis proprie sit uicarius Christi, qui post resurrectionem pacem annuntians sic salutauit Apostolos. Deinde sacerdos oraturus hortatur alios, ut orent: quia Dominus monuit discipulos orare, & ipse orauit. Epistola, quæ orationem sequitur, predicationem Ioannis Baptistæ representat: quia sicut ille præcurator fuit Christi, ita præcedit epistola euangelium. Epistola etiam exprimit doctrinam septuaginta duorum discipulorum, quos Dominus misit in omnem ciuitatem & locum, quod erat ipse uenturus: & quibus ait. Messis multa quidem, operarij autem pauci. Responsorium, quod epistolam sequitur, assensum significat, quem auditores monitis præbuerunt prædicantium: unde pulcher responsorium nominatur. Quod. n. per prædicationem

Esaia. 2.

K

L

Sap. 18.

† quicquid

Luca. 1.

Ruth. 2.

Ioan. 20

Matt. 6.

Luca. 11

Matt. 14.

Luca. 6.

M

Luca. 10.

Ioan. 19.

Psal. 96.

Cant. 1.

Cant. 5.

1. Cor. 2

Psal. 83.

Psal. 86.

nem crediderunt iuxta uelle prædicantium responderunt, dum Dei legem sancte uiuendo compleuerunt, uel quia respondente choro cantatur, responsorium dicitur: & actiuam uitam significat, in qua sancti se ad inuicem exhortantur, ut ad æternam uitam perueniant. A quibusdam autem graduale uocatur, uel quia in gradibus canitur, uel propter mysticam significationem: quia actiui etiam uiri in gradibus uirtutum cantant, dum in uirtutibus excelsa faciunt opera. Sequitur alleluia, quod est hebraicum. Tres enim linguæ sunt, quæ inter alias excellunt: Hebræa propter legem, Græca propter sapientiam, Latina propter regnum. His tribus linguis titulus Christi triumphalis emicuit: & his tribus linguis laus Dei in ecclesia decantatur. Itaque alleluia hebrææ linguæ est, & latine interpretatur Allelu Laudate: iam Dominum. Sed uiam prosequamur. Alleluia, quod iubilum habet, exprimit gaudium, & amorem credentium, & quanta lætitia, & laus secuta sit fidem, audita prædicatione. Neque. n. tantum assensum præbuerunt prædicationi, sed ea audita lætati sunt. Audiuit, & lætata est Sion, & exultauerunt filiae Iudæ. Vnde dicunt in Canticis canticorum. Exultabimus, & lætabimur in te. Et sponsa: Anima mea (inquit) liquæfacta est, ut dilectus locutus est. Significat & alleluia uitam contemplatiuam: unde mystice in altiori gradu canitur quam responsorium. Item alleluia, dum post uersum repetitur, significat æternum gaudium, quod post hanc uitam sancti recipiunt. Vnde alleluia modicum est in sermone, & multum, in pneumate: quia gaudium illud maius est, quam sermone possit explicari, ad cuius magnitudinem reuelandam omnis lingua modica est, & imperfecta. Quis enim plane enarraret, quod in cor hominis non ascendit? Hoc ergo gaudium, quia nec penitus uerbis exprimi, nec penitus taceri potest. Ecclesia quasi demissis uerbis iubilando quasi in admirationem prosilit, ac si dicat. Quæ uox, quæ poterit lingua retexere &c. Hic enim uerba non sufficiunt nec intellectus, nec tamen amor sinit tacere. Sic ergo ecclesia pneumaturando, dictu mirabile, expressius quodam modo & melius sine uerbis quam per uerba innuit, quantum sit gaudium Dei, ubi uerba cessabunt. Per pneuma enim licet non enarretur quantum sit æternum gaudium, saltem monstratur ipsum esse inenarrabile. Quando autem sequentia sequitur posterior alleluia non habet pneuma, sed chorus in loco eius sequentiam concinit, qua idem significat. i. æternæ uitæ gaudium atque delicias. Vnde illa noua solet habere uerba & inusitata: quia cæli gaudium secretum est, & incognitum mortalibus. Vel sequentia æternæ uitæ mysticat laudes, unde dictum est. Beati, qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Huic significationi pulchre conuenit, quod sequentia uerba habet laudiflua & cantum dulcisonum: quia ibi omnia erunt plena laude, & melodia cælestis organi abundabit dulciflua letitia. Quia sicut lætium omnium habitatio erit ibi. Et quia laudes æternæ uitæ humanis uerbis non resonabunt, quædam ecclesie mystice pneumaturant sequentiam sine uerbis. Nulla enim uerbo-

rum significatio necessaria, ubi corda singulorum patebunt singulis librum uitæ intuentibus. Tractus autem (quia gemitum, & cantum lachrymabilem exprimit) lachrymas sanctorum siue in actiua siue in contemplatiua uita representat. Vnde tractus dicitur, quia sancti suspirantes ab imo pectoris gemitum trahunt, qui licet spe gaudeant ut monet alleluia, tamen in ualle lachrymarum hic commorantes habent irriguum superius, & irriguum inferius, quod tractus mysticat. Gemunt enim flebiliter pro supernæ dilatione beatitudinis, super flumina babilonis sedentes patriæ suæ memores. Iterum lachrymas fundunt pro suis & aliorum excessibus, dum ex uicinitate babilonici fluij se ipsos uident sepe aspersos, & alios penitus immerfos ipsius fluij rapiditate ferri deorsum. Sed quia hic ploratus quandoque est respectu superni gaudij, quandoque est respectu nostræ miseræ, tractus quandoque tangit lætitiā pro superiori iriguo ut in Iubilare & Laudate, & quandoque tristitiā pro iriguo inferiori, ut in De profundis & alijs huiusmodi. Et quia gaudium sanctorum non est plenum & continuū, sed sæpe interruptitur, ecclesia quandoque interponit tractum, ut in septuagesimali tempore. Et cum repetit alleluia in sabbato paschali, tractus alleluia sequitur, quia gaudium hic non expedit sine fletu. In sabbato in albis. i. in octauis paschæ duplicatur alleluia, quia in æterna uita perfecte tunc erit gaudium, glorificata carne cum anima, & completa resurrectione sanctorum cum resurrectione Christi. Vnde cantat ecclesia. Hæc dies, quam fecit Dominus &c. Merito itaque ecclesia significans æternum gaudium, ut supra diximus, quandoque gaudium per tractum innuit, quandoque in merore uiuens per tractum ingemiscit, & plorat. Considerans enim in paradiso diuinarum scripturarum, quod per paradisum uirtutum ad paradisum cælestium diuinarum peruentura sit, exultat: respiciens autem, quod adhuc in ualle lachrymarum retinetur, & quod de terrestri paradiso cecidit, plorat. Sed de hoc gaudio, & de hoc ploratu plenius explicabo diuissim in duobus uoluminibus, quorum uni erit nomen Paradisus, & alteri, Cur flet qui gaudet. Hinc autem ad aliud transeunt inuicem transitum Apostolorum de Iudæis ad gentes, quem per hoc commemorat ecclesia, quod euangelium a dextera parte ad sinistram transfertur, & ibi legitur. Iudæa enim respiciente uerbum Dei, Apostoli transferunt ad gentes: dum siccato Gedeonis uellere, ros irrigauit aream. Qui enim prius dixerat, In uiam gentium ne abieritis: post hæc præcepit dicens, prædicate euangelium omni creaturæ. Quia ergo prædicatio peruenit et ad illos, qui in sinistra parte fuerant, merito in sinistra parte legitur euangelium: nec tantum in sinistra, sed etiam aduersus Aquilonem, qui malos significat, iuxta illud: Ponam sedem meam ad Aquilonem. quia etiam ad tales peruenit prædicatio, qui longe a calore ueri solis recesserant. Vel propter hoc potius contra Aquilonem legitur: quia Aquilo uentus frigidus diabolus significat, qui flatu tentationum corda hominum congelat & in frigidat ab amore Dei. unde Ab Aquilone (inquit) pandetur omne

Iosue. 15 Psal. 136

Q

1. Cor. 2

R Euangelij a dextera parte in sinistram translatio.

Iudic. 6. Matt. 10. Marci uit.

Esa. 14.

Hier. 1. omne

Hier. 1. omne malum. Et sponsa in Canticis canticorum: Sur-
 ge (inquit) a quo, & ueni Auster. hoc est recede ma-
 line spiritus, qui hortum meum infrigidat, & ue-
 ni auster id est Spiritus sancte, qui perflans aroma-
 ta fluere facis. Merito ergo contra Aquilonem legi-
 tur euangelium: quia fides, que in euangelio conti-
 netur, armatura nostra est contra diabolum. Cui (in-
 quit) resistite fortes in fide. Nunc considera quod
 plebs baculos hic deponit, reclinatoria relinquit,
 caput detegit, crucem fronti imprimit, stans audit,
 quod euangelium in altiori gradu legitur quam e-
 pistola: nota singula. Deponere baculos inuit Chri-
 stianæ esse perfectionis, non uindicare, sed Domino
 referuare uindictam: quia inquit. Mihi uindictam,
 & ego retribuam. Reclinatoria relinquere, signifi-
 cat quod non debemus confidere in principibus, uel
 sustentaculis terrenis: quia uanitas uanitatum, &
 omnia uanitas, dicit Ecclesiastes: subauditur compa-
 ratione Dei, in quem nostram curam iactare debe-
 mus. Caput detegitur, ut ostendatur quam attente
 audire, & intelligere uerbum Dei debemus. Signum
 crucis fronti imprimitur, ne hostis antiquus super-
 ueniens per zizaniam hæresis corrumpat semen re-
 ctæ fidei. Per hoc quod stantes audimus, grauem pu-
 gniam restare consideretur: Quia nobis non est col-
 luctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduer-
 sus principes tenebrarum harum. In altiori gradu
 legitur euangelium quam epistola, quia doctrina
 Christi longe excellit doctrinam Apostolorum. Post
 euangelium chorus cantat compendium nostræ fi-
 dei, ostendens se præbere assensum uerbo euangelij,
 & in quem uel quid credit. Rectus ordo. quo rex
 uocat, respondent milites, sequimur. Deinde sacer-
 dos salutat populum dicens: Dominus uobiscum.
 hæc saluatio ab antiquo sumpta est. Boos enim mel-
 fores suos sic salutauit: & propheta in Paralipome.
 Asa regem, & eos, qui cum eo erant. Salutat ergo sa-
 cerdos populum & monet orare, ut in fide recitata
 permaneat stabilis. Quod ei promittens chorus, of-
 fertorium succinit: ac si dicat, Credo: & fidem,
 quam confessus sum, opere implebo. Unde sacer-
 dos statim offert dona consecranda: Et dehinc mu-
 nera sua populus, significans offerre seipsum Deo.
 Considera ordinem: euangelium præcedit, fides
 sequitur, dehinc offeruntur munera. Necessè est. n.
 primum audire uerbum Dei. Quis enim crederet
 nisi prius audiret? Quomodo (inquit) credent, ni-
 si prædicentur? Deinde quis non recte credens, mu-
 nus Deo acceptabile offerre poterit? quia sine fide
 impossibile est placere Deo. Possimus etiam per ob-
 blata munera commemorare copiosam uictimam,
 quæ oblata est a populo, cum rex Salomon templum,
 & altare Domino sacraret. Exemplo illius plebs fi-
 delis offert se, & sua dona Domino. Nunc autem di-
 ligentius ad hoc referamus oculos, quod sacerdos,
 ut supra commemorauimus, offert dona sacrifican-
 da, panem scilicet, & uinum. Vtraque typice obtulit
 Melchisedech: utraque Christus dedit discipulis ce-
 nantibus. Sed utraque in corpus & sanguinem con-
 uersa sunt. Vtrum autem utraque conuertantur in
 utrumque, supra me est definire. Tutius tamen quod
 panis tantum in corpus, & uinum in sanguinem,

quàm utrumque in utrumque conuerteretur, dice-
 rem: nisi uideretur occurrere, quod sub utraque
 specie utrumque sumi credimus. Sed nec hoc repu-
 gnat si rem subtilius intueamur. Sub specie enim
 panis utrumque esse potest & sumi: non quia panis
 in utrumque forsitan transferit, sed quia ubi unum
 est, corpus est, & separatim non est, nec diuisim su-
 mitur ut diuisa sunt (species, sub quibus sumitur,
 sed utraque simul, licet diuisim loquamur secun-
 dum species diuersas. hoc est (inquit) corpus meum:
 & deinde, hic sanguis meus. Sed dicit aliquis. Y
 Erat ne proprium corpus ipsius, quod dedit, an
 figurate locutus est, ut quando se uocauit ostium?
 Proprium quidem erat corpus eius, & uerum cor-
 pus, quod tunc dedit discipulis, & nunc in altari
 sumitur & manducatur: Idem (inquam) quod de
 uirgine natum est, & iam immortale ad dexteram
 Dei est in gloria. Mira res: Caro, quæ comeditur
 in imis, integra manet in excelsis. Ad quid oppo-
 nis dialectice? quid hic meditaris sophista? cur ar-
 gumenta hic quaris? hoc est puluerem in astra
 spargere. Dialectica tua tantum non ascendit. Ref
 pice enim & uide ubi es, & intellige, quod sensus
 primam tenet regionem ascendendi, Imaginatio
 secundam, Ratio tertiam, in qua dialectica tua di-
 dicit ludere. Supra hanc fides est excelsior diale-
 ctica, quæ non est audita in Chanaan, nec uisa est in
 Theman: cui humana ratio non prebet experimen-
 tum, maxime cum de fide Trinitatis, nec uel de corpo-
 re Domini (ut hic) sermo contextitur. Intellectum
 uero fides transcendit, per quam sancti uident celi
 secreta, ut Paulus in tertio celo, & Ioannes in Apo-
 calypsi. Sed intellectus in uisione æternæ uitæ per-
 ficetur, quando uidebimus Deum facie ad faciem, i. Cor. 13.
 quem hic contemplanur in ænigmatibus. Nemo hic
 proterue disputet, sed quod auget fidei meritum
 humiliter queratur: & quod sine periculo non dif-
 cutitur, firmiter credatur. Potest ergo queri, cur
 Dominus carnem suam sumi uoluit: nec tantum
 carnem, sed carnem & sanguinem: & quare non
 in specie carnis & sanguinis, cum sit caro & sanguis:
 Et quare sub sacramento: & utrum sumatur tantum
 caro & sanguis Christi, an totus Christus. & si totus
 Christus, quare usualiter dicamus corpus Domini
 sumere, quàm Christum uel Dominum. Voluit ergo
 Christus carnem suam sumi a fidelibus ut per ci-
 bum carnis inuiteret ad gustum diuinitatis, & quæ
 hic temporaliter gerimus, æternis gaudijs conse-
 quamur: ut hic sit in medicina, & ibi in delicijs.
 Vtrumque sumi uoluit: ut corpus nrm & anima si-
 mul nostra cum eo glorificeretur. In specie carnis &
 sanguinis non sumitur: ne humanus animus obhor-
 ret, & sensus sibi insolita expauesceret, ut quando
 orante beato Gregorio digirus auricularis cruenta
 sanguine in calice inuentus, ac ostensus est. Sub
 sacramento, & non sub propria forma sumitur, ut
 fides comprobetur, quæ est de ijs, quæ non uiden-
 tur: uel quia non posset mortalis homo intueri cla-
 ritate, quæ esset in corpore Christi, quam exper-
 ti sunt discipuli in transfiguratione. Sub tali autem
 sacramento sumitur id est sub specie panis & uini,
 propter hanc similitudinem, quia panis confirmat,
 & ui-

*Cur Christi
 carnis
 suam a fi-
 delibus
 sumi uo-
 luit.
 Quare non
 tantum
 carnem, sed
 carnem &
 sanguinem
 sumit.
 Quare non
 in specie
 carnis &
 sanguinis
 sumit, cum
 sit persona
 eiusdem
 Christi
 tres sint
 substantia,
 Verbum, ca-
 ro, & ui-*

*Psal. 103,
 Eucharistia effectus
 duplex.*

*Eucha-
 istia sacra-
 menti ma-
 xima con-
 ueniens qua*

*Ioan. 12.
 Christus
 cur granum
 frumenti
 dicatur.*

*Cant. 5.
 Esa. 63.*

*Cant. 1.
 Cur Sacra-
 menti al-
 taris conse-
 cretur de
 pane fru-
 menti, &
 uino.
 Ioan. 6.*

*Verum sum-
 tur tantum
 caro, & san-
 guis, an to-
 tus Chri-
 stus.
 Quare usu-
 aliter dicitur
 sumi
 corpus Cri-
 sti quasi di-
 uisim, cum
 sit persona
 eiusdem
 Christi
 tres sint
 substantia,
 Verbum, ca-
 ro, & ui-*

& uinum legitur cor hominis; & Christus uirtus
 est, & lætitia hominum & angelorum. Et licet in
 qualibet istarum idem & totum sumatur, tamen
 in utraque sumitur, ad significandum, quod duplex
 est effectus huius sacramenti. Est enim redemptio
 corporis, & animæ: quod non significaretur, si in
 una tantum specie sumeretur, quod licet in utraq;
 specie utrumque sumatur, non tamen in utraque
 utrumque significeretur. Sed species panis corpus, &
 species uini sanguinem Christi respectu resurrectio-
 nis significat: & sumptio in utraque specie simul re-
 demptionem corporis, & animæ sumentis signifi-
 cat. Alibi autem alio respectu panis & uinum cor-
 pus Christi, quod est ecclesia, significant; quia si-
 cut unus panis ex multis granis, & uinum ex mul-
 tis racemissita una ecclesia (quæ typice corpus Chri-
 sti) ex multis personis adunatur. Hic autem, hoc
 est in sacramento altaris, in specie panis & uini ue-
 rum corpus & uerus sanguis eius sub utraque spe-
 cie ueraciter post consecrationem sumitur. Licet
 ergo utrumque sit sub utraque specie illarum,
 sub utraque tamen sumitur ad significandum (ut
 diximus) duplicem effectum. Nec est iteratio sa-
 cramenti nisi secundum eandem specie denuo sumatur.
 Quod autem non debeat dari intantum, ex de-
 cretis habemus. Et nota, quod non de quolibet pane
 hoc consecratur sacramentum, sed tantum de pane
 frumenti: quia ipse de se dicit. Nisi granum fru-
 menti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum so-
 lum manet. Pulchre autem se uocat granum frumeti,
 quia granum frumenti candidum est interius, &
 rubrum exterius, Et Christus candidus dicitur res-
 pectu diuinitatis, & rubicundus in carne propter
 passionem. Unde sponsa in Canticis canticorum.
 Dilectus meus candidus & rubicundus. De hoc
 rubore uox illa est admirantium. Quis est iste, qui
 uenit de Edon tinctis uestimentis de Bosra? De ui-
 no autem sanguis Christi consecratur, ut intelliga-
 mus quod ipse est uitis uera suos uere lætificans,
 unde sponsa cantat. Botrus cypri dilectus meus
 mihi in uineis Engaddi. Et merito hoc sacramen-
 tum consecratur de pane frumenti & uino in qui-
 bus est principalis resectio: ut intelligamus princi-
 palem refectionem in corpore & sanguine Christi
 ex diuinitate; quia caro Christi est uere cibus, &
 sanguis eius uere est potus: dum in perceptione
 gratiæ donum internæ & æternæ refectionis mere-
 tur, qui communicat corpori Christi. Ad hoc re-
 stat querendum, utrum sumatur tantum caro &
 sanguis, an totus Christus. Ad quod respondeo,
 quod ego filius a matre Ecclesia didici: quod totus
 Christus sumitur non diuisim. Sed queritur quare
 usualiter dicitur sumi corpus eius quasi diuisim:
 cum in persona Christi tres sint substantiæ, uerbum,
 caro, & anima. Non est autem intelligendum diuisim,
 quasi tantum illud, quod est corpus, sumatur, Sed
 dicitur corpus Domini sumi, ut intelligatur ipsum
 Dominum uere sumi: quo genere loquendi dicitur,
 corpus regis ibi fuit. i. uere rex ibi fuit, Vel
 corpus Domini dicitur sumere: quia corporea
 substantia, scilicet panis & uini, non transit
 in substantiam incorpoream, sed in substantiam

corpoream, uidelicet in corpus & sanguinem Chri-
 sti. Vel nimio amoris affectu corpus nominamus.
 Vel cum in Christo diuersa sint naturæ, illud no-
 minamus quum sic loquimur, quod proprie cor-
 poris oculis uideri potest, hoc est corpus. Sed licet
 corpus Christi usualiter dicatur sumi, tamen Chri-
 stus integer sumitur: nec pars sub specie panis, &
 pars sub specie uini; sed totus hic, & totus ibi: non
 pars in parte, sed totum in parte. Videtur pars una,
 & quasi pars esse uidetur: & totum ibi est, & pars al-
 tera uidetur, & quasi altera pars est: & idem totum
 est. totum hic & totum ibi: nec minus in parte quàm
 in toto, nec maius in toto quam in parte. Et quot-
 cunque partes feceris, totum in singulis est. Nec mi-
 reris: opus Dei est. Si in diuersis locis potest esse unum:
 quare non in singulis partibus potest esse totus?
 Vtrumque mirum est, sed utrumque uerum est. Nec
 tamen mirum est respectu facientis. Quid enim mi-
 rum si omnipotens & mirabilis miranda operatur?
 Sed dicis. Quomodo corpus unum eodem tempo-
 re in diuersis locis esse potest? Super altare est, & in
 celo est: hic est, & ibi est: & totum est ubicunque est:
 tantumque hic, quantum ibi; & in multis locis si-
 militer totus est. Noli mirari qui fecit corpus & lo-
 cum, utrumque facit in altero esse ut uult: & est se-
 per sicut ipse uult, qui sic & aliter facere nouit &
 potest: cuius sapientiæ non est numerus, cuius po-
 tentia naturis rerum imperat. Sed tu miraris quan-
 do uides uel audis, quæ uidere uel audire non con-
 sueuisti. Idcirco quando mirari cœperis, & dixe-
 rit tibi cogitatio tua: quomodo hoc esse potest?
 cogita facientem & respice omnipotentem, & de-
 sinet esse mirum quicquid illud fuerit. Et si forte
 mirabile esse non desierit, incredibile tamen non
 erit: quia si factor omnipotens cogitatur, non
 erit impossibile apud eum quicquid erit. Sed di-
 cit forsitan cor tuum: ubi est corpus Domini post-
 quam sumpsisti illud, & manducaui? Audi ergo. Cor-
 poralem præsentiam Christi queris? in celo qua-
 re. Tecum per corporalem præsentiam ad tem-
 pus esse uoluit, quando & quandiu necesse fuit.
 Exhibuit ad tempus præsentiam, ut per illam ad
 spirituales inueniendam excitaret, & iuaret.
 Ideo ad te corporaliter uenit, ut per corporalem
 præsentiam spiritualis inueniatur, quæ non aufe-
 ratur. Venit ad te corporaliter, non ut hic tecum
 permaneat corporaliter, sed spiritualiter. Sic per
 assumptam carnem occultus uenit in mundum, &
 secundum corporalem præsentiam cum homini-
 bus conuersatus est, ut ad spirituales eleuaret præ-
 sentiam: & completa dispensatione secundum cor-
 poralem præsentiam recessit, sed secundum spiri-
 talem remansit. unde ait. Ecce ego uobiscum sum,
 usque ad consummationem seculi. Sic ad te uenit
 corporaliter, ut tecum maneat spiritualiter. Quan-
 do in manibus tenes eius sacramentum, corporali-
 ter tecum est. Quando ore suscipis, & quando ore
 manducas, corporaliter tecum est. Deique in ui-
 su, in tactu, in sapore corporaliter tecum est. Et
 quamdiu sensus tuus corporaliter accipit, eius
 præsentia non aufertur corporalis. Postquam au-
 tem sensus corporalis in perficiendo deficit, deinceps

*Quomodo
 corpus
 Christi eod-
 em tpe in
 diuersis lo-
 cis esse pos-
 sit.*

Plal. 146

*Post sum-
 ptiõem Eua-
 charistia
 ubi sit cor-
 pus Chri-
 sti.*

Matt. 8

*Hæc
 sensus corporalis in perficiendo deficit, deinceps*

corporealis Christi presentia non est quarta, sed spiritualis retinenda. dispensatio completa est, perfecta est: perfectum sacramentum: uirtus manet. Christus de ore ad cor transit, non cibus corporis sed anima uenit ad te per corporalem presentiam, ut comedatur, non ut consumatur: ut gustetur, non ut incorporetur. Sed quando caro Christi manducatur, non qui manducatur, sed qui manducat ei, quem manducat, incorporatur. Audiuit Augustinus de celo Christum dicentem. Cibus grandium sumi crede & manducabis me: non ut me mutes in te, sicut cibum carnis tuæ, sed ut tu muteris in me. Completa ergo sacramentali dispensatione, si corporalem presentiam Christi quaeris, in celo quaere: Ibi quaere ubi prius fuit, quam per sacramentum corporaliter tecum esse inciperet, & unde non discedit, quando ad te uenit. Itaque prudenter discerne quid in sacramento altaris sensui exhibitum sit, quid spiritui accommodatum. In hoc enim sacramento tria considerantur. Vnum, quod est tantum sacramentum. Alterum, quod est sacramentum, & res sacramenti. Tertium, quod est res tantum, & non sacramentum. Sacramentum tantum est uisibilis species panis & uini. Sacramentum & res est corpus Christi & sanguis: res quantum ad species, sub quibus sumitur: sacramentum est alterius rei, quia signum est illius gratiae & uirtutis, quae ibi percipitur, scilicet unionis & capitis & membrorum. Et haec unio res est, non sacramentum, sed uirtus sacramenti. Ecce tria considerauimus. Primum est secundi signum, secundum causa tertij, tertium uirtus secundi, & ueritas primi. Aliud ergo est species, quae uisibilis cernitur: aliud ueritas corporis & sanguinis, quae inuisibiliter creditur: aliud spiritualis gratia, quae cum corpore & sanguine inuisibiliter & spiritualiter percipitur. Uisibilis species sacramentum est corporis & sanguinis Domini: Corpus autem & sanguis sacramentum inuisibilis gratiae, sine qua sacramentum non prodest. Cum autem sacramentum dupliciter dicatur, uel sacrae rei signum, uel sacrum secretum: species panis & uini sacramentum dicitur, hoc est sacrae rei signum, scilicet corporis & sanguinis Domini. Corpus autem & sanguis Domini sacramentum dicitur: quia sacrum secretum est, quod per uisibilem speciem significatur, quia sacrae rei signum est, quia significat gratiam spiritalem, quae dicitur spiritualis caro Christi. ut enim dicit Hieronymus intelligitur dupliciter caro Christi; uel caro, quae nata est de uirgine; uel caro spiritualis, de qua dicit Dominus. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in in eo. Hanc carnem manducat, quicumque per fidem & dilectionem Christo unitur, & consecratur, & conformatur. Particeps enim fit corporis & sanguinis Domini spiritualiter, licet non sacramentaliter (& hoc Augustino attestante) quicumque in baptismo membrum Christi efficitur. Nec tanto sacramento priuatur ille, in quo hoc inuenitur, quod sacramentum illud significat, hoc est ipsa efficacia, quae uirtus sacramenti, & caro spiritualis appellatur, ut supra diximus. Hic perpendere po-

res, quod sicut dupliciter caro Christi intelligitur, ut iam diximus; ita sumptio duplex est, sacramentalis & spiritualis: quia boni & mali sacramentum sumunt, rem sacramenti tantum boni. Sacramentum in hoc loco corpus Domini appellamus. Rem sacramenti ipsam efficaciam & gratiam spiritalem, quam (ut supra diximus) Hieronymus uocat spiritalem carnem Christi, quam non manducant nisi boni. Sacramentalis autem communio est communis bonis & malis, quae sine spirituali non prodest. unde dominus. Caro non prodest quicquam, spiritus autem uiuificat. Ac si diceret: carnem meam sumere non prodest, nisi sumatur in gratia spirituali. Immo qui sumit indigne, reus est corporis, & sanguinis Domini. Spiritualis autem sumptio (quae uera fide percipitur) sine sacramentali (ubi non est contemptus religionis) sufficit. Qui ergo manducat digne, habet sacramentum, & rem sacramenti. Qui credit, & diligit, etsi manducare, sub sacramento non possit, rem tamen sacramenti habet, & spiritualiter manducat, & ueraciter Christo incorporatur. Sicut itaque quidam manducantes non manducant, & quidam non manducantes manducant. Quidam enim indigne manducantes corpus Domini non percipiunt gratiam spiritalem. Indigne manducat, qui in crimine manet, uel irreuerenter sumit non dijudicans corpus Domini. Quidam autem licet corporaliter sumere non possunt, tamen spiritualiter manducant spiritalem carnem Christi, hoc est efficientiam sacramenti, sine qua non est uita spiritualis. Unde Dominus dicit. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Corpus igitur Domini alijs est ad iudicium, & alijs ad salutem. Virtus autem huius sacramenti nullis ad mortem, sed omnibus sumentibus est ad salutem, quae etiam per communionem sacramenti augmentatur, quoties hoc sacramentum, id est corpus domini percipitur. Hic est panis uiuus, qui de celo descendit; si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in eternum. Igitur cum fide uera, & mundo corde accedendum est ad hoc tantum sacramentum, ad hoc sacramentum & immortale praesidium, mysterium & libamen agendum, quod est sacramentum sacramentorum omnia sanctificans sacramenta. Unde per excellentiam dicitur eucharistia, id est bona gratia; quia non tantum in hoc sacramento gratia sumitur, sed etiam ipse, a quo est omnis gratia. Haec eucharistia dicitur diuina, quia digne sumentes diuinos, & participes diuinitatis facti. Hic est panis quotidianus, quem necesse habet quotidie ecclesia sub sacramento sumere. Sicut enim necessaria fuit illa nobis Christi presentia in carne olim, qua mori posset; ita necessaria est usque ad finem mundi eius presentia eo modo, quo panis uiuus, qui de celo descendit manducari possit. Igitur qui tunc ex sola dilectione exhibuit se talem, ut lancea perforari posset; & nunc usque ad finem seculi se talem exhibet, qui in sacramento manducari possit. Hoc sacramentum firmamentum est contra hostes, de quo ecclesia in propheta. Parasti in conspectu meo mensam. Hoc sacramentum uaticum

Eucharistia sumptio duplex
L
Ioan. 6
1. Cor. 11
M
Indigne corpus Domini manducans q.
Ioan. 6
Ioan. 6
Eucharistia quare sic nominatur.
N

In eucharistia q. tria considerentur.

Uisibilis species qd corpus, & sanguis Christi qd sacramentum dupliciter dicitur.

Luc. 2. Ioan. 6.

Plal. 22. Exo. 16
Ioan. 6
1. Cor. 11
Ioan. 6
Ioan. 6
Matt. 6

cum est ascendentium de exilio ad patriam. Hoc enim significabatur per Manna. Illud enim post transitum maris rubri filijs Israel datum fuit uaticum per desertum ad terram promissionis. Hoc spirituale manna dominici corporis post baptismum datur Christianis, qui habent potestatem filios Dei fieri, ut hoc pane angelico per desertum huius seculi ad terram uiuentium perueniant. Eundem panem manducat homo & angelus. Sed homo adhuc in medicina, angelus iam in deliciis. Solet autem quaeri de sacramento, utrum Dominus corpus suum mortale dederit discipulis suis ante passionem, an immortalis? quod magis credimus: & quomodo tunc potuit dare corpus immortale, eu esset ipse adhuc mortalis? Hic quaeri potest: quomodo de uirgine nasci potuit: & quomodo nunc corpus eius totum in diuersis locis simul esse possit: & quomodo panis & uinum in corpus & sanguinem transeat non per unionem, sed per transmutationem: & multa huiusmodi, quae in hoc sacramento mira uidentur. Est enim secretum hoc sacramentum, & miraculis plenum, & mysterium inscrutabile: unde quia, dum de eo tractamus, supra nos rimamur, ad id, quod residuum est, uicina domus aduocetur. Quod si nec ipsa sufficerit: igne, quod remanet, comburatur, hoc est Spiritui sancto tradatur, qui omnia subtiliter & plene intuetur, qui ubi uult, & quantum uult, spirat & erudit. Nunc autem ad hoc redeamus quod sacerdos (ut supra diximus, offert dona ad sacrificandum, panem scilicet & uinum, sed & uino superadditur aqua. Hoc forsitan miraris: sed hoc magnum est sacramentum. Vnde labilis homo est mortalis. Haec mixta uino significat hominem Christo unitum sanguine Christi. Qui separat aquam negat unionem Christi & ecclesiae. Rursum haec ideo coniungi debent, quia nihil prodest fons baptismi sine sanguine Christi, nec sanguis sine baptismo, utrunque delatere Christi manauit. Qui unum demit, non imitatur mysterium passionis. Sacerdos tantum incepturus sacramentum orat, ut oratio omnium sibi auxilietur. Unde & ecclesia pro eo orat, dicens: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi obumbrabit tibi. uel illud: Mirat tibi Dominus auxilium de sancto, & Sion tueatur te. uel, Sit memor omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat: uel aliquid huiusmodi. Post hoc sacerdos secreto orans significat secretas preces Christi dicens. Pater: si fieri potest transeat a me calix iste. Post preces sacerdos salutat populum sublimi uoce, & monet sursum habere corda, & gratias agere patri per Christum: & agendas asserit esse per ipsum, sub quo tremet omnis potestas. Tandem sacrat dona facienda. Nota singula. Haec omnia Christus egit. Post preces uenit ad discipulos dicens. Vigilate, & orate. Deinde dicit, dormite iam & requiescite. Post haec oblatum est. Dum iussit uigilare, salutauit: quia salus adest uigilantibus. Dum dixit orate, monuit sursum corda habere: quia non sunt oranda, nisi quae sursum sunt. Dum uocat ad requiem, dicens, Dormite, monet gratias agere. Qui enim requiescit a malo, gratus Deo efficitur: quod est gratias ei agere. Et ut

digne Deo gratiae reddantur, id est ut uita nostra consonet supernis ciuibus: orat sacerdos preces nostras adiungi uocibus angelorum, qui per Christum maiestatem patris laudant, adorant, atque concelebrant, & tremunt: & quos tanto mysterio missae certum est adesse, ubi ima adiunguntur super & homo Deo sociatur. Dehinc statim chorus gratiae perceptis & de percipiendis donis hymnum cantat angelicum, quem caelestis militia clamare non cessat. In quo, ut in libro Esaiæ reperitur, chorus triplicat, Sanctus, propter personarum Trinitatem, & semel dicit, Dominus sabaoth, propter diuinam usque, id est substantiae unitatem. Gratias agit creatori de beneficijs, cum dicit. Pleni sunt caeli, & terra gloria tua. De beneficijs specialiter redemptionis, dum cantat, Benedictus, qui uenit in nomine Domini. Hic uexillum crucis imprimitur: quia Christus per crucem triumphauit, & nos triumphare facit. Chorus iterat, osanna in excelsis, ut saluemur corpore & anima inter angelos. Post haec sacerdos secretum incipit: hoc a quibusdam missa uocatur, quia in primitiua ecclesia catechumini solebant interesse celebrationi missae usque; ad consecrationem, & tunc clamabat diaconus dicens: Catechumini exeant foras, & quia tunc mittebantur foras, hoc mysterium missa uocabatur. Secretum autem ideo appellabatur, quia secreta uoce peragitur. In primitiua autem ecclesia alta uoce proferebatur, donec pastores memoriter ex quotidiano usu uerba retinentes, in campis eadem cantabant. Sed ipsi diuina uindicta ibidem percussi sunt. unde ecclesia consueuit propter reuerentiam tantum mysterium secreto agere. Secretum etiam dicitur, quia humana ratio nequaquam plenarie tantum mysterium capere potest. Ad quod significandum merito secreta uoce celebratur. De hoc tanto & tam secreto officio summam breuiter tangamus. Sacerdos igitur secretum missae celebrans repraesentat ea, quae olim pontifex egit, quae illae praefigurauit. Nunc ergo considerandum est, quod templum Dei olim diuisum erat in duas partes, uel interposito: priorem autem partem illi uocabant sancta, interiora uero sancta sanctorum. Quicquid ergo in officio missae agitur ante secretum, quasi in aede priore est: quod autem in secreto agitur, intra sancta sanctorum. Erat igitur intra sancta sanctorum (ut canones testantur) ara incensi, & arca testamenti, & tabula supra arcam, & supra tabulam duo cherubim gloriae mutuo uultu sese respicientia. Huc intrabat solus pontifex semel in anno, habens nomina patrum in rationali & super humerali scripta, ferens sanguinem & carbones, quos cum thymiamate in thuribulo orans ponebat, donec fumus obumbraret eum. Deinde aspergebat tabulam & arcam sanguine, post exibat ad populum, & lauabat uestes, nec uocabatur mundus ante uesteram. Haec signa fuerunt, & recesserunt postquam uenerunt significata. Prior aedes praesentem ecclesiam mysticat, sancta sanctorum caelum, pontifex Christum, sanguis passionem, carbones charitatem Christ, thuribulum carnem ipsius Christi, thus cre-

S Sanctus, Sabaoth, Dominus Deus Sabaoth. Esa. 6.
T
V
X
Y

matum preces odoriferas, ara cohortes caeli, arca
 Christum secundum humanitatem, tabula super
 arcam Deum patrem: duo cherubim duo testamen
 ta, quae adiuuicem respiciunt sese, quia concor
 dant: uestis, quae lauatur, hominem significat, ue
 spera finem hominis. Confer ergo quae olim fie
 bant, & quae Christus egit: & respice quomodo
 minister ecclesiae illa repraesentet, & haec peragit.
Heb. 9. Te igitur: usque in primis. Pontifex olim intra
 bat sancta sanctorum cum sanguine semel in an
 no: & Christus per proprium sanguinem introi
 uit semel in sancta aeterna redemptione inuenta. Sic
 minister ecclesiae intrat cum sanguine in sancta san
 ctorum, quoties in mente memoriam sanguinis
 Christi gerens, hic incipit mysterium: qui non so
 lum mente, sed crucis signaculo passionem Christi
 reuocat, dum primo uestu crucis signum appo
 nit. Et nota quod triplici nomine appellat, do
 na, munera, sacrificia. Ideo dona, quia Deus
 ea donauit, ut homo inde sustentetur: Munera,
 quia inde homo munerat authorem: Sacrificia,
 quia ea sacrificantur. His etiam tribus nomi
 nis pulchre innuitur completum esse in hoc sacri
 ficio, quod olim triplex spondebat hostia legis.
Ioan. 17. In primis: usque communicantes. Regalis pontifex
 ingrediens sancta sanctorum orabat: & Christus
 ante passionem suam orauit se glorificari, discipu
 losque conseruari. Nunc etiam sedens ad dexte
 ram patris interpellat pro nobis. Sic noster mini
 ster sequens Aaron & Christum, pro tota supplicat
 ecclesia: deinde pro praelatis & subditis. Com
 municantes: usque hanc igitur. Pontifex (ut lex
 iubebat) thuribulum autem plenum uitis carbo
 nibus intra sancta sanctorum secum portabat: &
Exo. 28. Christus carnis suae thuribulum omni uirtute ple
 num tulit ad astra. Item sacerdos legalis portabat
 nomina patrum scripta in rationali & superhume
 rali: & Christus nouit mente & actu nomina san
 ctorum. Nec sufficit sacerdoti tantum uerbis
 commemorare, nisi ipse sanctos repraesentet intus
 in amore, & foris in moribus, ut intus calens sit
 amore, & extra coruscans moribus: quod signi
 ficant logion & superhumerali. Hanc igitur: ut
 que supplices. Pontifex legalis orans fumo thy
 miomatis obumbrabatur & tegebatur, ne pateret
 alicui dum cremaret incensum: & Christus dum
 patrem interpellat pro nobis, angelorum transit
 intuitum, quia intelligi non potest quantum praes
 entia sumptae carnis impetret apud Deum patrem
 pro nobis. Item sacerdos, dum uicem Christi gerit,
 quodammodo tegitur & latet: quia nec cogi
 tari, nec enarrari potest quanta uirtus & potentia
 sit in uerbis in hoc mysterio, quia latet homines &
 angelos quomodo uerba & mystica signa crucis
 prouehant dona oblata. Dum enim rogat Domi
 num, ut placatus oblationem accipiat: & quibus
 dam alijs interpositis, rogat, ut dignetur facere
 oblationem benedictam, hoc est ut promoueat
 in melius: A scriptam, hoc est sibi propriam: Ra
 tionabilem, hoc est ut sufficiens sit ad salutem: Rationa
 bilem & acceptabilem, hoc est ut ipse recte diuidat,

Benedi
 ctam.
 A scriptam.
 Rationabi
 lem.
 acceptabile.

& dnm placare possit rogat. Et hoc totum confertur
 in illis uerbis Domini in caeca prolatis, quae sacerdos
 subiungit. Sed ea dicturus sic prius incipit. Qui pri
 die quam pateretur. In his uerbis sumit ab altari
 panem adhuc communem, & eleuatum benedi
 cit, & signum crucis imprimit, & priusquam de
 ponat repraesentat uerba homini, dum dicit: Be
 nedixit & fregit: & quae sequuntur. Postea tollit
 calicem & signat, & repraesentat uerba Domini
 dicens. Et dedit discipulis suis dicens: Accipite,
 & bibite ex hoc omnes. Hic fit illud in signe mira
 culum. In his uerbis cibus carnis fit cibus animae.
 Per haec uerba, & per crucis signaculum nouatur
 natura, & panis fit caro, & uinum sanguis, unde me
 rito cum uenit ad haec uerba, in quibus tanta
 gratia datur, sacerdos tollit alte utrumque, signi
 ficans hunc cibum & hunc potum excellentiorem
 ceteris. Supplices te rogamus, usque Oremus praec
 ceptis. Pontifex (ut lex iubebat) aspergebat &
 aram, & exterius sacrum sanguine pacifico: & Chri
 stus toties aspergit patrem sanguine, quoties eum
 placat per carnem assumptam. Aram aspergit,
 quandiu numerum restaurat angelorum. Exterius
 sacrum aspergit, dum homines signat, & patri re
 conciliat quae in terris sunt. Sacerdos eisdem
 aspergit, quia per hoc sacrificium placat Deum, &
 impetrat ueniam, & sic aspergit super nos. Nam
 cum nos emundat, numerum augmentat super
 norum ciuium. Dum autem nominat sublime al
 tare, commemorat sancta sanctorum. Dumque
 nominibus suis recenset sanctos, gerit nomina
 patrum. Sed ut habeat utrumque, scilicet logion
 & superhumerali, bis recenset nomina. Hoc iux
 ta principium canonis, & in hac parte tropologi
 ce fert logion pectus & superhumerali, quod hu
 meros tegebat, dum mores rationabiles imitatur
 & opera. Deinde dicit, quod Deus per Christum
 haec omnia creat, sanctificat, uiuificat, benedi
 cit. Per uerbum enim pater naturam rerum crea
 uit: & per eundem Christum mirificat, ut cibus
 & potus communis fiat cibus & potus singula
 ris. Per uerbum utrumque significat, dum tan
 tam rebus confert gratiam, ut homo, qui percipit,
 sanctificetur: uiuificatur, ut qui digne sumit,
 uiuificetur: benedicitur, ut qui participat, aeter
 nam accipiat benedictionem. Oremus praec
 ceptis saluta. mo. Pontifex legalis regressus ad popu
 lum lauabat uestes, & immundus tamen erat usque
 ad uesperam. Sic Christus qui intrauit sancta sanctorum,
 redit ad ecclesiam compatiendo & auxiliando,
 & lauat uestes suas id est sanctos mundificat, & tamen
 usque ad finem seculi membris eius aliqua adharet
 macula. Sacerdos et redit ad populum: qui dum rursus
 alta uoce preces multiplicat, foras exire uidetur, qui
 precibus (uelut aquis) uestimenta sua, id est populum
 lauat & mundat, & in immundus iudicatur, quia usque
 ad mortem quae lauetur erit in oia hoie, & in luna est ma
 cula. Oraturus ergo monet orate, doces quod fiduciali
 ter orare possumus ut filij parte, quod ipse Dominus ad
 orandum sic informauit, dicens: Pater noster. Septe
 ergo petitiones in dnica oratione ponuntur, ut septem
 dona

Septem vi
 tia capita
 lia.

dona mereamur Spiritus sancti, quibus recipiamus
 septem virtutes, per quas a septem uitiis liberati
 ad septem perueniamus beatitudines. Septem enim
 sunt vitia principalia, quae sunt origo om
 nium malorum, scilicet superbia, inuidia, ira,
 tristitia, auaritia, gula, luxuria: quorum tria ex
 poliant hominem, quartum expoliatum flagellat,
 quinrum flagellatum eiicit, sextum eiectum sedu
 cit, septimum seductum conculcat. Superbia enim
 aufert homini Deum, inuidia proximum, ira
 seipsum. Expoliatus uero his, qui nec de suo bo
 no, nec de alieno pie laetari uelit, cum nihil super
 sit unde gaudeat, per tristitiam flagellatur. Cui aua
 ritia succedit, quae flagellatum eiicit: quia inter
 no amisso gaudio, foris consolationem quaerere
 compellitur. Postea accedit gula, quae animum
 exterioribus inhiantem ad excessum illicit. Sequi
 tur luxuria, quae illectum, & seductum seruituti
 uolenter subiicit. Per superbiam ergo cor infla
 tur, per inuidiam arefcit, per iram crepat, per tri
 stitiam conteritur, & quasi in puluerem redigi
 tur, per auaritiam dispergitur, per gulam inficitur,
 & quasi humectatur, per luxuriam concul
 catur, & in lutum redigitur: ut dicere possit infeli
 x homo: Infixus sum in limo profundi: qui ut
 lutum platearum delebitur. Ponitur itaque prima
 petitio contra superbiam, quando dicitur: San
 ctificetur nomen tuum: ut det nobis timere, &
 venerari nomen suum, quatenus per humilitatem
 ad Deum redeamus, qui per superbiam recessimus.
 Huic petitioni datur donum, quod dicitur Spiritus
 timoris Domini, per quem ad humilitatem ueni
 tur, quae superbiam sanat, ut regnum caelorum,
Matt. 5. quod superbus perdidit, humilis acquirat. Vnde
 in euangelio. Beati pauperes spiritu, quoniam
 regnum caelorum. Secunda petitio
H est contra inuidiam. Adueniat regnum tuum. Re
 gnum Dei salus est hominum. Qui ergo sic petit,
 communem salutem omnium postulat, & sic in
 uidiam reprobat. Huic datur Spiritus pietatis, ac
 cendens cor ad benignitatem, quatenus ad ean
 dem possessionem terrae uiuentium perueniat, ad
 quam alios peruenire desiderat, iuxta illud: Beati
 mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Tertia
 est contra iram, cum dicitur: Fiat uoluntas tua sicut
 in caelo & in terra. Non enim uult contendere,
 qui sic petit, sed placere sibi indicat quicquid di
 uinae placet uoluntati. Huic datur Spiritus scientiae,
 ut ipse ad cor ueniens erudiat illud, & salu
 briter compungat: ut sciat homo malum, quod pati
 tur, ex culpa: si quid autem boni habuerit, ex
 misericordia Dei procedere. Per compunctionem
 igitur, ira & indignatio animi mitigatur: & per
 hanc uirtutem, id est compunctionem uenit ad
 ueram laetitiam, iuxta illud, quod dicitur. Beati
 qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quarta
 petitio contra tristitiam est, qua dicitur: Panem
 nostrum quotidianum da nobis hodie. Tristitia est
 tedium animi cum moerore, cum mens amari
 cata interna bona non appetit. Propterea languenti
 animae necessaria est interna refectione. Dat ergo
 Deus ei Spiritum fortitudinis, qui animam erigat,

Matt. 5.
 Matt. 5.
 Matt. 5.

quatenus ad desiderium aeternae refectionis con
 ualescat. Hoc igitur donum fortitudinis, accen
 dit cor hominis ad famem iustitiae, quae ducit ad
 plenam beatitudinis saturitatem & satietatem.
 Vnde dicitur, Beati qui esuriunt, & sitiunt iusti
 tiam, quoniam ipsi saturabuntur. Quinta petitio
 est contra auaritiam. Dimitte nobis debita nostra.
 Huic petitioni datur Spiritus consilij, qui doceat
 libenter misereri, ut misericordiam consequamur,
 iuxta illud: Beati misericordes, quoniam ipsi mi
 sericordiam consequentur. Sexta petitio est con
 tra gulam, de qua dicitur: Et ne nos inducas in
 tentationem. Huic datur Spiritus intelligentiae, ut
 interna refectione uerbi Dei exteriorem appetitum
 cohibeat, ne corporalis egestas frangere, nec car
 nis illecebra hominem superare possit. Propterea
 ipse Dominus tentatori (dum sibi esurienti frau
 dolentam suggestionem de exteriori pane proponeret)
 respondit dicens: Non in solo pane uiuit homo.
 ut aperte demonstraret, quod cum mens
 interiori pane reficitur, parum curat, si foris ad
 tempus famem carnis patitur. Datur ergo contra
 gulam Spiritus intelligentiae, ut ille ad cor ueniens
 horridas nostrae mentis purget tenebras, & nostri
 oculum interioris hominis adeo luminosum efficiat
 & serenum, ut ad ipsius diuinitatis claritatem
 contempnendam perspiciat, & mundus inueniat.
 Ex Spiritu. n. intelligentiae munditia cordis
 nascitur. Munditia uero cordis uisionem prome
 retur: sicut scriptum est. Beati mundo corde,
 quoniam ipsi Deum uidebunt. Septima petitio est
 contra luxuriam, cum dicimus: Libera nos a ma
 lo. Conuenienter seruus sanatus libertatem pe
 tit, cui datur Spiritus sapientiae, qui captiuo am
 issam restituat libertatem. Sapientia namque a sa
 pore dicitur. Haec datur, cum mens gustu inter
 nae dulcedinis tacta, totam se per desiderium col
 ligit intus, nec iam foris per carnis uoluptatem dis
 soluitur, quia totum intus possidet, in quo dele
 ctatur. Igitur contra exteriorem uoluptatem in
 terior dulcedo opponitur, ut quanto plus illa sape
 re, & placere coepit, tanto liberior & libentius
 illa contemnat, & tandem in semetipsa paci
 fica mens (dum nihil foris appetit) tota per amorem
 intus requiescat. Sic Spiritus sapientiae cor tan
 gens dulcedine sua foris concupiscentiae ardorem
 temperat, & intus pacem conitituit, ut dum mens
 tota ad internum gaudium colligitur, plene ac per
 fecte homo ad imaginem Dei reformetur, iuxta il
 lud. Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabun
 tur. Dehinc rogat minister a malo liberari inter
 uentu sanctorum, & pacem in diebus nostris. No
 cet enim infirmis perturbatio. Sequitur mystica
 fractio panis. In lege enim iubebatur simulago fru
 statum offerri: & redemptor benedixit panem, &
 fregit, fractumque discipulis diuitribuit. Sacer
 dos quoque sequens legem & Christum, panem
 sacrosanctum partitur in tres partes, quarum una
 in sanguine ponitur pro illa parte ecclesiae, quae
 adhuc peregrinatur, passionibus exposita. Alia
 duae illis adaptantur partibus ecclesiae, quarum
 una extra uitam in igne emundatur, & altera cum
 M. Hug. à S. Vic. To. iij. Dd Christo

Ibidem.
 Ibidem.
 Matt. 4.
 Matt. 5.
 Matt. 5.

Christo iam gloriatur: ut vna pars ecclesiae iustificetur, & altera citius liberetur, & pro tertia gratie soluantur. Sumpitur autem minister agnum, quem lex praenuntiavit, petit sibi & populo tria. Primum inter eos numerari, quos pudet secundum carnem vivere: deinde in regno Dei glorificari: postremo, quia caro resistit spiritui, postulat pacem, sine qua nullus iustificatur homo. Vnde bene chorus consequenter alta voce Agnus Dei concinit tertio, ad laudem sanctae Trinitatis, quae agnum dominatorem terrae misit. Communio, quae post cantatur, innuit omnes fideles corpori Christi communicare, quod pro omnibus minister assumit sacramentaliter, ut sibi & omnibus sumatur spiritualiter. His completis sacerdos redit ad dexteram partem altaris, significans quod in fine mundi Christus rediturus est ad Iudaeos, quos iam reprobavit, donec plenitudo gentium intraret. Tunc enim reliquiae Israel secundum scripturas saluae fient. Sequitur tandem oratio in fine totius officij: ut gratia, quae praevenerit, subsequatur per Christum, per quem omnia facta sunt: qui Dominus omnium per creationem, factus est spiritaliter noster Dominus, assumpta humanitatis nostrae natura. Deinde salutato populo admonet ire. Non est enim sedendum vel iacendum in hoc exilio, sed hinc transeundum est ad patriam, quia missa digna est hostia, per quam fracta sunt tarta.

Esa. 16.

Sacerdotis ad altaris & exteriora reditus.

Esa. 10.

Rom. 9.

De occultis scripturarum veteris, & novi testamenti. Cap. VIII.

Nunc ergo ad occulta veniamus scripturarum, etiam quia mytico sensu sigillantur. Occultae sunt, & fons sunt signatus aliae, quia de occultis tractant, & de ijs, quae humanum excedunt intellectum, ut est mysterium summae Trinitatis, & ubi incarnati, aut corporis & sanguinis Domini. Aliae vero occultae sunt, quia de quibusdam tractant, quae licet ex se facilia sunt, tamen pro brevitate vel difficultate dicendi, minus patent intellectui. Vnde homo, qui veri cognoscendi desiderio carere non potest, crebris movetur questionibus. Sicut enim oculus lumen appetit, ita anima verum videre, ut bonum proprium desiderat, quod cognoscere & amare eam facit felicem. Sed fallitur, dum querit cognoscere verum aliquod, cuius cognitio non facit beatum, nec ad esse beatum conducit. Sunt enim diuersa genera veri, ut est verum curiositatis, cupiditatis, & iniquitatis: quorum nulum bonum est. Est autem quoddam genus veri, ut in cognitione omnium artium liberalium, quod quidem bonum est, nec tamen summum bonum est, quia eius notitia nequaquam facit beatum. Huius autem veri vere boni cognitionem habendam sacra ministrat scriptura, quae docet hominem seipsum cognoscere, & creatorem suum. Se cognoscere praecedit, & via est: Creatorem autem perfecte cognoscere, patria est: unum meritum alterum premium. Omnis igitur sacra scri-

ptura in duobus constat testamentis: vtrunque tribus ordinibus distinguitur. Vetus continet legem, & prophetas, & agiographos. In primo ordine quinque sunt volumina Pentateuchi, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. In ordine prophetarum octo sunt volumina: liber Iosue, liber iudicum, liber Samuelis, qui est primus & secundus regum. Quartus Malachim, qui interpretatur regum, qui dicitur tertius & quartus secundum computationem latino rum. Quintus Esaias. Sextus Hieremias. Septimus Ezechiel. Octavus liber duodecim prophetarum, qui dicitur Thareastra. Hi prophetici dicuntur, eo quod eorum sint, qui ex officio prophetae dicebantur, licet non omnes prophetae sint. In ordine agiographorum novem sunt volumina: liber Iob, liber Psalmorum, Prouerbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Daniel, Paralipomenon, Esdras, Esther. Sunt praeterea in veteri testamento alii libri, qui leguntur, sed in canone autoritatis non scribuntur, ut liber Thobiae, & Iudith, & Machabaeorum, & qui inscribuntur sapientia Salomonis, & Ecclesiasticus. Novum autem continet euangelistas Apostolos, patres. Euangelium quatuor continet volumina, Scriptura Apostolorum quatuor, id est epistolas Pauli, epistolas canonicas, Apocalypsim, Actus Apostolorum. Scriptura vero patrum non habet numerum definitum. Est autem considerandum, quod scriptura sacra caeteris profundior triplicem habet sensum, historiam, allegoricum, moralem. Non enim tantum in ea voces, sed etiam res significare habent. Per uocum significationem, historiam, per rerum autem significationem intelligimus allegoriam, & tropologiam. Historia est significatio uocum ad res. Allegoria est, quando per factum intelligitur aliud factum. Si visibile, simplex allegoria est. Si inuisibile & caeleste, anagoge dicitur. Tropologia est, quando per factum ostenditur aliud faciendum. Historia dicitur a graeco *ιστορεω* historeo, id est video, inquiri: quia historiographorum est res gestas secundum primam significationem uocum exponere. Allegoria quasi alieniloquium dicitur, quando non per uoces, sed per rem factam alia res intelligitur, ut per transitum maris rubri transitus intelligitur per baptismum ad paradysum. Tropologia dicitur conuersiua locutio, dum quod dicitur, ad mores aedificandos conuertitur, ut sunt moralia. Anagoge vero dicitur sursum ductio, vnde anagogicus sensus dicitur, qui a visibilibus ducit ad inuisibilia, ut lux prima die facta rem inuisibilem, id est angelicam significat naturam in principio factam. Non tamen ubique tam multiplex sensus inuenitur, quia quandoque solus historialis, quandoque etiam allegoricus, vel tropologicus, vel uterque habetur. nonnunquam, licet raro, anagogicus admiscetur. Ut Hierusalem intelligitur historialiter ciuitas terrena, allegorice ecclesia, tropologice anima fidelis, anagogice caelestis patria. Igitur sacra scriptura caeteris in his sensibus superabundat. In libris autem

Sacra scriptura diuina veteris testamenti libri qui.

Novi testamti libri qui.

Historia, allegoria, anagoge, et tropologia quid.

Scientia artium ualde ad diuinarum scripturarum cognitionem confert.

Cant. 4. & 6.

autem ethnicorum uoces tantum mediantibus intellectibus res significant. In diuina pagina non solum intellectus & res significant, sed ipsae res alias res significant. Vnde claret scientiam artium ad cognitionem diuinarum scripturarum valde esse utilem. In hoc enim quod in diuina pagina tam rerum quam uocum necessaria est significatio, artes ei subseruiunt, dum triuium uocum, quadriuum physicarum rerum administat notitiam. Significatio tamen rerum dignior est, quia allegoricus sensus acutior, tropologicus suauior est. Item uoces ex humana, res ex diuina institutione significant. Sicut enim homo per uoces alteri, sic Deus per creaturas uoluntatem suam indicat. Est enim rerum significatio profundior quam uocum, quia uoces aut uniuoce unum, aut equiuoce plura significant. Sed equiuoce pauca (prout ab homine facta est institutio) significant. res uero multo aliter: quia tot figuras, quot naturas, & quot habent proprietates, tot significationum habent diuersitates. Res autem omnis aut secundum exteriorem formam, significat, ut nix per albedinem: aut secundum interiore naturam, iuxta illud: Capilli tui sicut grex caprarum: propter subtilitatem uidentis. Patet igitur quae sit necessaria artium scientia. Mathematica enim de exterioribus formis, physica de interioribus docet naturis, & theorica. Ut autem breuiter uilitatem artium tangamus, dicimus quod philosophia diuiditur in tres partes uel species, logicam, ethicam, theoricam. Logica de uocibus, Ethica de moribus, Theorica de rebus tractat. Item theorica subdiuitur in mathematicam, Physicam, Theologiam. Mathematica de inuisibilibus formis rerum visibilibus agit, Physica de inuisibilibus naturis rerum visibilibus, Theologia de inuisibilibus essentis, & earundem naturis. Sic ergo per artes iuuamur in diuina pagina, ubi uocum significationem attendimus propter literalem sensum: & rerum significationem consideramus, ut capiamus mysticum intellectum: per formam visibilem, ubi iuuat mathematica: aut secundum naturam inuisibilem, ubi physica, & theologia seruiunt.

De materia diuinae scripturae. Cap IX.

Rest autem materia diuinae scripturae specialiter opus restorationis, id est incarnatio uerbi cum omnibus sacramentis suis, sicut opus creationis materia est physicorum Gentilium. sed differunt, quia hoc in sex diebus, & illud in sex perficitur aetatibus. Diuiditur autem haec materia in rem interiore & speciem exteriorem. Res interior in ueritatem, & uirtutem: exterior species in signum ueritatis, & in signum uirtutis. Cum. n. auris interior obsurduerat, foris locutus est homini Deus per signa. Signum autem ueritatis aliud in operatione, ut cum res tropologice significat: aliud in uoce, ut Diliges Dominum Deum tuum. Per signum ueritatis fides, per signum uirtutis moralitas docetur. Res ergo interior, ueritas uel uirtus dei, res exterior signum. Ut in sacramento uerbi incarnati duo inueniuntur, humanitas & diuinitas. Et in sacramento

Materia diuina scripturae quae.

corporis Domini, species exterior signum est, res interior ueritas & uirtus. i. corpus Domini, & gratia qua soli boni percipiunt. Itidem autem res, & signum hic inuenitur. Omnis ergo materia diuinae paginae aut res, aut signum est. Res hic dicuntur, quae non habent significare: signa, quae habent. Quorum quaedam iustificat, quaedam non. Item rerum aliae sunt, quibus fruendum est, ut summum bonum: aliae, quibus utendum, quibus adiuuamur: aliae, quibus fruuntur & utuntur, ut homines & angeli. Frui autem est amare aliquid propter ipsum, ut in eo finem ponas. Vti est quod in usum uenerit referre ad habendum id, quod fruendum est, licet frui & uti frequenter aliter & improprie accipiantur. Virtutibus igitur non fruimur, sed utimur: licet. n. ipsae sint amandae & petendae, tamen non propter se tantum, sed propter solum Deum finaliter, quo hic fruuntur sancti in spe, & aliquando in re, quia iam quodammodo habent, quo plene & perfecte fruuntur in futuro. Utendum est uirtutibus ergo, & per eas fruendum summa Trinitate. i. summo & incommutabili bono. Idem de bona uoluntate dicimus. vnde Augustinus: Voluntas est, per quam fruimur. Per uirtutes ergo fruimur, non eis: nisi forte aliqua uirtus sit Deus, ut charitas. Vtitur autem Deus nobis, non ut nos alijs rebus. Misere retur enim nobis non ad suam uilitatem, nos uero miseremur alijs ad nostram uilitatem. Cum uero (ut dictum est) omnis materia sacrae scripturae aut res sit, aut signum: quia de occultis intendimus, de re interiori prius dicamus. Et primum de illa, quae ueritas dicitur: nec a qualibet sed a summa ueritate (ipsa iuuante) incipiamus, a monte umbrato & condense, qui uocibus significatur cum dicitur, Deus est uerus, uel trinus. Nec solae uoces hanc significant Trinitatem, sed res quoque, ut quando Abraham in figura summae Trinitatis tres angelos uidit, & unum adorauit. In baptismo quoque Christi, & transfiguratione ostensa est Trinitas, cuius imaginem anima quodammodo representat, cui Deus se manifestauit per naturam & gratiam. Per naturam id est per rationem & creaturam: Per gratiam id est per inspirationem & doctrinam. Per inspirationem intus iuuat rationem, per doctrinam foris creaturam. Hos quatuor modos Apostolus breuiter comprehendit dicens: Quod notum est Dei, manifestum est in illis. Nunc autem uidemus quantum ratio per se ualuit: Ratio inuenit Deum esse, & unum esse, & trinum. Considerans enim non semper se fuisse, intelligit se esse ab alio: quod ne in infinitum procedat, probat id nunquam cepisse, & sic cognoscit Deum esse. Item considerans, quod si plures essent, uel singularitas imperfecta. uel pluralitas superflua esset, probat unum esse: non unum collectione, uel compositione, aut similitudine: sed essentia, quia caret partibus: & identitate, quia non uariatur: & ideo uere, & summe unus est essentialiter. Spiritus autem creatus uere, sed non summe unus est essentialiter, non inuariabiliter ut Deus. Nunc autem qualiter anima rationalis deprehendit Deum esse trinum, uideamus. Augustinus in libro de Trinitate. Trinitatem quandam in omni re demonstrat, ut facilius

Gen. 18. Matt. 3. Matt. 17. Trinitatis ostensio in baptismo, & transfiguratione Domini.

Gen. 18. Matt. 3. Matt. 17. Trinitatis ostensio in baptismo, & transfiguratione Domini.

Rom. 1.

per trinitates creaturarum ad trinitatem creatoris ascendat. Sed quia hoc longum est, recurramus ad eximium simulachrum. i. ad mentem, quæ est imago Dei: & sicut per illam Deum esse, & vnum esse cognouimus, ita per eandem trinam esse intelligamus. Anima igitur in se reperit quandam trinitatem. scilicet memoriam, intelligentiam, delectationem vel gaudium: aut si dicamus naturalem vim intelligendi, quæ mens appellatur, ex qua nascitur notitia, & ex his procedit amor. Hæc tria idem sunt in essentia, sed secundum proprietates differunt. Tria quoque ad se inuicem referuntur, nec tamen sunt accidentia, sed substantialiter in anima, & vnum in essentia: quia vna vita, vna mens, vna essentia, & quicquid ad seipsam singula dicuntur, et simul non pluraliter sed singulariter dicitur, & inseparabilia, & æqualia sibi sunt, quia a singulis capiuntur omnia & tota. Ex hoc, non sensu hæc tria vnum dicitur, quia secundum Augustinum substantialiter existunt in anima, non tantum in subiecto, ut color in corpore: quia etiam relative dicitur singula, tamen substantialiter sunt in sua substantia. Mens se cognoscens, notitiam tanquam prolem gignit. Tertius est amor, qui ab ipsis procedens vtriusque complexio est. Anima autem ex hoc, quod reperit in se, inuestigat supra se, & inuenit in Deo potentiam, sapientiam, gaudium, sed differenter. In anima, non sic sunt, quæ tempore mens præcedit, ex qua est intellectus, sequitur gaudium. In Deo simul, quia ab æterno. Sic ratio per se inuenit Deum esse, & vnum esse, & trinam esse. Sed quia debilis est, nisi iuuetur, idcirco consuluit creaturam, vtrum aliquod vestigiū Trinitatis in ea reperiret: & id per eam cognouit, quod in se sentiebat. Per cran situm, non rerum cognouit Deum esse: quia qui tran sit, ab alio habet initium. Per statum rerum intellexit vnum esse, quia ordinatæ res sibi proueniunt, ut summa infimis, & prima postremis concordent. Itaque per vnicam concordiam non dubitat vnum esse artificem. Trinum quoque cognouit, quia per immensitatem rerum diuinam inuestigauit potentiam, per pulchritudinem sapientiam, per vtilitatem benignitatem. Sed licet contestantur idem ratio & creatura: hoc tantum interest, quod tria, quæ in mente reperiuntur, tantum signa sunt & imago Trinitatis, quæ in Deo est. Tria vero, quæ foris in creaturis conspiciuntur, tantum signa sunt, sed non imago. Licet, non per immensitatem creaturæ inuestigaretur potentia Dei, non tamen immensitas est potentia, vel pulchritudo sapientia, vel vtilitas benignitas. Quæ vero in anima sunt, etiam imago sunt: quia sicut in mente est potentia, ita in Deo potentia est: sed nimis incomparabiliter, cuius in mente est potentia imago. Item sapientia vel gaudium in mente, imago est sapientia vel gaudij, quæ in Deo sunt: sed hæc verius in Deo. Quæ enim in Deo in veritate sunt, hic in imaginine comparent. Nec tantum per testimonium creaturæ iuuatur iudicium rationis, sed et per doctrinam & inspirationem. Cum autem ratio inuenisset (ut dictum est) Deum esse, & vnum esse, & trinum: in vnitatem et inuenit æternitatem & immensitatem, in æternitate immutabilitatem, in immensitate simplicitatem, hoc est æternitatem sine tempore, immensitatem sine quantitate. **Æternitatem dico sine tempore, quia initium non ha-**

buit. Illud enim, a quo omnia esse habent, a nullo esse habet, nec habiturum est finem: quia idem est ei esse & idem quod est, nec ullam recipit mutabilitatem. Nullo, non genere mutabilitatis potest mutari. Nec, non loco, vel forma, vel tempore mutari potest: quibus modis corpora mutantur. Mutatur, non corpus secundum locum, quando totum de loco ad locum transferitur. Secundum formam, id est, dispositionem partium tribus modis: cum aliqua pars additur, vel auferitur ut aliter sit, quando etiam aliquis rubet vel pallet, transferitur sanguis, & est mutatio secundum formam. Secundum vero tempus, quando res est prius vno modo, postea alio. Cum ergo corpora tribus modis mutantur, secundum formam, secundum locum, secundum tempus: primus infert secundum & tertium, secundum tertium tantum, tertius infertur ab utroque, & infert neutrum. Incorporalia quoque tribus modis mouentur, cognitione, affectu, & tempore. Cognitione tribus modis, per augmentum, per diminutionem, & per successionem. Affectu mutatur spiritus, cum modo tristis sit, modo lætus. Sed siue mutetur cognitione siue affectu, necesse est, ut mutatio secundum tempus commutetur. Semper, non aliquid sibi prius, & aliquid posterius est. Singula autem harum mutationum remouentur a Deo: quia nec loco mouetur, quia ubique est: nec forma, quia simplex essentia partibus caret: nec cognitione, quia eius scientia, nec crescit, nec minuitur, nec vnum prius, vel alud posterius comprehendit. Similiter nec affectu mutatur, quia summe bonus nihil contrarium sibi bonitati recipit. Cum igitur Deus nullo genere istorum quatuor mutetur, nec tempore mutabitur. Quia ergo caret principio, & fine, & mutabilitate, ut dictum est, Deus æternus est. Reperit quoque ratio in Trinitate consensionem vnitatis, consuetudinem æternitatis, æqualitatem immensitatis. Et consensionem quidem vnitatis sine diuisione: Consuetudinem æternitatis sine successione: Æqualitatem immensitatis sine diminutione. In vnitatem totum, in immensitate plenum, in æternitate perfectum. Cum autem anima in Deo Trinitatem per hoc, quod in se sentiebat per creaturas, per doctrinam, per inspirationem inuenisset, ut aliquibus certis, & discretis vocabulis de Trinitate ageretur, fides tria quasi propria imposuit nomina: eum, qui a nullo est, appellando patrem: qui ab illo solo est, filium: qui ab utroque est, Spiritum sanctum. Quæ vocabula (ut quod æternum est significaret) ab humano vsu accepta sunt. Sed ne omnimoda inter diuina & humana videretur similitudo, adiecit ut patrem omnipotentem, filium sapientem appellaret, ne putaretur esse, ut in alijs. Et qui a nullo est, pater dicitur: quia ibi erat, qui ab illo erat, & ille filius: cum in substantia & natura idem sit quod ille, non qui ille. Qui ab utroque, est Spiritus sanctus: quia ab utroque spiratur. Ut autem ait Augustinus hoc vocabulum, persona, fides reperit catholica ad discretionem Trinitatis, non ut per id diceret quid esset, sed ne omnino taceretur quid esset. Per hoc enim vocabulum (ut idem dicit) non diuersitatem significare voluit, sed singularitatem noluit. Cum enim fides plurali numero personas confitetur, non per hoc in essentia tria esse intelligit, sed eandem personam

Mens hois imago Dei.

Corporis mutatio triplex.

Incorporalia quomodo mouentur.

In Deum quare nullo genus mutationis cadat.

Diuinarum personarum nomina.

Vocabulum persona quare a fide catholica reperitur.

Pluralitas personarum quid officiat.

Sanctissima Trinitas quid.

nam non esse declarat. Et hoc est solum vocabulum, quod cum de singulis singulariter dicatur in summa, non tamen singulariter sed pluraliter pronuntiat. Pluralitas enim vel distinctio personarum non ponit aliquid sed remouet, non unitatem substantiæ sed solitudinem, negat enim solitudinem & singularitatem. Vnde Hilarius: Professio consortij sustulit intelligentiam singularitatis. Itaque cum dicimus plures personas, tollimus solitudinem, & si significamus quod pater non est solus. Cunque tres profitemur personas, prædicamus quod non tantum una est, nec tantum duæ, sed tres simul. Et tres profitemur, quia quicquid de Deo vere dicitur, ad potentiam eius, vel sapientiam, vel bonitatem refertur. Sed queri potest: cum hæc tria in Deo personæ dicantur, quare illa tria in anima, quæ sunt imago huius trinitatis, personæ non dicantur. Ad quod dicimus, quod licet sint substantialiter in anima, non tamen omni modo sunt idem cum ea, sed variantur circa eam. Quæ autem in Deo sunt, non variantur, sed vere idem sunt cum Deo, in quo sunt: & unumquodque idem quod Deus. & Deus est & vnus Deus & tres personæ: quia vna diuinitas in tribus est. Sed ecce, dum inuestigat vera & summa Trinitas, in ipsa eius imagine & similitudine (quæ tam pulchra, tamque subtilis resplendet in anima) apparent miræ dissimilitudines. Anima, non vel homo, qui per hæc tria imago Dei dicitur, tamen est hæc tria. Deus autem est tres personæ, & hæc tres personæ vnus Deus. Itæ homo habens hæc tria vna est persona: Summa vero Trinitas non est vna persona, nec tantum vnus persona, sed tres personæ, pater & filius & Spiritus sanctus. Itemque in anima mens præcedit tempore, sequitur intellectus & gaudium: in Deo nil prius nil posterius. Trinitas ergo mentis qualiscunque imago respectu summe Trinitatis exigua est, & ex maxima parte illi dissimilis, sed tamen imago. Nec propter hoc tantum dicit Augustinus, quia sui meminit mens, & intelligit, & diligit: sed quia potest meminisse, & intelligere, & amare Deum, a quo facta est. Qui autem reminiscit per memoriã, intuetur per intelligentiam, amplectitur per dilectionem, hic reperit imaginem, & illum, cuius est imago. Verius, non inuenit amas quod disputas.

DE CEREMONIIS, SACRAMENTIS, OFFICIJS, & OBSERuationIBUS ecclesiasticis libri tres, in quos est hæc eiusdem Prefatio.



Emini dudum, de ecclesiasticis officijs, dum parua quedam ad memoriæ conseruationem mihi ipsi scriberem, te frater amatissime, quaternionculum meum extra armorio clausulam incaute derelictum inuenisse, & aliqua, quæ tibi placere videbantur, legisse. Cum autem postea eiusdem tibi fieri copia sæpius postulares, negabam, nunc opusculum inexpletum esse asserens, nunc incorrectum: & vtriusque vere. Ipsa, non ecclesiastica officia (qui-

bus agendis diuina gratia paruitatem nostram deseruire voluit) de ecclesiasticis officijs agere non sinebant. Sed ne forte propter dilationem nimiam aliquid aliud suspiceris, partem noctis sopori furatus feci, quod potui. Eaque quæ mihi ipsi dictaueram, & quæ cetera alia in patrum tractatibus inuenta moderata breuitate pertrinxim, ut & memoria concludi possint, & tedium lecta non afferant. In quibus siquid laudabile inueneris, meum nullatenus arbitreris. Nihil enim hic meum dixerim, nisi quod in diuersis reperita libris, prout potui breuiando transcripsi, & quasi paleas amouens grana congregaui. Pauca etiam (sed quæ nihil scrupuli habent) non ingenio meo inuenta, sed ab ore suscepta magistrorum, quia perutilia videbantur apponere curauim. Verbis communibus & rebus ipsis, de quibus agit cognatis, opus explicare congruentius duxim, quam schematum varietatibus inuoluere, & res per se fulgidas decolorando verba colorare: Sicut enim mulier pulcherrima inde pulchritudinis suæ amittit pretium, unde turpis sibi vmbrailem quandam pulchritudinem in oculis hominum acquirit, sic colorum rhetoricorum cerussa, & purpuris cætera exornantur: quæ autem proprium fulgorem habent, eorundem superinductione fuscantur. Siquid in hoc opusculo uel insufficienter, uel non recte dictum inspexeris, tu frater charissime corrigere non pigriteris, siue cum notula aliqua mihi corrigendum remittere. Titulos capitulorum annotare placuit, & numeros, ut quod quaesieris, facilius quæras inuenire.

¶ Liber primus agit de consecratione ecclesiæ, & de sacramentis ecclesiasticis.
 ¶ Secundus de ecclesiasticis officijs.
 ¶ Tertius de specialibus missarum obseruationibus, iuxta temporum, & causarum varietatem.

Sequuntur libri primi Capita.

- De dedicatione ecclesiarum de trina circuitione Episcopi cum aqua benedicta: & de luminariibus interim in ecclesia accensis. Cap. I.
- De trino accessu episcopi ad ostium basilicæ, & percussione superliminaris, & apertione ostij in tertia percussione. Cap. ij.
- De scriptura duplicis alphabeti in pavemento. Cap. iij.
- Quid ingressus in basilicam episcopus primo faciat, uel dicat. Cap. iiii.
- De aqua intra basilicam sanctificata, & de admixtione salis, & cineris, & uini. Cap. v.
- De crucibus factis, & de aqua sanctificata in altari, & in cornibus eius. Cap. vi.
- De septenaria circuitione episcopi circa altare. Cap. vii.
- De residuo molæ seu molæ ad basim altaris conuendo. Cap. viij.
- De extersione altaris lineo panno facta. Cap. ix.
- De vnctione altaris. Cap. x.
- Quid significant altaris velamina alba. Cap. xi.
- De sacramentis ecclesiasticis, quæ, & quibus conueniant. Cap. xij.
- De baptismo, & forma eius, & efficacia. Cap. xij.
- De verbis rustice prolatis: & quare in aqua tantum baptizetur. Cap. xiiij.

Aushoris modestia.

Aushoris humilitas.

apud nos non reperitur.

- De responsione patrinorum pro paruulo. Cap. xv.
- Quid dimittatur in baptismo. Cap. xvi.
- De die scrutiniij. Cap. xvij.
- De antecedentibus ante baptismum. Cap. xvij.
- De trina immersione, & unctioe charismatis. Ca. xix.
- De veste alba, & communicatione paruulorū. Ca. xx.
- De paruuli in aetate congrua patrinorum promissione tenentur. Cap. xxi.
- De confirmatione. Cap. xxij.
- De penitentia. Cap. xxij.
- Quare penitentia solennis non iteretur. Cap. xxiiij.
- Qualiter sacerdos peccata dimittat. Cap. xxv.
- De iniuste excōicato utrum ligatus sit. Cap. xxvi.
- De unctioe infirmorum. Cap. xxvij.
- De coniugio. Cap. xxvij.
- De bonis coniugij. Cap. xxix.
- Quid facit coniugium. Cap. xxx.
- Quae impediunt coniugium. Cap. xxxi.
- De ordinibus. Cap. xxxij.
- De ostiarijs. Cap. xxxij.
- De lectoribus. Cap. xxxiiij.
- De exorcistis. Cap. xxxv.
- De accolis. Cap. xxxvi.
- De subdiaconibus. Cap. xxxvij.
- De diaconibus. Cap. xxxvij.
- De presbiteris. Cap. xxxix.
- De Episcopis. Cap. xl.
- De archiepiscopis. Cap. xli.
- De patriarchis, & sedibus eorum seu locis. Cap. xliij.
- De summo pontifice, & officio eius. Cap. xliij.
- Quare Episcopi die dominica cōsecrētur. Cap. xliiij.
- De veste sacerdotali, & primo de humerali seu amictu. Cap. xlvi.
- De alba. Cap. xlvi.
- De cingulo. Cap. xlviij.
- De stola. Cap. xlviij.
- De subcingulo. Cap. xlix.
- De casula. Cap. l.
- De fauone. Cap. li.
- De veste episcopali. Cap. liij.
- De dalmatica. Cap. liij.
- De sandalijs. Cap. liij.
- De mitra. Cap. lvi.
- De chirothecis. Cap. lvi.
- De pallio archiepiscopi. Cap. lvij.

Incipit Liber primus.

Nter omnes quæretium faciem Dei Iacob occupationes, nil æque memoria pariter, & usu dignū arbitror, vt ecclesiastica sacra simul & officia. Illa enim de fide, & moribus recte cōsiderata docent & instruūt: hæc rerum authori pro donis quotidianis vestigalia rependunt, ut ampliora promereantur diuinæ largitatis beneficia. Propter utraque, quæ de scripturarum syluis elicere congrua potuimus, in vnum colligere studuit paruitas nostra: & primo de consecratione ecclesiæ materialis (quæ sacramentorum nostrorum præfert figuram) succinctis agere uerbis.

De dedicatione ecclesiarum de trina circuitione Episcopi vim aqua benedicta: & de luminariibus interim in ecclesia accensis. Cap. I.

Dedicatio siue cōsecratio ecclesiarū episcopali dignitati referuata est, sicut & cōsecratio virginū, & ordinatio clericorum. In primis episcopus ad cōsecrandā accedēs ecclesiā aquā benedicit, cui & salē benedictū admiscet. Inde ecclesiā tergyrando exterius aspergit. In quo & baptismi, & pœnitentiæ comitatis baptismum, figura præteditur. Sic. n. hō cū baptizatur, pp tres personas (quarū muneris est peccatorū remissio) ter in aquā mergitur. Per penitentia aut dimittit Deus quicquid humana puerfuitas cogitatione, locutione, vel actione comittit. Quod bene in aqua & sale figuratur, quia & a fordibus emundat, & a vitiorū putredine mentem cōseruat. Interim in ecclesia locis duodecim luminaria sunt accensa, quibus significatur ardēs & lucens apostolica doctrina, q̄ & in ecclesia materiali prædicatur, & in tēplo nō manufacto p Spiritū sanctū accenditur. Sic quoq; cū tabernaculū a Moysē Dño iubete cōstructū fuisset dedicatū, duodecim duces eadē munera obtulerūt, sed diebus diuersis: hoc significāte Spiritu sancto, q̄ apostolica doctrina quocunq; tpe prædicata, in ecclesia concors esset, & indiuisa. Et notandū, q̄ ecclesia antequā pōtifex eā ingrediatur, populi ignorātis Deū, & perfidia tenebris inclusi, typū gerit. Quā ter circuit pōtifex aqua benedicta admixto sale aspergēdo, sicut dictū est, subsequente clero, & populo. Quia sicut leo rugiēs diabolus circuit quærens quē deuoret: sic prælatus ecclesiæ circuire debet quærens quem a faucibus leonis illius eripiat. ad pœnitentiam adducens, & baptizans. Vnde & Petrus ait: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.

De trino accessu episcopi ad ostium basilicæ, & percussione superliminaris, & apertione ostij in tertia percussione. Cap. II.

VT aut ostēdat pōtifex sibi cōcelsā præte libe rādi, & vtiliter captiuādi captiuitatē diaboli, sacra ecclesiæ ministrādo (de qua dictū est: Et portæ inferi nō pualebūt aduersus eā) ad singulos circuitus accedit ad ostiū basilicæ, & superliminare percussit virga pastoralis, q̄ typū gerit sacerdotalis potestatis: sicut & illa, quā Dñs discipulos ad p̄dicādū mittēs in via ferre pmisit. Percutiēdoq; dicit antiphonā: Tollite portas principes vestras: & cætera. Principes populi, p basilicā non consecratā significati, dæmones sunt: portæ, p quas introeūt ad corda hominū, vitia sunt, & praua opera. Hæc imperat auferri, vt eleuetur portæ, per quas introitur ad æternitatem. s. virtutes, vt itroeat rex gloriæ ad corda hōium ad fidē veniētū. Figurā aut populi p̄fati gerit archidiaconus, q̄ itus ad admonitiōē pōtificis quasi admirans interrogat. Quis est iste rex gloriæ? Post trinam percussione ostium aperitur, quia Trinitatis præte pars aduersa superatur. Ingrediēs ep̄sc cū clero, & populo dicit ter, Pax huic domui: quia Christus p assumptionē carnis mūdū ingrediēs, p arietē inimicitiarū d̄struxit, & pacē inter celestia & ter-

B *Ecclesiā* *dedicatio,* *virginum* *cōsecratio,* *& clericorum* *ordinatio* *Episcopo* *referuata.*

Num. 7.

Actu. 2.

C *Matt. 16* *Episcopi* *ad Basilicæ* *ostij* *accessus,* *& superliminare* *percussio.*

D *Ab Episcopo* *cur Pax* *huic domui* *dicitur.*

terrestria reformauit. Pōtifex ergo basilicā intrās, pax huic domui dicit: quia sancti doctores hic intēdūt, vt populus, qui a Deo discordauerat p peccata, ei reconcilietur per bonorū operū exercitia. Ingressus episcopus ecclesiam, primo prostratus orat cū clero & populo, adimplens quod dicit Apōstolus.

1. Ti. 2. Obsecro primum omnium fieri orationes, obsecrationes, postulationes pro omnibus &c. Surgens ab oratione nondum salutat populum dicendo, Dominus vobiscum: sed ad orationem inuitat, quia nouellus populus nondum salutatione pontificis dignus videtur, magis autem pro eo q̄ ab eo orandū est, vt postea salutatione dignus habeatur. Inde est, q̄ Dominus prædicatoribus suis præcepit, vt neminem in via salutarent, quod est, vt hominē adhuc hominē corde, nō spiritu. i. adhuc trāsitoria, & nō spiritualia appetentem, non demulceant spe vana.

Christus *quare Apōstolis* *præcepit,* *vt nēm in* *via saluta-* *rent.*

De scriptura duplicis alphabeti in pavimento. Cap. III.

His itaq; cōpletis, incipit Pontifex de sinistro paulenti alphabetum scribere, & de dextro orientali in occidentalem sinistrū. Alphabetū rudimenta doctrinæ ecclesiasticæ significat. Vnde græce scribitur & latinæ: quia hæ duæ linguæ in doctrina christiana cōcordāt, & vterq; populus ad rudimenta dei vocatus est. Quod aut ab angulo in angulū cācellatis lineis scribitur, duplici figurā alludit. Quorum prior est, vt (quia tali forma crux figuratur) doctrinæ euangelicæ, qua simplices imbuēdi sunt. mors Christi principaliter inferatur. Vnde Paulus Corinthijs adhuc rudibus dicit. Non iudicauit me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hūc crucifixum. Secunda est, vt quia scriptura alphabeti a sinistro angulo transit ad dextrū & ediuerso, intelligamus per doctrinā euangelicā, & crucē factam, q̄ populus dignior factus est indignior, & econtrario. Quod & in benedictione Iacob figuratum est, quando cancellatis manibus dextram posuit super caput iunioris filij Ioseph scilicet Ephraim, & sinistrā sup caput maioris. s. Manasse.

Quid ingressus basilicam episcopus primo dicat, vel faciat. Cap. IIII.

Per ea, quæ hactenus nostra explicauit oratio, ecclesia deducenda ad hoc preparata est, vt dedicari possit, & debeat. i. consecrari. Pontifex ergo ad altare accedēs, & quasi incipiēs dicit: Deus in adiutorū meū intende &c. abiq; alleluia. Est. n. verus ille laboratium in hac vita, & cōtra hostes visibiles & inuisibiles colluctantiū: & ideo in suū adiutoriū Deū inuocantiū. Alleluia aut laus angelorū est ad homines per Ioannem in Apocalypsi delata, vbi se perhibet vocem angelorum audisse dicentiū alleluia. Est autem vox latitiæ spiritualis. Vnde in tempore luctus scilicet a septuagesima vsq; ad Pascha in ecclesia non cantatur. Pontifex ergo, qui cū subditorum imperitia adhuc certat, & adhuc in figura non fidelem ecclesiā ad fidē vocat, vel lapsos

Deus in adiutorium *meum* *intende* *quid* *significet.*

Apo. 19

ad penitentiam: adiutorium quidem Dei postulat, sed alleluia pro eis non decantat, de quorum salute nondum plene sperat.

De aqua, & sale, & cinere & vino commixtis. Cap. V.

Post hæc benedicatur aqua, cui admiscetur sal, & cinis, & ad vltimū vinū. Aqua expiationem significat: quia per aquā coinquinata emundari, & ablui solent. Expiatio aut peccatorum recte fit, si adhibeatur sal sapientiæ, qui corruptibilia a corruptione seruat. Vnde in lege præcipitur. In omni sacrificio offeres sal: nec auferes sal fœderis Domini Dei tui de sacrificio eius. Quod est: Nihil Deo temere offeras. Illa. n. opera placent illi, quæ sale sapientiæ sunt cōdita. Cinis vero significat reliquias, id est memoriā dominicæ passionis, quam et significabat cinis vitulæ aspersus ad expiationem populi, sicut in Deuteronomio legitur. Non est aut expiatio a peccatis sine fide dominicæ passionis. Vel cinis, qui de carbonibus efficitur extinctis, mortificationem vitiorum significat, & extinctionē. Vinū spiritualement dulcedinem significat, quia ab vbertate domus Dei mentes sobriæ inebriantur, ad quam per prædicta venit, sicut promittitur in figura, cum vinū post cætera omnia infunditur. Potest et dici, q̄ aqua & vinum duas in Christo significant naturas, quarum fides emundat a peccatis.

De crucibus aqua in altari. Cap. VI.

In hac aqua tingit pontifex pollicem suum, & facit crucem in altari, quæ attingit totam eius longitudinem & latitudinem: deinde facit crucem per quatuor cornua altaris. Altare enim Christi figuram præfert: quod per quatuor cornua distēditur, quia Christus in membris suis per quatuor mundi cardines dilatatur. Dilataberis, inquit, vsq; ad orientem, & occidentem, & septentrionem, & meridiē. Bene autem crux de aqua fit, & in toto, & in partibus: vt ostēdatur & vnuerſam ecclesiam Christi, & singulas ecclesias per lauacrum aquæ, & fidem passionis a peccatorum fordibus esse mundatas.

De septenaria circuitione episcopi circa altare. Cap. VII.

Inde circuit altare septem vicibus, & aspergit. Quo numero significatur plenitudo Spiritus sancti. i. spūs sapiētiæ & intellectus, spiritus cōsilij & fortitudinis, spiritus sciētiæ & pietatis, & spiritus timoris Domini. Huic. n. spiritui septiformi cedit, quicquid cōtra Deū se erigit. Sicut & in circuitu septimo muri Iericho corruisse legūtur. Aspergitur aut aqua hyssopo, quæ est herba humilis purgās peccatus, & duritiā saxorum radicibus penetrans. Significat aut humilitatē Christi, qui superbiæ nostræ tumores humiliando se vsq; ad mortem curauit, & duritiā cordiū nostrorū suæ humilitatis intuitu emolliuit. Dehinc circuit totam ecclesiam intus ter, & aqua parietes aspergit. Quæ aspersio, tēpli non

Ecclesiasticorum *sacramentorum,* *& officiorū* *utilitas.*

Leuit. 2.

Nu. 19. *Passionis* *Christi* *uir* *tus.*

Gen. 28.

Septenaria *altaris* *circuitio.*

Iosue. 6.

Gen. 28.

non manufacti emundationem significat interior, quæ quotidie fit per veram pœnitentiam. Sicut enim aspersio aquæ exterior significat baptis- mi ablutionem, idest illam, quæ in baptismo fit pec- catorum emundationem: sic interior eam, quæ fit per veram pœnitentiam. Ideo autem ter, quia per pœnitentiam dimittitur quicquid praua locutione, cogitatione, vel opere committitur, sicut supra dictum est. Canitur autem Psal. Exurgat Deus, cum antiphona: vt viribus destituatur hostes huic emun- dationi resistentes. Canitur & antiphona. Qui habitabit in adiutorio Altissimi: innuens nullû a Deo protegi, nisi eum, qui de suis viribus non præsumens Dei adiutorium implorauerit. His præactis pontifex ad orationem se confert, petens vt omnes, qui eandem domum intrauerint, exauditos se esse gaudeant.

Pfal. 67. Antiphona. Psal. 90.

De residuo molæ seu molæ ad basim altaris condendo. Cap. VIII.

Completa oratione conuertit se pontifex ad altare incipiens antiphonam cum psalmo, Introibo ad altare Dei. Et quod remanet de molta, qua conditæ sunt sanctorum reliquiæ, fundit ad basim altaris: quia qd ipse nequit, humiliter Deo committit. & purgationem scilicet subditorû per aquam intelligunt, & honorificationem sanctorû. Hinc est, quod in sacrificiis veteris testamenti de sanguine hostiarum digito sacerdotis aspergebatur contra Deum, vel in cornibus altaris ponebatur iuxta sacrificiorum diuersitatem, & quod reliquum erat, ad basim altaris fundebatur: quia sacerdotum est quicquid possunt ad vtilitatem gregis sibi commissi facere, quod autem vires suas excedit, Domino deuotissime commendare. Quam formam summus pastor cæteris reliquit, cum passioni appropinquans patri dixit: Pater serua eos, quos dedi sti mihi. Quam magistri formam sequutus Paulus in supremo articulo vitæ præsentis dicebat discipulis suis. Et nunc commendo vos Domino, & verbo gratiæ eius. Hoc autem innuit antiphona. Dicit enim se introiturum ad altare Dei, videlicet ad illud, quod significatur per istud visibile, ad quod non penetrat oculus carnis, sed pura & deuota intentio mētis. Et hoc est, quod sequitur. Ad Deum, qui latificat iuuentutem meam.

Sacerdotis officium. Ioan. 17. Actuum 20.

De extersione altaris cum lineo panno. Cap. IX.

Postea altare linteo extergitur. Linum enim de terra ortum cum magno labore perducitur ad candorem. ergo quasi linteo altare non manufactum extergimus, quando Christum per angustias passionis intrasse prædicamus in gloriam, & eos, qui de corpore ipsius sunt, quod est ecclesia, ad eius imitationem inuitamus. Deinde offertur incensum, quod significat orationes sanctorum: quia pro eis debent orare prælati, quos ad tolerantiam passionum inuitant.

Thus.

His expletis pontifex crucem facit de chrisma. Hæc in medio altaris: deinde per quatuor ipsius cornua, sicut prius fecerat de aqua consecrata. Et est ordo congruus, vt post emundationem per aquam, & post alia quæ dicta sunt, oleum adhibeatur: quia & sancta ecclesia prius in aqua mundatur baptismatis: & sic vntione chrisma insignitur per manus pontificis. In qua vntione datur Spiritus sanctus ad diligendum Deum & proximum: sicut in ea vntione, quæ fit in baptismo datur idem Spiritus ad remissionem peccatorum. Vngitur ergo altare, & cantatur antiphona: Vnixit te Dominus oleo lætitiæ præ confortibus tuis: vt in hac vntione intelligamus gratiæ plenitudinem, quæ præcessit in capite, & missio Spiritu sancto die Pentecostes refullit in Apostolis. De qua etiam plenitudine (teste Ioanne) omnes accepimus. Vnde consecrato altari, cruces vndique chrismanur in parietibus.

M Actuum. 2 Ioan. 1. Psal. 44.

Quid sit quod altare velaminibus albis cooperitur. Cap. XI.

Præacta denique consecratione altare velaminibus albis cooperitur: quibus & sacramentum nouitatis intelligitur in baptizatis, & prænuntiat gloria futuræ incorruptionis, quæ erit in dedicatione illa gloriosa, quæ iam completa in capite, in membris expectatur adimplenda.

N

De sacramentis ecclesiasticis, quæ, & quibus conueniant. Cap. XII.

Quoniam de ecclesiæ cōsecratione, prout breuitatis ratio poscebat, egimus: sub eadem compendij regula de eis, quæ in ecclesia geruntur, aliquid dicamus. Septem sunt principalia sacramenta, quæ in ecclesia ministrantur: quorum quinque generalia sunt, quia ab eis neuter sexus, nulla ætas, conditio nulla excluditur. Videlicet baptismus, confirmatio, eucharistia, pœnitentia, vntio infirmorum. Duo particularia sunt, eo quod non tribuantur omnibus, sed quibusdam hominum, ordines, scilicet & coniugium. De his omnibus scribere necessarium duxi, vt memoriter teneam quid in his acceperim, siue ministrum, si quando aliquod eorum manibus meis ministrari contingat. Alioquin ad vsus aliorum panes porto, nec gusto, diuina tamen gratia sua non deserente sacramenta. Notandum igitur, quod prædicta quinque sacramenta generalia, remedia sunt contra peccata & originalia, & actualia. Et est baptismus intrantiû ecclesiam, Confirmatio stantium quasi in pugna, Pœnitentia lapsorum, sed resurgentium, Eucharistia manentium in ecclesia, Vntio exeuntium ab hac vita. Quæ quidem remedia ante legem fiebant per sacrificia. Sub lege & per circūcisionem, & per sacrificia. Sacramentum duobus modis dicitur. Aliquando enim sacramentum dicitur sacræ rei signum, velut in baptismo exterior ablutio, quæ interiorē significat emundationem. Aliquando dicitur

Ecclesia sacramenta septem, & ex his quinque generalia, & duo particularia. Notandū. Sacramentum duplī ceter dicitur.

icitur sacramentum quasi sacrum secretum, velut sacramentum incarnationis, & huiusmodi. Sacramentum autē in tribus consistit, videlicet in factis, in dictis, in rebus. In rebus, vt est aqua, oleum. In dictis, vt est inuocatio Trinitatis. In factis, vt est submersio in aquam, & insufflatio.

Sacramentum in gibus consistat.

De baptismo, & forma eius, & efficacia. Cap. XIII.

Primum sacramentum est baptismus. Est enim quasi ianua omnibus atria ecclesiæ introeuntibus. Est autem baptismus immersio hominis in aquam facta in nomine Trinitatis. Baptismus interpretatur ablutio. Circa sacramentum baptismi hæc inquisitione digna videntur. Quæ sit eius forma: a quo sit ministrandum: quæ eius efficacia: & vnde, & quando inceperit. In baptismo hæc forma seruanda est: vt in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti baptizetur. Sic enim magister summus docuit discipulos, dicens. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Legitur tamen in Actibus apostolorum Apostolos baptizasse in nomine Christi. In quo (vt Ambrosius ait) pater intelligitur, a quo vnctus est, & filius qui vnctus est, & Spiritus sanctus, quo vnctus est. Ad ministratio autem baptismi sacerdotum est ex institutione. Necessitate tamen instante baptizare possunt alij altaris ministri ordine seruato dignitatis, vt præsentem diacono subdiaconus baptizare non psumat, sic in ceteris. Absentibus altaris ministris, & clericis omnibus, & urgente necessitate, laicus baptizare potest. Si nec laicus præsto fuerit, mulier baptizet. Si nulla alia reperiri potuerit, mater ipsa baptizet. Nec propter hæc a viro suo separabitur, quia per necessitatem excusatur. Virtutem autem, & efficaciam dat baptismus, & baptismus Christi, & sanguis Christi. Ipse enim ad baptismum Ioanis accedens vim regenerationis contulit aquis, vt efficaciam remissionis haberent, non tamen ex seipsis, sed ex gratia operante per sanguinem fufum peccatis. In cuius figura, quonia sacrificiorum sanguis fundebatur sub lege, etiam ex ipso remissionis efficaciam habuisse creditur. Tempus baptismi inceperit, quando dictum est. Ite docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Qui tamen priusquam prædicationem Apostolorum audire possent sine baptismo decesserunt, non ideo perierunt: postquam autem in omnē terram sonus prædicationis eorum exiuit, non saluatur non solum, qui baptizatus non fuerit (vt ait Augustinus) sed qui nec esse potuerit. De illis tamē, qui ad baptismum properat, & interim decedunt, quaeritur vtrum saluetur. Quod inde videtur: quia in contritione cordis, & proposito confessionis dimittuntur peccata, iuxta illud: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino &c. Verbi gratia. Aliquis contritus est corde, & confessus iniquitatem suam coram sacerdote habet etiam dilectionem Dei & proximi, vt Cornelius: cur igitur non intraret ad nuptias, cum vocatus sit, & habeat vestem nuptialem? Aliquibus tamē visum est,

Matt. vi. timo. Act. 10. R Virtus, & efficacia baptismi a quo. Matt. 3.

Matt. vi. timo.

Psal. 31.

Actuum 10.

talem nõ posse saluari: quoniam scriptum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non intrabit in regnum Dei. Hanc autem litem dirimit Augustinus, dicens. Quantum valeat sine visibili etiam sacramēto baptismi, quod ait Apostolus, cor de creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur inuisibiliter, cum mysterium baptismi non cōtemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Quibus verbis soluit Augustinus, quod ab aduersa parte obiectum est: Nisi quis renatus. Quod sic intelligendum docent ipsa Augustini verba. Qui renasci contempserit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Quod autem martyrium locum baptismi suppleat, nulli est dubium. Qui baptizati fuerunt baptismio Ioannis, rebaptizati leguntur. Non enim erant renati ex aqua & Spiritu sancto. Baptizati autem etiam ab hæreticis in forma a Christo tradita, scilicet cum inuocatione Trinitatis, non rebaptizantur. Si præter formam illam, rebaptizantur: immo vere baptizantur, quia prius baptizati non fuerant.

Ioan. 3. S Augustinus, dicens. Quantum valeat sine visibili etiam sacramēto baptismi, quod ait Apostolus, cor de creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur inuisibiliter, cum mysterium baptismi non cōtemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Quibus verbis soluit Augustinus, quod ab aduersa parte obiectum est: Nisi quis renatus. Quod sic intelligendum docent ipsa Augustini verba. Qui renasci contempserit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Quod autem martyrium locum baptismi suppleat, nulli est dubium. Qui baptizati fuerunt baptismio Ioannis, rebaptizati leguntur. Non enim erant renati ex aqua & Spiritu sancto. Baptizati autem etiam ab hæreticis in forma a Christo tradita, scilicet cum inuocatione Trinitatis, non rebaptizantur. Si præter formam illam, rebaptizantur: immo vere baptizantur, quia prius baptizati non fuerant. Actuum 19.

De verbis rustice prolatis: & quare in aqua tantum fiat baptismus. Cap. XIII.

Si sacerdos siue alius in baptizando corrupte profert verba, vt In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, non tamen errorem aut hæresim intendens, sed ex ignorantia, non est rebaptizandus. Ideo non in vino vel oleo, sed in aqua tantum institutum est baptismum celebrari, vt sacramentum cum re sacramenti conuenientiam haberet, & per visibile sacramentum res inuisibilis possit intelligi. Ablutio enim exterior emundationem significat interiorē. Ad abluendum autem nil accommodatius aqua potest inueniri.

T

De responsione patrinorum pro puero. Cap. XV.

In persona pueri respondent patrinus, Credo: id est sacramentum fidei accipio: quia hic (sicut dicit Augustinus) sacramentum fidei fides appellatur. Quod autem in persona pueri dicunt: abrenuntio satanæ &c. spondent puerum (si ad annos discretionis venerit) sic, & sic facturum. Per quæ verba puer obligatur in posterum, vt nisi sic fecerit, promissionis violatæ reus habeatur. Nullus baptizari potest in vtero matris, non enim renasci potest nondum natus. Quod autem Hieremias, & Ioannes in vtero sanctificati sunt, in maculis est habendum diuinæ potestatis. De qua tamen sanctificatione diuersi diuersa sentiunt. Nam quia sanctificatio cum peccato originali nõ est: dicunt quidam eos sanctificatos in vtero, idest a peccato originali mundatos. Mihi (sine potioris sententiæ præiudicio) videtur, quod propter futuræ sanctitatis signa in vtero sanctificati dicuntur: quia nec tunc charitatem habuisse credendi sunt, penes quam totius est summa sanctificationis, nec charitatis siue alterius gratiæ sacramentum.

Hieremia, & Ioanis in vtero sanctificatio qualis fuerit.

Quid in baptismo dimittatur. Cap. XVI.

Per baptismum reatus dimittitur. Pœna autem pro peccato inflicta non tollitur, illa scilicet pœna temporalis, quâ quotidie in frigore, & æstu, & fame, & siti, & huiusmodi sentimus, quæ in nobis manet, ut vita æterna ardentius quæratur a nobis. Illa, quæ præcedunt baptismum, ut exorcismus, id est adiuratio, & catechismus, id est instructio, minuunt diaboli potestatem, non conferunt peccatorum remissionem. Quædam etiam ibi sunt ad honorem sacramenti.

De die scrutiniij. Cap. XVII.

Notandum etiam, quod baptizandi in sabba-
to paschali, quarta feria quartæ hebdomadæ christianæ militiæ. i. quadragelime, deferuntur ad ecclesiam, ut exorcizentur & catechizentur. Iô autem quarta feria quartæ hebdomadæ huic officio deputata est: ut qui baptizandi sunt, ipso numero intelligant se non ad ocium, sed ad christianam vocari militiam, ac si quarta ætate. si iuuetute, quæ pugna est apta, ad militiam eligantur. Et quia prædicta quarta feria de fide inquiruntur, & instruuntur: ideo dies illa dies scrutiniij, & officium illud scrutinium appellatur. Vocantur autem prædicta die per lectionem, quæ præcedit epistolam, quæ & ipsa de aquis baptismi est: sicut & ordinandi propter similem causam quarta feria quatuor temporum ante epistolam vocantur per lectionem, quæ pertinet ad Spiritum sanctum, per quem scilicet consecrandi sunt. Vnde & ea die ueniunt de ijs, quæ ad officium suum pertinent, requirendi & examinandi.

De antecedentibus ante baptismum. Cap. XVIII.

Sunt & alia quædam circa baptizandos consideranda. Signantur enim primum in fronte, in pectore, inter humeros, in auribus, in ore, crucis signaculo, cuius virtute & omnia sacramenta complentur, & omnia diaboli figmenta frustrantur. Sic cū occideretur primogenita Ægypti, populus Hebræorum signatis postibus domorum sanguine agni paschalis in typo dominicæ passionis saluatus est. Sic etiam apud Ezechielem ab imminente clade Hierusalem liberandi pronuntiantur, qui literam Thau T (quæ figuram crucis exprimit) in frõtribus haberent intignitam. Postea datur sal benedictus in os baptizandi: ut sale sapientiæ sit conditus. Ex sufflatur non quidem creatura Dei in ipso, sed diabolus, in cuius regno propter peccatum natus est, exsufflatur ab ipso. i. per Spiritum sanctum, cuius signum est flatus exterior, amouetur: dum per ea, quæ ibi dolet agi, potestas eius minoratur, nondum omnino tollitur. Nondum enim per baptismum renatus est, sed tantum per crucis signum, & cætera quæ circa eum acta sunt, in veto matris ecclesiæ conceptus & nutritus, ut tandem per aquam salutis Christo renascatur. Deinde tanguntur aures, &

nares cum salua, quæ quoniam a capite descendit supernam signat sapientiam. Cuius tactu & aures cordis aperiuntur ad intelligendum verbum Dei, & nares cordis, ut sentiant fragrantiam unguentorum Christi, & dicat cor eam sentiens: In odorem unguentorum tuorum currimus. Hanc formam Christus ecclesiæ tradidit, quando muri & furdi os & aures tangēs dixit, Ephetha, quod est adaperire.

De trina immersione, & unctiōe charismatis. Cap. XIX.

His peractis benedicuntur fontes, & traditur A nouæ vitæ iter aggredientibus fidei symbolum, quod a duodecim Apostolis ordinatum est, & totidem sententijs comprehensum. Postea interrogatur si abrenuntiet satanæ &c. Et post trinam responsionem immersione trina baptizatur, quia ibi Trinitatis virtute, & gratia mundatur a peccatis. Dehinc sacro chrismate ungitur in vertice, ut intelligat se promoueri in regem & sacerdotem, non ministerio quidem, sed dignitate sanctitatis: secundum illud. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Et ut a Christi consortio uocetur Christianus, & æterni regis sit cohæres, huic sacramento post aquam baptismi Spiritus sanctus infunditur, ut sit renatus ex aqua & Spiritu sancto, immo infusus ostenditur. Siquidem Spiritus sanctus in ipsa trina immersione remissionem confert peccatorum, sed non simul cum immersione poterat exhiberi eius sacramentum.

De ueste alba, & communicatione paruulorum. Cap. XX.

Exinde datur baptizato uestis candida, quæ innocentiam significat: & stolam iocunditatis perpetuæ, si innocentiam seruauerit, ei pronuntiat. Ad vltimum datur careus acensus in manu eius, quatenus illud euangelij implere doceatur. Luceat lux vestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona & glorificent non uos, sed patrem uestrum, qui in cœlis est. Omnibus his nouus homo in utero matris ecclesiæ inchoatur, prouehitur, consumatur, & uniuersitati ecclesiæ aggregatur, hoc est corporis Christi membrum efficitur. Vnde si eius uoletudinis est, sacramenta unitatis, id est corpus & sanguinem Christi accipere debet. Pueris reens natis idem sacramentum in specie sanguinis est ministrandum digito sacerdotis, quia tales naturaliter suggere possunt. Augustinus ad Bonifacium contra heresim Pelagianorum. In ecclesia, Saluatoris per alios paruuli credunt, sicut ex alijs, quæ in baptismo dimittuntur, peccata traxerunt. Nec illud cogitatis, eos uitam habere posse, qui sunt expertes corporis & sanguinis Christi, dicente ipso Domino. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem &c. ergo (si sine periculo fieri potest) iuxta primariam ecclesiæ institutionem sacramentum eucharistiæ in specie sanguinis est tradendum paruulis. Vnde ignorantia præbyterorum

rum adhuc formam retinens, sed non rem, dat eis loco sanguinis uinum, quod penitus superuacuum arbitraret, si sine scandalo simplicium dimitti posset. Si autem in reseruando sanguinem Christi, vel ministrando paruulis imminet periculum, potius superfedendum uidetur. Nec terreat uos præmissa Augustini uerba. Ipse enim alibi quasi ea determinans dicit. Nulli est aliquatenus ambigendum, tunc unum quenque fidelium corporis sanguinisque Domini participem fieri, quando in baptismo membrum corporis Christi efficitur: nec alienari ab illius panis consortio, etiam si antequam illum panem comedit, & calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat,

Quod paruuli in ætate congrua patrinorum promissione tenentur. Cap. XXI.

Cum uerò ad intelligibiles annos peruenerit, monendus est a presbyteris, & ab ijs, per quorum uocem satanæ abrenuntiauit, & fidei symbolum accepit: quatenus quod per aliorum ora promisit, iam studeat corde credere, & ore proprio confiteri, & opere imitari. Vnde Augustinus in sermone habito dominica prima post pascha. Vos ante omnia tam viros, quam fœminas moneo, qui filiolos in baptismo suscepistis, ut cognoscatis uos fidei uos extitisse apud Deum pro illis. Ideo se per illos monete, ut castitatem custodiant, iustitiã diligant, charitatem teneant: hoc omnibus faciant quod sibi fieri uolunt. Ante omnia symbolum, & dominicam orationem & ipsi tenete, & illis, quos excepistis, ostendite: & paterno affectu eos in Domino diligite.

De confirmatione. Cap. XXII.

Cum in baptismo plena sit facta peccatorum remissio, quid confert confirmatio? In baptismo datur spiritus ad remissionem, hic uero ad robur. Per hanc enim contra hostes inuisibiles armamur. Sine hoc sacramento potest homo saluari, si non ex contemptu dimiserit. Est autem adeo necessarium, & efficax, ut episcopali dignitati ministratio eius reseruata sit, & ut ab alio traditum, habeatur irritum.

De Eucharistia in sequentibus dicemus, ubi de missa tractatur, habebitur.

De penitentia. Cap. XXIII.

Penitentia est commissã flere, & flenda nolle committere. Et est, ut dicit Hieronymus, secunda tabula post naufragium: quia si quis de munditia in baptismo recepta perclitatur, per penitentiam resurgere potest, & euadere. Vt autem penitentia sit utilis, tria sunt necessaria, cordis compunctio, oris confessio & satisfactio. In contritione tamen cordis ante oris confessionem peccata dimitti credendum est, propter illud. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Quid igitur pro-

dest sequens oris confessio? Multum. In cordis enim contritione dimittitur reatus & æternæ damnationis debitum pro criminalibus, sed non debicium pœnæ temporalis. Deus enim misericors, & iustus sic peccata dimittit, ut ea tamen non relinquat impunita, pœnam autem temporalem recipit pro æterna. Illa autem ad sacerdotis arbitrium habenda dæcet, ubi mandato a lepra dictum est. Vade, & ostende te sacerdoti &c. Quod si post contritionem contemnatur: aut peccata iam dimissa redeunt (secundum quosdam) aut peccato ingratiudinis pari dimissis omnibus reus tenetur, qui gratiæ Dei ingratus inuenitur.

Quare penitentia solennis non iteretur. Cap. XXIII.

Solennis penitentia, quæ scilicet in publico extra ecclesiam agitur, non iteratur, licet iterentur crimina, propter quæ suscipitur: immo iteranti crimina, aliud consilium datur. Quod ideo in ecclesia uidetur constitutum, ut iteratio peccatorum post penitentiam amplius timeatur: quæ adeo detestabilis est, quod auctorem suum etiam penitentia conueniente reddit indignum. Inconsulto episcopo non debet presbyter excommunicatos, uel publice penitentes reconciliare, nisi uiltima cogat necessitas.

Qualiter sacerdos peccata dimittat. Cap. XXV.

Solus Deus peccata dimittit. Habent tamen auctoritates, quod sacerdotes peccata dimittunt, & quod Deus per eos ea dimittit. Sed sacerdotes peccata dimittere dicuntur, quia sacramenta ministrant, in quibus et per quæ peccata auctoritate diuina dimittuntur. Vel ideo sacerdotes peccata dimittere dicuntur: quia eum, qui pro peccatis suis excommunicationis uinculo ligatus fuerat, absolunt. In quo suo modo peccata dimittunt, quia eum propter præcedentia peccata non amplius debere uitari ostendunt. Retinent autem peccata iterum & iterum, ut magis euitentur, excommunicando: Domino utrunque approbante, sicut dictum est Apostolis. Quorum dimiseritis peccata, dimittentur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Non ergo de omnibus peccatis intelligendum uidetur secundum hunc modum remissionis uel retentionis, quod sacerdotes ea dimittant, uel retineant, sed de eis tantum, propter quæ lata est sententia excommunicationis: Secundum priorum modum de omnibus potest intelligi.

De iniuste excommunicato utrum ligatus sit. Cap. XXVI.

De iniuste excommunicato quæritur, utrum apud Deum ligatus sit. Si enim non est: quid est quod in typo ecclesiæ dictum est Petro, Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis? Sed forte solutionem mendicans dices, Quod-

Quodcumq; ligaueris iuste super terram, erit ligatum & in caelis. At quomodo dicitur iniuste dedisse sententiam, qui rei veritatem scire non prauales secundum audita recte iudicauit? Item beatus Gregorius ait. Sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est. Ad quid ergo timenda est si non tenet? Econtrario videtur, quod sententia iniuste lata in irritum cedat. Dicit enim decretum causa. xi. Si lata fuerit in te sententia: deponere errorem, & euacuata est sententia. Errorem dicit culpam, propter quam datur sententia. Si ergo deposito peccato, propter quod data est sententia, ipsa euacuatur: multo magis vacua est ab initio, quae non propter peccatum eius, qui in causam ductus fuerat, sed ex odio sacerdotis est pronuntiata, vel sine ordine canonico, vel ex causa iniusta. Haec tria nanque in sententia excommunicationis pensanda sunt, animus iudicis, ordo, & causa: quorum si vnum peruertatur, dicitur iniusta, modo ex animo, modo ex ordine, modo ex causa. Cum autem praedicta tria ad sententiae iustitiam exigantur, videlicet ut animo correctionis detur, non odij, & ordine canonico, & pro causa talem promerente sententia: causa praeter omnibus iudicium obtinere videtur, ut si causa non praecesserit, excommunicatio vera non sit, nec apud Deum teneatur ligatus, qui sine culpa sua fuerit excommunicatus. Quomodo enim sine culpa potest quis ligatus esse apud Deum, qui merita causarum sine fallacia solus examinat? Nam & apud homines iniustum habetur, ut quis sine merito puniatur. Denique excommunicationis, & absolutionis idem est (quantum ad hoc) iudicium. De absolutione autem sic loquitur beatus Gregorius. Tunc vera est absolutio praesidentis, cum interni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quadriduani Lazari illa resurrectio designat, qua mortuum Dominus vocauit, & viuificauit dicens. Lazare, veni foras. Et postmodum is, qui viuens fuerat egressus, a discipulis est solutus. Ex qua consideratione nobis intuendum est, quod illos nos debemus per pastorem auctoritatem soluere, quos auctorem nostrum intelligimus per suscitantem gratiam viuificare. Ex his verbis videtur nec excommunicatione, nec absolutionem veram esse, quae non sequitur summi pastoris sententiam, quae merita causarum examinat, nec aliquem immeritum damnat. Augustinus in psalmum. vigesimum octauum. Praualebit in te falsum testimonium, sed apud homines. Nunquid apud Deum valet, ubi causa tua dicenda est? Quando Deus erit iudex, alius testis quam conscientia tua non erit. Inter iustum iudicem & conscientiam tuam noli timere nisi causam tuam. Ut hanc quasi contrariam litem rationum dissoluere possis, vide quando dictum est Petro in typo ecclesiae. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis. Inuenies hoc dictum esse in datione clauium regni caelorum. Ac si diceret Dominus. his clauibus utere, & quicquid secundum eas ligaueris vel solueris, ligatum erit uel solutum erit apud me. Quod est: Ratum erit apud me, quicquid secundum has, quas tibi do, clauis feceris. Haec clauis, potestas & discretio

intelliguntur. Discretio autem datur ut clauis, quae vltus eius conceditur, sicut pennas aui dare dicitur, qui soluit ligatas. Discretio autem quaedam est in re, quaedam in operatione. Discretio est in re, qua sine fallacia verum a falso discernitur. Discretio in operatione, qua ordine iudiciario proceditur in causa, & secundum audita recte iudicatur. Quod & sine fallacia, & cum fallacia fieri contingit. Discretio autem, quae hic clauis dicitur, vtrunque complectitur. Si quis ergo potestatem excommunicandi habens, ea discrete vtratur, ut ordine iudiciario procedat, & diligentiam, quam potest, adhibeat, verum etiam a falso sine fallaciae nubilo discernat, ipse ex potestate sibi tradita ligat: & qui sic ab eo ligatus est apud homines, etiam apud Deum ligatus est, id est ratum habet Deus, quod potestate sua discrete vtendo fecit minister eius. Et sicut in terra ligatus est, id est ab ecclesia militante separatus, ita etiam a curia caelesti: ut sicut nullus hominum cum eo habet colloquium, ita nullus angelorum ei credatur praestare auxilium. De eo, qui ordine iudiciario ligatus est pro causa tamen iniusta, dicimus, quod non est ligatus apud Deum, nisi contumax inueniatur, salua tamen euangelij veritate dicentis: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis. Caelorum enim nomine praesens ecclesia designatur. In qua excommunicatus habetur, & euitatur ut excommunicatus: & si apud homines teneat sententia, apud Deum non tenet, & ideo irritari meretur. Si post appellationem ad maiorem audientiam fuerit excommunicatum, non tenet sententia, sed ipso iure habetur irrita.

De vntione infirmorum. Cap. XXVII.

Vntio infirmorum Ab apostolis est instituta. Vnde Iacobus. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, & vngant eum oleo sacro: & alleuiabit Dominus infirmum: & si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Hic sacramentum est vntio, res sacramenti peccatorum remissio. Hoc sacramentum contemnere damnabile est. Sine contemptu absque eo decedere, damnabile non est. Hoc sacramentum saepius iterari potest, sicut & quod maius est Eucharistiae sacramentum. Augustinus tamen dicit sacramentum non esse iterandum. Sed hoc de sacramentis baptismi & confirmationis (de quibus tunc sermo erat) intelligendum est. Vel forte non dicitur iteratio sacramenti, & si pro parte iteretur. Licet enim iteratio fiat quantum ad personam, quae iterum suscipit sacramentum, tamen non est iteratio quantum ad hostiam, uel oleum.

De coniugio. Cap. XXVIII.

Expeditis his, quae de quinque sacramentis generalibus nullatenus oportet ignorare: ad duo particularia accedamus. In quibus licet sacramentum ordinationis dignius sit, de coniugio tamen prius

M Clauis Petro a Christo dato.

N

O D. Thom. et Scot. tenent, quod sacramentum extrema vntio fuerit a Christo institutum. Sed & Trident. Syn. sess. 14. c. 1. docet, quod haec sacra infirmorum vntio fuit instituta, tanquam vere, & proprie sacramentum non testis a Christo Domino nostro apud Mar. quae in sinu eius sed per Iacobum Apost. fidelibus commendatum, ac promulgatum. Id docet 1. Canon. eiusdem sess. & anathematizat hanc veram doctrinam negantes.

Gen. 1.

1. Cor. 7

Notandum, quod sacri Canonnes extra quartum gradum dant posse coniugio copulari.

prius nos volumus expedire. In coniugio quodam Trinitatis vestigium inuenitur. Etenim vir principium, unde mulier. De quibus procedit tertium, id est proles. Institutio coniugij in paradiso facta est ante peccatum propter humani generis propagationem: dicente Domino. Crescite, & multiplicamini. Eadem coniugij causa manet & in nouo testamento. Sed est & altera. scilicet fornicationis euitatio: dicente Paulo. Propter fornicationem vnusquisque habeat uxorem. Vbi subintelligendum est, qui legitime uxorem habere potest. Non enim sub hac vniuersitate includendi sunt, qui sacros ordines susceperunt, vel continentiae aliter votum fecerunt. Et sciendum, quod cum in veteri testamento vnusquisque praecipere de tribu sua ducere uxorem, ut vnique tribui sua portio terrae promissionis absque consilio ne seruetur: in nouo tamen testamento institutum est, ut quilibet de aliena tribu ducat uxorem, propter amplificationem charitatis ut amor, qui non erat per cognationem nasceretur per affinitatem. Vnde qui ex eisdem maioribus processerunt post septimum gradum possunt coniugio copulari: quia ex tunc dicitur amor cognationis, & notitia personarum cessante, & propinquitatis fama. Lidorus tamen sex tantum gradus ponit, quia gradum primum scilicet duos fratres, non gradum appellat, sed truncum.

De bonijs coniugij. Cap. XXIX.

TRia sunt bona coniugij: Fides, sacramentum, proles. In fide, hic intelligitur fides thori. In prole, grata prolis susceptio, & religiosa educatio. In sacramento, ut qui maritali copula iuncti sunt, ad spiritualem Christi copulam aspirent: & qui per carnalem copulam sunt vna caro, adherendo Christo per charitatem sint vnus spiritus. Est enim maritalis copula, coniunctionis Christi & ecclesiae sacramentum, siue cuiuslibet fidelis & deuotae animae cum Christo.

Quid faciat matrimonium. Cap. XXX.

CONiugium autem facit consensus legitimarum personarum de maritali copula per verba praesentis temporis expressus. Vnde post huiusmodi consensum neutri diuertere licet, siue ad alterius coniugium transeundo, siue claustrum intrando, siue votum continentiae faciendo, nisi ex consensu alterius similiter continentiae voto sese attringentis. Ad alias vero transire nuptias omnino illicitum est. Quod aliqui sancti cum iam ad carnalem copulam accedendum esset spontas suas & thorum nuptialem fugisse leguntur, hoc post desponsationem, in qua est pactio de futuro, factum esse, intelligendum est, non post praedictum contentum, qui forte tunc de consuetudine non fiebat, aut non praecesserat. Legitimae autem personae sunt ad contrahendum, quarum neutrum impedit ordo, aut votum, aut conditio, aut impossibilitas reddendi debitum, aut cognatio, aut affinitas, aut spiritua-

Legitima persona quae sint.

lis proximitas. Ordo impedit coniugium in faciendum, & dirimit contractum: quia votum continentiae sacris ordinibus est adnexum, ut licet verbis non fiat, nihilominus tamen in ipsa susceptione factum intelligatur. Subdiaconatus etiam inter sacros ordines computatur, quod non fiebat antiquitus. Votum quoque verbis expressum impedit coniugium, vel dirimit: non tamen quantum ad iudicium ecclesiae, nisi fuerit publicum, quia ecclesia de occultis non iudicat. Conditio quidem impedit, quia si liber duxerit ancillam, & se hoc ignorasse probauerit, separabitur. Si vero scienter hoc fecerit, non separabitur. Impossibilitas reddendi debitum, modo ex frigiditate naturali, modo ex maleficio contingit. In frigiditate naturali potest ordine canonico dissolui matrimonium, sed frigidus ad alias nuptias non transibit. Si frigiditatem allegauerit in diuortio, & ad alterius thorum transierit, reddetur copula priori. Si autem maleficio allegauerit, & facto diuortio ad alia vota transierit: iuxta decretum Iamari Remorum archiepiscopi remanebit in secunda copula, nec ad priorem redire cogetur, sicut qui frigiditatem naturalem in causa diuortij allegauit. Ille enim si facto diuortio ad alia vota transierit reddetur copulae priori. Quare? quia per opus sequens iudicatur eum in causa diuortij mentitum fuisse, dicendo se naturaliter frigidum esse, & ecclesiam quantum ad veritatis cognitionem fuisse deceptam. Non enim in eo erat impossibilitas reddendi debitum ex frigiditate protueniens. Ut enim aiunt Physici, calor naturalis semel amissus nunquam redit. In eo autem diuortio, quod propter maleficio impetratum est, per opus sequens coniugij falsitas deprehendi non potest. Potest enim fieri per maleficio, ut alicui auferatur possibilitas cognoscendi istam, manente in eo possibilitate cognoscendi aliam. Ideoque ecclesia, quod de prioris coniugio rationabiliter factum est, non rescindit. Dicunt tamen quidam in diuortio naturalis frigiditatis, & in diuortio maleficio eandem regulam esse tenendam. Videlicet, ut qui postea viuentem compari ad alia vota transierit, ad priorem cogatur redire copulam, decretumque praedicti Remorum archiepiscopi. mari non recipiunt. In utraque tamen causa tam frigiditatis quam maleficio non passim admittendum est diuortium, sed ordine canonico faciendum, ut in causa frigiditatis naturalis tam vir quam mulier septima propinquo rum manu iuret, quod se non cognouerunt carnaliter, nec cognoscere potuerunt. Si autem maleficio in causa diuortij fuerit allegatum, prius amonendi sunt, ut orationibus & elemosynis insistant, & benefaciant gratia Dei praerente maleficio vires euacuentur. Quod si sic liberari non potuerint, septima manu propinquo rum fidem facere debent, quod maleficio impediente nec se cognouerunt carnali copula, nec cognoscere potuerunt: & sic poterunt separari. In huiusmodi autem diuortio non est faciendum iuramentum, quod fit in diuortio consanguinitatis, quod scilicet carnali copula non

Marrimonium impediens. Impossibilitas reddendi debitum. X. Y. Y. M. Hug. a S. Vic. To. iij. E e sint

sunt sese deinceps cognitari. Potest enim aliquis ab aliqua causa maleficii separari, & reddita sibi coeundi cum ea possibilitate, cessante maleficio eidem reddi. Usque ad quem propagationis gradum cognatio coniugium impediatur, ne possit fieri, vel factum dirimat. Et quare? Superius dictum est.

Quae impediunt coniugium. Cap. XXXI.

Affinitas etiam matrimonium contrahendum impedit, & dirimit contractum. Sunt autem affinitatis tria genera. Primum genus per primas contrahitur nuptias, id est per nuptias, quas nullae inter eosdem affinitatem procreantes praecedunt. Quod autem de nuptiis honestioris gratia exempli dico, de qualibet carnali copula est intelligendum. Et haec primi generis affinitas paribus passibus cum cognatione procedit, & ad eundem modum usque ad septimum protenditur gradum. In hoc autem differunt, quod cognatio totum percurrit: Affinitas autem personam, per quam ipsa est, non excedit. Verbi gratia. Tu vinculo consanguinitatis impediens non potes ducere in coniugem sororem tuam, nec filius tuus filiam eius, nec nepos tuus nepotem eius, & sic usque ad septimum gradum. In affinitate non sic. Tu enim omnibus vxoris tuae consanguineis es affinis: sed filius tuus, siue nepos, siue etiam frater, nulli eorum propter hoc erit affinis. Sicut autem tota cognatio vxoris tuae tibi est affinis; sic tota cognatio tua vxori tuae affinis erit, sed non eius cognationi, quia (vt dictum est) affinitas personam non excedit. Secundum genus affinitatis est, quod per secundas contrahitur nuptias, eius scilicet qui iam primi generis affinitate tenebatur affinis. Et haec affinitas usque ad quartum protenditur gradum. Tertium genus affinitatis contrahitur per carnalem copulam eius, qui iam in secundo genere erat affinis. Et hoc usque ad secundum solummodo gradum procedit. Haec tria tribus declarem exemplis. Vxor tua filius de alio marito tibi est affinis affinitate primi generis. Vxor filii affinitate secundi generis. Secundus maritus vxoris filij tuae vxoris tibi tenetur affinitate tertij generis. Haec autem si quis plenius nosse desiderat: in libro decretorum Gratiani, causa 5. q. 3. & 4. requirat. Proximitas spiritualis, quae compaternitas dicitur, similiter matrimonium & impedit, & dirimit. Est autem compaternitas quaedam directa siue principalis, quaedam emergens siue accessoria. Directa inter eos, quorum alter alterius filium aut filiam de sacro fonte suscepit. Accessoria per carnalem contrahitur copulam cum altera talium personarum. Verbi gratia. Vxor tua suscepit sine te de sacro fonte filium alterius mulieris. Ecce vxor tua directa comater est illius, cuius filium leuauit. Tu vero, quia vna caro es cum vxore tua, mediante ea factus es eiusdem mulieris comater, & ideo indirecta siue emergenti siue accessoria compaternitate comater eius es, nec mortua vxore tua poteris eam vxorem habere. Sicut autem spiritualis proximitas contrahitur, filium cuiuslibet de baptismo suscipiendo: sic etiam efficitur.

Cognatio et affinitatis differentia.

Proximitas spiritualis. Compaternitas duplex.

ante episcopum ad confirmandum tenendo, & post consignationem chrismatis ligando.

De ordinibus. Cap. XXXII.

Post caetera ecclesiae sacramenta de ordinibus restat agendum. Septem igitur sunt ordines ministrantiu in ecclesia, videlicet ostiarij, lectores, exorcistae, acoliti, subdiacones, diacones, presbyteri. Nos ergo, frater carissime, qui vniuersos ordines suscepimus, omnium eorum ministerium & significantiam scire, & eis vitam, & mores nostros coaptare debemus, vt vita concordet cum nomine, & professio appareat in opere. Primum enim clerici dicuntur a graeco cleros, quod haereditas siue fors interpretatur, quia de sorte esse Domini, & solum Deum in hereditatem accipere elegimus. Vnde nos tales ei exhibere debemus, vt de nobis dicere possimus. Funes ceciderunt mihi in praclaris. Videamus igitur, ne sanctitatis signa inaniter gestemus. s. tonsuram, coronam, ornamenta etiam nostris officijs deputata: sed eis, quae exterius apparent, interiora digne respondeant. Capillos siquidem ante praedicimus, & ab eis sensuum instrumenta liberamus, ut hoc signo curarum illecebras frequenter redeuntis, & cogitationes superuacuas a cordibus nostris refecare discamus. Summitatem capitis in modum coronae radimus, vt mentem, quae nostrum superius est, ad superna contemplanda, & desideranda liberam habere doceamur. Qui sic affecti sunt, & moribus esse student, quales se debere esse exterius ostendunt, ad clericalis militiae officia promouendi sunt. Quae septem sunt sicut dictum est. Quorum primum est ostiariorum. Sciendum autem, quod haec omnia de legali ritu sumpta sunt, & ad ecclesiam cum quadam imitatione translata.

Ecclesia ordinis septem.

Clerici unde dicitur.

Psal. 15.

Capilli ante praedicti, & sanitas capitis in modum abradenda siue munda quid significent.

De ostiarijs. Cap. XXXIII.

Qui enim in synagoga ianitores vel aedui dicebantur in ecclesia ostiarij nuncupantur. Illorum officium erat in lege, quod templum aperiebant & claudiebant, mundos recipiebant, & imundos excludebant. In ecclesia autem ostiarij hoc habent officium: vt catechumenos baptizandos in ecclesiam introducant, & poenitentes per episcopum reconciliatos in ecclesiam recipiant.

Ioan. 11 Ostiarij officium.

De lectoribus. Cap. XXXIIII.

Qui in templo dicebantur cantores, in ecclesia lectores dicuntur. Eorum officium erat hymnos, & cantica ante arcam Domini resonare. In ecclesia autem id officij habent, vt diuinas scripturas recitent, & ad laudem Dei gradualia, alleluia, & hmoi cantent.

Lectores officium.

De exorcistis. Cap. XXXV.

Exorcistae dicuntur quasi adiutores. Hi per carmina quaedam, quae Salomon composuisse dicitur, daemones adiurabant, & de obsessis corporibus eiciebant. Exorcistae autem nostri catechizandos exorcizant ex officio, & demones eiciunt, vel eis infantium corpora interdicunt.

Exorcistae officium.

De

De acolitis. Cap. XXXVI.

Acoliti quasi ceteroferarij dicuntur. Eorum officium est in ecclesia, sicut & in templo, luminaria accendere & extinguere, thuribulum cum igne praeparare, in exornatione altaris deseruire, vrceo vel ampulla aquam ministrorum manibus ministrare.

Acoliti officium.

De subdiaconibus. Cap. XXXVII.

Quia apud Hebraeos Nathinaei, id est, in humilitate feruientes dicebantur, a Graecis hypodiacones, a nobis subdiacones, id est ministri dicuntur. Eorum erat oblata a populo sacrificia recipere, & aquam, vel quaelibet necessaria ad ministeria templi deferre. In ecclesia hoc habent officium, vt epistolam legant, calicem & patenam cum corporali diacono ad altare offerant.

Subdiaconi officium.

De diaconibus. Cap. XXXVIII.

Leui filio Iacob, Leuitae, id est assumpti denominantur, per quos cuncta sacrificia administrabantur sub sacerdotibus. Hos ecclesia diacones id est ministros nuncupat. Horum officium est in ecclesia euangelium legere, sacrificium in altari componere, corpus & sanguinem Domini distribuere, licet non vbique hoc obseruetur, licentia abeundi populo dare, & si necesse est praedicare, & baptizare.

Diaconi officium.

De presbyteris. Cap. XXXIX.

Presbyter dicitur senior, quod non ad aetatem, sed ad sensum referendum est: quia senectus venerabilis est non diuturna, nec numero dierum computata: cani sunt autem sensus hominis. Per hos populi legalia offerebant sacrificia. Eorum in ecclesia est officium missas celebrare, corpus Domini dispensare, praedicare, baptizare, poenitentes absolueri, mortuos sepelire, & omnia ecclesiae sacramenta episcopis non reseruata administrare. Quaedam enim episcopali dignitati reseruata non omnibus sunt presbyteris concessa.

Sap. 4.

De episcopis. Cap. XL.

Episcoporum ordo in tria diuiditur: In Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas. Episcopus dicitur quasi superintendens: quia tanquam vineae Domini in specula custos residens, instructioni & correctioni subditorum intendit. Hic quoque quia dignitate praesidet alijs: praeful vocatur. Hic etiam antistes, quasi ante stans, vel quasi contra stans dicitur. Anti enim dicitur contra: quia haereticis tanquam lupis pro defensione gregis resistere debet. Idem dicitur pontifex quasi pons factus, vel pontem faciens, doctrinae scilicet pontem, quo itur ad aeterna vite. Quia pontifex in consecratione oleo vngitur, ex lege sumptum est, in qua rex, & sacerdos, vel propheta oleo vngentur: Quia autem benedictio per manus impositionem datur: inde exor-

Episcoporum triplex ordo.

tum creditur, quod Isaac manus imposuit Iacob, dum eum benedixit, & Iacob moriens duobus filijs Ioseph: & Moyse Iosue manus imposuit, dum eum duce populo fecit: & Apostoli manus illis imponebant, quibus spiritum sanctum dabat. Huic dum regimen ecclesiae committitur, baculus quasi pastori traditur. In quo tria notantur, quae significatione non carent. Haec sunt, recuruitas, virga, cuspis. Quorum significationem breuiter aperit egregius ille verficator episcopus Ceno-manensis versibus his. Collige, sustenta, stimula: vaga, morbida, lenta. Hoc est pastoris: hoc virga figurat honoris. Et iterum quidam dicit. Attraho peccantes, iustos rego, pungo vagantes. Officio triplici seruiuo pontifici. Annulus ei tanquam sponsae Christi in typo ecclesiae, cuius ipse est caput, traditur: & mitra tanquam sponso & magistro, iuxta illud: Sicut sponso alligauit mihi mitram. Huius officium est ministros ecclesiae ordinare, virgines velare, baptizatos confirmare, chrisma & oleum consecrare, ecclesias dedicare, vasa & vestes ecclesiae benedictione sanctificare, rebelles excommunicare, poenitentes reconciliare.

De Archiepiscopis. Cap. XLI.

Archiepiscopus quasi princeps episcoporum dicitur. Idem Metropolitanus nuncupatur, quia ciuitati praesit, quae metropolis vocatur, id est, mater ciuitatum. Horum officium est episcopos consecrare, congregare concilium, & iura dilapsa reparare. Hi praeter caetera episcopalia indumenta pallio in modum torquis decorantur: quia si recte suum expleuerint officium, eis aeternae remunerationis torques tanquam victoribus promittuntur.

De Patriarchis, & eorum locis. Cap. XLII.

Patriarcha dicitur quasi patrum vel patriae princeps. Patriarchae tantum tres fuisse leguntur, quorum figuram Abraham, Isaac, & Iacob praetulerunt. Horum vnus in Asia Antiochiae praesedit, alter in Africa primatum Alexandriae tenuit, tertius in Europa Romani apicis iura possedit. Haec tres sedes ideo principales ecclesia constituit: quia eas princeps Apostolorum sua possessione consecrauit. Duabus quippe ipse beatus Petrus praesedit, scilicet Antiochenae & Romanae, tertiam scilicet Alexandrinam Marcus euangelista nomini eius dedicauit. Postquam vero Nicena synodus Romano Pontifici hoc contulit priuilegium, vt sicut Augustus praeregibus, ita ipse praeter omnibus episcopis haberetur, & Papa & pater patrum vocaretur, ius Romani patriarchatus ad Constantinopolim transiuit. Quia aliae duae sedes sunt mutatae, causa est, quod loca illa meritis exigentibus in manus paganorum tradita sunt. Vnde Antiochenus patriarchatus est ad Hierosolymam translatus, Alexandrinus vero ad Aquileiam: quia huic ciuitati primus Mar-

cus euangelista præfedit, qui postea Alexandriae præfuit. Horum officium est archiepiscopos consecrare, concilia episcoporum congregare, decreta canonum instaurare.

De summo Pontifice, & officio eius. Cap. XLIII.

Papa dicitur, quia pater patrum. Hinc vniuersalis dicitur, quia vniuersæ præest ecclesiæ. Hic quoque apostolicus appellatur, quia principis Apostolorum vice fungitur. Hic etiam summus pontifex nuncupatur, quia caput est omnium episcoporum. Huius nomen in ordinatione mutatur, quia Petri nomen in prælatione ecclesiæ a Christo mutatum est. Huic etiam clauis traduntur, sicut Petro a Domino clauis regni cælorum tradita sunt, ut se ianitorum regni cælorum esse cognoscat. Eius officium est iustas, & diuina officia ordinare, canones etiam pro tempore ad vtilitatem ecclesiæ promulgare, vel immutare, Augustum consecrare, pallia archiepiscopis, præuilegia ecclesiis dare, totam ecclesiam vice Christi gubernare. Itaque Papa vicē & locum Christi tenet, Episcopi Apostolorum, presbyteri septuaginta duorum discipulorum, reliqui ministri diaconorum ab Apostolis constitutorum.

Quare episcopi die dominica consecrantur. Cap. XLIII.

Papa, & omnes episcopi ideo die dominica consecrantur, quia Apostoli, quorum successores sunt & vicarij, dominica die Spiritum sanctum, qui oleo vntionis designatur, acceperunt. Oleum quippe lumen ministrat, & vulnera sanat: ita & Spiritus sanctus lumen scientiæ dat, & vulnera peccatorum curat. Ideo etiam die dominica consecrantur, ut se cum Christo resurrexissent, & in nouitate vitæ ambulare debere admoneantur. Presbyteri autem, & cæteri ministri ecclesiæ ideo in sabbato ordinantur, ut se ab omni opere seruili debere quiescere, & Dei seruitio vacare intelligant. Sabbatum enim requies interpretatur. Virgines ideo in natalitijs Apostolorum velantur, quia Apostoli morem virginitatis primum ecclesiæ seruandum tradiderunt, & virgines Apostolis quasi paranymphis Christo sponso in immortalis consecrantur.

De veste sacerdotali: & primo de humerali seu amictu. Cap. XLV.

Hæc strictim de ministris ecclesiæ sunt relata: nunc de sacris vestibus pauca subiicienda sunt. In habitu enim sacerdotali nihil esse, quod valet ratione, apud veteres quoque constat, sicut beatus Hieronymus ad Fabiolam testis est. Apud nos ergo quanto sacerdotium Christi veteri sacerdotio dignius est, tanto in habitu sacerdotali causam probamus haberi digniores. Illi enim sacras vestes secundum colorem, materiam, positionemque cuiusque ad quatuor elementa mundi, ad duo hemisphaeria cæli, partesque zodiaci referentes, hoc significare volebant, quod omnia eius subsunt arbi-

trio, cuius personam gerit eis indutus sacerdos. Licet nostri, & beatus Hieronymus in illis quoque spiritualis intelligentiæ vela prædere velint. Quoniam ergo nec vetera caruerunt ratione: nos exemplaria supergressi cælestium, ipsa potius in vero sacerdotio cælestia contempleremur. Vestes sacras a veteri lege sumpsit ecclesiæ. Humeralis, quod in lege ephod, a nobis amictus dicitur, caput, & collum, atque humeros (unde & humerale vocatur) cooperit, & virtus duabus pectus stringit. In humerali igitur spes æternorum intelligitur: de qua Apostolus. Et galeam salutis (inquit) assumite. Caput amictu cooperimus, ut omnibus sensibus, quorum plenitudo in capite est, pro spe æternorum Deo seruiamus. Collum, per quod vox transit, eo circumdamus, ut spe æternorum ori nostro ponamus custodiam, & nil nisi, quod laudē Dei sonet, proferamus. Humeros, quibus onera portantur, eo velamus, ut iugum Domini patienter ferre doceamur. Vittis humeralis pectus stringimus, ut in pectore nostro cogitationes iniquas, & inutiles reprimamus.

De alba. Cap. XLVI.

Alba, quæ in lege tunica lineæ, vel talaris, & a Græcis poderis dicitur, munditiæ vitæ designat. Hæc descendit usque ad talos, ut qui ea se induunt, usque in finem vitæ suæ munditiæ carnis seruare admoneantur. Alba & amictus non nisi de lino fiunt, quod multiplici labore in candorem uertitur: quia quæ per hæc duo signantur, magno labore acquiruntur, & acquisita custodiuntur.

De cingulo. Cap. XLVII.

Per cingulum, quod in lege Baltheus, a Græcis zona dicitur, continentia intelligitur, quæ cor, ne lasciuat, restringitur, ne bonorum impediat gressus operum.

De stola. Cap. XLVIII.

Stola, quæ & orarium dicitur, collum circumdat, super quam euangelij obedientia signatur. Euangelium quippe est suaue iugum Domini, obedientia vero lorum. Sacerdos igitur quasi ad iugum Domini loro ligatur, dum collum eius stola circumdatur. Hæc primitus sinistro humero in ordine diaconatus scilicet suscipitur. In ordine vero presbyteratus non remota a sinistro etiam dextro humero applicatur: quia obedientia euangelij primum in eis, quæ ad actiuam pertinent uitam, suscipitur, quæ significatur per humerum sinistram, ac deinde per dilectionem in dextrum contemplatiue porrigitur. Et notandum, quod apud antiquos non orarium dicebatur stola: sed alba, quam uitæ munditiæ signare diximus, stola vocabatur: unde Qui lauerunt stolas suas in sanguine agni. Et illud. Habemus stolam primam in lauacro, & annulum fidei signaculum. Vtrobique enim nomine stolæ vitæ munditiæ significabatur, quæ in baptismo per effusionem sanguinis Christi confertur.

Eph. 6.

Y

Apoc. 22
Apoc. 7.

De

De subcingulo. Cap. XLIX.

Per subcingulum, quod perizoma vel cinctorium dicitur, elemosinarum studium significatur. Hoc duplicatum suspenditur, quia primum anime suæ misereri peccata euitando, deinde proximo necessaria impendendo, cuiuslibet præcipitur.

De Casula. Cap. L.

Casula, quæ & planeta dicitur, omnibus indumentis superponitur: per quam charitas intelligitur, quæ omnibus virtutibus eminentior creditur. Hæc super dextrum brachium leuatur, ut amici in Deo amentur: replicaturque super sinistram, ut inimici propter Deum diligantur.

De fauone. Cap. LI.

Ad extremum sacerdos fauonem in sinistro brachio ponit, quem & manipulum & sudarium veteres appellauerunt, per quem olim sudor, & narium sordes extergebantur. Per hoc penitentia intelligitur, quæ quotidiani excessus extergendi sunt. In sinistro brachio portatur, quia in præsentia vita, quæ per sinistram significatur, penitentia necessaria est. His omnibus ornamentis sacerdos decoratur.

De veste episcopali. Cap. LII.

Episcopus autem de his, & alijs quibusdam exornatur, scilicet tunica, dalmatica, sandalijs, mitra, chirothecis, annulo, baculo. Et quoniam superius de duobus vltimis, scilicet annulo & baculo, dictum est in ordine episcoporum, de cæteris dicamus. Tunica, quæ strictas habet manicas, & nõ vsque ad talos sicut alba, sed vsque ad medium crus porrigitur, militem Christi vult esse liberum, & ad bona opera expeditum.

De dalmatica. Cap. LIII.

Dalmatica a Dalmatia prouincia dicitur, in qua primum est inuenta. Hæc pro colobio Apostolorum, quod erat vestis cucullata sine manicas, vtitur ecclesiæ ex beati Siluestri institutione. Hæc vestis in modum crucis formata indicat portantem eam cum vitijs & concupiscentiis debere esse crucifixum. Duæ lineæ coccinæ sanguinis Christi effusionem significant pro duobus populis factam. Fimbriæ, quæ quasi quedam lingua de Dalmatica ante & retro procedunt, sunt verba & exemplum prædicatoris, quæ nobis imitanda proponit. Sinistrum latus Dalmaticæ fimbrias habet, quia actiua vita impedita est, & turbatur erga plurima. Dextrum latus non habet fimbrias, quia contemplatiua vita quieta manet, & regina a dextris stans nihil in se sinistri habet. Manicarum largitas est dantis hilaritas, & largitas.

De sandalijs. Cap. LIIII.

Sandalijs vtuntur episcopi, quæ subtus integra Saperturas habent superius, ut per hoc designentur, quod prælatorum affectus, qui pedum nomine in scripturis designatur, a terrenis remouendi sunt, & ad cælestia dirigendi.

De mitra. Cap. LV.

Mitra pontificalis est assumpta ex vsu legis. Hæc Græce tyara & mitra, latine vero infula & pileum appellatur. Mitra, quæ caput tegit & velat, in quo est sensuum plenitudo, custodia est sensuum ab illecebris mundanorum. Duo eius cornua duorum testamentorum munimenta significant, quibus episcopi & se, & alios contra mundi illecebras munire debent, & hostes Christi ventilare.

De chirothecis. Cap. LVI.

Chirothecarum vsus ab Apostolis traditus est. Per manus operationes, per chirothecas earum occultationes signantur. Sicut enim aliquando manus chirothecis velantur, aliquando extractis illis denudantur. Sic bona opera interdum propter arrogantiam declinandam celantur, interdum propter ædificationem proximis manifestantur. Chirothecæ induuntur, cum hoc impletur, Cauete ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. Rursus extrahuntur, cum hoc impletur. Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.

De pallio archiepiscopi. Cap. LVII.

His omnibus insignibus fulget archiepiscopus: insuper & pallio, quo a cæteris discernitur episcopis. Hoc duas lineas habet a summo vsque: dorsum ante & retro dependentes, & purpureum sanctæ crucis signaculum præferentes. Hoc est duorum testamentorum doctrina passioni Christi testimonium perhibens. Circulus circa collum pontificis, torques est aurea, quæ legitime certantibus promittitur. Mos apud veteres fuit, ut legitime certantes coronam in capite, torquem in collo acciperent. Unde theologia diues rerum, sed vocabulorum pauper, hæc nomina, corona, torques, ad intelligendum æternæ retributionis præmium sæpe translumit. Spinula, quibus pallium affigitur, stimuli charitatis sunt, quibus circa curam subditorum stimulat archiepiscopus.

LIBER SECVNDVS
de ecclesiasticis agit officijs.

Cuius hæc sunt capita.

De hora prima. Cap. I.
Qualiter, & ad quid preces fiant. Cap. II.
M. Hug. a S. Vic. To. iij. Ee 3 De

Summi Pontificis officium.

Presbyteri, & cæteri ministri quare in sabbato ordinantur & Virgines curis suis Apostolorum velantur.

Matt. 6.

Matt. 5.

I

- De tertia, & sexta, & nona. Cap. ij.
- Quando preces dicantur ad horas, & quando taceantur: & quare. Cap. iij.
- De officio vespertino. Cap. v.
- Vnde capit antiphonarum vsus. Cap. vi.
- De completorio. Cap. vii.
- De officio nocturnali. Cap. viij.
- Quare hoc officium tres habet distinctiones. Cap. ix.
- De laudibus matutinis. Cap. x.
- De missa vnde sumpsit exordium, & vnde augmentum. Cap. xi.
- Quod missa tribus linguis celebratur, & quare. Cap. xij.
- Qua ratio modulizandi in celebratione missae. Cap. xij.
- De introitu missae, & processione ministrorum. Cap. xiiij.
- De cantico Gloria in excelsis Deo. Cap. xv.
- De oratione, & quare collecta dicatur. Cap. xvi.
- De epistola, & causa nominis huius. Cap. xvij.
- De graduali sine responso, & causa vtriusque nominis. Cap. xvij.
- De alleluia, & pneumatum significatione. Cap. xix.
- De missione diaconi ad legendum euangelium. Cap. xx.
- De symbolo Apostolorum, quando, & quare cantandum sit. Cap. xxi.
- De offerenda, & significatione versuum eius. Cap. xxij.
- De oratione secreta, & quare in fine eius vox eleuetur, & de patena qualiter, & a quibus feratur. Cap. xxij.
- De praefatione. Cap. xxiiij.
- Summa sententia totius canonis. Cap. xxv.
- De significatione altaris exterioris. Cap. xxvi.
- De significatione altaris interioris. Cap. xxvij.
- De propitiatorio mystico. Cap. xxvij.
- De actione prima in missa. Cap. xxix.
- De mystico rationali. Cap. xxx.
- Quid petat oratio primae actionis. Cap. xxxi.
- De actione secunda. Cap. xxxij.
- Quid petat oratio secundae actionis. Cap. xxxij.
- De actione tertia. Cap. xxxij.
- De oratione pro defunctis. Cap. xxxv.
- De mystico superhumerali. Cap. xxxvi.
- Quod signa crucis vltima a praemissis omnibus differunt in causa. Cap. xxxvij.
- Quid significet eleuatio sacramenti. Cap. xxxvij.
- De oratione dominica, quae est oratio tertiae actionis. Cap. xxxix.
- Quare pax datur ante communionem. Cap. xli.
- De communionem. Cap. xli.

De hora prima. Cap. I.

Recutis principalibus ecclesiae sacramentis, de ecclesiasticis officijs addere propoliti ratio deprecatur, & primo de horis canonicis. Hora canonica dicuntur officia constitutis horis regulariter in eccle-

sia celebranda. Haec siquidem creatori nostro debite laudes, & pro certis & magnis eius beneficijs quasi vectigales sunt gratiarum actiones: Inter canonicas autem horas ea, quae dicitur prima, primum teneat locum. Ab illa namque hora incipiendum videtur, quia pater familias operarios in vineam suam conduxit. Siquidem vinea Domini est ecclesia, ministri sunt operarij. Hi vineam fodiunt, quando naturae nostrae humilitatem ad memoriam sibi & alijs reducunt, & humiliari faciunt & se & alios sub potesti manu Dei. Ipsi enim operarij de vinea sunt. Stercorant autem vineam, quando propter ampliorum fructificationem peccata ad memoriam reducunt. Hi ad imitationem Dauid, qui dicit: Septies in die laudem dixi tibi: septies in die ad confitendum Domino conueniunt, hora scilicet prima, tertia, sexta, nona, ad vespertas, ad completorium, & nocte ad matutinas, pro eo quod scriptum est: Media nocte fargebam ad confitendum tibi. His adiunguntur laudes matutinae, quae tamen inter horas diurnas computantur. Septies itaque in die conueniunt ad confitendum Domino, semel in nocte. Conueniunt autem praedictis horis ad laudandum Deum in Psalmis, & Hymnis, & ut aures diuinis lectionibus accomodent. In omnibus enim etiam diuinis horis lectiones recitantur, quas nos in horis diuinis capitella vocamus. Capitella ideo dicuntur, quia distinctionis officiorum post psalmodiam capita sunt, id est principia. Verbi gratia: In omni die hora tertia eadem manet psalmodia, & hymnus idem. Post psalmodiam vero aliud sequitur in dominicis diebus, aliud in festalibus, aliud in festis martyrum, aliud in festis confessorum. Cuius varietatis capitellum principium tenet. Sed notandum, quod in prima, & completorio nulla post psalmodiam est pro diversitate dierum sine festorum varietas: ut per hoc insinuetur, quod principium & finem operum nostrorum firmiter, & inconcussè soli Deo attribuere debemus. Sed ad id, vnde coepimus, reuertamur. Mane congregatis ad pascha vitæ Christi ouibus, opilio noster timens lupum, qui rapit & dispergit oves, ut habemus in euangelio, & non minus leonem, qui circuit quærens quem deuoret, sic incipit. Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina. Et quoniam sine recta fide aliquid Deo placere impossibile est, subiungit ipse pastor cum grege suo: Gloria patri, & filio, & Spiritui sancto. Quod est: Vna & eadè credatur esse gloria patris, & filij, & Spiritus sancti, & nunc, & semper, id est omni tempore, in secula seculorū, id est post omnia tempora aeternaliter. Quod dicitur secula seculorum, circumlocutio eternitatis est. Sicut enim seculum annorum dicitur, quod constat ex centum annis, ita seculum seculorum conuenienter diceretur seculum constans ex centum seculis. Sed quoniam totum praesens seculum non tantopere creditur duraturum, in eo quod dicitur per omnia secula seculorū, nihil aliud quam aeternitatis durabilitas interminabilis intelligitur. Sicut erat in principio. vnde: Clarifica me pater claritate, quam habui, priusquam mundus fieret, apud te. Deinde sequitur Psalmus, quem cantauit Dauid, quando

Matt. 20

Pf. 118.

Pf. 118.

L

Ioan. 10
1. Pet. 5.

M

Ioan. 17

Pfal. 53.

1. Re. 16 quando Ziphæi voluerunt eum capere, & tradere in manus Saul. Ziphæi interpretantur florentes, per quos diabolus & sui intelliguntur. Diabolus enim florem mundo promittit. Qui autem eius sunt, florem suum & delectationem suam in mundanis cōstituant. Contra huiusmodi Ziphæos precamur nobis adesse tuitionem diuinam per omnes horas diei, ut neque diabolus suggerendo, neque membra eius aperte persequendo siue occulte, nobis praualeant. Postea sequuntur duo octonarij Psalmi: Beati immaculati, cum vno Gloria tanquam vnus. Psalmus vnus, & duo alij cum vno gloria tanquam vnus. Psalmus enim praedictus, scilicet, Beati immaculati, plenus est morum instructionibus. Operetur autem, ut quos Deus liberauerit de vinculis & carcere inimicorum, moribus bonis & pijs ei assistant. Isti quasi tres Psalmi obsequium nostram Domino praesentant per tres horas, primam scilicet secundam, & tertiam, ut in his tribus a Domino custodiamur. Singulis repetitionibus subiungitur Gloria patri: ne propter Psalmos, qui de veteri testamento sunt, officium nostrum ad nouum testamentum non putetur pertinere. Et hoc semel dictum, vbique intelligatur. His addidit fidelium deuotio: Quicumque vult saluus esse, ut articulo fidei, qui sunt necessarij ad salutem, nulla diei hora obliuiscamur. Postea iuxta ecclesiae nostrae consuetudinem sequitur lectio ex Esaiâ sumpta: Domine miserere nostri, te enim &c. Seruata videlicet illa anti qui populi consuetudine, quae in libro Esdræ scripta est. Ait enim: Conuenerunt filij Israel in ieiunio, & fassis, & humus super eos, & separatim est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena: & steterunt, & confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum: & confurrexerunt ad stadium, & legerunt in volumine legis Domini Dei sui. Vnde Beda super memoratum librum. Quorū exemplo reor in ecclesia morem inoleuisse pulcherrimum, ut per singulas diuinæ psalmodiae horas, lectio vna de veteri, siue de nouo testamento cunctis audientibus dicatur, & sic apostolicis siue prophetis confirmati verbis ad instantiam orationis genu flectant. Vnus tamen multarum est ecclesiarū, ut ad primam non legatur lectio, sed vsque ad capitulum post primam referretur. Lectionem sequitur responso, sicut in omnibus ferè horis, Christe fili Dei viui &c. Deinde versus, Exurge Domine & caetera. In alijs tamen ecclesijs sine lectione, & responso Psalmodiam sequitur versus. Versus a reuerfione nomen accepit. Legitur enim in libro Numerorum, quod dum arca Domini, quae significabat Ecclesiam, poneretur in tabernaculis: dicebatur. Reuertere Domine ad multitudinem filiorum Israel. Reuertere Domini ad Israel non est aliud, quàm ut reuerti faciat Israel toto corde ad se. Deus enim non habet a quo reuertatur, cui totum praesens est. Iuxta morem hunc statutum est a sanctis patribus, ut versus diceretur in vnoquoque officio, ut si mentes nostrae cogitando illicita pro nimio opere Psalmorum deuiauerunt, versu excitatae ad Deum reuertantur.

N
Pf. 118.

Pf. 118.

Pf. 118.

O

Num. 9.

Nu. 10.

Qualiter, & ad quid preces fiant. Cap. II.

His rite peractis, inchoamus implorare Dei misericordiam, dicendo kyrie eleison. Ter inuocamus patrem, ter filiū, ter Spiritum sanctum, ut nostri misereatur exaudiendo preces, quae sequuntur. Vnamquamque trium personarum ter inuocamus, quia vniuscuiusque trium misericordia, trium misericordia est: sicut tribus est honor vnus, & vna maiestas. Preces ex persona eorum dicuntur, qui quotidie cadunt, & nituntur resurgere per praenitentiam. Vnde post dominicam orationem sequitur: Viuet anima mea, & laudabit te. Quali sit: Mortua fuit anima pro erratibus meis, & deinceps viuet per conuersionem. Et iudicia tua adiuuabunt me. Quia dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, & viuat: & melius iudicas parcere praenitenti, quam conterere peccantem. Hoc officium, sicut quodlibet aliud praeter nocturnum, oratione concluditur, Domine Deus pater, qui nos ad principium &c. Et haec omnia in dominicis & caeteris festiuis diebus stando dicuntur propter memoriam dominicae resurrectionis, cum quo omnes sancti spe resurrexerunt. In alijs autem diebus genua in terram fixa tenemus, dum dicuntur preces, quae dicuntur propter leuia peccata, & dū dicitur praenitentialis Psalmus, Miserere mei Deus, qui propter graua peccata frequentatur. Ideo autem hoc officium, & omne aliud praeter nocturnum oratione concluditur, quia dum sumus in praesenti seculo, maxime quando ad extrinseca negotia eximus, necesse est nobis, ut orationibus sanctorum muniamur: siue quia mos est, ut quando familiarē colloquium habemus cum seruis Dei, amore religionis antequam separemur ab illis, in vltimo benedictionem petamus. In nocturno autem non ita fit, quia ibi non est separatio, sed matutinū coniunctum cum eo canitur. Post finem huius officij additur in veneratione omnium sanctorum. Pretiosa est in conspectu Domini &c. Finitaque oratione, sequitur familiare obsequium pro nobismet ipsis, & pro familiaribus nostris. Vnde quia nos plus caeteris peccasse reputamus, ut auxilio Dei praeterita & praesentia peccata diluere, & in posterum virare possimus, ideo dicimus, Deus in adiutorium meum. Et finita oratione dominica, additur: Respi ce Domine in seruos tuos, & in opera tua. quod ideo fit, quia nos sumus & serui Dei, & opera ipsius. Et dirige filios eorum. filios dicit cogitationes, quae nascuntur ex mente.

De tertia, sexta, & nona. Cap. III.

Hora tertia, in qua tuitionem diuinam rogauimus, congregati hora prima: hora (inquam) tertia iterum in ecclesia congregamur ad confitendum Domino, & per tres repetitiones Psalmi supra dicti nos famulari Dei per tres sequentes horas praesentamus & offerimus per quartam, & quintam, & sextam. In sexta iterum congregamur ad psallendum Domino: & per tres repetitiones Psalmi

ni 30

Ezec. 33

Q. 118
1. Pet. 5
1. Pet. 5

Pfal. 50.

R

Pf. 115.

Pfal. 89.

S

1. Pet. 5

1. Pet. 5

Psalmi supradicti nos diuinæ tuitioni per tres sequentes horas commendamus, scilicet per septimam horam, octauam, & nonam. Iterum hora nona conuenimus, & tribus repetitionibus eiusdem psalmi, nos in Dei famulatu per tres sequentes horas itauimus, siue munimus nos ab inuidiis inimici, scilicet per decimam horam, & undecimam, & duodecimam. Vnumquodque horum officium suam habet lectionem, quæ sicut supradiximus capitellu appellatur. Quæritur cur in diurnis lectionibus Benedictio non postuletur, sicut in nocturnis. Quod ideo fit, quia maior eas recitat, cuius est dare benedictione: in nocturnis autem petitur, quoniam a minoribus leguntur. Sed non minor quæstio occurrit, cur. s. diurnæ lectiones legantur a maioribus, cum nocturnæ legi soleant a minoribus. Quod ideo fit, quia in diurnis officijs nõ pro diuersitate temporum siue festorum varianur ea, quæ lectionem præcedunt, sed semper eadem manent: In lectione autem incipit pro uarietate temporum & solemnitatum officium variari. Quam officioru variationem, maiores, quia certius nouerunt quàm minores, lectionem legere consueuerunt. In nocturno autem officio, & inuitatorium, & hymnus, & psalmi ipsi hanc faciunt distinctionem. Iterum quæritur, cur in lectionibus diurnis, & quandoque in nocturnis nõ pronuntiat author, sicut in his, quæ ad missam leguntur. Quod ideo fit, quia bulbulci, & subulci, & omnes ferè operarij ad missam conueniunt, ad ceteras autem horas clerici, & domestici ecclesiæ, qui ex uerbis authorum ppter frequentem consuetudinem audiendi satis auctores cognoscunt. Illi autem propter raritatẽ audiendi, qui sunt auctores lectionum nesciunt, nisi nomina eorum præponantur. Quæritur etiam quare officia diurna accipiunt nomen a prima, & tertia, & sexta, & nona, & non ab alijs. Quod ideo fit: quia his horis conuenimus ad Dei seruitium, per quas euangelium narrat operarios intro ductos in uineam, quæ significat ecclesiam.

Cur in diuinis lectionibus Benedictio non postuletur, sicut in nocturnis. Quare diurna lectiones a maioribus, & nocturna a minoribus legantur.

Officia diuina quare a prima, tertia, sexta, & nona, et nõ ab alijs nom accipiant. Matt. 20

Quando preces dicantur ad horas, & quando taceantur: & quare. Cap. IIII.

V In omnibus officijs, excepto nocturno, nisi in festiuitatibus, dicuntur preces & Miserere mei Deus. Preces propter leuia & quotidiana peccata: Miserere mei Deus propter grauias. Et notandum, quod preces retinent modos orandi, quos enumerat Paulus dicens. Obsecro primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, & pro ijs, qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate, & castitate. Obsecratio est, cum solutionem malor ueremus, ut illud. Ego dixi, Domine miserere mei &c. Oratio est, cum postulamus bona nobis a Deo dari, ut illud: Ostende nobis Domine misericordiam tuam. Postulatio est, cum precamur, ut omnia, quæ sunt contraria bonis nostris, ut est subreptio demonu, siue molestiæ passionis, minuatur, & superentur. Vnde illud. Conuertere Domine usquequo, &

deprecaberis. Gratiarum uero actio est, ut illud Confiteantur tibi Domine omnia opera tua. Pro his, qui in sublimitate sunt, precamur, ut illud: Domine saluum fac regem; & Oremus pro pontifice nostro. Dum preces dicuntur, sacerdos, quia peccator est, cum peccatoribus prostratus est. Sed quia vicem tenet Christi, stando dicit orationem, ut resurrectionem recolat eius, cuius uicem tenet. In dominicis, & festiuis diebus non fiunt huiusmodi preces per horas, ut ad memoriam reducamus, quia in futura resurrectione ubi erit uera libertas, & uera sanctorum cum angelis societas, nulla deprecatio pro miseris erit necessaria. Salutatio præcedit, & subsequitur orationem, propter duplicem Dni ad discipulos salutationem dicentis: Pax uobis. Post orationem autem sequitur, Benedicamus Domino, & Deo gratias: quia sicut Dominus postquam salutauit discipulos iterum benedixit eis, & illi gratias referendo adorauerunt eum: ita presbyter, qui uicarius eius est, post iterum factam salutationem confratribus dicit, Benedicamus Domino, scilicet subaudiendo, cuius membra sumus, in quo benedicimus omnes. Et confratres gratias referuntur dicentes: Deo gratias.

Deprecabilis esto. Gratiaru actio. Pl. 144. Psal. 19. Sacerdos cur prostratus dicit preces, & stas orationem.

Ioan. 20. X. Matt. 28

De officio uespertino. Cap. V.

IN noctis initio, sole uidelicet occidente, uespertinum Deo offerimus sacrificium, quando ad consistendum Domino conuenimus. Dicit Isidorus in libro Etymologiarum. Uespertinum officiu est in noctis initio uocatum a stella uespera, quæ surgit oriente nocte. Et Augustinus in Psal. xxix. Uespera fit quando sol occidit. Hinc possumus conicere, quando festos & a seruili opere feriatos dies obseruamus, quod eos obseruare debemus a uespera usque ad uesperam, i. ex quo sol occidit usque ad alium solis occasum. Quotidianus usus noster tenet, ut quinque Psalmos cantemus in officio uespertino. Quis enim nescit, quãquam per quatuor horas diei nos Deo commendauimus, sicut supradictum est, quanta impedimenta, & quot tristitia seu lætitiæ inanes occupent mentem iusti etiã per diem? Oculi enim adducunt ad eam illices formas. Per aures intrant uerba detractionis aut luxus. Nares quoque non sunt alienæ ab hoc pestifero internuntio. Per os quoque mens polluitur, quando criminosa seu etiam ociosa loquitur uerba. Manus proculdubio, & pedes id tangunt, unde anima fit deterior per cogitationem. Atque in istis quinque sensibus quotidiano tundimur assultu. Vnde in noctis initio, quando ad dormitionem accedimus, quæ quasi quædam imago mortis est, & cui multa assistunt pericula, pro delictis quinque sensuum veniam deprecando quinque Psalmos cantamus.

Y. Uespertinu officiu unde dictum.

Vnde capit Antiphonarum usus. Cap. VI.

HOs quinque Psalmos antiphonarum sole-mus cantare. Vfus antiphonarum in ecclesijs

siis ab Ignatio episcopo Antiochiæ ut Tripartita hi narrat historia, cœpit actitari. Ita enim narrat. Dicendum est tamen unde cœpit initium ut in ecclesia antiphonæ decantentur. Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius post Apostolum Petrum episcopus, qui etiam cum ipsis degebat Apollolis, uidit angelorum uisionem, quomodo per antiphonas sanctæ Trinitati dicebant Hymnos. Isque modum uisionis Antiochenæ tradidisse probatur ecclesiæ: & ex hoc ad cunctas transfuit ecclesias. Antiphonæ autem dicitur eo quod iuxta eius modulationem altera pars chori contra alteram sonet, dum duæ chori partes Psalmum alternatim decantant. Post hæc sequitur lectio a pastore prolata, deinde psalmus. Et quoniam in eo suauis & beneplacita est modulatio, ne cor sui oblitum per superbiam, quæ ex dulci modulatione nasci solet, euanuerit, sequitur uersus, per quem mens ad se reuocatur, & excitatur ut melius attendat sequentia, hymnum. s. beate Mariæ, qui ad expellendas diurnas illecebras in initio noctis decantatur. Quem enim superbia indie rapit extra se, audiens, Disperit superbos, reuertatur ad se. Si quem temporalium rerum appetitus delectat: diuites dimisit inanes, eum ad se retrahat. Si quem specialis afflictio conturbat, recogitet quia Dominus exaltat humiles. Si cui obrepat potentia huius seculi, supprimat eam Deposuit potentes. De oratione, & quando preces faciendæ sint, vel non, & quare, superius dictum est.

Luc. 1.

De completorio. Cap. VII.

COMpletorium ideo dicitur, quia in eo complentur, quæ usque ad dormitionis quiete faciendæ sunt. Vnde & apud monachos tenetur ex regula beati Benedicti, ut ab eius officio claustra oris muniant, & ea aliena faciant a communi colloquio usque dum iterum ad opera redeant. In eo officio quatuor Psalmi recoluntur usque ad uersum. In quatuor Psalmis quatuor elementa nostri corporis Deo commendamus. Quod ostendunt ipsa Psalmorum uerba. In primo dicitur. In pace in id ipsum dormiam, & requiescam. Quod licet propheta de dormitione mortis intellexerit, tamen institutor officii ad somni dormitionem hæc retulit, quia somnus quædam imago mortis est, sicut prædiximus. In secundo dicitur. In manus tuas commendo spiritum meum. Duem uersum Christus ante mortem protulit ultimum. Vnde & nos de eodem Psalmo nil amplius dicimus. In tertio Psalmo dicitur, Qui habitat in adiutorio altissimi &c. quæ fere omnia oratione sunt plena, licet affirmatiue proferantur. Quarto, ut hæc omnia nobis a Deo cõcedantur, monemur Deum benedicere & laudare. Similiter & hymnus corpora nostra Deo commendat quod patet ex ipsius hymnorum uerbis. In hymno quotidiano sic habes. Procul recedat sonia, & noxia phant. ho. que. n. com. ne polluantur corpora. In alio hymno sic. Fessa labore corpora noctis quiete recrea. Et in alio sic. Præcamur sancte Domine, defende nos in hac nocte, sit nobis in

Psal. 4.

Psal. 30.

Luc. 23. Psal. 90.

te requies, quietam noctem tribue &c. Hoc etiam uersus aperte dilucidat dicens. Custodi nos Domine ut pupillam oculi: sub v. a. t. p. nos. Hoc autem propter pericula fieri consueuit, quæ plus dormiendo quàm uigilando homines innadunt. Sicut enim periculosum est homini dum transit ex hoc seculo, nisi se commendauerit Deo, ita periculosum est hominibus, dormientibus, nisi commendati Deo fuerint aut per hos quatuor Psalmos, aut per crucis signaculũ, per quod Dominus corpora nra custodiat, sicut in hymno rogamus. In cantico Simeonis cum ipso oramus, ut in pace a tumultu seculi quiescamus. Vnde patet, quod ii, qui dormiunt, eis, qui mortui sunt in Christo, conformantur. Si meo. n. morte corporis orabat in pace dimitti: nos somni dormitione.

Luc. 2.

De officio nocturnali. Cap. VIII.

IN nocturnali officio dicimus primo: Domine labia mea aperies &c. Quod ideo fit, quia completorio nos Deo commendamus, & conuoluimus ora, & singuli quodammodo in singulis sepulchris quiescimus, Deo soli astantes, cui non sunt uerba necessaria, quia cogitationes omnes nouit. At nunc, quia iterum conuenimus ad consistendum Domino, præcamur eum ut sua directione labia nostra aperiat. Deinde per inuitatorium omnes circumquaque ad consistendum Domino uocantur. Iuxta quod ipsius inuitatorii uersus secundus sonat. Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Inuitatorium sequitur hymnus, quo corda adhuc torpentia ad laudes Dei excitantur. Sed quæritur, cur in hoc officio, & in quibusdã alijs. s. prima, tertia, sexta nona, hymnus præponit psalmodiæ: in uesperis autem, & completorio, & laudibus matutinis sequitur psalmodiam. Ad quod dicendum uidetur, quod in matutinis sicut dictu est, hymnus statim in principio ponitur, ut excitet sua modulatione corda torpentia. In prima autem, & ceteris horis diurnis, ut ad diuini amoris dulcedinem retrahat corda curis quotidianis occupata. In uesperis autem ideo post Psalmos ponitur hymnus, ut corda excitet ad canticum Simeonis, quod de euangelio sumptum, statim sequitur post hymnum, præposito tamen eidem uersiculo. Eadem causa potest non inconuenienter assignari & in uesperis, & in laudibus matutinis. In uesperis autem modulatione hymni excitamur ad intelligendum canticum Mariæ uirginis Magnificat anima mea Dominum. In matutinis laudibus ad canticum Zachariæ præparamur. Benedictus Dominus Deus Israel.

Psal. 94.

Luc. 1. Ibidem.

Quare hoc officium tres habeat distinctiones. Cap. IX.

PSalmi, & lectiones, & responsoria diebus festis sub tribus distinctionibus cantantur, Quartã faciunt laudes matutinae. Tres priores nocturni siue uigiliæ more Romano nuncupantur. Siquidem nox in quatuor uigiliis antiquo more diuiditur. Quæ

Quarum prima conticinium dicitur, secunda intepellum, tertia gallicinium, quarta antelucanum. Vnaquaqueque autem tribus horis contenta est. Vnde & trium nocturnorum singulum tres habet Psalms, quibus nos totidem horis noctis Dei seruitio praesentamus. Iuxta numerum Psalmorum lectiones recitantur, quia in singulis horis praesertim noctis contra spirituales nequicias muniendi sumus. In festis minoribus retento numero Psalmorum, propter idem, minuitur numerus lectionum ad tollendum fastidium, quod in eis rebus praecipue vitandum est, in quibus solum acceptatur desiderium. In diebus profestis, quando videlicet nulla sanctorum occurrit festiuitas, psalmi combinantur, & quasi sex psalmi per gloria patri distinguntur, vt & psalterij lectio in unguis perficiatur hebdomadibus, & numeri mysterium conseruetur. Sex. n. Psalms, immo sex Psalmorum combinationes ad sex aetates mundi, siue ad sex vitae nostrae dies referuntur, quibus anima & corpore propter sabbatum septima aetate, & septima die designatum, in Dei seruitio laborandum est: Quidam aliud assignant mysterium, vbi sub tribus distinctionibus nocturnum celebratur officium. Nox enim, ad quam pertinet huiusmodi officium, huic seculo tenebris ignorantiae pleno comparatur. Secundum autem, hoc est spatium, quod cum mundo incepit, & usque ad communem resurrectionem durabit, tria complectitur tempora videlicet tempus ante legem, tempus sub lege, tempus gratiae. Haec tria tempora triplici nocturno ex primuntur. Qui enim ante legem, & qui sub lege fuerunt, nondum vera redemptione inuenta, diuersa Deo sacrificia pro expiatione peccatorum offerebant, sicut Leuitici liber ostendit. Haec diuersa sacrificia Deo oblata exprimimus, dum modo Psalms, modo lectiones, modo responsoria cantamus. Quorum Psalmus quilibet a pluribus cantatur, lectio ab vno tantum, Responsorium modo ab uno, modo a pluribus: quia & sacrificia quaedam populi multitudo offerebat, quaedam vero solus sacerdos, quaedam sacerdos cum populo. Tertium nocturnum exprimit tempus primitiae ecclesiae, in quo & Iudaei & Gentiles in Christum credentes, quia veram historiam nesciebant, diuersa adhuc sacrificia offerebant, vel offerenda mente iudicabant. In quorum persona, sicut & priorum, dicit Psalmista Quamdiu ponam consilia in anima mea? Siquidem diuersa consilia quaerebant, quia vnicum non inuenerant. Postea vero ecclesia per vicos & plateas ciuitatis quaerens quem diligit anima eius, inuenit vnicum consilium, vnicam vitae viam, Christum. Quod nos post tertium nocturnum exprimimus exclamando, Te Deum laudamus &c. Hoc officium secundum usum monachorum oratione, sicut caetera, terminatur. In quo primariam seruare videntur institutionem. Nostra autem consuetudo humanae infirmitati parcens & labori, officio praedicto laudes matutinas continuat, & oratione una duo claudit officia.

Psal. 12. Cant. 3.

LAudes matutinae noctis partem sibi vendicant vltimam, quartam videlicet vigiliam, quae usque ad solis ortum protenditur. In hoc officio quasi reperta salutis via vnica, Domino laudes multipliciter decantamus. Nec iam tres tantum Psalmos, sicut in tribus praedictis nocturnis, & in diurnis officiis, nos tribus, quae restabant, horis dei seruitio praesentamus & offerimus, sed coram ipso corda nostra effundentes, redemptori nostro undiq; laudes colligimus. Primo ei decantamus Psalmum, Dominus regnauit: in quo Christus miranda breuitate multipliciter laudatur, primo loco a pulchritudine, secundo a fortitudine, tertio ab operibus, quarto a potestate, quinto a laudibus vniuersitatis, sexto a veritate dictorum, septimo a sanctitate proprie domus. Quae omnia diligens lector in eodem Psalmo notare poterit, & in expositionibus sanctorum inuenire. Sequitur Psal. Iubilate in Domino omnis terra. Qui non iam angulum terrae inuitat ad laudem, sed sicut vbique seminata est benedictio, ita undiq; exigit iubilationem. Vnde & titulus eius habet, Psal. in confessione. Tertius psalmus est, Deus Deus meus, ad laudem resurrectionis pertinens. Vbi dicitur. Ad te de luce vigilo: Ipso. s. diluculo, qn Christus surrexit. Tunc enim enixius orandum est, qn Christus resurgens spe resurgendi mortalibus dedit. In fine dicitur, Obstructum est os loquentium iniqua. Quod maxime in resurrectione factum est. Quia tunc omnis ambiguitas calcata est. Sed quia resurrectio Christi credere eam nolentibus inutilis est, consequenter adiungitur Psal. Deus misereatur nostri: in quo oramus, vt collata nobis beneficia per Christum cognoscamus. Nec minus idem psalmus ad laudem inuitat ibi, Confiteantur tibi populi Deus. & repetit, Confiteantur tibi populi omnes. Continuat autem hic Psalms duo, & postea tres, videlicet Laudate Dominum de caelis, & duo sequentes, non interponendo Gloria patri: vt iuxta sensuum nostrorum numerum quasi quinque Psalms computentur in hoc officio, ut qui eos Domino decantauerunt, seipos in omnibus sensibus suis Deo offerre significantur. Quod Hymnus Zachariae, Benedictus Dominus Deus Israel &c. ad hoc officium, in quo de redemptione nostra exultatur spiritualiter, pertineat, ipsius hymni continentia declarat. In diebus profestis loco Psalms in hoc officio primi, cantatur poenitentialis Psal. Miserere mei Deus: quia dies illi dies poenitentiae sunt, festiuitates sanctorum dies laetitiae. Loco cantici trium puerorum ponitur aliud canticum iuxta varietatem dierum. Illud. n. instinctu laetitiae oia elemeta, & vniuersas creaturas vocat ad laudem: hoc beneficia Dei miseris reducit ad memoria, vt poenitentes no desperet.

De missa vnde initium sumpsit, et vnde augmentum. Cap. XI.

Sed iam decursis officijs, quae sanctorum patrum H institutio docuit, ad illud veniamus, quod ipse Domi-

Dominus Iesus sacerdos secundum ordinem Melchisedech instituit, & suis praecipit haec in sui celebrare memoriam. Primo igitur dicendum videtur, vnde missa initium sumpsit, & vnde augmentum. Dominus & saluator noster Iesus missam celebrari instituit, quando panem & vinum in corpus & sanguinem suum commutans suis praecipit haec in sui facere commemoratione. Apostoli missam auerunt, dum super panem & vinum verba, quae Dominus dixerat, & orationem dominicam dixerunt. Deinde successores eorum epistolae, & euangelia legi statuerunt. Alij cantum addiderunt: & alij alia. Porro Celestinus Papa psalmos ad introitum missae cantari instituit: de quibus Gregorius Papa postea antiphonas ad introitum modulandas composuit. Vnde adhuc aliquis versus illius psalmi ad introitum cantatur, qui olim totus ad introitum cantabatur. Gloria patri Nicena synodus composuit, sed Damasus Papa ad missam cantari instituit. Kyrie eleison Syluester Papa de graeco sumpsit, quod Gregorius Papa statuit ad missam cantari. Gloria in excelsis Deo, angelorum chorus primum cecinit: sed Hilarius Pictaueus, ab illo loco, Laudamus te, vsque in finem composuit: Telephorus autem Papa ad missam cantari instituit: Symmachus vero Papa in festis tantum diebus cantari censuit. Dominus vobiscum de veteri testamento, scilicet de libro Ruth est sumptum. Pax vobis, de euangelio. Et cum spiritu tuo, de epistolis Pauli. Ame, de Apocalypsi. Haec Anacleus Papa dici statuit. Epistola, & Euangelium Alexander Papa ad missam legi decreuit. Hieronymus presbyter lectionarium, vt hodie habet ecclesia, collegit: sed Damasus Papa, vt nunc moris est, legi instituit. Qui etiam in festiuis diebus pneuma, quod Iubilum dicitur, cantare statuit. Sed Abbas Notherus de sancto Gallo sequentias pro pneuma composuisse legitur: quas Niclaus Papa ad missam cantari concessit. Anastasius Papa decreuit, vt dum euangelium legitur, nullus sedeat. Credo in vnum Deum Constantinopolitana synodus inuenit coposuisse: sed Damasus Papa ad missam cantari instituit Offertorium Gregorius coposuit, & ad missam cantari instituit. Apostoli, & eorum primi successores in quotidianis vestibus, & ligneis calicibus missas celebrauerunt: sed Clemes tradente Petro Apostolo usum sacrarum vestium ex lege sumpsit: & Stephanus Papa in sacris vestibus missam celebrari instituit. Zephernius Papa vitreis: Urbanus autem Papa aureis vel argenteis calicibus, & patenis offerri statuit. Siluester Papa corporale lineum addit, eo quod Ioseph corpus dominicum inuoluit in sindone munda. Orate pro me, Leo Papa statuit dici: qui etiam praefationes composuit. Dionysius tamen Ariopagita primus praefationem composuisse putatur: sed Gelasius Papa ad missam cantari instituit. Sursum corda de Hieremia: Gratias agamus Domino Deo nostro, de Apostolo est sumptum. Sanctus sanctus sanctus, Sixtus Papa dimidium de euangelio, dimidium de Esaia composuit, & ad missam cantari statuit. Canonem Gelasius Papa composuit: sed Gregorius Papa capitulum interpolauit, quod sic incipit, Diesque nostros. Leo

Luc. 1. Ruth. 2. Ioan. 20

Matt. 28 Thren. 3 Esa. 6

Papa sanctum sacrificium & immaculatam hostiam apposuit. Pater noster Dominus quidem docuit, sed Mattheus composuit: Gregorius vero Papa ad missam cantari censuit. Ipse & praecedens capitulum, Oremus praecipit, & sequens, Libera nos quaesumus Domine, addidit. Benedictione episcopalem Martialis episcopus Apostolorum discipulus ex magisterio Apostolorum tradidit. quam probabile studium Deo seruiendum auxit: isque mos ex eo usque quaque inualuit. Ambrosius dicere cepit Pax Domini sit semper vobiscum: Innocentius Papa dici, & pacem dari constituit. Agnus Dei Sergius Papa composuit, & ad missam cantari instituit. Iulius Papa intinctionem corporis Domini in sanguinem prohibuit, & Gelasius Papa illum excommunicauit, qui corpus Domini acceperit, & sanguinem non sumpsit, idem sumere contempserit. Sic enim verba decreti intelligenda sunt: Alioquin anathema essent, qui in die parasceues communicant: quia tunc corpus Christi sumitur sine sanguine Christi in specie vini. Consecratur quidem vinum per tactum corporis Christi, sed in sanguinem non mutatur, cum verba ad hoc instituta non dicantur. Communionem Gregorius Papa composuit, & ad missam cantari statuit. Benedicamus Domino de psalterio sumptum est: Deo gratias de Apostolo: sed haec dici Leo Papa constituit. Ex his omnibus Gregorius Papa missam ordinasse dicitur, vt hodie in ecclesia cantatur.

Quod missa tribus linguis celebratur, & quare. Cap. XII.

NOtandum quod tribus linguis, hebraica, graeca, & latina, missa celebratur: quia his titulus passionis Domini nostri Iesu Christi, cuius representatio missa est, scriptus fuisse legitur. Hebraicum quippe est alleluia, osanna, & amen. Graecum vero kyrie eleison. Latinum reliquum officium.

Quae ratio cantandi in celebratione missae. Cap. XIII.

Iam nunc ad thesaurum summi sacramenti, scilicet ad missae sacrarium accedendum est. Quod si mihi peruium se fecerit thesaurus salutis: si aperuerit clavis David, qui aperit & nemo claudit, & nemo aperit: gratulari, & cantare licebit animae meae, quod eam in cellam vinariam introduxit. Nam quod in veteri testamento promissum, praefiguratum, & a longe salutarum, in nouo autem datum, reuelatum, & palam factum est: hic praesentialiter exhibetur, non in umbra, sed in veritate, non in figura, sed in re. Haec illud agit, in quo noster David insanire videbatur regi Achis, quando tympanizabat corpore super lignum crucis extenso: & impingebat ad ostia ciuitatis. i. ad conclusa corda & sibi non credentia: qn ferebatur in manibus suis tenens panem & vinum, & dicens: Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus noui testamenti: quando defluebant saluae in barbam. i. videbatur loqui infantilia dicens: Nisi manducaueritis carne mea, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis.

1. Re. 18 Pulchrum notandum pro concionatoribus.

Nia vobis. Qui tamē accepto regno super vniuersum Iudam, vniuersumq; Israel, nunc iuxta mysticū sen sum per apolipomenon indutus stola byssina, vestitus ephod lineo, præcentor inclytus choros ducit sacrificans, & sublimit coram arca fœderis Domini. O regem, o factorum principem. Quod sibi tantū tam clari capitis tripodium, dum tendit arcæ Dei tabernaculū, & indutus ephod offert holocaustū, & in nomine Domini benedicit populum. Ad quē, cum esset de tribu Iuda, nō pertinebat sacerdotiū: Sed repulit Deus tabernaculum Silo, & elegit tribum Iuda: elegit Dauid seruum suum. Ecce prægestit rex de tribu Iuda confidenter agere in ijs, quæ sciebat filio suo deberi a Domino suo, in quem dicebat: Iurauit dominus Dauid & nō pœnitebit eū: tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedech. Ecce imperat sacerdotibus, mandat leuitis vt sanctificentur, cantores instituit, eligit qui ar cana cantent, qui canant per octauas, qui clangant tubis, qui perfonent buccinis, qui cōcrepent lyris, cymbalis, nablīs, organīs. In his omnibus ad filium respicit. Hæc enim omnia per Christum in ecclesia coram spiritali arca Domini quotidie actantur. Arca namque Domini cōueniēter designat corpus Domini nostri Iesu Christi, ante cuius consecrationem in ecclesia magnis vocibus exultatur. Habet hæc arca in se manna absconditum, quod nemo no uit nisi qui accipit, dulcedinem videlicet spiritua lis gaudij, quam suscepto sacramento corporis & sanguinis Christi munda corda sentiunt, & in ora tione nonnunquam percipiunt. Habet etiam tabu las testamenti lege Dei inscriptas: quia in Christo, quem in altari suscipiunt electi, & a quo suscipiun tur, quoniam eum susceptum non mutant in se, sed mutant in ipsum, vt sint cum capite suo vnus Chri stus: in Christo (inquam) sunt thesauri & scientiæ Dei absconditi. Et in ipso quoque est virga Aaron, virga sacerdotalis videlicet vel regiæ potestatis. Ar cam ergo Dei noster Dauid mortis imperio quasi Saule destructo, idest diaboli regno ducit in presen tis ecclesiæ suæ Hierusalem, & collocat in taberna culo cordium fidelium, quod ipse tetedit. Vnde ec clesiæ chorus tanquam vniuersa multitudo Iacob canit legitime, & Dauid cum cātoribus citharam percutit, quæ resonat a superiori, dum supernis de sideriis canentium corda succendit, & laudes Deo canit. Quicquid enim Israel Dei. i. populus Chris tianus ad laudem Dei canit, hoc percentore, hoc magistro canit. Ab hoc cōcitatus iubilus cordis in voces corporeas, choriq; concentum nunc graui ter nunc acute & exiliter erumpit: & magni corpo ris ecclesiæ per omnes gentes diffusæ, quia vna fide resonat, cantus pariter & insimul vbique & vndiq; multiplex, & vnus ab ipso suauiter auditur. Igitur ordinem altaris, ordinem magnæ & interminatæ rationis iam libet attingere: & eorum, quæ præces serunt in capite, Christo scilicet factorum princi pe, in sacerdotibus, qui sunt eius corporis mem bra, imitationem ipso aperiente, vel ex parte cog noscere.

Psal. 77.

Pf. 109.

Colof. 2

P

De introitu missæ, & processione ministrorum. Cap. XIII.

Sacerdote ad altare ingressuro debet tota præ sens ecclesia dilatate animam suam, & amplioris fidei sinu memoriā incarnationis tenere, & sanctorum, qui eum ab initio mundi expectauerunt, & eius aduentum suspirijs, laudibus, atq; precibus expetierunt, memor esse: & eorum contemplatione in voces erumpere præcinendo antiphonā, quæ dicitur ad introitum. Nam sicut introitus sacerdotis ingressum filij Dei in mundum hūc: sic antiphona, quæ dicitur ad introitum, voces, & expectationem præfert patriarcharum & prophetarū. In processione, quæ significata rei aptissime congruit, præcedunt flammantes cerei, in lignum & memoriā, quod per aduentum Christi sedentibus in regione vmbrae mortis lux orta est eis. Præueniunt sacerdotem ministri duo, non pariter neque a latere inces sum cœquantur, sed ante subdiaconus. Significant hi duo, vetus & nouum testm, siue vtriusque prædicatores: quorum lex prior est tpe, dignitate vero posterior. Euangelium autem tempore posterius, prius est dignitate. Isti sunt duo pedes angeli, qui descendit de cælo amictus nube, & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum aut super terram. Legalis autem moralitas tranquillius audita est. Euangelicam vero dignitatem, vt est: Ego & pater vnus sumus. Et, Antequā Abraham heret, ego sum: Et, Diligite inimicos vestros. velut mirabiles elationes maris, fluxa & fallax corda timuerūt. Subdiaconus præfert euangelij textum clausum, quia lex testimonia Christi cōtinet, sed sub vmbra figurarum: quia antequam agnus aperuisset sigilla teptē, clausum erat i libro legis passionis eius sacm. Thuribulum hæc oia præcedit, sed adhuc vacuum, & significat: corda ad audiendum verbū Dñi parata, & carbonēs verbi Domini ad incendendū thymiana orationū & laudū desiderantia, In quibusdam tamen ecclesijs sacerdos ad altare accedēs, statim thurificat. Nā prædictus angelus, sicut in Apocalypsi legimus, tetit iuxta aram tēpli, tenens thuribulum aureum in manu sua, dum in cōspectu ecclesiæ se ostendit filius Dei hñs corpus ab omni labe purissimum, quod impleuit de igne, quia corporaliter in ipso septiformis Spiritus sancti gratia requieuit. Interim chorus cantat kyrie eleison: quod significat vniuersalis ecclesiæ preces, q̄ sunt incēsa vera, de quibus ibidem dicitur. Data sunt ei incēsa multa, vt daret de orationibus sanctorum oim sup per altare aureum, quod est ante thronum. Accoliti vsq; ad kyrie eleison luminaria tenent: quia doctores illuminatores ecclesiæ, uerbo & exemplo lu men fidelibus præbere debent, quoadusque ipsi Deum moribus imitari incipiant, & Chr̄m veram lucem omnem animam illuminare cognoscant.

Esa. 9.

Apo. 10

R

Ioan. 10

Ioan. 8.

Matt. 5.

Apo. 8.

De hymno angelico. Cap. XV.

Sequitur, Gloria in excelsis Deo: sacerdote inci Spiente, & choro prosequete. Hic. n. hymnus & angelorum est, & hoium. Primo angelorū congratulantium,

tulantiū, q̄ nato Dño accēsa iā esset lucerna clarissima, p̄ quā pditā drachmā inuentura esset Dei sapiētia. Inde est, qd iam præoccupantes angeli dicunt: Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis: eo q̄ pacem, quā nemo hoim, qui sunt in cælo, uel qui su per terram, uel qui subter terram, facere poterat in ter Deum & hoies: hic factor oim Deus pp hoies homo factus iam facturus esset soluto partete inimicitiarum. Deinde sacerdos salutatione præmissa dicit, Oremus, ubi oratur, alios hortatur, ut secum orent. Tunc eius pro nobis maxime suscipitur oratio, si nostra ei iungatur deuotio. Alioqui apud terrenū ēt iudicem si quis pro tuo reatu intercederet, tu uero in præsentia eiusdem iudicis nugis & risui intenderes, nonne iram eius incenderes amplius, & intercessoris tui preces, ne tibi prodesent, effice res: Oportet ergo, ut & in missa, & in cæteris officijs cor nostrum iungamus cū uoce sacerdotis. Qd aut oraturus alios ad idem admonet, a Christo habet, q̄ ipse orauit, & discipulos orare monuit. Vigilante, inquit & orate. Respondet chorus, Et cū spū tuo: ut ei etiam spū orare donetur. Siquidē ore tm̄ orat, q̄ uerba tm̄ pnūtiat. Ore, & spū orat, qui intelligit orando q̄ dicit. Ore, & spū, & mente orat q̄ p uerba, q̄ ore dicit, & spū discernit, et aliquid morale, uel allegoricum, seu anagogicum intelligit. Vnde Apostolus. Psallam spiritu, psallam & mente.

Apo. 5.

Mar. 13. Quid sit ore raturum: quid ore, & spū: & quid ore, spū, & mente orare. I. Co. 14

De collecta, & causa nominis huius. Cap. XVI.

Sequitur oratio, quā collectā uocant, eo q̄ sacerdos q̄ legatione fungitur ad Deum, colligat atq; offerat petitiones oim. In Romana ecclesia una tm̄ dī collecta, nisi alicuius scōrū interueniat solemnitas cuius memoria fiat. Alij pro diuersis usib⁹ ecclesiarum in celebrationibus publicis missarū multiplicat orationes, & pro uoluntate propria in priuatis. In his oibus sacerdos ueri & sūmi sacerdotis psonā gerit, qui (sicut ait Apostolus) in diebus carnis suæ pces, supplicationesq; ad eū, qui saluū illū facere poterat a morte, cū clamore ualido & lachrymis offerens exauditur est p sua reuerentia. In fine orōnis subiungitur. Per dñm n̄sum: quia p̄clara Dei bñficia per ipsum ad nos decurrunt. Per ipsum petimus & impetramus, sicut p̄ mediantem crystalli lapidem cælestem in subiectam escam a lōginquo sole mutuamus ignem. Hucusq; tractatū est missæ principium, qd dī introitus, cōmemorās nobis introitū saluatoris in hunc mūdum, s. a natiuitate eius usq; ad prædicationem Ioannis: qn̄ baptizatus est ipse, & orans quadraginta dierum ieiunium cōsecrauit.

Heb. 5.

Pulchra militudo.

De epistola, & causa huius nominis. Cap. XVII.

Vepistola psonā legis gerens & pphetarū, pcur soris debitū agit officium ante euangeliū. Quæ quis per sepe de Apostolicis sumatur literis, tm̄ in eo gradu est ac si semp de lege sit & pphetis. Semp. n. moralitatem, uitāq; actiuā magis q̄ cōtemplatiuā, q̄ in euangelio radiat, apostolica quoq; lectio instruit & dispēsat. Epistola græce supramissio uel supererogatio dī latine. Supramissio eo q̄ supra narrationis eius seriem & scribentis, & eius, cui scribitur, nomē p̄mittitur. Supererogationis aut nomen bñ, cōgruit

literis Apostolicis, q̄ uidelicet euangelio Christi su pererogata sunt. Qd & supramissionem nō incōuenienter intelligi p̄t. Qui. n. supererogatur, super debet tū mittit aliqd. Ordo siqdem apostolicus, stabularius ille est, cui noster Samaritanus. i. custos Dñs Iesus Christus hoim illū, quē a latronibus despoliatū inuenerat, cōmisit, cōferens duos denarios. i. legē & euāgeliū, dicensq; ei: Curā illius habe, & qd cūq; supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Igitur epistola tm̄ differt ab euangelio, q̄ tum seruus a dño, præco a iudice, legatus ab eo qui misit illum. Quapropter cum legitur epistola, non iniuria sed uerenter aspectibus sicut Dño nostro assistimus. In eo q̄ p̄cedit euāgeliū epistola, Ioānis imitatur officium, qui p̄uaricares legis corripiens, & mores eorum euangelicæ fidei suscipiendæ præparans implebat, quod de illo prædixerat angelus: Ipse p̄bit Dominum in spiritu & uirtute Elię. Et in Malachia. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te.

Luca. 10

X

Luc. 1.

Malac. 3

De graduali siue responsorio, & causa utriusque nominis. Cap. XVIII.

Sequens respōsorium, q̄ & graduale dī, mōstrat auditores p̄dicationi p̄missæ p̄buisse assensum: q̄ qm̄ alternatim cātatur, unde & nominatur respōsorium, grauemq; & asperum habet cātum, adeo ut illud excellentibus effere uocibus nec usus nec decus sit, uitā significat actiuam, in qua ecclesia se mutuo cohortatur ad laudem Dei, & bona opera. Vnde diebus Pentecostes de officio tollitur q̄ uidet cer dies illi futurum in regno Dei felicem ecclesię significat statū. Graduale aut dī, q̄ in gradibus ante altare cātari solebat, uel q̄ p̄ ipsum p̄dicationi p̄missæ in epistola dādo cōsentum, & alternatim cohortādo nos quasi d̄ uirtute in uirtutē gradatū ad altiora uel le cōcedere significat. Versus aut inde dī, q̄ in eo multorū modulatio quodāmodo ad unū reuertitur.

Y

De alleluia & pneumatum significatione. Cap. XIX.

Alleluia sequens æternā gloriā, uel uitā cōtēplatiuā significat, quā actiua p̄meretur, sed in hac uita nō allegatur. Illa. n. gloria qd est, nisi æternum angelorum, beatorumque spūm conuiuium q̄ est semp laudare Deū? Ad hoc uita p̄sentis inopia nullatenus ualet cōtingere. Scire aut ubi sit, & p̄gnoscere illud gaudij spei, sitire & esurire q̄ gustaueris: hæc est illa, qd dī sanctorum in hac uita p̄fectio. Quapropter interpretatum hoc hebraicum uerbum reman sit, ut peregrinum ab hac uita gaudium, peregrinū signaret magis q̄ exprimeret uocabulum. Quoniā ergo futuræ beatitudinis quasi p̄prium est uocabulū utpote de cæli stillicidijs in ora Apostolorū delapsū: iure eo tpe magis frequētatur, quo resurgēs Dñs eiusdē beatitudinis spē nobis p̄pinauit, & promissū Apostolis spūm sc̄tum misit. Notādum aut, q̄ pneumatā, q̄ in alleluia et cæteris cātibus in paucitate uerborū huius, iubilū significat, qui sit, cū mēs aliqn̄ sic in Deum afficitur, & dulcedine quadam ineffabili liquefcit, ut quod sentit, plene effari non possit. Affectus. n. hoc habet p̄prium, ut quāto intus fer

Sanctorum in hac uita p̄fectio que.

EA

1032 1033 1034 1035

Psal. 88, uentior fuerit, tãto minus extra explicari possit. Beatus populus, qui scit iubilationem. i. qui saepe experitur & pręgustat hęc dulcedinem, & sic interu^o mouetur, ut qđ pręsentit, nec dicere sufficiat, nec possit tacere. Tractus a trahēdo dī, qđ tractim cātatur. Exprimit, n. laborem epulātium, & incolātium diuurnitatem quasi deplorat. Sequentia dicitur, quia per cantus amœnitatem ad lequentia pręparat.

De missione diaconi ad legendum Euangelium: Cap. XX.

A H Actenus seorsum sedebat sacerdos, & sedenti famulabatur altaris ministri, oblationem panis & uini pręparando, scabellū pedibus, si op^o erat, supponēdo, & in alijs oibus, qđ necessaria uidebatur ministrādo: in memoriā Dñi Iesu, cui uicō tētorare in deserto ministrabat angeli: sicut scriptū est. Reliquit eū tētor, & accesserūt angeli, & ministrabāt ei. Surgit tādē ad altare accedens, ut nobis in mentē ueniat, qđ Dñs Iesus pręparata per Ioānnē uia ad hoīes de deserto rediens uenit, & discipulos ad pdicandū misit. Mittit nāq, sacerdos diaconū ad legendū euāgelium, petū dādo bñdictionē: qđ subdiacono pri^o lecturo nō fecerat. Legem. n. & pphetas inuisibilis inuisibiliter misit, Apostolos autē, & euāgelistas, quorū diaconus psonam gerit, uisibilis factus: & osculo oris sui dilectā suam osculans. Ecclesiam uisibiliter docuit, & misit. Diacon^o in sinistra fert euāgelij textū sustentantem dextera: quia in hac uita, qđ per finisrum datur intelligi, oportet euangelium p̄dicari. Cuius in prädicatione caderet & deficeret, nisi spes eternę uite, quam dextera significat, eam sustentaret. Ascendit diaconus lectricium, ut sublimitatem doctrinę euangelicę significet: sicut illd̄ Esaię, Sup mōtem excelsum ascende tu, qđ euangelixas Sio. Incēso, qđ est bonę opinionis signum, locū aspergit, i quo legendū est euāgelium, qđ hic bonum nunciū portant, cōfidenter dicunt: Christi bonus odor sumus in oī loco. Subdiaconus puluinum, quē ante pecc^o suum deferebat, euāgelij libro supponit: qđ signat euāgelij uerba corde humili, & suauis suscipienda. Lecturus euāgelium diaconus se uertit ad Aquilonem, p quem populus Gentium designatur. Vnde, Deus ab Austro ueniet. Quibus idem euāgelium primo pdicatum est, & in fine seculi pdicabitur. Qđ ē in officio missę cōmemoratur, dū sacerdos primo ad Austrum stat, deinde ad Aquilonem, tertio iterū Austrum. Diaconus igitur astans ad audiendū erigit dicens, Dñs uobiscū. In quo attentionem captat, & bñuolentiam. Vnde illi tanqđ attenti, & bñuoli rē spōdent, Et cum spū tuo. Dociles reddidicendo. Sequētia sancti euāgelij, uel initium Scti euāgelij. Qđ. n. agit rhetorum doctrina in captationibus, p̄ficat summę naturę scientię in theologicis sermonibus. Respōdent, Gloria tibi Dñe: glorificantes Deū, qđ nobis missum est saluis uerbū. Iuxta illud: Et glorificauerunt Deum, dicentes, Ergo & gentibus De^o p̄nitentiā ad uitam dedit. Signant etiam se in frōte, ubi sedes est uerę uoluntatis, ut se de uerbis Crucifixi non erubescere significant, uel ne occulta diaboli suggestio corda eorum ab auditu euāgelij auer-

rat. Signum enim crucis diabolo ualde formidolosum est. Discooperata habent capita, ut te audire paratos ipso habitu corporis insinuent.

diabolo formidolo.

De Symbolo Apostolorum, quando, & quare cantandum sit. Cap. XXI.

Sicut post pdicationem Dñi maiora qđ ante charismatum dona grā largiente effusa sunt, sic post euāgelij lectionem maiora sacramenta ordinata. Tunc si sit dies dñica, uel paschalis, siue Pentecostes solennitas, cantatur fidei symbolū: quod est Credo in unum Deum &c. Maxime. n. resurrectionis uel pentecostes sacramētum respicit hoc fidei tripudiū qđ noua ples ecclesię uitalis fontis ingressura lauacrum uel de nouo ingressa, reddidit eius, quam cathēchizata didicit, Christiana fidei symbolum. Cantatur & in festis Apostolorum, quia ab ipsis est cōpositū. Necnō & in festiuitate qualibet beatę Marię uirginis, quia & ipsa ibi commemoratur, ubi dī, Natus ex Maria uirgine, & Apostoli eam in opere habuerunt adiutricem, multa. n. p eam didicerunt. Ipsa. n. attenti^o, ut mater, cōseruauerat oīa uerba, cōferens ea in corde suo. Interim subdiaconus circumfert euāgelium oibus religioso osculo salutēdum, quia euāgelium Iudæis & gentibus propter diuersitatū obseruantiarum dissidentibus pacem attulit ipalē, & nuntiavit eternam utriusque scilicet populi cum Deo & angelis eius. Deinde liber ad altare refertur, & in loco suo reponitur, ut ad imitationem Apostolorum ministri quicquid actum est, nō sibi sed Domino acribendum esse insinuent.

C

Luca. 2.

De offerenda, & significatione uersuum eius. Cap. XXI.

Sequitur offerenda nomen habens ab offerendo Deo qđ canitur, qđ creatori nō laudis offerimus sacrificium. Hic magis & magis aperiendum fidei ostium, & aīę trichina pandenda sunt. ut quicquid angelus ille clamauit magno clamore euāgelij, credit mulier illa magna. f. ecclesia, qđ in apocalypsi uisa est amicta sole. f. quem induit in baptismate, lunā habens sub pedibus, uidelicet oīa mutabilia calcēs. Luna. n. mutabilis est, & ideo mutabilem mundum significat. Et in capite suo gestans coronam 12. stellarum. i. chororum 12. Apostolorū, & in utero habēs & clamabat parturiēs, & cruciabatur ut pareret. Huius in utero hñtis, clamantis, & parturientis salubre cruciatum offerendo grauis, & grandisonus imitatur cētus, qua pneumatibus distera frequentibus, & suis fecūda uersibus, quātūuis longa iubilatione nō ualet satis exprimere quod significat. Quidni obnoxius corde clamat ad Dñm, qui per euāgelica uerba excitatus est, & luę salutis mysteriū parari uidet? Cū cōcentu nāq; memorato pręparata sacra panis & uini oblatio sic ad sctū altare puenit, ut subdiacon^o, ad diaconum, diaconus ad manum perferat sacerdotis. Lex. n. quam per subdiaconum signicari diximus, sacrificium nostrę salutis tm̄ pręfigurauit in Melchisedech, sed per euāgelicam traditionem ad altare idest ad solennem ritum ecclesię peruenit.

D

Apoc. 12

Esa 40.

2. Cor. 2

Habac. 3

Act. 11.

Signū Crucis Chri- stianis glo- riosum.

De oratione secreta, & patena ferenda. Cap. XXIII.

Sacerdos in silentio stās sup oblata dicit orōnē, in cuius sine leuat uocē dicens: Per oīa secula seculorū: ut a choro rēdeatur Amen. Qđ est confirmatio p̄cedentiū. Dignū est. n. ut in tanto mysterio oēs astantes orent, sicut sacerdos primo ad eos conuersus exhortatur Orant autē quodāmdō, qđ orōnem sacerdotis hac cōfirmatione prosequūtur. Interim diaconus patenā subdiacono porrigit, subdiaconus eandē inuolutam porrigit accolito. Hoc autē de lege ueteri sūptū uidetur, ubi pręcipitur, ut filij Caath uasa sanctuarij a filijs Aaron prius inuoluta accipiāt, & nō tangāt ea nuda, ne moriantur: qđ mysteria nō oibus qđ sūt reuelāda, ab eis tñ, quibus reuelāda nō sūt, quodāmdō sunt portāda. i. cū reuerētia & ueneratione, eo amplius quia latent sunt obseruanda.

Num. 4.

Matt. 11. Luca. 7

Psal. 35.

Esa. 60.

De prafatione. Cap. XXIII.

Sacerdos tē attentione dignā dicitur p̄mittit facultationē, optans nos tales eē, ut tāti sacramenti pceptione digni simus. Vñ & dicit: Sursū corda, habetis. i. nō. n. cęlesti cibo digna sunt corda terrenis dedita. Chorus autē, ne possit ei dici: Cantauimus uobis, & nō saltauit: respondet, Habemus ad Dñm: corda. f. Deinde sacerdos gratias Deo agēdas dicit de re dēptione. f. humani gn̄is p Christū, cuius representatio p̄to est in altari. Vñ de Christo loquens subiungit. Per quē maiestātē tuā laudant angeli &c. Si qđ angeli de reparatione nrā laudant Deū patrem, qđ ipius dispositione facta est per filiū. Ob eandem causā adorant eū dominationes, qđ est alius ordo angelorū, qđ de redemptis per Christū adimpleretur numerus eorū. Cōsiderantes autē quoq; tā alti cōsiliij p̄funditatem tremunt potestates. Deīde cū laudib. angelorū rogat laudes admitti seruulorū. Supplici cōfessione. i. supplici laudatione dicētes: Sanctus sanctus sanctus, pp psonarū trinitatem. Dñs Deus singulariter & semel, pp naturę unitatem. Olanna. i. salua obsecro in excelsis, quasi dicat non ea salute hic saluari peto, qua homines & iumenta saluabis Dñe: sed in excelsis salute æterna. Hunc hymnum sacerdos cum choro dicere debet, qui & suus & aliorū preces admitti depræcatus est in prafatione p̄cedenti.

Summa sententię totius canonis. XXV.

Sed iā de ipso canone tractantes breuitatem pp memoriā, prout in tāta re fieri poterit, obseruare curabimus. Totā sequentem seriem usq; ad ultimā orationem Romano more canonē appellamus propter regularem sacramentorū confectiōnē. Hęc multipliciter exposuisse inuenitur diligentia patrū. Consulens uero infirmitati nrę diuina grā, antiqua capitula sensuū nouitate saepe p̄fundit, ut quos maiores in eis sentire nequeunt, suspirante Dei sapientia sentiāt minores. Sefus itaq; noui cū subito effulserint supra oēm humanū modū, miramur ubi nūc usq; latuerint, unde tā inopinatē, & abiq; itadio emerferit. Ex ipsa uero admiratione, & inopina exultatione dilatatur cor: sicut scriptū est. Mirabitur, & dilatabitur cor tuū. Et ob ipsā dilatationē adimple-

tur deuotione, dilectione, delectatione. Iuxta illud. Dilata os tuū & implebo illud. Nōnunq̄ uero luce clarius uisu, & sup mel, & fauū dulcius gustatu, dū p eadē tñāsimus, absconditur. Iuxta illud. Quā magna multitudo dulcedinis tuę Dñe, quā abscondisti timētibus te ut timeant te. Ipsa. n. absconditio timorē gignit horribilē, horror dolorē, dolor gemitus, suspiria, & internos animi questus inenarrabiles, ita ut nil minus lugeamus nos amississe uetera, qđ gaudeamus inuenisse noua. Sicq; utraq; uicissitudine, gaudij, f. de reuelatione occultorū, & meroris de occultatione, ac si inter duas molas cōtracti, cōminuti, & p moli tñ in similitudinē sacrificij Dei trāsimus. Quib^o ista de sūt, salte inter molas timoris & spei exagitatū. Memores. n. qđ in multis deliquimus oēs: & scientes qđ qđ indigne suscipit, ad qđ se p̄paret sacramētū, iudiciū sibi māducat & bibit: accedere metuūt. De mīa uero Dei cōfidentes, qđ de indignis facit dignos, & de p̄cōribus iustos: & in memoria illud tenentes. Qui māducat me, uiuit pp me: ipse manet in me, & ego in eo spe trahens, timore retrahente, cū corde cōtrito & humiliato ad sacrum mysteriū accedunt, & hac quasi duarū molarum collisione sese similitudinē sacrificij Dei ap̄ā efficiunt. Ipsaq; utroq; gnē lachrymarū. i. cōpunctionis & deuotionis cōmiscētes & in clibano cordis igne doloris, uel charitatis, & desiderij feruore succensī coquentes, seiplos panes p̄positio nis Deo offerunt. Seiplos et cum Christo intus corā Dño Deo crucifigunt, sicut & extra in manu extēsiōne formā crucis i se ostendunt. Felices, qđ sic sapi^o afficiuntur, qđ sic desup uisitatū. Verum qđ nos nobis ipsi minime constamus: sed spūs ubi uult spirat, & nescim^o unde ueniat, aut quo uadat: & nō pōt hō a seipso accipere quicquid, nec p uoto ab alio, sed sicut datū fuerit desuper inuenit artificij cęlestis, quō & nos & nrā simui Dño offeramus: & ut columna basi innixa fortius staret & aptius uoluit cęlestis artifex, ut de ueteri sacrificiorum ritū & materia sacrificij sumeretur & forma. Duo qđque sacrifices p̄cipui sub lege fuisse ferūtur, Melchisedech & Aarō. A Melchisedech sacerdotio, docente Dño didicit ecclesia qđ offerret. Ille. n. de quo d̄ctū est: Tu es sacerdos in æternū fm ordinē Melchisedech: panē & uinū, qđ ante Melchisedech i figura obtulerat, i corpus & sanguinē tuū cōsecrauit in cęna: et in ecclesia idē fieri p̄cepit. A sacerdotio autē Aarō formā sacerdotij sumptit ecclesia. Tabernaculū. n. Dei cū hoibus sic cōpositū est in deserto, ut in atrio exterius altare haberet æneū, ubi aialū carnes cremabātur. Intus autē in tabernaculo aliud erat aut eū, qđ dicebatur altare thymiamatis, ubi thura cremabātur, & alia qđ odoriferū facerēt fumū. Post qđ intimo & tē p̄mo loco positū erat p̄pitiatorū, qđ sctā sctōrū dicebatur. Inter p̄pitiatorū & altare aut eū opp̄debatur uelū, qđ i passionē Dñi scisū ē, ut pateret p̄pitiatorū. Inter altare auream & æneum, uelū qđ dē in eremo, sed murus diuidebat in tēplo: de quo p̄cō. p̄ priā tendens ad iusticiā mystice sic loquitur. Et in Deo meo tñāsgrediat mutū. In his trib^o iocis Aarō sacrificia singulis debita offerēbat. Sup altare æneū in atrio sacrificia aialū cōburebātur, post qđ sacrificium sacerdos de igne altaris eiusdē sumēs carbones ferebat in sctā, et

Psal. 80.

Psal. 30.

Exo. 28.

H

Dan. 3.

1. Cor. 11

Ioan. 6.

Ioan. 3.

I Duo p̄cē p̄ue sub lege sacrificij.

Psal. 109

Gen. 14.

Lucę. 22

1. Cor. 11

Psal. 47.

super altare aureum thymiana incendebat. Deinde de carbonibus e. utdem altaris poues in thuribulo, fumum thuris abundantissimum deferebat ultra uelum in sancta sanctorum, adeo ut obstante fumo clare uidere non posset propitiatorium aut duo cherubim, quae super illud stabant, & alis expansis illud obumbrabant. Ad illud propitiatorium summus potifex solus semel in anno cum sanguine intrabat. Sic dispositum & ad hoc erat in deserto tabernaculii, iuxta qua dispositio factu est replum.

De significatione altaris exterioris. Ca. XXVI.

Sed qm fm Apostolum hae oia umbram praetentiebant futurorum, primum & aeneum altare cor contritum & humiliarum significare intelligimus. In quo dum quod iumentum uiximus, & irrationabiles actus p pnam maetamus, qd nisi diuer foru generu aialia Deo sacrificamus? Talia etenim, aialia Deo in conuersione peccatoris, qui per peccatum quidem foris est, & nisi per condigna pœnitentiã non intrat ad iustitiã, maetat cordis compunctio, excoriat oris confessio, in frustra diuidit diudicatio, cõburit condigna afflictio. Aeneum quidẽ est, obscuru uidelicet & sonorum: quia collocatur pœnitens in semetipso in obscuris, dum anxiatu in eo spūs eius, & in eo turbatu est cor eius: & de profundis fortiter clamat opus est, ut nox eius audiatur in excelsis. Hanc horu aialiu super hoc altare oblatione Deo inuisibiliter faciẽdã significamus, & quodã modo uisibiliter facimus, cū pœmissis quibusdam orationibus, seu quibusdã postulationibus cū incenso arieru, i. suffragijs, Apostoloru ac martyru, super uisibile altare uisibiles hostias panis & uini offerimus. E: hęc oia quasi adhuc foris aguntur, dũ que fiunt, & quo fiunt, foris conspiciuntur. Vñ & ad serpu, qui non manet in domo in æternu, p̄tinere noscuntur: quamobrẽ & seruitutis oblatio dicuntur. Sicut d̄r: Hanc oblatione seruitutis nostrae. Oblatio nẽ seruitutis recte noiamus panẽ & uinu: nã cũ hõ de terra sũptus p naturã, sup terrã dñs eẽt cõstitur per gratiã, ab authore naturae & datore grẽ recedẽs per culpã, infra terrã dñatus est per iustitiã. Vñ cui terra famularetur gratis fertilis ad suauitatẽ, nunc multis & miris obsequijs delinita & plurimis exulta laboribus, uix largitur ad necessitatẽ: sicut scriptu est. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Qm̄ ergo i uictualibus, sine quibus uita aialis nõ trãsigitur, principalia sunt panis & uinu: hęc seruus offerens, qd aialier uiuit occidit: uitã, n. occidit, q uictu sibi subtrahit. Hinc est qd a Sapiente d̄r. Ad m̄sam magnã sedisti: diligenter attende que tibi apponuntur. Fige cultru in gutture tuo, sciens q talia te oportet p̄parare. Mensa magna altare Dñi est. Ille nobis apponitur ad refectioẽ, qui corpus & aiam suã posuit pro nobis ad redemptione. Attendendũ est, q talia oportet et illi p̄parare, i. p illo nostrum simul & similiter corpus & aiam ponere. Sic. n. p p̄m consilij r̄ndet Propheta. Quid retribuã Dño p oibus, q̄ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiã. Formã uero attẽde, q̄ subtiliter & elegãter expressit dicens. Fige cultrum in gutture tuo. Cultrum quippe

abstinẽtiã & inedia quasi in gutture figimus, dum qui uictum nostru Deo obtulimus, de eo postmodu parce & timide quasi de altario Dei ad necessitatẽ sumimus. Nã qui altario deseruiũt, ordinauit Deus de altario uiuere. Alioquin si post oblationem talem iterum deliciose & luxuriose quasi de nostro assumimus, totum quod offerimus auferimus, & de rapina iam peius uiuimus. Habemus igitur quid, & qualiter super primum altare offeramus.

De significatione altaris interioris. Cap. XXVII.

Secundu altare, qd & intus erat & aureu, altare si dei significat in corde per pœnitentiã purgato, reitimonio bonae cõscientiã rutilante & claro. Hoc etiã altare iustitiã dicitur, quia ex fide iustitiã, sicut scriptu est. Credidit Abraham Deo, & reputatu est ei ad iustitiã. Et in Habacuc. Iustus meus in fide sua uiuet. Super hoc altare sacrificium iustitiã, oblationes & holocausta, uictulos labiorum nostrorum offerimus, dum non iam sicut prius nostra deploramus commissã, sed in diuinis exultamus, non iam de commissioe criminũ gemimus, sed de collatione uirtutum gratias agimus, dum uitam, & opera, orationes que nostras Deo fieri acceptabiles postulamus, dũ deuotio lachrymas fundit, & patriã delicias desiderans, de incolatus diuturnitate gemit. Super idem altare sacerdos per oblationem uictualium suorum iam mundo mortificatus, sed uiuens Deo: non iam uetus Melchisedech, natus de carne caro, sed nouus homo natus de spiritu spiritus, offert inuisibile hostiam carnis, & sanguinis. Quid enim super altare si dei cõgruentius dicitur offerri q̄ sacrificiu illud sanctissimu, quod sola fide percipitur, in sola fide prodet, & merito fidei acceptatur. Hoc sacrificiu super altare fidei offertur in odore suauitatis, sed & oratio super illud oblata quasi suauitatis odor suscipitur a dño sicut dictum est: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Super altare aureu carbones de alio altari sumpti ponuntur ad cremandum thymiamata orationum, qm̄ primo spiritus sancti igne succenditur cor ad deshendũ peccata, & eodem igne postea succenditur ad emittendam sursum dulciu orationu fragrantia, dũ homo iã p p̄nã purgatus desiderat uenire, & apparere ante faciem Dei: ibi ignis spūs sancti elicit quasi de ligno uiridi lachrymas cõpunctionis, hic lachrymas deuotionis,

De propitiatorio mystico. Cap. XXVIII.

Tertius locus, qui dicebatur sancta sanctorum, uel quodã erat a sanctis diuisus. Ultra uelum erat arca testamenti, & super eam propitiatorium, mensa. laurea eiusdẽ mensurã, cuius & arca. Sic dicta, quia ibi dñs apparetis Mõysi propitiabatur populo suo. Arca humanitatem Christi significat, quã est ultra uelum, quia Christus ultra cœlum ascẽdit, & sedet ad dexteram patris, idest in potioribus eius bonis. Propitiatorium super arcam propitiatio Dei est super Christum, Vnde Apostolus. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidẽ in sanguine eius. Vel propitiatorium est Dei misericordia, per qua populo suo propitiatur. Quã bene dicitur esse super hoĩem Christu, quia m̄ia Dei ipsa est diuinitas.

1. Cor. 9.

Gala. 3.

Habac. 2

Psal. 50.

P

Psal. 140

Q

Rom. 3.

Rtas. Ad hanc arcam, ad hoc propitiatorium, nouus sacerdos post sacrificium animalium in altari primo, post oblationem carnis & sanguinis Christi in secundo, accedere satagit cum thuribulo igne altaris pleno, idest cum corde alto, sicut scriptu est: Accedet homo ad cor altum. & igne spiritus sancti accenso cum thymiamate orationum abundantissimo, adeo ut quã ultra uelum sunt clare uideri non possint, quia quanto deuotiori affectu ad Deum tẽdimus, tanto magis eum nõ posse comprehendi intelligimus. unde, Oculi tui auolare me fecerunt. & Can. 6. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Psal. 63. Sacerdos igitur illuc mente tendens, sed insufficientiam suam recognoscens, uidens cordis oculis angelos super propitiatorium stantes, ut potẽ ad auxiliandum paratos, rogat sacrificium suum eõ prouehi, ut ipse Deo iungatur & uniatu, & spiritui adherens unus spiritus cum eo efficiatur. Supplices terrogamus. Sed iam uerbis canonis insistamus, & qualiter p̄dicta tria ibi adaptentur, explicare curemus.

Canonis expositio. Cap. XXIX.

Sacrum canonem, quem alij multiplice ratione multipliciter diuiserunt, in tres partium actiones. Primã initium est, Te igitur: usque, Qui pridie quam pateretur. In hac principalia uictus nostri, panem scilicet qui cor hominis confirmat, & uinum, quod lætificat cor hominis, offerimus Domino in sacrificium. Hęc triplici uocabulo nuncupamus. Dona dicimus, quia nobis a Deo sunt donata: Munera, quia a nobis illi oblata. Donum enim est, qd a superiore datur: Munus, quod ab inferiore. Quod autem additur: hęc sacrificia: determinatio est, qualiter Deus inde muneretur. Super illa fit crucis signu in memoriam dominicæ passionis, cuius nos participes facimus, dum uitæ nostræ sustentamenta nobis subtrahendo, Deo offerimus. Ter autem signamus ea, quia uirtute Trinitatis omnis cõsecratio perficitur. In hac prima actione oratio fit pro omnibus, quorum idem est sacrificium, quique illi uera similitudine cõueniunt. In eo uidelicet, quod cum sint multi, sic per unam fidem & unum spiritum in unum corpus ecclesiæ sunt coniuncti, quomodo panis ille de multis confectus est granis, & uinum ex multis confluit acinis. Deinde ad cultores ecclesiæ specialis decurrit oratio. Cultores autẽ ecclesiæ dicuntur, qui sarculo correctionis, & sãctis documentis eam excolunt: In sequenti orationis tomo dicitur. Qui tibi offerunt pro se, suisque omnibus. Vbi licet p̄positio pro eodem modo, quo in ceteris clausulis possit accipi, hoc tamen sensu non inconuenienter accipitur, ut hęc scilicet panem & uinum, quã in uictu uitæ animalis principalia sũt, offerendo: seipsos & sua omnia idest totum uictum suum offerre dicantur. P̄cipua quippe illius portio sunt, & totum figurant. Sequitur. Communicantes, & memoriã uenerãtes. Vbi licet scriptores quasi capituli initiũ faciant, eo quod in quibusdam solẽnitatibus hęc diuersitas qdã inuenitur, iugitur tñ p̄missis hoc modo. Offerunt pro se suisq; ipsi dico communicãtes, in ecclesiæ cõmunionẽ p fidẽ manẽtes.

Deni et muneris diffrentia.

Cultores ecclesiæ dicantur.

De mystico rationali. Cap. XXX.

Deinde sanctorum nomina recensentur, ut cū suffragijs eorum quasi cum incenso arietum oblata acceptentur nostra sacrificia. In huius rei significationem Aaron in rationali, quod erat ei in pectore, duodecim patriarcharum nomina ascripta ferebat. Et hęc autem commemoratio sanctorum, & illa nominum inscriptio, hoc intendit, ut quicunque ad mensam Domini accedis, sanctorum patrũ puritatem mente imiteris.

Quid petat actionis primæ oratio. Cap. XXXI.

Hanc igitur oblationem. Hęc omnia tanquã ad seruum pertinentia adhuc quasi foris aguntur: unde & munera p̄missa oblatio seruitutis hic dicuntur, & oratio circa ea uersatur, in quibus afficitur seruus: uidelicet ut pax ei temporalis conferatur. & æterna possit euadere supplicia. Non adhuc ad hæreditatem inspirat tanquam filius, sed uerbera metuit ut seruus. Sequitur: Quam oblationem, p̄paratio est ad secundam actionem. quasi dicat seruus. Altioris opus est consilij: totum quod potui feci, sed in toto non satisfeci. Non possumus amplius aliquid: occidere me possum, uiuificare nõ possum, Itaque oratione me erigam ad eum, qui omnia potest. Dicã itaq; ei, dicam. Domine, feci quod potui: oblationem nostram fieri iubeas benedictã in melius promouẽdo, ut quã cibus est corporis, fiat animæ cibus salutaris: Ascriptam, idest in filij persona diuinitati appropriatam: Raram, ut quod nostro geritur ministerio ratum habeas, ac si sine nobis manibus tuis idẽ ageretur. Hęc tria uerba dicendo, super duo oblata simul ter signum crucis facimus: q̄ in omnibus cõsecrationibus familiare est & domesticum. Per uirtutem. n. crucis Domini multa credimus operari. Ideo ter, quia per uirtutẽ crucis p̄riter Trinitas operatur. Sequitur: Rationabilem. i. rationabiliter oblatam: ut qui recte offerimus, recte etiam diuidamus. Deinde quid sub illis tribus uerbis implorauerit sacerdos, manifestius ostendit, cum dicit: Ut nobis corpus & c. subaudias hęc oblatio. Sẽsus: de hac oblatione panis & uini fiat nobis, idest ad profectum nostrum, caro & sanguis Christi. Hęc dicendo semel fit crucis signum super panem, & semel super calicem, ut per uirtutem crucis una intelligatur iu utroque operatio Trinitatis, cuius memoria facta fuerat in tribus signis p̄missis. Nonnulli tamen quinque signa referunt ad quinque Christi uulnera. Hęc igitur oratione p̄missa sacerdos in fide nil hẽsitans accedit ad actionem secũdã.

De actione secunda. Cap. XXXII.

Qui pridie q̄ pateretur & cære. Ad hęc uerba potẽtia & efficacia (sicut scriptu est: Ecce dabit uoci suæ uocẽ uirtutis) Ad hęc in qua uerba, Hoc est corpus meũ, fit super oẽm humanã rone diuina uirtute, humana sollicitudine, de cibo corporis esca spũalis, & deicẽdere sup panẽ & uinu im M. Hug. à S. Viçt. To. iij. ff 3 men-

1. Cor. 10

Ioan. 8.

M

Gen. 3

Eccle. 31

Prou. 23

Deo, quid est qualiter offerentium.

N

Psal. 115

Exo. 28.

X

Y

Z

Psal. 67.

mensa maiestatis uirtute, tam ueram diuinitatem & humanitatem Christi in caelo regnantis accipimus, quam ueram substantiam ignis a sole supposita chrysalis sphaera exigua mutare possumus. Solae manus Christi tornatiles, aureae, plenae hyacinthis: eius qui dicit: Sine me nihil potestis facere: haec operantur per manus sacerdotis, quae manibus suis conformatae sunt, maxime quia, ut haec operari cum ipso, & per ipsum, & cum ipso possint oleo sacro consignatae sunt. Tam sacram igitur hostiam super inuisibile fidei altare offerens sacerdos non iam ut prius timide loquitur, neque hostiam nominat seruitutis, sed cum exultatione & laetitia spirituali dicit. Praeclarae maiestati tuae offerimus de tuis datis, quae uidelicet nobis dedisti ad corporis sustentationem: ac datis, quae scilicet tibi sacrificando dedimus. Haec enim uirtute tua in corpus & sanguinem filij tui consecramus: Hostiam puram & purificantem, sanctam & sanctificantem, immaculatam & immaculatos efficientem, id est panem sanctae uitae, non temporalis, non animalis, sed spiritualis & aeternae: & calicem, qui in perpetuum saluare, & satiare potest: & ideo salutis aeternae. Notandum, quod consignatio facta super panem & calicem ante consecrationem quasi oratio est, ut consecratio compleatur: post consecrationem uero iterata consignatio, consecrationis iam adimpletae quaedam est relictio. Illud quoque praetermittendum non est, quod in hoc capitulo sancta ecclesia misericordiae Domini tria proponit insignia scilicet beatam passionem, ab inferis resurrectionem, & in caelos gloriosam ascensionem. Primum uulnerat ecclesiam charitate, alterum confortat fide, tertium laetificat spe. Primo conformari nos oportet in actione prima: secundo in actione secunda, mysterium fidei cum deuotione precum offerendo: Tertio in tertia, Christum Dominum in dextera patris gloria & honore coronatum contemplando. Dicit enim: Hoc facite in meam commemorationem.

Can. 5. Ioan. 15.

Consignationis ante consecrationem & consignationis post consecrationem facta differentia. Misericordia Christi insignia quae.

Luc. 22.

Quid petat oratio actionis secunda. Cap. XXXIII.

Sequitur: Supra quae propitio. Post oblationem ueri & summi sacrificij super idem altare fidei offert sacrificium orationis, & altius adhuc aliquid expetit, cui donec per corpus Christi in caelis Deo uniat, & per humanitatem diuinitati coniungatur, nil sufficit. Quippe, qui scalam sibi erexit, ascendere satagit. Vade & post tantam oblationem accingit se adhuc ad orationem dicens. Supra quae propitio &c. Et quasi per gradus ipse scalam ascendens commemorat munus Abel pueri, sacrificium Abraham patriarchae, oblationem Melchisedech sacerdotis, qui in pane & uino speciem ueri sacrificij eleganter expressit, sicut Abraham ueritatem in filio, & Abel innocentiae munus in agno. Quod dicit. Sicut accepta habere dignatus es munera &c. non optat similiter acceptari oblationes (Haec enim multo est acceptabilior) sed offerentes. Hac itaque oratione fretus cum fiducia accedit ad actionem tertiam.

Gen. 14.

Gen. 22.

Gen. 4.

Sequitur quoniam ad illud summum & sublime altare repropitiatorium inuisibile, uidelicet in conspectu diuinae maiestatis, ubi summus & perpetuus sacerdos assistit uultui Dei patris, nondum ut ualeat ascendere, sicut ipse ante altare uisibile se inclinans significat: rogat per manus angeli sui uidelicet custodis, suum eo sacrificium perferri, ut uirtuti sacramenti ipsius communicet, ut per corpus Christi, quod in caelo est, & de altari uisibili in terra suscipitur, ad summam propitiationem Dei perueniat, & ei uniri mereatur. Haec est enim illa perfecta benedictio: de qua dicit, Omnis benedictione celesti, & gratia repleamur. Sacrificium per manus angeli perferri nil aliud intelligimus, quam ipsum cooperari nostrae deuotioni. Cooperatur autem nobiscum pro nobis orando, modoque mirabili, & inuisibili bona mentibus nostris suggerendo. Vel forte singulare posuit pro plurali, angeli pro angelorum. Dicit enim beatus Gregorius libro dialogorum quarto, quod in ipsa immolationis hora ad uoces sacerdotis aperiuntur caeli, adsunt angelorum chori, summis imasociantur, terrena caelestibus iunguntur, & fit unum ex uisibilibus & inuisibilibus.

De oratione pro defunctis. Cap. XXXV.

Sequitur. Memento etiam domine &c. Sicut in prima actione, ubi uitae animalis sustentamenta offererebat, rogabat pro uiuis: ita in hac tertia, ubi posteriorum oblitus, & in anteriora se extendens uniri Deo quaerit, rogat pro defunctis, qui eodem indigent cibo, ut merito charitatis, dum alijs orat quod sibi, impetret & sibi & alijs. Sciens autem quosdam saluandorum (pro suis enim saluandis orat) post decessum suum praenans purgatorijs detineri, primo eis locum refrigerij rogat concedi, deinde lucem, ut Deum sicut est uideant. Ad ultimum pacem, de qua dictum est: Pacem meam do uobis, pacem reuelo, pacem scilicet super pacem, quam etiam paulo post in tertia repetitione Agnus Dei, ecclesia sibi donati postulat dicens: Dona nobis pacem. Haec pax in unitate capitis & membrorum consistit.

De mystico superhumerali. Cap. XXXVI.

Sequitur capitulo nobis quoque commemorat nomina sanctorum, quorum interuentu sacerdos uult impetrare, quod postulat. Et uidetur hoc quoque de legali sacerdotio sumptum. Sicut enim in rationali sacerdos legalis ferebat in pectore duodecim lapides pretiosos, duodecim nominibus filiorum Israel insculptos, sicut supra dictum est: ita in superhumerali ferebat super humeros duos lapides onychinos auro inclusos, & eisdem nominibus insignitos. Sex quippe nomina in uno erant, & sex in altero. Noster uero sacerdos, sicut supra diximus, nomina sanctorum, quos memorat uerbis, tunc portat in rationali pectoris, cum eos imitatur sanctitate, & puritate mentis. Tunc autem in superhumerali super utrumque humerum, cum

Sacerdos hinc suam agnoscat dignitatem.

Ioan. 14

Exo. 28.

cum in dextera prosperitatis, & in sinistra aduersitatis imiratur eos, prout potest, in perfectione operum. Sequitur. Per quem haec omnia Dominus saepe bona creas. Scriptum est. Qui uiuit in aeternum, creauit omnia simul. Quomodo igitur saepe creas? Sed omnia corpora creauit simul, quanta ad materiam: quotidie autem creat. i. facit, singulis tribuendo speciem propria: secundum illud. Pater meus usque modo operatur, & ego operor. In eo autem quod dixit, haec omnia. i. huiusmodi omnia (neque enim de duobus secundum speciem, neque de uno secundum rei ueritatem diceret omnia) uide ordinem. Primo Deus panem & uinum creat per naturam. Eadem in altari oblata sanctificat per gratiam, per uerba actionis primae. Iam tunc. n. ante sanctificationem sanctificata sunt, & a coibus uisibus separata: deinde per sacra uerba secundae actionis sanctificata promouendo uiuificat, dum ea in corpus & sanguinem Christi transubstantiat: & benedicit, dum eis summae benedictionis effectum tribuit, quae est in unitate capitis & membrorum, de qua tertia actio meminit. Signa tria crucis, quae hic sunt operatione Trinitatis per uirtutem crucis, ostendunt facta esse, quae praemissa sunt. Signa enim facta hucusque post consecrationem non consecrationem operantur, sed eius faciunt commemorationem siue testificationem, sicut supra diximus.

Eccle. 18. Deum creas se omnia simul, & saepe per creare quomodo. Ioan. 5.

De signis ultimis quid a reliquis differunt in causa. Cap. XXXVII.

Per ipsum, & cum ipso. Signa crucis, quae hic ultimo sunt, alia causa fieri dinoscuntur quam cetera superius posita. Siquidem ista nec propter consecrationem fiunt, nec propter iam factae consecrationis testificationem siue memoriam. Quare ergo fiunt, & quare quinque, & quare ter in calice & bis extra calicem fiunt, breuiter aperiendum est. Ipsa capituli uerba plane indicant ad quid haec signa crucis fiunt. Quoniam enim Iudaeis crux quidem est scandalum, Gentibus autem stultitia: ne toties iterata consignatio, & in memoriam Trinitatis triplicata ignominiam potius parere uideretur quam laudem, ideo signum crucis ter repetens in calice propter Christum, cuius sanguis ibi est, & bis extra calicem propter patrem & Spiritum sanctum, asserit crucem ad totius Trinitatis pertinere gloriam & honorem. Per ipsum, inquit, Christum scilicet per quem gloria patris innotuit: & cum ipso. Neque enim ipse Christus alienus esse potest a gloria patris, cum quo ipse est unus Deus: & in ipso, in ipso namque est plenitudo diuinitatis, unde gloria est Deo patri, qui talem genuit filium, & Spiritui sancto, cuius operatione in utero uirginis est conceptus. Sed cum unum tantum signum fiat nominando patrem, & unum tantum nominando Spiritum sanctum: quid sibi uolunt tria signa pro nominando Christum in calice facta? Propter trinam prolationem pronominis Christum de signantis triplicatur etiam signum crucis. Cum enim pronomen (ut ait grammaticus) ad omne pertineat suppositum: si in prima prolatione pronominis fieret signum, & in alijs non fieret, ad aliam siue alias uideretur referendum esse personam. Notandum etiam, quod cum alia signa sola manu sacerdotis fiunt, ista fiunt de corpore Christi. Hic enim ipsa Christi crucifixio representatur: Quasi Christus, quem praesentem credimus, sic pro nobis in ligno

Christus Deo patri, et Spiritui sancto gloria.

crucis est extensus. In fine capituli huius eleuat uocem sacerdos: ut eius contentia ab omnibus confirmetur, dum respondent, Amen.

De eleuatione sacramenti quid significet. Cap. XXXVIII.

Et ut ostendat sacerdos qualiter per Christum gloria Trinitati sit acquisita in mentibus fidelium, quantum potest exprimit passionis mysterium. Post signa crucis utraque manu eleuat sacramentum corporis & sanguinis Christi, & paulo post deponit quod significat eleuationem corporis Iesu Christi in cruce, & eiusdem in sepulchrum depositionem. unde & calicem corporali palla tegit, quod significat sindonis inuolutionem. Cum igitur calix hucusque pro cautela coopertus fuerit: hoc pro mysterio cooperitur. Interdum sacerdos ad dominicam orationem accedens, ut praesente magistro petitiones, quas ipse facere docuit, meliorem sortiatur effectum: praemittit, Diuina institutione formati: quia Matthaeo & Luca testatibus sic orare Christus instituit. Competenter autem subiungit: Audemus dicere. Nisi enim Christus instituisset, qualiter homo terram & lutum se esse cognoscens, Deum patrem suum nominare auderet? Notandum, quod in oratione dominica septem sunt petitiones omnia, quae petenda sunt, continentes. In cuius expositione multa a sanctis patribus dicta leguntur: sed quia mens orantis tot ea hora capere non potest, nos de singulis petitionibus pauca dicere uolumus, ut qui orat intelligere possit quid petat, & intelligens deuotior fiat. Ad hoc enim orando uerba proferimus, ut nobis affectum deuotionis excitemus, non ut Deum qui omnia nouit, quid nostra postulet mens doceamus.

Matt. 6. Luc. 11.

In oratione cur uerborum prolatio.

De oratione dominica: quae est oratio actionis tertiae. Cap. XXXIX.

Pater noster, qui es in caelis. Hoc totum quasi prologus est, & captatio postulantis. In quo etiam magna impetrandi datur fiducia. Quid enim negabit filijs, quibus iam dedit ut pater sit? Sed qui Deum patrem uocamus, cauendum nobis a sordibus, ne tanto patre indigni simus. In caelis. i. in sanctis. Cum Deus in omnibus creaturis sit per essentiam, in solis bonis est per inhabitantem gratiam. Prima petitio est, quae sequitur. Sanctificetur nomen tuum: in nobis, ut de bona & spirituali conuersatione filiorum glorificetur pater noster. Vel nomen patris in ipso sanctum ab aeterno, tunc in nobis sanctum & uenerabile habetur, cum bonum patrem tanquam boni filij, non timore, sed amore offendere cauemus. Qualiter in nobis impletur secunda petitio, quae dicit, Adueniat regnum tuum? Illud siquidem non solum de futuro regno, cum ei plene subijciemur, sed & de praesenti potest accipi: quia tunc regnum Dei efficitur in nobis, cum ei soli & deuote seruiemus, iam scilicet liberari a regno peccati, & Domino diaboli. Sequitur. Fiat uoluntas tua, non nostras sicut in caelo. i. sicut in angelis, ita & in terra. i. in nobis hominibus. Haec non assequimur hic, nisi ex parte, si fuerit

K

turo autem plene. Hec enim tria, quae in praemissis postulamus, in sanctis hic inchoantur, & quotidie augentur, in futuro autem plene consummabuntur. Quatuor uero, quae sequuntur, praesentis tantum uitae sunt. Ibi enim nemo indigebit palci, nulli debita dimittentur, nemo tentabitur, nulla ibi mala, a quibus aliquis liberetur. Quarta petitio est: Panem nostrum quotidiana. da. no. ho. Panis, quo quotidie egemus, ne in hac uia peregrinationis nostrae deficiamus, spiritualis est animae cibus. Affectus uidelicet ex dulcedine Dei, & sapor quidam suauissimus, quo anima in oratione interdum reficitur. De hoc pane dicitur: Gustate, & uidete quoniam suauis est dominus. Hoc manna uerus Israel per desertum huius seculi interius pascitur, donec terram promissionis ingressus de ipsa suauitatis Dei facie satietur. Ibi igitur panis iste non quotidianus sicut hic petitur, sed unus erit, idest non sicut hic, modo aberit modo aderit, sed uno & eodem modo sufficienter, & indefinenter in aeternum satiabit. Notandum autem, quod dum panem petis, omnia comprehendis quaecumque necessaria & ad sustentationem corporis & animae tanquam uaticum tuae peregrinationis a creatore exigis. Et nota quod dicit hodie, quasi hoc die praesentis scilicet uitae, idest quamdiu in hac uita sumus. Quinta petitio est. Et dimitte nobis debita nostra idest poenas pro peccatis debitas. Sicut & nos debemus. Si enim non dimiserimus peccantibus in nos nec Deus dimittet nobis peccata nostra. Sexta petitio. Et ne nos inducas, idest ne permittas nos induci, & cadere in tentationem. Non est malum tentari, sed est bonis uictoriae occasio. Hic igitur solum orandum est, ne inducamur in tentationem idest ne uincamur. Septima petitio est id quod sequitur. Sed libera nos a malo quasi dicat non solum non sinas induci, sed etiam ab his tentationibus libera nos, in quas iam sumus inducti. Hoc septimum chorus sicut in quo se orasse cum sacerdote ostendit. Ad hoc enim fuerat inuitatus: cum sacerdos ante orationem dominicam diceret Oremus. Deinde subiungit sacerdos Amen, ad petitionum omnium praemissarum confirmationem. dum dicit sacerdos: Da propitius pacem in diebus nostris: patenam, quam diaconus usque ad Panem nostrum tenuerat: de manu diaconi suscipit, & in altari, ut fractionem super eam faciat, deponit. Nos tamen hanc fractionem ad caute lam facimus super calicem. Tertia pars, quae in calice ponitur, propitiatio est pro niuis, opusque sanguinis & carnis expiat illa caro sanguini admixta. Reliquarum altera est propitiatio pro fidelibus defunctis, qui nostris orationibus indigent: quia aduc in poenis detinentur: Altera est pro iam triumphantibus gratiarum actio. Sergius tamen papa aliter super his loquitur. Vult enim significari per corporis & sanguinis commixtionem, corporis & animae Christi in resurrectione factam coniunctionem. Ait enim ita. Pars oblatae in calicem missa, corpus Christi, quod iam resurrexit monstrat. Pars comesta ambulat super terras. Pars in altari usque ad finem missae reposita membra Christi idest sanctorum corpora usque ad finem saeculi in sepulchris quiescentia.

Psal. 33.

Quare pax datur ante communionem. Cap. XL.

Congrue autem pax datur ante communionem, quia quicumque prius fratri non reconciliatus communicare praesumpserit, iudicium sibi manducat & bibit. Agnus Dei ter catatur, ut uerus agnus, cuius carnem & sanguinem sumimus, nobis propitietur. Primo rogamus, ut nobis misereatur, peccata relaxando: Secundo, ut nobis misereatur, deuotos sibi faciendo: tertio, ut nobis pacem donare dignetur, quae hic initium habet in sanctis, & in beata uita perficietur. Haec tria tres praemissae postulant actiones. In huius pacis signum sacerdos prius osculum porrigit diacono, & diaconus subdiacono, & ille ceteris, quia Christus pacem mundo attulit, quam primo maioribus scilicet Apostolis, deinde per eos minoribus nuntiauit. unde Suscipiant montis pacem populo.

Psal. 71.

De communionem. Cap. XLI.

Antus communionis, quem post cibum salutarem canimus, gratiarum actio est: iuxta illud. Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum. Oratio in fine missae dicitur, ut recessuri ad propria orationibus munitantur ecclesiae, ne illebris seculi capiantur. Diaconus dicens, Benedicamus Domino, ad gratiarum actionem populum inuitat. In festis tamen diebus, in quibus praecleara Christi misericordiae insignia recoluntur, & Gloria in excelsis Deo canitur: dicit diaconus, Ite missa est, solemnem uocis pronuntiatione rei exprimens dignitatem. Sensus. Ite: quasi reuertimini ad propria: sed ne sicut a laboribus terrenis, ita ab honestis cogitationibus uacatis: Missa est, quam audistis. Sed istis ad mensam diuitis memetote ei similia praeparare. Ab hac missione idest dimissione missam dicunt appellari, uel a missione idest legatione, quia in ea legatio Christi representatur, uel quia sacerdos in ea pro nobis ad Deum legatione fungitur. Vel ideo a missione, quia in ea catechumeni, & qui sacramentis interesse non debent, foras mittuntur.

Psal. 21.

Eccl. 31.

LIBER TERTIVS agit de specialibus missarum obseruationibus iuxta temporum uarietatem & causarum: Cuius haec sunt capita.

- De officio missae in ieiunijs quatuor temporum. Ca. 1. Quare lectiones duae legantur feria quarta, una feria sexta, & quatuor in sabbato quatuor temporum. Cap. 2. De oratione super populum quadragesimali tempore. Cap. 3. Quare in aduentu Domini cantica laetitiae taceantur. Cap. 4. Quare in natali Domini ternae missae celebrentur. 5. Quare in festo B. Ioannis Bap. duae missae in quibusdam eccle-

- ecclesis celebrentur. Cap. 6. De repetitione uerborum in uersibus offerenda, Vir erat. Cap. 7. Quare cantica laetitiae in festo Innocentii taceantur c. 8. Quare in aduentu Domini, & quadragesima ministrum altaris casula utatur, et non proprijs indumentis. c. 9. De septuagesima. Cap. 10. De sexagesima. Cap. 11. De quinquagesima. Cap. 12. De quadragesima. Cap. 13. De capite ieiunii quadragesimalis. Cap. 14. Quare scrutinium quarta hebdomada celebretur, et feria quarta. Cap. 15. De officio sabbati, quod intulatur Sabbato uacat. c. 16. De officio missae in quarta feria post dominicam palmarum. Cap. 17. De officio feriae quintae ante pasceuem. Cap. 18. Quare altaria ipsa die denudentur. 19. De officio feriae sextae, & unde dicatur pasceue: & quare ea die altaria uino & aqua lauentur. 20. Quid significet careus in sancto sabbato erectus. 21. De officio missae in nocte paschali. 22. Quid significet nouus ignis in careo. 23. Quare in principijs lectionum hac die tituli taceantur. 24. Quare hac die tripliciter fiant litaniae. 25. Quod paruuli in fide ecclesiae saluentur. 26. Quare paschalis hebdomada in albis celebretur. 27. Quare introitus non cantatur ad missam sabbato sancto. 28. Quare post Alleluia cantetur tractus. 29. Quare ante euangelium carei non ferantur. 30. Quare in eadem Missa Agnus Dei non cantetur. 31. De officio sancti Paschae. 32. Quare a Pascha usque ad Pentecosten non cantetur responsorium. 33. Quare in diebus ieiunii alleluia non cantetur ad missam. 34. Quare in uigil. Pentecostes baptismus celebretur. 35. De officio missarum intra hebdomadam Pentecostes. 36. De officio missae pro defunctis. 37. De officio in ieiunijs quatuor temporum. Cap. I.



Quatuor temporum ieiunium quare in scripturis.

De officio missae seruata, prout potuimus, breuitate locuti, ad speciales obseruationes, quae pro temporum uarietate fiunt in missa, stilum uertimus. Sciendum est igitur, quod per quatuor anni tempora scilicet uer, aestatem, autumnum, & hyemen, in quibus in multis deliquimus omnes, constituit primitiua ecclesia quatuor celebrari ieiunia: quibus pro quantitate criminum alij plus alij minus abstinentes, peccata sua defferent. Fit autem unumquodque horum ieiuniorum spatium quadraginta dierum. Ratio horum quatuor ieiuniorum, & quadraginta dierum in singulis rum ex euangelio tum ex lege colligitur. Ex euangelio, quia Dominus quadraginta dies ieiunauit; ex lege, quia Moyses bis ab omni cibo quadra-

Matt. 4. Exo. 24.

ginta diebus abstinuit. Similiter Elias quadraginta diebus ieiunus permansit. Ecce quatuor ieiunia, & unumquodque quadraginta dierum. Unde & ecclesia in singulis quatuor temporum spatio xl. dierum celebrat ieiunia quae spaliter ieiunia quatuor temporum dicuntur. Pro ordinandis celebrare consuevit ecclesia. Unde in ipsis diebus pentecostes quando septiformis spiritus, & Neophytorum celebratur festiuitas, ieiunia fiunt. De quibus Beda in homilia sua dicit. Quod uero inter haec ieiuniorum castigatio repetitur de apostolorum Apostolorum exemplo sumptum credere debemus, qui accepto spiritu, quo perfectius noua caelestium bonorum suauitate fruebantur, eo altius mentem a memoria deliciarum abstulere terrestrium. Iam enim adueperat tempus illud, de quo Dominus praedixit quarentibus, cur discipuli eius non ieiunarent. Veniet inquit dies, cum auferetur sponus ab eis, & tunc ieiunabunt. Singula autem ieiunia quatuor temporum tres habent dies propter singulorum quatuor temporum anni tres menses. Pro singulis igitur mensibus singuli dies ieiunio deputantur, scilicet feria quarta sexta, & septima. Quarta, quia eo die fecerunt consilium Iudaei, ut occiderent Christum; sexta cum eum occiderunt; septima Romano more ieiunio concluditur propter tristitiam Apostolorum de morte Domini, ut Innocentius narrat in decretalibus. Sabbatum (inquit) ieiunandum esse ratio euentissima demonstrat. Nam si diem dominicum ob uenerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi non solum in pascha celebramus: uerum etiam per singulos circulos hebdomadarum ipsius diei imaginem frequentamus: tametsi sexta feria propter passionem Domini ieiunamus, sabbatum praetermittere non debemus, quod inter tristitiam atque laetitiam temporis illius uideatur in usum. Quare duae lectiones legantur ad missam feria quarta, una feria sexta & quatuor in sabbato quatuor temporum. Cap. II.

Exo. 34.

3. Re. 19

134

Q

Matt. 19

Ioan. 11.

R

Psal. 134

Ibidem.

Dua de trium hostia partium significatio ne opinio nes.

omnes inclusit, & reliqui in partes diuidunt. Post illas quatuor, de camino ignis legitur proximo loco ante ordinationem: quia nec potest rite accedere ad consecrationem, qui prius non transierit per fornacem. Vasa figuli probat fornax, hoies iustos tentatio tribulationis. Grauitatem & humilitatem, quas ordinatus debet seruari, tractus ostendit. Tractus enim, quia humilitatis tpe solet celebrari, sp in causa humilitatis ponitur. Sequitur epistola, quae est quasi sexta lectio. Hae sex lectiones apud antiquos Romanos, quia nec oēs latinā, nec oēs grācā nouerant lingua, & grāce & latine legebantur. Vnde fm numerū lectorum duodecim lectiones agere dicebantur.

De oratione super populum in quadragesimali tempore. Cap. III.

In tpe quadragesimali p̄ter illa, quae alijs temporibus in officio missae inseruntur, superadditur ultima benedictio; quae oratio super populum intulatur: quia si oī tpe necesse est paratum esse cōtra aduersarium, quanto magis in procinctu? Quadragesimali tpe scit aduersarius noster contra se ab ecclesia parari cōflictum, ac ideo instat fortius ad rapiendum si forte aliquem negligentem inuenerit. Sacerdos autē ut sapiens agonista, quanto in maiore periculo uidet Christi milites fore, tāto eos ampliori protegit benedictione. Et quia quanto maior est deuotio, tanto magis prodest benedictio: Diaconus clamat ut humiliemus capita nostra Deo, & tunc sacerdos benedictionem apponit. In quadragesimali tpe non cantatur alleluia, quod sp̄ laetitiam sonat, sicut uersus sequentes pneuma euidenter ostendunt, sed loco Alleluia tractus cantatur. Tractus & in ipsa litera, & in cātu tribulationem exprimit, & laborem, ut De profundis, ut Commouisti, ut Qui habitat, ut Ad te leuauit &c. Tamen quia in resurrectione cum sanctis gaudebimus, si nunc per confessionem & p̄niam nos praeprauerimus, post duos tractus meroris sequitur tertius tractus laetitiae sonans. Vel hoc ideo fit, quia duobus tpebus, scilicet ante legē & sub lege, genus humanum in merore fuit, tertio scilicet sub gratia, in laetitia in Christum respirauit. De profundis & Commouisti, tribulatione: Iubilate uero sonat laetitiam. Itē Qui habitat, & Ad te leuauit, tristitia, Qui confidunt, praefert laetitiae canore. Similiter Saep̄ expugnauerunt me, & Deus Deus meus, tristitia: Laudate uero hymnixat laetitiam.

Quare in aduentu Domini cantica laetitia taceantur. Cap. IIII.

Cum celebratur aduentus Dñi, & in tpe quadragesimali, Gloria in excelsis Deo, & Te Deum, nō cantamus in ecclesia: Dalmatica & uestis subdiconalis nō portantur. Hae enim oīa praetendunt laetitiam. Tps autē aduentus ad memoriam reducit tps illud, quo Messias expectabatur, & de tanta aduentus eius dilatione uiui conquerebantur, & mortui qui in inferno tenebantur. Tempus uero quadragesimae ab ipsa septuagesima nostram commemorat captiuitatem, qua genus humanum a paradiso ex-

pulsum sub diabolo principe exultabat, donec per Iesum sacerdotem magnum in huius redemptionis nostrae figura reductus est in Hierusalem. Quia ergo utrunque tempus meroris est, in utroque ab eis, quae laetitiam praefert, abstinemus: nō tamen aequaliter, quia in quadragesima prorsus Alleluia taceatur, quod non fit tpe aduentus. Denique haec cuncta praedictis tpebus ideo intermittuntur, ut in natiuitate Dñi, & die resurrectionis festiuius amplectantur, & ut noui testamenti gratia praestantior ueteri cognoscatur. Quoties non dicitur ad missam Gloria in excelsis, toties taceatur. Ite missa est: quia tpe luctus & poenitentiae magis oportet in ecclesia miserias commemorare, peccata deslere, & Deum gratiae auctorem benedicere. Vnde & in fine missae dicitur Benedicamus Domino quasi per quem a praesenti miseria speramus liberati.

Quare in natali missa domini terna missa celebrantur. Cap. V.

An te legem & sub lege Christus in figura iam immolabatur, sicut de eo scriptum est in Apocalypsi: Agnus, qui occisus est ab origine mundi. Tempore autē gratiae uere pro salute mundi est oblatus. Vnde ut per commemorationem figuratum ueritas probabilior existat, quia sicut scriptum est, In hoc uerbum uerum est, quoniam alius est qui seminat, alius qui metit: semel in anno scilicet in natiuitate Domini constituit ecclesia, intra natalis diei spatium ter missam celebrari. Primo in nocte, secundo sub auroram, tertio in die. Tempus ante legē quasi nox fuit, nec lege, nec prophetijs, nec alia praedicationis luce illustrata. Tempus sub lege quasi aurora fuit, nec penitus carens luce, nec plenam eam habens. Tempus gratiae diei pleno comparatur. Prima missa tempus ante legē, secunda tempus sub lege commemorat, quia in utroque Christi immolatio in figura praecessit: In tertia missa uera lux aduenisse monstratur, cū dicitur, Puer natus est nobis &c. In alijs temporibus tantum semel in die missa celebrari praecipitur, quia cessantibus figuris ueritas manet: Figurae autem, immo figurarum tempora propter ipsas. Ideo in natiuitate domini, non in alio tempore missarum, solemnitates commemorantur, quia temporis gratiae natiuitatis dominicae tempus fuit exordium. Vnde in ipso tpe gratiae principio praecedentia tempora, quae Christi figuras & signa praetulerant, ad memoriam reducenda sunt.

Quare in festo beati Iohannis Baptiste missae duae in quibusdam ecclesijs celebrentur. Cap. VI.

Beatus Iohannes Baptista legitur, in euangelio Lucae repletus esse Spiritu sancto ex utero matris suae. Quapropter in exordio lucis diei quasi in exordio natiuitatis sacrificium Deo offertur in honorem eius, ad laudem creatoris, qui illum honorare dignatus est ex utero matris. Beatus Iohannes Baptista tribus insignibus triumphis excellenter refulsit. Ad hoc, n. uenit, ut uiam Domino praepar-

Tres Iohannis Baptista triumphus.

pararet exemplo suae conuersationis: qui triumphus celebratur in uigilia. Per baptismi ministerium claudit insignis: huius ministerii triumphus recolitur in prima missa. Nazareus uero permansit ex utero matris: hoc donum recolitur in missa secunda in die.

De repetitione uerborum in uersibus offerenda. Vir erat. Cap. VII.

In offeritorio, Vir erat in terra, non est repetitio uerborum. In uersibus uero est. Verba historici continentur in offeritorio, uerba Iob egroti & dolentis continentur in uersibus. Vñ officij auctor, ut affectu uole nobis ad memoriam reduceretur aegrotans Iob, in uersibus more aegrotantium uerba repetiuit.

Quare in festo Innocentium cantus laetitiae taceatur. Cap. VIII.

In solennitate Innocentium ad missam non cantamus, Gloria in excelsis Deo, nec Alleluia nisi in die dominica uenerit, ut nos quodammodo matribus de morte filiorum lugentibus conformemur. Vel ideo in die hac a uocibus laetitiae abstinemus, quia innocentium aīa ad inferos descenderunt sicut & oī, qui aīa passionem Christi obierunt. Quia tñ infra natiuitatis Dñi dies, dies illa cōtinetur, dalmatica & uestem subdiconalē non intermittimus.

Quare in aduentu, & quadragesima ministri altaris utantur casulis, & non proprijs indumentis. Cap. IX.

In diebus autē aduentus Dñi, & quadragesimae ministri non utuntur huiusmodi uestibus, sed casulis. Tñ, qñ proprium officium assument, casulis se exuunt: quia in proprio officio, i. legendo epistolā uel euangelium eos, qui ad praedicanandum a Dño missi sunt, repraesentant. Casula autē talia significant opera, quae in itinere obseruari non possunt. Significat, n. per latitudinem suam charitatis amplitudinem. Hae autē exigitur & in loquendo, pp̄ qd̄ collocriundatur, & in operando, quia super utrumque brachium replicatur, & in cogitando, qm̄ pectus inde tegitur, & in porrando aliorum onera, eo qd̄ humeri inde ambiuntur. Hae autē in itinere obseruari non possunt. Vñ Beda in tractatu super Lucam. At uero sicut, famem, uigilias, nuditatem, lectionem psalmodiam, orationem, laborem operandi, doctrinam, silentium &c. huiusmodi si quis semper exequenda putauerit, non modo se eorum fructu priuabit, sed & notam indiscretae obstinationis, immo stultitiae peruicacis incurrit. Casulis itaq; exuti sua peragunt subdiaconus & diaconus officia. Primo subdiaconus in memoriam illorum septuaginta, duorum, quos misit Iesus in omnem ciuitatē, & locum, quo erat ipse uenturus: postea diaconus in memoriam Apostolorum, qui ad praedicanandum euangelium missi sunt. Vñ ad maiorem perfectionis notā, cum subdiaconus sine casula tuum peragat officium, Diaconus casulam super sinistrum humerum portat.

Luc. 10 Marc. 16

Y Apoc.

Ioan. 4

Esa. 9.

temporis gratiae exordium.

Z Luc. 1.

plicatam, ut in hac uira, quae per sinistram significatur, se ad fratrum onera portanda significet esse paratum, nec ab operibus, quae per casulam significantur, et in itinere penitus uacuum. Sed qm̄ de specialibus missarum observationibus agere proposuimus: de temporum quoq; obseruationibus, quibus ecclesiastica congruunt, aliquid duximus inferendum.

De septuagesima. Cap. X.

Septuagesima computatur nouem hebdomadibus a pascha Dñi, & finitur post pascha die sabbati. Die dñca habet initium, & in sabbato finem. Populi, n. Dei captiuitatem significat, qui peccato recessit a Deo, & p̄ miam eius reuertitur ad requiem, Populus Dei detentus est in Babylonia captiuus sub numero annorum septuagenario. Quo expleto reuersus est in Hierusalem. Vñ Hieremias. Seruient, omnes gētes istae regi Babyloniae septuaginta annis. Cūq; impleti fuerint anni septuaginta, uisitabo super regem Babyloniae: & reliqua. Hae autē populi Israelitici captiuitas humani gñis cōem designat captiuitatem, quae in paradiso tanq̄ die dñca incepta, & in requie aeterna q̄ nomine sabbati intelligitur, habebit finem. Quia ergo Septuagesima & Israelitici populi, & nostra captiuitas, q̄ toto mundi tpe per septenariā dierum reuolutionem duratura est, significatur: nos cum Israelitico populo uocem gaudij & laetitiae intermittimus quasi cum eis in salicibus suspendentes organa nra, & a delicijs abstinentes oīdīmus qualiter Christiano uiuendum sit per totum tps seculi. Per lxx. nanq; sicut & per septem, totum tempus seculi intelligitur, qd̄ septenario dierum uoluitur. Oīs, n. numerus idem significat ei, a quo denominatur, ut quinquaginta idem est qd̄ quinque, septuaginta idem est qd̄ septem. Notandum autem, qd̄ in lxx. annis Iudaicae captiuitatis tempus reuersionis intelligitur. Vñ circa finem septuagesimae, scilicet in festo resurrectionis, per quam reuertimur ad caelestem patriam, alleluia cantamus, nec graduale intermittimus, quia adhuc in uia sumus, & nec in patriam adhuc gradimur. In sabbato autem sequente duplex alleluia cantamus, quasi iā in patria existentes, & de duplici corporis & aīa stola gaudentes. Officiorum institutor in his diebus nos uult esse licitos tribulatione, non laetitia dissolutos. Dicit, n. in introitu: Circumdederrunt me gemitus mortis, dolores inferni inuenerunt me. Augustinus in Psal. In his, qui me circumdederrunt, ut perderent erant dolores inuiditiae, qui mortem operantur, perducuntque ad infernum. Propter hos dolores nos possumus letari, & securi esse, sed praeparare nos debemus ad bellum. Vnde Apostolus. Omnis (inquit) qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere. In prima autem oratione missae sic habetur: Ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur &c.

Hier. 27.

Psal. 136.

Psal. 114.

I. Cor. 9.

De sexagesima. Cap. XI.

Sexagesima percurrit intra septuagesimā ad quartā feriā paschalis hebdomadae. Hae quarta feria clyta,

Aduentus & quadragesima quae nam tempora insinuat.

tam ætate reducitur ad memoriã, in qua Dauid & Salomõ regnauerunt. In illa ætate gens illa fide incluta, regno Dauid & Salomonis gloriosa, templi etiam altitudine & decore formosa, regnum Christi præsignauit futurum, in quo uiui lapides in hac quasi ualle latomorum expoliti in uero Domini templo collocabuntur. Vnde & feria quarta paschalis hebdomadæ in huius rei significationem habet officium: Venite benedicti patris mei &c. Ad illud regnum per sexagesimam tendendum est, id est per operum perfectionem, quæ per senarium designatur. Senarius enim numerus, qui perfectus est numerus, eo quod ex omnibus partibus suis aggregatis consistit, significat perfectionem. Et quia Dñs hoc dierum numero opera sua perfecit, dat et intelligere operationem. Itaque senarius, siue sexagesima significat perfectam operationem, per quam ad patriam tendere debemus. Sed quia ex nobis impotentes sumus, utpote a principio septuagesimæ nostræ uenundati sub peccato: in introitu missæ rogamus Dominum, ut per eum a præsentis exilio liberemur. Exurge, quare obdormis Domine &c. Cui congruit sequens oratio, Deus, qui cõspicis, quia ex nulla nostra uirtute subsistimus &c. Apostolus in epistola sua nos confortat, ne malis cedamus, Libenter suffertis insipientes &c. Tractus, Comouisti, ostendit terram commotam conscientia peccatorum. Post terram commotam semen inducitur: In euangelio Exijt qui seminat &c. In septuagesima increpati sumus, quia ociosi sterimus: in sexagesima semen iacimus.

Matt. 5
Senarij numeri significatio.

Psal. 43

2. Cor. 17

Matt. 13

De quinquagesima. Cap. XII.

SEquitur quinquagesima, quæ ipso die paschæ finitur, quia per quinque sentium opera tendendum est ad resurrectionis gloriam. Quoniam ergo diuersis mundi illecebris & delectationibus sensus nostri facile capi possunt, & ipsa sentium instrumenta quasi fenestræ sunt, quibus mors intrat ad animam, nisi custodia apponatur: ideo in quinquagesima tanquam in expeditione solliciti dicimus in introitu missæ, Esto mihi in Deum protectorem, & in loc. ref. &c. Ipsum precamur ducem militiæ nostræ dicendo, Et propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me. Apostolus in epistola nos docet, qualiter nos armari debeamus, & dicit: Nunc autem manent fides, spes, charitas &c. Triumphator militiæ nostræ Deus est, cui dicimus in responso: Tu es Deus, qui facis mirabilia. & iterum: Liberaisti in brachio tuo populum tuum. Tractus præcipit, ut Deo seruiamus, non ei, cui nos ipsos uendidimus. In sexagesima seminauimus, in quinquagesima fructum colligimus in euangelio. Nos enim sumus cæcus ille, qui quod deuote postulauit, a Domino accepit. Tres itaque gradus notandi sunt in his tribus dominicis. Prima dominica planctum continet captiuorum sub dominio uiriorum esse nolentium. Secunda uoluntatem fugæ demonstrat, dum Dominum dormita-

Psal. 30

1. Cor. 13

Psal. 79

Lucæ. 18

re putant, nondum de eius auxilio securi, & dicunt Exurge, quare obdormis Domine? Quasi, nisi exurgens affueris nobis, fugiemus. Tertia dominica con filium agit, quomodo se muniant: in qua Dominum non iam tanquam dormientem alloquuntur, dicentes, Esto mihi in deum protectorem.

Psal. 43

Psal. 30

De quadragesima. Cap. XIII.

QUadragesima, quæ sequente dominica incipit, finitur feria quarta ante pascha, quæ uocatur cœna Domini. His. xl. diebus, si duos sequentes addideris, erunt usque ad solenne baptismum dies xlii. Tot enim mansionibus filij Israel per uenerunt ad terram promissionis. Tot etiam generationum computatione in euangelio Matthei peruenitur ad Christum, Iechonia bis computato. In quadragesima uiriliter pugnantibus de Dei adiutorio præsumendum est. Vnde dicit nobis, quem in quinquagesima protectorem inuocauimus: Inuocauit me, & ego exaudiam eum &c. Epistola prima: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. In responso: Angeli Domini custodiunt nos. In tractu scuto ueritatis circumdati sumus. In euangelio ad triumphum tendimus, ut dicamus inimico. Vade retro satana. Si significat autem quadragenarius numerus totum tempus uitæ nostræ, propter quatuor anni tempora, quibus uiuimus, uel propter quatuor elementa, quorum in nobis concordia uiuimus. Quæritur autem, cur Dominus cito post baptismum Ieiunium suum inchoauerit, cur nos quadragesima le ieiunium, quod in illius commemorationem celebramus, usque ad tempus Passionis Christi contiguam differamus? Hoc autem ideo fit, ut per quadragesimæ obseruationem magis efficiamur idonei ad paschalis agni comestionem: quem qui indigne suscipit, secundum Apostolum, iudicium damnationis sibi manducat & bibit.

Psal. 90

2. Cor. 6

Quadragesimarij numeri significatio.

1. Cor. 11

De capite Ieiunij quadragesimali. Cap. XIII.

QUarta feria inter quinquagesimam & quadragesimam, ieiunium, quod protenditur usque in pascha Domini inchoamus. Usque ad istum diem in expectatione fuimus. Hac die pugnam committimus. Hoc ostendit prima collecta missæ, dicens: Concede nobis Domine præsidia Christianæ militiæ sanctis inchoare ieiunij. Quibus armis pugnare debeamus, Ioel ostendit. In ieiunio & fletu, & planctu &c. Et euangelium, Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua &c. In hac die non est alia uarietas nisi quia usque ad hanc diem missa celebratur hora tertias in hac & deinceps usque ad pascha, exceptis dominicis diebus, hora nona. Opinio est aliquorū propterea hac die inchoari quadragesimale ieiunium, quia subtractis diebus dominicis. xl. tñ dies sunt a memorata feria usque ad sabbatum. Est autem alia

Ioel. 2

Matt. 6

alia ratio, & fortasse ualidior. Siquidem ieiunando laboramus, ut nos ipsos templum Domino ad inhabitandum præparemus. Vnde eo dierum numero a consuetis ciborum delectationibus abstinemus, quo annorum numero templum in Hierusalem ædificatum est. f. quadraginta sex. Cœpta est enim ædificatio templi primo Cyri regis, & sexto Darij anno consummata. Qui sunt anni iuxta fidem Chronicorum quadragintaquinque. Siquidem Cyrus regnauit annos triginta, post quem Cambises filius eius annos octo. Post quem magi, qui eum interfecerunt, anno vno. Post quos Darius usque ad consummationem templi annos sex: qui sunt (ut diximus) quadragintaquinque anni. In euangelio autem inuenitur Iudæis dicentibus, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc: cum non amplius quam quinque & quadraginta reperiantur. Sed si historiam Iosephi sequamur, in qua post consummationem templi tres adhuc annos addit, in quibus peribolus. i. circumposita templo munitio-num constructio, & quædam alia, quæ remanserant, perfecta sunt: uidebimus quod recte in ædificatione templi quadraginta sex annorum poterit summa computari, in quibus eminentiora ædificia fuerunt completa. Nulla in officio missæ est uarietas a die præfata usque ad quartæ septimanæ feriam quartam.

Quare scrutinium quarta hebdomada celebretur, & feria quarta. Cap. XV.

IN quarta feria quartæ hebdomadæ quadragesimæ solenne scrutiniū celebratur, quod est iter ad baptismum. In hac baptizandi catechant. Catechismus aut duplicem continet instructionem. f. de fide & de moribus. Vnde in missa prima lectione, quæ s̄m Ezechielem legitur, monstratur quomodo catechumenos congreget Deus ad compagem corporis Christi, eripiens a priore uita, & faciens credere in Christum. Sic enim legitur ibi. Tollam uos de gentibus, & congregabo uos de uniuersis terris, & adducam uos in terram uestram, & effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & ab uniuersis idolis uestris mundabo uos, & dabo uobis cor nouū &c. Quod Hieronymus sic super eundem Ezechielem exponit. Creator enim omnium sum, peperci eis, & sanctificau i illos, & gloriæ pristinæ restitui, ita ut super credentes, & ab errore conuersos effunderem aquam mundam baptismi salutaris, & mundarem eos ab omnibus abominationibus suis, & ab uniuersis erroribus suis, quibus fuerant occupati, & dare eis cor nouum, ut crederent in filium Dei. Sic igitur prima lectio de fide agit. Cui concordat responso. Venite filij audite me. At secunda lectio de moribus disputat, in qua dicitur: Quiescite aegere peruersæ, discite benefacere, querite iudicium, subuenite oppresso. Et in conclusione ita, Et uenite, & arguite me, dicit dominus. Quod est: si ita feceritis, & non reddidero uobis mercedem: merito me arguetis. Sequens responso demonstrat ca-

Ezec. 36

Psal. 33
Esa. 1.

catechumenos ad nomen Christianum debere transfire. Beata gens, cuius est Dominus Deus eius, p. quem. e. in. sibi. Versus bonos mores electorum demonstrat. Verbo Domini cæ. f. sunt: & spi. o. e. o. v. eorum. Euangelium non dissonat ab hoc officio, dicente Augustino super Ioannem: Lauit ergo cæcus oculos in ea piscina, quæ interpretatur missus: baptizatus est in Christo. Si ergo quando eum in seipso quodammodo baptizauit, tunc illuminauit, quando inuixit oculos fortasse catechumenum fecit. Hoc autem officium quarta feria quartæ hebdomadæ ideo celebratur, ut quarta seculi ætas ad memoriam reuocetur. Quarta seculi ætas sicut Beata in chronica sua testatur, fuit a Dauid usque ad transmigrationem. Illa ætas regno Dauid & Salomonis incluta nostram in Christo gloriam præfigurauit. In illa etiam nostræ gloriæ promissio facta est, dicente Domino ad Dauid: De fructu uentris tui po. f. f. tuam. In illa constructio templi de marmore, & de lapidibus pretiosis constitutionem præsignauit ecclesiæ de uniuersis gentibus per Christum congregatæ. Merito etiam quarta feria quartæ hebdomadæ celebratur scrutinium, & de fide & de moribus instruuntur baptizandi in sancto sabbato paschæ, quia & quarta ætas hominis laboribus apta est. Eos autem, qui ad seruitium Dei accedere uolunt, laboribus inuicere oportet. Vnde Salomon: Fili accedens ad seruitutem Dei ita in timore, & prepara animam tuam ad tentationem. A die prænominata usque ad sabbatum ante ramos palmarum, nulla est ostendenda uarietas.

Psal. 32

Ioan. 9

Pf. 131

Eccle. 2

De officio sabbati, cui titulus sabbato uacat. Cap. XVI.

DE sabbato autem ante ramos palmarum, cui titulus in antiquis antiphonarijs inuenitur: Sabbato uacat Dominus Papa, & elemosynam dat: nostræ ætatis autem libri causa breuitatis sic habent, Sabbato uacat: Ecclesiastici institutor officij nullum huic diei proprium aptauit officium, ut se hac die elemosynis uacasse ostenderet, & ad idem inuitasse posteros. Hac autem die potissimum uir apostolicus & se, & nos largitioni elemosynarum uacare uoluit in memoriam deuotissimæ mulieris, ut quod ipsa in hac die fecit capiti, nos membris exhibere studeamus. Ait euangelista Ioannes. Ante sex dies paschæ uenit Dominus Iesus in Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit. Fecerunt autem ei cœnam ibi. Et post pauca. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius: & domus impleta est ex odore unguenti. Et cum indignaretur Iudas proditor iuxta Matthæum: ita Dominus approbavit opus mulieris, Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis uobiscum, me autem non semper habebitis. Et nos ergo pedes Dñi ungamus. i. pauperibus Chri per cõpassionem solatia demus. Siquidem pauperes Domini pedes dicuntur, M. Hug. à S. Vic. To. iij. Gg quia

Q. 129

Ioan. 12

R

Matt. 26

quia membra ipsius sunt loco adhuc inferiora. Per unguentum autem solatia, quæ animos demulcēt, non absurdè intelligi possunt. Sic & Domini pedes capillis tergere est de eis, quæ nobis superfluant, pauperibus subuenire. Capilli superflua corporis videntur.

De officio missæ in quarta feria post dominicam palmarum. Cap. XVII.

IN quarta feria post dominicam palmarum varietas est in missæ officio ex adiectione lectionis unius, & responsorii unius cum quinque versibus: quia eadem die fecerunt cōsiliū Iudæi, ut Iesum occiderent. Vnde sicut in sexta feria actus eorum, sic & in quarta feria cōsiliū eorum ad memoriā reducit. Leguntur itaque in hac feria sicut & in sexta, duæ lectiones: quia Christus simpla morte sua nostram duplam destruxit, scilicet corporis & animæ. Introitus est: In nomine Domini omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & inferiorū. Quod est: Omnis creatura rationalis Christo se subesse cognoscat: quia Dominus factus est obediens &c. i. quia Christus per obedientiam, & humilitatem meruit eandem cum patre habere gloriam: non eam tanquam sine meritis sibi indebitā accipiens, sed opus tanta remuneratione dignum, percipiens. Quod autem dicit in nomine Domini, in veneratione nominis intelligendum est, id est rei designatæ per nomen. Similiter habetur in Psalmo Confitebor in seculū, quia fecisti: & expectabo nomē tuum, quoniam bonum est &c. Quod autē per nomē res nominis detur intelligi, testatur Ambrosius in epistolam ad Philippenses. Ait enim: Nomen euidens est quod non vocabulum, sed rem, quandam dicit acquiratam ei, sicut illud, quod scriptum est. Et cognoscat, quia nomen tibi Dominus, hoc est, quod tu es Dominus. In oratione passio Domini memoratur, quoniam ea die Iudæi de eius morte cōsiliū fecerunt. Lectio sequē aperte passionem Domini prædicat, dicens. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Et paulo post. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum. de hoc semine dicit Esaias. Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, sicut Sodoma essemus. Semen enim sunt Apostoli & apostolici viri quibus quasi iacto semine seges ecclesiæ multiplicatur. Hoc semen longævum esse dicitur per successiones: vel in seipso, quia iusti in perpetuum uiuent. Responsorium est. Ne auertas faciem tuam a puero tuo. Verba Christi ad parvū. Puerum dicit Psalmista Christum propter simplicitatem & innocentiam. Versus ita sonat. Saluū me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Populi multitudinem nomine aquarum significat, sicut & in Apocalypsi: Aquæ, quas vides, populi sunt & gentes. Hæ aquæ intrauerunt vsque ad animam Christi tollendam uoluntate ipsius Christi, dum eum occiderunt. Eisdem vocat limum profundi, in quo dicit Christus se infixum esse, seruata limi metaphora. i. corpore detē

tum esse. Secunda lectio sicut et prima de passione Domini agit. Responsorium sequens nō tractus dici debet sicut nonnulli putant, sed responsorium, quia post singulos versus a choro respondetur. Habet autem versus ut innuatur, quod peccata veteris Adæ per quinque sensus perpetrata passione noui Adæ sunt deleta. Vox enim veteris Adæ est, quæ in versibus illis sonat.

De officio feriæ quintæ ante parasceuem. Cap. XVIII.

QVinta feria ante parasceuem varietas plurima est, non ex officio missæ, sed in officio. In ea namque oleum tripliciter consecratur. In ea reseruat corpus Domini usque in crastinum. Oleum pro infirmis consecratur in ipso officio consecrationis corporis & sanguinis Domini. Infirmities namque pro peccatis infliguntur. Vnde in euangelio Dominus roganti famitatem sic ait: Dimittuntur tibi peccata tua. Dimissis enim peccatis & quod pro peccatis infictum erat, expellitur. Sacramentum dominici corporis peccata, oleum vero consecratum infirmitates expellit, id est diuina gratia per olei vnctionē. Hinc enim Iacobus ait. Infirmatur quis in vobis, inducat presbiteros ecclesiæ, & orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si si in peccatis sit, dimittentur ei. Et in ipsa consecratione sic habes. Ad euacuandos omnes dolores, omnesque infirmitates, & omnem egritudinem corporis. Merito igitur eorum consecratio similis fit, quorum in multis coniungitur effectus. Vtrunque tamen. i. et sacramentum dominici corporis et oleum consecratum, vtrunque habent effectum quamuis propter sacramentorum species diuersas verba diuidamus. Carnis enim et sanguinis erat in ueteri lege pro peccatis offerri: Olei autem est fessis et egris mederi artubus. Sed & Apostolus de Christo loquens ait. Mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Sic enim diuisit singulis sacramentis reddendo quod figurant, cum vtrunque propter vtrunque fecerit Christus. Fit itaque olei infirmorum consecratio in ipso officio consecrationis dominici corporis ante canonis verba. Per quem hæc omnia Domine semper bona creas, et hæc ipsa verba sūt illius consecrationis conclusio. Vnde intelligimus embolem esse supradicti officii, post Agnus Dei, quando pacis signum dari solet, quod hac die propter Iudæ proditoris osculū non fit. Consecratur chrismate oleum, & postea consequenter oleum catechumenorum: quia per hæc duo homo ad pacem & concordiam angelorum reuocatur. Exorcismus namque olei facit diabolum a catechumeno recedere: vnctio vero chrismatis eum sanctificat, et ei gratias dat, vel habitas augmentat. Ideo autem quinta feria olei consecratio celebratur: quia quicquid quinque sensibus committitur s. visu, auditu, gustu, odoratu, et tactu, per gratiam Dei in olei vnctione deletur.

X

Marc. 2.

Iacobi. 5

Y

1. Co. 13

Quare

Quare eadem die altaria denudentur. Cap. XIX.

De eadē altaria denudentur, & sic relinquunt vsque ad vesperum. quod (nisi fallor) iugā Apostolorum significat. Altare namque Chm significat. Apostoli vero siue alij discipuli vestes sunt Christi: de quibus scriptum est: Et relicto eo oēs fugerunt. Matt. 26

De officio feriæ sextæ: & quare dicatur parasceue: & quare altaria hac die aqua & vino lauentur. Cap. XX.

PARASCEUE (vt Beda ait) præparatio interpretatur. Quo nomine Iudæi, qui inter græcos conuersabantur sextam sabbati appellabant, quod eo die, quæ necessaria erant sabbato, præpararet. Hæc sexta feria sextæ diei creationis coaptatur. Aptum quippe erat, vt qua die Deus hominem creauit, ea perditum recrearet atque redimeret. Hac die leguntur lectiones ad immolationem agni pertinentes. Hac die namque passionem Christi recolimus, & nostram, quam ei debemus, imitationem exhibemus, dum pro omnibus hoīum generibus oramus, sicut ille pro suis crucifixoribus. Et notandum, quod sicut corpus Dñi Iesu, quod de virgine assumptū, per agnum sine macula significatum est: ita & corpus eius, quod nos sumus, per hæc duo. Vtrunq; lectio commemorat: Agnus in cruce immolatus est. hæc quotidie in mortificatione vitiorum immolatur. Tractus, Qui habitat in ad. alt. locus est: quia quod nobis promittit præcedens lectio Osee tenere, debemus in spe, sed longe est vt habeamus in re. Verba lectionis hæc sunt. Visitabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Ipsa resurrectio in fine tractus memoratur: Longitudine dierum adimplebo eum, & ostendam illi salutare meum. Queritur quare hac die missa non canteretur, sed corpus Christi reseruatam die præcedenti sumatur. Ad quod dicitur ex decreto Innocentij papæ, missam hoc biduo non celebrari, vt in pastoribus ecclesiæ status tps illius apud Apostolos ostendatur, qui sicut propheta prædixerat, percussio pastore dispersi erāt. Inde est etiam, quod nec Dominus vobiscum, nec Deus in adiutorium his diebus dicitur, nec aliquid eorum, quæ pertinet ad presbyterorum officium. Queritur iterū quare hac die non sumatur sanguis Christi sicut & caro Christi. Ad quod dico, quod vtrunq; sub vtraq; specie sumitur. Sed quia species vini labilis non potest tuto reseruari, sine ea corpus Christi reseruari constitutum est. Vel quia Dñs in cœna dixit, Non bibam a mō de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam nouum vobiscum in regno meo: ecclesia a die cœnæ vsque ad diem paschæ (quæ in vespere incipit: vnde in cœnæ benedictione dicitur: Hæc nox est, quæ peccatorum &c.) de hoc genimine vitis bibere non consuevit. Porrò de sanguine suo, quem discipulis porrigebat, loquebatur Chrs, quem quum ad speciem genimen appellabat: hoc post resurrectionem suam in regno suo. i. in regia claritate bibit ipse cum discipulis suis nouū, quia in resurrectione

Pf. 190.

Osee 6.

Pfal. 90.

In parasceue quare missa non canteretur, sed corpus Christi die præcedenti reseruatū sumatur. Zac. 13.

Matt. 26

totus Christus quantum ad corporalem substantiā innouatus est. Hoc autem dixit cum discipulis se bibiturum: non quia post resurrectionem corporaliter illud bibit, sed quia discipulorū oblatione delectatus est, quoniam corpus eius, & sanguinem in ipsius commemorationem sicut præceperat, participauerunt. Potest tamen & de vino simpliciter dictū intelligi, quod ait Nō bibā de hoc genimine vitis &c. vt demonstratiuum pronomen non hoc demonstrat, quod tenebat Christus, sed speciē: Quasi: non bibam de tali genimine vitis tali s. m. speciem. Vnde alius euangelista sine pronomine demonstratiuo dixit. Nō bibam de generatione vitis donec regnū Dei ueniat &c. Post resurrectionem. n. & manducasse eum legimus cum discipulis & bibisse. Vnde Petrus, Qui manducauimus, & bibimus cum eo postquam resurrexit a mortuis. Notandum, quod hac die in orationibus, quas ad imitationem Christi facit ecclesia per singulas genua flectimus, ad ostendam, immo ad augmentandam mentis humilitatem, nisi quoniam pro perfidis Iudæis oramus, qui hoc ante Dñm illudendo fecerunt, quibus per oīa, quæ hac die erga Christum fecerunt, dissimiles esse volumus, cum eorum mentionē facimus. Hac die uino & aqua lauatur altare, quia de latere suo Christus hac die aquam emisit & sanguinem.

Mar. 14
Luc. 22.
Act. 12.

Quid significet cœrens nocte paschali ante baptismum erectus. Cap. XXI.

IN principio officij ad noctem paschæ pertinentis, in qua Christus resurrexisse creditur, benedicitur cœrens. Cœrens namque ad memoriam nobis reducit columnam populo Israelitico datā a Deo in deserto, quæ erat eis nubes ab æstu protegens in die, & columna ignis lucem præbens in nocte. Columna autem illa, & cœrens iste Christi figuræ sunt, qui & ab æstu uitiorum protegit, & lucem sapiētiae insundit. Hoc autem Christi beneficium, & baptizadis promittitur, & baptizatis dum sunt in via nō subtrahitur. Vnde columna illa populo data est rubrum mare in figura baptismi transitorio: & cœrens noster erigitur in ecclesia, & accenditur priusquam catechumeni baptizentur. Nec hoc prætereundum est, quod sicut columna prædicta populo data est in tertia mansione ab exitu Ægypti, sic cœrens nobis accenditur die tertia liberationis nostræ, quæ facta est in morte Christi. Quoniam sicut diximus, vespera illa ad diem sequentem pertinet, & vere antiquiam ferè transacto die sabbati, officium hoc celebrabant. Sed modernorum debilitas ad epulas festinans, tempus præuenit constitutum. Nobis ab Ægypto spirituali exeuntibus prima dies passio Christi, secunda qua descendit in infernum, tertia resurrectionis est dies.

Exo. 13.

De officio missæ in nocte paschali. Cap. XXI.

NOctē præfata lectiones quatuor leguntur ad missam. Catechumeni namque ad mensam M. Hug. à S. Vic. To. iij. Gg 2 Do-

Mensa Domini quid mystice.
 Domini vocantur, id est ad sanctam scripturam, quae per mensam quatuor pedum in tabernaculo Domini positam significata est. Siquidem quatuor mensae pedes sunt quatuor expositiones sacrae scripturae, scilicet historica, allegorica, moralis, anagogica. In quatuor huius noctis lectionibus haec quatuor, si subtiliter inspexeris, poteris inuenire. Prima secundum historiam nostrae recolat creationis dignitatem. A qua quoniam peccando cecidimus, non sequitur canticum. Secunda lectio secundum allegoriam agit de liberatione nostra ab exilio, in quod per peccatum deuenimus. Agit namque de liberatione populi Israel ab Aegypto, in qua nostra liberatio a spiritali Aegypto praesignata est. Tertia lectio moralis est. Apprehendet septem mulieres virum unum in die illa &c. Septem enim mulieres septem gratiae sunt, quae specialiter dicuntur dona Spiritus sancti. Unde & septiformis spiritus appellatur. De ablutione etiam sordium agit eadem lectio quod totum ad mores pertinet. Et est rectus ordo, ut postquam instructi fuerint de purgatione baptismi, instruuntur de moribus. Quarta lectio dicit. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Quod ita Hieronymus super Esaiam exponit. Sermo diuinus non carnis bona, sed animae pollicetur. Haec igitur lectio anagogen sapit, quia sub nominibus carnalium promittit bona caelestia. Unde Beda. Anagoge est sensus ad superiora ducens, id est locutio, quae de praemijs futuris, & de ea, quae in caelis est, vita futura siue mysticis siue apertis sermonibus disputat. Audiamus quid dicant catechumeni post admonitionem doctoris. Sicut ceruus desiderat &c. Unde Augustinus. Et quidem non male intelligitur vocem eorum esse, qui cum sint catechumeni ad gratiam sancti lauacri festinant.

Quid significet nouus ignis in cyreo. Cap. XXII.

Cereus vero nouo lumine accenditur, ut designet doctrinam Christi nouam, quae est in nouo testamento, siue nouam gratiam, qua illustrata est nox singulariter dominica, videlicet Christi resurrectionem.

Quare tituli lectionum hac die taceantur. Cap. XXIII.

In principijs lectionum tituli tacentur, ne catechumenis de Gentilitate venientibus, authorum vel librorum hebraeorum nominibus auditis lectiones vilescant: semper enim inter Iudaeos & Gentiles quasi naturale odium fuit.

Quare hac die tripliciter litanie fiant. Cap. XXV.

Litaniae, quae fiunt circa baptisterij consecrationem, sunt intercessiones sanctorum pro resuscitentibus: ante & post aguntur, quia sicut legitur in Apocalypsi, Iris erat in circuitu sedis Dei. Quod sic Beda exponit. Sedes Dei in ecclesia est: Iris autem

tem, quae post diluuium facta est, ut esset indicium propitiationis, intercessionem sanctorum designat. Aguntur autem ante septem ante baptismum, ut Spiritus sanctus, cuius est gratia septiformis veniat in aquam baptismatis. Quinae aguntur, dum baptizantur catechumeni: ut Deus dignetur quinque sensus eorum custodire, ne illecebris secularibus capiantur. Ternae post baptismum, ut fidem sanctae Trinitatis, quam professi sunt, toto corde, tota mente, totis viribus custodiant.

Quia paruuli in fide ecclesiae saluantur. Cap. XXVI.

Si eius aetatis fuerint, qui baptizentur, ut ratio nis usum habeant, & loqui sciunt: ipsi fidem suam profiteri debent, & in fide propria saluantur: si autem paruuli fuerint, in fide & confessione offerentium eos ad baptismum siue in fide generali ecclesiae saluari creduntur: sicut & Syrophoenissae mulieris filia in fide, & humili confessione matris legitur a daemone liberata dicente Domino, O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est, ut ait Matthaeus, filia eius ex illa hora.

Quare paschalis hebdomada in albis celebretur. Cap. XXVII.

A sabbato isto usque ad sequens sabbatum per octo, scilicet dies portantur albae uestes, ut ostendatur qualia corpora recepturi sumus in octaua resurrectionis, & quales esse debeamus in nouo testamento. Sicut enim septem dies pertinent ad vetus testamentum, propter sabbatum, ita octo ad nouum propter octauum diem resurrectionis. Unde Salomon. Da partes septem, nec non & octo. Iam enim docebat populum suum, ut non semper inhereret veteri testamento, sed transiret aliquando ad nouum.

Quare introitus non cantatur ad missam sabbato sancto. Cap. XXVIII.

Introitus non cantatur ad missam in die hac, quia lectiones & caetera, quae praemissa sunt, locum tenent introitus. immo plus sunt quam introitus. Gloria in excelsis Deo cantatur propter gaudium resurrectionis dominicae. Notandum, quod omnia usque ad euangelium ad Neophytos pertinent. In oratione dicit sacerdos: Conserua, innoua familiae tuae progenie spiritum, quem dedisti. Epistola. Si confurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedes.

Quare post alleluia cantetur tractus. Cap. XXVIII.

In eadem missa prius cantatur alleluia pro gaudio dominicae resurrectionis, in qua nobis resurgendi spes data est. Sed quia nostra resurrectio, quam habemus in spe, longe est adhuc in re, & ad

& ad eam per difficultates tendendum est, sequitur tractus.

Quare ante euangelium carei non ferantur. Cap. XXX.

In ipsa nocte non defert lumen ante euangelium, quia mulieres occulte sine lumine ibant ad tumulum, ut eum viderent, sicut refert euangelium: siue propter caecitatem cordis earum ignorantiam, resurrectionem.

Quare in eadem missa Agnus Dei non cantetur. Cap. XXXI.

In eadem nocte non cantatur Agnus Dei propter incredulitatem illarum mulierum commemorandam: quia quem non credebant esse Deum, nec credebant posse tollere peccata mundi. Presbyter tamen suum interim peragit officium: quia mulieribus, & ipsis discipulis de resurrectione dubitantibus Christus & resurrexit, & manifestum se fecit.

De officio sancti pascha. Cap. XXXII.

De sancti paschae in introitu per ora prophetarum praesentat se Christus ex resurrectione patri suo in ecclesia sua dicens, Resurrexi & ad huc tecum sum. In die hac, & quinque sequentibus graduale canimus ad missam: quia ad gloriam, quam promittit Domini resurrectio, adhuc gradimur, & gradiendo Deum laudamus. De peruentione tamen, quam habemus, in spe gaudeamus, unde & alleluia cantamus. In sabbato autem duplex alleluia canimus: quia septuagesimae finis est, & significat requiem, quae peregrinationis erit finis, quando duplici stola corporis & animae decorati Deum pro vtraque laudabimus. Similiter in diebus dominicis, & festis usque ad octauam pentecostes duo alleluia cantamus propter memoriam dominicae resurrectionis & nostrae, cuius peruentio figura praecessit in sabbato praedicto. In alijs diebus pro redemptionis nostrae laetitia unum alleluia cantamus.

Quare a pascha usque ad pentecosten non cantatur Responsorium. Cap. XXXIII.

Ab octauis pentecostes usque ad septuagesimam in dominicis, & festis diebus Responsorium & Alleluia actionem eorum, & laetitiam, siue laudem, siue gratiarum actiones significant, qui perseverant in sanctitate, quam in baptismo receperunt. Ita enim in spe iam habent regnum futurum, ut inter laboriosa opera Deo gratias agant. Siue, ut alij dicunt, per responsorium actiuam intelligimus, per alleluia contemplatiuam. Instruendi sunt homines de bonis actiuae, quae sunt elemosyna, lectio, uisitatio infirmorum, & huiusmodi. Instruendi sunt etiam de bonis contemplatiuis, quae sunt consideratio aeternorum, laus Dei. In illis autem semper quinquaginta diebus, qui sunt a sabbato pas-

Albina, & conspecta sine uita bona qua.

schali usque ad octauas pentecostes, non canitur responsorium: quia tempus illud nostram praefigurat resurrectionem, quando omnes erunt docibiles Dei, & omnia actiuae vitae opera cessabunt, sed tantum alleluia cantabitur. i. laetitia animarum de percepta immortalitate, & receptione corporum agitur. Eandem laetitiam numerus quinquagenarius significat, qui apud Hebraeos iubileus appellatur.

Quare in diebus ieiunij alleluia non cantetur ad missam. Cap. XXXIII.

Dies poenitentiales, & vigiliae Apostolorum, & caeterae, in quibus confiteri peccata, & humiliari, & ieiunare debemus, ut ad gaudium, quod in sequenti solennitate celebratur, peruenire mereamur, sine alleluia transiguntur: quia non est speciosa laus in ore peccatoris,

Quare in uigilia pentecostes baptismus celebretur. Cap. XXXV.

In uigilia pentecostes celebratur baptismus eo quod Dominus ascensurus in caelum promissit discipulis suis dicens: Baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. i. post decem, quod & factum est. Hac de causa celebrat ecclesia baptismum decima die post ascensionem, ut catechumeni nostri baptizentur spiritu sancto, sicut & ipsi Apostoli. Incipiunt autem dies pentecostes ab ipso die paschae, & terminantur die quinquagesimo, qui vulgo dies pentecostes appellatur. Unde ipso die canitur Antiph. ad uesperas: Hodie completi sunt dies pentecostes alleluia &c. In huius diei uigilia propter catechumenos lectiones quatuor leguntur. Prima ad historiam pertinet, proponens ad exemplum obedientiam Abrahamae. Secunda lectio est: Scripsit Moyses canticum. De quo autem cantico hic dicat, cantor illico demonstrat. Attende caelum. Tertia lectio quam canticum allegorice de Christo, & ecclesia exponendum est. Tertia lectio moralis, in qua septem dona Spiritus sancti faciunt de obedientibus uirum unum, de quo dicebat Paulus: Donec occurramus omnes in uirum perfectum. Quarta lectio anagogen sapit, quae ad caelestia tantum inuitat. Ecce quatuor pedes mensae Domini, ad quam catechumeni uocantur. De letaniis circa baptismum dictum est supra. Alleluia cantatur pro gaudio emundationis, quam Neophiti recipiunt in baptismo. Sed quia plena emundatio, a poena videlicet & culpa, ad quam per hanc tenditur, longe est: & non nisi per difficultates nimias ad eam peruenitur: sequitur tractus.

De officio missarum infra hebdomadam Pentecostes. Cap. XXXVI.

Quid i tota septimana, quae die pentecostes incipit, agere deamus, Beda i homelia sua manifestat dicens. Verum hoc quoque nos statim peracta die quinquagesima non genua ad orandum curuamus, sed & illa adhuc septimana stantes Domino supplicamus & quis M. Hug. a S. Vic. To. iij. Gg 3 inter-

Ioan. 6.

Eccl. 15.

Act. 1.

Gen. 22. Deut. 32

Esa. 4. Ephe. 4.

X

Deus

intermissa repetamus ieiunia, tamen alleluia quod...

De officio missae pro mortuis. Cap. XXXVII.

IN missa pro mortuis non cantatur Gloria in excelsis Deo...

non est meum dare vobis, id est veteribus: sed quibus paratum est a patre meo...

Sunt enim quatuor corporis abominations, & tres mentis corruptiones. Vnde propheta...

Corrupti sunt mente, & abominabiles facti corpore. Abuntur enim quatuor elementis in corpore...

Ioan. 19

Psal. 13. Corporis abominations quatuor quae...

Psal. 40.

Mentis corruptiones tres quae sunt.

Crucis latitudo, longitudo, & profundum mystice.

Psal. 9.

E

M. HVGONIS de Sancto Victore (ut licet sub dubio asseritur) Libellus de Canone mystici libaminis, eiusque ordinibus. Et primo de Crucis dominicae virtute. Cap. I.

IN virtute sanctae crucis, & in sacramento altaris magna est conuenientia, & magna efficacia...

Crucis dominicae, & Euchari- stie virtus.

2. Cor. 5 Matt. 20

Gen. 48.

In missa qua septem attendenda. Causa missae triplex.

Differentia missae tripartita.

Ecclesia partes.

Rom. 8.

Hebr. 4.

Psal. 33. Psal. 91.

Sacramentorum virtus unde.

re. Ideo Dominus Iesus libenter crucem suam baiulabat, per quam de principe huius mundi triumphabat...

nia: vsq; ad, Per ipsum. Sextus a, Per ipsum: vsque ad, Pax Domini. Septimus a, Pax Domini: vsq; ad finem.

De primo ordine canonis. Cap. II.

IN primo ordine canonis tria apponimus, p tri- bus rogamus, & tria petimus; & ideo tres cruces facimus. Tria apponimus, panem, vinum, & aquam.

Ioan. 10

Quare panem, vinum, & aquam in altari potius quam alia apponamus. Prima causa.

Secunda causa.

k

Ezec. 36

Ioan. 7.

Luc. 22.

Altare cur in ecclesia eminentiori loco paratur.

1. Cor. 11

Tertia causa.

vinum,

Gen. 14. vinum, & aqua, est quia in figura huius sacramenti omnis patriarcharum benedictio in his constabat. Vnde Abraham cum in figura huius mysterij Melchisedech & panem & vinum obtulisset, a maiore benedictionem accepit, & benedictus Deo excelsio dictus est. Qua benedictione postea Isaac filium ditavit. Isaac etiam filio suo Iacob hæc eadẽ bona prophetali eloquio imploravit dicens. **Gen. 27.** Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini, & olei, &c. Rursus cū Esau conquerens de Iacob heret, Frumento inquit & vino stabiliui eum, & tibi post hæc, fili mi, vltra quid faciam? Quasi diceret: firmavi eum frumento corporis, & vino sanguinis Christi. Idem per oleum, quod per aquam intelligitur.

Frumentum, & vinum mystice quid.

De tribus, pro quibus oramus, & quæ petimus. Cap. III.

M PRO tribus rogamus. Primo scilicet generaliter pro omnibus. Secundo pro familiaribus nostris absentibus. Tertio pro circumstantibus. Generaliter pro omnibus: vbi dicimus: In primis quæ tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica &c. Pro familiaribus nostris absentibus, vbi dicimus: Memento Domine famulorum, famularumque tuarum. Pro circumstantibus: vbi dicimus, Et omnium circumstantium. Tria petimus. Primo scilicet, vt dies nostri disponantur in pace. Secundo, vt eruamur ab æterna damnatione. Tertio, vt mereamur numerari in dominico grege. Quæ omnia habemus ibi, vbi dicimus: Diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Quia ergo tria exponimus, & pro tribus rogamus, & tria petimus, propterea tres cruces facimus, scilicet vt per virtutem crucis primo quæ apposita sunt benedicantur: secundo ij, pro quibus apponuntur: tertio, vt quod petimus impetremus. Soluta est ergo secunda quæstio, quæ possit fieri, scilicet quare tres cruces in hoc ordine nant, quando dicimus: Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata.

Horum verborum: Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata declaratio.

O Quare autem hoc sacramentum iteretur, vel quomodo bene sumatur, vel quod bene sumptum operetur, vel quare sub hac specie sacramenti veritas lateat & veletur: rationabiles quæstiones oriuntur. Quare hoc sacramentum iteretur tripartita causa est. Prima causa est, vt qui quotidie labimur per hoc quotidie expiemur. Secunda causa est, vt sicut in medio paradisi erat lignum vitæ, ita sit corpus Christi assidue in medio ecclesiæ, a quo criminaliter peccantes atceantur, donec per penitentiam satisficientes, ad hoc & per hoc reconciliati reuertantur. Tertia causa est, vt per hoc vnum efficiamur cum Christo, & mediante Christo vnum efficiamur cum Deo, vnde Dominus in euangelio. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui

Eucharistia quare iteretur. Prima causa. Secunda causa.

Tertiam causa.

manducat meum corpus, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Bene autem sumitur, si quis per hæc tria ad hoc preparatur, scilicet fide integra, confessione pura, penitentia condigna. Bene sumptum tria operatur. Primo peccata purgat, secundo virtutes roborat: tertio in vitam æternam suscitatur. Vnde ait in euangelio. Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Quare sub hac specie sacramenti veritas lateat & veletur, tripartita causa est. Prima causa est interrogatio fidei. Secunda causa est augmentum meriti. Tertia causa est defectus infirmi. Primo enim fidem interrogat, vt interrogando probet, & discernat. Secundo probatum per fidem maiori virtute, & gratia donat. Tertio, vt nostræ infirmitati parcat, semetipsum in suæ maiestatis claritate non manifestat, sed quasi sub quodam velamine occultat. Vnde miraculum istud contigit in Viuariensi ecclesia Præmonstratensis ordinis. Cum celebraretur missa in præfata ecclesia, quidam frater respiciens de choro ad altare vidit super illud circulum claritatis immensæ, & columbam miri candoris super calicem in eadẽ claritate. Cœpit igitur admirari, & admirando intueri: & subito stupefactus, & territus amisso visu cecidit in choro prostratus. Quem fratres ad manus extra chorum deducentes, & euentus veritate perquirentes, tam diu precibus institerunt, donec ei Deus visum restitueret. Et hæc quidẽ de primo ordine dicta sufficiant,

P Eucharistia quæ bene sumatur. Eucharistia effectus triplex. Ioan. 6.

Q

Miraculum de Eucharistia.

De secundo ordine canonis. Cap. IIII.

IN primo ordine petimus, ut quæ apposita sunt, benedicantur: in secundo vero petimus, ut quæ iam in primo benedicta sunt, in verum & summum sacrificium transferantur. Quinque ergo cruces facimus, quia quæ benedicta sunt in id transferri petimus, quod in quinque præcellit omnibus, scilicet triplici prærogatiua, & charitate gemina. Ideo dicimus benedictam, omnium scilicet gratiarum plenitudine, ascriptam summa dignitate & honore, ratam summa & æterna potestate. De prima prærogatiua, scilicet omnium gratiarum plenitudine, scriptum est: De plenitudine eius omnes accepimus. & non enim ad mensuram dedit Deus Spiritum sanctum filio. De secunda prærogatiua, idest summa dignitate & honore, scriptum est: Habens in uestimento, & in femore suo scriptum: Rex regnum, & Dominus dominantium. De tertia prærogatiua, idest summa & æterna potestate, scriptum est. Potestas eius potestas æterna, quæ non aufertur. Sed quia triplex hæc prærogatiua parum nobis prodesset, nisi charitatem geminam exhiberet, propterea dicimus: ut nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi. Charitas gemina fuit, quam ad patrem habuit & ad gregem, patri obediendo, & pro grege moriendo. Vel charitas gemina fuit, qua corpus & animam posuit:

Christi prærogatiua tres.

Ioan. 1. Ioan. 3.

Apoc. 19.

Dan. 7. S

Christi charitas gemina.

fuit: vel qua sanguinem & aquam de latere suo fudit: Vel ideo quinque cruces facimus, vt ex prædictis quinque, quinque nobis necessaria impetremus. Et participatione scilicet sanguinis remissionem peccatorum, ex participatione corporis unitatem in societate sanctorum, ex summa & æterna potestate timorem & sollicitudinem mandatorum, ex summa dignitate & honore honestatem vitæ & maturitatem morum, ex plenitudine gratiarum plenitudinem præmiorum. Hac igitur de causa in secundo ordine quinque cruces facimus.

De tertio ordine canonis. Cap. V.

IN tertio ordine, sicut petimus in secundo, quæ benedicta sunt in primo, in verum & summum sacrificium transformantur, idest in verum corpus & sanguinem Christi. Et quia iste ordo brevis quidem est, sed profundus, & magna sapientia plenus: ideo in hoc duæ rationabiles quæstiones mouentur. Prima quæstio, quare non nisi duæ cruces fiant. Secunda, quare in hoc ordine potius, quàm in cæteris substantia panis & vini in verum corpus Christi & sanguinem transeat. Solutio primæ quæstionis. Nulla alia nisi sola duplex hominis natura erat redimenda, scilicet corpus & anima. In hoc autem ordine nostra redemptio & reparatio celebratur, per quam humana natura liberatur. vnde quare in hoc non nisi duplex fuerit crux facienda, manifesta apparet ratio, videlicet propter redemptionem duplicis naturæ. Solutio secundæ quæstionis. Tres ordines sunt: Ordo naturæ, ordo iustitiæ, & ordo gratiæ. Ordine naturæ flos præcedit fructum, & sonus cantum, & materia materiatum. Ordine iustitiæ pœna sequitur peccatum & uirtutem præmium: vnde scriptum est: Oculum pro oculo, dentem pro dente &c. & Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die. Ordine gratiæ superabundat gratia, vbi abundauit delictum: & præcedit humilis peccator iustum superbum, velut Publicanus Phariseum: & misericordia impenditur, ubi nullum præcedit meritum. unde in euangelio. Publicani & meretricis præcedet uos in regnum Dei. Sed nec natura potuit, nec iustitia debuit, vt panis & vinum fieret caro & sanguis. Sola vero diuina gratia hoc potuit & voluit, hoc & fecit & facit. Sicut ergo sunt tria tempora: tempus ante legem, tempus sub lege, & tempus gratiæ: & in solo tempore gratiæ Dominus Iesus venit, & hoc sacramentum celebravit & instituit: sic in hoc tertio ordine canonis conuenientius, quàm in cæteris quotidie venit, & de pane & vino carnem & sanguinem suum consecrat & conficit. Et hæc de tertio ordine dicta sufficiant

Ordo naturæ. Ordo iustitiæ.

Exo. 21.

2. Ti. 4.

Ordo gratiæ.

Matt. 21.

Tempora tria quæ.

De quarto ordine canonis. Cap. VI.

IN quarto ordine præsentem summum & uerum facerem dotem iam apud patrem innotescunt petitiones nostræ: præsentem summam & ueram hostiam: iam maior protenditur mora. Tunc magnum, quæ fecit, ce-

lebratur memoria: vt tam per eum: quàm per eam quæ fecit, patris flectatur, & impetretur clementia. Quinque ergo cruces facimus, non quod eum, qui præsens est, sanctum sanctorum sanctificemus, sed ut per eius præsentiam, & crucis efficaciam quinquepertitam obtineamus gratiam, per quam digne offeramus, & sumamus salutarem hostiam, & eidem conformati in sanctorum consortium mereamur admitti. Dominus Iesus in passione sua fuit hostia pura, in resurrectione hostia sancta, in ascensione hostia immaculata. Panis uitæ æternæ efuriētibus, calix salutis perpetuæ iustitiam sitientibus. Et ergo assimilari & conformari debemus, qui ad ipsum offerendum accedimus. Sed quia hoc non potest fieri nisi passionem, resurrectionem, & ascensionem studeamus imitari: propterea istorum trium imprimis memoriam facimus, ubi dicimus: Vnde & memores Domine nos tui serui, sed & plebs tua sancta eiusdem Christi filij tui Domini Dei nostri tantæ beatæ passionis, necnō & ab inferis resurrectionis, sed & in cælos gloriosæ ascensionis: vt scilicet ex imitatione passionis per munditiam castitatis simus, & offeramus hostiam puram: ex imitatione resurrectionis obtineamus uirtutem & opera pietatis, & simus, & offeramus hostiam sanctam: ex imitatione ascensionis obtineamus rectitudinem intentionis, & simus, & offeramus hostiam immaculatam: ex participatione panis sancti uitæ æternæ obtineamus unitatem & fortitudinem charitatis: ex participatione calicis salutis perpetuæ multitudinem & magnitudinem exultationis, sicut scriptum est: Et calix meus inebrians quàm præclarus est. De his quidem in primo ordine ex parte diximus, & quare in hoc quarto ordine tria duo præcedant, meminimus. Tria igitur necessario primū offerimus, vt ad panem sanctum uitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ, id est sacramentum altaris, digne accedamus. In his enim duobus comprehenditur, & hæc quodam modo sacramentum altaris completur. In primo ergo prudentia, in secundo fortitudo, in tertio iustitia, in quarto, idest altaris sacramento, temperantia. Propterea dicebat Apostolus. Probet autem seipsum homo: id est in his & per hæc se præparet, & probando aptet, scilicet per munditiam castitatis, per uirtutem & opera pietatis, & per rectitudinem intentionis. & sic de pane illo edat & de calice bibat. id est sic probatus, & sic preparatus ad sacramentum altaris accedat. Iō Dominus in euangelio. Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris &c. Sint lumbi uestri præcincti: ecce mūditiæ castitatis. & lucernæ ardentes in manibus uestris: ecce opera pietatis. & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum: ecce rectitudo intentionis. Hæc enim sola vere expectat & lætificat, expectando lætificat, & lætificando expectat. Vnde Apostolus. Conuersatio nostra in cælis est, quali dicat: Intētio nra recta est, & erecta ad gloriam Dei, & ad gaudia cœli. Vnde & saluatorē expectamus &c. vt cum uenerit, & pulsauerit, confestim aperiamus ei. Ecce sacramentum altaris. In hoc enim uere Saluator uenit etiam per præsentiam corporis. Pulsat, cum fidem interrogat: Interrogat, vt discer-

Christus hostia, panis, & calix.

Psal. 22.

Eucharistia ut bene sit nobis quid Deo offerendū.

1. Cor. 11.

Luc. 12.

Philip. 3.

Pfal. 10. vt discernat: interrogat, vt probet, & reprobet: probet fidem, reprobet infidem. Dominus enim interrogat iustum, & impium. Noane interrogabat fidem, quando de corpore & sanguine suo dicebat?

Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis? Nonne interrogando discernerebat, discernendo probabat & reprobabat, quando duodecim remanentibus multi abierunt retro, dicentes: Durus est hic sermo. Et vere tum eum venientem fide integra & deuota suscipimus. Vel ideo quinque cruces facimus: quia quinque offerimus, pro quinque rogamus, & quinque petimus. Pro quinque rogamus. Primo generaliter pro fidelibus uiuis omnibus. Secundo pro altaris comparticipibus. Tertio pro defunctis familiaribus. Quarto generaliter pro omnibus. Quinto pro nobis peccatoribus. Generaliter pro uiuis omnibus, ubi dicimus: Supra quae propicio & caetera. Sed quid est, supra quae, cum potius supra quem, id est supra Christum: uideatur esse dicendum? Est itaque sic intelligendum, supra quae, id est supra cuius membra, uel supra cuius dona. Pro altaris comparticipibus, ubi dicimus: Vt quotquot ex hac altaris participatione & caetera. Pro defunctis familiaribus, ubi dicimus: Memento Domine famulorum famularumque tuarum, qui nos praecesserunt & caetera. Generaliter pro omnibus fidelibus defunctis, ubi dicimus. Ipsi & omnibus in Christo quiescentibus & caetera. Pro nobis peccatoribus, ubi dicimus. Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam &c. Quinque petimus, duo scilicet nobis uiuis, & tria fidelibus defunctis. Duo nobis, primo scilicet ut omni benedictione caelesti & gratia repleamur, secundo ut intra sanctorum consortium admitti mereamur. Tria fidelibus defunctis, scilicet refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. quod est ibi: Locum refrigerij, lucis & pacis, ut indulgeas, deprecamur. Quinquies ergo crucem facimus, per cuius uirtutem & amorem & obtinemus, quae offerimus, & exaudimur, pro quibus rogamus, & quae petimus, impetramus.

Sacerdos quibus in missa orat.

Dubium cui sua solutio.

Quinque petita, quae nam.

De quinto ordine canonis. Cap. VII.

A In quinto ordine, ut petitionum nostrarum consequamur efficaciam, captamus beneuolentiam: utramque commedamus personam, patris. scilicet & Spiritus sancti. Patris commedamus personam per ineffabilem charitatem, ubi dicimus: per quem haec omnia Domine semper bona creas &c. Spiritus sancti personam per mirabilem scientiae profunditatem, qua ita ordinauit canonem, ut ad uerbum creationis non faciamus signum crucis, ad tria sequentia faciamus: Sanctificas, uiuificas, benedicis. Et quare? haec est causa, quia humana natura ex statu primae conditionis, nec habuit profectum uirtutis, nec stabilitatem beatitudinis. Ex prima quidem creatione pollebat naturali ratione, gaudebat arbitrij libertate: per se autem nec poterat stare,

Patris charitas ineffabilis. Spiritus sancti scientia mirabilis.

nec plicere, sine gratia adiutrice, & sine crucis uirtute. Ex se ergo labilis & caduca, ex uirtute autem sanctae crucis, & gratiae adiutricis stabilis efficitur, & beata. Propterea ad primum uerbum creationis non facimus signum crucis, ad tria sequentia facimus. Sanctificas fide, & spe, & remissione peccatorum: uiuificas sacramentis fidei, & uirtute bonorum operum: benedicis plenitudine gratiarum, & consummatione bonorum. Ideo ergo ter crucem facimus: quia per eius uirtutem, & amorem haec tria obtinemus, quibus super omnia indigemus. Personam filij per multiplicem, id est quadripartitam potestatem commendamus, ostendentes eum primo Deum naturae, secundo largitorem ueniae, tertio Dominum uirtutis, & gratiae, & fontem uiae, quarto regem gloriae. unde scriptum est: Dominus uirtutum ipse est rex gloriae. Prima potestas est, qua potest omnia de nihilo creare: secunda, qua potest peccata dimittere: tertia, qua potest gratiam & uirtutem augere: quarta, qua potest emundatos, & gloria & beatitudine coronare. Per quem haec omnia Domine semper bona creas. ecce Deus naturae. Sanctificas. ecce largitor ueniae. Viuificas. ecce fons uiae, & Dominus uirtutis & gratiae. Benedicis. ecce rex, & corona aeternae gloriae.

Christi potestas quadruplex

Pfal. 23.

De sexto ordine canonis. Cap. VIII.

In sexto ordine per eum, qui uenit in sexta aetate, & per uirtutem crucis eius iam plenius omnem ueritatem cognoscimus, & per eundem patrem honoramus & glorificamus. unde maiori sumpta fiducia & audacia, ut ad summam pacis pertingamus, omnium petitionum summam in breui colligimus, dicentes: Pater noster &c. Quinque cruces facimus, ut per uirtutem & amorem sanctae crucis quinque gradus in cognitione ueritatis ascendamus, sine quibus salui esse non possumus. Non quod gradus sint aliqui in Trinitate deitatis uel deitate Trinitatis, sed in eius fide & dilectione. unde Apostolus: Ex fide in fidem. Primus gradus fidei est aeternitas filij cum patre, secundus gradus aequalitas, tertius gradus unitas eiusdem substantiae, quartus idem modus utriusque; existendi, quintus unitas Spiritus sancti cum utroque, id est cum filio & patre.

Fidei gradus quinque.

Et notandum, quod in hoc ordine oratio dominica continetur: uade & tres quaestiones rationabiles in hoc ordine oriuntur. Prima uidelicet, quare in crucibus faciendis tanta diuersitas ostenditur. Secunda, quare corpus Domini integrum in eisdem crucibus faciendis manu teneatur. Tertia, quare in hoc ordine potius quam in aliis oratio dominica contineatur. Notandum est etiam, quod alia per ea quae sunt intelliguntur: alia per ea quae dicuntur. Sed quare diuersitas in crucibus ostenditur? Prima quidem crux ex utraque parte ultra calicem protenditur, secunda calici coaequatur, tertia infra calicem coarctatur, quarta eadem est cum prima, quinta ante calicem depingitur. In prima ergo cruce aeternitas filij intelligitur cum patre, in secunda aequalitas, in tertia unitas interna, & eiusdem substantiae, in quarta idem modus existendi utriusque, & ante mundi

Notandum.

Quare in crucibus faciendis tanta diuersitas ostenditur.

Esa. 6. mundi constitutionem, & post mundi consummationem. Unde de seraphim legitur, quod duabus alis uelabant caput, & duabus pedes, & duabus uolabant. In capite principium, in pedibus finis. Quid enim fuit ante mundi constitutionem, uel quid futurum sit post mundi consummationem, occultum est & uelatum. Duabus alis uolabant, id est ad notitiam hominum deferebant, quae in medio ad salutem hominum pertinebant. In quinta cruce intelligitur unitas Spiritus sancti cum patre & filio. In eo uero quod dicitur per ipsum, intelligitur creatio. In eo quod dicitur cum ipso, operatio. In eo quod dicitur in ipso, consummatio. Per filium enim pater creauit uniuersa, cum filio operatur, & filius cum eo, regendo & disponendo creatura. unde in euangelio. Pater meus usque modo operatur: & ego operor. Denique in ipso consummabuntur omnia. Post mundi uero consummationem cum tradiderit regnum Deo patri, & subiectus erit ei, qui sibi subiecit omnia: & cum perfecte cognosceret ab omnibus Spiritus sancti persona, & natura, tunc per filium erit Deo patri omnis honor & gloria. In creatione autem rerum, & in operatione est quidem Deo patri per filium honor & gloria, sed non omnis, donec post consummationem sicut a patre ad filium, sic a filio haereditas reuertatur ad patrem. Propterea quinta crux quando in uirtute Spiritus sancti dicitur, ante calicem depingitur, id est in oculis omnium manifestatur: post mundi enim consummationem, non tantum quomodo filius sit unum cum patre, uerum etiam quomodo Spiritus sanctus sit unum cum utroque, & procedat ab utroque, plene ab omnibus iustis cognosceretur: sicut scriptum est. Cognoscent me omnes a minimo usque ad maximum. Propterea omnis honor & gloria differtur usque in ultimum. Ideo ergo quinque cruces facimus, ut per uirtutem sanctae crucis ad uitam quinque partitam cognitionem ueritatis pertingamus. **G** Prima quaestio, quare scilicet tanta diuersitas in crucibus faciendis ostenditur: in praedictis soluta terminatur. Caeterae duae quaestiones restant soluendae. **Solutio** secundae quaestio. In sexta aetate Dominus Iesus integer & perfectus homo apparuit, & seipsum integrum atque perfectum exhibuit, & pro nobis obtulit: ideo in sexto ordine eum integra manu teneamus, id est fide integra, & opere perfecto imitari debemus: & sic cruces facimus, id est eius passionibus communicamus. **Solutio** tertiae quaestio. In sexta aetate Dominus Iesus ueniens orationem dominicam ordinauit, & docuit: & ideo in sexto ordine conuenientius, quam in alijs ponenda fuit. **De septimo ordine canonis. Cap. IX.** **S**eptimus ordo a pace incipit, & ad pacem tendit. Tria de dilectione creatoris requiruntur. Mens, manus, & lingua, haec eadem in hoc operantur. Lingua format uocem, manus pingit crucem, mens mouet utrunque, id est linguam ad formandum uocem, & manum ad pingendum crucem. Haec igitur tria sunt necessaria, id est uox orationis, &

Notandum de seraphim apud Esaiam.

Ioan. 5.

1. Co. 15.

Hier. 31.

Quare corpus Domini integrum in eisdem crucibus faciendis manu teneatur.

Quare in hoc sexto canonis oratione potius quam in alijs oratio domini calicem continetur.

Pacis fructione quomodo quis consequatur.

virtus sanctae crucis, & fides mentis, ut pertingamus ad summam pacis. Pax Domini sit semper uobiscum. Non omnis pax est Domini pax. Est enim pax inordinata, est pax simulata, est pax inquinata, & pax scelerata. Pax inordinata, pax superbiorum, qui contempto superiore obediunt inferiori, sicut Adam uxori, & ideo seipsum superiorem, & inferiorem perdidit. Secundus uero Adam maluit obedire Deo patri quam synagogae matri, & ideo seipsum recepit cum a mortuis resurrexit, & patrem seruauit, & matrem in fine recipiet. Cui synagogae matri compatiendo patri dicebat, Pater si fieri potest, transeat a me calix iste. Non tamen passionem timebat, uel subterfugere uolebat: sed quia synagogam ex sua passione perituram sciebat, affectu pietatis condolebat. Pax simulata est proditorum, qui ore & non corde loquuntur. Pax inquinata fornicatorum, & adulterorum. Pax scelerata rebellium, & schismaticorum, qui uniuersaliter ecclesiae auctoritati resistunt, & contradicunt. Unde Samuel. Peccatum ariolandi est repugnare: & quasi scelus idololatriae nolle acquiescere. Augustinus tres auctoritates ponit, primam sanctarum scripturarum, secundam generalium conciliorum, tertiam uniuersalis ecclesiae consuetudinem, dicens: Omnia, quae nulla istarum auctoritate roborata sunt, ab ecclesia penitus rescanda existimo. Pax autem Domini ordinata est, quae ordine diligit: uera est, quae neminem fallit: munda est, quae omnia inquinamenta refugit: pudica, & aeterna est, quae litem, & finem nescit. In ordine multae quaestiones oriuntur, quae Spiritu sancto reuelante soluntur. Prima quaestio, quare tres cruces secundum consuetudinem ecclesiae fiant. Secunda, quare duae secundum quandam rationem fidei sufficiant. Tertia, quare cruces istae non supra, uel extra calicem, sed tantum intus in calice fiant. Quarta est, quare tertia particula dominici corporis manu teneatur in crucibus faciendis. Quinta, quare eadem particula factis crucibus in calicem descendat. Sexta, quare duae partes extra calicem remaneant. Septima, quando dicitur Agnus Dei, cum duobus primis sit conuenientia, quare in tertio sit differentia dicendo, dona nobis pacem. **Solutio** primae quaestio. Tres uiae sunt humanae naturae, prima animae simul cum corpore, secunda animae relicto corpore, Tertia animae resumpto corpore, quae erit in resurrectione. In prima uita pax est necessaria, quae longe faciat a crimine. In secunda pax est necessaria, quae longe faciat a terrore: unde in exequijs mortuorum dicitur. Non pœnalis timor excruciet, non reorum proxima catena constringat &c. In tertia uita pax est necessaria, quae longe faciat ab utroque, id est a crimine & terrore, consummata gloria & beatitudine. Ideo ergo tres cruces facimus, ut per uirtutem crucis ad uitam triplicem pacem pertingamus. Ideo etiam semper dicimus, id est in hac triplici uita pacem alijs imploramus. **Solutio** secundae quaestio. Nulla natura redimenda erat, uel ad pacem reducenda, nisi solius hominis corpus & anima, propterea secundum hanc rationem fidei duplex crux solummodo uideatur esse facienda. **Solutio** tertiae quaestio. In septima oratione, **Quare tres cruces secundum ecclesiam consuetudinem fiant.** **Quare duae cruces secundum quandam fidei rationem sufficiant.** **Quare in septima oratione, etate,**

Mat. 26 Christi in synagoga pietas.

Autoritates sine quibus nihil est tenendum, tres quae nam sint.

L

M Quare tres cruces secundum ecclesiam consuetudinem fiant.

N Quare duae cruces secundum quandam fidei rationem sufficiant.

sequentibus exornans : prima discernens, secunda distinguens, tertia disponens, quarta exornans caelos, quinta aerem & aquam, sexta terram. Discip. Quare sex diebus fecit Deus opera sua, & septima requieuit? Mag. Senarius, quia ex partibus suis constat, signum perfectionis est: & idcirco voluit Deus sex diebus complere opera sua, ut ostenderet se in ijs, quae fecerat, nec superfluum aliquid posuisse, nec reliquisse imperfectum. Completis autem sex diebus septima demum die requieuit, id est ab opere cessauit: non quod ipse quasi fatigatus requie indigeret, sed ut nobis si secundum modum & mensuram nostram opera bona & perfecta face re studuerimus, requiem futuram promitteret. Discip. quomodo septima die Deus requieuisse dicitur, cum ipse in euangelio dicat. Pater meus usque modo operatur, & ego operor? Mag. Deus multis modis operari dicitur. Est namque opus creationis, est & opus dispositionis, est opus propagationis, & est opus gubernationis. Opus creationis ante omnem diem fecit, Opus dispositionis sex diebus compleuit. Opus propagationis usque in finem seculi non deserit. Ab opere gubernationis usque in aeternum non cessabit. Discip. Si septima die primum requieuit Deus, quid ergo egit ab initio primae diei postquam lucem fecerat usque ad exortum sequentis quando firmamentum faciebat? Mag. Si propius rem intueri velis, inuenies nequaquam Deum prima die post exordium lucis ab omni penitus opere quieuisse: quia non solum hoc, quod lux facta est ad opus eius pertinuit, sed etiam quod directa est, donec peracto circuituionis suae ambitu cursum consummauit. Primum igitur, ut opus suum a perfecto inciperet, lucem orientem fecit, & inde eam dirigens, primum vespere, deinde mane, id est primam diem compleuit. Discip. Nunquid ita de operibus reliquorum dierum intellegendum? Mag. In his ego nihil temere affirmare velim: quia etiam similiter de opere diei secundae dici possit, quod primum firmamentum inter aquas & aquas fecerit, deinde cursum eius usque ad exortum diei tertiae direxerit, tamen quia de motu firmamenti necdum certum experimentum inuenimus, huius quaestionis nodum alio si placet modo dissoluamus. Potest namque non inconuenienter dici non ita in illis sex diebus Dominus sui operis seriem continuasse, quasi nullo interim interuallo temporis opus intermiserit, sed quia nullum in operando diem intermisit. Septima autem die sic demum ab omni opere quieuisse, ut nec alia praeter ea, quae iam facta fuerant, deinceps crearet, nec aliter quam disposita iam erant (quantum ad ordinem pertinet vniuersitatis) disponeret. Neque enim aliquid postmodum numero vniuersitatis addidit, neque ordinem vniuersitatis in aliquo commutauit. Discip. Et quid, quod adhuc quotidie nouae creantur animae. Mag. Nihil tamen nouum adici dicitur: quia ipsae animae, licet de nihilo creatae nunc primum esse incipiant, tamen quodammodo etiam tunc in similitudine sua creatae fuerunt. Et ut breuiter id, quod mihi dicendum inde videretur tibi, absoluam: vniuersa tunc fa-

cta sunt, ut nihil postmodum fieret, quod prius vel in materia, vel in similitudine creatum non fuisset. DISCIP. Ultra adhuc in his operibus digna inquisitione ne video, quae quidem nolens praeterire compellor, ne forte in huiusmodi si te plus, iusto detineam: ad alia, quae restant, magis necessaria non pertingam. Nunc ergo si placet ad hominem reuertamur, ut causam creationis eius mihi admodum desideranti aperias. Quia profecto dignum est, ut qui omnia propter ipsum facta iam credimus, etiam cur ipse factus sit non ignoremus. Mag. Deus, qui summum & verum perfectumque bonum est, ita ab aeterno in se & per se beatus fuit, ut eius gloria & beatitudo, quia aeterna & incommutabilis erat, non posset minui, & quia plena, & perfecta fuerat, non posset augeri. Nullo igitur indigens, sed bonum, quod ipse erat, & quo beatus erat, cum alijs participare, & alios in illo, & per illud beatificare volens, nulla necessitate, sed sola charitate creauit rationalem creaturam, id est spiritus rationales, iussitque, ut ipsi partim in sua puritate persisterent, partim ut carne vestiti corpus humanum ad vitam & ad sensum animarent. Illis ergo spiritibus, qui corporibus sociandi erant, locum & habitationem in terra constituit. Illis vero, qui in sua puritate permansuri fuerant, mansionem in caelo collocauit. Illos quidem per dignationem in summo constituens, istos per dispensationem in imo disponens, ut & istos quique per obedientiam ab imo ad summa prouheret, & illos per obedientiam in summo confirmaret. D. quare voluit Deus spiritus sociare corporibus, cum maioris excellentiae fuissent in sua puritate persistentes? M. Voluit in illis ex creatione ostendere, quod postmodum facturus ipse in illis fuerat ex dignatione. Quia enim in rebus creatis nihil excellentius est spiritu, nihil terra infimius atque corruptibilis, dum corpori de terra facta, & corruptibilem materiam habenti, rationalem spiritum. i. animam rationalem tribuit, in vnum quodammodo consortium & societatem summis ima coniunxit, ostendens, quia quod erat corpus spiritui, hoc quodammodo spiritus erat sibi. Et sicut excellentiam spiritus infirmitati corporalis naturae coniunxerat una creationis conditio: ita humilitatem creaturae spiritalis, excellentiae creatoris sociare debuerat una pietatis dignatio. Fecit ergo (ut dictum est) corpus hominis de limo terrae, & inspirauit ei animam rationalem, quam creauit de nihilo, ut in corpore obedienter uiuentem ad consortium illorum spirituum, qui sine corpore uiuebant. i. angelorum, quandoque simul cum corpore eleuaret, & pariter utrosque ad participationem gloriae suae attolleret, quatenus & in se spiritum, & in spiritu corpus glorificaret, & quantum prius summa per dispensationem inclinauit dum conderet, tantum nunc ima per dignationem exaltaret. D. quare non creauit Deus homines simul, sicut angelos creauerat? Mag. quia uoluit, ut unum esset humani generis principium. Discip. quare hoc uoluit? Mag. Ad retundendam superbiam diaboli. Quia enim diabolus superbe aliud

Deus nullius indigens creatura creauit.

Gene. 2.

P

aliud a Deo principium esse appetijt, ut magis confunderetur eius elatio: hoc homo accepit, quatenus etiam in eo dignitatem similitudinis Dei haberet, quod sicut ille rebus omnibus creationis principium extitit, ita iste esset omnibus hominibus principium generationis: & omnes homines, dum se ab vno & vnum esse cognoscerent, omnes se quasi vnum amarent. D. Quare facta est mulier? M. In adiutorium generationis. D. Quare de viro facta est? M. Quia si aliunde fieret, vnum principium non esset. D. quare de latere facta est? M. Ut ostenderet quia in consortium creabatur dilectionis: ne si de capite facta fuisset, praefenda uideretur viro ad dominationem: aut si de pedibus, subiicienda ad seruitutem. Quia igitur viro, nec domina, nec ancilla parabatur, sed sociam: nec de capite, nec de pedibus, sed de latere fuerat producenda, ut iuxta se ponendam agnosceret, quam de iuxta se sumptam didicisset. Misit igitur Deus soporem in Adam, & tulit vnam de costis eius, & exinde mulierem fabricauit. D. quare dormienti potius quam uigilanti uoluit costam subtrahere? M. Ne putaretur illi eam poenaliter abstraxisse. D. quomodo de sola costa fieri potuit mulier? Nunquid aliquid aliud Deus illi costae ad augmentum extinsecus addidit, aut nouum aliquid concreauit, aut ipsa in semetipsa costa multiplicari cepit? Mag. Si ad mulieris corpus perficiendum illic costae Deus extrinsecus augmentum addidit (cum illud, quod addebatur, multo maius fuit quam ipsa costa, cui addebatur) inde potius mulierem factam scriptura dixisse debuit unde plures substantiae suae partes accepit. Similiter si id, quod costae in augmentum venit, de nihilo factum creditur: cur eam de viro factam dicimus, & non potius de nihilo, cum illud eius, quod de nihilo factum est, multo maius sit quam id, quod de viri substantia in corpus illius transiuit? Restat ergo ut credamus costam illam in semetipsam multiplicatam nullum extrinsecus augmentum suscepisse. Discip. quomodo potest fieri, ut aliqua res crescat, cui nihil aliunde apponitur? Mag. Plus est de nihilo aliquid facere, quam paruam substantiam in seipsam multiplicare. Discip. Certum est: quapropter ea, quae restant, prosequere. M. Factos igitur extra paradysum in paradiso posuit informans praecipis uitae & disciplinae. Discip. quare homo, qui in paradiso mansionem habiturus fuerat, extra paradysum factus est? M. Ne beneficium Dei imputaret naturae sed gratiae. D. quibus praecipis informauit Deus hominem, cum eum collocaret in paradysum? M. Duobus, id est praecipio naturae, & praecipio disciplinae. Duo namque bona praeparat Deus homini, aliud temporale, & aliud aeternum, utrumque plenum & perfectum. Alterum, id est temporale bonum, plenum in eo posuit: & alterum, id est aeternum, plenum ei proposuit. Illi quod dederat, custodiam apposuit praecipium naturae: ad illud, quod proposuerat, uiam aperuit praecipium disciplinae. Praecipium naturae continet praecipionem, prohibitionem, concessionem. Praecipium naturalis fuit discretio, per quam ei inspiratum est quae essent naturae suae necessaria. Prohibitio naturalis fuit discretio, per quam naturaliter ei insinatum

Quare unum humani generis principium Deus esse uoluit.

Mulieris are aderte & quare de uiro latere facta.

Gene. 2.

Homocur extra paradysum creatus.

Praecepta huius a Deo data duo quae.

est quae essent noxia. Concessio discretio fuit eorum, quae erant media, id est quibus uti & non uti sine incommodo potuisset. Si igitur homo per naturale praecipium imbutus negligentiam cauisset, diuina prouidentia nulla eum uolentia opprimi permitteret. Poterat namque homo per praecipium naturae conseruare bonum, quod habuit, sed per illud non potuit bonum, quod necdum habuit adipisci. Neque enim meritum esse poterat homini, si vel vitaret noxia, vel salubria appeteret, siue ad utrumlibet medijs uteretur: quoniam in his omnibus non tam percipientis affectum quam commodum obedientis attenderet. Itaque ut homo aliquid promereri posset, necessarium fuit, ut praecipium disciplinae adderetur: sed hoc neque de praecipione neque de prohibitione sumi poterat: ne si vel eadem Deus praeciperet, aut prohiberet, meritum (ut dictum est) obedienti non esset: aut si mutaret mandatum, ipse sibi contrarius fieret. Oportuit ergo, ut de concessione sumeretur, sic tamen ut per ipsum praecipium concessio non mutaretur, id est ut non praecipium naturam corrumpere, sed inobedientia praeuicatori non natura noceret. Cum autem de concessione naturali praecipium disciplinae formandum fuisset, congruum fuit magis ut secundum prohibitionem hoc fieret, ne diabolus posset obedientiam calumniari: & in vno tantum, non in pluribus, ne inobedientia ualere ab homine excusari. Si igitur homo in hac obedientia persistisset, post tempus definitum a Deo ad illud summum bonum, quod in caelis ei praeparatum fuerat, sine mortis dolore transferri debuerat cum omni prole sua in consortio beatorum angelorum aeternaliter uiuaturus. D. quare Deus indigentiam in homine esse uoluit? M. Ut inde occasionem exercitationis sumeret, & ipsa exterior indigentia interiore ei indigentiam demonstraret. Discip. Ante peccatum fuit mortalis an immortalis homo? M. utrunque potestate, neutrum necessitate: utrunque postea futurus necessitate, neutrum potestate: alterum prius per culpam, alterum deinde per gratiam. D. Vbi est paradysus? M. Cur quae quod uides? Ad orientem ingressus tuus, hoc est lignum uitae quod conspicis. Discip. quare uocatum est lignum uitae? Mag. quia talis in eo uirtus est, ut eius fructus possit uitam hominis a mortis & omnis infirmitatis molestia defendere. Discip. quod est lignum scientiae boni & mali? M. In quo praeuicatus est Adam. Discip. quare sic uocatum est? Mag. Adam antequam peccaret bonum & malum sciuit, bonum quidem & per scientiam & per experientiam, malum uero per solam scientiam. Postquam uero lignum ueritum tetigit, malum tum etiam per experientiam cognoscere cepit, non tamen natura ligni, sed inobedientia hominis scientiam contulit, dum per experientiam mali etiam bonum quam stricte fuerat tenendum agnouit. Itaque nomen hoc non ex natura, quam habuit, sed ex occasione, quam praestitit, ligno inditum esse credendum est. Discip. Quomodo praeuicatus est homo? M. Videns diabolus, quod homo per obedientiam illuc ascenderet, unde ipse per superbiam ceciderat, inuidens

Deus quare indigentiam in homine esse uoluit. Adae quoque immortalis ante peccatum. Lignum uitae, & cur sic dictum.

V

Adae quoque sic praeuicatus.

ei, & quia per violentiam ei nocere non poterat, ad fraudem se conuertit. Ne autem fraus illius, si nimis occultaretur, caueri omnino non possit, non permittitur per aliud animal tentare nisi per serpentem, ut naturalis astutia serpentis malitiam proderet tentatoris: ut per indumentum, quod foris erat, homo cognosceret quantum eius, qui intus tegebatur, versutiam cauere debuisset. D. quomodo tentatus est homo? M. Exteriori tentatione tantum. D. quae est exterior tentatio? M. Suggestio alicuius facta vel signo, vel verbo ut ille, cui sit, ad consensum peccati inclinatur. D. quae est interior tentatio? Mag. Motus primae delectationis, per quem animus ad peccandum impellitur. haec autem difficilior vincitur, quia interius oppugnans de nostro contra nos roboratur. Propterea diabolus veniam non meruit, quia nulla tentatione peccauit: Homo vero, qui exteriori tentatione pulsatus cecidit, tanto grauius plectendus erat, quanto leuiori impulsu fuerat prostratus. Et tamen, quia aliquam in cadendo (ut ita dicam) violentiam sensit, idcirco hunc tandem Dei gratia ad veniam erexit. Nos vero quanto grauiorem in peccando tentationis violentiam patimur, tanto leuiori piaculo ad gratiam amissam renouamur. Discip. quo ordine tentatus est homo? Mag. Diabolus, quia vidit mulierem utpote infirmiore, & minus ratione vigentem facilius fraude circumueniri posse, primum eam aggressus est interrogatione, volens animum eius elicere, ut ex responsione eius colligeret qualiter eam de caetero alloqui debuisset. Discip. quare non horruiit mulier serpentem loquentem sibi? Mag. quia eum nouiter creatum officium loquendi a Deo accepisse credebatur. Discip. quomodo allocutus est eam? Mag. Comedite: & eritis sicut dii scientes bonum & malum. Per tria tentauit, per gulam, per vanam gloriam, per auaritiam. Est autem gula immoderatus appetitus edendi, vana gloria amor propriae laudis, auaritia immoderatus appetitus habendi. Per gulam tentauit, cum dixit comedite. Per vanam gloriam, cum dixit: Eritis sicut dii. Per auaritiam, cum dixit: scientes bonum & malum. Discip. Vellem, ut ipsam radicem istius peccati explicares: & sicut demonstrasti mihi quo ordine patratum sit, ita etiam quid sit ostenderes. Mag. In primo homine Deus duo posuerat, videlicet appetitum iusti, & appetitum commodi: unum, id est appetitum iusti, secundum voluntatem: alterum, id est appetitum commodi, secundum necessitatem. Illum autem ideo voluntarium esse constituit, ut in eo homo promeretur, siue bene eum retinendo cum posset deserere, siue male deserendo cum posset retinere. Hunc autem necessarium propterea esse voluit, quatenus in eo remuneraretur homo, siue ad poenam si illum desereret, siue ad gloriam si illum retineret. Et idcirco illi effectum suum, id est iustitiam inseparabiliter adiunxit: isti vero effectum suum, id est modum separabilem proposuit, quatenus homo vel illo solo amisso huius & illius effectus perderet, vel illo solo retento huius & illius effectum retineret. Sed homo hoc so-

lum, quod potuit fecit: & quia appetitum iusti sponte dereliquit, idcirco iuste & iustitiam & modum perdidit, solum appetitum commodi ad augmentum infelicitatis retinendo: quia sicut augmentum gloriae fuisset in iustitia perseveranti non posse ab amore habito boni tepescere, ita modo cumulus miseriae est ab appetitu boni non posse se (quamuis illud adipisci nequeat) cohibere. Discip. Vtrum volens an nolens deseruit homo appetitum iustitiae? Mag. Si nolens deseruit, violentia potius appellanda est quam culpa: si autem voluntas praecessit in eo dicitur, iam ipsa desertio iustitiae primum peccatum fuisse negatur: nec poterit inueniri unde talis voluntas ei aduenerit, ut vellet bonum deserere: quia nec a semetipso velle aliquid potuit, nec a Deo quicquam praeter modum & iustum velle potestatem accepit. Discip. Tamen cum deseruit voluisse credendus est, quod fecit. Mag. Recte hoc dices, si definire aliquid esset facere. quia autem ille non velle cepit, quod prius noluit, sed tantummodo, quod prius voluit, velle desiit, non necesse est, ut hoc aut volens, aut nolens fecisse dicatur. Voluit tamen aliquid, quod volendo quia cum isto velle non potuit, desiit istud velle quod uoluit. Nec ideo illud voluit, quia velle desiit: sed potius ideo istud velle desiit, quia illud voluit. Discip. quare ergo magis dicitur peccasse in eo, quod istud velle desiit, quam in eo, quod illud velle incepit? Mag. quia si hoc velle non desineret, siue illud, siue aliud uolendo, nunquam peccare potuisset. Discip. quid est ergo iustitia? Mag. Mensura in appetitu commodi. Discip. quid est appetitus iustitiae? Mag. Amor mensurae. Discip. quid ergo voluit, ut hoc velle desineret? Mag. Voluit aliquid extra mensuram. Discip. Nunquid & hoc velle peccatum non fuit? Mag. Non quod hoc voluit peccatum fuit, sed quod hoc uolendo mensura uolendi, id iustitiae appetitum amisit. Discip. quid voluit extra mensuram? Mag. Similitudinem Dei appetiit. Peccauit itaque homo in hoc, quod deseruit appetitum iusti: & punitus est in retento appetitu commodi. Discip. quomodo? Mag. Dupliciter punitus est in appetitu commodi: siue cum ab his quae ordinate appetit restringitur, siue quia ad inordinata commoda appetenda relaxatur. In altero est poena, in altero est poena & culpa. Discip. Unde venit homini, ut appetat inordinata? Mag. A poena peccati. Discip. Modum requiro. Mag. Deus fecerat primum corpus hominis sanum & integrum. Integrum quidem, quia nihil ei deerat ad perfectionem: sanum, quia nihil inerat ad corruptionem. Sed in utroque talem conditionem posuerat, ut nec integritas, nec sanitas sine adminiculo posset conseruari. Itaque in rebus creatis forinsecus quaedam ordinauit, quae ad conseruandam, atque tuendam incolumitatem siue integritatem eius valere potuissent. Horum autem praesentandorum curam & officium spiritui, qui corpori praesidebat, iniunxit. Ne uero in illo exequendo, si ex sola hoc praerceptione non est ex amore impleveret, seruilis conditione premeretur, dedit ei Deus affectum, quo corpus

X Tentatio Ada. Exterior tentatio. Interior tentatio.

Tentationis protoplasti ordo.

Y Mulier quare non horruiit serpentem. Gene. 3. Diabolus hominem per quae tria tentauerit.

Z

A Appetitus multiplex.

B Peccatum Ada.

corpus suum amaret: ut sicut eius integritatem & sanitatem diligeret, sic etiam omnia, quae ad illam conseruandam valeret, libenter prouideret. Rursum ne vel in illis querendis labor esset vel in sumendis periculum, indigentiam simul, & appetitum carnalem certa mensura temperauit, quatenus ei ad fomentum & pauca sufficere possent, & ad satietatem modica. Itaque prudentia carnis non tam labor quam oblectamentum, & exercitatio futura foret, si homo iustitiam tenuisset. Sed quia spiritus supra elatus appetitum suum intra mensuram cohibere noluit, idcirco meruit, ut iam subitus per infinitos labores dissipatus in appetitu carnis suae mensuram tenere non possit. Fregit enim Deus mortalitate integritatem corporis humani, & ob hoc pluribus iam fomentis indiget quam prius, tam ad reparandam incolumitatem quantum perierit, quam ad conseruandum quantum remansit. Hinc illa dura necessitas gignitur, ut extra ordinem natura appetitum extendat: ut non solum naturam custodiat, sed etiam vitium naturae expellat. Spiritus enim sicut ei naturaliter datum est commodum carnis suae diligere, sic naturaliter etiam habet, ut eius incommodum non possit amare. Scien dum tamen est, quod haec necessitas concupiscendi non ideo culpa non est, quia necessitas est: quia ut esset haec necessitas non necessitas causa fuit, sed voluntas. Hoc tamen de omnibus veraciter dici potest, quod nihil anima appetit quantumlibet inordinatum videatur nisi propter aliquod commodum vel conseruandi boni, vel mali remouendi: sicut verbi gratia, dum coitum appetit, extinguere cupit carnis pruriginem: dum cibum appetit, vel potum, gulae ardorem. D. Si omnis appetitus commodum appetat, commodum autem suum appetere tam in bono conseruando, quam in remouendo malo naturae datum sit, ut quid haec concupiscencia homini in culpam reputatur? M. Non ideo peccat, quod commodum suum appetit, sed quod inordinate appetit. D. Non potest inordinate non appetere? M. non potest. D. Quare non potest? M. Propter infirmitatem suam. D. Quare infirmatus est? M. Quia Deus integritatem naturae passibilitate mortalitatis confregit. D. Quare hoc fecit? M. Video quo tendas. D. Quae tamen causa fuit? M. Culpa hominis. D. Ergo per culpam suam ad hanc necessitatem venit. M. Ita est. D. Non igitur eum excusat ista necessitas? M. Non potest excusare. D. Sed quid faciet? M. Quaeat adiutorium gratiae & dicat, de necessitatibus meis erue me Domine: sicut dicit Apostolus, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. D. Ergo homo nisi per gratiam Dei liberari non potest. M. Non potest. Dicimus enim, quod homo in appetitu iusti derelicto sponte peccauerit, in appetitu commodi retento dupliciter punitus sit, siue quia ab ordinatis commodis restringitur, siue quia ad inordinata commoda relaxatur. In altero poena, in altero poena & culpa. Quia igitur homo tali poena multatus est, per quam culpa non purgaretur, sed cresceret: nisi fuisset li-

C An possit homo inordinate non appetere.

D Psal. 24. Rom. 7. Gratia homini necessaria.

E

F

G

H

Poenitentia concessus homini locus.

Poenitentia spatium quodammodo.

Loca quatuor.

Paradisus.

Caelum.

Infernus.

Mundus.

Index futurus nunc consiliator est.

Christus quare aduentu suo in nouissima desule rit te poena.

beratus per gratiam, per hanc poenam ad poenas damnationis aeternae merito descendisset. Itaque dilatum est iudicium eius, ne damnandus inueniretur. Et quia eum Deus ad salutem praedinauerat, locum & spatium correctionis, & poenitentiae concessit, quatenus eum interim per gratiam suam talem efficeret, quem tandem non solum misericorditer, sed etiam iuste ad salutem iudicare potuisset. D. Quis est locus poenitentiae, quem Deus concessit homini? M. Mundus iste. D. Et quod est spatium poenitentiae? M. Vita praesens, id est ab initio mundi usque in finem seculi. D. Satis magna sunt induciae istae: sed velim, ut dicas adhuc quare mundum istum voces locum poenitentiae. M. Quatuor sunt loca: vnus, in quo est solum bonum & summum bonum: & vnus, in quo est solum malum & summum malum: vnus, in quo est solum bonum, non tamen summum bonum: & vnus, in quo est bonum & malum, nec summum bonum, nec summum malum. D. Vellem, ut exempla singulorum proponeres. M. In caelo est solum bonum & summum bonum. In inferno est solum malum & summum malum. In paradiso est solum bonum non tamen summum bonum. In mundo est bonum & malum, nec summum bonum, nec summum malum. D. Quare distinxisti loca ista? M. Paradisus est locus inchoantium, & in melius proficientium: & ideo ibi solum bonum esse debuit, quia creatura a malo initianda non fuit: non tamen summum, ut esset in quo illi, qui initiabantur, proficere potuissent. Caelum est locus confirmatorum bonorum, & per disciplinam ad summum profectum pertinentium. Vnde solum summumque bonum in eo collocatum est. Infernus est locus confirmatorum malorum, & disciplinam irrecuperabiliter deserentium: & ideo ibi solum & summum malum positum est. Mundus est locus errantium & reparandorum: & ideo simul bonum & malum in eo ordinatum est, ut per bonum quidem consolationem accipiant, per malum uero correctionem. Non tamen summum bonum aut summum malum ibi est, ut sit quo & persistentes in malo deficere, & recedentes a malo proficere possent. Caelum igitur est in summo, infernus est in imo, in medio paradisi, inter imum & medium mundus. Homo igitur, qui a medio ceciderat (quia ad reparationem expectabatur) inter imum & medium collocandus erat. D. Ecce diu expectatur homo: & quid faciet? M. Non poterit inuenire consilium euadendi. D. Quid ergo prodest iudicium differri, si homo non potest liberari? M. Per se non potest. D. Per quem igitur? M. Ille, qui per gratiam suam differt iudicium, oportet interim, ut per eandem gratiam ostendat euadendi consilium. D. Ergo iudex reo consilium dabit? M. Deponet interim personam iudicis, & assumet personam consiliatoris. D. Quando ueniet? M. In temporibus nouissimis. D. Quare tantum differt aduentum suum? M. Ut permittat prius homini experiri defectum suum. Venient prius Patriarchae, & prophetae, & legesatores, uenient iusti, & sapientes, quarent, & non inuenient, laborabunt & deficient, promittent multi,

& nulli ostendit. Cum autem omnes defecerint, & multis promissionibus multis etiam verbis prolatis siluerint, tunc ipse proferet unum verbum, & dabit consilium. D. Quod consilium dabit? M. Nunquid ego conscius sum secretorum Dei? Secretum est & absconditum hoc consilium a saeculis. D. Tamen temporibus nouissimis manifestum. Praeterea si nos ad redemptionis sortem pertinere volumus, iustum est ac decens, ut eius redemptionis nostrae modum non ignoremus. M. Consilium hoc in eo fuit qualiter homo iuste, vel a potestate diaboli eripi, vel Deo posset reconciliari. D. Desidero admodum scire qualiter hoc fieri potuerit. M. Causam hominis prius considera, & tunc facile poteris videre qua iustitia sit liberatus. D. Et ipsam mihi demonstrari cupio. M. Causa hominis aduersus duos consistit, id est aduersus Deum, & aduersus diabolum: quapropter non te pigeat, si hanc ipsam causam quasi sub trium personarum conformatione explanem. D. Totum me in expectatione posuisti. M. Tres in causam veniunt, homo, Deus, & diabolus. Diabolus Deo iniuriam fecisse conuincitur: quia seruum eius, id est hominem, & fraudulenter abduxit, & violenter tenuit. Homo iniuriam fecisse conuincitur Deo, quia & praecipuum eius contempsit, & se sub manum alienam ponens suae seruitutis damnum illi intulit. Item diabolus homini iniuriam fecisse conuincitur: quia illum & prius bona promittendo decepit, & post mala inferendo laesit. Iniuste ergo diabolus tenet hominem, sed homo iuste tenetur: quia diabolus nunquam meruit, ut hominem sibi subiectum premeret, sed homo meruit per culpam suam, ut ab eo premi permitteretur. Licet enim ignoraret falsum esse, quod diabolus promissit, non tamen ignorauit, quod illud (etiam si verum esse) contra creatoris voluntatem concupiscere non debuit. Iuste ergo homo subiectus est diabolo, quantum pertinet ad culpam suam: iniuste autem, quantum pertinet ad diaboli fraudulentiam. Si ergo homo talem patronum haberet, cuius diabolus in causam adduci posset, iuste dominus eius homo contradiceret: quia nullam diabolus causam iustam habuit, quare sibi ius in homine vindicare debuerit. Patronus autem nullus talis inueniri poterat, nisi Deus. Sed Deus causam hominis suscipere noluit: quia homini adhuc pro culpa sua iratus fuit. Oportuit ergo, ut prius homo Deum placaret, & sic deinde fiducialiter Deo patrocinante cum diabolo causam iniret. Sed Deum rationabiliter placare non poterat, nisi damnum, quod intulerat, restitueret, & de contemptu satisfaceret. Homo vero nihil habuit, quod digne Deo pro ablato damno recompensaret: quia si quid de irrationabili creatura redderet pro rationabili sublata minus esset. Sed nec hominem pro homine reddere potuit: quia iustum & innocentem abstulerat, & neminem nisi peccatorem inuenit. Nihil ergo homo inuenit unde Deum sibi placare posset: quia siue sua, siue seipsum daret, digna recompensatio non esset. Videns ergo Deus hominem sua virtute iugum damnationis iuste euadere non posse, miseratus est eius: &

primo gratuito praeuenit eum per solam misericordiam, ut deinde liberaret per iustitiam, hoc est, quia homo ex se iustitiam euadendi non habuit. Deus homini per misericordiam iustitiam dedit. Neque enim ereptio hominis perfecte rationabilis esset, nisi ex vtraque parte iusta fieret, hoc est, sicut Deus iustitiam habuit hominem requirendi, ita & homo iustitiam haberet euadendi. Sed homo hanc iustitiam nunquam habere potuisset, nisi Deus ei per misericordiam eam tribuisset. Ut ergo Deus ab homine placari posset, dedit Deus gratis homini quod homo ex debito Deo redderet. Dedit ergo homini hominem, quem homo pro homine Deo redderet, qui (ut digna recompensatio fieret) priori non solum aequalis, sed & maior esset. Ut ergo pro homine redderetur homo maior homine, factus est Deus homo pro homine, & dedit se homo homini, ut se acciperet ab homine. Incarnatus est Deus Dei filius, & datus est hominibus Deus homo Christus: sicut Esaias ait. Puer natus est nobis & cetera. Quod ergo homini datus est Christus, Dei fuit misericordia: quod ab homine redditus est Christus, hominis fuit iustitia. In natiuitate enim Christi iuste placatus est Deus homini: quia talis homo inuentus est pro homine, qui non solum (ut dictum est) par, sed & maior esset homine. Ideo in natiuitate Christi angeli pacem mundo nuntiant dicentes: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Sed adhuc supererat homini, ut sicut restaurando damnum placauerat iram, ita quoque pro contemptu satisfaciendo dignus fieret euadere poenam. Sed hoc conuenientius fieri non poterat, nisi ut poenam, quam non debebat, sponte & obedienter suscipere, ut de poena, quam per inobedientiam meruerat eripi dignus fieret. Hanc autem poenam homo peccator soluere non poterat, qui quamcumque poenam suscipere, non nisi digne & iuste (propter primi contemptus reatum) sustineret. Ut ergo homo iuste poenam debitam euaderet, necesse fuit, ut talis homo pro homine poenam suscipere, qui nihil poena debuisset. Sed talis nullus inueniri poterat nisi Christus. Christus igitur & nascendo debitum hominis patri soluit, & moriendo reatum hominis expiavit: ut cum ipse mortem pro homine (quam non debebat) sustineret, iuste homo pro ipso mortem, quam debebat, euaderet: & iam locum calumniandi diabolo non inueniret, quia & ipse homini dominari non debuit, & homo liberari dignus fuit. Idem itaque & iudicium nostrum, & causam nostram fecit. Vnde Psal. Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam. Causam nostram fecit: quia debitum patri pro nobis soluit, & moriendo reatum expiavit. Iudicium vero: quia descendens ad inferos, & portas mortis frangens, captiuitatem, quae ibidem tenebatur, liberauit. Iudicium ergo diaboli aduersus Deum factum est statim in principio saeculi, iudicium hominis aduersus diabolum in passione Christi, iudicium hominis aduersus Deum differt usque in finem saeculi. Et ideo homo si prius per Christum Deo reconciliari uoluerit, potest iudicium suum sine timore damna-

Esa. 9.

Luc. 2.

Christus natiuitate sua, et morte qua magna operatus.

Psal. 9. Christus quando iudicium nostrum, & causam nostram fecerit.

damnationis prestolari. D. Hic congrue debuera modos iustificandi distinguere, quatenus ea, quae hic de iudicio dicta sunt, ex aliorum collatione valeam & manifestius discernere, & uerius approbare. M. Quatuor sunt iudicia, videlicet secundum praescientiam, secundum causam, secundum operationem, secundum retributionem. Secundum praescientiam iudicati fuimus, antequam essemus. Secundum causam iudicamur ex quo esse incipimus, quando boni & mali sumus. Secundum operationem iudicamur, quando operibus foris ostendimus quales intus apud nos sumus. Secundum retributionem iudicabimur, quando in percipiendam mercedem operum cognoscemus, quales ab aeterno apud Deum praescripti fuimus. Ex his quatuor iudicijs duo sunt occulta, iudicium secundum praescientiam, & iudicium secundum causam, & ideo in eis humanum iudicium non recipitur. Duo manifesta, id est iudicium secundum operationem, & iudicium secundum retributionem: in quorum altero hoc est iudicio secundum operationem, hominibus a Deo in praesenti iudicandi potestas datur: alterum vero, hoc est iudicium secundum retributionem, non ab hominibus, sed a Deo coram hominibus iudicabitur. Sed iudicium secundum praescientiam occultum est, & immutabile. Iudicium secundum causam occultum, & mutabile. Iudicium secundum operationem manifestum, & immutabile. Iudicium secundum retributionem: quia illud manifestat causam, et praescientiam innuit: hoc vero manifestabit causam, et confirmabit praescientiam. D. Quid ad nos pertinet quod Christus diabolum vicit? M. Christus propterea filius hominis dicitur: quia humana natura, quae in primo parente per peccatum senauerat, in Christo renouata quae ad iuuentutis robur restituit: et iustum fuit etiam secundum legem, ut pro patre decrepito, et quasi per defectum aetatis debili, filius validior robore contra tyrannum congressum faceret, et ut eius victoria non ipsi sed illi praecipue, pro quo pugnauerat, ad libertatem valeret. Nam et idcirco filius Dei filius hominis fieri voluit, ut illud de homine sumeret, in quo homo pro homine diabolum superaret. D. Nunquid non etiam ante passionem Christi fuerat diabolus a quibusdam hominibus eiectus? M. Fuerat, non tamen nisi per passionem. D. Quomodo potest hoc fieri? M. Sicut passio Christi nunc praeterita credentes sanctificat, ita tunc futura credentes sanctificabat. D. Qua ratione poteris hoc confirmare? M. Quid verbum incarnatum dixerim, nisi regem, qui hunc mundum intrauit per assumptam humanitatem cum diabolo bellaturus, & eum exinde quasi tyrannum, & violenter in alieno dominantem expulsurus? Et quid omnes priores sanctos, qui ante incarnationem ab initio fuerunt electi appellauerim, nisi milites quosdam optimos regem venturum in acie praecedentes, ipsis quibus tunc sanctificabantur sacramentis quasi quibusdam armis muniti atque praecincti? Quid item eos,

Filius Dei cur filius hominis fieri voluit.

Passio Christi futura credentes sanctificabat, sicut modo praeterita credentes sanctificat.

Christiani quada esse caperunt.

Epa tria

Insa 3

Q

Qua arma, quos hostes habuerint: ubi, & quando, & qualia bella gesserint: quomodo vicerint: quae postremo praemia (victoria consummata) perceperint. M. Postquam primus parens generis humani propter inobedientiam culpam a paradiso exulans in hunc mundum venit:

venit: diabolus ius tyrannicum in illo exercens, si cut prius fraudulenter seduxerat, ita postmodum violenter possidebat. Sed Dei providentia, quae hunc ad salutem disponebat, sic iustitiae rigorem per misericordiam temperavit, ut eum ad tempus quidem ab illo premi permetteret, & tamen ne ab illo in aeternum premeretur, ex ipsa ei poena remedium prepararet. Itaque iam tunc ex ipso mundi exordio sacramenta salutis suae homini proposuit, quibus eum sub expectatione futurae sanctificationis consignaret: quatenus ea quisquis fide recta & spe firma propter obedientiam institutionis divinae perciperet, etiam sub iugo positus ad consortium libertatis pertineret. Proposuit itaque edictum informans & hominem erudiens, ut quicumque eum salvatorem atque liberatorem expectare eligeret, eiusdem suae electionis votum in perceptione sacramentorum eius approbare debuisset. Proposuit & diabolus sacramenta sua, quibus suos sibi alligaret, quatenus ab illis, qui eius imperium detrectabant, quanto eos manifestius discerneret, tanto securius detineret. Coepit ergo genus humanum mox in partes contrarias diuidi, alijs diaboli sacramenta suscipientibus, alijs vero suscipientibus sacramenta Christi; & factae sunt duae familiae: una Christi, altera diaboli. Diabolus ergo videns, quod generis humani propago, quam in radice nascendo prodiret, non tamen tota in eadem renascendo innouata persisteret, statuit per eos, quos possidebat, illos, quos amittebat, persequendo premere, tanto tunc amplius ad inferendam violentiam praesumens, quanto se prius meminerat fraudulenta praualuisse. Verum haec maligni versutia machinatio, diuinam misericordiae dispensatio fuit, ut videlicet homo confirmatus per gratiam contra eum iustitiam suam defenderet, quam per eum prius seductus deseruit. In quo nimirum conuenienter etiam superbia tyranni confunditur, quod modo hominem mortalem & infirmum per tormenta superare non preualeret, quem antea nulla infirmitate circumdatum sola persuasione seduxit. Tam diuersa igitur intentione opus vnum perficitur, cum diabolus suos milites ad persecutionem & violentiam, Christus vero suos ad patientiam exhortatur. Quia autem diabolus ab initio siue per se siue per suos non ob aliud bonos impugnat, nisi ut eis iustitiam tollat: & boni non aliud per hanc pugnam exigunt, nisi ut suam iustitiam non amittant: patet profecto quod ipse, cum non valet quod vult ad effectum perducere, semper a bonis vincitur, etiam si foris praualuisse videatur. Ergo cum milites diaboli exterius violentiam inferunt, milites Christi interius per patientiam vincunt. Disci. Ergo sacramenta Christi arma sunt? Mag. Non solum arma, sed & medicamenta. Discip. Quomodo? Magist. Medicamenta sunt; quia sanant infirmos: arma, quia protegunt sanos. Discip. Quid est sacramentum? M. Sacrae rei signum. D. Quot modis fiunt sacramenta? M. Tribus, id est rebus, verbis, factis: Rebus, ut in aqua, in pane, in vino, in sale, in cinere, in oleo, in igne, & in ceteris huiusmodi. Verbis,

vt est Trinitatis inuocatio, & alia quae in benedictionibus, siue consecrationibus, vel coniurationibus virtutem diuinam habentia verba proferunt. Factis, ut est crucis signaculum, incuruatio genuum, expansio manuum, & cetera quaecunque talia sunt. D. Quare dicitur sacramentum sacrae rei signum? M. Quia per id, quod foris visibile cernitur, aliud interius inuisibile significatur. Verbi gratia. Vt per aquam remissio peccatorum, per ignem, ardor charitatis, per oleum misericordia, per sale, sapientia: &c. D. In talibus ergo salutem quaeret homo, cum ipse rationalis sit, & dignior in conditione sua rebus insensatis? Quomodo ista salutem dare possunt, & languoribus animarum mederi, cum ipsa sint corporalia, nihil praeter speciem visibilem habentia? M. Est prorsus aliud ibi praeter, id quod oculis corporeis cernitur: & ipsum est, quod inuisibiliter peccatorum maculas mundat, & languoribus animarum medet. D. Illa ergo virtus vnde venit? M. Non ex illius natura, quod ibi visibile cernitur, sed ex operatione Spiritus sancti, qui in illo visibili inuisibiliter operatur. D. Nonne hanc eandem virtutem ad reparationem hominis sine exhibitione vel adminiculo rerum corporalium Spiritus sanctus praestare potuisset? M. Possit utique si vellet. D. Quae ergo causa fuit, ut ista instituerentur, ut homo quali in istis, quae inferiora sunt & indigniora, iuberetur salutem quaerere, cum solus Deus sit, a quo homo salutem & debeat quaerere & possit sperare? M. In istis, non ab istis iubetur homo salutem quaerere: sicut vt eam cum adeptus fuerit, sciat se ab illo, qui ea in istis quaerere iussit, accepisse. D. Dic ergo cur praecipit Deus homini in eiusmodi rebus salutem quaerere? M. Vt humiliaret homo, & erudiretur. Humiliaretur quidem, dum cogitur nunc iacens in inferiori bonum suum quaerere, quod prius cum staret, a suo superiori contempsit accipere. Congruum ergo praecedentis superbiae morbo, subsequentis humilitatis medicamentum apponitur, ut videlicet homo, qui prius Deum (perniciose elatus in semetipso) despexerat, postmodum salubriter humiliatus sponte se etiam in sensibilibus rebus pro Deum subternat. Ad doctrinam etiam sacramenta propofita sunt homini, vt per ea, quae exterius aguntur, quid sibi interius exhibeat, possit agnoscere. D. Ergo in oī sacro plus esse credendum est, q̄ id qd̄ solum videri & corporali sensu percipi pot̄? M. Quo ibi sunt: vnū, quod exterius sensu corporali percipimus, qd̄ proprie sacrum, i. sacrae rei signum dicitur: alterum, quod non videmus, sed credimus, quod recte res siue uirtus sacramenti nominatur. D. Quid interest inter signū & sacrum? M. Signum solum ex institutione significat, sacrum et ex similitudine representat. Item signum rem significare pot̄, non conferre. In sacro aut̄ non sola significatio est, sed et efficacia, vt videlicet simul & ex institutione significat, & ex similitudine representet, & conferat ex sanctificatione. D. Vtrum pot̄ aliquod sacramentum pro signo accipi? M. Improprie pro sola significatione sacrum vocatur. D. Quid si dixerimus illas veteris legis figuras signa tm̄ fuisse futurorum, non sacra: & spiritalem gratiam (quae in illis dabatur) median-

mediantibus ijs, quae futura erant, sacramentis fuisse collatam? M. Si quis sacramenta priora effectū sanctificationis habuisse negauerit, non mihi recte sentire videtur. in hoc tamen dignitatem sequentium indubitanter praefereamus, quod illa & visibilia, & signa visibilia fuerunt: ista vero cum sint visibilia, ipsa quidem tantummodo inuisibilis gratiae sacramenta sunt. Idcirco sacramenta gratiae primum per inuocationem Trinitatis sanctificationem in se suscipiunt, ac deinde sanctificationem conferunt, vt sint ex sanctificatione sanctificantia, atque hoc ex sua sibi que coelitus indita sanctificatione conferant, quod illa per haec conferre consueuerant ex sola horum significatione. Disc. quae sunt illa, sine quibus salus ab initio haberi non potuit? M. Triasunt: id est fides, & sacramenta fidei, & opera bona: quae a principio ad obtinendam salutem homini propofita videntur. His milites Christi semper vsi sunt, in fide robur, in sacramentis fidei arma, in operibus bonis tela accipiente, quibus contra diabolum pugnauerunt. Sanē quemadmodum neque robur inermi, neque arma sine viribus, aut tela, contra fortem armatum prodesse possunt dimicanti, ita quidem fides sine operibus, & sacramentorum sanctificatione, & rursus sine fide sacramenta aut opera salutis effectum non habent. D. quid est fides? M. Paulus dicit fidem esse substantiam rerum sperandarum, argumentum non apparētium. Disc. qualiter hoc accipiendum putas? M. quaecunq; vel futura, nec dum sunt, vel praeterita iam esse desierunt, vel praesentia veritatem sui a sensibus nostris siue cognitione abscondunt: haec omnia quantum attinet ad nos quodammodo non sunt, sed quia per fidem de his omnibus quasi existentibus praesentibus quadam in nobis certitudo nascitur, non immerito ipsa fides & non existentium substantia, & non apparentium argumentum appellatur. Porro illud considerandum est, quod sola fide nemo potest placere Deo, nisi charitas illi sociata fuerit, ut sit videlicet fides operans ex dilectione. Attamen fides fundamentum quodammodo est, & principium boni in homine, de qua charitas nascitur, de charitate autē spes generatur: quia fides ad cognitionem pertinet, charitas vero amor, spes fiducia est. D. Breuiter velim, vt horum definitione propofita, ipsa mihi manifestius distingantur. M. Fides est voluntaria absentium certitudo supra opinionem, & infra scientiam constituta. Charitas est amor Dei propter ipsum, & amor proximi propter Deum, Spes est fiducia futurorum bonorum ex gratia Dei, & bona conscientia. In hoc etiam fides & spes differre videntur: quod fides de praesentibus praeteritis simul & futuris esse potest, spes de solis futuris; fides de nostris & alienis, spes solummodo de nostris: fides de bonis & malis, spes de solis bonis. D. quid est sacramentum fidei? M. Duobus modis intelligi potest sacramentum fidei: siue ipsum sacramentum, quod est fides: siue sacramentum fidei, id est fidelium, quo fideles vtuntur & sanctificantur. D. qua ratione fides sacramentum dicitur? M. Sicut sacramentum baptismi cum dicitur, non aliud sacramentum quam ipsum, quod est baptismus, si

gnificatur; ita & sacramentum fidei ipsam fidem, quae sacramentum est, nonnunquam accipere solemus. Porro caetera omnia ideo sacramenta fidei dicuntur, quod ad eos tantum, qui fidem habent, sanctificandos instituta sint. Ipsa vero fides (vt dictum est) sacramentum est, propterea quod sicut in baptismo, & in alijs sacramentis aliud est, quod foris ostenditur, atque aliud spiritualis virtus, quae intus exhibetur: sic aliud est fides, qua nunc (sicut dicit Apostolus) Deum quasi per speculum in enigmate cernimus, atque aliud visio manifesta, qua eum postea facie ad faciem contemplantibus visuri sumus. Fides igitur sacramentum est visionis futurae, & ipsa visio virtus est eius sacramenti, quod est fides. D. Doceri nunc velim quae res ad fidem pertineat. M. Duo sunt, creator & creatura. Haec sana fides ita discernere debet, vt nec creaturam diuinitate creatoris attribuat, nec creatori infirmitatem creaturae ascribat, id est nec Deum concludat tempore, nec creaturam tendat aeternitate. Nam quodlibet horum fiat, fides necesse est detrimentum patiatur. Sequitur autem, vt fides, cum recte inter creatorem & creaturam diuiserit, recte etiam offerre studeat creatori honorem suum tribuendo, vt videlicet confiteatur omnia ab ipso, & per ipsum facta esse, ipsum vero non aliunde, sed a semetipso sine principio & sine subsistere. Deinde sequitur tertium, vt videlicet eum, quem creatorem confiteretur omnium, credat etiam & expectet hominum saluatorem. Et vt breuiter perstringamus, haec sunt, quibus nihil vnquam minus recta fides habere potuit, vt vnus Deus credatur, factor omnium, & hominum saluator. Nam illi, qui creaturam pro Deo colentes gemino errore decepti, vel creaturam aeternam, vel Deum temporalem esse credebant: quid isti aliud fecisse dicendi sunt, quam excellentiam factoris operi, & infirmitatem facturae tribuisse creatori? Rursus philosophi Gentilium, quia fidem de Salvatore non habebant, quamuis inter creatorem & opus suum discernendum minime fallerentur, nequam tamen fideles appellandi sunt, quia fidei Saluatoris non habuerunt. D. qualem fidem habuerunt antiqui de Salvatore venturo, maxime ijs, qui circa primordia seculi existentes nondum adhuc scripturas, in quibus aduentus eius promittebatur, acceperant? M. non necesse est, vt dicamus omnibus, qui tunc fideles erant, aduentum eius in carnem, crucem & resurrectionem manifeste reuelatum fuisse: cum etiam Apostoli, qui eum praesentem in carne viderunt (quorum fides & iustitia ab ipso Salvatore praedicatur) hoc ignorasse legantur. Credebant tamen se saluari per eum quomodo & quando ei placuisset: sed quod morte illius redimendi essent (exceptis paucis, quibus hoc a Deo reuelatum fuerat) eos ignorasse ex hoc patenter ostenditur, quod & Petrus Domino mortem suam praedicanti contraire nititur, & caeteri Apostoli omnes in morte ipsius desperasse potius leguntur, adeo vt ipsi propter crucem iam desperantes dicerent: Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. Qui enim ipso viuente redemptionem sperauerant, postea autem ipso moriente desperant, patenter ostendunt.

Familia
duae magnae
vna Christi
sua, altera
diaboli.

Sacramen
ta sunt ar
ma, & me
dicamenta.
Quid sit sa
cramentū,
& quotu
pliciter
fiat.

Salus sine
quibus fie
ri nequeat.

Heb. 11
B
Quid sit fi
des.

Homo fide
sola Deo
non placet.

Fidei diffi
nitiō chari
tatis diffi
nitiō.

Fides qua
ratione sa
cramentū
dicitur.

1. Co. 11

E

Mat. 16

Luc. 24

F dunt, quia quod per mortem eius redimendi fuerant nescierunt. **D.** An hoc illis prioribus sufficere poterat ad salutem, ut crederent eum creatorem omnium, & saluatorem expectarent veterum? **M.** Poterat hoc eis tunc sufficere cum ceteris, sine quibus (ut dictum est) fides placere non poterat in iisduntaxat, qui tempus bene operandi habebant, id est cum susceptione sacramentorum, & exercitatione bonorum operum per charitatem & spem fide roboratam. **D.** Ergo postea creuit fides? **M.** duobus modis creuit fides, per constantiam & cognitionem. Alij fidem habent cognitione magnam, & paruam constantiam: Alij cognitione paruam, & constantiam magnam. Apud Deum autem pretiosior est magna fidei constantia, quam cognitio magna. Antiqui igitur sancti fidem habebant plures cognitione paruam, & magnam constantiam: sicut e contrario nunc multi fidem habent cognitione magnam, & constantiam paruam. **D.** Quae sacramenta erant sub lege naturali? **M.** Oblationes, & sacrificia, & decimae. **D.** Quae ratione haec sacramenta vocantur? **M.** Quia sacra rei signa sunt. **D.** Cuius? **M.** Remissionis peccatorum. **D.** Quomodo? **M.** Substantia hominis duplex est: alia interior, quae ipse est: alia exterior in rebus, quas possidet. Voluit ergo Deus, ut homo de exteriori substantia sua sibi oblationem faceret: ut iusta recompensatione, dum id, quod exterius a Deo acceperat, deuote redderet, id, quod interius de semetipso perdidit, Deo tribuente recuperaret. Per fidem, ergo, & oblationes, siue sacrificia tunc remissionem peccatorum acceperunt quicumque veterem hominem deponentes, hoc est Adam, membra noui, id est Christi facti sunt. Idem namque in illis oblationes, & sacrificia fide mediante operantur, quod postea sub lege scripta circumcisio, aut sub gratia baptismus, videlicet ut & ipsi ab omni peccato siue originali siue actuali iustificati, inter membra illius computarentur, cuius fide & sacramentis sanctificabantur. Eandem quippe passio Saluatoris praecedentibus sacramentis, id est siue oblationi sub naturali, siue circumcisio sub lege scripta, virtutem & efficaciam sanctificationis contulit, quam subsequenter & succedentibus confert: hoc solo excepto, quod sacrificia & oblationes non ita sub naturali lege quemadmodum circumcisio sub scripta, & baptismus sub gratia ad necessitatem salutis, sed ad cultum deuotionis fiebant, sola tunc fide iustificante & purificante credentes. Et rursum hoc etiam in circumcisio: excepto quod illi priores patres quamlibet iusti & Deo placentes ante datam hostiam regni caelestis ianuam intrare non poterant, sed tantum in sinu Abraham, id est in requie tranquilla seruabantur, quousque ille veniret, qui pro nobis moriens & resurgens per assumptam carnem caelos ascenderet, & omnibus in se creditibus, ac se sequentibus viam aperiret. **D.** Si eadem virtus in illis sacramentis fuit, quae in istis est, quid causae erat, ut illa cessarent & ista succederent? **M.** Manifestior veritas in istis declaratur: & iustum erat, ut sicut paulatim procedente tempore creuit agnitio fidei, ita etiam alia sacramenta instituerentur, quae etiam aliam sanctificationem gratiae spiri-

tualis non conferrent, eandem tamen manifestius panderet. Erat quippe idem Saluator, eadem fides, eadem gratia, illic venturi, hic exhibiti. Sed quia ipse, per quem salus dabatur, adhuc longe erat, eiusdem salutis signa obscura esse debuerunt: ut paulatim eius aduentu appropinquante & fides amplius cresceret, & gratia euidentius se manifestaret. Ideo primum per oblationem, & postea per circumcisionem, ad vltimum per baptismum, expiationis & iustificationis sacramentum formari institutum est: quia eiusdem mundationis forma & similitudo in oblatione quidem occulte innuitur, circumcisio vero euidentius exprimitur, per baptismum autem manifesta declaratur. Primam namque iustificationem accepit homo, ut pro remedijs salutis, exterioris substantiae partem offerret Deo, partem ad usum proprium retineret: quatenus in hoc facto disceret ea, quae intrinsecus bona erant, Deo tribuere: quae vero mala, sibi imputare. Sed hoc signum de longe sumptum magis docuit hominem quid esset quam quid fieret. Igitur cum tempus aduenisset, quo veritas declarari debuerat, datum est ei remedium circumcisionis sacramentum: ubi dum ab interiori substantia hominis pars non quidem naturaliter superflua, sed eius, quod superfluum est figura, praeceditur: iam manifestius illa peccati circumcisio, quae in interiori homine gratia perficit, demonstratur. Quia autem circumcisio exteriores sordes & enormitates, quae foris sunt, refecat, ablutio autem maculas etiam interiores emundat: iam manifesta veritate adueniente Christo circumcisio cessare debuit ut illud sacramentum succederet, quod perfectam hominis emundationem, & interiorum animae candorem (quem in ipso, & per ipsum sacramentum adipiscitur) posset declarare. Videntur ergo illa prima sacramenta quasi quaedam umbra gratiae spiritualis, illa vero, quae postea secuta sunt quasi quaedam imago, & (si ita dicendum est) lineamenta veritatis habentia. Ita vero non iam umbra uel imago, sed corpus veritatis, in quibus (quia plenarie salutis effectus datur, & euidenter ostenditur) quasi spiritus in corpore uiuenti, exteriori motione se prodat, sic in eis vita gratiae inuisibilis clarissime demonstratur. **D.** De operibus restat nunc ut quae dicenda sunt, aperias. **M.** Tria genera factorum sunt: quaedam sunt omnino bona, quae nunquam licite praeteriri possunt: quaedam omnino mala sunt, quae nunquam licite committi possunt: quaedam sunt media, quae siue fiant siue non fiant, nec culpa est nec meritum. Quae sic ergo se habent, ut nunquam licite fieri possint, illa tantummodo lex naturalis prohibuit: illa vero, quae nunquam licite possunt praeteriri, sola praecipit: media omnia ad utrumlibet relinquenda erant, unum tantum praecipuum in corde hominis posuit: Quod tibi uis, id alij feceris: quod tibi non uis, alij ne feceris. ut ex sui uidelicet consideratione homo disceret qualem se erga proximum exhibere deberet. Sed postea cum lex subintrasset, & disciplinam uiuendi arctiorem proponeret, cepit ex ijs, quae media erant, quaedam excipere, & ex eis alia per praecipuum, alia per pro-

hibitionem in alteram partem tantum locare: ut quemadmodum prius homini in paradiso Deus de concessionem naturali unam pro praecipuo disciplinae exhibitionem exceperat, ita modo filijs eius non ex una veritate stantibus, sed per uarios errores dissipatis, non unum de concessionem naturali praecipuum disciplinae quasi probandis, sed quasi corrigendis & reparandis multa formaret, ut quanto magis se in medijs temperare disceret, tanto leuius incoessata cauere ualerent. **D.** Quae fuerunt illa, quae lex naturalis facienda aut uitanda proposuerat? **M.** Illa septem, quae postea lex scripta in secunda tabula de dilectione proximi mandabat. Primum erat: Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene sit tibi, & sis longaeuus super terram. Secundum, Non occides. Tertium, Non moechaberis. Quartum, Non furtum facies. Quintum, Non falsum testimonium dices. Sextum, Non concupisces rem proximi tui. Primum secundum praecipuum factum est, sex alia secundum prohibitionem. **D.** quare de faciendis unum tantum praecipuum datum est, & de non faciendis plura? **M.** Primum peccatum hominis fuit inobedientia: & idcirco uita ista, quae homini ad poenitentiam conceditur, tota obedientiae deputatur. Quia igitur homo in malis agendis ex propria concupiscentia in diuersa distrahitur, in bonis uero agendis sola obedientiae regula gubernatur: ideo in malis cauendis, quae habet ex semetipso & per semetipsum facere potest, singulariter instruendus erit: ad bona uero agenda ad obedientiam solummodo reuocandus, ut ibi per sententiam alterius salubrius disceret quid ipse agere debuisset. Cum enim iubetur homo patri & matri honorem deferre, non hoc ad carnales parentes solum referendum est, sed hoc potius ei praecipitur, ut quod in mandatis suis aliquando contempnit, nunc propter Deum homini superiori obedientiam atque honorem exhibere non dedignetur. **D.** Ecce demonstrasti tria. i. fidem, & sacramenta fidei, & opera: nunc superest, ut in his, quae haec habebant, qualis aut quanta effecta sit reparatio, ostendas. **M.** Si summum bonum hominis contemplatio praesentis Dei esset, maxime quia ad perfruendum hoc homo primus conditus creditur, merito fides, per quam absentem quodammodo videre incipit, initium boni, & principium restorationis eius memoratur. Nam quonia homo, qui peccato cognitionem Dei perdidit, per fidem iterum illuminatur, ut eum videre atque cognoscere possit: patet, quia id, per quod ei primum bonum, quod perdidit, redditur, iure exordium restorationis eius uocatur. Quae restauratio. i. secundum incrementa fidei crescit, dum homo per agnitionem amplius illuminatur, & inflamatur per dilectionem. Fides igitur ipsa est, per quam reparatur homo, & in qua ei bonum amissum redditur, ut per eam paulatim cognitione pariter, & amore cresces ad plenam illam uisionis felicitatem peruenire mereatur. Sic enim iustus quamdiu in hoc corpore existens peregrinatur a Domino, uiuere habet ex fide, quemadmodum beatus cum euctus de hoc ergastulo fuerit, & introductus in gaudium Domini sui, uiuere habebit ex contemplatione. Sed mira Dei di-

spensatione agitur, quod nunc interim malitia hostis antiqui ad impugnandos & persequendos fideles relaxatur, quatenus uidelicet hoc homini reputetur pro merito, si nunc per fidem ambulans uia ueritatis etiam uel impugnatus non deferat, qui prius uisione praesentis Dei roboratus sola persuasione prostratus erat. Ut autem in hoc praelio inuictus stare possit, & bonum suum illaesum custodire, datur ei (ut dictum est iam) in sacramentis arma, quibus se munit, & in operibus bonis tela, quibus hostem profernat: ut scilicet fidei charitate, & spe adiuncta interiori pariter roboretur, & uincat. Iam (ut existimo) satis demonstratum est tibi qualis fides, & quae sacramenta, aut quae opera illis sanctis primis ad obtinendam salutem fuerunt necessaria. **Discip.** Quamdiu durauit status iste priorum? **Mag.** Usque ad Abraham. Tunc etenim uolens Deus populum suum in unum congregare, & ab infidelium collegio sequestrare, ut non solum in una fide, scilicet etiam in una essent societate, uocauit Abraham, ut eum de terra sua educeret, ut per illum unum, & in illo uno omnes, qui ab illo nascituri, aut illum secuturi erant, a priuina conuersatione educens in unam societatem nouae uitae congregaret. Cui etiam praecipit, ut circumcideret pellem praepitij sui in signum sibi, posteris in exemplum: tantum ad priorem statum superaddens quatenus per hoc signaculum populus Dei ab infidelibus discernere, quousque ille ueniret, qui non solum de filiis Abraham, sed de uniuersis etiam gentibus fideles colligeret, ac per hoc non iam per signaculum carnis in genere, sed per signaculum baptismatis scerneret in emundatione. **Discip.** Nunquid non etiam olim ante diluuium fideles ab infidelibus discreti erant? **M.** Erant: sed post diluuium rursus humanum genus ad unum populum redactum in Abraham secundo discerni cepit. **Discip.** qualiter fiebat circumcisio? **Mag.** Praecipuum fuit, ut puer masculus octauo die natiuitatis suae circumcideretur in carne praepitij sui cultello de petra facto. **Discip.** quae fuit ratio, ut sic fieri praeciperetur? **Mag.** Tres sunt circumcisiones: una in carne tantum exterius, quae sacramentum est: duae aliae, quae sunt res & uirtus sacramenti. Altera, quae fit in praesenti, quando per depositionem iniquitatis mens circumciditur. Altera quae in futuro fiet, quando per depositionem corruptionis corpus circumcideretur. Prima igitur est in carne, secunda in mente, tertia in corpore. Octonarius uero in sacra scriptura aliquando tempus resurrectionis significat, quod post praesentem (quae septem diebus currit) uitam sequitur: aliquando tempus gratiae, in quo aeterna bona seruientibus Deo promittuntur. Merito igitur illa prima circumcisio, quae sacramentum erat aliarum duarum, iussa est fieri die octauo, ut ostenderet, quod in tpe gratiae corda circumcidenda erant per emundationem iniquitatis, & in tpe resurrectionis corpora per depositionem corruptionis. Propterea autem solis masculis data est circumcisio carnis, quia sacra scriptura per masculinum sexum aiam, per muliebrem uero carnem significare solet, ut uidelicet ostenderetur, quod illa exterior circumcisio

Substantia
hominis
duplex.

Sacramen-
ta legis na-
turalis, &
egit scrip-
ta quam
uirtutes ha-
bebant.

Legis natu-
ralis praeci-
pta.

Gen. 12.

Gen. 17.

Circunci-
sionis mo-
dus.

V
Circunci-
sio triplex.

X
Octonarij
numeri si-
gnificatio.

Y

Eruditionis Theologicae Dialogus.

1. Cor. 10. cuncifio animabus iustificationem contulit, sed carni non abstulit corruptionem. Cultellus de petra factus Christum significat: de quo dicit Apostolus, Petra autem erat Christus: qui tollit peccata mundi. In carne praputij idcirco iussa est fieri, quonia ad remedium data est contra originale peccatum, quod a parentibus cotrahimus per illud membrum propagati. D. Quod ergo mulieres remedium habebant, quae non circumcidebantur? M. Fidem & oblationes siue sacrificia, ipsam quoque circumcissionem, non tamen suscipiendo sed credendo. D. Quid dicendum est de pueris ante octauam diem morientibus, quoniam ad illud remedium peruenire non poterant, salui ne fuerat, an damnati. M. Hoc Dei iudicio relinquendum mihi videtur.

2. Pueri ante die octauam decematis, cum non fuerint circumcisi saluine fuerint, an damnati.

SVMMMA SENTENTIA- rum septem tractatibus distincta.

In quam est haec praefatio.



E fide & spe, quae in nobis est, omni poscenti ratione reddere (vt ait Petrus in epistola sua) parati esse debemus cum modestia, & timore. Itaque vt pariter seruentur modestia in sermone, timor in assertionem, profanas verborum nouitates (vt Apostolus praecipit) vitemus, & in nullam partem praecipiti assertionem declinemus. Melius est enim non eloqui (vbi sine periculo non erratur) magna, quam definire contraria. Sed vbicunque possumus auctoritatum vestigia sequamur. vbi vero certa deest auctoritas, his potissimum assentire studeamus, qui maxime auctoribus accedunt, & non de sensu suo praesumentes, scripturas ex pietate interpretantur. Scriptura enim sancta (vt ait beatus Augustinus) altitudine superbos irridet, profunditate attentos tenet, magnos veritate, paruulos nutrit affabilitate. Si qua igitur obscura nobis occurrerint, sit nostri propositi primum ad auctoritates confugere: deinde quid nostri temporis sapientes de illis sentiunt in medium conferre, & cur potius hos quam illos imitari placeat (& ratione & auctoritate simul concurrentibus) pro facultate nostra in lucem ponere.

1. Pet. 3.

Scriptura pauca essentius.

Summa huius Tractatus.

De tribus virtutibus theologalibus, fide, spe, & charitate: De sacratissima Trinitate, & de fide incarnationis verbi.

De creatione, & statu angelicae naturae. Tractatus I.

De creatione, & statu humanae naturae. Tractatus II.

De sacramentis in generali, & praecipis diuinis. Tractatus III. De sacramento baptismi. Tract. IIII. De sacramento confirmationis, eucharistiae, penitentiae, & extreme unctionis. Trac. V. De sacramento coniugij. Tract. VI. Tractatus VII.

Primi Tractatus capita.

Table listing chapters: De fide. Cap. i. De spe, & charitate. Cap. ij. De fide antiquorum. Cap. iij. De quibus constet fides. Cap. iiii. De spiritu creato vtrum sit localis. Cap. v. De distinctione Trinitatis. Cap. vi. De nominibus personas Trinitatis distinguentibus. Cap. vij. De aequalitate patris, & filij, et Spūs sancti. C. viij. Quod de sancta Trinitate nihil dicatur secundum accidens. Cap. ix. De diuersa nominum acceptione. Cap. x. De personarum appropriati. Cap. xi. De praescientia, & praedestinatione. Cap. xij. De voluntate Dei. Cap. xiiij. De omnipotentia Dei. Cap. xv. De fide incarnationis. Cap. xvij. Quod Christus simul animam, & carnem assumpsit. Cap. xvij. Quod Christus omnia infirma nostrae reter peccata suscepit. Cap. xvij. An Christus sit creatura. Cap. xvij. An in morte Christi separata fuerit diuinitas ab humanitate. Cap. xix.

De fide. Cap. I.



quoniam fide (tanquam A mensura rectitudinis) omnia moderanda sunt, ne quid vt superfluum diffluat: dicente Apostolo: Vnicuique Deus diuisit mensuram fidei: de ea in primis est videndum quid sit, & quas partes habeat. Fides (vt ait Apostolus) est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Substantia rerum sperandarum, quia per fidem in nobis subsistunt speranda. Speranda vocat bona illa aeterna, quae desideramus, vt sunt immortalitas, & caetera quae in nobis per fidem iam subsistunt, in futuro per experientiam. Argumentum non apparentium, id est probatio: quia si quis dubitat inde, non possunt aliquando probari humana ratione. Vt si quis quaereret, vnde scis partum virginis, futurum etiam statum electorum: non ab eo aliud argumentum, nisi quod credo indubitanter, quod prophetae, & alij qui per Spiritum sanctum loquuti sunt, super illis dixerunt, quos Deus nullo modo

modo falleret, cum in eis loqueretur, & miracula faceret. Et cum ex magna parte uideam completa, quae dixerunt: caetera non dubito complenda, quae restant. Est itaque fides substantia rerum sperandarum quantum ad nos, argumentum non apparentium quantum ad alios. Sed hac diffinitione magis ostenditur effectus fidei quam quid ipsa sit: nec etiam omnes partes fidei comprehendit, cum speranda non praeterita, sed futura tantum contineat. Quare sic diffiniri potest. Fides est uoluntaria certitudo absentium supra opinionem, & infra scientiam constituta. Voluntaria, quia non cogitur. Absentium id est sensibus corporis non subiacentium. Supra opinionem, quia plus est credere quam opinari. Infra scientiam, quia minus est credere quam scire. Ideo enim credimus, ut aliquando sciamus.

De spe, & charitate. Cap. II.

DE fide oritur spes, quae sic diffiniri potest. Spes est fiducia futurorum bonorum, ex gratia Dei, & ex bona conscientia ueniens. De fide tanquam fundamento omnium bonorum spes & charitas oriuntur: quia nihil potest sperari, uel speratum amari nisi prius credatur, credi autem potest quod non speratur, uel amatur. Licet simul sint tempore, & non prius fides (quae meritum habet) quam spes & charitas, tamen in causa fides praecedit spem & charitatem, quia inde speramus & diligimus, quod credimus. Similiter ex spe charitas, quia ideo diligimus futura bona, quia speramus. Quod enim speramus nos adepturos, hoc diligimus. Sed quia (ut auctoritas dicit) spes est certitudo ueniens ex praecedentibus meritis: Et ite sine meritis sperare non spes, sed praesumptio debet dici: & sine charitate nullum meritum: uidetur quibusdam quod ex fide & charitate sit spes. Vt enim dicit Augustinus in libro de fide, & operibus: Fides quae per dilectionem operatur, fundamentum est: non fides demonum, quae ipsi credunt, & contremiscunt. Et si spes est ex fide operante per dilectionem, tunc ex fide & charitate. Sed quod auctores frequenter hunc ordinem ponunt: fides, spes, charitas: hoc ideo fit (ut dicunt) quia charitas maior est. Illa tamen opinio (ut mihi uidetur) sic potest solui. Spes est certitudo ex praecedentibus meritis: non debet intelligi ex meritis praecedentibus ipsam spem, quia nullum meritum praecedit spem, sed praecedentibus illud, quod speratur. Hoc distat inter fidem & spem, quod fides est de praeteritis, ut sunt natiuitas, & passio Christi: & de praesentibus, ut quod in altari est uerum corpus Christi: & de futuris, ut est immortalitas. Spes autem de futuris tantum est. Item fides est de bonis & malis, spes de bonis tantum adipiscendis. Spes naque alicuius incommodi magis debet desperatio a bono, quam spes appellari. Illud quoque sciendum est, quod fides est solummodo de ijs, quae non uidentur, Gregorius homilia tertia: Apparentia non habent fidem, sed agnitionem. Idem in diabolo. Cum Paulus dicat, Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium: hoc ueraciter dicitur credi, quod non ualet uideri.

Hebr. 11

Nam credi iam non potest, quod uideri potest: Thomas aliud uidit, aliud credidit: hominem uidit, & Deum confessus est, dicens. Deus meus & Dominus meus. Credimus, ut cognoscamus: non cognoscimus, ut credamus. Quid est enim fides, nisi credere quod non uides? Fides ergo est quod non uides credere: ueritas quod credidisti uideri. Videntur tamen quaedam auctoritates uelle, quod fides etiam de ijs, quae uidentur, sit: ut in Ioanne. Nunc autem dico uobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit credatis. Vnde Augustinus. Quid sibi uult, ut cum factum fuerit credatis? Nam & ille, cui dictum est: quia uidisti credidisti: non hoc credidit, quod uidit. cernebat carnem, credebat Deum in carne latentem. Sed si dicimus credi quae uidentur (sicut dicit aliquis se oculis suis credidisse) non tamen ipsa est, quae edificatur in nobis fides, sed ex rebus, quas uidemus agitur in nobis, ut ea credantur, quae non uidentur. Idem Augustinus in libro quaestionum euangeliorum. Est etiam fides rerum, quando non uerbis, sed rebus ipsis praesentibus creditur, cum iam per speciem manifestam se contemplandam praebet sanctis ipsa Dei sapientia. De qua fide rerum lucisque ipsius praesentia forsitan Paulus dicit: iustitia enim Dei reuelatur in eo ex fide in fidem. Sed potest dici, quod Augustinus hoc dicat, non de sacramento fidei, sed de re fidei. Est enim ipsa fides, quae nunc Deum cernimus per speculum in aenigmate, sacramentum illius futurae uisionis, qua Deum uidebimus facie ad faciem sicuti est: Potest queri, an Petrus habuit fidem passionis Christi, quam oculis uidit: cum fides non sit apparentium. Ad quod dici potest, quod non fidem, sed agnitionem inde habuit: nisi ut lolet abusive dici: credo oculis meis. Sed in hoc quod uidit, nullum in meritum fuit si credidit, sed in hoc quod illum credebat Deum esse, quem uidebat in ligno pendere. Fides itaque, quae est ad aedificationem, de non apparentibus est.

Ioan. 20.

Ioan. 13. Ioan. 20.

G

Rom. 1.

An Petrus habuit fidem passionis Christi, qua oculis uidit.

H

Gala. 13

1. Cor. 13

Luca. 17

De fide antiquorum. Cap. III.

NUnc de cognitione fidei, qua antiqui habuerunt, & quomodo aucta sit per legem Moyse & euangelium, dicendum uidetur. Est. n. fides aliqui parua cognitione, & magna constantia uel deuotione. Magna deuotione fuit in muliere illa, cui dictum M. Hug. a S. Vi. To. iij. Ii est. O

Matt. 15 est. O mulier magna est fides tua. Aliquando magna cognitione, & parua constantia uel deuotione, ut in Petro quando negauit, & in nobis etiam, quæ non adeo Deo placet. Et quia non potest esse penitus sine cognitione fides, licet non perfecta; Deus tamen sic ab initio temperauit notitiam sui, ut sicut nunquam totus potuit comprehendere, sic nunquam prorsus potuit ignorari. Ideo autem totus noluit manifestari, ut fides haberet meritum: nec totus occultari, ut infidelitas de ignorantia non excusaretur. Et est quædam fides uel cognitio fidei, sine qua nullo tempore potuit salus esse, scilicet cognoscere Deum esse, & remuneratorem esse sperantium in se: iuxta illud Apostoli, Oportet accedentem ad Deum credere quia est: & quod remunerator est sperantium in se. **Hebr. 11** Sed cum Deus inuisibilis sit: iuxta illud, Deum nemo uidit unquam: quomodo indicari potuit? Partim humana ratione, partim diuina reuelatione. Quod utrumque Apostolus ostendit cum dicit. **Ioan. 1.** Quod notum est Dei, manifestum est in illis. Et non dicit manifestum illi. In hoc profecto quod ait manifestum est in illis plane ostendit, quod in illis erat, unde Deum noscere poterant. Cum uero subiungit: Deus illis reuelauit: ostendit, quod ratio humana per se insufficiens esset, nisi reuelatio diuina illi in adiutorium adesset. Reuelatio diuina autem fit duobus modis: interna inspiratione & disciplinæ eruditione, quæ foris fit per facta uel per dicta. Humana etiam ratione poterant Deum scire, quia cum humana mens se non possit ignorare, scit se aliquando cœpisse: nec hoc ignorare potest, quoniam cum non semper fuit, sibi ut esset subsistentiam dare non potuit, ut ergo esset hoc ab alio se cœpisse cognoscit. Quem idcirco non cœpisse constat, quia si ab alio cœpisset, primus omnibus existendi auctor esse non posset. In administratione etiam uisibilium & gubernatione diuinam sapientiam, & bonitatem poterant deprehendere. Apparet itaque, quod etiam ante legem per ea, quæ facta sunt, inuisibilia Dei a creatura mundi conspici potuerunt. Per legem scriptam cœpit crescere cognitio fidei. Tunc enim ille cœpit promitti, per quem fieret liberatio scilicet Messias: nondum tamen modus redemptionis plene cognoscebatur. Semper tamen & ante legem, & ita tempore legis fuerunt aliqui, quibus fides incarnationis reuelata fuit, qui uelut columnæ ecclesiæ essent. Queritur de illis simplicibus, quibus non erat facta reuelatio (credebant tamen Deum esse, & remuneratorem sperantium in se) utrum saluati sint? Quidam dicunt eos non esse saluatos propter istas auctoritates. Augustinus ad Optatum. Illa (inquit) tantum fides saluat, qua credimus nullum hominem liberari à contagione mortis, quam prima natiuitate contraxit, nisi per unum mediatorum, cuius mediatoris fide etiam illi salui facti sunt, qui priusquam in carne ueniret crediderunt in carne uenturum. Eadem namque fides est & nostra & illorum, quoniam quod illi crediderunt futurum, nos credimus factum. Idem in libro de correctione, & gratia. Nemo libera-

N
Vtrum simplices, quibus non erat facta reuelatio, saluati sint.

tur a damnatione, quæ facta est per Adam, nisi per fidem Iesu Christi. Gregorius super Ezechielem. Et qui præbant (inquit) & qui sequebantur clamabant dicentes: Olanna filio Dauid: & cætera. **Matt. 21** Quia omnes electi, qui in iudæa esse potuerunt, siue qui nunc in ecclesia sunt, in mediatorem Dei & hominum crediderunt, & credunt. Augustinus de nuptijs, & concupiscentia. Eadem (inquit) fides mediatoris saluos faciebat antiquos iustos, pusillos cum magnis: quia sicut credimus nos Christum in carne uenisse, ita illi uenturum: sicut nos mortuum, ita illi moriturum: sicut nos resurrexisse, ita illi resurrecturum: & nos & illi ad iudicium uiuorum, & mortuorum uenturum. Et ideo dicunt isti, quod nullus de antiquis potuit saluari, nisi ista quatuor ad minimum crederet: scilicet uenturum, moriturum, resurrecturum, & ad iudicium uenturum. Sed quibus non erat reuelatio facta, hoc penitus ignorabant. Quomodo ergo hoc credebant: alij quibus magis assentimus, dicunt eos fidem Christi uelatam in mysterio habuisse: & quædam alij, quibus reuelatio facta erat, sciebant, & credebant, hoc isti (& si nescirent) credebant, commiserant enim illis fidem suam. Vnde in Job. Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos. **Iob. 1.** Isti erant asinæ pascentes iuxta boves. Sicut hodie in ecclesia multi simplices, etsi ita distincte nesciunt. Trinitatem assignare: credunt tamen, quia in fide, & humilitate adherent illis, qui & hoc sciunt, & credunt.

Opponitur. Cum hoc esset habere fidem Christi uelatam in mysterio, credere scilicet Deum esse, & remuneratorem sperantium in se, & philosophi hoc crederent, tunc habebant fidem Christi uelatam in misterio. Sed auctoritas dicit eos non posse humana ratione fidem incarnationis habuisse: ipsi uero nihil credebant, nisi quod humana ratio ne poterat comprobati. Sed, ut diximus, bobus arantibus per fidem & humilitatem adherere, hoc erat habere fidem Christi occultam in mysterio, quales fuisse putamus quosdam Gentiles, ut uiduam Sareptanam, & Iob. Et ita dicimus simplices illius temporis credidisse omnia, quæ nos credimus, quia credebant credentibus. Sed in tempore gratiæ iam non sufficit Deum esse credere, sicut tunc, quia manifestatio ueritatis iam facta est. Etenim secundum tempora profectus est & mensura fidei. Cornelius habebat fidem, sed quæ non sufficeret ad salutem. unde Augustinus. Acceptæ sunt (inquit) eleemosynæ Cornelij antequam crederet in Christum, nec tamen sine aliqua fide donabat, & orabat. Nam quomodo inuocabat, in quem non crediderat? Sed si posset sine fide Christi esse saluus, nec ad eum mitteretur Petrus. Ex quo apparet, quod licet crederet hoc idem, quod antiqui simplices, tamen propter temporis qualitatem iam non sufficiebat. Post supradicta partes fidei profsequamur.

De quibus constat fides. Ca. IIII.

Duo sunt, in quibus maxime fides consistit, mysterium diuinitatis & sacramentum incarnationis. Ac primum de illa parte fidei, quæ pertinet

ad unitatem diuinæ substantiæ uideamus. Sicut enim ratio approbavit Deum esse, ita & unum esse affirmat, ut principium omnium unum sit & finis. Si enim duo essent, uel utrumque insufficiens esset, uel alterum superfluum: quia si aliquid deesset uni, quod haberet alterum, non summe perfectum esset. Si uero nihil uni deesset, quod haberet alterum, cum in uno omnia essent, alterum superflueret. Est ergo unum principium, unus auctor omnium: quod (ut iuuetur ratio) multæ auctoritates probant. ut in propheta Moysæ. Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus unus est. Et ideo uere unus est, quia incommutabilis inuariabilis. Apud eum namque non est ulla permutatio nec uicissitudinis obumbratio: quia non est ei aliud esse quam sapientem esse, immensum esse, æternum, bonum, iustum. Cum autem dicitur iustus, sapiens, & cætera, non diuersitatem proprietatum ostendimus, quæ in Deo nulla est, sed diuersos effectus, quos Deus operatur in creaturis. Cum enim dicitur iustus, intelligimus, quod iuste iudicat: cum sapiens, quod sapienter omnia facit & gubernat: cum misericors, quod misericorditer peccatoribus parcit. Augustinus contra Arrium. Intelligamus (inquit) Deum quantum possumus sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ presentem, sine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine commutatione mutabilia facientem, nihilque patientem. Quod si quis Deum ita cogitat, & nondum potest inuenire omnino quid sit, pie tamen caueat quantum potest aliquid de illo sentire quod non sit. Hæc diuina substantia ubique tota est, & in ipsa sunt omnia. Quod omnia in Deo sint, Ioannes testatur dicens. Omnia in ipso uita erat. id est immutabiliter, quia eorum dispositio, & ordo in ipso fuit ab æterno. Non enim in Deo cœperunt esse, quæ in actu & ortum habent & mutabilitatem. Quod Deus ubique quæ, & in omni creatura sit, ipse ait per prophetam. Cælum & terram ego impleo. Et alibi. Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Item sapientia, quæ attingit à sine usque ad finem fortiter, id est à minima creatura usque ad maximam, uel ab una extremitate usque ad alteram & disponit omnia suauiter. Sed aliter omnia in Deo, aliter Deus in omnibus. Omnia in Deo non per essentiam (quia ut dicit Augustinus: Quicquid in Deo est Deus est) sed (ut diximus) per dispositionem. Quia ut idem ait: sicut arca antequam fiat est in mente artificis, ita omnia in Deo ab æterno. Nec tamen sequitur: ergo ab æterno fuerunt, sed in Deo ab æterno: quia si in Deo cœpissent, iam in eo esset mutatio. Solet opponi sic. Si creaturæ in Deo, quia sciuntur ab eo antequam fiant, ergo mala in Deo, quia sciuntur ab eo antequam fiant. Sed ut dixi creaturæ sunt in Deo, quia eorum dispositio & causa in eo est, malorum uero non est auctor Deus. Ut enim ostendimus, creaturæ non sunt in Deo per essentiam, Deus uero in omni creatura est per essentiam. **T** Quidam tamen calumniatores ueritatis, dicunt

Deut. 6. Auctoritates unum Deum esse probantes.

Ioan. 1. Hic. 23. Psal. 138. Sap. 8.

S

eum per potentiam, & non per essentiam ubique esse, quia eum contingere possent inquinaones sordium, si ubique esset essentialiter. Quod ita friuolum est, ut nec responsione dignum sit, cum etiam spiritus creatus sordibus corporis (& si leprosi uel quantumcunque polluti) inquinari non possit. Postremo queratur ab eis quid potissimum de eo concedendum sit: uel quod nusquam per essentiam sit, uel quod ubique, uel quod alicubi, ita quod non ubique. Sed quis audeat dicere, quod nusquam diuina essentia sit? Quis etiam, quod alicubi & non ubique? Si enim ita alicubi est diuina essentia uel substantia quod non ubique, ergo localis est. Concedant ergo, quod ubique, est essentialiter. Nam auctoritas Augustini, quam solent inducere, illorum errorem, potius quam iuuet, destruit: Hæc scilicet, qua dicit Deum ubique esse, non locis, sed actionibus, ut errorem foueant, fures ueritatis efficiuntur. Sic nanque est in auctoritate illa. Deus ubique est, cui non locis, sed actionibus appropinquamus. Fatendum est itaque Deum in omni loco ueraciter & essentialiter esse, nec tamen loco comprehendi ullo, quoniam incircumscribibilis est. Quod ipse Augustinus alibi ad Dardanium testatur dicens, Non quasi spatiosa magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, sicut humus aut lux ista diffunditur, sed ita potius sicuti est sapientia in duobus, quorum neuter sapientior, sed alter corpore grandior. Vna sapientia in utroque non est in maiore maior, nec in minore minor, aut minor in uno quam in duobus: ita & Deus sine labore regens, sine onere continens mundum, in cælo totus, in terra totus, & in utroque totus: & nullo contentus loco, sed in seipso ubique totus. Ideo ubique esse dicitur, quia nulli parti rerum absens: ideo totus, quia non parti rerum partem sui presentem exhibet, & alteri parti alteram partem in seipso, quia non continetur in eis, quibus presentem est tanquam sine illis esse non possit. Nam spatia locorum tolle corporibus, & corpora non erunt; tolle ipsa corpora qualitatibus, non erit ubi sint, & ideo necesse est ut non sint.

Opponitur. Hodie sit noua aliqua creatura, sicut anima? prius nihil erat ipsa, quia de nihilo facta: non erat Deus in ea cum nihil erat, modo est in ea, ergo est ubi non erat prius, mutabilis est igitur. Sed quemadmodum si nubes opponitur radio solis: non est tamen radius alicubi quam prius: nubes uero est ubi non erat, sed radius erat, quia nubes ubi radius erat, ibi cœpit esse: ita Deus, cum antequm creatura illa esset, ubique foret, ibidem erat ubi illa facta est, non ergo modo alicubi quam prius. Ita etiam dicimus de mundo, & de omnibus creaturis, quæ licet non semper fuerunt (cum auctoritas dicat Deum in singulis esse) non tamen est ubi non erat, quia ubique sine loco ueraciter est, sicut sempiternus sine tempore, ut Augustinus dicit. Quamuis igitur ad plenum discutere non sufficiamus, indubitater tamen credimus Deum ubique esse essentialiter esse, nec sine eo potest aliquid subsistere, etiam per momentum, ex omnibus **M. Hug. à S. Vict. To. iij. li 2. quæ**

X Obiectio Respon.

quæ fecit, quia omnia continet & penetrat, & nullo continetur, qui non potest comprehendi pro sui immensitate, nec pro sui puritate maculari, nec pro sui simplicitate diuidi. Augustinus ad Dardanum. Non solum uniuersitati creaturæ, uerum etiam cuilibet parti eius totus pariter adest, in eodem. Fatendum est ubique esse Deum per diuinitatis præsentiam, sed non ubique per inhabi-

tantis gratiam. Propter hanc enim inhabitationem, ubi proculdubio gratia dilectionis eius agnoscutur, non dicimus; Pater noster, qui es ubique (etiam cum hoc uerum sit:) sed qui es in cælis. Dicamus igitur, Deum in omnibus creaturis esse, & æqualiter esse per præsentiam, per inhabitantem uero gratiam non in omnibus, sed in bonis tantum, nec æqualiter: quia quanto meliores, tanto abundantius in eis habitat, id est perfectus ab eo cognoscitur, & diligitur: Sicut anima (ut Augustinus dicit ad Hieronymum de origine animæ) per omnes particulas corporis tota simul adest, nec minor in minoribus, nec in maioribus maior, sed tamen in alijs intensius, in alijs remissius effectus suos exercet, cum in singulis particulis corporis essentialiter sit. In malis non est Deus per inhabitantem gratiam, quia non illuminantur ab eo. Vnde: Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt, sicut lux solis perfundit oculos cæci, sed non capitur eo. Bonos uero illuminat lux ista, sed non æqualiter. Augustinus ad Dardanum. Cum Deus, qui ubique est, non in omnibus habitat, etiã in quibus habitat, non æqualiter habitat. Nam inde est illud, quod Eliseus poposcit, ut dupliciter in eo staret Spiritus Dei, qui erat in Elia. Et unde ab omnibus sanctis alij sanctiores sunt, nisi abundantius habeant Deum habitantem? Hi quoque ab eo longe esse dicuntur, qui peccando dissimiles facti sunt: & hi ei appropinquare dicuntur, qui similitudine eius bene uiuendo recipiunt. Est ergo Deus ubique per præsentiam siue per essentiam, & æqualiter in omni loco, sed non est in loco, id est non est localis.

Ioan. I.

4.Re. 2.

De spiritu creato utrum sit localis. Cap. V.

Varitur de spiritu creato, utrum in loco uel localis sit. Quidam uolunt & dicunt, quod non sit localis nec in loco, nimis inhærentes isti sententiæ Augustini super Genesim. Corporalis creatura mouetur per tempora & loca, spiritualis uero tantum per tempora. Moueri per tempus est moueri per affectiones, ut de tristitia in gaudium, discendo etiã quæ nescit, ut in angelis, in hoc enim prius & posterius consideratur. Deus nec per tempora, nec per loca. Sed ubi Augustinus dicit: spiritualis creatura non mouetur per loca: hoc intellexit: non habet localem circumscriptionem. Ea enim, quæ habent dimensionem, loco circumscribuntur, quoniam eis secundum locum principium, & medium, & finis assignatur. Spiritus uero creatus non habet dimensionem: & quia tamen

terminata habet, quia ita est hic quod non alibi, localis est, licet non faciat distantiam in loco: quia etsi multi spiritus essent hic, non coangustarentur locum, ut minus de corporibus continerent. Solus igitur Deus, quia intra se omnia continet, iuxta illud: In quo uiuimus mouemur, & sumus: nec habet terminum, nec loco continetur. Sed quicquid habet terminum, secundum aliquid locale est. Ambrosius in libro de fide. Sic enim Esaias dixit: quia missus est ad me unus de seraphim. Et spiritus quidem Sanctus missus dicitur: sed seraphim ad unum, Spiritus sanctus ad omnes. Seraphim mittitur in misterium, Spiritus sanctus operatur misterium. Seraphim de loco ad locum transit, non enim complet omnia, sed ipsum repletur à spiritu. Hic plane dicit Ambrosius, quod angeli locales sunt.

Act. 17.

Esa. 6. Missio Seraphim, & missio Spūs scti quid differant.

De distinctione Trinitatis. Cap. VI.

His consideratis restat de ijs uidere, quæ pertinent ad distinctionem personarum Trinitatis: & prius testimonia auctoritatis inducamus. In genesi dicitur. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Per numerum pluralem, Trinitatem ostendit. Et Psal. Dominus dixit ad me: filius meus es tu. Et Ioannes. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Huius quoque inuestigationis, & considerationis habet ratio quædam exemplaria in ijs, quæ facta sunt. Deus enim, qui in se uideri non potest, in opere suo manifestatus est. Nam sicut sapientia hominis non uidetur ab homine ipso, nisi quando manifestatur per uerbum: ita sapientia Dei non potuit agnosci, donec manifestaretur per opus suum, quod est quasi extrinsecum uerbum, sapientiam Dei quodammodo reuelans, sicut per uerbum oris manifestatur uerbum cordis, id est cogitatio mentis. Et quia inter omnes creaturas magis accedit ad similitudinem Dei rationalis creatura (ea enim sola ad imaginem, & similitudinem Dei facta est) in seipsa potuit humana mens uestigium Trinitatis inuenire euidentius, quam in cæteris. Vidit enim quoniam ex seipsa nascitur sapientia, quæ est in ipsa, & quoniam ipsa diligit sapientiam suam, & ita procedit sapientia de mente, & de mente & sapientia procedit amor, quo ipsa mens diligit sapientiam genitam a se. Et sunt simul hæc tria, & tamen una est substantia in qua sunt hæc tria, scilicet mens, sapientia, & amor. Et sunt hæc tria inter se distincta, quoniam mens non est sapientia, uel amor, nec sapientia mens uel amor, & tamen unitas substantiæ non recedit. Et conscendit mens ab istis ad creatorem suum, & considerat eum sapientiam habere: & quoniam nunquam sine sapientia fuit, considerat etiam quod sapientiam suam semper dilexit, & quod amorem ad eam semper habuit. Est enim amor coæternus æterno, quia coæternus sapien-

C

Gene. 1. Psal. 2.

Ioan. 1.

D

Quare in sancta Trinitate illa persona, quæ a nullo est, appellatur pater. Psal. 44.

Gal. 4.

Luce. 6.

sapientiæ eius. Rursus considerat, quod non potest in Deo aliquid diuersum esse ab eo, & ita sapientia Dei est, & amor eius Deus est: & ideo unitas manet in Trinitate. Et hæc Trinitas est pater, qui a nullo est, & sapientia patris, quæ a patre genita est, & Spiritus sanctus, qui ab utroque procedit, qui sapientissime in scripturis amor patris & filij appellatur. Et sunt istæ tres personæ distinctæ, sed tamen una substantia unus Deus. Augustinus in libro de Trinitate. Tres personas eiusdem essentia, uel tres personas unam essentiam dicimus, tres autem personas ex eadem essentia non dicimus, quasi aliud quod esse tria, aliud quod persona. Hic uidendum est, quare in sancta Trinitate illa persona, quæ a nullo est, appellatur pater. Ideo scilicet quia de substantia sua genuit filium. Sapientia patris seu uerbum dicitur filius, quia genita ab ipso patre. Vnde Psalmista. Eructauit cor meum uerbum bonum. Qui a patre & filio procedit, dictus est Spiritus sanctus, quia inspiratur a patre & filio ad sanctificandum, & tamen non uenit sine patre & filio, quia Trinitas indiuisa est. Sed inspirari a patre & filio, hoc est illi esse a patre & filio: quod æternum illi est, qui datur ex tempore & accipitur. Sicut Spiritus sanctus donum est patris & filij, & cum datur ex tempore datur, & dari a patre & filio non aliud illi est quam esse a patre & filio, quod æternum illi est & non temporale qui datur ex tempore, sic quod spiritus est patris & filij, æternum illi est qui ex tempore inspiratur a patre & filio. Beda in Homilia prima post ascensionem. Cum spiritus gratia datur hominibus, profecto spiritus mittitur a patre, mittitur a filio, procedit a patre, procedit a filio, quia & eius missio ipsa processio est, qua ex patre & filio procedit. Augustinus in libro quinto de Trinitate ait. Procedit non quomodo natus, sed quomodo datus: quod enim datum est, & ad eum referatur qui dedit, & ad eos quibus dedit. Idem. Si non procedit nisi cum datur, nec procederet utique nisi prius esset cui daretur. Nam donum potest esse antequam detur, donatum autem, nisi datum fuerit, nullo modo dici potest. Hic magna oritur quaestio quare illa tria, quæ in anima sunt, non dicantur tres personæ, sicut illa, quæ horum similitudine in deitate reperta sunt, tres personæ dicuntur & sunt. Ad quod potest dici, quod ideo non sunt personæ, quia sunt affectiones mutabiles circa animam. Aliquando enim anima est sine notitia & amore. Nec potest dici, notitia hominis est homo, uel amor hominis est homo: sed sapientia Dei Deus est, amor Dei Deus est, quia non est in Deo aliud ab ipso. Tres igitur personæ, unus Deus, una substantia, una natura, Tres personæ: pater, filius, Spiritus sanctus. Sed pater a nullo est, unde Augustinus. Pater est principium Trinitatis, hoc est in trinitate, quia non est principium sui ipsius, sed ab eo filius & Spiritus sanctus & ipse a nullo. Quod a filio procedat Spiritus sanctus, auctoritates multas habemus. Apostolus. Dominus misit spiritum filij clamantem in corda uestra, abba, pater. Et in euangelio. Virtus Dei de illo exibat. Greci tamen dicunt Spiritum sanctum procedere tantum a patre & non a filio. Hoc autem ideo dicunt, quia in Symbolo Apostolo-

rum nulla fit inde mentio, hoc est in Credo minori, nec in Symbolo, quod fuit datum in Nicæna synodo, in fine cuius habetur, qui aliter dixerit anathema sit, quod nos ita exponimus: qui aliter, id est contrarium. Sed cum istud non sit ibi affirmatum uel negatum, non dicimus illi Symbolo contrarium.

De nominibus personas Trinitatis distinguendis. Cap. VII.

His præmissis uidendum est, quod in sancta Trinitate sunt quedam nomina distinguenda personarum, sunt & alia unitatem naturæ uel substantiæ significantia, ut hæc nomina, Deus, omnipotens, æternus, immensus: & hæc dicuntur secundum substantiam. Non enim aliud est illi natura esse quam Deum esse, omnipotentem esse, æternum, immensum, iustum, sapientem, & similia. & ideo sicut una essentia, & non tres: ita unus Deus, & non tres, unus omnipotens, unus æternus, unus immensus, & cætera. Augustinus in libro septimo de Trinitate. Quia hoc est illi esse Deum, quod esse, tam tres essentias, quam tres deos dici fas non est. Sunt & alia nomina, quibus distinguitur Trinitas. Pater, ingenuus, genitor: & hæc conueniunt patri tantum. Filio soli conueniunt hæc alia: filius, genitus, natus, uerbum, & alia similia. Spiritui sancto hæc, Spiritus sanctus, donus, procedens a patre & filio: & hæc nomina significant proprietates, quibus personæ distinguuntur. Solius namque patris est proprium esse patrem, esse ingenuum, quia a nullo est. Proprium filij genitum esse a patre. Proprium Spiritus sancti a patre & filio procedere. Sed in hoc quod pater est Deus, omnipotens sapiens, & cætera, non distinguitur a filio & Spiritu sancto, quia & filius Deus, omnipotens, & similia: & Spiritus sanctus similiter. Quæritur cum Spiritui sancto non conueniat genitum esse, si esse ingenuus dici possit. Augustinus ad Orosium: Spiritum sanctum nec genitum nec ingenuum fides certa declarat: quia si dixerimus ingenuum, duos patres affirmare uidebimur: si autem genitum, duos filios credere culpabimur. Item Orosius ad Augustinum. Voluntate genuit pater filium an necessitate? Augustinus, nec uoluntate, nec necessitate: quia necessitas in Deo non est, præire uoluntas sapientiam non potest. Nam quidam nostrum, cum eum interrogasset hæreticus, utrum nolens an uolens genuerit pater filium, laudabiliter respondisse fertur. Dic (inquit & tu hæretice, Deus pater necessitate est Deus, an uoluntate? Si dixisset necessitate, grandis absurditas sequeretur: si uoluntate, respondebatur illi, ergo uoluntate Deus est, non natura. Itaque sicut pater natura est Deus, ita natura genuit filium: & hæc genitura æterna, ineffabilis est. Vnde propheta. Generatione eius quis enarrabit? Solent quidam sic opponere. Non est aliud filium gigni a patre quam esse a patre. Ad quod dicimus quod cum filius & Spiritus sanctus a patre sint, aliter tamen filius est a patre, aliter

Error Graecorum circa tertiam personam sanctissimam Trinitatis.

Qua solipsa tri, quæ soli filio, & Spiritui sancto nomina conueniant.

Spūs sctus cum nō sit genitus, an sit ingenuus, descendens.

Genuerit pater uolens an nolens.

Esa. 53

Ioan. 8. Spiritus sanctus. Augustinus. Spiritus quoque a patre est, sed non quomodo natus, immo quomodo datus. Filius etiam a patre procedit, ut ipse ostendit in Ioanne dicens. Ego ex Deo processi, & ueni in mundum. Et ita filius a patre est procedendo, & nascendo: Spiritus uero a patre non nascendo, sed procedendo. Vterque enim procedit a patre, sed ineffabili & dissimili modo. Non est itaque Spiritus sanctus genitus: quia cum sit a patre & filio, si genitus esset, iam haberet duos patres, & sic in Trinitate esset confusio, in qua & duo patres & duo filij essent.

M Quid autem sit gigni, quid sit procedere, in hac uita sciri non potest. Augustinus in libro secundo de Trinitate de hac genitura dicit. Non est aliud illi esse de patre, id est nasci de patre, quam uideri patrem aut aliud uidere patrem operantem quam pariter operari. Sed quis hoc intelligit? Ambrosius de trinitate. Quomodo filius sit genitus, impossibile est scire, mens deficit, uox silet, non hominis tantum sed angelorum, super angelos, super cherubim, super seraphim, super omnem sensum est. Credere iubemur discutere non permittimur. Aufer argumenta, ubi fides queritur. Idem. Licet scire quod natus sit, non autem licet discutere quemadmodum natus sit. Quidam tamen de ingenio suo praesumentes dicunt se non nescire eiusmodi, adhaerentes illi auctoritati Hieronymi super Ecclesiasticum. Quis in sacris scripturis expressissime non pro impossibili, sed pro difficili ponitur, ut ibi, Generationem eius quis enarrabit? Sed hoc intellexit Hieronymus de generatione, quae fuit secundum carnem, quae aliquomodo enarrari potest. Quae queri solet, cum generatio filij a patre nec principium habet nec finem (quia aeterna est) utrum debeat dici, filius semper gignitur, an semper genitus est? Gregorius super Iob. Dominus Iesus Christus in eo quod uirtus & sapientia Dei est, de patre ante tempora natus est: uel potius, quia nec cepit nasci, nec desinit, dicamus uerius semper natus. Non possumus autem semper dicere nascitur, ne imperfectus esse uideatur. At uero ut aeternus designari ualeat & perfectus, & semper dicamus, & natus: quatenus & natus, ad perfectionem pertineat, & semper, ad aeternitatem. Quamquam hoc ipso quod perfectum dicimus, multum ab illius ueritatis expressione deuiamus: quia quod factum non est, non potest dici perfectum. Et tamen infirmitatis nostrae uerbis Dominus condescendens, inquit. Estote perfecti sicut & pater uester caelestis perfectus est. Et in Psalmo dicitur. Ego hoied genui te. hodie dixit, quia non praeterit illa generatio: genui, quia initio caret.

Matth. 5
Psalm. 2.

De aequalitate patris, & filij, & Spiritus Sancti.
Caput VIII.

S Vpradictis adiendum, quod licet filius de patre, non tamen posterior patre, uel inferior putandus est, sed coaeternus, coomnipotens, consubstantialis, coequalis patri filius, patri & filio Spiritus sanctus. Augustinus in libro de Trinitate. Sic coaeternus est patri filius, sicut splendor coaeuus est igni, & esset aeternus si ignis esset aeternus. Et est notandum, quod filius aequalis est patri secundum

substantiam, non secundum proprietatem, qua distinguitur a patre. In eo enim quod filius est unus Deus cum patre, una natura, una substantia, aequalis est patri: sed secundum quod de patre est genitus, non est aequalis ei. Ergo inaequalis? non est uerum: Quia secundum hoc quod pater est ingenuus, filius genitus, nec aequalitas nec inaequalitas consideratur. Idem & de Spiritu sancto. Augustinus in quinto libro de Trinitate. Quia uero filius relatiue ad patrem dicitur, non secundum quod ad patrem dicitur, aequalis est patri filius, sed secundum quod ad se dicitur, aequalis est patri filius. Quicquid autem ad se dicitur, secundum substantiam dicitur; restat ergo, ut secundum substantiam aequalis sit patri. Eadem ergo utriusque substantia. Huius sanctae Trinitatis non debet dici pars, una de tribus personis. Tota etenim Trinitas est una substantia, simplex & indiuidua. Nec sunt aliquid maius duae personae quam una, uel tres quam duae. Cum enim unaquaque illarum sit diuina substantia, & illae tres eadem substantia, non tres sunt maius aliquid quam una. Augustinus. In Trinitate, quae Deus est, pater est Deus, filius Deus, spiritus sanctus Deus: & hi tres unus Deus. Nec huius Trinitatis tertia pars unus Deus est, nec maior pars est duo quam unus, nec maius aliquid sunt omnes quam singulae personae, quia spiritualis non corporalis est magnitudo. Idem. Non quoniam Deus Trinitas est ideo triplex putandus est Deus: alioqui minor esset in singulis quam in tribus pariter.

Quod de sancta Trinitate nihil dicatur secundum accidens. Cap. IX.

H Oc etiam considerandum est, quod de sancta Trinitate nihil dicitur secundum accidens. Quod enim secundum accidens dicitur, mutabile est: sed in Deo nihil mutabile. Non tamen omne, quod dicitur de Deo, secundum substantiam dicitur: quia quaedam secundum relationem uel proprietatem dicuntur, ut pater, filius. Augustinus in libro quinto de Trinitate. Accidens dici non solet, nisi aliqua mutatione rei, cui accidit amitti potest. In Deo autem secundum accidens nihil dicitur, quia ei nihil accidit. Nec tamen omne quod dicitur, secundum substantiam dicitur. Secundum substantiam dicuntur, quae sine aliquo respectu relationis dicuntur, uel quae unitatem diuinam substantiae exprimunt, ut Deus, omnipotens, & similia. Et haec omnia (ut ait Augustinus) de singulis dicuntur personis, & non pluraliter, sed singulariter de tribus simul dicuntur. Si enim pater Deus, omnipotens, sapiens, aeternus, & caetera: ita filius Deus, omnipotens, & caetera: & Spiritus sanctus similiter. Et isti tres unus Deus, uno omnino potens: & sic de omnibus, quae secundum substantiam dicuntur: excepto hoc nomine persona. Cum enim hoc nomen persona, secundum substantiam dicatur: de singulis enim potest enuntiari personis, pater est persona, filius persona, spiritus sanctus persona: non tamen potest dici isti tres una persona. Augu-

Augustinus. Persona ad se dicitur, sicut Deus, & similia. Hoc autem solum nomen est, quod cum dicitur de singulis ad se, pluraliter non singulariter accipitur in summa. Et est inuentum hoc nomen persona (ut Augustinus ait) ut cum quaereretur quid tres uel quid tria, uno nomine responderetur, scilicet tres personae. Augustinus. Ideo tres dicimus personas, non ut aliqua intelligatur essentiae diuersitas, sed ut uel uno uocabulo responderi possit cum dicitur quid tres uel quid tria. Idem. Cum quaeritur: qui tres uel quae tria, dicentur pater & filius & Spiritus sanctus: dictum est tres personae. quo nomine non diuersitatem intelligi uoluit, sed singularitatem noluit: ut non solum ibi unitas intelligatur, sed trinitas. In Trinitate namque non est diuersitas: (quia qualis pater talis filius) sed distinctio. Nec singularis dicendus est Deus: quia iam esset tantum una persona. Augustinus in libro questionum ueteris, & nouae legis. Unus quidem est, sed non singularis: habet & exterius in mysterio alterum, qui sit cum altero. Ambrosius de fide ad Gratianum Imperatorem. Quod unius est substantiae, separari non potest, ut non sit singularitatis, sed unitatis. Singularitas ad personam pertinet, unitas ad naturam. Hinc non parua oritur quaestio. Cum hoc nomen, persona, teste Augustino secundum substantiam dicatur, & cum haec sit diffinitio personae: Persona est rationalis substantiae indiuidua natura: quomodo sit intelligendum, filius est alia persona a patre. hoc enim sane potest dici. pater est persona, id est rationalis substantia: filius est persona, id est rationalis substantia. Item cum dicimus pater & filius & Spiritus sanctus sunt tres personae, non possumus dicere tres rationales substantiae. Ad quod potest dici: quando per se dicitur, pater est persona, filius est persona, sane ita exponitur: pater est persona, id est rationalis substantia, sed per additionem restringitur significatio, ut filius est alia persona, id est discretus per aliam proprietatem: pater & filius & Spiritus sanctus sunt tres personae, id est discreti per tres proprietates. Sicut enim cum dicitur filius est Deus, non distinguitur a patre, sed cum additur filius est Deus de Deo, iam fit distinctio. Ita cum dicitur pater est persona, filius est persona, nondum fit distinctio: sed cum additur alia persona uel per pluralem tres personae, iam distinctio notatur. Si quis hanc quaestionem conuenientius potest soluere: ego nulli praedico. Praeterea est unum nomen, scilicet Trinitas, quod de nulla persona singulariter dicitur, sed omnibus simul: nec est substantiale, sed pluralitatem designat personarum. Et ita quaedam sunt nomina in sancta Trinitate, quae dicuntur singulariter, & non coniunctim, ut pater, filius, & Spiritus sanctus, quae ad proprietatem referuntur: quaedam coniunctim, & non singulariter, ut Trinitas: quaedam singulariter & coniunctim, ut Deus, omnipotens, & similia.

Quaestio

Diffinitio personae. Quomodo sit intelligendum filium facilius est alia persona a patre.

De diuersa nominum acceptione. Cap. X.

M Odo considerandum est, quod illa nomina, quae ad unitatem diuinam substantiae perti-

nent, per determinationes quandoque etiam sine determinatione accipiuntur in personarum distinctione, ut sapientia, bonitas: ad substantiam enim referuntur, quia tres personae sunt una substantia, una sapientia, una bonitas. Sed tamen cum dicitur sapientia patris, ad filium tantum: bonitas patris & filij, ad Spiritum sanctum. Similiter spiritus, charitas: tota enim Trinitas unus spiritus, una charitas: sed cum additur sanctus, cum etiam dicitur charitas patris & filij, solum modo ad Spiritum sanctum referantur. Pater enim est spiritus, pater etiam sanctus, sed non Spiritus sanctus. Solent etiam sine appositis determinationibus personas significare haec nomina, ut per sapientiam intelligatur filius, ut in prouerbij Salomonis sapientissime: per bonitatem Spiritus sanctus. Hoc etiam nomine spiritus usus est Hieronymus in significatione personarum, sic dicens in Psalmo confessionis. Tres spiritus postulat Dauid dicens: Spiritu principali confirma me: Spiritum rectum in noua in uisceribus meis: Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Qui sunt isti tres spiritus: Principalis spiritus, pater est. Rectus spiritus, filius. Spiritus sanctus, Spiritus sanctus. Ecce quod Hieronymus dicit tres spiritus, id est tres personas. Augustinus quoque in libro de doctrina Christiana tres res dixit ad pluralitatem personarum respicientes. Ait quippe sic. Res aliae sunt, quibus fruendum est, aliae quibus utendum. Illae, quibus fruendum est, nos beatos faciunt. Illis, quibus utendum est, tendentes ad beatitudinem adiuuamur. Si redire in patriam uolumus, utendum est mundo, non fruendum. Res igitur, quibus fruendum est, pater, & filius, & Spiritus sanctus. Eademque Trinitas una quaedam res est, communisque omnibus fruentibus ea. Frui autem est amore inherere alicui rei propter seipsam. Patet itaque, quod eadem nomina modo ad unitatem substantiae, modo ad pluralitatem personarum significanda ponuntur. Similiter haec nomina, Potentia, sapientia, bonitas, nomina substantiae sunt, & singulis personis equaliter conueniant: & tamen sapientissime in sacra scriptura per potentiam pater, per sapientiam filius, per bonitatem Spiritus sanctus intelligitur. Et quare hoc fiat, bonum est quaerenti satisfacere. Cum haec nomina, pater, filius, Spiritus sanctus, translata sint a creaturis ad ipsum creatorem, ne uideantur, quod in nobis significant, in Deo significare, attribuitur patri potentia, filio sapientia. In hominibus enim pater est prior filio, filius patre posterior: & ex antiquitate in patre defectus, ex posteritate in filio imperfectio sensus solet notari. Attribuitur ergo patri potentia, ne uideatur prior filio, & inde impotentior: filio sapientia, ne uideatur posterior, & inde minus sapiens patre uel inferior. Nec dicitur filius sapientia, ideo quod ipse solus sit sapiens, cum tota Trinitas una sit sapientia: nec pater potentia, quod ipse solus sit potens, cum tota Trinitas sit una omnipotentia, sed ibi magis dicendum fuit, ubi plus dubitari potuit. Vnde dicitur: Credo in Deum omnipotentem. Spiritus etiam solet poni ad rigorem significandum, & crudelem solet denotare: & ideo

Nominum. quae ad unitatem diuinam substantiae pertinent diuersa acceptione.
B Pater est spiritus, pater est sanctus, & tamen pater non dicitur Spiritus sanctus.
Psalm. 50. Spiritus, quos Dauid postulabat, tres qui.
C Frui quid sit.
Potentia, sapientia, bonitas, quomodo de personis diuina dicantur.
Quare patri potentia filio sapientia, & Spiritus sanctus bonitas uel benignitas attribuantur.

Personae
cur tantis
tres.

Sancta Tri-
nitatis si-
gna in crea-
tura.

Temporal-
ter dicta de
Deo sine
Dei muta-
tione.

E ideo bonitas uel benignitas frequentius appella-
tur. Hic oritur quaestio difficilis, si in Deo tres per-
sonae dicuntur esse quia potens, sapiens, & beni-
gnus est, quare non potius quatuor uel quinque,
uel multo plures, cum sit fortis, iustus misericors,
pius, & caetera: Ad quod dici potest, quod quae-
cunque dicuntur de Deo, & creduntur ueraciter in
Deo, ad haec tria referuntur. Si enim fortis dicitur,
in corruptus, incommutabilis, & similia, totum
hoc potentiae est. Si prouidus, inspector, intelligens,
totum hoc sapientiae est. Si pius, mansuetus, misericors,
totum hoc bonitatis est. Et in his tribus summa
perfectio est. Vbi enim concurrunt ista tria, posse,
scire, uelle (quod benignitatis est) nihil deest. Si
aliquod horum tollas, non est summa perfectio. Est
ergo Trinitas perfecta, quae non potest minui, nec
potest augeri. In creaturis huius sanctae & iudici-
duae Trinitatis signa apparent, signum potentiae est
rerum immensitas, sapientiae pulchritudo, bonitatis
utilitas. Et ita per haec quae foris sunt, inuisibilia Dei
cognoscuntur a creatura rationali. Sicut nomina
substantia, de quibus prius diximus, dicuntur de sin-
gulis personis: similiter illa nomina, quae respectu
creaturae competunt Deo temporaliter, uelut haec
nomina, Dominus, creator, miserator. Ut enim
Augustinus ait in libro de Trinitate, Non ante fuit
Dominus, quam eius esset seruus. Itaque tempo-
raliter coepit esse Dominus, quoniam creatura in
tempore facta coepit ei subsistere. Similiter coepit
Deus esse creator in tempore, ex quo fecit creaturam.
Non enim creauit eam ab aeterno, nec creatori est
coeterna. Et cum pater sit Dominus & creator, &
filius similiter, & Spiritus sanctus: non tamen tres
domini, sed unus Dominus, non tres creatores, sed
unus. Quod aliqua dicantur de Deo temporaliter
& sine eius mutatione, Augustinus ostendit per
similitudinem rei, quae incipit esse pretium sine
sui mutatione, in libro quarto de Trinitate. Nummus
cum dicitur pretium, relative dicitur: nec tamen
mutatus est cum esse coepit pretium, neque cum
dicitur pignus, & si qua sunt similia. Si ergo
nummus nulla sui mutatione potest relative dici,
quanto magis de immutabili substantia Dei accipi-
endum est, ut quamuis temporaliter incipiat dici,
non tamen substantiae Dei aliquid accidisse dicatur,
sed illi creaturae, ad quam dicitur. Quod ergo
incipit temporaliter dici, quod ante non dicebatur,
manifestum est relative dici: non secundum accidens
eius, ad quod dicitur. Pater itaque, quod Deus ex
tempore est Dominus, & creator: & tamen uerum est,
Dominus omnium est ab aeterno, & creator ab aeterno:
sed non ab aeterno Dominus, nec ab aeterno est
creator. Nec mirum uideri debet, quod aliquid dicitur
ei ex tempore competere. Nam assumpsisse carnem ex
tempore conuenit ei, & hoc nomen Christus ex tempore
conuenit filio Dei, Christus tamen ab aeterno est.

De personarum appropriatis. Cap. XI.

H Quid uerendum est, utrum proprietates illae, quibus
distinguantur personae, sint ipsae perso-

nae. Quod personae distinguantur per proprietates,
habetur in illa auctoritate, in essentia unitas, &
in personis proprietates: & in alijs multis auctorita-
tibus. Quidam tamen uoluerunt dicere, quod proprie-
tates illae non essent ipsae personae, opponentes
illud: Si per eas discernuntur personae, quomodo
sunt ipse personae? Quos auctoritas, & ratio confutat.
Dicit enim Augustinus. Quicquid in Deo est, Deus
est. Ergo proprietates patris Deus est, quia proprie-
tas patris est ipse pater. Non tamen dicitur ita
simpliciter, proprietates est Deus uel pater, sed
proprietates patris: sicut non dicitur uoluntas est
Deus ita absolute, sed uoluntas Dei est Deus. Quid
est enim proprietates patris, proprietates filij, proprie-
tates Spiritus sancti, nisi ista personae inter se discre-
tae & distinctae? Hieronymus ad Damasum papam
de explanatione fidei. Confundentes Atrium unam
eamdemque substantiam Trinitatis dicimus: impietatem
Sabellij declinantes, tres personas expressas sub
proprietate distinguimus. Item. Non enim nomina
tantummodo sed etiam nominum proprietates id est
personas uel (ut Graeci expriment) hypostasies id est
subsistentias confitemur. Ecce quod Hieronymus dicit
proprietates id est personas: Ideo Deus simplex dicitur,
siue non amittendo quod habet, seu quia aliud non
est ipse, & aliquid quod in ipso est. Ratione etiam
potest eis obuiari hoc modo. Si tres proprietates
uel relationes in Deo sunt, quae non sunt ipsa
diuina substantia: apparet non fuisse solam ab aeterno
diuinam substantiam, quae Trinitas est. Sed sola
Trinitas est ab aeterno, quae unus Deus est. Fateamur
igitur tres personas, uel tres illarum proprietates
unum Deum, unam essentiam, & unam diuinam
substantiam: illas tres personas esse, uel illas
proprietates. Quod quamuis longe sit a sensibus
nostris, & ab humana ratione: indubitanter tamen
credi oportet, ut enim ait Gregorius: Fides non
habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum:
id est in ea parte, in qua humana ratio praebet
experimentum. Non enim fides est contra rationem,
sed supra rationem. Et ideo qui nil credere uult
nisi quod ratione comprehendit (ut philosophi) non
habet meritum fides eius, sed qui illud quod rationi
non est contrarium, & tamen est supra rationem
credit. Vnde Apostolus. Prope est uerbum in ore tuo,
& in corde tuo uerbum fidei. prope quia non est
contrarium rationi, sed supra rationem. Quid sit
proprium patris, supra assignatum est, scilicet esse
ingenitum, quod est esse patrem. Nec turber, quod
Augustinus dicit. Non est idem ingenitum dicere,
quod patrem dicere: quia pater dicitur ad filium,
sed ingenitum nullam relationem notat. Et ideo non
est idem dicere patrem esse ingenitum & esse
patrem, sed idem in sancta Trinitate est esse
ingenitum & esse patrem, sicuti idem est esse
sapientiam patris, & esse filium eius, & esse
uerbum patris. Sed tamen illud nomen filius notat
relationem, & non illud, scilicet uerbum, uel
sapientiam. Augustinus in libro de Trinitate. Non
est idem ingenitum dicere quod est patrem dicere:
quia & si filium non genuisset, nihil prohiberet
eum ingenitum dicere: quia nec ideo quisque pater,
quia ingenitus,

Fides non est contra rationem sed supra rationem

Rom. 10

Ingenitum dicere & patrem dicere non est idem, licet in sancta Trinitate sit idem esse ingenitum & esse patrem.

Utrum pater sit sapiens sapientia a se genita.

Deus genuit Deum. Quaestio.

Trinitatis opera ad extra sunt inseparabilia.

tus, nec ingenitus ideo, quia pater. Ideo non ad ali-
quid, sed ad se ingenitus dicitur. Genitus uero dici
non potest nisi ad aliquid. Ideo quippe filius, quia
genitus: & quia filius, utique genitus. Sicut autem
filius ad patrem, sic genitus ad genitorem: & sicut
pater ad filium, sic genitor ad genitum. In hoc loco
notandum est, quod cum filius sit sapientia a patre
genita, & pater sit sapiens sapientia sua: utrum
pater sit sapiens sapientia a se genita. Augustinus dicit
hoc non esse concedendum. Si enim esset sapiens
sapientia genita ex se (cum ei sit esse quod sapiens
esse) iam pater a filio haberet esse, non filius a patre.
Non est ergo pater sapiens sapientia genita ex se,
sed sapientia ingenita; quae ipse est. Pater enim est
sapientia ingenita. Si opponitur: cum pater sit sapiens,
uel sapientia genita ex se uel alia. Non est uerum:
quia una sapientia tota est Trinitas, sed in patre
ingenita, in filio genita. Sicut dicitur filius est Deus
de Deo, lumen de lumine, principium de principio:
pater non est Deus de Deo, principium de principio:
ergo alius, & aliud. Non est uerum: quia unus Deus
cum filio, & unum principium omnium creaturarum.
Pater enim principium filij, quia de eo filius: pater
& filius principium Spiritus sancti: tota Trinitas unum
principium omnium creaturarum. Similiter, licet pater
non sit sapiens sapientia genita ex se, non tamen
est alia sapientia sapiens. Augustinus de Trinitate.
Si solus filius intelligit patri & sibi & Spiritui sancto,
illud consequitur ut pater non sit sapiens de seipso,
sed de filio: nec sapientia sapientiam de se genuit,
si ea sapientia pater dicitur esse sapiens, quam genuit:
ubi enim non est intelligentia, nec sapientia esse potest.
ac per hoc pater, si pater sibi non intelligit, & filius
intelligit patri, profecto filius patrem sapientem facit.
Et sic hoc est Deo esse quod sapere, & illi essentia
quod sapientia: non filius a patre (quod uerum est) sed
a filio potius pater habet essentiam: quod falsum est.
Est ergo Deus pater sapiens ea, quae ipse est sapientia:
& filius sapientia patris. Solet a quibusdam talis fieri
quaestio. Deus pater genuit Deum filium, & ita Deus
genuit Deum: quod sane potest concedi. Legitur enim
de filio: Deus de Deo, lumen de lumine. Si uero quaeratur:
quia Deus genuit Deum, an se an alium? Neutrum est
concedendum. Quod non genuit alium Deum, manifestum
est, quia non est Deus, nisi unus. Quod non sit concedendum,
Deus genuit se, Augustinus ostendit in libro de Trinitate
dicens. Qui putat huius potentiae Deum esse, ut seipsum
genuerit: eo plus errat, quod non solum Deus ita non est,
sed nec spiritalis creatura, nec corporalis. Nulla enim
res est omnino, quae se ipsam gignat: & ideo non debet
dici, Deus genuit se. non enim diuina substantia genuit
seipsum, nec etiam aliam diuinam substantiam: sed
persona patris genuit personam filij. Praeterea sciendum
est, quod sicut Trinitas inseparabilis est, ita inseparabiliter
operatur. Quicquid enim operatur pater, hoc idem filius,
& Spiritus sanctus operantur. Opponitur. Soli filio
conuenit assumpsisse carnem, sed hoc est quaedam operatio:
igitur aliquid operatur filius, quod non pater, quod

non Spiritus sanctus. Ad quod dicitur, quod licet inseparabiliter
operentur pater & filius & Spiritus sanctus: tamen aliquid
conuenit uni quod non alijs. quod per similitudinem ostendunt
sancti. In radio nanque solis sicut inseparabiliter adiunguntur
splendor & calor, tamen splendor illuminat, calor exsiccat,
nec calor illuminat, nec splendor exsiccat: similiter in sancta
Trinitate, tota Trinitas operata est incarnationem filij.
Tota enim Trinitas operata est, ut homo ille esset, & ut uerbo
uniretur, sed non ut tota Trinitati uniretur. Ergo illa operatio
non magis filij quam patris, sed unio filij & non patris,
sicut solius patris uox de nube audita est: Hic est filius
meus dilectus, in quo mihi complacui; & caetera. Si enim
esset uox filij, uel Spiritus sancti, falsum esset, hic est
filius meus: non est enim filius, sui ipsius uel Spiritus
sancti filius, & tamen tota Trinitas operata est uocem
illam, sed soli patri conuenit, quia solus pater per eam
significatus est. Sicut etiam solus Spiritus sanctus in
columba apparuit, cum tota Trinitas ea operata sit, sed
solus Spiritus sanctus in ea apparuit, quia ipse solus per
eam significatus est. Queritur, ad aliter Spiritus sanctus
fuerit in columba illa, quam in alijs creaturis. Respondetur,
non aliter quantum ad praesentiam uel essentiam diuinitatis,
sicut iam diximus, quae est in omnibus creaturis &
aequaliter, sed quantum ad significationem aliter.

De praesentia, & praedestinatione. Cap. XII.

Quum omnium, quae operatur Trinitas, praesentia
eius dispositio & uoluntas actum praecedat, oboritur
inuestigatio de praesentia Dei, & de prouidentia, de
praedestinatione, & uoluntate, & potestate. Et est sciendum,
quod sapientia Dei propter diuersos affectus pluribus
appellatur nominibus, ut sunt scientia, prouidentia,
praescientia, praedestinatio, dispositio. Scientia est
existentium, praescientia futurorum, prouidentia gubernandorum,
dispositio faciendorum, praedestinatio saluandorum. De
praesentia solet quaeri, utrum ipsa sit causa rerum, uel
ipsae res causa praesentiae. Sed ut Boetius in libro de
consolatione philosophiae ostendit, neutrum est concedendum.
Si enim quia praesciantur a Deo, ideo essent (cum & mala
praesciantur) iam esset praesentia causa malorum: quod
penitus caret ratione. Item si res quia futurae sunt, ideo
praesciuntur a Deo: tunc quod temporale est, causa est
eius, quod aeternum est. Origenes tamen super epistolam
ad Romanos dicit. Non propterea aliquid erit, quia id
Deus scit futurum: sed quia futurum est, scitur a Deo
antequam fiat. Quod sic potest exponi, quia futurum
est, id est quod futurum est: ut ibi non notetur causa.
Sicut enim Esaias praedixit caecitatem Iudaeorum
futuram dicens: Dedit eis oculos, ut non uideant: nec
tamen ideo facta est, quia ille praedixit: sed quod futurum
erat, ille praedixit. Ita Deus ab aeterno praesciuit
caecitatem illam, sed non ideo facta est, quia praesciuit:
sed quia futura erat, eam praesciuit, quem nihil potest
latere. Praesentia improprie dicitur in Deo, Apud eum
nanque nihil

Matt. 3

Spiritus sanctus in aliter fuerit in columba, quam in alijs creaturis.

Q

Sapientia Dei pluribus appellatur nominibus.

R Praesentia Dei an sit causa rerum an contra res causa eius.

Praescientia nihil futurum, nihil praeteritum, in eo nec prius est, nec posterius: sed quantum ad res, quae nobis futurae sunt, dicimus eum futura praescire, quod quantum ad eum est, est ea tanquam praesentia scire. Dicit auctoritas, quod eius scientia non potest augeri, nec minui. Non enim plus potest scire, qui omnia scit: nec minus, qui non potest obliuisci. Opponitur de hoc, quod Hieronymus dicit super Habacuc. Absurdum est (inquit) ad hoc Dei deducere maiestatem, ut sciat per momenta singula, quot culices nascantur, quot ue moriantur, quae pulicum & muscarum sit multitudo, quotue pisces natent in aquis, & similia. Non sumus tam fatui adulatorum Dei, ut dum potentiam eius etiam ad ima detrudimus, in nos ipsos iniuriosi simus eandem irrationabilium & rationabilium prouidentiam esse dicentes. Quod quidam ita exponunt: Absurdum est ad hoc Dei deducere maiestatem, ut sciat per momenta singula quot culices &c. Scit quidem, quia eum nihil latere potest, sed non per momenta ut nos, qui simul omnia scire non possumus. Alij sic exponunt. Absurdum est ad hoc Dei maie. &c. ut sciat quot culices: ita ut habeat inde curam. Non enim Deo cura est de bobus, sed de hominibus est cura, quia ad eorum custodiam angelos delegat. Vnde Angeli eorum semper uident faciem patris. ¶ Potest & alia difficilis oppositio hic fieri. Est aliquis, qui nunquam lecturus est, posset tamen esse ut ipse legeret: queritur, utrum Deus hunc lecturum sciat an non. Non possumus dicere, quod scit eum lecturum: quia hoc falsum est, quod ipse sit lecturus. Augustinus in libro ad Renatum. Quid quod ipsa exinanitur praescientia, si quod praescitur non erit? Quomodo enim recte dicitur praesciri futurum, quod futurum non est? Si dixerimus: non scit eum lecturum: opponitur. Potest esse ut iste legat: quod si esset, utique sciretur a Deo. & hoc potest esse: ergo potest esse, ut sciatur a Deo: ergo plus potest scire quam sciat: quod penitus falsum est. Huius questionis solutionem aliorum iudicio relinquo. Mihi tamen uidetur, quod neutra illarum sit concedenda. Si quis enim querit, scit hunc lecturum, non dicam, scit eum lecturum, uel, nescit eum lecturum, sed scit eum non esse lecturum. Nunquam enim Deus nescit hoc, uel non scit hoc (cum eum nil lateat) dicendum est. ¶ Hoc distat inter praescientiam & praedestinationem, quod praescientia de saluandis, & damnandis, praedestinatio de saluandis tantum. De praedestinatis nullus damnari, de reprobis nullus potest saluari. Reprobi sunt praesciti ad mortem, praedestinati praesciti ad uitam. Augustinus de correctione, & gratia. In Apocalypsi dicitur. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non est accepturus, nisi iste perdiderit, certus est electorum numerus. Idem. Praedestinatus electorum numerus nec potest augeri, nec minui. ¶ Opponitur quod possit minui, quia omnes damnari possunt. Quicumque enim saluatur, ex gratia saluatur, & quod gratis datur, posset non dari. Similiter probatur quod possit augeri, quia omnes possunt saluari, nisi enim possent saluari, non imputandum esset eis quod dampnantur. Solutio. Verum est, non potest augeri numerus praedestinatorum, quia hoc non potest esse.

se, ut aliquis saluetur ita quod non sit praedestinatus. non potest minui, quia hoc non potest esse, ut aliquis praedestinatus sit & damnetur. Per se enim uerum est, iste potest damnari: quod ideo uerum est, quia posset non esse praedestinatus, sed non est uerum, iste praedestinatus potest damnari: quia non potest utrumque esse ut praedestinatus sit & damnetur. Similiter uerum est, iste potest saluari: sed non potest hoc esse, ut reprobis sit & saluetur. ¶ De praescientia solet opponi. Deus praesciuit hunc lecturum, uel aliud huiusmodi: sed potest esse, ut ipse non legat: ergo potest non esse, quod Deus praesciuit: igitur potest falli praescientia Dei. Sed sicut diximus de aliqua re futura, si hoc futurum est scilicet quod iste legat, non potest esse quin illud sit: non enim potest esse ut futurum quid sit, & non eueniat. & tamen hoc quod futurum est, potest non euenire: quia ita futurum est, ut possit non esse uel futurum esse. Similiter si praescitum est, non potest non euenire: quia non potest esse, ut praescitum sit & non eueniat: & tamen hoc, quod praescitum est, potest non euenire. Quod ideo uerum est, quia posset non esse praescitum. Nec inde sequitur, ergo potest falli praescientia Dei, qui tunc falleretur si utrumque esset, scilicet & quod praescitum esset euenire, & quod non eueniret. ¶ Cum praedestinatio diuina sit electio, iuxta illud Apostoli. Quos elegit ante mundi constitutionem: solet queri, quare hunc elegerit Deus magis quam illum, ut de Iacob & de Esau. Quidam dicunt, hunc elegit, quia talem futurum eum esse praesciuit, qui in eum crederet, & seruiret ei. Sed hoc Augustinus retractat in libro retractationum, plane ostendens quod si propter opera futura electus esset, iam non ex gratia electio esset. Si enim ex operibus (ut ait Apostolus) iam non est gratia. Idem in libro de praedestinatione. Non quia futuros tales non esse praesciuit, ideo elegit: sed ut essemus tales per ipsam electionem gratiae suae, qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Cum ergo praedestinauit opus suum praesciuit. Idem Augustinus super locum illum in Malachia propheta, Iacob dilexi, Esau odio habui: dicit, Cui uult miseretur, & quem uult indurat. Sed haec uoluntas Dei non potest esse iniusta. Venit enim de occultissimis meritis, quia & ipsi peccatores cum propter originale peccatum unam massam fecerint, tamen inter illos nonnulla est diuersitas. Praecedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quibus nondum sint iustificati, digni efficiuntur iustificatione, & item praecedit in aliis peccatoribus, quo digni sunt obstinatione. Sed quid intelligere uoluerit, nescimus: nisi forte dixerimus tum hoc intellexisse, quod supra diximus, tum retractasse. Quidam tamen hanc auctoritatem sic exponere conantur, uenit de occultissimis, id est ut merita eorum occultissima fiat. Gillebertus sic. Nisi homo peccasset, nullus damnandorum nasceretur: sed quia peccauit, simul damnandi cum saluandis nascuntur. Saluandi loco eorum, qui tunc nascerentur: damnandi nullo loco, sed ad exercitium & coronam bonorum. ¶ Item queritur, an ab aeterno praedestinos dilexerit. Ita est. Ergo & Paulum. Sic est. Et aequaliter: quia non

Z
A
E
Rom. 11.
Mala. 1.
Rom. 9.
Dilexerit ne Deus ab aeterno praedestinos.

non dilexit eum plus ab aeterno, quam quando persequeretur ecclesiam Dei: quia quod erat futurum de eo, ei erat praesens: & hoc non secundum merita sed secundum praemia, quae ei ab aeterno parauit: & tamen malum eius odio habebat. Et nota, quod omnes tam bonos quam malos secundum naturam aequaliter diligit, quia nihil odit eorum, quae fecit: non tamen aequaliter diligit bonos secundum praemiorum praeparationem, nec malos aequaliter odit secundum poenarum praerisionem. ¶ Sed queritur utrum Iudam dilexerit? Respon. Ita ab aeterno tantum, quantum modo secundum naturam habuit: tamen odio, quia talem uidebat eum futurum. Et nota, quod Iudas potuit saluari, nec tamen reprobatus potuit saluari. Disponit Deus tam bona quam mala. Vnde queritur, an omnia tam bona quam mala sint in eius dispositione? Ita est, dicunt quidam, & habent auctoritatem ab Augustino dicente. Nulla reliquit Deus inordinata. Et alibi. Malorum uoluntatum Deus est ordinator. Et iterum. In potestate malorum est malum uelle, sed utrum hoc uel illud malitia perficiant in potestate Dei est, diuidentis te nebras & ordinatis. ¶ Sed alij opponunt. Si Deus mala disponit, tunc mala placent ei, sed hoc est falsum, quia non placent ei mala, sed mala fieri placet ei propter uniuersitatem. Propter hanc oppositionem dicunt quidam, quod non disponit mala, sed disponit de malis eliciendo inde aliquid, quod proficit bonis, ut de Nerone quod Petro proficit, de Decio quod Laurentio, quia non uult aliquem ita stare ociosum in republica sua, quin sibi seruiat. Quod tamen seruitium, quia mala intentione fit, eis sic seruentibus malum est.

Sap. 11.
Verum Deus Iudam dilexerit.
An omnia tam bona quam mala sint in Dei dispositione.
Mala an disponat Deus, an ei placeant.

De uoluntate Dei. Cap. XIII.

NUNC de uoluntate Dei restat uidere. Voluntas Dei prima est causa omnium, & ideo immutabilis. Aliae enim causae mutabiles sunt, quia non sunt primae: & ideo saepe fallunt. Sed haec quia non habet aliam ante se, falli non potest, uel mutari. Et quia uoluntas Dei prima causa est omnium: cum dicitur, hoc ideo est, quia Deus uoluit: non est querendum quare uoluit. Primae enim causae nulla est causa. Cum igitur uoluntas Dei una sit (quae est ipse Deus, qui unus est) propter effectus tamen diuersos dicuntur plures uoluntates Dei. Vnde Propheta. Magna opera Domini exquisita in omnes uoluntates eius. Sicut idem Propheta propter diuersos effectus misericordiae & iustitiae Dei dicit pluraliter. Misericordias Domini in aeternum cantabo. Et alibi. Iustitiae Domini laetificantes corda. cum tamen (quantum ad ipsum Deum) una sit misericordia, una sit iustitia, quae est hoc quod ipse. Sic & de uoluntate. Nam uoluntas Dei in sacra scriptura aliquando accipitur ipsa, quae idem est cum Deo, & ipsi coaeterna est: & haec uoluntas semper impletur. De hac dicit Apostolus. Uoluntati eius quis resistit? Et alibi. Ut probetis quod sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Et potest haec uoluntas beneplacitum Dei, uel dispositio appellari. Vnde Propheta. Quaecumque uoluit fecit: id est quaecumque disposuit se facturum

Psal. 110.
Psal. 88.
Psal. 18.
Rom. 9.
Rom. 12.
Psal. 113.

Aliquando praecipio uel prohibitio Dei uoluntas Dei dicitur: quia signa sunt diuinae uoluntatis. Ut signa irae appellantur ira, ita signa dilectionis dilectio. Et dicitur iratus Deus, & ira in eo non est: sed signum tantum, quod foris fit, quo Deus iratus ostenditur, ita appellatur, ut in Aegyptijs submersis. Ira praecipio uel prohibitio (quia indicant nobis quid Deus uelit ut fiat uel non fiat) uoluntas nominatur. De qua Dominus in euangelio. Fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra. Et alibi. Qui facit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse frater meus, & soror est. Contra hanc uoluntatem multa fiunt. Augustinus in libro de spiritu, & litera. Infideles quidem contra uoluntatem Dei faciunt, cum eius euangelio non credunt. Sicut praecipio & prohibitio signa sunt uoluntatis diuinae, ita & operatio & permissio: & ideo in scriptura sacra saepe appellantur uoluntas Dei. Vnde illud Apostoli. Vult omnes saluos fieri. Quod ita exponit Augustinus in libro de correctione, & gratia. Vult omnes saluos fieri: id est nos facit uelle. Ecce quod illa, quae operatur in nobis, uoluntas Dei nominatur. Similiter & permissio. Vnde illud Apostoli. Quem uult indurat. Et Augustinus in Enchiridio. Non fit aliquid, nisi omnipotens uelit fieri, uel sinendo ut fiat, uel ipse faciendo. Nec dubitandum est Deum benefacere, etiam sinendo fieri quaecumque fiunt mala. Non enim haec nisi iusto iudicio finit, & profecto bonum est omne, quod iustum est. Habemus itaque quatuor signa diuinae uoluntatis. Haec sunt praecipio, prohibitio, operatio, permissio: cum tamen Dei uoluntas una & immutabilis permaneat. Quare diligenter est in tuendum, ubi loquatur scriptura de ipso Dei beneplacito, ubi & de signo beneplaciti. Cum enim inuenitur: uult Deus bonum, non uult malum: de beneplacito eDei intelligitur. Vult bonum, id est approbat, iudicat sibi concordare: non uult mala, id est non approbat, non iudicat sui similia. Et quamuis non uult mala, tamen uult mala esse. ¶ Ad quod uidentur, quaedam sunt bona in se, & ad aliud: & quaedam bona ad aliud, & non in se: & quaedam bona in se, & non ad aliud. Ea, quae sunt bona in se & ad aliud, uult Deus, id est approbat: & uult ea esse, quia ad aliud bona sunt, sicuti omnia bona, quae fiunt. Bona in se & non ad aliud, ut bona, quae possent fieri & non fiunt, ea uult Deus: quia uult omne bonum, id est approbat: sed non uult ea esse, id est non approbat ea esse, quia non sunt bona ad aliud. Quae sunt mala in se & ad aliud bona, sicut mala quae fiunt ea non uult Deus, id est non approbat: & tamen uult ea esse, quia bonum est ea esse. Nisi enim uellet, quod mala essent, nullo modo esse possent. Si enim ea uellet non esse, & non posset hoc efficere, impotens esset, sicut & nos sumus, qui quod uolumus quandoque non possumus. itaque non possent esse mala, nisi uellet ea esse. Eo nanque inuito quomodo aliquid fieret, cum dicat scriptura: Uoluntati eius quis resistit? Cum igitur Deus ab aeterno in praescientia, & sapientia sua omnia bona & mala uiderit, inter omnia illa uidit ipse quaedam, quae si essent bona in se, essent & ad aliud: & ea non solum uoluit, sed & esse uoluit. Vidit & alia, quae si essent, licet in se bona essent,

Matt. 6
Matt. 12
i. Tim. 2
Deus uult omnes saluos fieri.
Rom. 9.
G
Diuina uoluntatis signa quatuor.
Rom. 9.

non tñ ad aliud: & ideo etsi approbet, qui sine causa nihil uult esse, noluit ea esse. Item cum uiderit alia, quæ in se mala, & ad aliud bona, uoluit ea esse.

I Quid enim melius est esse, an ea quæ sunt bona in se tantum, an ea quæ etsi non sunt bona in se, tamen ad aliud sunt bona: Ea utique, quæ ad aliud sunt bona. Non tamen concedimus si uult ea esse, quod & uult ea: nec illud, si sunt bona ad aliud, quod tunc sunt bona. Cum itaque aliquis peccat, contra uoluntatem Dei facit, quia contra præceptum eius, & quia non uult Deus quod facit, & tamen facit quod uult esse. Verbi gratia. Iudæi Christum crucifixerunt, occidendo contra uoluntatem Dei fecerunt, & tamen uolebat Deus illud malum esse, quia ad aliud bonum.

K Solent quidam sic opponere. Voluit Deus pater Christum pati & mori: ergo uoluit, ut Iudæi flagellarent, & occiderent eum, & ita fecerunt quod uolebat Deus. Quod non est ita concedendum, quia cum actus esset malus illorum, non placebat Deo, qui nullum malum uult, etsi placeret Deo ut esset actus ille. Ita enim solent accipi hæc uerba. Iste facit quod uult Deus: id est quod facit remunerat, gratum habet. Patet igitur, quod Deus uult malum esse, & tamen non uult malum: nec uult ut aliquis faciat malum, quia inde non remunerat, immo punit, sed bonum uult esse, & ut homines illud faciant, quia gratum habet, & remunerat. Et hoc est, quod Augustinus dicit in Enchiridio. Voluntas Dei semper impletur, aut de nobis, aut a nobis. De nobis impletur, sed non tamen implemus eam quando peccamus. A nobis impletur quando bonum facimus. Ideo enim facimus, quod Deo scimus placere. Augustinus. Hæc sunt magna opera Domini exquisita in omnes uoluntates eius, & tam sapienter exquisita, ut cum angelica, & humana creatura peccasset, id est non quod ille, sed quod uoluit ipsa fecisset: etiam per eandem creaturæ uoluntatem, qua factum est quod creator noluit, impleretur illud quod uoluit, bene utens et malis tanquam summe bonus ad eorum damnationem, quos iuste prædestinauit ad pœnam, & ad salutem eorum, quos benigne prædestinauit ad gratiam. Quorum enim ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt, quantum uero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficere ualuerunt. Hoc enim ipso, quod contra Dei uoluntatem fecerunt, de ipsis facta est uoluntas eius. Propterea nanque opera Domini exquisita in omnes uoluntates eius, ut miro & ineffabili modo non fiat præter eius uoluntatem, & quod etiam contra eius uoluntatem fit (quia non fieret si non sineret) & hoc utique non nolens finit, sed uolens, nec sineret bonus fieri malum, nisi omnipotens & de malo posset facere bonum. Gregorius. Multi uoluntatem Dei peragunt unde mutare contendunt, & consilio eius resistentes obsequuntur, quia hoc eius dispositioni militat, quod per humanum studium refulat. Potest opponi hoc modo. Bonum est malum esse, sed omnis boni Deus est author, ergo facit malum esse. Quod non est ita concedendum, quia tunc fierent mala eo authore. Sed potest dici, quod facit ut malum esse sit bonum, ipse enim operatur malum in bonum.

L Voluntas Dei semper impletur ut de nobis, aut a nobis. Psal. 110.

M De præceptione, & prohibitione solet ita opponi. Præcipit Deus quod non uult esse, quia multis præcipiuntur bona, quæ ipsi non faciunt. ut Iudæis sæpissime præcepit quæ non fecerunt, sed nec erat in beneplacito Dei ut illa facerent, uel quod illa essent, quia sicut iam diximus, quicquid Deus uult esse (cum omnia possit) illud totum est: alioquin impotens esset, si uellet aliquid esse, & non esset. Similiter prohibet malum facere alicui (ut eisde Iudæis sæpissime) & tamen facit illud malum. Volebat enim Deus illud malum esse, quia nihil potest esse, nisi Deus uelit illud esse. Vnde apparet, quod præcipit aliquando quod non uult esse, quia nihil potest esse, nisi Deus uelit illud esse, & quod uult esse prohibet. Sed si uult esse, quare prohibet? Si non uult, quare præcipit? Ad quod potest dici, quod ideo præcipit illud, quia bonum est illi: & domini est præcipere seruo, quod bonum est in se, & quod bonum est illi, cui præcipit. Et si placet domino iuuare seruum, ut illud faciat, misericordia est: si non placet iuuare, iustitia est. Similiter prohibet seruo malum, quia in se malum, & illi malum, cui prohibet: & domini est seruo prohibere malum, ut non habeat excusationem. Est et hic uidentum, quod licet bonum sit isti quod præcipitur ei, non tamen bonum uniuersitati: & quod prohibetur licet ei malum sit, bonum est uniuersitati. Et quia maius bonum est, quod totius, quam quod partis est: & minus malum, quod unius partis, & maius, quod totius: ideo quod bonum est uni, & non uniuersitati, non uult esse, & quod malum est uni, & bonum uniuersitati, uult esse, ne bonum uniuersitatis impediatur. Nihil enim fit, quod uniuersitati bonum non sit, quamuis iudicia Dei nobis occulta sint. Sed ut dicitur in Iob, Nihil in terra sine causa fit: & ita nec folium sine causa de arbore cadit.

N Vnc de potestate Dei dicendum est. Quod Deus omnia possit, multæ autoritates dicunt. Augustinus in libro questionum ueteris, & nouæ legis. Omnia quidem potest Deus, sed non facit nisi quod conueniat ueritati eius, & iustitiæ. In eodẽ. Potuit Deus simul cuncta facere, sed rō prohibuit. Dicendum est ergo Deum omnia posse. Opponitur quod dicit in libro de spiritu, & litera Augustinus. Omnipotens non dicitur Deus, quod omnia possit facere: sed quia potest perficere quicquid uult, ita ut nihil ualeat resistere eius uoluntati quin cōpleatur, aut aliquo modo impedire eã. Ad quod potest dici, quod Augustinus ubi dicit, omnipotens non dicitur, quod omnia possit, tam large accipit ibi omnia, ut cōprehenderet et mala, quæ non uult Deus, nec potest. Idẽ in libro de Symbolo. eus omnipotens non potest mori, non potest falli, non potest miser fieri, non potest uinci. Hæc itaque, & hmoi absit, ut possit omnipotens. Ac per hoc non solū ostendit ueritas omnipotentem esse, qui ista non possit, sed & cogit ueritas omnipotentem non esse, qui hæc possit. Patet itaque, quod Deus est omnipotens, quia potest omnia, quæ uult. Absolute etiam potest dici, quod possit omnia, nec tamen potest peccare, quia hoc non est aliuid de omnibus. Sed si opponitur de actionibus nostris, ut ambulare, & cætera, potest dici, quod ad eius omnipotentiam pertineant, licet in se non habere possit, non enim potest

O Mains est bonum totius quam partes.

P Nihil fit, quod uniuersitati bonum non sit.

Q Iob. 5.

De omnipotentia Dei. Cap. XIII.

Y Deus an possit quicquam melius facere quam se.

Deus an possit quicquam melius facere quam se.

test ambulare, & tamen potest facere, ut ambulatur. Considerandum arbitror, utrum Deus plura possit facere quam uelit facere, uel faciat. Augustinus in Enchiridio. Omnipotens uoluntas multa potest facere, quæ nec uult, nec facit. Potuit enim efficere, ut duodecim legiones angelorum pugnarent contra illos, qui eum ceperunt. In euangelio Matthæus. An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones angelorum? Vnde & idem Augustinus. Tunc in clarissima luce sapientiæ uidebitur, quod nunc piorum fides habet, quam immutabilis & efficacissima sit uoluntas Dei, quam multa possit & non uelit, nihil tamen uelit, & non possit. His autoritatibus patet, quod multa possit Deus, quæ non uult. Ratione idem potest probari. Non uult Deus omnes iustificari: & tamen quis dubitet eum posse? Augustinus in libro de natura, & gratia. Dominus Lazarum suscitauit in corpore: nunquid dicendum est non potuit Iudam suscitare in mente? Potuit quidem, sed noluit. Ad illud, quod dicimus, Deum posse facere quædam, quæ non uult facere, opponitur illud quod Augustinus dicit in libro de Symbolo. Hoc solum non potest Deus, quod non uult: etiam ita uidetur quod non possit facere aliquid, quod non uult. Sed ita exponendum est illud, Hoc solum non potest Deus, quod non uult, id est nihil potest facere nolens: non enim potest esse ut nolens faciat aliquid, qui cogi non potest.

R Item opponitur. Quicquid potest Deus facere, potest uelle, sed quiddam potest facere, quod non uult, potest igitur uelle, quod non uult: & si potest uelle quod non uult, mutabilis est uoluntas eius, nec est æterna: sed incipit aliquid uelle, quod prius non uolebat. Augustinus in libro Confessionum loquens ad Deum ait. Nec cogeres inuitus aliquid, quia uoluntas tua non est maior, quam potentia. Maior autem esset si teipso maior esses. Vnde uidetur, quod non possit Deus facere aliquid, quod non uult facere: & nihil potest uelle, nisi quod uult. Ad quod dici potest, quod uoluntas Dei accipitur multis modis, ut supra assignatum est. Aliquando pro effectu diuinæ uoluntatis: aliquando pro ea, quæ in Deo est, quæ est ipse Deus. Cum Augustinus dicit, multa potest facere Deus, quæ non uult, ad effectum respexit. quæ non uult, id est quæ non operatur, potest operari: non enim ex impotentia dimittit. & secundum hoc potest dici: Potest Deus uelle, quod non uult. Sed si de ipsa Dei uoluntate loquimur, quæ est hoc, quod ipse: nihil potest facere, nisi quod uult: & nihil potest uelle nisi quod uult. Idem enim est uelle quod esse, idem etiam uelle quod posse. Et ideo Augustinus dicit. Non est maior uoluntas, quam potentia. Vel hoc uel alio competentem modo potest prædicta contrarietas solui.

S Non est prætermittendum hic quosdam scientia inflatos dicere Deum non posse facere aliud, quam facit: uel dimittere de his, quæ facit, aliquid. Quod ita uolunt assignare. Quicquid Deus facit bonum est fieri & iustum (non enim potest facere nisi quod est iustum:) & quod bonum est fieri.

T Voluntas Dei multipliciter accipitur.

V Deus an possit facere aliud quod facit.

ri, non debet non fieri, igitur non debet Deus dimittere, quæ facit: & quod non debet non potest, ergo non potest non facere, quæ facit. Similiter probant, quod non potest aliud facere quam facit, hoc modo. Quod non facit non debet fieri, quia si deberet fieri, illud faceret: & quod non debet fieri a Deo, non potest fieri ab eo, ergo non potest facere ea, quæ dimittit facere. Sed ut mihi uideatur, sub hoc uerbo latet uenenum. Si enim dicimus non debet Deus illa facere: inferunt, ergo non potest facere. Si dicimus debet illa facere: ergo non potest dimittere quin faciat. sed neutrum de Deo concedendum est. Ut enim ait Augustinus, Fuit alius modus possibilis Deo, sed nullus nostræ miseræ sanandæ conuenientior. Nec tamen dicemus, debuit alio modo redemisse mundum, uel non debuit: quia nihil ipse ex debito, sed sola bonitate facit. Homines ex debito faciunt, quia meliores inde fiunt, uel deteriores si non faciunt.

Y Deus an possit quicquam melius facere quam se.

Z Quærendum est qualiter intelligant rem non posse esse meliorem.

A Nunc de illa parte fidei est agendum, quæ ad sacramentum incarnationis pertinet. Ut ait Apostolus, Mihi Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, ut damnaret peccatum de peccato. Quibus uerbis ex parte aperit mysterium incarnationis. Ad hoc enim uenit in mundum, ut damnaret diabolum, & hominem liberaret. Sed cum in mundo esset filius Dei, qui ubique est, quomodo uenit in mundum? Venit, quia uisibilis apparuit. Solent quæri, quare non pater, nec

B Hug. à S. Vic. To. iij. K k Spiri-

M. Hug. à S. Vic. To. iij. K k Spiri-

Quare non Spiritus sanctus carnem assumpsit, sed solus filius? **pater, nec** Ad quod potest dici, quod patrem non decuit: quia **Shūs san-** ei non convenit mitti ab aliquo, cū non sit ab alio. **ctūs carne** Neque Spiritus sanctus carnem assumpsit: ne alius **assumpsit,** esset filius in humanitate, & alius in diuinitate, & **sed solus fi-** ita essent duo filij in Trinitate. Est igitur persona **lius.** filij incarnata, vt idem, qui erat filius in diuinitate, **B** esset filius in humanitate. Erat & decens, vt sicuti **Filij perso-** per sapientiam suam pater mundum fecit, ita per **na dunta-** eandem redimeret. Et quia in homine utraque cor- **xtat incar-** rupta erat natura, scilicet anima & corpus, vtranq; **nata.** suscepit, vt utrunque liberaret.

Filius na- **turam, non** **personam** **assumpsit.** **C** Nec tamen personam hominis suscepit: natu- **ram** suscepit, & nō personam. Augustinus in libro **de fide ad Petrum.** Deus enim uerbum personam **hominis nō** accepit, sed naturam. In Christo enim **duæ sunt** nature, diuina & humana: & tres substā- **tiæ, caro,** anima, & uerbum, sed non duæ personæ. **Alia enim** natura Deus, alia homo, sed nō alia per- **sona** Deus, & alia ille homo. Vt enim Augustinus **dicit ad Felicianum,** Aliud est Dei filius, aliud filius **hominis,** sed non alius. Idem. Filius Dei de patre a- **liud,** aliud de matre, sed non alius.

Obie- **ctio.** Ad illud quod dicitur non assumpsisse perso- **nam,** opponitur sic. Animā & corpus suscepit, sed **hæc sunt** vna persona, igitur suscepit vnā perso- **nam.** Quod ita soluunt quidam. Ista duo simul iun- **cta sunt** vna persona: sed antequam assumerentur **a uerbo,** quia non erant simul iuncta, nec erant vna **persona.** Illa enim assumendo uniuuit, & uniedo as- **sumpsit.** Sed tamen potest opponi, quod anima est **rationalis** substantia, & indiuiduæ nature (quæ dif- **ferentia est** personæ.) Igitur si assumpsit animam, e- **tiam** personam. Quod utique sequeretur si prius **esset** anima quā assumeretur. Est nanque anima, **persona** sicut angelus. Quid enim est homo nisi ani- **ma** habens corpus? Sed ideo non assumpsit perso- **nam,** quia non erat persona quod assumpsit. Ani- **mam** nanque creando assumpsit, & assumēdo crea- **uit.** Eadem oppositio fieret sic. Filius Dei hominē **assumpsit,** sed nullus homo est, qui nou sit perso- **na.** quod fati concedimus, sed (ut diximus) non **erat** ille homo priusquam assumeretur: licet enim **corpus** esset prius, non tamen anima. itaque non as- **sumpsit** hominem, qui prius esset, sed assumendo **creauit.** Tamen non uidetur concedendum, assump- **sit** aliquem hominem, sed simpliciter hominem: **quod** tamen sic probari posse uidetur. Assumpsit **hominem,** qui in cruce pepedit, qui de Spiritu san- **cto** conceptus est: ergo aliquem. Hoc uidetur sophi- **sticum** esse, ut istud aliud. In præterito anno uidi il- **lum,** qui est episcopus: ergo aliquem uidi episco- **pum.** Sed quicquid in huiusmodi uerborum con- **trouersia** concedatur, hoc indubitanter teneamus, **quod** non assumpsit personam. Vt enim dicit Au- **gustinus,** Cum de rebus constat, in uerbis non est **habenda** controuersia. Prædictæ tamen quæstioni **rursus** potest istud adiungi. Si ideo non est persona **assumpta,** quia non fuit homo ille antequam assu- **meretur** a uerbo, tūc ille homo, ex quo fuit assump- **tus,** persona fuit. Et si homo a uerbo assumptus **persona** est, cum ille sit unius uerbo, persona est

unita uerbo: & sic persona est unita personæ: quod non est ita concedendum. Non enim est alia perso- na homo assumptus a uerbo, sed una persona cum uerbo. Legitur nāque: homo assumptus est in unio- nem personæ, non naturæ: quia non est vna natura cum uerbo, sed una persona. Sicut. n. anima & caro est unus homo: ita Deus & homo unus est Chrs: quanuis multo maior unio sit inter Deum & homi- nem, quā inter animam & carnem. Maior nanq; unio est inter spiritualem & spiritualem naturam, q̄ inter spiritualem & corporalem potest esse. Deus uero est spiritualis natura, & homo spiritualis natu- ra. Vnde tāta est unio inter Deum & hominem, ut Deus dicatur homo, & homo Deus: sed nec anima dicitur caro, nec caro anima. Itē: illa persona Chri- stus est uerus Deus & uerus homo: sed non potest dici, homo est caro, homo est anima.

G Homo est Deus sic exponitur. i. unius Deo: **G** Deus est homo, i. unius homini. Quam expositionem ego non improbo. Sed tamen mihi vī, q̄ plus in istis uerbis contineatur. Si. n. nihil aliud dicitur his uerbis, homo est Deus, nisi hō unius est Deo: quare non potest dici caro est anima, cum sit unita animæ? uel anima est Deus, cum sit unita Deo? Ita- que ideo dicitur, homo est Deus, Deus est homo: quia ille idem, qui est homo, est Deus: & ille idem, qui est Deus, est homo. Vnde Propheta. Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus. Et in Ioanne. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo. Vt enim Gregorius dicit, Ipse temporalis ex matre, æternus ex patre: ipse qui fecit, ipse qui factus est.

I De hoc solet queri, homo assumptus est Deus, **I** utrum sit concedendum. Sed cum Augustinus dicat, homo assumptus est vnigenitus Dei filius: non video qua fronte negari posset. Quidam tamē eius negatiuam concedunt, homo assumptus non est Deus: i. humana natura non est diuina. Et q̄ hunc sensum habeat probat autoritate Hieronymi, qui ait: Verbum est Deus, non caro assumpta. Quæ auctoritas nihil contra nos facit. Nullus. n. concedit hæc uerba, caro assumpta est Deus, vel humana natura est Deus. Licet. n. idē sit homo assumptus vel humana natura, dñam tamen faciunt in modo dicendi, sicuti Deus non est aliud q̄ diuinitas: Et cum dicatur homo est Deus, non tñ dicitur homo est diuinitas. Hoc. n. esset dicere, hō est diuina natura. Vt enim dicit Ambrosius. Nō uersibilitate nature, sed unione personæ & homo Deus, & Deus homo.

Quod Christus simul animam & carnem assumpsit. Cap. XV I.

P Ræterea hoc indubitanter est credendum, quod **k** non prius carnem (vt quidam dixerunt) & de- inde animam assumpsit, sed simul uniuuit sibi uer- bum Dei carnem & animam. In hoc uero differre non inueniuntur sapientes. Quidam dicunt, quod caro illa, quam de Maria suscepit, quadraginta diebus formata sit: & ea iam formata, scilicet lineamēta hominis habente, uerbum Dei simul uniuuit sibi, & carnem ipsam & ipsam animam. Et hoc volunt

Ioan. 1. volunt habere ex autoritate Augustini super Ioā- nem. vbi dicitur. Soluite tēplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis &c. Super quem locum dicit Augustinus. Hic numerus conuenit perfectioni dominici corporis: quia vt dicunt Physici, tot diebus forma humani corporis perficitur. Alij uolunt dicere, quod vt primum separata est caro illa per Spiritum sanctum, habuit aliquam membrorum distinctionem, sed adeo paruam, vt oculis non subiceret: sed per illos quadraginta dies, de quibus loquitur Augustinus, perfecta & notabilis fuit facta: & in ipso momēto separationis carnem & animam suscepit. Et istis magis assentiunt authores. Gregorius. Angelo nuntiante, & adueniente spiritu, mox uerbum in utero, mox intra uerum uerbum caro. Augustinus in libro de Trinitate. Non esset hominum & Dei mediator, nisi idem Deus idem homo in utroque & uerus & vnus esset. Quam seruilem formam a solo filio susceptam tota Trinitas (cuius vna est uoluntas & operatio) fecit. Non autem in utero uirginis prius caro concepta est, & postmodum diuinitas uenit in carnē: sed mox ut uerbum uenit, in utero (seruata ueritate propriæ nature) factum est caro & perfectus homo, id est in ueritate carnis & animæ natus est.

M De carne illa, cui unitum est uerbum queritur, utrum prius in Maria fuit caro illa obligata peccato. Quod ita fuisse Augustinus dicit: sed in ipsa separatione per Spiritum sanctum mundata fuit, & a peccato & a fomite peccati. Mariam uero totam prorsus a peccato, sed non a fomite peccati mundauit, quem tamen sic debilitauit, ut postea non peccasse credatur. Augustinus de natura, & gratia. Excepta sancta uirgine Maria, de qua propter honorem Dei nullā prorsus cum de peccatis agitur, habere uolo quæstionem: Inde enim scimus, quod ei plus gratiæ sit collatum ad uincendum ex omni parte peccatum, quod concipere ac parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo uirgine excepta, si omnes sancti, & sanctæ congregari possent: quid responderent, nisi quod Ioannes ait: Si dixerimus quia peccatum nō habemus, nosmetipfos seducimus, & ueritas in nobis nō est. Sed si igitur caro Christi in Maria & in alijs, de quibus descendit, fuit obnoxia peccato, quomodo solueret istud, Leui decimatus est in Abraham, & Christus non est decimatus in Abraham? Quod ita soluit Augustinus. Leui decimatus est in Abraham, quia inde per concupiscentiam descendit: Christus non est decimatus in eo, quia caro Christi non descendit inde per concupiscentiam. Sed nōne in Dauid, & in Mariam per concupiscentiam eadem caro descendit? Non tamen caro Christi: quia hoc esset dicere, quod in Christum descendisset per concupiscentiam: quod falsum est penitus. Quidam uolūt dicere, quod sicut ante peccatum in Adam fuit illa particula mūda & sancta: ita & post peccatum in ipse, & in omnibus successoribus recta linea usque ad Mariam conseruata sit. Et hoc dicunt se a Gregorio habere.

N Quia homo ille ab ipsa conceptione plenus gratiæ, & ueritatis fuerit, & quod tā

tam habuerit sapientiam, quod augeri non poterat: multæ autoritates testantur. Hieremias. Nouum faciet Dominus super terram: fœmina circundabit uirum gremio uteri sui. Quid est hoc, fœmina circundabit uirum: nisi quia ab ipsa conceptione perfectus homo secundum sapientiam, licet nō secundum quantitatem corporis (ut uoluerūt quidam) scilicet quod tantus in utero quantus in cruce? Ab ipsa enim cōceptione unxit eum Deus oleo lætitiæ præ participibus suis. Sed ad hoc uiderur oppositum illud, quod dicitur in euangelio. Iesus proficiebat ætate, & sapientia apud Deum, & apud homines. Sed potest dici, quod si non in se proficiebat sapientia, proficiebat tamen in hominibus, qui scilicet de sapientia eius proficiebant, & meliores fiebant. Sicut solet dici: proficit iste in episcopatu suo: non quod aliquando sapiētior fiat, sed quia bene instruit alios apud Deum & apud homines, id est ad honorem Dei, & ad profectum hominū. Beda super Lucam Recte dicitur plenus sapientia, non per interualla temporum proficiēdo in sapiētia, qua semper plenus fuit ab hora conceptionis: quoniam in ipso (ut Apostolus ait) habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. ¶ Solet a quibusdam queri utrum anima Christi sapiētiam omnium rerum habuerit. Dicunt quidam, quod non habuit omnem scientiam, nec omnia sciuit, quæ Deus scit: quod ita uolunt probare. Anima illa creatura est, sed in nullo æquatur creaturæ creatori, non ergo scit quicquid Deus scit. Item si anima illa cum Deo æqualem habet sapientiam, falsum erit Deum in omni bono maiorem habere sufficientiam quam eius creaturam. Item dicit Apostolus. Solus spiritus Dei scrutatur omnia etiam profunda Dei: igitur illa anima non potest scire omnia. Ad quod potest dici: quod licet anima illa unita uerbo Dei sciat quicquid uerbum, non tamen æquatur ei in scientia, quia illi inest per naturam illa scientia, animæ per gratiam. Item quod opponitur, Deus in omni bono habet maiorem sufficientiam quam creatura eius: hoc ibi dictum esse sciunt, ubi aliud creaturæ bonum a bono creatoris inuenitur. sed cum sapientia illius animæ non sit alia quam diuina sapientia, quomodo potest fieri comparatio? Indubitanter namque dicendum est, quod alia sapientia quam diuina non fuit in Christo. Si enim sapientia animæ Christi alia esset a diuina sapientia, minor esset. Si minor esset sapientia illius animæ a sapientia Dei, quomodo illud totum comprehenderet? Minus ergo sciuit homo ille quam Deus. Ideo ut illam ueritatem firmiter teneamus, quod illa anima nihil ignorauit, sed omnia sciuit: dicendum est, quod non alia sapientia erat anima illa sapiens: sed in Deo per naturam, in illa anima per gratiam. ¶ Quia autem dicunt: solus spiritus Dei scrutatur omnia, magis facit contra eos, statim enim supponit Apostolus. Nos autem spiritum Dei habemus. sed illa anima præ omnibus spiritum Dei habuit. Contra prauitatem illorum dicit Ioannes Euangelista. Spiritus alijs ad mensuram datur, sed Christo non est ad mensuram datus. Sed cum

Heb. 11

Luc. 2.

S

Col. 2.

O

1. Cor. 2

P

Obiect.

1. Cor. 2

Ioan. 3.

in Christo sint duae naturae, uideamus utri sit spiritus datus, an diuinae, an humanae. Diuinae non conuenit dari sed dare: est ergo humanae naturae datus spiritus sine mensura: sed ubi non est mensura, non est terminus, igitur illa anima sciuit omnia. Si enim quaedam sciuit, quaedam non: cum mensura sciuit, quia terminum habuit scientia eius. Fulgentius multa opponit contra illum errorem, asserens, quod omnium rerum scientiam habuit anima illa auctoritate Apostoli: ubi ait: In quo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei absconditi. Ratione quoque potest idem probari hoc modo. Nihil scit aliquis, quod eius anima nesciat: sed hoc omnes concedunt, quod Christus omnia scit: igitur anima eius scit omnia. Sed quantum supradictis respondere nesciant, adhuc tamen nobis opponunt. Si anima illa scit omnia, quia unita est scienti omnia: ergo debet dici omnipotens, quia unita est omnipotenti. Ad hoc dici potest, quod naturaliter anima est capax scientiae, & illud ei collatum est sine mensura, cuius ipsa naturaliter capax est: sed cum idem sit esse Deum quod omnipotentem esse, non potuit illud conferri creaturae.

Quod Christus omnia infirma nostra praeter peccatum suscepit. Cap. XVII.

Post supradicta videndum est, quod dicit Leo Papa: Dominus noster suscepit omnia infirmitatis nostrae praeter peccatum. Vt enim probaretur verum corpus habere, suscepit defectus corporis, famem, sitim, &c. ut probaretur veram animam habere, suscepit defectus animae, scilicet tristitiam, timorem, & caetera huiusmodi. Hic potest opponi, quod ignorantiam non habuerit, & tamen ignorantia non est peccatum, non ergo omnia nostrae infirmitatis suscepit. Ad quod potest dici, quod sicuti concupiscentia peccatum est, & tamen post remedium sacramenti non imputatur, nisi consentiatur illi motui: ita ignorantia est peccatum, & tamen non imputatur, nisi negligentia sit: de qua dicitur in Apostolo. Qui ignorat ignorabitur. Sed inuincibilis ignorantia non imputatur, est tamen (ut assignauimus) peccatum. Omne enim, quod separat inter nos & Deum peccatum dicitur: sed per ista Deo dissimiles sumus, & ab eo recedimus, & ideo dicuntur peccata. Si opponitur, quod non habuit poenitentiam: hoc non est aliquid inter omnia nostrae infirmitatis. Quod tristitiam habuit & timorem, in euangelio habemus. Tristis est anima mea usque ad mortem. & alibi. Coepit Iesus pauere & tædere. Augustinus. Tristitiam sic assumpsit quomodo carnem. Si enim non fuit tristis, cum euangelium dicit: Tristis est anima mea usque ad mortem: ergo & quando dicit euangelium, Dormiuit, non dormiuit. Iesus ergo fuit tristis, sed voluntate suscepit tristitiam veram. Ambrosius. Suscepit ergo tristitiam meam, suscepit voluntatem meam. Confidenter tristitiam nomino, qui crucem praedico.

Inueniuntur tamen aliae auctoritates, quae vir

dentur a Salvatore tristitiam & timorem remouere. Hieronymus. Ne passio in illius animo dominaretur per passionem, coepit contristari. Aliud enim est contristari, & aliud incipere contristari. Item: Erubescat qui putant Salvatore mortem timuisse, & passionis pauore dixisse: Pater, si potest fieri transeat a me calix iste. Augustinus. Infirmos in se praesignans ait: Transeat a me calix iste. non enim vere Dominus pati timebat tertia die resurrecturus, cum aueret Paulus dissolui, & esse cum Christo. Ad quod dicendum est, quod est quaedam tristitia, & quidam timor, quae tantum dominantur animo, & submergunt rationem, ut hominem (Dei contempto praeepto) ducant in peccatum, sicuti Petrus timore negauit. & de huiusmodi loquuntur authores quando dicunt Christum non timuisse. Sed est quidam timor moderatus, qui naturaliter inest omni homini, & sine peccato est, sicuti fames & sitis: & ille fuit in Christo, horruit quippe mortem.

Est etiam notandum, quod in Christo fuerunt duae voluntates. Dicit namque Augustinus. Non est alia voluntas patris quam filii, & secundum illam voluntatem voluit Christus pati & mori, sicut & pater volebat. Sed & alia uoluntas, quae naturalis appetitus potest dici, cuius est nolle mori. Et iuxta voluntatem hanc dictum est: Non mea uoluntas, sed tua fiat. Alibi. Non ueni facere uoluntatem meam, sed eius qui misit me patris. sed in eo semper praualuit uoluntas rationis, quia idem uolebat cum patre. Quod duae voluntates fuerunt in Christo, habemus a metropolitana synodo, in qua fuit Macharius archiepiscopus damnatus, qui assererat in Christo non fuisse duas uoluntates.

Solet etiam quaeri, utrum aliquid orauerit vel desiderauerit, quod non impetrauerit. Quidam uolunt dicere, quod non sit exaudita illa oratio, quae ipse orabat: Pater, si fieri potest transeat a me calix iste: quia ex humana infirmitate illud orabat. Similiter uolunt dicere, quod ipse secundum humanum affectum uoluerit salutem omnium. Unde illud. In siti mea potauerunt me aceto: id est cum desiderarem fidem illorum. Sed cum ipse dicat in Ioanne: non pro his rogo, qui de mundo sunt: non uideretur, quod unquam orauerit, nisi pro saluandis. Non enim uideretur conueniens, quod eius oratio non fuerit exaudita: vel quod ipse aliquid orauerit, quod patri sciret non placere, cum ipse omnia sciret.

An Christus sit creatura. Cap. XVIII.

Quibusdam solet quaeri, utrum sit concedendum: Christus est creatura. Non uideretur per se concedendum. Nam si creatura est, initium habet. Si habet initium, non fuit semper. Sed cum determinatione potest concedi: Christus est creatura secundum quod homo: quia secundum quod homo habet initium. nec tamen per se concedendum est, Christus habet initium. Ambrosius quoque multis argumentis probat aduersus

Tristitia & dolor quomodo in Christo.

Matt. 26

Voluntates duae in Christo.

Luc. 22. Ioan. 6.

Christus an sit in omnibus exauditus. Matt. 26

Psal. 68.

Ioan. 17

Y

aduersus Arrium, quod non sit creatura Christus, vel adoptiuus filius. Quamuis enim non filius Dei per naturam secundum quod homo, quia non est eiusdem substantiae cum patre secundum quod homo: non tamen adoptiuus. Adoptiuus enim est, qui cum prius esset non filius, adoptatur postea in filium. sed non prius homo ille, quam filius Dei fuit. Si ergo quaeratur a me: est Christus filius Dei: concedam, sed cum determinatione. Christus secundum quod homo, est filius Dei. Si dicatur: per naturam an per adoptionem? neutrum concedam, sed per unionem. Unde Apostolus. Qui praedestinatus est filius Dei in uirtute. Praedestinatio enim non secundum quod Deus, sed secundum quod homo ei conuenit. De hoc dicit Ambrosius. Quicquid habet filius Dei per naturam, habet filius hominis per gratiam. Solet opponi. Deus est aeternus, immensus, immortalis: ergo homo ille aeternus, immensus, & immortalis: sed homo ille ex tempore est mortalis & passibilis. Ad quod potest dici, quod sicuti dicitur Deus passus, mortuus, crucifixus: unde Apostolus, Dominum gloriae crucifixum: & tamen Deus in natura sua non potest mori, non potest pati, sed per unionem hominis dicuntur de Deo haec omnia: ita & quae Dei sunt, dicuntur de homine illo per unionem uerbi. Unde propheta. Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam, in Ioanne. Nemo ascendit in caelum, nisi filius hominis, qui de caelo descendit. Sed opponitur. Si homo ille aeternus est, ergo caret initio: quod falsum est, habet enim initium ex tempore. Sed non sequitur de homine, si est aeternus quod caret initio: quia prima est figuratiua. Sicut non sequeretur: Deus crucifigitur, moritur: ergo desinit esse vel uiuere. Ut enim dicit Augustinus, videndum est quid de quo secundum quod dicitur. Quaeri etiam solet, utrum Christus habuerit fidem, spem, & charitatem. De charitate certum est: ipse enim ex charitate posuit animam pro fratribus. Quod spem habuerit, habemus in psalmo. Conserua me Domine, quoniam speraui in te. & in alio. In te Domine speraui. quos psalmos exponunt authores de Christo. Sed Apostolus dicit. Spes, quae uidetur, non est spes. quod enim uidet quis, quid sperat? Christus autem omnia uidebat. Sed illud dicit Apostolus de spe secundum quod in nobis est. Quod fidem habuerit non est concedendum. Queritur autem an aliquid sibi meruit: certum est enim, quod meritis meruit. Quod sibi etiam meruit Apostolus dicit, ubi ait. Propter quod & Deus exaltauit illum &c. Et in propheta. De torrente in uia bibit, propterea exaltauit caput. Meruit corpori suo & immortalitatem & impassibilitatem. Sed cum ipse innocens esset, hoc totum debebatur ei, & ita non ex merito hoc habuit. Potest tamen aliquis mereri, quod sibi debetur, ut filius, cui deberetur hereditas patris, promeretur eam patri seruiendo. Quod animae nihil promeruerit Christus multi dicunt: & quod animae eius nihil accreuerit, perfecte enim (ut dicunt) beata erat: quia, ut Ioannes dicit, Haec est uita aeterna, cognoscere te, & quem misisti Iesum Christum. Gregorius quoque ita dicit: Non habuit anima Chri-

Z

Rom. 1.

A

Obiect.

1. Cor. 2

Psal. 86.

Ioan. 3.

B

Obiect.

C

Psal. 15.

Psal. 30.

Rom. 8.

Phil. 2.

Pf. 109.

D

Ioan. 17

sti, in quo proficere posset. Probari tamen hoc potest, quod etiam animae promeruerit, & quod animae accreuerit aliquid post passionem. Prius enim habuit timorem & tristitiam, sed post passionem nec tristari potuit, nec turbari. Accreuit ergo animae illi impassibilitas ut iam pati non possit: quare non solum corpori, sed & animae promeruit glorificationem & impassibilitatem. Sed quod dicit Gregorius, Non habuit anima Christi, in quo proficere posset: intelligendum est de scientia, & de dilectione. Non enim poterat augeri eius scientia, vel dilectio. Illud quoque sciendum est quod illius personae, quae est Christus, non est una pars Deus, & alia homo. Si enim partes integrales essent illius personae, tunc esset augmentata illa persona propter assumptum hominem. Augustinus. Christus est una persona geminae substantiae, nec tamen Deus pars huius personae dici potest, alioquin filius Dei antequam formam susceperet, non erat totus, & creuit, cum homo diuinitati eius accessit. Solet quaeri, utrum Christus peccare potuerit. Quod quidam uolunt probare auctoritate illa. Potuit transgredi, & non est transgressus: malum facere, & non fecit. Sed hoc non putamus dictum de Christo, sed de sanctis hominibus. Item opponunt. Christus habuit liberum arbitrium, ergo in utramque partem poterat flecti. Sed hoc non ualet, cum etiam angeli habeant liberum arbitrium, & tamen ita sunt confirmati per gratiam, quod peccare non possunt. Sed multo magis credimus illum hominem Deo unitum per gratiam, confirmatum esse ab ipso a conceptione. Item opponunt. Ille homo poterat non esse uerbo unitus, & si non esset unitus uerbo, peccaret sicut alij homines, ergo potuit peccare ille homo. Sed hoc non negamus, quin peccare posset homo ille, si non esset unitus uerbo: sed postquam fuit unitus uerbo, peccare non potuit. Si enim potuit peccare, & damnari potuit, quia peccatum sequitur damnatio. Sed quid absurdius quam quod filius Dei (qui erat homo ille) damnari posset?

Hic notandum est tres status esse hominis: & videndum est quid de unoquoque suscepit Dei filius. Primus status ante peccatum, in quo fuit homo conditus. Secundus status, ad quem per peccatum est lapsus. Tertius status, ad quem post resurrectionem est inferendus. Primus status possibilitatem habuit moriendi, non necessitatem. Secundus status necessitatem moriendi habet, necessario enim moritur. Tertius status necessitatem moriendi non habet ut secundus, nec possibilitatem moriendi uel peccandi ut primus. De primo statu habuit mori Christus posse, uel posse non mori: sola namque uoluntate mortuus est. Unde & dicitur a quibusdam: Voluntate mortuus, uoluntate mortalis erat, natura immortalis: quia cum esset sine peccato (quod est causa mortis) nunquam moreretur si uellet. De secundo statu habuit defectus istos, famem, sitim &c. De tertio statu habuit non posse peccare. Potest quaeri, cum posset Christus mori morte non illata ab alijs, & in ea redimere humanum genus, quare uoluit mori. M. Hug. à S. Vic. To. iij. k k 3 re

E

F

Eccl. 31

G

Status hominis, & quid de unoquoque suscepit Christus.

H

M

re tali morte, in qua facta est multorum damnatio, sicut Iudae & aliorum? Ut nos traheret ad dilectionem sui. Quanto enim grauiorem mortem pro nobis sustinuit, tanto magis eum diligere debemus.

An in morte Christi separata fuerit diuinitas ab humanitate. Cap. XIX.

PRæterea solet queri, vtrum in morte separata sit diuinitas ab humanitate. Quidam volunt dicere, quod a carne separata sit diuinitas, non ab anima, quibus non est credendum, cum dicat Leo Papa: Ex quo hominem assumpsit, non deposuit. Et hoc omnes religiosi tenent, quod nec a carne, nec ab anima separata est illa diuinitas post illam ineffabilem vnionem. Non enim est diuinitas bis incarnata, nec bis assumpsit carnem. Indubitanter ergo ex quo Dei filius factus est homo, semper Deus homo, & homo Deus. Anima enim separata est a carne, sed diuinitas a neutro. Vnde & ita exponit Augustinus verba illa: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Non diuinitas animam deposuit, sed caro animam posuit in morte, & eam assumpsit in resurrectione. Item in libro ad Felicianum dicit Augustinus. Sicut in sepulchro carnem suam non deseruit, sic in vtero virginis eam connascendo formauit: sic ergo non discedente vita mortuus est, sic passus est non pereunte vitæ potentia. Erat enim vno atque eodem tempore totus in inferno, totus in cælo. Erat apud inferos resurrectio mortuorum, erat super cælos vita viuentium. Vere mortuus, vere viuus, in quo & mortem susceptio mortalitatis excepit, & vitam diuinitas seruata non perdidit.

Christus in triduo erat totus in inferno, & totus in cælo.

Obiectio.

Opponitur. Si Dei filius non est separatus ab homine in ipsa morte, ergo tunc non desuit homo esse: sed homo mortuus non est homo, nec igitur tunc erat homo. quod quàm friuolum sit manifestum est. Ita enim possit dici: modo non est homo, quia non est animal rationale & mortale. quod penitus falsum est. Cum enim dicebant hoc etiã Philosophi: homo mortuus non est homo, vel non est animal rationale mortale: loquebantur de homine secundum hunc statum. Item opponitur: Si tunc erat homo, vel mortalis vel immortalis: sed mortalis non, quia mortuus: immortalis nondum, quia post resurrectionem tantum. Ad quod nos satis concedimus, quod tunc nec mortalis, nec immortalis.

Christus in triduo, nec mortalis, nec immortalis.

Obiectio.

Obiiciunt tamen auctoritatem Anastasij, hanc scilicet: Maledictus, qui hunc totum hominem, id est animam & corpus, quod assumpsit, denuo assumptum, vel liberatum post tertium diem a mortuis resurrexisset non confiteretur. Fiat fiat. Ad quod dicimus Anastasium loqui contra illos, qui negabant eius resurrectionem, & putabant, quod in morte detineretur ille, qui solus inter mortuos liber. Et ideo dixit hominem denuo assumptum, id est liberatum a morte. Item Ambrosius super illud: Clamauit uoce magna dicens: Deus, Deus meus, quare me dereliquisti? Clamat homo separationem diuinitatis moriturus. Nam cum diuinitas mortis libera sit, utique mors esse non poterat, nisi vita discederet,

Matt. 27

quia vita est diuinitas. Sed Ambrosius intellexit diuinitatem separari ab homine illo per hoc, quod morti exposuit hominem illum. sicut in psalmo, Quare me dereliquisti, id est morti exposuisti: non quod derelictus sit, vel ab eo diuinitas separata sit. Videbatur enim derelinqui a Deo, vel diuinitas discedere, cum non ostenderet eum defendendo suam potentiam.

SEQUITUR TRACTATUS Secundus de creatione, & statu angelicæ nature. Cuius sunt capita.

- De creatione rerum, & præcipue angelorum. Cap. i.
De statu angeli in principio creationis eius. Cap. ii.
De statu angelorum statim post creationem eorum. Cap. iii.
De excellentia luciferi ante lapsum, & pœna post lapsum. Cap. iiii.
De ordinum distinctione. Cap. v.
De missione angelorum. Cap. vi.

De creatione rerum, & præcipue angelorum. Caput. I.

Extractatis partibus fidei ad iudicandum videtur de prima rerum creatione. Cum Plato dixerit tria esse principia, materiam, formam, opificem: fides catholica vnũ principium credit esse omnium rerum, Deũ scilicet, cuius bonitas omnium rerum causa fuit. Cum enim summe bonus, & perfecte beatus æternaliter esset, voluit aliquos esse participes suæ beatitudinis. Et quia non potest eius beatitudo participari nisi per intellectum, & quanto magis intelligitur, tanto magis habetur: fecit rationalem creaturam, ut intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo fruereetur: & eam hoc modo distinxit, ut pars in sui puritate permaneret, scilicet angeli: pars corpori iungeretur ut anima. Queritur cur ita factum sit: cum maioris dignitatis esset anima si in sua puritate, & simplicitate permansisset. Ad quod potest dici, quod licet anima dignior esset sine corpore, tamen corpori voluit Deus eam sociari, ut in humana condone ostenderet nouum exemplum æternæ vnionis, quæ est inter spiritum & Deum. Videbatur enim creaturæ, quod non possit vniri suo creatori. Sed cum spiritus (qui excellentior creatura est) tam infimæ creaturæ sicut est corpus in tanta dilectione vnatur, ut non possit coarctari ad hoc ut velit eam relinquere, pater spiritum creatum eodem modo tam summo bono vniri posse. Ideo etiam anima sunt associatæ corporibus, ut in eis Domino famulentur, & verum & summum bonum promereantur. Cum itaque in angelos & homines distincta sit rationalis creatura: primum de angelis agendum videtur, de quibus considerandum est quomodo creati fuerint, vbi facti fuerint, quales etiam facti fuerint. Quædam au-

M. Aia cur in corpore collocata.

authoritates videntur velle, quod ante omnem aliam creaturam facti sunt angeli. Vnde illud, Prior omnium creata est sapientia: quod de angelis dictum est. Cui videtur contrarium, quod dicitur in Genesi. In principio creauit Deus cælum, & terram. Si enim hæc in principio creata sunt, nihil ante cælum & terram factum est. Et in propheta. Initio tu Domine terram fundasti. Quare dicendum videtur, quod simul creata sit & angelica creatura & corporalis. Vnde illud Salomonis. Qui viuunt in æternum creauit omnia simul: id est spirituales & corporales naturas. Et ita non prius tempore creati sunt angeli, quàm illa corporalis materia quatuor elementorum. Tamen prima omnium creata est sapientia; quia si non tempore præcedit, tamè dignitate. Hieronymus tamen in epistolam ad Titum aliud videtur sentire dicens: Sex millia nescimus nostri temporis implentur anni, & quantas prius æternitates, quanta tempora, quantas seculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus angeli, throni, dominationes seruiuerunt Deo, & absque temporum vicibus, atque mensuris Deo iubente subtitulerunt? Cui authoritati quidam adherentes dicunt cum mundo tempus cœpisse, quoniam non fuit mutabilitas ante mundum, & tamè fuisse angelos atruunt immutabiliter, & intemporaliter. Nos tamen quod dictum est prius, magis approbamus: & quod Hieronymus dicit, ex dictis Origenis fuit: nec asserendo dictum est, sed dubitando dixit, inquirendo quantas æternitates & arbitrandum est prius fuisse &c.

Angeli ubi facti fuerint. Luc. 10.

Vbi facti fuerint queritur. Et videntur authores velle eos fuisse factos in cælo. Vnde in euangelio. Videbam Sathan sicut fulgur de cælo cadere. Nec appellamus hic cælum firmamentum, quod secunda die factum est, sed cælum empyreum, id est splendidum, quod statim repletum est angelis, illam scilicet superiorem partem, usque ad quam machina illa elementorum adhuc indistincta porrigebatur. Simul enim (ut diximus) creati sunt angeli, & illa corporea materia. Vnde Augustinus exponit ita locum illum, In principio creauit Deus cælum, & terram: cælum. id est angelos, terram. id est corpoream machinam, in cuius superiori parte facti sunt cæli, id est angeli. Sed si in cælo erant, quomodo (ut legitur in Esaia) diceret Lucifer: Ascendam in cælum, ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis Altissimo? Sed ibi vocat cælum sublimitatè diuinitatis. Ascendam in cælum, id est ad æqualitatem deitatis.

Esa. 14.

De statu angeli in principio creationis eius. Cap. II.

Deinde restat videre quales facti fuerint. In prima conditione tria videntur esse attributa: essentia indiuisibilis & immaterialis, & ideo indeficiens per rationem naturaliter insitam: intelligentia spiritualis: liberum quoque arbitrium, quo poterant sine violentia ad vtrumlibet propria uoluntate deflecti. Solet a quibusdam queri, utrum boni an mali,

Iusti an iniusti, beati an miseri creati sunt. Eos fuisse bonos in primo exordio creationis conitare debet, id est sine vitio. Non enim creator optimus auctor mali poterat esse. Sed nec iusti nec iniusti tunc fuerunt, nec aliquam virtutem tunc habuerunt. Est enim omnis virtus meritum, & omne meritum ex libero arbitrio: sed liberum arbitrium semper est ad futurum, & non est ad præsens, & præteritum. Quod enim est, non potest tunc non esse: & quod non est, non potest tunc esse: & ideo in potestate liberi arbitrij non est. Non igitur erat liberi arbitrij, ut tunc essent boni, quod tunc erant ex creatione: vel mali, quod non erant, sed in posterum tantum. Sicut aliquis sedens in potestate habet ut stet, sed non tunc: non enim potest ut tunc stet, sed in futurum. Et ideo dicimus eos in principio creationis non habuisse aliquam virtutem uel iustitiam, nisi acciperemus virtutem naturalem, ut ratio ingenium, & huiusmodi. Nec possumus dicere, quod iniusti essent, quia sine vitio erant. Et cum essent sine vitio, erant non miseri, cum pœna non præcedat culpam, nec tamen beati, quia non sunt creati in beatitudine, sed ad beatitudinem. Si tamen aliqua autoritas dicat eos in ipsa creatione iustos vel iniustos vel beatos fuisse, beatitudinem vel iustitiam vocat illum statum sine miseria & sine vitio. Opponitur a quibusdam hoc modo. Si in principio creationis non habuerunt virtutes & beatitudinem, tunc fecit Deus eos imperfectos: sed non decuit eum, qui summe potens est, & perfecte beatus aliquid facere imperfectum. Sed potest dici, quod erant perfecti, quoniam habebant quicquid habere debebant. Dicitur namque perfectum tribus modis, secundum tempus, secundum naturam, & vniuersaliter perfectum. Secundum tempus perfectum, quod habet quicquid tempus requirit, & cœuenit secundum tempus haberi: & hoc modo angeli erant perfecti. Secundum naturam, quod habet quicquid debitum est, vel expedit naturæ suæ ad glorificationem: & hoc modo perfecti post confirmationem fuerunt angeli, quomodo & erunt sancti post resurrectionem. Vniuersaliter & summe perfectum est, cui nihil deest: quod est solius Dei.

Angeli quales creati sunt.

Obiectio.

De statu angelorum statim post creationem eorum. Cap. III.

Quales fuerint angeli in creatione iam diximus. Vt statim autem post creationem quidam sunt conuersi ad creatorem suum, quidam auersi. Conuerti ad Deum fuit diligere, auerti odio habere. In conuersis quasi in speculo lucere cœpit Dei sapientia, qua ipsi illuminati sunt. Auersi excacati sunt, nec reluxit in illis diuina sapientia, quia auersi sunt a lumine tanquam speculum a facie videntis. Sed illis stantibus, & istis ruentibus discreuit Deus lucem a tenebris: lucem fecit, & discreuit, quia quod boni erant, donum fuit. Tenebras non fecit, sed discreuit ab eis lucem. Et ita angeli prius creati: vnde dictum est: In principio creauit Deus cælum, id est angelos. deinde forma-

Angeli ad Deum conuersi, & ab eo auersi.

ti quando scilicet ad creatorem sunt conuersi. Vnde dictum est. Fiat lux.

X ¶ Sed querendum est, vtrum aliquid collatum sit istis post creationem, per quod diligenter? Quod ita est, scilicet cooperans gratia, sine qua non potest proficere rationalis creatura. Eadem enim cadere per se potest, sed proficere non potest nisi gratia cooperante. Vnde videri potest quod non sit imputandum illis quod ceciderunt, sine gratia enim cooperante proficere non poterant: sed illa non est data, nec culpa eorum fuit quod non est data, quia in eis nulla culpa adhuc praecesserat. Ad quod potest dici, quod quibus data est gratia illa, non fuit data ex merito, quia adhuc nullum erat meritum: sed quod alijs non est data, eorum culpa fuit, non quae praecessit tempore, sed in causa: quia sicut gratia in illis est causa meriti, & tamen tempore non praecessit meritum ipsum, ita in istis culpa fuit causa, quare ex iudicio Dei iusto gratia non daretur: & tamen hoc non tempore praecessit illud, quia cum Deo omnia sint praesentia, non eget alicuius testimonio. Vt primum aliquis peccat, iuste potest eum iudicare, non post, sed simul: quod si placet differre misericordia est. Illorum culpa in hoc potest considerari: quia licet sine gratia cooperante (quam nondum acceperant) non possent proficere, tamen per id, quod eis collatum erat ex gratia creatrice, poterant non cadere. Nihil enim in eis erat, quod ad hoc eos compelleret. Et si non declinassent propria voluntate, quod alijs datum est, daretur, & istis.

Y *Indicare quando possit Deus peccatum.* ¶ Quae ritur vtrum aliqua mora fuerit inter creationem eorum & casum? Ad quod potest dici, quod non fuit mora, & tamen illud prius, istud posterius, sed sine interuallo. Non enim semper fuerunt mali, vt quidam dicere volunt pro illa autoritate. Ioan. 8. Ab initio homicida fuit, & in veritate non stetit. Sed non dicitur in initio hoc fecit, sed ab initio, id est statim post initium: & in veritate non stetit, id est non permanit si in ea fuerit. Homicida potest dici sui ipsius, quia & ipse appellatur homo: vt, Inimicus homo hoc fecit. Vel vt Augustinus exponit, ab initio, id est ex quo homo fuit, homicida fuit: quia eum per inuidiam in mortem precipitauit. Item dicit Augustinus super Genesim. Non frustra putari potest ab initio temporis diabolus superbia cecidisse, nec fuisse antea vllum tempus, quo cum angelis sanctis pacatus vixerit & beatus, sed ab ipso primordio creaturae apostata esse: quia vt ait Dominus, non stetit ab initio, ex quo ipse creatus est: qui staret, si stare voluisset. Quae autoritas supradicto modo potest exponi.

Z *Quaestio* ¶ De excellentia Luciferi ante lapsum, & pena post lapsum. Cap. I I I I.

A *I*nter eos, qui ceciderunt, vnus fuit excellentior omnibus alijs: & non solum illis, qui ceciderunt, sed & alijs omnibus eum fuisse excellentiorem videntur auctores velle. Quem admodum Iob. 40. Iob dixit. Ipse est principium viarum Dei. Et in Ezechiele. Tu signaculum similitudinis plenus

scientia, & perfectione decoris in delicijs paradisi. Quod sic exponit Grego. Quanto in eo subtilior est natura, tanto in illo imago Dei similis insinuat expressa. Item in Ezechiele. Omnis lapis pretiosus operimentum eius: id est omnis angelus operimentum eius: quia ut dicit Gregorius, In aliorum comparatione caeteris clarior fuit. Vnde appellatus est lucifer, quia non vnus ordo, sed vnus spiritus putandus est. Quia, vt dicit Isidorus, postquam creatus est absque aliquo interuallo profunditatem suae scientiae perpendens in suum creatorem superbiuit, & vt dicitur in Esaia, Deo aequari voluit dicens: In caelum conscendam, super astra caeli exaltabo solium meum, & ero similis Altissimo. Similis esse voluit, non per imitationem, sed per equalitatem, & non solum aequalis, sed etiam quod superior esse voluit, videtur autoritas illa velle: Extollitur supra omne, quod dicitur, aut quod colitur Deus.

¶ Et quia contra creatorem suum intantum superbiuit deiectus est in istum caliginosum aerem cum omnibus illis, qui ei consenserunt: & hoc ad nostri probationem, vt sint nobis adminiculum exercitationis. Non est eis concessum habitare in caelo, quae est clara patria: nec in terra, ne homines nimis infestarent: sed in aere caliginoso, qui est carcer eis vsque in diem iudicij: Tunc enim detrudentur in barathrum inferni secundum illud: Ite maledicti in igne aeternum, qui preparatus est diabolo, & angelis eius. ¶ Et sicut maioris scientiae sunt vel minoris, ita habent maiores uel minores praelationes: quia quidam vni prouinciae, quidam vni homini, quidam vni vitio praesunt. Vnde dicitur spiritus superbiae, spiritus luxuriae.

¶ De hoc autem dubitatio est, vtrum modo omnes in isto aere sint vsque in diem iudicij, an aliqui eorum in inferno inferiori sint: quod de auctoritate non multum certum habemus. Quidam tamen volunt dicere, quod lucifer, qui plus caeteris peccauit, statim illuc demersus sit, & etiam quidam ex alijs. Origenes etiam dicit, quod illi, qui a sanctis iuste & pudice viuentibus vincuntur, non habent potestatem amplius tentandi alios, sed statim illic demerguntur: quod satis verisimile est. Origenes. Puto etiam sane, quod sancti repugnantes aduersus illos tentatores, & vincentes minuunt exercitum daemnonum, velut quam plurimos eorum interimant, nec vltra fas sit vllum spiritum, qui ab vlllo sancto caste & pudice viuendo victus est, iterum impugnare alium hominem.

¶ Sciendum quoque est, quod boni angeli ita sunt confirmati per gratiam, quod peccare non possunt: mali autem ita obstinati per malitiam, quod bonum facere non possunt. ¶ Ad hoc opponitur, quod liberum arbitrii habet, ergo in vtraque parte possunt flecti. Sed inde non dicitur liberum arbitrii, vt in loco suo ostendemus, sed liberum. i. voluntarium. & boni non necessitate cogente, sed libera voluntate a malo abstinent, similiter & mali a bono.

¶ Item opponitur de hoc, quod Hieronymus dicit. Solus Deus est, in quem peccatum cadere

Ezec. 28

Esa. 14

2. The. 2

Matt. 25

E

F

G

¶ *Angelis quo insit liberum arbitrii, si boni peccare non possint, nec mali benefacere.*

cadere non potest: caetera cum liberi arbitrij sint, in vtrunque partem flectere voluntatem suam possunt. Sed qualiter hoc intelligendum sit, ex his verbis Isidori conijcere possumus. Angeli mutabiles natura, immutabiles gratia. Vnde videtur concedendum: Boni angeli possunt peccare ex sua natura, id est eorum natura non ad hoc repugnat: nec tamen concedendum est, boni angeli possunt peccare, sed potius non possunt peccare, id est gratia, per quam sunt confirmati, ad hoc repugnat. Et quanquam mali sint per malitiam obstinati, tamen viuace sensum non amiserunt: Quia, vt dicit Isidorus, triplici acumine scientiae uigent, subtilitate naturae, experientia temporum, reuelatione superiorum potestatum. Augustinus. Spiritibus malis quaedam vera de temporalibus rebus nosse permittuntur, partim sensus subtilitate, partim experientia temporum callidior propter tam magnam longitudo vitae, partim a sanctis angelis, quod ipsi ab omnipotente Deo discunt, & iussu eius sibi reuelantibus. Aliquando autem idem nefandi spiritus etiam, quae ipsius auctoris sunt velut diuinando praedicunt. ¶ Quae ritur vtrum praescij fuerint sui casus. Sed si suum casum praescierunt: aut vitare noluerunt, & ita stulti, & maligni erant ante casum: aut vitare voluerunt, sed non potuerunt, & ita erant miseri antequam caderent. Propter haec inconuenientia dicit Augustinus super Genesim, eos sui casus non fuisse praescios.

¶ *Angeli vtrum praescij fuerint sui casus.*

De ordinum distinctione. Cap. V.

K *P*ost supradicta videndum est, quod scriptura nouem ordines angelorum testatur esse in pluribus locis. Et inueniuntur in istis ordinibus tria terna esse, & in vnoquoque tres ordines, vt Trinitatis similitudo in eis pra alijs creaturis impressa videatur. Sunt enim tres ordines superiores, tres inferiores, tres medij. Superiores, Seraphim, Cherubim, Throni: medij, dominationes, potestates, principatus: inferiores, virtutes, archangeli, angeli. Hic igitur videndum est quid appellemus ordinem: & vtrum ab ipsa creatione fuerit illa distinctio ordinum. Ordo angelorum dicitur multitudo caelestium spirituum, qui intra se pra alijs in aliquo dono assimilantur, Seraphim enim interpretatur ardens. Cherubim, qui pra alijs in scientia eminent. Cherubim namque interpretatur plenitudo scientiae. Thronus interpretatur sedes. Throni ergo vocantur (vt Gregorius ait) qui tanta diuinitatis gratia replentur, vt in eis sedeat Deus, & per eos iudicia sua decernat. Dominationes, qui potestatem principatum transcendant. Principatus vocantur, qui sibi subiectis, dum quae sunt agenda disponunt, eis ad explenda diuina mysteria principantur. Potestates, qui hoc potentius caeteris in suo ordine acciperunt, vt virtutes aduersae eisque subiectae earum refrenentur potestate, ne homines tentare valeant quantum desiderant. Virtutes dicuntur, per quos signa & miracula frequentius fiunt. Archangeli, qui maiora nuntiant. Angeli, qui minora nuntiant. Et quia maius donum est charitas quam scientia, ideo superior caeteris ordo a digniori nomen accepit.

¶ *Ordines nouem Angelorum.*

¶ *Ordo Angelorum quod appellatur.*

Item maius est scire quam iudicare. Scientia namque informat iudicium. Sic & de alijs colligi potest per singula, & ita secundum excellentiam donorum assignatur excellentia ordinum. Et tamen, sicut Gregorius ait, illa dona omnibus sunt communia. Omnes enim ardent charitate, & scientia pleni sunt: sed quanto superiores, tanto excellentius pra alijs ea possident. Gregorius. In illa summa ciuitate quisque ordo eius rei nomine censetur, quam in munere plenius accepit. ¶ Hic oritur quaestio huiusmodi. Si quisque ordo plenius possidet donum illud, a quo nominatur, tunc Cherubim in scientia praeminet omnibus: sed qui magis diligit, plus cognoscit, (Tantum enim cognoscitur, quantum diligitur Deus) igitur Seraphim non solum in charitate, sed etiam in scientia praeminet. Vnde quidam sic exponunt auctoritatem illam. Eius rei nomine ordo quisque censetur, quam in munere plenius accepit. Plenius non ad omnes, sed ad inferiores intelligitur. Vel nos possumus dicere, quod illa comparatio fiat non ad angelos, sed ad alia dona. Sicut enim in hominibus, cum idem habeat plures virtutes, tamen vnus plenius alii, vt Iob patientiam, David humilitatem: ita & in angelis. Vnde sic exponi potest illa auctoritas: Eius rei nomine censetur, quam in munere plenius accepit. Non plenius alijs angelis omnibus, sed alijs donis. ¶ Hic restat inquirere, vtrum ordines isti a creatione sui fuerint. Quod ita fuisse constat, cum auctoritas dicat de singulis ordinibus aliquos cecidisse. Sed ex alia parte non potest dici, quod tunc charitate arderent. Non ergo uideretur, quod tunc esset Seraphim. Ad hoc potest dici, quod quauis in principio creationis non arderet charitate, tamen in hoc erat ille ordo discretus ab alijs, quia ad diligendum habilior caeteris erat. Sicut enim videmus in corporibus, quod in natura sua quaedam sunt alijs magis solida & firma, magis etiam alijs munda & clara: sic & in illis spiritualibus naturis conuenientes eorum puritati & excellentiae, & in essentia, & in forma differentiae gradus in ipso conditionis exordio potuerunt esse, quibus alij superiores, alij inferiores. Superiores, qui natura magis subtiles: inferiores, qui natura minus subtiles, & sapientia minus perspicaces conditi sunt. Sed istas discretiones inuisibilibus solus ponderare potuit, qui omnia in numero, & pondere, & mensura fecit. ¶ Quae ritur, an omnes eiusdem ordinis pares sunt & aequales. Quod quibusdam uisum est. Sed illud non potest itare cum scriptura dicat luciferum cunctis alijs excellentiorem, quem constat fuisse de ordine supremo, & tamen in ordine illo caeteris fuit excellentior. Sicut enim omnes virgines vnus ordinis sunt, & tamen alius excellit alium in uirginitate, sic & in angelis potest esse. Legimus, quod decimus ordo de hominibus impleri debeat. Mali enim angeli cum de singulis ordinibus caderent, fecerunt vnus ordinem, quia in malitia similes, licet impro- pte in eis dicatur ordo. Et ille decimus ordo (vt scriptura dicit) de hominibus restauratur. Sed cum Gregorius dicat assumendos esse homines in ordines angelorum: quidam in ordinem superiorum, qui

¶ *Quaestio*

¶ *Vtrum ordines Angelorum nominem a creatione sui fuerint.*

¶ *Ordines*

¶ *An omnes eiusdem ordinis Angeli pares sint & aequales.*

¶ *An decimus ordo fiat de hominibus.*

Quæ sit differentia inter dona & virtutes, & qui sint septem dona Spiritus sancti. Cap. xvij

De operibus itaque sex dierum. Cap. I.



Gene. I. Lux illa, prima die facta, quid fuerit.

B Gen. I. Pl. 148.

Gene. I.

C

D

Sicut diximus: in principio creaturarum creavit Deus cælum, id est angelos: & terram scilicet illam materiam quatuor elementorū adhuc cōfusam, quæ dicta est chaos: & hoc fuit ante omnem diem. Restat igitur videre quomodo per sex dies illam materiam distinxit. Sicut in Genesi dicitur: Prima die facta est lux. Quidam expositores dicunt, quod lux illa fuit quoddam splendidum corpus quasi lucida nubes, quædam, quæ sicut sol circumferebatur ortu & occasu suo diem & noctem faciens. Alij dicunt, quod lux illa; quæ facta est prima die, fuit angelica creatura ad creatorem conuersa, sicut iam diximus. Secunda die firmamentum factum est, ut diuideret aquas ab aquis. Beda dicit, quod firmamentum sit de aquis consolidatis quasi crystallinus lapis, quod satis verisimile est, cum & color eius indicet hoc. Quidam tamen expositores videntur velle, quod igneæ naturæ sit. Quod aquæ super firmamentum sint & in Genesi habetur, & etiam in propheta. Aquæ quæ super cælum sunt, benedicite Domino. Quales sint aquæ illæ nobis non est certum. Sed ut dicunt expositores, vel glacialiter solidatæ sunt: aut vaporaliter suspensæ ad similitudinem uaporis, id est fumi: quod verisimile est. Tertia die congregatæ sunt aquæ in locum vnum, & apparuit arida. Quarta die facta sunt luminaria, ut essent in signa & tempora, id est ut per ea distinctio temporum fieret. Ex quo enim creatura fuit & tempus fuit, quia non potuit creatura esse sine mutabilitate, & ubicunque motus est, ibi prius & posterius. Nec aliud est tempus, nisi mora de illo, quod prius est, in id, quod posterius. Sed ante luminaria non erat illa distinctio temporis, quæ modo est per solem, & lunam, & stellas. Quinta die produxit aqua pisces, & volatilia. Vnde illud. Partim remittis gurgiti, partim leuas in aera. Sexta die produxit terra animalia diuersi generis, & in eadem die post omnia factus est homo ad imaginem, & similitudinem Dei. Et merito factus est homo post omnia, qui omnibus præferendus erat. Sicut processimus, videtur ista series, & plures expositores velle, ut scilicet ante omnem diem illa informis materia facta fuerit (sicut diximus) simul cum angelis, postmodum per sex dies ex illa materia genera rerum sint distincta. Quibusdam tamen videtur, quod non per intervalla temporum factæ sunt illæ distinctiones rerum, sed simul: sed cum Moyles loqueretur rudi populo & carnali oportebat eum loqui de Deo sicut de homine aliquo, qui opera sua per moras temporum formar, & perficit. Vnde Augustinus. Quod a Deo potuit simul fieri, ab homine simul non potuit dici. Nec nos negamus, quin Deus illud potuisset fecis-

qui scilicet magis ardent charitate: quidam in ordinem inferiorum, qui minus perfecti sunt: non videtur, quod decimus ordo de hominibus fiat, sed nouē tantum remaneant. Ad quod potest dici, quod secundū cōuenientiam donorum, quam habent cum angelis, dicantur assignandi in ordines angelorū, sed secundum naturam, quam habent differentē ab illis, aliū ordinem dicuntur facturi. Et quamuis de hominibus restauraretur, quod lapsus est in angelis (propter quod ait Apostolus: proposuit Deus instaurare omnia in Christo, quæ sunt in cælo, & quæ in terris) nō tamen intelligendum est, quod solummodo propter illos, qui ceciderunt factus sit homo. Licet enim angelus non cecidisset, homo non minus factus esset. Vnde Gregorius dicit, quod non sunt homines electi iuxta numerum eorum, qui ceciderunt, sed iuxta eorū numerum, qui permanserunt. Gregorius. Quia superna ciuitas ex angelis & hominibus conitatur, ad quam tantos humani generis credimus conscendere, quantos illic contigit angelos remansisse: sicut scriptum est. Statuit terminos gētium iuxta numerum angelorum Dei.

R Ephe. 1.

Homo, etsi angelis nō cecidisset, tamen factus esset.

Dani. 7. An omnes angeli mittantur.

Esa. 6.

Hebr. 1.

V Obiect.

Quare nō omnes appellentur angeli, sed duo tantū inferiores ordines. Michael, Gabriel, Raphael.

X Matt. 18

Quo angelis sint custo des hominum.

hortatur, sicut legimus de angelo Tobie, de angelo Petri in actibus Apostolorum. Similiter & mali angeli, cum desiderent malum omnium, tamen magis incitat eum malus angelus, qui permissus est ei ad tentandū. Sed dubium est, nec de scriptura habemus determinatum, vtrum pluribus vnus sit datus ad custodiam, an singuli singulis. Sed cum electi tot sint, quot & boni angeli sunt, plures constat esse inter bonos & malos homines quam boni angeli sunt. Quomodo ergo singuli & boni & mali homines habent singulos sibi ad custodiam legatos? Preterea sciendum est, quod cognitio angelorum vsq; ad iudicium augeri potest. Vnde illud, quod in Esaiâ Domino ascendente angeli quærunt: Quis est iste, qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra? Et in Psalmo. Quis est iste rex gloriæ? Itaq; dici potest, quod eorum cognitio non decrescit, quia nihil obliuiscuntur, cum sint confirmati per gratiam: sed potest crescere vsque ad futuram consummationem, quando fixi & immobiles erunt in eo, quod sciunt, ut nec plus nec minus scire possint. Ad hoc, quod diximus, angelorum cognitionem augeri posse, videtur oppositum, quod dicit Isidorus Angeli in verbo Dei sciunt omnia antequam fiant. Gregorius in libro Dialogorum. Quid est ibi, quod nesciant, ubi scientem omnia sciunt? Sed potest dici, quod etiam videant (immo habent eum, in quo omnes thesauri sapientiæ sunt) non tamen ibi cognoscunt, nisi quantum ipse vult eis aperire, & tamen dicuntur omnia scire, id est nihil ignorare. Nihil enim ignorat, qui scit quicquid scire debet, & quicquid Deus vult eum scire. Per omnia enim voluntas eorum diuinæ concordat voluntati, nec aliud volunt scire, nisi quod eos scire cognoscunt, Deum velle. Meritum angelorum dicitur esse in hoc, quod desiderant bonum nostrum, & nostro profectui student. Vnde Apostolus: & angeli nostri sunt.

Vtrum pluribus vnus angelus sit datus ad custodiam, an singuli singulis.

Esa. 63. Psal. 23.

Z Vtrum angelorum cognitio augetur.

Colo. 2.

SEQUITUR TRACTATVS Tertius de creatione, & statu humane nature. Cuius hæc sunt capita.

De operibus sex dierum. Cap. i. De creatione hominis. Cap. ij. De formatione mulieris. Cap. iij. De statu hominis ante peccatum. Cap. iij. Quare non horruit mulier serpentem. Cap. v. De peccato primi hominis. Cap. vi. De gratia habita ante peccatum. Cap. viij. De libero hominis arbitrio. Cap. viij. Quod liberum arbitrium ad futurum tantum se habeat: & de ipsius statu quadruplici. Cap. ix. Quare peccatum primi hominis posteris imputetur. Cap. x. Quid sit peccatum originale. Cap. xi. De ratione originalis peccati. Cap. xij. De peccato actuali. Cap. xij. De peccato in generali. Cap. xiiij. In qua natura sit peccatum. Cap. xv. Qui sint modi peccandi. Cap. xvi. Qua

se, si ei placuisset. Nec Augustinus illud asserit, sed dicit, potuit simul fieri. Item Augustinus. Quia illud vnde fit aliquid, et si non tempore, tamen origine prius est quam illud, quod inde fit, potuit scriptura diuidere loquendi temporibus, quod Deus faciendi non diuulit temporibus. Qui itis auctoritatibus adherent, illos sex dies appellant sex operum distinctiones, quæ secundum eos simul facta sunt, sed ordine dici oportuit. Prima tamen sententia est probabilior. Septima die requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat: quia non fecit postea noua genera rerum. Sed opponitur illud, quod dicitur in euangelio. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Operatur enim quotidie nouas animas creando, propagando etiam vnum de alio. Sed hoc non est facere noua genera rerum. Licet enim modo creatur anima noua, nihil tamen nouum additur, cum & prius anima fuerit. Alia litera in Genesi dicit. Requieuit Deus die sexta. Sed vtrunque verum est: & quod ille die sexta requieuit, quia in sex diebus omnia compleuit: & quod die septima requieuit, quia sexta die consummata, & septima inchoata a generibus rerum distinguendis cessauit. Hic potest queri, cum in sex diebus omnia compleuerit opera, & post illos sex dies nihil noui addiderit, quare procedimus numerando dies vsque ad septimam. Si dicitur quia septima est alia ab illis: sic & octaua alia ab illis, & nona, & sic de alijs: sed non sunt alia in distinctione rerum, similiter, & septima alia nō fuit in distinctione rerum, quia nō fuit in ea alicuius operis distinctio facta, sicut in illis sex: facere enim septimam diem non fuit facere aliud genus rerum, quia iam præcesserat dies. Ad quod potest dici, quod licet in septima die non fuerit aliquod opus factum, tamen fuit ibi aliquis status rerum, scilicet consummatio omnium: & ideo usque ad eam procedimus, & post eam statim reincipimus.

De creatione hominis. Cap. II.

His excussis, restat agere de creatione hominis, & de lapu eius, & de reparatione. In Genesi dicitur. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Ad imaginem Dei factus est homo secundum animam. Sicut enim imago rei cernitur in speculo, ita anima in sui ratione Deum cognoscere potest. Vnde illud: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Ut enim in facie cognoscitur homo, ita in ipsa ratione tanquam in sua imagine cognoscitur Deus. homo itaque imago Dei est per rationem. Vnde Apostolus. Vir est imago Dei, & gloria, id est ad imaginem eius, quia non est ei vsquequaque similis. Filius autem imago est patris, & non ad imaginem, quia quicquid habet pater, totum habet filius per naturam. Homo vero est ita imago Dei quod ad imaginem, quia non per naturam, sed participatione vel imitatione habet ea, quæ deitatis sunt. Deus nanque est ipsa sapientia, iustitia, bonitas: sed homo non est ipsa sapientia, iustitia, bonitas: sed potest

Gene. 2. Requies Dei die septima. Ioan. 5.

Quest.

Gene. 1.

Psal. 4.

1. Cor. 11.

H

potest esse sapiens, iustus, bonus, & similia. Augustinus in libro de Trinitate. homo est imago Dei & ad imaginem, quia non est aequalis patri, sed quadam similitudine accedit. Filius imago, & non ad imaginem, quia aequalis est patri.

Homo non solum ad imaginem patris, sed et totius Trinitatis factus. Notandum est imaginem.

I Et est notandum, quod non solum ad imaginem patris, sed etiam totius Trinitatis factus est homo, cum scriptum sit. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Nostram dixit, id est totius Trinitatis. Et est notandum, quod imago appellatur ipsa imago impressa in re aliqua, & res in qua imprimitur. Vnde & ipsa ratio imago dicitur, quae animae est tanquam sigillum impressa: & homo imago dicitur. Augustinus in libro de Trinitate. Aliud est Trinitas res ipsa: aliud imago Trinitatis in re aliqua, propter quam imaginem similiter & illud, in quo impressa est imago, dicitur. Sicut imago Dei dicitur simul & tabula, & quod in ea pictum est: sed propter picturam, quae in ea est. Ad similitudinem Dei factus est homo, quia innocens & sine vitio factus est.

Angeli utrum ad imaginem Dei sint, ut homines creati. Homo ad imaginem Dei factus quomodo.

K De angelis solet quæri utrum ad imaginem Dei (cum nusquam legatur) sint facti. Sed licet non sit scriptum, non est inde dubitandum. Quod enim de homine dicit, hoc & de angelis intelligi voluit. Dicitur & aliter homo ad imaginem Dei: quia sicut ex Deo omnia, ita ex Adam omnes homines. Sed hoc modo esse ad imaginem Dei, non competit nisi primo homini. In hoc etiam potest dici anima ad similitudinem Dei, quia immortalis, indissolubilis. Augustinus in libro de quantitate animæ. Anima est facta similis Deo, quia immortalem, id est indissolubilem fecit eam Deus, sed ex nihilo. Augustinus, Quod de Deo est, necesse est, ut eiusdem sit naturæ, cuius & ipse est, ac per hoc etiam quod immutabile sit. Anima vero mutabilis est, non ergo est de ipso. Si autem de nulla alia re facta est, procul dubio de nihilo facta est, sed ab ipso Deo. Corpus vero formavit de limo terræ, cui animam inspiravit. Vnde in Genesi. Insufflavit in faciem eius spiraculum vitæ, id est ei animam inspiravit. Sed utrum in corpore, an extra corpus creata sit, non multum ex auctoritate habemus certum. Augustinus tamē super Genesim de anima primi hominis videtur dicere, quod extra corpus facta fuerit, & propria voluntate illud subintravit. Sed sicut ipsemet dixit, magis quærendo super Genesim quam asserendo loquutus fuit. Sed quicquid de anima primi hominis dicatur, de aliis verisimilius est, ut in corpore creetur. Si quæretur in qua ætate factus sit homo: Augustinus dicit. Adam continuo factus est sine ulla progressu membrorum in ætate virili, ut virga de manu Moyli continuo conuersa est in draconem.

Gene. 2.

Ana hois ubi, & quando creata.

In qua ætate factus sit homo.

M De formatione mulieris. Cap. III.

Gene. 2. Quare non creavit Deus homines simul sicut Angelos.

Sicut legitur in Genesi: Misit Deus soporem in Adam, & tulit vnam de costis, & ex ea mulierem formavit. Hic quæri potest, quare non creavit Deus homines simul sicut angelos. Quia voluit, ut vnum esset principium generis humani

ad retundendam superbiam diaboli. Vt. n. eius elatio confunderetur, hoc homo accepit, quod diabolus per superbiam appetijt. s. principium esse. Vt sicut Deus omnibus rebus extitit principium creationis, ita omnibus hominibus esset principium generationis. Est & alia causa quare ex vno voluit esse oēs: ut dum cognoscerent esse ab uno, se quali unum diligerent. In quo factum mysterium Christi & ecclesie figuratum est. Sicut. n. mulier de latere viri dormientis facta est, sic ecclesia de sacramentis, quæ de latere Christi dormientis in cruce profluxerunt. s. sanguis & aqua. Sanguine enim redemit fideles, aqua abluit peccata in baptismo. Solet quæri, utrum cum additione rei extrinsecus sumptæ de costa illa facta sit mulier? Quod quidam solent dicere. Sed si ad proficiendum corpus mulieris de costa illa Deus extrinsecus augmentum addidit (cum istud, quod addebat maius fuerit quam costa ipsa) potius de illo mulierem factam scriptura dicere debuit, vnde scilicet plures substantiæ suæ partes acceperit. Restat ergo ut dicamus costam illam in semetipsam multiplicatam, & ex ea mulierem formatam nullo additamento extrinsecus sumpto. Maius enim fuit de nihilo aliquid facere, quam illam parvam substantiam in se ipsam multiplicare. Idem dicimus de illis quinque panibus euangelicis. Quæritur, utrum in natura illius costæ esset, ut inde fieret mulier. Ad hoc videndum est, quod omnium rerum, quæ fiunt, causæ in Deo ab æterno fuerunt. Vt enim homo sic fieret, & equus & similia, in Dei dispositione ab æterno fuit. Et istæ dicuntur in scriptura primordiales causæ, quia istas alia non præcedunt. Et quamuis una sit causa omnium, diuina scilicet dispositio, quæ non est aliud, quam ipse Deus: tamen propter effectus plures pluraliter dicit Augustinus primordiales causas omnium rerum in Deo esse. Vnde etiam inducit similitudinem artificis, in cuius dispositione est qualis futura sit arca vel quadrata vel oblonga. Ita etiam in Deo vniuscuiusque rei, antequam fieret, causa & dispositio æternaliter præcessit. In naturis vero quarundam rerum non omnes causæ præcedunt. Inseruit namque Deus (ut Augustinus ait) quasdam causas rebus, secundum quas aliqua ex eis proueniunt, ut de hoc semine tale granum, de hac arbore talis fructus, & ut qui iuuenis modo est, tali tempore senescat, & similia. Et hæc quoque appellantur primordiales causæ, licet non multum proprie dicantur: habent enim causas ante se, quæ in Deo æternaliter fuerunt, quæ & increatæ sunt, & vniuersaliter primæ sunt. Illæ autem, quæ in creaturis sunt, vniuersaliter primæ non sunt, sed tamē in suo genere primæ sunt, ad posteriora enim primæ sunt. Sed ideo istæ etiam primordiales dicuntur, quia in prima conditione rerum, quæ facta est in sex diebus, eas Deus inseruit rebus. Et sicut creaturæ mutabiles sunt, ita & hæc causæ mutabiles sunt. Cum enim sit in iuuenis natura, ut aliquando senescat: mutari tamē potest. Sed ille, quæ in Deo sunt, & increatæ, & immutabiles sunt. Dispositio enim Dei mutari non potest, quia Deus immutabilis est. Apparet itaque ex his, quod omnium rerum causa in Deo sunt. Quædam vero in naturis rerum

M An costa aliquid ad dictum: & quod ex ea facta.

N Mat. 14. Quæstio

Causæ primordiales rerum.

Omnium rerum causa Deus.

Nu. 27. Nu. 22.

sicut ostendimus de femine, de arbore: & hæc dicuntur fieri secundum naturam, id est secundum vñtatum cursum rerum. Aliorum vero in solo Deo, & non in naturis rerum causæ consistunt, ut illud, quod virga arida floruit, quod asina loquuta fuit, & similia. Et hæc dicuntur fieri per miraculum, quia contra naturam fiunt ipsarum rerum id est, non secundum causas illis rebus a Deo insertas. Inter hæc ponit Augustinus, quod de costa facta est mulier. Non enim erat in costa causaliter, ut de ea fieret mulier, sed in Dei potentia, qui non alligauit naturis rerum potentiam suam. Augustinus super Genesim. Alius est ergo modus, quo illa herba sic germinat, illa non sic germinat: sic illa ætas parit, & illa vero non: homo loquitur, pecus loqui non potest. Horum, & talium modorum rationes non tantum sunt in Deo, sed ab illo etiam in rebus creatis. Vt autem lignum aridum floreat, fructum gignat, ut femina in iuuentute sterilis in senectute pariat, ut asina loquatur, & similia: dedit quidem Deus naturis, quas creauit, ut ex eis etiam hæc fieri possent, non ut haberent in naturali motu. Habet ergo Deus in semetipso absconditas quorundam factorum causas, quas rebus conditis non inseruit, easque implet non illo opere prouidentia, quo naturas substituit, ut sint, sed illo, quo illas administrat ut voluerit, quas ut voluit condidit. Quorum si hoc unum erat, quod ita facta est mulier de latere viri dormientis, non habuit hoc rerum prima conditio, ut femina omnino sic fieret, sed tamen hoc habuit, quod sic fieri possent.

R Ana Eva an fuerit de aia viri propagata.

Psal. 32.

Sicut corpus mulieris de corpore viri traditum fuit, ita voluerunt quidam, quod anima ipsius Eua de anima viri propagata esset, & omnes animæ præter primam de traduce essent sicut & corpora. Sed Hieronymus hoc sub anathemate prohibet, inducens hanc auctoritatem prophetæ. Qui finxit sigillatim corda eorum. Vbi satis innuit, quod non de anima animam creat Deus, sed sigillatim de nihilo eas facit. Augustinus tamen nihil inde asserit, sed quærendo refert de anima diuersorum sententias. Quorum quidam voluerunt, quod simul omnes creatæ essent: quidam, quod non simul, sed de traduce. Alij, quod nec simul, nec ex traduce: quam sententiam Hieronymus asserit.

De statu hominis ante peccatum. Cap. IIII.

Gene. 2.

VLit Deus hominem, & posuit in paradysum voluptatis. Quibus verbis plane ostendit Moyses, quod extra paradysum creatus sit, & postmodum in paradysum positus. quod ideo factum dicitur, quia non erat in eo permanens: vel ne beneficium Dei imputaret naturæ, sed gratiæ. Paradysus in parte orientali a sanctis fertur esse locus eminentissimus, ut nec aquæ diluuij illuc pertingere possent, in quo erant ligna diuersi generis, lignum vitæ, lignum scientiæ boni & mali, & alia plura. Lignum vitæ appellatum est, quod talis naturæ essant fructus eius, ut defenderent a mortis accessu,

& omnis infirmitatis molestia. Aliud erat, lignum scientiæ boni & mali, quod non a natura nomen habuit, sed ex occasione, quam præstitit. Non enim hoc in natura sua habuit, ut conferret scientiam: sed hoc ex prohibitione inde sequitur fuerat, ut quam cito comederet de fructu eius, tam cito sciret per experientiam mali quid distaret inter bonum quod reliquerat, & malum, quod inuenerat. Habuit nanque prius scientiam boni & mali. Boni per scientiam, & experientiam, mali per scientiam tantum, & non per experientiam.

V 1. Cor. 15.

Primi hominis status qualis fuerit ante peccatum.

Hic videndum est de statu hominis ante peccatum. Sicut dicit Apostolus. Primus Adam factus est in animam uiuentem, id est corpus sensibiliter, quod erat adhuc animale. Egebat enim alimonia ciborum. Mortale etiam habebat corpus. Poterat enim mori, poterat & non mori. Poterat peccare, poterat non peccare: sed completo obedientiæ numero transferretur ad illum statum, in quo nec mori possent, nec peccare. Erat igitur ante peccatum immortalis, scilicet potens non mori: non immortalis, quod non possent mori. Et si non peccasset (ut Augustinus dicit) esset in paradiso totus immaculatus, conceptus sine libidine, partus sine dolore.

X

Quales uero, si non peccasset, nascerentur eorum filii: utrum mox ambulare, & loqui, & cætera facere possent: nobis de auctoritate certum non est. Augustinus tamen uidetur uelle, quod ut primum nati essent, hæc prædicta facere possent, sic dicens. Mouet si primi homines non peccasset, utrum filios tales habituri essent, qui nec lingua, nec manibus uterentur. Nam propter uteri necessitatem fortasse necesse fuerat paruulos nasci: quamuis enim exigua pars sit corporis costa, non tamen propter hoc paruulam uiro coniugem Deus fecit. Vnde & eius filios poterat omnipotentia creatoris mox editos grandes facere. Sed ut hoc omittam, poterat certe, quia hoc multis animalibus præstitit, ut eorum pulli quamuis sint paruuli, tamen mox ut nascuntur currant, & matres sequantur. Contra homini nato, nec ad incessam pedes idonei, nec manus saltem ad scalpendum habiles, & iuxta se iacentibus mammis magis possunt esurientes flere, quam fugere. Proinde infirmitatis mentis congruit hæc infirmitas carnis. Sed cum Augustinus in hoc nihil asserendo dicat, non absurde uidetur quibusdam, quod tunc expectaretur ætas in paruulis ad illa faciendam, & similia: non quod ex uitio tunc non possent, sed ex conditione naturæ, sicut a cibo non penitus abstinere poterant, nec tamen illud ex uitio, sed ex natura conditionis. Hic potest sic opponi. Si non peccarent, nunquam morerentur: & si non comederent, non peccarent: igitur si non comederent, nunquam morerentur. poterant itaque sine alimonia uiuere. Ad quod dicimus, quod non solum peccarent si de ligno uetito comederent, sed etiam si concessis non uterentur, cum naturaliter appeterent. In hoc enim facerent contra naturæ rationem, quæ ad hoc data erat, ut licitis uterentur.

Y

Obiectio.

Item opponitur. Cū fames sit pēna peccati, nisi peccallent, famē nō paterētur: sed sine fame superfluum videtur comedere. Ad quod dicitur, quōd licet non peccassent, appetitū comedendi haberent: quo habito, vt famem praeuenirent, concessis vterentur. Et ille appetitus naturalis est & moderatus, fames vero immoderatus appetitus edendi est.

Z De hoc statu, quem ostendimus, erat transfereendus homo cum omni prole sua sine mortis dolore ad illud summum bonum, quod in caelis preparatum erat. Sicut enim duae naturae sunt in homine, corporalis & spiritalis: ita duo bona homini preparauerat Deus, temporale & aeternum. Et quia prius quod animale, deinde quod spirituale. temporale prius datum fuit. Alterum, id est aeternum, non tunc datum, sed propositum fuit. Ad illius, quod dederat, custodiam praecipit naturae apposuit Deus. Praecipit naturalis fuit discretio, per quam ei inspiratum est, quae naturae suae essent necessaria, & quae noxia. Ad illud, quod propositum erat, promerendum praecipit dedit obedientiae, dicens. De ligno scientiae boni & mali ne comedas. Videns ergo diabolus, quod homo per obedientiam illuc ascenderet, vnde iste per superbiam ceciderat, inuidit ei. Et qui prius per superbiam factus fuerat diabolus, id est deorsum fluens, per inuidiam factus est sathan, id est aduersarius. Vnde & mulierem tentauit, in qua minus quam in viro rationem vigere sciebat. Et ne illa tentatio nimis occulta foret, & ideo cauere non posset, non nisi per serpentem tentari fuit permittitur, vt per indumentum, quod foris erat veritatem tentantis aduertere posset. Augustinus super Genesim. Cum accedere ad tentandum diabolus nō posset nisi permittitur, non per aliud potuit, nisi per quod permittebatur.

Gene. 2.

Quare non horruit mulier serpentem. Cap. V.

A Queritur, quare non horruit mulier serpentem. Quia cum nouiter creatus esset, officium loquendi a Deo accepisse putauit. Hoc modo tentatio facta est. Primum interrogatio, aggressus est, vt ex responsione eius colligeret qualiter eam de caetero alloqui debuisset. Cur non comeditis de ligno scientiae boni & mali? Ad quem mulier. ne forte moriamur. In quo verbo dedit locum tentanti cum dixit: ne forte. Vnde diabolus mox inquit. Comedite, & eritis sicut dii. Per tria tentauit. Per gulam, cum dixit, comedite: per vanam gloriam, cum dixit, eritis sicut dii: per auaritiam, cum dixit scientes bonum & malum. Gula est immoderatus appetitus edendi, vana gloria amor propriae laudis, auaritia immoderatus appetitus habendi. Cum tentatio alia sit interior, alia exterior: exterior foris fit signo vel verbo, vt ille, cui fit, ad consensum peccati inclinatur. Tentatio interior est motus prauae delectationis, per quam animus ad peccatum impellitur, & multo difficilior vincitur. Homo igitur, qui exteriori tentatione pulsatus ce-

Gene. 3. Diabolus per q̄ tria tentauit

cidit, tanto grauius puniendus, quanto leuiori impulsu fuerat prostratus.

De peccato primi hominis. Cap. VI.

In hoc loco videtur inquirendum quae fuit origo & radix illius peccati. Augustinus super Genesim. Peccati A. Non esset hominem deiecturus tentator, nisi in animo eius elatio praecessisset comprimenda. Vnde quidam volunt, q̄ antequam cederet tentationi, habuit illam elationem. Sed cum elatio vitium sit, inde sequitur, q̄ ante peccauerit, q̄ tentationi cederet. Non igitur suggestionem prius peccasset: cum auctoritas dicat, q̄ ideo peccatum diaboli sit incurabile, quia non suggestionem, sed propria cecidit superbia. Homo vero, quia per se non cecidit, sed per alium, surgere potuit per mediatorem. Et ideo illa auctoritas sic potest exponi. Non erat tentator hominem deiecturus, scilicet in has miseras, nisi elatio in animo eius praecessisset. Nō dico praecessisset suggestionem, sed post suggestionem praecessit in animo eius finem & completionem peccati ipsius. Alioquin etsi diabolus suggestionem praecessisset, ad suggestionem tamē effectum non peruenerisset. Si, n. diceremus: non erat hominem deiecturus in peccatum, vbi elatio praecessisset, tunc, antequam peccasset, elationem habuisset. Potest etiam dici, q̄ non erat hominem deiecturus in actum illius peccati, vt scilicet pomum vitium comederet, nisi elatio praecessisset. Est enim superbia radix omnis peccati. Audiens enim mulier: eritis sicut dii: elata est in superbiam, quae superbia erat comprimenda per poenas illud peccatum sequuturas. Sed cum natura hominis sine vitio esset, solet queri, vnde ille consensus mali processerit? Ad quod videndum est, q̄ Deus in primo homine duos posuit appetitus: videlicet appetitum iusti, & appetitum commodi. Appetitum iusti secundum voluntatem, vt in eo homo promereri posset, sine bene retinendo cum posset deferere, siue male deferendo cum posset retinere. Appetitum commodi secundum necessitatem. nō enim potest homo non appetere commodum suum: & ideo istum cum necessitate posuit Deus in homine, vt in eo remuneraretur homo. Vnde in inferno haec maxima erit poena impiorum: quod semper appetent commodum, & nunquam assequi poterunt: sicut augmentum gloriae bonis, quod ab amore habiti commodi tepescere non poterunt. Et in hoc appetitu commodi mensuram posuit Deus, vt quae appetenda essent, & quando, & quomodo, homo appetere. Sed quia ultra modum commodum appetijt, scilicet esse sicut dii, iusti protinus appetitum deseruit. Et in hoc peccauit, quia iustitiam deseruit. Non enim ideo peccauit, quia commodum suum appetijt, sed quia illud appetendo iustitiam deseruit, quod fuit appetere commodum ultra mensuram. Iustitia namque est mensura in appetitu commodi. Fuit igitur peccatum primi hominis desertio iustitiae, quod Apostolus vocat inobedientiam. Queritur vtrum voluntas peccatum illud praecessit? Sed non videtur, quod voluisset aut deliberasset iustitiam deserere, voluit

Peccati A. de origo & radix.

Peccatum primi hominis.

Voluntas nō oē peccati, tpe praecedit.

E. Vtrū peccatiū Ada maius ē Eua.

1. Tl. 2.

Gene. 3.

Obiect. Peccatum quot modis fiat.

Tentari quare Deus hominē permisit.

luit tamen illud appetere, propter quod iustitiam deseruit. Potest itaque dici, quod volens deseruit iustitiam: quia voluit illud, propter quod deseruit. nec tamen volebat, vt iustitiam desereret: sed voluit illud propter quod iustitiam desererebat. Voluntate itaque iustitiam deseruit, non quod voluntas illud in tempore praecederet: non enim verum est, quod omne peccatum voluntas tempore praecedat, cum, & ipsa voluntas peccatum sit. sed de actu illud dicitur, quod omne malum ex voluntate procedit: sicut ille actus. s. comestio pomi, quod a quibusdam dicitur primum peccatum in homine, quod satis potest concedi. In vno enim peccato & reatus est & actus, nec dicitur duo peccata, sed unum. Vt qui habet voluntatem homicidij perpetrandi, & postea perpetrat: non tunc aliud peccatum facit, sed quod habebat prius in voluntate, tunc facit in opere.

Queritur vter eorum plus peccauerit: an mulier, an Adam. Sed sicut Apostolus dicit, Adam non est seductus, immo mulier interrogata inquit: Serpens seduxit me (vt in Genesi) Vir autem interrogatus non ait, mulier seduxit me, sed dedit mihi, & manducaui. Mulier in hoc dicitur seducta, quod auditis verbis illis, Eritis sicut dii, adeo intumuit, vt crederet verum esse, quod dicebatur. Adam vero non est seductus, quia non (vt ait Augustinus) credidit illud verum esse, sed putauit utrumque fieri posse, vt & uxori morem gereret, & per penitentiam Deo satisfaceret. Minus ergo peccauit, qui de venia cogitauit. Ex quibus apparet, quo maior fuerit in muliere superbia, quam in viro: igitur & maius peccatum. Mulier quoque peccauit in Deum & proximum: vir in Deum tantum. Item mulier magis punita fuit: cui dictum est. In dolore paries filios &c. vnde apparet, quod plus peccauit.

Opponitur de hoc, quod dicit Isidorus. Tribus modis peccatum geritur: ignorantia, infirmitate, industria. Ignorantia peccauit Eua, quia (ut ait Apostolus) seducta fuit. Adam industria peccauit: quia non seductus, sed sciens & prudens peccauit. Petrus infirmitate deliquit. Grauius est infirmitate quam ignorantia peccare: grauius quoque industria quam infirmitate. Industria peccat, qui studio & deliberatione malum perpetrat: infirmitate, qui casu vel perturbatione delinquit. Ex his verbis videtur asseri, quod plus peccauit vir, quam femina. Ad quod potest dici, quod secundum aliquid plus peccauerit: in hoc. s. quod maior delibatio videtur fuisse in viro, quam in muliere, & quod maioris scientiae erat: & cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Nec tamen dicemus absolute, quod plus peccauerit: sicuti de aliquo presbytero & de aliquo laico diceremus, si committant homicidium, laicus ex longo odio, presbyter ex subita ira: non posset absolute dici, quod ille ordinatus plus peccauerit: & tamen secundum aliquid plus peccauit, in hoc scilicet, quod fecit contra ordinem suum. Solet queri, cur Deus hominem tentari permisit, quem tentanti cessurum esse sciebat. Augustinus sic soluit istam quaestionem. Non mihi

videtur magna laudis futurum fuisse hominem, si propterea posset bene viuere, quia nemo male viuere suaderet: cum & in natura posse, & in potestate haberet velle non consentire suadenti, Deo adiunante. Illud quoque solet queri: quare creauit Deus hominem, quem sciebat esse casurum, cum sit summe pius. Eadem quaestio de angelis, qui ceciderunt. Augustinus super Genesim. Cum per iniustos iusti, per impios pii proficiant: frustra dicitur, vt non crearet Deus, quos praesciebat malos futuros. Cur enim non crearet bonis profuturos? Quia sicut prauidit, quod mali essent futuri: sic etiam prauidit de malefactoribus eorum quid boni esset ipse factururus.

Quare creauit Deus hominē, quē sciebat esse casurū, & Angelos, qui ceciderunt, cū sit summe pius.

De gratia habita ante peccatum. Cap. VII.

Nunc restat inquirere quam gratiam homo ante peccatum habuit, & vtrum per eam potuit stare, an non. Ad quod videndum est, quod sine apposita gratia proficere non poterat, sicut & de angelis diximus: sed non declinare ab eo, quod acceperat per gratiam sibi in creatione collatam poterat. Aliud enim est facere bonum: aliud declinare a malo. Per illud adiutorium gratiae, quod acceperat in creatione, poterat declinare a malo: sed sine superapposita gratia non poterat ipse facere bonum. Augustinus in libro de correptione, & gratia. Si hoc adiutorium vel angelo vel homini, cum primum facti sunt, defuisset (quoniam non talis natura facta erat, vt sine diuino adiutorio posset manere si vellet) non vti que sua culpa cecidisset. Adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non posset. In eodem. Dederat Deus homini bonam voluntatem, in illa quippe eum fecerat rectum: dedit adiutorium, sine quo in ea non posset: permanere si vellet, & per quod posset. vt autem vellet reliquit in eius arbitrio. In eodem. Acceperat si vellet posse: sed non habuit velle quod posset. Nam si habuisset, vti que perseverasset. Istis auctoritatibus patet, quod homo poterat per id, quod acceperat in creatione, non cedere tentationi. Nisi enim talis fuisset factus, quod posset non cedere, & tentanti resistere (sicut dicit Augustinus) nō sua cecidisset culpa.

Homo utrum per gratiam habitam ante peccatum stare, an non.

Opponitur, quod homo sine gratia cooperante poterat proficere, hoc modo. Poterat homo per illud adiutorium creatricis gratiae non consentire suadenti, sed hoc meritum esset, & omne meritum profectus est: igitur per eam proficere poterat. Ad quod dicimus, quod ipsum non consentire malo non est meritum, sed hoc quod malo non consentiendo diligitur bonum. Non enim est meritum in hoc, quod declinatur a malo, sed in hoc, quod declinando a malo fit bonum. Nec tamen vnum sine altero esse potest. Ita dicimus, quod si homo vel angelus declinasset a malo, haberet vti que meritum, & proficeret: sed non in hoc quod a malo declinasset, sed in hoc quod a malo declinando bonum diligeret.

Obiect.

ad quod egebat gratia cooperante. Ad illud vero primum sufficiebat adiutorium creatricis gratiae. Habebat enim homo ante peccatum ex libero arbitrio, & ex illo adiutorio gratiae, posse non peccare id est vitare malum, sed (vt diximus) egebat gratia cooperante ad bonum perficiendum.

Psal. 58.

Post lapsum vero non solum cooperante, sed etiam gratia operante eger. Operans gratia facit a peccatis surgere, facit etiam velle bonum. Cooperans gratia uolenti cooperatur, vt bonum faciat. Sed ante lapsum non egebat nisi cooperante, nondum enim ceciderat: & ideo non egebat gratia, per quam surgeret, sed ea sola, per quam proficeret. Post lapsum vero operans praecedat, quae mouet & excitat cor. De qua dicit propheta. Et gratia eius prauehiet me. Haec inspirando prauehiet, haec adiuuando prosequitur. Primo enim gratia operatur sine nobis, & ibi nihil meretur homo, quia tunc accipit bonum velle: sed post utitur accepta uoluntate, & cooperatur gratia, in quo meritum hominis est. Non enim est meritum hominis in hoc quod accipit bonam uoluntatem, quia ibi nihil facit, sed in hoc quod accepta utitur. Vnde Apostolus. Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit. Et hoc in simili potest videri. Prius fit ferramentum, ut per illud homo aliquid faciat, quod non per se incidit, sed ducente manu artificis. Ita uoluntas prius erigitur operante gratia, quae erecta ad bonum operandum iuuatur & ducitur per cooperantem gratiam. Vnde

1. Cor. 15.

De Apostolus. Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Sed gratia operatur uelle & perficere: operatur uelle, hoc spectat ad operantem, perficere ad cooperantem. Solet quaeri, vtrum homo ante lapsum habuerit uirtutes. Quidam dicunt quod non habuit: quod sic uolunt ostendere. Fortitudinem non habuit, quia cessit prauae suggestioni: nec iustitiam, quia contempsit praecipium Dei: prudentiam non habuit, quia sibi non cauit: temperantiam non habuit, quia aliena appetiit. Sen illud satis concedimus, quod non tunc habuit quando peccauit, sed quod prius non habuerit non est concedendum, cum Augustinus dicat in quadam homilia. Adam perdita charitate malus inuentus est. Item. Princeps uitiorum dum uidit Adam de limo terrae ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, charitate splendidum, primos parentes illis donis ac tantis bonis spoliavit, pariterque peremit. Ambrosius ad Sabinum. Quando Adam solus erat non est prauehietus, quia mens eius adhærebat Deo. Quidam uero asserentes dicunt, quod ex quo aliquis habet charitatem, non potest eam amittere. Opponitur sic ad illud, quod diximus. Augustinus ad Iulianum comitem. Charitas, quae deserui potest, non uera fuit. Ad quod dicimus, quod uera dicitur duobus modis, & quantum ad permanentiam, & quantum ad substantiam. Non fuit uera id est permanens & constans. Item sit tibi fons proprius, cui non communicet alienus. Sed non dicitur qui futurus est alienus, id est malus, sed qui tunc est alienus. Dum enim

Rom. 7.

L
Homo ante peccatum an habuit uirtutes.

Obiectio.

M
Obiectio.

malus est, non potest habere charitatem: tamen qui futurus est alienus, potest modo habere: uel qui modo est malus, potest alio tempore habere. Stultum nanque uidetur dicere, quod in hac uita aliquis ita confirmatus sit, quod non possit malus fieri: quod in alia uita tantum promittitur. Fateatur itaque eum charitatem habuisse, & postea perdidisse. Nec tamen aliquis putet nos dicere, quod in ipso exordio creationis habuit, sicut supra de angelis diximus, sed post creationem. Non enim statim cecidit sicut angelus, sed per aliquam moram in paradiso fuit, cum scriptura dicat soporatum eum fuisse, animalia etiam ante eum ducta, quibus nomina imposuit. Quaeritur, utrum praescius fuerit sui casus. Ad quod dicimus, quod sui casus praescius non fuit, sicut & de angelo diximus. Et hoc illa eadem ratione probatur, quam ibi diximus. Augustinus quoque super Genesim idem dicit. In poenam huius peccati erectus est homo de paradiso in locum istum miseriarum. Sicut dicitur ibi. Eiecit eum Deus de paradiso, ne forte comedat de ligno uitae, & uiuat in aeternum. Haec uerba uidentur uelle, quod si postea comedisset, nunquam moreretur: sed ex alia parte factus est mortalis propter peccatum. Quomodo igitur peccato remanente non moreretur? Ad hoc dicitur, si non puniretur ista poena, scilicet morte, puniretur grauiori, quia nunquam finirentur miseriae, quae modo finiuntur morte, sicut & diaboli miseriae nunquam finiuntur. Sed quia hoc certum de auctoritate non habuimus, uolunt quidam dicere, quod si comedisset, postea non conferret ei immortalitatem: & sub tali sensu exponunt uerba illa, ne comedat de ligno uitae, id est indignus est illo ligno uesci, quod prius conferret immortalitatem. Et ideo ne possit ad illud accedere, posita est ante paradisum quaedam ignea custodia, scilicet flammeus gladius atque uersatilis, qui ministerio Cherubim ante paradisum uoluebatur. Gladius iste signat passiones huius uitae praesentis, quae urunt ad tempus, sed transitoriae sunt. Cherubim plenitudo sapientiae interpretatur, & significat charitatem. Ad eum itaque ligni uitae per tribulationes multas; & per charitatem, quae est plenitudo scientiae, post peccatum redire fuit necesse. Cum enim Cherubim cum flammeo gladio sit ad ostium paradisi, non potest homo ad illum ingredi, nisi transierit per flammeum gladium. Solet quaeri, utrum prius de ligno uitae comedissent. Augustinus de baptismo paruulorum. Recte profecto intelliguntur ante malignam diaboli persuasionem abstinuisse a cibo uetito, atque usi fuisse concessis, & praecipue ligno uitae. Sed hoc non uidetur sub asseritione dictum.

De libero arbitrio. Cap. VIII.

Præter alias poenalties pro peccato illo incurrit homo poenam de passione liberi arbitrij. Vt enim Augustinus dicit in enchiridio, Homo male utens libero arbitrio, & se perdidit, & ipsum. Videtur

utrum praescius fuerit sui casus.

N
Hō utrum praescius fuerit sui casus.

Gene. 3.

O

Questio

P

Q

Videndum est itaque quid sit liberum arbitrium, & quale ante peccatum, & qualiter depressum sit per peccatum. Sic potest diffiniri: Liberum arbitrium estabilitas rationalis uoluntatis, qua bonum eligitur gratia cooperante, vel malum ea deserente. Et consistit in duobus, in uoluntate & ratione. Liberum nanque dicitur quantum ad uoluntatem, arbitrium quantum ad rationem. Rationis est uidere quid sit eligendum vel non, uoluntatis est appetere. Et ita ratio tanquam pedissequa monstrat uiam consulendo illud, quod uidet faciendum, dissuadendo contrarium: uoluntas tanquam domina ducit secum rationem ad quodcumque fuerit inclinatur. Non enim trahitur uoluntas a ratione, sed solummodo monstrat ratio, quod appetere debeat uoluntas. Ratio uero trahitur a uoluntate etiam in ijs, quae sunt contra rationem. Naturaliter nanque ratio contradicit, hoc est, non illud esse faciendum indicat, & tamen vincitur, & consentit. Et quoniam in his duobus consistit liberum arbitrium, soli rationali creaturae datum est. Illa enim sola inter creaturas uoluntatem habet & rationem. Bruta animalia habent sensum & appetitum uidelicet sensuualitatis, sed uoluntate, & ratione carent, & ideo liberum arbitrium non habent. Cum itaque habeamus cum pecoribus communem sensum & appetitum, liberum arbitrium nos ab eis discernit, peccatis quod omne meritum consistit. Cum enim nulla vi, nulla necessitate cogatur, non immerito beatitudinem seu miseriam promeretur. Sensus & appetitus, nec beatum, nec miserum faciunt, alioquin bruta animalia beatitudinis vel miseriae possent fieri participantia. Ingenium quoque, & memoria, & caetera similia nec iustum, nec iniustum constituunt. Siquidem nec tardum ingenium, nec labilis memoria imputatur. Sola itaque uoluntas, quae semper libera est, & nunquam cogi potest, merito apud Deum iudicatur. Ea semper a necessitate libera est. Vbi enim necessitas, ibi non est libertas: ubi non est libertas, nec uoluntas, & ideo nec meritum.

Quod liberum arbitrium ad futurum tantum se habeat: & de ipsius statu quadruplici.

Cap. IX.

Præterea sciendum est, quod liberum arbitrium solummodo ad futura se habet. Quod in praesenti est, non est in potestate nostra, ut tunc sit, vel non sit: sed utrum in futuro ita se habeat, vel non, in potestate liberi arbitrij est. Nec ad omnia futura se habet, sed ad ea tantum, quae possunt fieri & non fieri. Nunc uidendum est quale fuit ante peccatum. Et possunt notari in homine quatuor status liberi arbitrij. Ante peccatum nihil impediebat ad bonum, ad malum nihil compellebat: tunc sine errore ratio iudicabat, sine difficultate uoluntas bonum appetebat. Post peccatum uero (antequam per gratiam sit reparatum) praemittitur a concupiscentia, & vincitur. Post reparationem (ante confirmationem, quae erit in futuro) praemi

tur, sed non vincitur. Post confirmationem, nec uinci poterit, nec premi. Est nanque triplex libertas, a necessitate, a peccato, a miseria. A necessitate & ante peccatum, & post aequaliter liberum est. Sicut enim tunc cogi non poterat, ita nec modo: haec libertas aequaliter est in omnibus, non minor in malis quam in bonis, tam plena post peccatum sicut & ante peccatum. Est alia libertas a peccato, scilicet de qua dicit Apostolus: Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Et alibi. Cum serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiae: nunc autem liberati a peccato, serui autem facti Deo habetis fructum in sanctificationem. Istam libertatem homo peccando amittit. Et hoc est, quod Augustinus ait. Homo male utens libero arbitrio se perdidit, & ipsum. Non est amissa libertas a necessitate, sed libertas a peccato. Qui enim facit peccatum seruus est peccati. Hanc libertatem quidem a peccato illi soli habent, qui per gratiam reparantur, non quod penitus sine peccato sint, sed quia non dominatur eis peccatum: & haec proprie appellatur libertas. In malo autem faciendo non liberum proprie dicitur arbitrium, quia ratio discordat a uoluntate. Iudicat nanque ratio faciendum non esse, quod uoluntas appetit. In bono concordat ratio uoluntati, eique non contradicens seruit. Vnde Augustinus in enchiridio. Ipsa autem est uera libertas propter recte faciendi licentiam, & pia seruitus propter obedientiam. Et ita apparet, quod in bonis & in malis uoluntas libera est a necessitate, sed in solis bonis libera est a peccato. Vnde Augustinus in libro de gratia, & libero arbitrio. Semper in nobis uoluntas libera, sed non semper est bona. Aut enim iustitia libera est quando seruit peccato, & tunc mala est: aut peccato libera est quando seruit iustitiae, & tunc est bona. Est iterum libertas a miseria, de qua ait Apostolus Paulus ad Romanos. Et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei. Hanc libertatem in praesenti nullus habet. Potest enim in praesenti homo liber esse a peccato quia (vt supra diximus) quantum sine peccato nullus ut, tamen ex quo non regnat peccatum in homine, liber est a peccato, sed a poena peccati nullus liberatur in praesenti. Ex praedictis constat in quo per peccatum sit diminutum liberum arbitrium: quia tunc nulla difficultas ad recte uolendum, nullum impedimentum de lege membrorum ad bonum perficiendum, sed modo antequam per gratiam liberatum sit a peccato, nec uelle nec perficere bonum potest. Sicut dicemus de aliquo compedito: non potest hic ambulare, id est in potestate sua non habet, & tamen concederemus, possibile est hunc ambulare, quia potest euenire, vt soluat & ambulet. Hunc nostrum defectum Apostolus commemorat iniquis. Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Nisi enim liberetur per gratiam intus operantem, & excitantem cor, non potest ipsum arbitrium erigi ad bonum. Vnde: Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Et postquam liberatus fuerit, nisi iuuetur per gratiam cooperantem,

2. Cor. 3. Rom. 6.

V

Rom. 8.

Rom. 7.

Ioan. 8.

M. Hug. a S. Vic. To. iij. Li 3. rantem,

rantem, non potest perficere bonum. Et ita indiget modo operante gratia, per quam liberetur, & cooperante, per quam ad promerendum iuueretur, cum ante peccatum (sicut supra diximus) sola gratia cooperante indigeret. Prius enim quam caderet non indigebat liberatore, sed cooperatore.

Y Hoc modo hic solet opponi. Antequam aliquis reparatum habeat liberum arbitrium, donec scilicet in peccatis est, habet ipse liberum arbitrium, igitur potest in vtranque partem flecti. Itaque vel liberum non est arbitrium, vel si est liberum, cum in peccatis adhuc est, potest ipse bonum velle: & ita videtur, quod antequam detur gratia, possit bonum velle. Sed ita est hic sicut in compedito illo, qui scilicet non potest ambulare antequam solvatur, & tamen per se verum est, possibile est hunc ambulare, vel hic potest ambulare. In eodem sensu similiter non negamus de illo peccatore, vel pagano, vel quolibet alio, quin possibile sit eum bonum velle, vel quin possit bonum velle, sed non nisi hoc modo, scilicet si detur gratia, per quam liberetur, & quae ei cooperetur. Aliud est velle simpliciter, aliud est velle bonum. Sicut aliud est timere simpliciter, aliud est timere Deum. Aliud est amare, aliud est amare Deum. Et timere & amare simpliciter prolata, affectiones sunt: cum additamento, virtutes. Velle est nobis per naturam, velle bonum per gratiam. Simples nanque affectiones insunt nobis naturaliter tanquam ex nobis, additamenta ex gratia. Vnde Augustinus in libro retractationum. Quaedam sunt magna bona, quaedam media, quaedam minima. Virtutes, quibus recte vivitur, sunt magna bona. Species quorumlibet corporum, sine quibus recte vivitur, minima sunt bona. Potentiae animi, sine quibus recte viui non potest, media bona sunt. Virtutibus nemo male vitur. Ceteris autem bonis & mediis, & minimis non solum bene, sed & male uti quisque potest. Et ideo virtute nemo male vitur, quia opus virtutis est bonus usus istorum, quibus & non bene uti possumus. In mediis bonis reperitur liberum arbitrium, quia & male illo uti possumus, sed tamen tale est, ut sine illo recte uiuere nequeamus. Bonus autem usus eius iam virtus est, quae in magnis reperitur bonis, quibus nemo male uti potest. Ex hac auctoritate patet, quod voluntas inter bona media sit: bona voluntas inter magna bona, quae non per naturam, sed per gratiam inest nobis. Et tamen potest dici, quod etiam mali naturaliter uolunt bene: & ita uidetur, quod ante susceptam gratiam aliquis habeat uelle bonum, sed nihil aliud est naturaliter uelle bonum, quam rationem iudicare illud esse bonum. Sicuti aliquis tyrannus dicit: ego uellem esse bonus monarchus, exire de seculo, & similia. Iste naturaliter appetit bonum, sed eum non delectat bonum. Vnde nec proprie dici potest velle bonum: nec habet meritum illud tale uelle, sed illud, quod est cum delectatione boni, quando scilicet placet ei bonum, & in proposito habet. Vnde Apostolus. Deus, qui operatur in nobis uelle & perficere pro uoluntate bona. Prius est uoluntas bona per naturam, quae non habet meritum, sed postea fit bona per gratiam, &

tunc habet meritum. Praeterea sciendum est, quod Z non ideo dicitur liberum arbitrium, quod aequaliter se habeat ad vtranque, scilicet ad bonum & ad malum, cum se possit quis cadere, sed per se non potest resurgere, nisi iuuetur a gratia Christi. Per se enim sufficit ad malum liberum arbitrium, sed non sufficit ad bonum per se. Boni etiam angeli non carent libero arbitrio, & tamen ita sunt confirmati, ut non possint esse mali. Similiter mali angeli non carent libero arbitrio, cum tamen ita sint obstinati, ut non possint esse boni. Liberum itaque arbitrium ex eo dicitur, quia est uoluntarium. Quod enim boni angeli non possunt mali esse, non facit necessitas, sed confirmata per gratiam uoluntas. Quod mali non possunt boni esse, non facit ulla coactio, sed uoluntas obstinata in malo. Et tamen isti natura, & illi mutabiles sunt. Vnde Hieronymus. Solus Deus est, in quem peccatum cadere non potest: ceteri, cum sint liberi arbitrij, in vtranque partem possunt flecti. De Deo etiam legitur, quod liberum arbitrium habet. Ambrosius ad Gratianum. Spiritus ubi uult spirat. Apostolus I. Cor. 12. Spiritus ubi uult spirat. Prout uult (inquit) id est pro libero uoluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio. Nec est aliud liberum arbitrium in Deo nisi diuina uoluntas, quae non necessitate, sed sola bonitate omnia facit: eius enim natura bonitas est.

Quare peccatum primi hominis posteris imputetur. Cap. X.

Post peccatum primi hominis, & poenam, A quam assignauimus, quam inde incurrit, uidentur quare imputetur posteritati eius. Omnes enim, qui ab eo per concupiscentiam descendunt, obnoxij sunt illi peccato, & pro illo rei sunt originalis peccati. Ad quod potest dici, quod ideo imputatur omnibus, quia omnes illud commiserunt, ut Apostolus dicit: In quo omnes peccauerunt, quod ita potest exponi. In eo omnes peccauerunt, id est peccato rei tenentur. Ut enim dicit Apostolus, Per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi. Quod inde est, quia per legem peccati ab eo descendunt. Non ideo imputatur eis, quia in eo tunc fuerunt originaliter, cum & Christus secundum carnem in eo tunc fuerit: sed quia per concupiscentiam, quae uenit de peccato illo, inde descenderunt: Et ita potest dici, quod ideo imputatur toti posteritati, quia in effectu huius peccati, id est in lege peccati de hoc ueniente concipiuntur, uidelicet in concupiscentia. Furtum, homicidium, & cetera non imputantur posteris, quia non fit ipsa generatio secundum effectus illorum, id est secundum motum de illis uenientem. Solet a quibusdam praedicta quaestio sic solui. Ideo illud peccatum omnibus imputatur posteris, & non alia: quia illud peccatum in paradiso commissum grauissimum fuit, quia ignorantia non induxit eum ad peccandum,

Rom. 5.

Ibidem.

dum, nec fragilitas carnis, quia ante peccatum neutrum fuit in eo. Vnde adeo maximu fuit illud peccatum, quod etiam natura mutauit. Tota enim natura hominis per peccatum illud corrupta fuit. Augustinus de ciuitate Dei. Tanto maiore iniustitia uolatum est illud mandatum, quanto faciliore potuit obseruantia custodiri. Nondum uoluntati cupiditas resistebat, quod de poena transgressionis sequutum est postea. Sed non uidetur absolute concedendum, quod illud peccatum grauius omnibus alijs fuerit, cu legatur: Qui peccat in Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Sed illud peccatum primis parentibus postea fuisse condonatum dicunt auctores. Augustinus in libro de baptismo paruulorum. Sicut illi primi homines postea iuste uiuendo, unde merito creduntur per Domini sanguinem ab extremo liberati supplicio, non tamen illa uita meruerunt ad paradysum reuocari: sic & caro peccati etsi remissis peccatis homo in ea iuste uixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti, quam traxit a propagine peccati. Ad hoc, quod diximus, in Adam fuisse omnes, solet sic opponi. Sic omnes, qui descenderunt a Cain, in Adam fuerunt per illam substantiam, quam accepit Cain, in primis parentibus ibi extiterunt: sed in illa particula, q in Cain fuit propagata, non tot atomi fuerunt, quot homines ab eo descenderunt: unde non uidetur uerum, quod substantia uniuscuiusque fuerit in primo parente. Ad quod potest dici, quod quamuis illa particula primum fuerit ualde parua, tamen nulla substantia exteriori in eam transeunte augmentata est & facta est magna, tanta scilicet, quanta in resurrectione erit. Fomentum enim habet a cibus, sed non transeunt cibi in ipsam humanam substantiam: quia ita probari potest. Puer, qui ea moritur die, qua nascitur, in illa natura resurget, quam habiturus erat, si uiueret usque ad plenam aetatem nulla aegritudine vel uitio corporis impediante. Vnde apparet, quod etiam si uiueret non aliunde sumerentur partes illius substantiae, sed in se augmentarentur sicut costa, de qua facta est mulier, & sicut quinque euangelici panes. Nec tamen negamus, quin cibi & in humores, & in carnem transeant, unde quidam homines grossiores sunt quam debeant: sed illa superfluitas non erit in resurrectione, quia non est de ueritate humanae naturae. Veritas humanae substantiae dicitur, quod in primis parentibus fuit, & illud solum in resurrectione erit. Sed illae partes, quae de cibus sunt, & in quas transeunt, tanquam superflua deponentur.

Matt. & Luc. 12. & Mar. 3.

Obiectio.

Quid sit peccatum originale. Cap. XI.

Deinceps inquirendum est quid dicatur originale peccatum, & quare originale dicatur. Quidam dicunt, quod originale peccatum sit debitum, quo tenentur omnes pro peccato primi hominis, quia pro illo omnibus debetur poena aeterna, nisi per gratiam liberentur. Isti dicunt, quod originale peccatum non sit peccatum. Sed si scri-

ptura quandoque, uocat illum peccatum: astruunt, quod ibi peccatum pro poena peccati accipitur. Et sicut pro peccato parentis quandoque exulant filij secundum iustitiam seculi, ita ex iustitia Dei omnes tenentur rei pro peccato illo. & ita secundum istos in anima pueri nullum peccatum est. Quia dicunt ipsi: si anima pueri nunquam peccauit, non est in ea peccatum: & tamen concedunt, quod in ea est originale peccatum, quia tenetur debito peccati. Sed plane contra Apostolum loquuntur isti, cum Apostolus dicat. Per inobedientiam unius, peccato Rom. 5. res constituuntur multi. Ecce quod Apostolus uocat eos peccatores antequam regenerentur: sed si tantu esset poena & non culpa in istis, (ut ipsi aiunt) non peccatores essent. Item dicit Apostolus. Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Aliud peccatum, quod intrauit: aliud ipsa poena, quae innuitur in uerbis E Apostoli. Alij dicunt, quod originale peccatum sit inobedientia: & haec inobedientia in omnibus est antequam renascantur. Sed non uidetur, quod puer inobediens sit, quia nihil unquam fuit ei imperatum. Et qui nondum potest ratione uti, quomodo aut obediens aut inobediens potest dici? Inobedientia namque uoluntatis est ut obedientia, sed peccatum originale non est uoluntarium. His itaque, ommissis dici potest, quod originale peccatum est concupiscentia mali, & ignorantia boni. Vnde Augustinus in libro de correptione, & gratia. Sunt omni homini ista duo poenalia, ignorantia & difficultas. Ex ignorantia error, ut probet falsa pro ueris: ex difficultate cruciatus, ut resistente & torquente dolore carnalis uinculi non possit a libidine temperare. Sed potest opponi. Quomodo anima pueri nodum aliquid uelit uel nolit, quomodo concupiscentiam mali habet? Vitium est in ea, non actus, quod probatur: cum uenerit ad annos discretionis, tunc concupiscit malum, & dimittit bonum. Similiter opponitur: cum nondum aliquid debeat scire, quomodo ignorantiam habet? Sed sicut in oculo caeci in nocte uisum caecitatis est, sed non apparet, nec discernitur inter uidentem & caecum, nisi luce ueniente: sic & in puero uisum est, sed nondum apparet, sed ueniente tempore, in quo deberet bonum concupiscere, malum ignorare, ignorat bonum, & concupiscit malum. Item opponitur. In baptismo remittitur peccatum originale, sed post baptismum remanent concupiscentia mali, & cetera: & ita non uidetur, quod in baptismo remittitur peccatum originale. Sed (ut dicit Augustinus) licet remaneat concupiscentia post baptismum, non tamen ad reatum: quia his, qui renati sunt, non imputatur, sed hoc est remitti peccatum originale, non imputari. Licet enim concupiscentia carnis sit in baptizato, tamen non imputatur ei, nisi eat post concupiscentias: quod si fiat, non iam originale, sed actuale est. Augustinus de nuptijs, & concupiscentia. Ex hac carnis concupiscentia (quae licet in regeneratis iam non reputatur in peccatum) quaecumque nascitur proles obligata est originali peccato. & paulo post. Dimittitur concupiscentia carnis in baptismo, non ut non

Rom. 5.

Ibidem.

E

in

no

F

Alia pueri quo malum concupiscat, & bonum ignoret.

Bona triplicia.

Philip. 2.

non sit, sed vt peccatum non imputetur: hoc est enim non habere peccatum, non esse reum peccati Item. Quomodo alia peccata praetereunt actu, & remanent reatu, vt homicidium & similia: ita & e contrario fieri potest, vt concupiscentia praetereat reatu, & remaneat actu. Ecce ex his auctoritatibus patet concupiscentiam mali esse peccatum originale, sub qua continetur ignorantia boni, quoniam ex ea est. Nisi enim praecessisset concupiscentia mali, non esset sequuta ignorantia boni. Et inde est, quod quandoque reperimus in sacra scriptura pluraliter peccata originalia, quia diuersa sunt ignorantia boni, & concupiscentia mali, quandoque singulariter reperimus peccatum originale, quia, sicut diximus, vnum istorum ex altero est: vnde & sub eo, vel in eo continetur.

De ratione originalis peccati. Cap. XII.

Post hoc videndum est quare dicatur illud peccatum originale. Ideo scilicet quia ab origine trahitur, id est, a parentibus quando generatur aliquis tradit ipsum peccatum. Vnde Dauid. In peccatis concepit me mater mea. Hic potest opponi hoc modo. Cum aliquis generatur sola caro a parentibus propagatur, quoniam (vt superius diximus) animae non sunt ex traduce, etiam in ipsa propagatione carnis nondum infunditur anima (ut philosophi dicunt) sed iam effigiato corpore. id quod Moyses in Exodo manifestissime ostendit dicens: Si quis percusserit mulierem praegnantem, & abortiuum fecerit, si adhuc informatum fuerit, mulctabitur pecunia: quod si informatum fuerit, reddet animam pro anima formatu intelligit iam animatu. Quod si in ipsa propagatione transmittitur a parentibus peccatum originale, videtur quod in eo sit peccatum originale, quod propagatum est: sed illud adhuc inanimatum est, & omne peccatum animae est, quomodo ergo in illo semine peccatum poterit esse? sicut enim virtus in anima, ita & omne peccatum. Ad quod potest dici, quod non solum anima obnoxia est vinculo originalis peccati, sed etiam caro: non quod sit in carne illud peccatum, sed ex corruptione carnis illud concupiscentia traduceretur, illo peccat in anima non teneretur. Vnde inuenitur, quod Christus non habuit carnem peccatricem, sed similem carni peccati: quia illa caro non ex concupiscentia viri de matre fuit propagata, sed operatione Spiritus sancti. Caeteri habent carnem peccatricem: non quod in carne sit peccatum, sed causa peccati. Augustinus de fide ad Petru. Dum sibi inuicem uir & mulier miscerentur, vt filios generet, sine libidine non est parentu concubitus: & ob hoc filiorum eorum ex carne nascentium non potest sine peccato esse conceptus, ubi peccatum in paruulos non transfertur propagatio, sed libido. Apparet itaque, quod in ipsa conceptione transmittatur peccatum originale, quia nisi conceptio sic fieret in carne, anima ex carnis vnione concupiscentiam non contraheret. Si quaeratur quid sit illa corruptio, quam

in carne diximus esse, vtrum peccatum sit, an non? Potest dici peccatum, id est praena peccati, scilicet, sicut solemus accipere peccatum culpam, sed ipsa peccatum non dicitur. Sed quod in carne corruptio peccati sit, per effectum potest sciri: vt in vase scitur esse vitium per hoc quod reddit vinum acidum. Item solet quaeri: cum parentes alicuius per baptismum mundati sunt a peccato originali, quomodo potest filius contrahere peccatum illud? Quod Augustinus in libro de baptismo paruuloru his similitudinibus ostendit. Quo modo preputium per circumcisionem aufertur, manet tamen in eo, quem genuerunt circucisi: quo modo & palea, quae humano opere tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu, qui de purgato tritico nascitur. Ita peccatum, quod mundatur per baptismu, manet in eis, quos genuerunt baptizati. Item in eodem. Ex hoc enim gignit, quod adhuc vetustum trahit, non ex hoc, quod in nouitate promouit eum inter filios Dei. Non enim generant parentes filios suos secundum generationem illa, qua denuo sunt nati, sed potius secundum eam, qua carnaliter & ipsi primum sunt generati. Praeterea solet quaeri, qua iustitia teneatur peccato illa anima innocens a Deo creata, cum non sit in potestate eius illud vitare. Non enim est in potestate liberi arbitrij illud vitare vel non, cum nondum vtatur libero arbitrio, & cum non sit prius in corpore illo, quam sit obnoxia illi peccato. Quod ita soluunt quidam: Ideo anima illa (quamuis ex traduce non sit, sed nouiter a Deo creata & munda) rea est illius peccati: quia cum infunditur corpori, inuenit illud corpus aptum & idoneum ad peccandum, & in hoc delectatur, & ex hac tali delectatione contrahit peccatum illud. Sed si hoc esset, non originale, sed actuale dici deberet. Si enim ex delectatione est hoc peccatum, non est alienum, sed propriae voluntatis, cum Augustinus & alij vocent illud alienum. Augustinus in libro de baptismo paruulorum. Manifestum est alia esse unicuique propria peccata, in quibus ij tantum peccauerunt, quorum sunt peccata: aliud illud vnum, in quo omnes peccauerunt. Itaque dicendum putamus occultam esse Dei iustitiam, qua illius peccati anima tenetur rea, quod non est in potestate sua vitare, & quod ipsa propria voluntate non commisit. Vt enim Apostolus dicit, Incomprehensibilia sunt iudicia Dei, & inuestigabiles viae illius.

Solet etiam quaeri, vtrum voluntarium sit an necessarium illud peccatum. Sed quod non sit voluntarium constat per supradicta. Iterum si dicitur necessarium, non debet imputari. Et ideo voluit dicere quidam, quod nec necessarium: nec voluntarium. Propheta tamen dicit. De necessitatibus meis erue me Domine. Vnde non videtur absurdum, quod dicatur necessarium.

Si quis iterum quaerit: cu Deus, qui facit animam ipsam immaculatam, sciat eam ex corpore maculam contrahere peccati, & quandoque ante baptismum separatum iri morte ab ipso corpore, & sic damnari: quare eam corpori coniungit? Respondemus

Filius qui originale peccatum contrahit a parentibus a peccato originali mundatis

Quaestio

Originale peccatum an sit voluntarium.

Psal. 24.

Ro. 11.

Obiect.

demus hoc idem, quod superius: scilicet occultam Dei iustitiam esse.

¶ Solent quidam sic opponere. Cum anima in corpore creetur, nec prius sit in corpore, quam in illo peccato teneatur: igitur cum primum est, maculam peccati habet. Itaque nunquam talis est, qualis creatur a Deo. Creatur namque a Deo innocens: sed nunquam innocens est, cum sit maculata cum primum est creata. Sed dicendum, quod Deus creat eam mundam, id est ex creatione nullam maculam habet, & ita talis est quantum ad creationem, qualem creat eam Deus. Semper enim bona & munda quantum ad creationem.

¶ Propterea solet quaeri, an sint omnes animae ex creatione aequales, an sint aliae alijs excellentiores, sicut & in angelis fuit? Et videtur pluribus, quod ex ipsa creatione una sit habilior ad intelligendum, & ad memoriter retinendum quam alia: quod satis probabile est.

¶ Opponitur: quod si decedant a corpore ante baptismum aequalem habent penam, si statim post baptismum aequalem habent coronam: & ita videtur, quod in ipsa creatione indifferentes sint. Sed sicut nos iam diximus in tractatu liberi arbitrij, ea quae sunt ex ipsa creatione, vt ingenium, memoria, nec plus nec minus beatum constitunt, vel pena dignum faciunt.

De peccato actuali. Cap. XIII.

Postquam de originali peccato diximus, adijciendum videtur de actualibus, de quibus primum videndum est, quod non imputantur poenitentibus iuxta illud Ezechielis. Non ultra erit istud proverbium in Israel. Patres nostri manducauerunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Anima, quae peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris. Ad hoc videtur contrarium, quod dicitur in Exodo. Ego reddo iniquitatem patris in filios vsque in tertiam & quartam generationem ijs, qui oderunt me. Sed sicut Hieronymus dicit. hoc dictum est de filijs imitantibus patrum mala, quod innuitur per finem illius auctoritatis, ijs qui oderunt me. Si enim filius non imitatur peccata patris, non inde punietur.

¶ Opponitur. Si de imitantibus illud intelligendum est, quare solummodo vsque in tertiam & quartam dixit, cum omnes, qui imitantur peccata parentum, in qualibet generatione sint, illis teneantur? Quod ita sancti soluunt. Ideo dictum est in tertiam & quartam: quia vsque ad quartam magis solet euenire, vt filij imitentur facta parentum, cum adhuc eis nota & velut praesentia sint. Augustinus de temporali poena illud exponit: quia in vltione parentum puniuntur saepe filij temporaliter pro peccatis parentum, vt caeci nascantur, uel claudi post ortum fiant, vel quauis alia poena afficiantur. Sed in futuro (sicut Apostolus ait) vnusquisque onus suu portabit. Hieronymus super Ezechielé dicit in nobis esse quasi patrem suggestionem carnis, filium primum im-

pulsam cogitationis ad peccandum: & haec est prima proles. Ne pos, si decreuerit facere, vel opere compleuerit. Pronepos, si non solum fecerit, quod malum est, sed etiam in suo scelere gloriatur: & haec est quarta generatio, non quod tres praecedant generationes, sed dicitur quarta a primo motu (qui est quasi pater) posita. Deus ergo primum & secundum stimulum, scilicet cogitationes (sine quibus nullus esse potest) non punit ad damnationem, sed tertiam & quartam generationem, quae sunt peccata ad mortem. Ad probationem cuius rei, quod scilicet primus motus non punitur: Cham peccante dum irrideret nuditatem patris: non ipse, qui risit, sed filius sententiam suscepit. Maledictus (ait) Chanaan. Gene. 9. feruus erit fratrum suorum. Quae enim iustitia est, vt pater peccauerit, & in filium sententia proferatur, nisi fieret propter huiusmodi significationem?

De peccato in generali. Cap. XIII.

Signauimus differentiam inter originale & actualia peccata, nunc indifferenter de peccato dicendum est, de quo haec quatuor inquirenda sunt: quae sit causa peccati, quid dicatur peccatum esse, & quare, & in quibus modis dicatur fieri. Causa enim omnis peccati est uoluntas a Deo deficiens. Augustinus. Omnium bonarum rerum causa est Dei bonitas, malorum vero causa est deficiens a Deo & mutabilis voluntas, prius angeli, deinde hominis.

¶ Si quaeratur quid sit peccatum vel malum: Respondeo: nihil. iuxta illud. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vt Ioan. 1. enim dicit Augustinus, malum nihil aliud est quam priuatio boni. Itaque malum non est aliquid, sed alicuius priuatio. Quicquid enim est, vel opus Dei est, vel opus hominis imitantis Deum. Quod peccatum non sit opus Dei, manifestum est: nec opus hominis imitantis Deum, quia per peccatum recedit a Deo. Illud enim potest dici opus imitantis Deum, quod operando non recedit a Deo, vt domum, & similia. Quod si subtiliter volumus haec pensare, potest dici, quod quicquid est, opus Dei est. Operatur namque Deus duobus modis. quaedam per se, sicut naturalia: quaedam per seruos suos, sicut artificialia. Cum ergo per seruos suos illa faciat, constat eum & ipsa facere. Vnde potest dici, quod quicquid est, opus Dei est: sed malum Dei opus non est, nec igitur aliquid est. Sed malum cum nihil sit, quomodo potest bonum corrumpere? Augustinus. Abstineret a cibo non est aliqua substantia, & tamen substantia corporis, si omnino abstineatur a cibo, languescit & frangitur. Sic non est substantia peccatum, sed Deus substantia est, & verus cibus rationalis creaturae.

¶ Sed cum malum dicatur priuatio boni, videndum est cuius boni. Ad quod videndum est, quod bonum differenter dicitur. Deus est summum bonum, cuius essentia bonitas est. Idem est ei bonum

Psal. 50. Obiect.

Exo. 21.

Rom. 8.

Originalis peccati transmissio.

Gene. 9.

Quaestio

S

num esse quod esse. Itaque sicut non potest non esse, cum ipse careat principio & fine, sic non potest non esse bonus, cum essentia eius bonitas sit, & ideo huius boni nulla potest esse priuatio. Creaturae dicuntur bonae participatione, & ideo possunt priuari a bono suo. Et sicut sunt duae creaturae, spiritalis & corporalis, ita duplex bonum creaturae. Aliud namque bonum est spiritalis creaturae, aliud corporalis. Bonum spiritalis creaturae maxime consistit in duobus, in cognitione veritatis, & in amore virtutis. Bonum corporea creaturae est, vel in ipsa, vel extra ipsam. Bonum in ipsa, integritas est sensuum & affectionum secundum quinque sensus: bonum extra ipsam, ordinata distributio in creaturis. Quod enim haec corrumpuntur vel emendantur, pro homine est: & quicquid bonum est vel malum, homini bonum est vel malum. ¶ Triplex itaque est bonum hominis, aliud extra ipsum, quod scilicet est in creaturis: aliud in ipso. Et quod in ipso, aliud in anima, aliud in corpore. Et ita triplicia sunt mala: vniuersaliter enim cuiuslibet boni priuatio malum dicitur, siue illius boni, quod est in anima, siue illius, quod est in corpore, siue illius quod est in creaturis. Sed cum vnumquodque istorum malum sit, aliud est culpa, aliud est poena & non culpa, aliud nec culpa nec poena, sed ad poenam. Illius namque boni, quod in anima est, corruptio, & peccatum est & culpa. Boni siquidem huiusmodi incorruptione viuimus Deo, corruptione elongamur a Deo. Sicut diximus in duobus precipue bonum animae consistit, quae sunt cognitio veritatis, & amor virtutis. Cognitionis corruptio ignorantia potest dici. De qua Apostolus: Qui ignorat ignorabitur. Amoris corruptio cupiditas, quae est radix omnium malorum. Et quanto magis crescit haec ignorantia & cupiditas, tanto magis bonum animae corrumpitur, & secundum hoc anima dicitur corrumpi. Cum anima enim sit substantia incorporea, secundum substantiam sui non potest corrumpi, sed secundum bonum, quod participat.

1. Co. 14
1. Ti. 6.

¶ Hic potest quæri, in quo amplius corrumpi potest anima, postquam caret illis duobus, cognitione scilicet veritatis, & amore virtutis. Cum enim non sit ibi nisi substantia ipsa & vitium, sicut in daemonebus vel in malis hominibus, cum iterum peccant cuius boni dicitur corruptio ipsum peccatum? Aliud bonum ibi non est nisi ipsa natura, quae deformata est, sed ipsa non potest corrumpi secundum essentiam, quia simplex & incorporea est, nec virtus in ea est, quae possit corrumpi. Vnde ergo priuari potest? Oculis namque postquam semel priuatur visione, non potest amplius priuari. Ad quod potest dici, quod quanto magis diligit in iustitiam, tanto magis priuatur iustitia, non amittendo iustitiam, quam non habet, sed habilitatem recuperandi eam, quae utique bonum est. Quanto enim iniustior, tanto magis a iustitia recedit, ita & in alijs. Sicut aliquis infirmus quanto magis infirmatur, tanto magis sanitate priuatur, non amittendo sanitatem, quam non habet, sed quia

ab ea amplius elongatur. Illa etiam bona naturalia, quae adhuc habet anima, ut ratio, ingenium, memoria, & caetera, tanto amplius deteriorantur & obtenebrantur, quanto magis anima peccatis deformatur.

In qua natura sit peccatum. Cap. XV.

Nunc dicendum videtur in qua natura peccatum dicatur esse, vtrum in spiritali, an in corporali, an in vtraque. Sed (vt iam diximus) non quolibet corruptio boni peccatum est, sed illius boni tantum, quod est in spiritali natura. Apparet itaque, quod in sola spiritali natura culpa vel peccatum potest esse, nec negamus quin etiam in corporea natura malum sit. Vnde in propheta. Non est malum in ciuitate, quod Dominus non faciat. Sed malum uocat poenam, non culpam, vt infirmitates, & huiusmodi. Et cum natura omnis bona sit siue corporalis siue spiritalis, constat non esse malum nisi in bono. Vnde Augustinus. Nihil est, quod dicitur malum, si nullum sit, quod dicitur bonum, nec malum potest esse, nisi vbi est aliquod bonum. Item Augustinus. Quid est malus homo, nisi mala natura? quia homo natura est: & si homo aliquod bonum est, quia natura est, quid est malus homo, nisi malum bonum? sed bonum, quia homo, malum, quia iniquus. Qui ergo dicit, quod malum est hominem esse, aut quod bonum est iniquum esse, incidit in illud. Vae iis, qui dicunt bonum esse malum, & malum esse bonum.

Amos 3.

Esa. 5.
X
Actus mali an sint peccata.

¶ Hic videndum est, vtrum mali actus debeant dici peccata, an non: Quidam dicunt, quod omnes actus indifferentes sint, ut nec boni nec mali dicantur quantum ad se, sed dicitur bonus actus, quia fit bona intentione, malus, quia mala intentione. Vt occidere hominem zelo iustitiae bonum est, ex odio malum est: per se nec bonum, nec malum. Vnde Ambrosius. Affectus tui operi tuo nomen imponunt. Cui sententiae sic opponitur. Si omnis actus indifferens est, tunc adulterari & peierare actus indifferentes sunt, sed isti actus non possunt nisi mali esse, igitur non omnis actus est indifferens: Quod ita ipsi soluunt. Adulterari & peierare non tantum actum notant, sed & vitium: & ideo quamuis haec non sint indifferentia, non tamen minus actus ille, scilicet agere cum muliere, & iurare indifferentes sunt. Itaque secundum actus istos non sunt peccata. Nec ideo dicitur occidere hominem malus actus, quia peccatum est, sed quia mala intentione procedit: sic & in alijs. Sane tamen potest dici, quod malus actus peccatum sit sub hoc sensu: occidere hominem peccatum est, id est actus peccati. Duo enim (vt Augustinus dicit) considerantur in peccato, actus & reatus. Actus in opere, reatus in voluntate. Vt in hoc peccato, quod homicidium est, reatus est ipsa voluntas, vel vitium voluntatis, qua manente homo reus est, siue sit actus, siue nondum fuerit, siue iam praeteritus fuerit: & vtrumque appellatur homicidium consuetudine loquendi, & vsu scripturae: nec duo sunt peccata, vel duo homicidia, sed vnum

vnum & idem, licet diuersis modis, scilicet voluntate & actu. Duobus namque modis malum dicitur, substantiae & adiectivae. Ipsa corruptio vel priuatio boni, quae fit in anima, non solum mala est, sed etiam ipsum malum est, id est malitia, vt iniustitia, & similia. Actio dicitur mala, non quod sit ipsum malum, sed mali exhibitio.

Qui sint modi peccandi. Cap. XVI.

Delicti & peccati differentia.

Septem vitia capitalia cuius nominis nocentur.

Superbia species.

Vobis autem modis peccatum committitur (vt dicit Ilidorus) cupiditate & timore: dum quisque vel vult adipisci, quod concupiscit, vel timet ne incurrat, quod meruit. Item homo peccat in se, in Deum, in proximum. Illud, quod fit in Deum, dicitur delictum, vt periurium, indigna participatio sacramentorum: quae peccata dicuntur in Deum fieri, quia in istis maior contemptus Dei est. Alia, quae sunt in nos & in proximum, non delicta, sed peccata dicuntur. Delictum quoque appellatur, quando relinquimus facere, quod iubemur: peccatum, quando facimus, quod prohibemur: & tamen indifferenter alterum pro altero ponitur. Item, vt dicit Gregorius, septem sunt vitia capitalia. haec scilicet, superbia, inuidia, ira, accidia, vel tristitia, auaritia, gula, luxuria. De istis quasi septem fontibus omnes animarum corruptiones emanant. Nec dicuntur haec capitalia, quod maiora sint alijs, cum alia aequae magna sint vel maiora, sed capitalia a quibus oriuntur omnia alia. Nullum enim est, quod ab aliquo horum non sit exortum. Superbia est amor propriae excellentiae. Nec vitium est quod excellere amamus, sed quia illud, quod bonum est, scilicet excellentia, participatione vlturpare nobis contendimus, quasi singulari possessione. Et sunt quatuor species superbiae, vt Gregorius dicit. Prima est, cum homo bonum, quod habet, sibi attribuit: secunda, cum credit a Deo esse datum, sed tamen pro suis meritis: tertia, cum se iactat habere ea, quae non habet: quarta, cum caeteris despectis singulariter vult videri. Haec vltima species vicinior proximo diabolo, qui praeter caeteris omnibus angelis voluit esse. Ex superbia primo loco nascitur inuidia, quae est odium alienae felicitatis. Cum enim superbus videat proximum in eodem loco equaliter, vel praese exaltatum, incipit inuidere illi. Et inde ex leui iniuria incitat ad iram erga proximum. Ira est interni doloris impatientia. Ista tria omni interiori bono hominem spoliant. Tria enim sunt diligenda, Deus, proximus, nipsi. Superbia tollit Deum, Inuidia proximum, Ira seipsum. Deinde sequitur accidia, id est mentis consilio siue interna tristitia. Et quia mens humana sine aliquo gaudio viuere non potest, amisso interiori euagatur ad exteriora, quod facit auaritia, quae est immoderatus amor habendi. Et cum iam delectatur exterioribus, prius delectatur vitio, quod est proximum naturae, scilicet gula. Inde luxuria, quae est libidinosa voluptatis appetitus. Superbia supponuntur caetera, non quod de illis praedicetur, sed post eam ponuntur vt matrem aliorum. Est. n. superbia initium & radix omnium

malorum. Sed iterum legitur, Cupiditas radix omnium malorum: non itaque superbia radix omnium malorum. Ad quod potest dici, quod in superbia est auaritia, cum superbia sit amor propriae excellentiae. Vt enim Augustinus ait. Quid auarius illo, cui Deus non sufficit? Vel potest dici superbia radix omnium malorum, id est malorum affectionum: Cupiditas vero omnium malorum radix, id est affectionum malorum.

Tim. 6. Obiect.

Quae sit differentia inter dona & virtutes: & quae sint septem dona Spiritus sancti. Cap. XVII.

Contra illa septem vitia sunt virtutes, quas pauciores septem dona Spiritus sancti. Inter dona autem & virtutes haec est differentia, quod dona sunt primi motus in corde, quasi quaedam semina virtutum quasi seges, quae ex ipsis consurgunt. Sunt enim effectus donorum habitus quidam confirmati iam boni. Et dicuntur septem dona septem spiritus. Vnde in Apocalypsi. Vidit Ioannes septem spiritus discurrentes ante thronum Dei. Spiritus dicuntur id est aspirantes vel aspirationes, quae praecedunt virtutes: & sunt dona solummodo, & non merita. Virtutes sunt & dona, & merita. In illis operatur Deus sine nobis, in istis operatur nobiscum. Ex timore, qui est initium sapientiae, nascitur humilitas, ex spiritu pietatis mansuetudo nascitur: & ira per singula, quae numerantur ibi: Beati pauperes spiritu &c. ¶ Sed hic videndum est, quod quatuor sunt timores, vt Augustinus inquit. Seruilis, mundanus, initialis, filialis. Seruilis est cessare a malo pro poena ab homine instanti, retenta tamen voluntate mali. Mundanus est cessare a bono propter poenam quae timetur ab homine, vt in Petro fuit. Et est praeterea timor diuinus, timere Deum propter poenam vel praesentem vel gehennalem. Si tantum timet Deum propter poenam sine dilectione boni, languor est, & poenae tormentum habet: quod scilicet malorum est, & seruilis est timor iste. Si autem timet ad iuncta iocunditate boni, initialis est: & hic timor est initium sapientiae, quoniam homo incipit sapere & gustare Deum, vbi timor & spes se inuicem comitantur. Vnde legitur. Timor non sine spe est, & quanto plus bona voluntas crescit, id est charitas, tanto magis timor poenae decrescit. Si vero sola sit dilectio, filialis sit & castus, qui permanet in seculum seculi. Itaque constat, quod timor initialis non est sine charitate, non dico perfecta, sed inchoatiua. Vnde Ioannes in epistola sua dicit. Perfecta charitas foras mittit timorem, scilicet initialem. Vbi innuit, quod licet nondum perfecta, tamen est charitas in timore initiali. Seruilem, & mundanum timorem prohibet Christus dicens. Nolite timere eos, qui occidunt corpus tantum, animae vero non habent quid faciant. Post de initiali timore subiungit dicens: sed eum timete, qui potest animam, & corpus in gehennam mittere. Quem non praecipiet, nisi in eo charitas (tamen si nondum perfecta) esset. ¶ Et est notandum, quod aliquando in diuina scriptura iste timor appellatur seruilis, quod seruilis

Apoc. 1.

Matt. 5. B Timores quatuor.

1. Io. 4.

Mat. 10.

uili sit affinis: quia utrobique timore pœnæ cessatur a malo opere, sed hic timor cessare facit a malo opere, & non a voluntate: iste vero & opere, & voluntate.

C Beda super parabolas dicit, quod vterque timor cessabit in futuro. Cui videtur contrarium, quod dicit psalmista. Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi. Sed potest sic exponi, quod dicit Beda. vterque timor cessabit, id est vterque effectus timoris. Effectus initialis timoris est timere puniri. Effectus filialis est timere se parari. Vnde Augustinus. Timor castus gratis amat, non timens puniri, sed separari. Non enim timet perfecti puniri gehennali pœna, sed separari in presenti per aliquam culpam. In futuro vero nec puniri nec separari timebunt, & tamen erit ibi timor, scilicet reuerentia. Duo enim in ipso Deo attendent, maiestatem & pietatem: ex maiestate reuerentia, ex pietate dilectio. Itaque maiestatem timebunt, id est ei cum reuerentia subditi erunt.

¶ Solet queri, vtrum in Christo vterque timor fuerit. Quod filialis timor in eo fuerit constat. Reuerentiam enim Deo exhibebat secundum humanitatem. Initialis (vt quidam dicunt) non fuit in eo. De illo quippe dicit Ioannes in epistola. Perfecta charitas foras mittit timorem. Sed quis dubitat Christum summe perfectam habuisse charitatem? Item timor initialis timor est gehennæ, sed Christus non timuit gehennam, cum esset immunis ab omni peccato. Vnde certus erat, quod illæ pœnæ nullo modo comprehenderent eum.

D Sed opponitur, quod Esaias enumerat septem dona fuisse in Christo, dicens: Requiescet spiritus sapientiæ super eum & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris Domini. Sed vt dicunt, quod est membrorum attribuitur Christo. Non enim habuit Christus illud donum in se, sed in corpore suo. Item opponitur eis, quod in Christo plenitudo omnium donorum fuit, igitur & in Christo istud donum fuit. Quod ipsi ita soluunt. Non habuit Christus in se singula donæ, cum non habuerit pœnitentiam pro peccatis, quæ quoddam Dei donum est: & plenitudinem donorum omnium habuit, quia ei nihil ad perfectionem defuit. Sed si timorem initialem, vel pœnitentiam, seu alia consimilia (quæ etsi dona sunt, imperfectorum tamen sunt) habuisset, sine dubio non perfectionem darent, sed vitæ perfectæ initium tantum facerent. Alijs videtur, quod in Christo fuerit illud donum, quod est timor initialis: nec tamen concedendum est, in Christo fuit timor initialis. Timor namque Domini vnum donum est de illis septem, non duo: sed duos effectus habet. Secundum vnum effectum dicitur initialis, secundum alterum castus & filialis: & secundum hunc effectum fuit in Christo. Fuit igitur in Christo illud donum, quod est in alijs timor initialis, & non tamen fuit in Christo timor initialis, quia non secundum effectum illum habuit Christus timorem. Sicut sunt duo quorum vnus fidem imperfectam habet, alius perfectam & constantem: vnam tantum di-

cinus eos habere fidem, vnam virtutem: nec tamē inde sequitur: si habent eandem, & iste imperfectam, igitur & ille imperfectam. Et istud probabilius videtur, quàm quod prius diximus. Quidam concedunt hæc verba. Christus habuit timorem initialem, & gehennam timuit, & tamen certus erat, quod non posset eum comprehendere. Vt si aliquis in magna turri positus timeret præcipitiū ex quodam horrore, quàmuis certus esset, quod non rueret.

SEQUITUR TRACTATUS Quartus de sacramentis in generali, & de præceptis diuinis. Cuius hæc sunt capita.

De sacramentis in generali. Cap. I. De sacramentis legalibus. Cap. ij. De præceptis primæ tabulæ. Cap. iij. De quatuor primis præceptis secundæ tabulæ. Cap. iij. De quinto præcepto secundæ tabulæ. Cap. v. De sexto, & septimo præceptis secundæ tabulæ. Cap. vi. De dilectione proximi. Cap. vij. De dilectione Dei. Cap. viij.

De sacramentis in generali. Caput primum.

Contra peccata tam originalia quàm actualia (de quibus iam diximus) inuenta sunt sacramentorum remedia, de quibus hæc tria consideranda sunt: quid sit sacramentum, quare institutum, & in quibus consistat. Augustinus. Sacramentum est sacræ rei signum. Idem. Sacramentum est inuisibilis gratiæ uisibilis forma, vt in sacramento baptismatis figuratur ablutio interior per illam exteriorem & uisibilem. Vnquodque enim sacramentum eius rei similitudinem debet habere, cuius est sacramentum. Vnde Augustinus. Si enim sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. ¶ Opponitur, quod prædicta diffinitio non solis competat sacramentis, cum & ante sanctificationem hoc congruat aquæ, vt sit uisibilis forma inuisibilis gratiæ: quia licet aqua auferuntur sordes corporis, ita per gratiam sordes animæ. Sed vt solis sacramentis competat, sic intelligendum est. Sacramentum est uisibilis forma inuisibilis gratiæ in eo collatæ, quam scilicet confert ipsum sacramentum. Non enim est solummodo sacræ rei signum: sed etiam efficacia. Et hoc est, quod distat inter signum & sacramentum: quia ad hoc vt sit signum non aliud exigit, nisi vt illud significet, cuius perhibetur signum, non vt conferat. Sacramentum vero non solum significat, sed etiam confert



Contra peccata tam originalia quàm actualia (de quibus iam diximus) inuenta sunt sacramentorum remedia, de quibus hæc tria consideranda sunt: quid sit sacramentum, quare institutum, & in quibus consistat. Augustinus. Sacramentum est sacræ rei signum. Idem. Sacramentum est inuisibilis gratiæ uisibilis forma, vt in sacramento baptismatis figuratur ablutio interior per illam exteriorem & uisibilem. Vnquodque enim sacramentum eius rei similitudinem debet habere, cuius est sacramentum. Vnde Augustinus. Si enim sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. ¶ Opponitur, quod prædicta diffinitio non solis competat sacramentis, cum & ante sanctificationem hoc congruat aquæ, vt sit uisibilis forma inuisibilis gratiæ: quia licet aqua auferuntur sordes corporis, ita per gratiam sordes animæ. Sed vt solis sacramentis competat, sic intelligendum est. Sacramentum est uisibilis forma inuisibilis gratiæ in eo collatæ, quam scilicet confert ipsum sacramentum. Non enim est solummodo sacræ rei signum: sed etiam efficacia. Et hoc est, quod distat inter signum & sacramentum: quia ad hoc vt sit signum non aliud exigit, nisi vt illud significet, cuius perhibetur signum, non vt conferat. Sacramentum vero non solum significat, sed etiam confert

Sacramentis diffinitio.

Obiectio

Sacramentum in sacra scriptura.

Sacramenta quare instituta.

confert illud, cuius est signum uel significatio. Iterum hoc interest: quia signum potest esse pro sola significatione, quamuis careat similitudine, ut circulus uini: sed sacramentum non solum ex institutione significat, sed et ex similitudine repræsentat. Sicut enim iam diximus sacramentum debet habere aliquam similitudinem eius rei, cuius est sacramentum. Sciendum quoque est, quod sacramentum appellatur quandoque in sacra scriptura res sacra & mystica, sicut sacramentum incarnationis. ¶ Deinde uidentur quare sacramenta instituta sunt. Tria sunt, propter quæ instituta sunt, propter eruditionem, humilitationem, exercitationem. Propter eruditionem, quia cum homo ante peccatum haberet cognitionem ueritatis, & tunc sine medio posset Deum uidere, per superbiam excæcatus est: & ut ad cognitionem redeat necessaria sunt hæc uisibilia, per quæ eruditur mens ad intelligenda inuisibilia. Propter humilitationem, quia cum rationalis creatura tantæ dignitatis esset, ut non ipsa sibi bonum esset, sed id solum, quod est summum bonum (cum alijs rebus hoc quod sunt sit bonum suum, ut lapidi, ligno): ut illud obtineret ante peccatum non aliud oportebat, nisi ut desideraret quæ si desideraret cognosceret bonum suum esse: si aut sciret suum esse bonum, sciret illud melius se esse, quia quicquid est bonum alicuius extra ipsum, melius est eo? si sciret melius se esse, subijceret se ei, & hoc desiderio haberet illud. Quia tamen libertatis est rationalis natura, ut nunquam possit bonum illud habere nisi uolens: unde ipsa sola in iudicium uenit. Sed quia per superbiam illud bonum amisit, per humilitatem recuperare oportet. Sed non sufficit in hoc solo humiliari, ut subijciatur Deo, quia & hoc ante peccatum debebat, post quod plus facere oportet. Et ideo sunt instituta sacramenta, ut non solum Deo subijciamur, sed etiam inferiori naturæ, ut in istis querat homo salutem, sed non ab istis. Magna enim humilitatis exhibitio, in istis uisibilibus, & homine multum inferioribus salutem querere. Propter exercitationem sunt instituta, quia cum homo non possit esse sine exercitatione, ut remoueretur a mala exercitatione & superflua, & exerceret se in bona, instituit Deus sacramenta, & eorum certa loca, ut in ecclesia audiatur missa, & ibidem sacerdoti confessio fiat, & similia. ¶ Tria sunt genera exercitationum: unum ad ædificationem animæ pertinet, secundum ad corpus fouendum, tertium ad animæ subuersionem. Primum indixit, medium concessit, ultimum prohibuit. ¶ In tribus consistit sacramentum, rebus, factis, dictis. Rebus, ut sunt aqua, oleum, & similia. Factis, ut sunt submersio, insufflatio. Dictis, ut est inuocatio Trinitatis. Hic potest queri: cum in istis sacramentis præcipue hominis salus consistat, quare ab initio non fuerunt constituta, ut ab initio esset sacramentum baptismi, sacramentum confirmationis &c. Ad quod potest dici, quod sicut paulatim creuit per interualla temporum agnitio fidei, ita congruebat, ut tunc obscura essent sacramenta: modo quia ueritas in lucem uenerat, manifesta. Cum enim circumcisio, & baptismus signa sint eiusdem gratiæ intus a peccato liberantis, manifestius hoc in baptismo significatur, quod abluit totum corpus, quæ in circumcisio-

Exercitia triplia.

Sacramenta in quibus consistant.

Quare ab initio non fuerunt instituta.

ne, quæ unius patris tantum pelliculam aufererebat, itaque ab initio mundi, & in tempore naturalis legis, & in tempore scripturæ legis contra peccata & originalia & actualia fuerunt sacramentorum remedia. Prius sacrificia, ut hostia Abel, Noe, & aliorum fidelium. Postea non solum sacrificia, sed etiam circumcisio, quæ fuit tempore Abraham imperata. Gregorius in moralibus. Quod apud nos ualeat aqua baptismi, hoc egit apud ueteres, pro paruulis sola fides, uel pro maioribus uirtus sacrificij, uel pro ijs, qui de stirpe Abraham prodierunt, mysterium circumcisionis. Sed cum pro paruulis sacrificia offerrentur, quomodo uerum erit, quod dicit Gregorius, sola pro paruulis fides? Ad quod potest dici, quod per sola non excluduntur sacrificia: sed dicitur sola fides, id est nuda & in mysterio uelata tunc fuisse in paruulis, id est in ijs, quibus non erat reuelatio facta futuræ incarnationis. Pro maioribus uirtus sacrificij: quia perfecti, quibus reuelatum fuerat mysterium incarnationis uirtutem sacrificiorum intelligebant, quid scilicet significarent illa sacrificia. Circumcisio Abraham imperata fuit, quæ octaua die fiebat, & lapideis cultris. In carne præputij ideo iussa est fieri, quia in remedium instituta est contra originale peccatum, quod a parentibus contraximus propagati in concupiscentia, quæ in parte illa magis dominatur. Et significabat circumcisio carnis circumcisionem mentis, qua mundatur anima a uitijs. Octaua die ideo fiebat, quod per octauam significatur resurrectio, quæ erit post hanc uitam, quæ uoluitur septem diebus: & ibi erit perfecta circumcisio, quando liberabitur caro a seruitute corruptionis. Duplex itaque erat res illius sacramenti: circumcisio a peccatis, quæ est in anima: & circumcisio a peccato, & ab omni peccati, quæ erit in resurrectione, & in anima & in corpore. ¶ Constat itaque tres esse circumcisiones. Prima est sacramentum, & duæ sunt res illius sacramenti. Cultri lapidei Christum significant. Vnde Apostolus. Petra autem erat Christus: qui scilicet tollit peccata mundi. De mulieribus autem queritur, quod remedium contra originale peccatum haberent. Respondetur: fidem, oblationes, & sacrificia. Solet queri et de paruulis, qui moriebantur ante octauam diem, quod remedium haberent, uel utrum damnarentur. Beda uidetur dicere, quod damnarentur, dicens. Qui nunc per euangelium terribiliter, ac salubriter clamat, Nisi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: & ipse dudum clamabat per legem suam: Masculus, cuius præputij caro non fuerit circumcisa, peribit anima illa de populo, quia pactum meum irritum fecit. Sed melius uidetur hoc Dei relinquentum iudicio, quam temere aliquid definire. ¶ Queritur quid distat inter baptismum & circumcisionem quantum ad efficaciam. Beda. Idem salutaris curationis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati uulnus agebat, quod nunc baptismus agere reuelatæ gratiæ tempore consueuit, excepto quod regni cælestis ianuam necdum intrare poterant, tamen in sinu Abraham post mortem beata requie consolati supernæ pacis ingressum spe felici expectabant.

Gen. 17.

Obiectio.

Circumcisio quare fuerit instituta.

Mulierum remedium contra originale peccatum.

Quæstio

Ioan. 3.

Gen. 17.

Baptismus à Circumcisione differetia.

De sacramentis legalibus. Cap. 2.

DICTO quae fuissent remedia ante legem contra peccata, restat uidere quae sunt superaddita per ipsam legem. De qua consideranda ista sunt; quare sit data, & quibus, & quando, & ubi. Lex scripta ideo data est, ut repararet legem naturalem: & reuiuiscere faceret, quae per peccatum erant, & ut populum rudem legalibus figuris ad futuram ueritatem prae pararet, Primū efficit per naturalia decē praecepta, Secundum per figuratiua, ut de agno paschali, & similibus. Quibus data est? Semini Abraham. i. duo decim tribubus, quae a duodecim filiis Israel profecerunt. Hic potest quaeri: quare istis solis? Ad quod potest dici, quod ideo uni populo sit data, & nō oibus, quia in figurā fuit proposita. Vnde Apostolus. Oīa illis in figura continge bāt. Et sufficiebat in uno ostendere, qd causa figurā & exēpli proponebatur. Sed a Deo noua lex imperatur oib. quae nō est figura, sed res ipsius figurā. Et cum essent in populo illo perfecti aliqui, mediocres, pessimi: perfectis in signū fuit data, sicut circuncisio Abraham: mediocribus in paedagogum, ut facienda doceret, uitanda prohiberet, errata puniendo corrigeret: pessimis ab irato iudice in uindictam data est, ut qui in sordibus est, sordescat adhuc. Econtrario bonis a patre pio prouisa est, ut qui iustus est iustificetur amplius. Quando data est lex? Quinquagesimo die ab exitu de Aegypto; & immolatione paschalis agni. Sic & noua lex data Apostolis, id est Spiritus sanctus scribens in corde, quinquagesimo die post immolationem ueri agni Iesu Christi: Vbi, in monte Sinay: sicut sermo perfectionem continens notat, quē Christus facit in morte. In ueteri sicut in nouo testamento tria continentur, promissa, sacramenta, praecepta. Promissa ueteris, bona temporalia, unde & uetus dī, in quibus tñ (licet obscure) figurabantur eterna. Promissa noui, beatitudo aeterna. Sacramenta illius, circūcisio, quae & ante legē, & obseruantia sabbati. Sacrificia ēt multa, ut agni paschalis, & similia: quae, cum non essent prius, superaddita sunt in lege: p quae ēt futura ueritas manifestatus, q̄ prius monstrabatur et si adhuc oculta. Sacramēta noui, baptisimus, &c. Ideo autē Deus bruta aīalia sibi immolari uoluit, ut populū in suo cultu exerceret, & eos ab idololatria remoueret, ne scilicet ea daēmonijs immolarent.

Lex scripta quare data est.

Quibus data. Quare solis duodecim tribubus Israel. Cor. 10.

Quando data.

Vbi data. Matt. 5.

De praeceptis primae tabulae. Cap. III.

Nunc de praeceptis restat dicere. In praeceptis comprehenduntur naturalia, & figuratiua. Naturalia dicuntur illa decem, quae a naturali manant lege: nec in scripta sunt lege inchoata, sed renouata quia per peccatū erant delera. Haec sunt illa decem mandata, quae & moralia dī: nec sunt terminata in noua lege, immo perfectius adimplēta. Figuratiua ad ipsa data sunt, ad futuram ueritatem praesignanda a Deo sunt praemissa, & ueritate adimplēta sine acceperunt: In illis decē pceptis dilectio Dei & proximi imperatur. Tria, quae in prima tabula, ad dilectionē Dei: septē alia, q̄ in scda tabula, ad dilectionē proximi referuntur. Primū praeceptum primae tabulae tale est

Dñs deus tuus Deus unus est: ipsum adorabis, & ipsi soli seruiēs. Inde uidendū est, quae alia est seruitus, q̄ soli Deo exhibenda est, q̄ grae ēt latría: & quae ēt hominibus pōt exhiberi, quae grae ēt dulia. Debemus ēt hominibus reuerentiā exhibere, sicut praecipit Apostolus, sed non sicut Deo. Vñ illud. Honorē meum, nulli dabo. Honor iste est illa reuerētia, quā soli Deo exhibemus; qd est totā mentē per humilitatē, & deuotionem ei substernere, & ipsum principū & finē oīs boni credere. Et hoc nō solum Deus est adorandus. Et ista seruitus (sicut diximus) latría ēt apud Graecos. Vñ idololatria dicuntur, qui hunc cultum creaturae tribuunt, seruiētes creaturae potius q̄ creatori, i. qd Deo est idolo attribuentes: de quo dicit Apostolus, q̄ nihil est idolū. Idolum nihil est in mūdo. Qd nec de materia dictum est sicut de lapide uel ligno, qm creaturae Dei sunt, sed de forma uidetur esse dictum. Idea namq; dī, forma: & illud proprie idolū dī, cui imprimitur forma aliqua, ut colatur tāq; deus, quae forma non est opus Dei, uel opus hoīs imitantis Deū, quare nihil est. Quicquid namq; est, uel est opus Dei, uel opus hoīs imitantis Deū, itaq; idolū nihil est, i. illud pp qd idolū appellatur. Vel ita dictum est ac si diceretur: corporeus angelus nihil est. Non negatur: angelum esse, neq; corpus, sed ex illis duobus unum esse negatur. Itaq; qui dicit idolū nihil est, negat esse aliquid illud, qd ipsi putabant esse idolum, s. unā personā ex simulacro illo & spiritu praesidente constantē, sicut ex corpore & aīa constat unus hō. Putabant, n. q̄ uiueret idolū, & loqui posset tanq; persona cōstans ex simulacro & spiritu illi simulacro praesidente: & illud tale nihil est. Scdm praeceptū est. Non assumes nomē Dei tui in uanū. Et sicut praeceptū primū pertinet ad patrē, ita istud ad filiū. In uanum nomen Dei assumit, qui credit filiū Dei tm eē hominē. In uanum assumit, qui eū nō adorat, & quia ab eo factus, & q̄ ab eo redēptus. Vñ & ipse dixit. Creditis in Deū: & in me credite. Vt intelligamus eū nō solum adorandum a nobis in diuinitate, qua cōdidit, sed ēt in humanitate, qua redemit. Vñ Propheta. Adorate scabelum pedum eius, qm sctum est. Qui, n. sic adoratur humanitatē Christi Iesu, id est, eū, q̄ in humanitate redemit, nō creaturā, sed creatorē adora: Tertium ad Spiritū sctū pertinet. Obserua diē sabbati, id est expecta requiem p bonitatē Dei, id est Spiritū sctū.

Primū pceptum. Deut. 6. R. Seruitus multiplex. Ela. 42.

1. Cor. 8. S.

T. Exo. 20. Secundū pceptum.

Ioan. 14.

V. Exo. 20. Tertiu pceptum.

X.

Exo. 20. Primum praeceptum secunda tabula.

Y. Secundum praeceptum. Homicidij quot modis committitur.

De quatuor primis praeceptis secundae tabulae. C. IIII

In secunda tabula primū pceptū ad carnalem patrem refertur, sicut primum primae tabulae ad patrem celestē: qd tale est. Honora patrē tuum, & matrē tuā, ut sis lōgāuus super terrā. In his honorāq; contra Deum summum non sunt, obediendo, & i necessitatibus suis quātum potes subueniendo. Vt sis lōgāuus super terrā, s. uiuentium. Scdm praeceptum est: Nō occides. Homicidium fit istis modis manu, lingua, cōsensu. Iudaei, n. quāuis manu Christum non occiderunt, linguis suis tñ occiderunt. Consensu quoq; uoluntatis multi homicidae sunt. unde. Qui odit fratrem suum homicida est. Iudici licet occidere, & si zelo iustitiae hoc facit, non committit homicidium. Tertium praeceptū: Non mœcha-

Exo. 20. Plal. 72. Fornicatio duplex. Mat. 5. chaberis. Duplex est fornicatio. Spūalis, de qua dī. Perdidiſti oēs, qui fornicatur abs te. & corporalis, de qua agitur hic. Et in euāgelio prohibet Christus oēm illicitam concupiscentiam, dicens. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eā, iam mœchatus est eam in corde suo. In lege, n. inchoata sunt hęc mā data, & in euāgelio consummata. Quartum praeceptum est. Non furtum facies. Sub furto comprehenditur sacrilegium: qd est auferre uel sacrum de sacro, uel non sacrum de sacro: uel sacrum de non sacro. Sacrum appellatur quicquid mancipatum est cultui diuino, siue sit templum siue res tēpli. Rapina etiam sub furto comprehenditur. Qui, n. furtum prohibuit, rapinā non permisit. De qua inquit Augustinus. Quam diures, pp quam peccatū est, nō red datur, non agitur pœnitentia, sed fingitur. Sub rapina usura comprehenditur. Hieronymus. Usuras quere, aut fraudare, aut rapere nihil interest. Commodo fratri tuo, & accipe qd dedisti, & nihil superfluū quaras. Augustinus. Usura est plus accipere q̄ dare. Qd filij Israel Aegyptijs fecerunt non fuit furtum, q̄ ex familiari mādato hoc fecerūt. Si, n. ille, q̄ legē edit, aliter p̄cipit: nō transgreditur legē, q̄ ei obedit.

Quartū pceptum. Z.

Exo. 20. Sacrilegiū quid.

Nota.

De quinto praecepto secundae tabulae. Cap V.

Quintum praeceptum est. Non falsum testimonium dices. Hic prohibetur periurium: sed quia omne periurium est mendacium, dendum est quid sit mendacium, & qd mendacium sit periurium. Augustinus. Mentiri est contra hoc, qd aīo sentitur, loqui. Opponitur de Iacob, qui patri dixit, ego sum Elau, matre consulente, q̄ ipse cōtra conscientiam dicebat, uere, n. sciebat se non esse Elau. Augustinus tñ inquit. Iacob, qd matre auctore ut patrem fallere uideretur, si diligēter attendatur, nō est mendacium, sed mysterium. Item opponitur de Ioseph, qui fratribus suis dixit: per salutem Pharaonis exploratores estis: & dixit se augurari in cypho. qd tñ uerum nō fuit. Dicunt quidam, q̄ mendacium fuit, sed non tale mendacium, qd peccatum sit. Dicunt, n. q̄ non omne mendacium peccatū sit, sed illud solum, qd dī intentione fallendi. Intentio aut Iacob erat matri obedire. Similiter Ioseph non intendebat fallere, sed non tam cito uolebat se manifestare. Sed hoc non uidetur uelle Augustinus dicens, q̄ nec pro uita alicuius mentiendū sit. Melius itaq; uidetur esse ut eos non esse mēritos dicamus, sed familiari mandato hoc dixisse, sicut & Hebraei excusantur a furto, familiari mandato. Cum, n. mater Iacob per Spiritum sanctum hoc ei praeciperet, matri obediendo Spiritui sancto obtemperabat. Item opponitur. Si quicquid dī contra hoc, qd a Spiritu sancto est, est mendacium: tunc illud, Christus est uerus Deus & uerus hō: cum hoc dicat Iudaeus contra cōscientiam. Sed nullus audeat dicere hoc esse mendacium. Ad qd pōt dici, q̄ illud est uerum, qd dicit, non mendacium: & tñ ipse mentitur, sicut iustus putans se uerum dicere, falsum dicens nō mentitur. Augustinus in Enchiridio. Nemo sane mentiri iudicandus est, qui dicit falsum, qd putat esse uerum: quia quantum est in ipso, non fallit.

A. Exo. 20. Quintū pceptum.

Mendaciū quid sit.

B. Obiectio Gen. 27.

Obiectio. Gen. 42. Gen. 44.

C. Obiectio

sed ipse fallitur. Ille potius econtrario mentitur, q̄ dicit uerum, qd putat falsum. Item Augustinus. Mendacium est falsa significatio uocis cum intentione fallendi: qd sic debet intelligi, cum intentione fallendi, q̄ tunc inest, uel postea aduenit. Quandoq; n. cum aliquid promittit, non tunc habet uoluntatē fallendi. Item Augustinus. Cum causa humilitatis mentiris, si anteq̄ mentireris peccator nō eras, mē dacio reus efficeris. Si, n. te peccatorem dices, & ita non credis, ueritas in te non est. Item dicit Augustinus, q̄ pro salute alterius non sit mētiendum. Celare namq; licet ueritatem, ut non prodatur eum, qui quaeritur ad occidendum, sed negare non debet, ueritatem. Opponitur contra illud. Si bona dicit intentio, bona est operatio: sed qui negat se uidisse illum, cum tamen uiderit, bona intentio ne facit, ut liberet eum a morte. Ad qd pōt dici, q̄ non habet dici bona intentio illa, quae non est finis scientiam, licet sit pia. Hoc, n. debet habere bona intentio, & ut sit pia, & ut sit recta, quia non est uirtus misericordia sine iustitia. Quidam tñ dicunt illud non esse peccatum, & hoc dixisse Augustinum ad terrorem, ut homines a mendacio detererent. Opponitur de obsecricibus, & de Raab, q̄ pro mendacio remuneratae sunt. Sed sicut dicit Augustinus nō pro mendacio sunt remuneratae, sed pro pietate. Duo, n. in huiusmodi mendacijs attenduntur: affectus pietatis, quo haec dicuntur, & ipsum mendacium: affectus remuneratur, non mendacium. Iocosa mendacia & ironia, mendacia non sunt. Nūc uidendum est quid sit periurium. Periurium est mendacium iuramento confirmatum. Si aliquem alteri facturum se aliquid mali iurare contingit, melius est frangere iuramentum, q̄ implere. Debet autē pœnitere, qui mœre iurauit. Ildorus. Non est conferuandum sacramentum, quo melum incaute promittitur. Velut si quispiam adulterā perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilis est, n. non implere sacramentum, quā permanere in stu pro. Beda. Deniq; iurauit, periurauit per Dominū Dauid interficere Nabal uirum stultum, sed ad primam intercessionem Abigail feminae prudentis minas remisit: ensē in uaginam reuocauit: neq; aliquid culpe periurio tali se contraxisse doluit. Item dicit Ildorus. Qui arte uerborum iurat, Deus, qui inspector est cogitationum, sic aspicit, ut cui iuratur, intelligit. Ad sic exponendum est. Arte uerborum, id est qui ad fraudandum alium iurat, Deus tunc uere sic aspicit, ut ille, qui iniuste decipitur, intelligit. Si aut aliquid pro uitando periculo, non ut proximum laedat, sed ut se, uel alium a necessitate liberet, ueritatem dixerit: & tñ per hanc ueritatem aliud occultauerit, qd reuelatum periculo foret: nō peccat, sicut Abraham de Sara, soror mea est, non est mentitus, cum illa esset soror, id est cognata: & si illud iurasset, non peccasset.

Obiectio. Obsecricū mendaciū.

F. Periurium quid.

1. Reg. 25.

De sexto, & septimo praeceptis secundae tabulae. C. VI

Sextum praeceptum. Non concupisces uxorem proximi tui. Septimum. Non concupisces rem proximi tui. Hic opponitur de hoc, quo Dominus M. Hug. à S. Vict. To. iij. Mm 2 in

Exo. 20. Sextum pceptum. Septimum praeceptū.

in euanglio, cum suppleret illud praeceptum, non mœchaberis, dicit. Dicitur est antiquis. Non mœchaberis. Ego aut dico uobis, qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam. Sed hoc non fuit superaddere, cum in lege idem prohibeatur: ut in hoc praecepto non concupiscas uxorem proximi tui. Hic. n. concupiscentia prohiberi uidetur si cut ibi. Ad qd pot dici, qd uere hoc praeceptum bn intellectum & actum prohibet & uoluntate: & qui hoc pcepto sic intellecto & opere & uoluntate a ma lo cessabant, nō homines ueteris testamēti, sed noui dicendi sunt: & lex eis sic intellecta non uetus, sed noua erat. & fm hoc in euangelio nulla superadditio facta est, sed explanatur, qd ibi occultum fuerat. Sed cum utrumq; prohiberet lex bn intellecta, fm qd non litera, sed spūs dicenda erat: carnales aut al terum tm intelligebant, factum prohiberi, & hoc fm literam legis. Vnde illud. Litera occidit, spūs aut uiuificat. Et fm hoc facta est superadditio in euangelio. Ut in hoc praecepto, Non concupisces res pro ximi tui: utrumq; prohibetur & uoluntas & actus. Actus fm qd litera sonat, s. non agas foris, per qd cō cupiscere uidearis. Voluntas prohibetur in hoc pcepto spiritualiter intellectu. Vnde & Augustinus dicit. Hoc inter uetus & nouum testamentum dista re uidetur: qd ibi actus prohibetur, in nouo uolun tas & actus. Verus testamentum accipit Augustinus literam non spiritū, sicut & Apostolus ubiq; facit.

De dilectione proximi. Cap. VII.

IN istis septem praeceptis dilectio proximi conti netur. Vnde in Leuitico. Diliges proximum tuū sicut teipsum: id est in his, in quibus diligis teipsū, s. in habendis bonis aeternis. Vel ita, sicut teipsum: id est in quibus uis te diligere, s. in necessarijs submi nistrandis. Nec est intelligendum sicut teipsum: id est quantum teipsum, sicut quidam exponunt. Quaeritur, utrum debeamus oēs equaliter diligere, an unum plus alio. Quidam dicūt, qd par effectus chari tatis omnibus impendi debeat, sed in operibus cha ritas ordo seruandus est. Vnde Paulus. Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Et hoc uidetur Augustinus uelle, ita dicens. Om nes aequè diligendi sunt: sed cum omnibus prodes se non possis, ijs potissimum consulendum est, qui pro locorum, & temporum, uel quarunlibet rerū opportunitate nobis magis coniuncti sunt. Quod Augustinus dicit, omnes aequè diligendi sunt, ita po test exponi: omnes, id est natura in omnibus aquali ter est diligenda, uel salutem omnium debemus aqualiter diligere. Si enim aliquis plus diligit salutē patris uel amici quā aliorum, non est hoc ex cha ritate, sed ex affectu carnali, qui naturalis est, nec est culpabilis, sed hic non est perfectionis. Opponunt quidam. Quem Deus magis diligit, & nos magis de bemus diligere. Itaque bonum & iustum magis de bemus quā alium. Ita etiam probatur, quod magis alios quā nosmetipos debeamus diligere: quādoquidem scimus eos meliores nobis, & a Deo magis diligi. Ad quod dicit, qd in homine duo sunt diligenda, natura & uirtus. Natura aequaliter diligen

da, uirtus aut magis uel minus diligenda fm qd ma ior uel minor fuerit. Et ita magis debemus diligere bonum istius quā illius, quia maius est: non tamē naturam magis uel minus, uel magis salutem unius quā alterius cupere debemus. Sed opponitur, qd eadem rōne magis debeo dilige re bonum alterius quā meum, quia maius est. Sa tis pot concedi, sed non in eo magis diligo quā in me. Ut bona uestis alicuius magis mihi placet qd mea minus bona, non tamen magis cuperem illi es se suam quā mihi meam. Et si alterum necesse es set, malle illi carere sua, qd ego carerem mea. Ita hic dicit, qd licet bonum illius maius sit quā meum, si alterum istorum necesse esset, malle illi ca rere suo bono, qd qd ego priuaret meo: nec in aliquo contra perfectionem facerem, si etiam essem adeo perfectus, sicut Paulus fuit. Et in hoc etiā pot ordo charitatis considerari: quia Deum pra omnibus di ligere debemus. s. toto corde, tota aīa, tota mente: post ipsum nos ipsos: tertio loco alios. Vnde illud. Diliges proximum tuum &c. Nisi. n. prius diligat se, quomodo alios poterit sicut se diligere?

De dilectione Dei. Cap. VIII.

CHARITAS est amor honestus, qui ad eum finem dirigitur, ad quem oportet. Amor est bona er ga alterum propter ipsum uoluntas. Vnde Tullius. Amicitia est uoluntas erga aliquem bonarum rerū, illius causa, quem diligit. De dilectione Dei, quam ad nos habet, quaeritur, utrum equaliter omnes dili gat. Ad qd uidendam est quid sit dicere, Deus dili git istum, qd est Deus approbat opera eius: & sub hoc sensu pot dici, qd magis unum quā alium dili git. De eodem etiam pot dici, qd modo magis diligit eū qd prius, id est magis approbat eius opera quā prius. Vel magis diligit, id est ei gratiam suam am plius infundit qd prius. Eum. n. dicit diligere, quem facit diligere se & cognoscere, infundendo ei gratiam suam. Appellatur etiam dilectio Dei ipsa diuina ele ctio. odiū Dei ipsa reprobatio. Vnde. Dilexi Iacob, E sau odio habui. Et alibi. Qui elegit nos ante mun di constitutionem in charitate. Et in alio loco. Pro pter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus: & cum essemus mortui peccatis nostris con uinificauit nos in Christo. Et secundum hoc potest dici, quod magis diligit unum alio, id est maiorem coronam praeparauit ei. Sed non potest dici in ista acceptione, quod eundem mō plus, modo minus diligit. Ab aeterno enim tantum dilexit unumquem que, quantum modo diligit. Et Paulum tantum di ligebat etiam cum malus erat, quantum modo dili git, non tm malum eius diligebat. Ei. n. oīa sunt praesentia: & qd de Paulo in tpe futurū erat, apud Deū psēs erat, & talē eū diligebat, qualis futurus (qd apd eū futurū nō erat) & qualē in psentia eū ab eterno elegerat. Augustinus in libro de Trinitate. Absit aut, ut Deus temporaliter aliquē diligit quasi noua dile ctione, qd in illo ante nō erat: apud quē nec praeterita transferunt, & futura iam facta sunt: qui omnes san ctos ante mundi constitutionem dilexit, sicut praedestinauit. Sed dum cōuertuntur, & ueniunt ad eū,

tunc

tunc incipere ab eo diligi dicuntur. Et cum malis iratus, bonis placatus dicitur: mutatur illi, nō ipse.

SEQUITUR TRACTATUS Quintus de sacramento baptismi. Cuius haec sunt capita.

- De baptismo. Cap. i.
Quae sunt consideranda in baptismo. Cap. ii.
De forma baptismi. Cap. iii.
Quid sit sacramentum b ptismi. Cap. iiii.
De susceptione baptismi. Cap. v.
Vtrum paruuli sine baptismo saluentur. Cap. vi.
De iustificatione adulterorum ante susceptionem ba ptismi. Cap. vii.
Qui possint baptizare. Cap. viii.
Vtru sit baptismus cū uerba corrupte proferuntur q De materia baptismi. Cap. x.
De responsione patrinorum. Cap. xi.
Vtrum quis in utero matris baptizari possit. Cap. xii.
De catechismo, & exorcismo. Cap. xiii.

De Baptismo. Cap. I.

OST legē Moyli successit lex euangelij, de cuius sacramē tis deinceps dicendum est: & primum de baptismo, quod in sacramentis noni testamenti primum est. Ba ptismum Christi praenun tiauit Ioānes suo baptisma te, quod sola aqua & non spiritu fiebat. Vnde ipse met dicit. Ego baptizo in aqua in poenitentiam. So la enim corpora abluebat, peccata uero nō tollebat. Ad quid ergo utile? Ut praepararet ad baptismum Chri sti, sicuti catechismus baptismum praecedit. Quod autem te dicit baptizare in poenitentiam, sic potest exponi, id est docens poenitentiam. Poenitentes. n. baptizabat. Et ita licet baptismus ille nullā cōferret remissionē eis, tm p poenitentia: & circumcisionem, quas habebant, adhuc statim poterāt saluari. Vel ita pot exponi. Baptizabat in poenitentia, id est in signū poenitentia. Signaculū. n. erat poenitentia: baptismus Ioannis, quia sicut aqua abluit corpora, ita poeniten tia mundantur aīa. Itaq; baptismo Ioannis noui tes tamenti sacramētū cepit insinuari. Vnde illud. Lex & prophetae usq; ad Ioannē. Nō qd in Ioanne termi nata sit lex, cū adhuc legalia haberēt statū, sed qd ei abolitio ibi cepit ostēdi. Si. n. ante passionē legalia fi nē habuissent, non tunc paschalē agnū cū discipulis Christus celebrasset. Si qritur, quibus uerbis Ioānes traderet baptismū: nō habemus de auctoritate cer tū. Quidā tm dicūt, qd in nomine uenturi. Itē si qritur, quare nō cōferrebat remissionē peccatorū, qd ad hoc non erat institutū, sed ut uia praepararet baptismi Christi. Habent. n. sacramenta uim & efficaciam ex in stitutione. Ioanne baptizante uenit ad eum Chri stus, ut baptizaretur ab eo in Iordane: non quod ipse egeret, qui sine peccato erat, sed ut aquas san ctificaret. Ibi. n. collata est aqua illa efficacia, ut qui

Matt. 3. Baptismi Ioannis utilitas.

Matt. 11

Forma bap ptismi Ioā nis qd fue rit.

Quare nō conferebat peccatorū remissionē.

cūq; postea mergeretur in ea inuocato nomine Tri nitatis, consequeretur remissionē: & tunc institutū est baptisma Christi, in quo tota Trinitas operatur remissionē, cuius psēti a ibi apparuit, spūs in colūba filius in hoīe, pater in uoce. De his, qui a Ioāne bap tizati erāt, iterū qdā sunt baptizati baptismo Chri sti. Alij non sunt postea baptizati, sed manuū im po sitione facta sup eos acceperūt Spiritū sanctū. Sed solet quaeri, quare isti iterū baptizati, & non illi. Di cunt quidā, qd de baptismo Ioānis psūmebāt, qd illi non faciebant. Hieronymus in epistola de unius u xoris uiro dicit. Quia spūm scām nesciebāt, qui Ioā nis baptismū acceperant, iterum baptizati sunt, ne quis putaret & Gentibus, ac Iudaeis aquas sine Spi ritu sancto posse sufficere.

Quaestio Quae sunt consideranda in Baptismo. Cap. II.

IN sacramento baptismatis haec cōsideranda sunt. R Institutio, causa institutionis, forma baptismi, quid sacramētū, qd res sacramēti. Institutio sicut diximus facta fuit, qn Christus ad baptismū uenit. Causa institutionis, ut in baptismo homo a peccatis resurgeret. Est. n. cōtra peccata tā originalia qd actua lia remedium. Sed cū p circumcisionem & alia sa cramēta legalia idē fieret apud antiquos, qd p bap ti smū, & cetera sacramenta apud nos: pōt qri, quare illa cessent, & ista succedant. Vnde Apostolus cōmu nē ponit solutionē, cū dicit. Hęc oīa in figura cōiun gebant illis. Itaq; postq accessit ueritas, figura cessa uerunt. Ideo ēt cessare debuerunt, ut duo populi in unū iungerentur. Abhorrebant. n. Gentiles Iudaeō rū ceremonias: & ideo ut Iudaei & Gentes unus po pulus fierent, necesse erat remouere causā inimicitia: Quod Apostolus manifestat dicens: Et medium parietē soluens inimicitias, legem mādatorū decre tis euacuans. Circūcisionis ēt sacramētū imperfectō erat, qd solis uiris cōgruebat, sed q legē uenit adim plere, pfectū uoluit tradere sacramētū: & q dolo res nostros portauit, ab huiusmodi dolore nos uoluit liberare, & suauissimum conferre sacramētū baptismi, quod nullus abhorreret. Solet quaeri, an circumcisio amisit statū suū, ex quo baptisma fuit in stitutum. Ad qd pot dici, qd in illis dimiserat statū, quibus ista nouitas sacramentorū nuntiata erat, & ab eis credita & recepta: in alijs adhuc habebat sta tū, & conferebat eis remissionem usque ad illud tē pus quo ipsa ueritas p Apostolos ubique praedicari & manifestari cepit, qn. s. dicitū est eis: Praedicate euāgelīū oī creaturā: qd fuit post resurrectionē. Sic opponitur, qd illa duo sacramenta, s. circumcisio & baptisma, cū idem conferrent, non debuerūt simul habere statum. Potest dici, quod non habuerunt si mul statum quantum ad eosdem.

De forma baptismi. Cap. III.

FORMA huius sacramenti tradidit Christus, cum dixit: Ite docete baptizates eos in noīe pīs, & fi lij, & spūs scī. & in ista forma debet tradi sacramē tum. Legitur tm in Actibus Apostolorū baptizasse Apostolos in noīe Christi: in quo (sicut dicit Am brosius) tota Trinitas intelligitur. In hoc enim no mine intelligitur, qui unctus est scilicet filius, & a M. Hug. a S. Vi. c. To. iij. Mm 3 quo

Quaestio

Baptismi sacramētū quando, & quare insti tutum.

1. Co. 10

Ephe. 2

T Quaestio

Mar. 16 Obiect.

V Matt. 38

Actu. 10

Matt. 5.

1. Cor. 3.

Leui. 19.

Diliges p ximū tuū sicut teip sū: quomō sit intelli gendum. Vtrum de beamus oēs aquali ter dilige re, an unū plus alio. Gala. 6

Obiectio.

K Obiectio

Ordo chari tatis in dile ctione.

L Charitas quid. Amor qd. Amicitia. quid.

Vtru Deus equaliter omnes dili gat.

Mala. 1. Ephe. 1. Ephe. 2

M

quo unctus est scilicet pater, & per quem scilicet Spiritus sanctus. Ambrosius in libro de Spiritu sancto. Cum enim dicitur in nomine Domini nostri Iesu Christi, per unitatem nominis impletum est mysterium, nec a Christi baptismo Spiritus separatur. Si enim Christum dicas, & Deum patrem a quo unctus est filius, & ipsum qui unctus est filium, & spiritum, quo unctus est, designasti. Scriptum est .n. Hunc Iesum a Nazareth, quem unxit spiritu sancto Deus. Hinc uolunt habere quidam, quod si aliquis baptizet in nomine patris tantum, uel in nomine filij tantum (si non intelligit errorem inducere) baptizatus sit, nec debeat rebaptizari. Quod nobis de auctoritate non est certum, sed ex illa auctoritate Ambrosii per simile uolunt & hoc dicere.

Quid sit sacramentum baptismi. Cap. IIII.

¶ Nunc uidendum est quid sit sacramentum, & quid res sacramenti in sacramento baptismi. In omni enim sacramento ista duo considerata sunt. Hic potest appellari sacramentum ipsa aqua sanctificata. Augustinus de catechismo. Deberis scire, cur uirtus illius aquae & animae proficit & corpori. Non enim omnis aqua mundatur sanctificatur haec per consecrationem uerbi. Tolle enim uerbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum. Res huius sacramenti est interior ablutio. Et ipsa trina immersio sacramentum dicitur uel Trinitatis, uel sepulturae triduae. Et alia multa sacramenta in hoc sacramento occurrunt, ut insufflatio, inuocatio Trinitatis, quae sunt partes huius sacramenti: quorum singula non appellatur sacramentum baptismi, sed in eo continentur. Baptismus est immersio facta cum inuocacione Trinitatis. Alia enim quae precedunt ad decorem sunt, & ad reuerentiam, sed non est in eis uis ipsius sacramenti. Baptismus enim interpretatur unctio. Potest etiam baptismus appellari ipsum elementum sanctificatum, sed non ita proprie. In hoc loco dicendum est, quod tertio debet fieri immersio. Augustinus. Postquam uos credere promissistis, tertio capita uestra in sacro fonte demersimus: qui ordo baptismi duplici mysterij significatione celebratur. Recte enim tertio meriti estis, qui accepistis baptismum in nomine Trinitatis. Recte enim tertio meriti estis qui accepistis baptismum in nomine Iesu Christi, qui tertia die resurrexit a mortuis. Illa enim trina immersio typum dominicae exprimit sepulturae, per quam Christo consepulti estis in baptismo, ite Gregorius Leandro episcopo de trina mersione baptismi. Nihil uerius responderi potest, quam quod ipsi sensistis: quod in una fide nihil officit ecclesiae consuetudo diuersa: quia cum tribus subsistentijs una substantia est, reprehensibile nullatenus potest esse infantem in baptismo uel ter uel semel tingere, quoniam & in tribus mersionibus personarum Trinitas, & in una potest diuinitatis singularitas designari. Ecce, quod ex ista auctoritate licet semel mergere uis, nobis tamen uidetur quod magis sit usus ecclesiae sequendus. Haimo super epistolam ad Romanos. In suo seculo abundabat Cyprianus, quoniam semel mergebat

in baptismo paruulos: quia quod intelligebat, studiose implebat bonis operibus abundando, licet in hoc nescius delinqueret. Sed quia bonis operibus abundabat, postea correptus a Deo abundauit altiori sensu, ter illos mergendo.

De susceptione baptismi. Cap. V.

¶ Deinde restat uidere, quod quidam sacramentum, & rem suscipiunt: alij sacramentum, & non rem: alij rem, & non sacramentum. Sacramentum, & rem sacramenti suscipiunt paruuli ubicunque & a quibuscunque baptizantur in nomine sanctae Trinitatis, in quibus non requiritur propria fides. Adulti quoque si propria fide accedunt, & sacramentum & rem sacramenti habent. In istis propria fides requiritur, sine qua nullam remissionem consequuntur. Sacramentum, & non rem illi, qui fide accedunt, uel sine fide & corde impenitentem. Augustinus. Omnis, qui iam suae uoluntatis arbiter est constitutus, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi poeniteat ueteris uitae, nouam inchoare non potest. Ab hac poenitentia cum baptizantur, paruuli soli immunes sunt, nondum etiam uti possunt libero arbitrio. Petrus quoque in Actibus Apostolorum sic loquitur ad Iudaeos dicens: Agite poenitentiam, & baptizetur unusquisque uestrum. Sed supradictis opponitur illud, quod dicit Ambrosius super locum illum: sine poenitentia sunt dona & uocatio Dei. Gratia Dei in baptismo non requiritur gemitum uel placentiam: & omnia gratis condonant. Sed hoc est dictum de gemitu exteriori: quia etsi desit poenitentia exterior, non minus condonantur omnia. Sed quod Gregorius dicit poenitentiam quadraginta dierum indicendam: ad experientiam fit, ut sciatur quo animo quaerant baptizari: quandoque, nisi simulatorie quaerant baptizari. Item opponitur illud Augustini ex libro quinto de unico baptismo. Non impeditur baptismi gratia quominus peccata dimittat omnia, et si odium fraternum in eis, cui dimittuntur animo perseverat: Soluitur hesternae die, & quicquid supra commissum est: soluitur et quod commissum ipsa hora momentanea, quae est ante baptismum, & in ipso baptismo. Deinceps autem continuo esse reus incipit non solum consequentium, sed & praeteritorum dierum, horarum, momentorum, redeuntibus omnibus, quae dimissa sunt. Sed hoc non solum dixit, cum Dominus in euangelio dicat. Si non remiseritis hominibus ex corde peccata eorum, nec pater uester remittet uobis peccata uestra. Id quoque Augustinus alibi dicit. Tunc ualere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio ueraci confessionis recesserit. Opponitur illud Apostoli. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Sed dicitur in Christo baptizari eos, qui in conformitate Christi baptizantur, ut moriantur uetustati peccati, sicut in Christo per mortem uetustas peccati crucifixa fuit. Augustinus aliter soluit hoc dicens. Induunt autem homines Christum aliquando usque ad sacramenti perceptionem, aliquando uel que ad uitae sanctificationem, atque illud primum & bonis et malis potest esse commune. Rem, et non sacramentum habent, sicut martyres: et appellatur ipsum martyrium baptismus, quia uicem baptismi consequitur. Opponitur de hoc, quod in euangelio legitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua,

A Baptismi susceptio multiplex.

Actu. 2. B Obiectio Rom. 11

Obiectio

Marci. 11

C Obiectio Gala. 3.

D

Ioan. 4.

et Spi-

& Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. sed consuetudo est scripturae determinare praecedentia per sequentia. Dicit. n. alibi. Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Item. Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo. De illis, qui fide Christi habent, sed articulo necessitatis non possunt sacramenta suscipere, quaeritur utrum saluentur, an non. Quod ipsi saluantur, auctoritas & ratio uidentur approbare. In euangelio dicit Dominus. Qui crediderit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet. Et alibi Sic enim dilexit mundum, ut unigenitum filium suum daret, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Sed opponitur illud. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Nisi enim per sequentia determinaretur, illud falsum esset, quod martyres sine baptismo saluentur. Augustinus de unico baptismo libro quarto dicit. Baptismi uicem aliquando complere passionem, ut in latrone illo, cui non baptizato dictum est. Hodie mecum eris in paradiso. Beatus Cyprianus non leue documentum assumpsit, quod etiam atque etiam considerans, inuenio non solum passiones pro nomine Christi id, quod deerat ex baptismo, posse supplere: sed etiam fidem, conuersionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro facinoribus suis: neque quia credidit passus est, sed dum patitur credit. Quantum igitur ualeat etiam sine uisibili sacramento baptismi (quod ait Apostolus) corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur inuisibiliter mysterium baptismi, cum non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Sed dicunt quidam hoc retractasse Augustinum: quod falsum est. Non enim sententiam retractauit, sed exemplum, quod de latrone induerat. Augustinus in libro retractationum. Cum dicerem uicem baptismi passionem posse habere, non satis idoneum posui exemplum illius latronis: quia utrum non fuerit baptizatus incertum est, magisque baptizatum fuisse credendum est. Ambrosius de Valentiniano. Ventrem meum doleo, & propheticum utar exemplo: quia, quem regeneraturus eram, amisi: ille tamen gratiam, quam poposcit, non amisit. Istis auctoritatibus patet, quod sufficit fides sine sacramento non habentibus tempus: quod & ratio probat. Sicut enim baptismus sine propria fide ualeat paruulis non ualentibus habere fidem, ita fides non ualentibus habere sacramentum debet ualere. Item nullus negabit ante baptismum fidem, & charitatem posse haberi: multi enim cum fide & charitate ad baptismum accedunt. Nullus etiam negabit eos tunc posse mori: & si tunc morerentur cum fide, & charitatem habeant, certum est eos non damnari. In charitate enim nullus damnatur. Sed dicunt non posse esse, ut aliquis habeat fidem & charitatem, & moriatur sine baptismo. Non enim (ut dicunt) permitteret eos mori Dominus sine baptismo. Sed ut mihi uidetur, cum ipsi

Christi fides habet res, sed ob necessitate articulo non baptizati, utrum saluentur an non. Ioan. 11 Ioan. 3. Ioan. 3.

Luc. 23

Rom. 10.

E

F

non sint consiliarij Dei, stultum est & temerarium eos hoc affirmare. Item qui hoc dicunt, scilicet nullum saluari sine baptismo uel martyrio, auctoritates nobis opponunt. Augustinus de fide ad Petrum. Ex illo tempore, quo saluator dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: absque sacramento baptismi praeter eos, qui in ecclesia catholica sine baptismate sanguinem fundunt, nec regnum caelorum potest quisquam accipere, nec uitam aeternam. Item ex dictis Anselmi episcopi. Catechumenum quam uis in bonis operibus defunctum uitam habere non credimus: excepto dumtaxat, nisi sacramentum martyrio compleat. Sed haec & similia de contententibus dicta sunt. Si quis enim contemnit sacramentum baptismatis, caetera non sufficiunt.

Obiectio Ioan. 3.

Utrum paruuli sine baptismo saluentur. Cap. VI

¶ Quaeritur de paruulis, qui sine baptismo mori uidentur, non ex contemptu religionis, sed quia non potest succurri eis necessitate aliqua, utrum saluentur? Ad quod dicitur, quod non saluantur, quia non habent fidem, quae in adultis (sicut diximus) cum non sit contemptus religionis uicem baptismi supplet. Et quod non saluentur, in multis ostendit locis Augustinus: tamen ut ipse ait in enchiridio: Mirissima omnium poena erit illis, qui praeter peccatum originale nullum insuper addiderunt. Hic quaeri solet si capta ciuitate aliqua a paganis interticerentur pueri, utrum saluentur, an non: cum pro Christo, cuius patres eorum sunt cultores, occiderentur? De quo nihil definitum habemus, uidentur tamen quod eius misericordia, quae paruulos ab Herode occisos liberauit, & istos non despiceret: si ideo occiderentur, quia in Christum credituri ab illis crederentur. Sed quia non habemus inde auctoritatem, diuino iudicio relinquamus.

Questio.

De iustificatione adultorum ante susceptionem baptismi. Cap. VII

¶ De adultis, qui cum fide, & dilectione, corde contrito ad baptismum accedunt, quaeritur utrum ante baptismum iustificati sint? Quod uidetur illa auctoritas uelle. Peccator quacunque hora ingemuerit, uita uiuet. Item. Corde creditur ad iustitiam. Et alibi. Iustus ex fide uiuit. Ex quo cum habet fidem & dilectionem, spiritum habet inhabitantem. Sed scriptum est in libro Sapientiae. Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum, & non habitabit in corpore subdito peccatis. Unde uidetur, quod iam sit mundatus a peccatis. Sed si per fidem, & cordis ueram contritionem, iam solutus est a peccatis, quid in baptismo ei postea remittitur? Videtur enim, quod in baptismo nihil remittitur ei, cum prius sint ei remissa peccata. Ad hoc potest dici, quod quamuis iste, de quo loquimur, iam iustus sit, quia non habet uoluntatem peccandi, & de praeteritis dolet, tamen nondum iustificatus est, cum adhuc debito peccati tenetur. Cum enim uulnus per confessionem cordis iam ostensum sit medico, restat eius recipere.

Ezec. 38 Rom. 10. Rom. 1 Sap. 1

Questio

Act. 10.

Y Res sacra menti Baptismi.

Z An trina immersio sit de necessitate Baptismi.

Pla. 146 recipere medicinam. Sed quis nesciat factamenta esse medicamenta? Vnde. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Nec sufficit medico uulnus confiteri, si contemnitur eius medicamentum. Itaque constat, quod pro peccatis suis adhuc debet medicinam sacramenti suscipere. Nondum igitur est a debito peccati solutus, quare nec a peccato plene iustificatus, cuius debito adhuc tenetur. Sed post susceptionem sacramenti plene mundatus est: & si moreretur, tunc sine dilatione iret in gloriam. Si opponitur, quod nullum peccatum impunitum. Dicimus, quod ipsa cōtritio cordis, mors quoque ipsa etiam erubescencia, quam patitur, dū nudus baptizatur, non relinquunt peccatum impunitum. Sed si aliquis fidem habens cum dilectione uelit baptizari, & non potest articulo necessitatis interueniente, credimus eum per ineffabilem Dei misericordiam a prædicto solui debito. Quandiu enim potest soluere, tenetur nisi soluat: sed cum iā non potest, & tamen uult, non imputat ei Deus. Nō enim alligauit Deus sacramentis potentiam suam: & quamuis per sacramenta salutem dare decreuerit, potest tamen, & dat sine eis salutem.

K Obiectio

Qui possint baptizare. Cap. VIII.

L Nunc dicendum est quibus sit concessum uel licitum baptizare. Constat baptisma solis sacerdotibus esse traditum, eiusque ministerium nec ab ipsis diaconibus expleri est licitum absque presbytero uel episcopo, nisi his procul absentibus languoris cogat ultima necessitas, quod laicis fidelibus plerumque permittitur ex dictis Isidori episcopi. Romanus pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit, qui baptizat. De his, qui a mulieribus baptizantur, queritur utrum rebaptizari debeant? Quidam dicunt, quod rebaptizandi sint pro ista auctoritate ex concilio Chartaginensi quarto. Mulier baptizare non præsumat. Sed non est præsumptio, quod necessitas cogit. Isidorus quoque dicit. Qui a mulieribus baptizantur, rebaptizandi non sunt. De illis quoque, qui ab hæreticis baptizantur queritur, utrum rebaptizari debeant. Beda. Siue hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisquam in confessione sanctæ Trinitatis baptizet: non ualeat qui baptizatus est, a bonis catholicis rebaptizari, ne confessio uel inuocatio tanti nominis uideatur annullari. Augustinus ad quæstionem Orosij. Quamuis unum baptismum sit & hæreticorum, eorum scilicet, qui in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizantur in ecclesia catholica: tamen qui extra ecclesiam baptizantur, non sumunt ad salutem baptismum, sed ad perniciem, habentes formam sacramenti, uirtutem eius abnegantes. Ideo eos ecclesia non rebaptizat, quia in nomine sanctæ Trinitatis baptizati sunt, ipsa profecto sacramenti forma. Augustinus in libro de fide ad Petrum. Si in hæresi quacunquē uel schismate quisquam in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptismi sacramentum accepit, integrum sacramentum accepit: sed salutem, quæ uirtus est sacramenti, non habebit, si extra ecclesiam catholicā

Verum baptizari a mulieribus rebaptizari debeant.

An baptizatus ab hæretico sacerdote sit iterum baptizandus.

ipsum sacramentum habuit. Item Augustinus super Ioannem. Baptismus talis est, qualis est ille, in cuius potestate datur: non qualis est, per cuius ministerium datur. Idem Potestas baptismi in nullum transit, sed ministerium transit in bonos & malos. Nō exhorreat columba ministerium malorum, sed respiciat Domini uoluntatem. Quid tibi facit malus minister, ubi est bonus Dñs? Neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid: sed qui incrementum dat, Deus. Si superbus fuerit minister, cum diabolo computatur: sed non contaminatur donum Christi. Quod per illum fluit, purum est: quod per illum transit, liquidum est. Item. Per lapideum canalem transit aqua ad areolas. In canali lapideo, nihil generat, sed hortus plurimos fructus affert. Item nos dicimus, iustos esse oportet iusti iudicis ministros. Sint ministri iusti si uoluerint: si autem noluerint esse iusti, qui in cathedra sedent Moyse, securum me fecit magister meus, de quo dicit eius spiritus: Hic est qui baptizat. Iuxta auctoritates prædictas indubitanter dicimus, quod per quemcunque detur baptismus, si ibi seruata forma fuerit sacramenti, idest si in nomine sanctæ Trinitatis traditur, non sunt rebaptizandi, quia sacramentum baptismatis habent, rem uero sacramenti non habent, si errori eorum consentiunt. Et ideo cum ad ecclesiam ueniunt instruuntur de fide: & per manus impositionem accipiunt Spiritum sanctum. Manus impositio aliquando uocatione chrismatis fit, aliquando sine chrismate oratione dicta super hominem. De illis, qui ab hæreticis baptizantur, nescientes eos hæreticos esse, & in nullo eorum errori consentientes, potest dici, quod sacramentum & rem sacramenti suscipiunt: & tamen cum ad ecclesiam ueniunt, manus superimponitur eis, ut ostendatur error detestari. Illi uero, qui ab hæreticis baptizantur, & non in nomine Trinitatis, cum ad ecclesiam ueniunt, rebaptizari debent: nec dicitur iteratio, quia prius baptismum Christi nō susceperant. Cyprianus tamen, & quidam alij dicunt, hæreticos non posse baptismum Christi tradere: & eos, qui apud hæreticos baptizantur, rebaptizandos esse. Cyprianus. Oportet sanctificari aquam prius a sacerdote, ut possint baptismum suo peccata abluere. Quomodo autem aquam sanctificare potest, qui ipse immundus est, & apud quem spiritus sanctus non est? Cum Dominus dicat in libro Numeri. Quæcunque tetigerit immundus, immunda erunt. Quis autem potest dare quod ipse nō habet? Aut quomodo potest spiritualia agere, qui ipse amiserit Spiritum sanctum? Et idcirco baptizandus est, & innouandus. Sed Cyprianus, & alij hoc dixerunt de hæreticis extra formam ecclesiæ baptizantibus, qui uere non tradunt baptismum Christi, uel ex ignorantia hoc dixerunt, quod uidetur uelle Augustinus de unico baptismum ita dicens. Martyrem gloriosissimum Cyprianum, qui apud hæreticos uel schismaticos datum Christi baptismum nolebat cognoscere, dum eos nimium detestaretur, tanta eius merita usque ad triumphum martyrij consequuta sunt, ut & charitatis, qua excelebat, luce obubratio illa fugaretur: & ut si quid habebat purgandum, passionis falce ultima tolleretur. Nec nos (quia baptismi ueritatem in hæretico-

N

1. Cor. 3

Ioan. 1.

Num. 19

O *Quid de illis, qui ab hæreticis baptizati sunt, cõsentiant.*

rum iniquitate agnoscimus (ideo Cypriano meliores sumus, sicut nec Petro, quia gentes iudicare non cogimus).

Utrum sit baptismus cum uerba corrupte proferruntur. Cap. IX.

Q Queritur, si quis corrupte profert uerba illa: Utrum baptismus sit, an nō. Zacharias papa Bonifacio. Retulerunt mihi nuntij tui, quod fuerit sacerdos in eadem prouincia, qui latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret nesciens latine loqui infringens linguam diceret: Baptizo te in nomine patriæ, & filia, & Spiritus sancta, & quod per hoc considerasti rebaptizare. Sed ille, qui baptizauit, nō errorem introducens aut hæresim, sed pro sola ignorantia latinæ loquutionis infringendo linguam, quod supra fati sumus, baptizatis dixisset. Non possumus consentire, ut denuo baptizentur. Solet queri de illo, qui pro ludo uel mimice, commemoratione tamen Trinitatis immergitur, si rebaptizandus sit. Augustinus inde nihil definit, sic tamen loquens. Si totum ludicre, mimice, ioculatorie agitur, utrum approbandus esset baptismus, qui sic daretur, diuinum oraculum implorandum esse censerem. Sed non uidetur sapientibus, quod debeat baptismus dici, ubi non est intentio baptizandi: sicut & mulieres quando in balneum immergunt pueros, inuocant nomen Trinitatis, sed quia baptizare non intendunt, non est baptismus. In omni enim sacramento ista duo necessaria sunt, ut forma sacramenti seruetur, & intentio illud celebrandi habeatur.

R *An ex ludo possit ministrari baptismus.*

De materia baptismi. Cap. X.

S *Quare baptismus fiat tantum in aqua.*

Q uare in aqua tantum baptismus fiat: Haimo super epistolam ad Romanos. Querit aliquis quare in aqua solummodo, & non aliquando in uino baptismus consecratur. Cui respondit beatus Ambrosius. Idcirco uniformiter id fieri in aqua, ut intelligatur, quod sicut aqua sordes corporis aut uetustis abluit, ita baptismus maculas animæ, sordesque uitiorum emundando abstergit. Augustinus reddit hanc causam, ut nullum inopia excusaret, quid posset si uino uel oleo fieret: & ut communis ordo baptizandi materia esset apud omnes. Vel ideo in aqua, quia de Christi latere aqua manauit. Si de aliquo dubitatur utrum baptizatus sit, baptizari debet. Non enim (ut dicunt sancti) iudicatur iteratum, quod nescitur factum. Sed queritur, an secundo conferat ei baptismus remissionem? Quod non est concedendum: quia si illud fieret, sæpe baptizandum esset. Si a matre causa necessitatis baptizatur filius, utrum a uiro debet separari, Deusedit Romanus pontifex dicit separandam esse. Aliorum decreta negant, quibus magis credimus. Ut enim Christus in euangelio dicit sola causa fornicationis uxor dimitti debet.

An secundo baptizato baptismus conferat remissionem. Quæstio.

De responsione patrinorum. Cap. XI.

T De responsione patrinorum queritur in cuius persona fiat. Cum enim querat sacerdos. uis baptizari, & patrinus respondeat, uolo: certum est

quod non in sua persona respondet. Item cum querit. Credis in Deum: & patrinus respondeat Credo. si in persona pueri responderet nō uideretur uerum, cum puer nondum credat. Si autem dicatur sub tali sensu credo, idest crediturus est: temeraria uideretur responsio, cum non sit inde certus. Augustinus dicit, quod sacramentum fidei appellatur fides: & sub tali sensu uerum est quod puer credit idest sacramentum fidei suscipit. Augustinus ad Bonificium episcopum. Itaque paruulum etsi nondum fides illa, quæ in credentium uoluntate consistit, iam tamen fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondentur: ita etiam fideles uocantur, non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Cum homo in baptismo liberetur ab omni peccato solet queri, cur non & a pœna peccati. Isidorus de summo bono. Si a pœna præfenti homines liberarentur per baptismum, ipsum putarent baptismi præcium, non illud æternū. Ergo soluto reatu peccati, manet quidam temporalis pœna, ut illa uita frequentius queratur, quæ erit a pœnis omnibus aliena.

V *Quare nō liberamur per Baptisma a pœnis peccati sicut a peccato.*

Utrum quis in utero matris baptizari possit. Cap. XII.

Q uare solet, utrum aliquis baptizari possit cum adhuc in utero matris sit. Isidorus. Qui in maternis uteris sunt, ideo baptizari cum matre non possunt: quia qui natus adhuc secundum Adam non est, secundum Christum nasci non potest. Neque dici enim regeneratio in eum potest, in quæ generatio non præcessit. Augustinus ad Dardanum. Nec renasci quisquam potest, antequam natus sit. Sed opponitur de Ioanne, & de Hieremia, qui ab utero sanctificati sunt. Legitur enim de Ioanne in euangelio Luca. Et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Item. Exultauit infans in utero. Sed quomodo plenus spiritu sancto, nisi a peccato mundatus esset? Et ita uidetur, quod prius renatus quam natus, & prius secundum Christum natus quam secundum Adam nasceretur. Augustinus in libro ad Dardanum. Si usque adeo in illo puero acceleratus est usus uoluntatis & rationis, ut intra uiscera matris iam posset agnoscere & credere, quod in alijs paruulis ut possint aetas expectatur, in miraculis est habendum diuinæ potentia, non ad humanam trahendum exemplum naturæ. Nam quādo uoluit Deus etiam iumentum loquutum est, in eodem dicitur de Hieremia. Priusquam exires de uulua sanctificauit te. Tamen illa sanctificatio, qua efficiuntur templum Dei, non est nisi renatorum. Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest introire in regnum cœlorum. Non enim renascitur homo, nisi prius nascatur. Vnde illa sanctificatio Hieremiæ potest secundum prædestinationem non inconuenienter intelligi, sicut filios appellat euangelium nondum regeneratos. Ecce quod Augustinus dubitanter loquitur inde, & nihil inde allerit. Potuit enim esse, ut ab utero a peccato originali mundarentur, sed non est de hoc in alijs regula trahenda, quod in istis per miraculum est factum. Et hoc uerius est. Vel licet

X **Obiect.**

Luca. 1. Luc. 1.

Hiere. 1.

Ioan. 3.

non

non sint mundati ab utero a peccato originali, tamen sanctificati: quia iudicium sanctificationis, sci licet quod praedestinati essent, in eis ab utero apparuit. Dicit enim Augustinus in eodem libro, Non est dictum, credidit infans in utero: sed exultauit. Nec ipsa Elizabeth dixit. Exultauit in fide, sed exultauit in generatione. Et potuit ista significatio esse rei tantae a maioribus cognoscendae, non a paruulo cognite.

De catechismo, & exorcismo. Cap. XIII.

Mar. 5. Symbolum.

DE illis, quae praecedunt baptismum, uidentur quid conferant, ut exorcismus, & catechismus. Exorcizare est adiurare, ut exi ab eo spiritus immundus: & catechizare est instruere, ut de symbolo, & alijs rudimentis fidei. Symbolum dicitur signum, uel collatio. Signum, quia eo fideles ab infidelibus discernuntur. Collatio, quia in eo Apostoli omnem fidei integritatem contulerunt. Dicitur enim ab inuicem symbolum, id est totius fidei collationem ediderunt. Ista, quae praecedunt baptismum, non conferunt remissionem. Ad quid ergo ualent? Minuunt diaboli potestatem: ut de aliquo etiam uideamus, quod signo crucis minus potest in eum diabolus. Quidam tamen uolunt, ut extunc incipiat remissio: quae non uidetur esse uerum.

SEQUITUR TRACTATUS

Sextus de Sacramentis confirmationis, eucharistiae, & extremae unctionis. Unde sunt haec capita.

- De sacramento confirmationis. Cap. I.
- De sacramento altaris. Cap. II.
- Quod tria sunt in sacramento altaris. Cap. III.
- De forma huius sacramenti. Cap. IIII.
- De errore quorundam circa sacramentum eucharistiae. Cap. V.
- Quare in duabus sumatur speciebus. Cap. VI.
- De duplici sumptione bonorum et malorum. Cap. VII.
- De apparenti fractione. Cap. VIII.
- Quid partes significant. Cap. VIII.
- De poenitentia. Cap. X.
- Quando soluatur homo a peccato. Cap. XI.
- Quid sit poenitentia. Cap. XII.
- Utrum peccata redeant. Cap. XIII.
- De duabus clauibus. Cap. XIV.
- De sacramento olei seu unctionis extremae. Cap. XV.

De Sacramento confirmationis. Cap. I.

Confirmatio sacramenti minister prius.



Unde de Sacramento confirmationis uidentur quid conferant. Dicitur auctoritate, quod hoc sacramentum a summis sacerdotibus tantum dari debet. Sicut in tempore Apostolorum ab eis solummodo datum fuit: & si ab alio uideretur ut ritum haberetur. Ex quo .n. quodli

bet sacramentum contra institutionem celebratur, ritum deputatur. Eusebius papa. Manus impositionis sacramentum magna ueneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore Apostolorum ab alijs, quam ab ipsis Apostolis legitur esse factum: nec ab alijs, qui eorum locum tenent, unquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter praesumptum fuerit, ritum & uacuum habebitur, nec intra ecclesiastica reputabitur sacramenta.

Quaeritur quae sit efficacia huius sacramenti: scilicet cum in baptismo plene sit aliquis mundatus: quid conferat ei istud sacramentum. Ad quod dicitur, quod in baptismo datur spiritus ad remissionem, hic datur ad robur. Rabanus. Nouissime a summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditur baptizato, ut roboretur per spiritum sanctum ad praedicandum alijs, quod ipse in baptismo est consequutus. Hoc sacramentum (dicit Melchisedes papa) maiori ueneratione tenendum est quam ipsum baptismum, quia maioribus, id est summis pontificibus est commissum. Non enim maius dicitur, quod maiorem efficaciam habeat, cum paruuli possint saluari sine isto. De adultis dicunt sancti, quod nec sine isto possunt saluari, si ex contempu uel negligentia dimittitur.

De sacramento altaris. Cap. II.

POST sacramentum baptismi sequitur sacramentum altaris. Per baptismum abluiur a uitijs: per sacramentum altaris reficimur. Et haec sunt duo principalia sacramenta, quibus & a malis homo liberatur, & bonis impletur. Et quia non possunt refici corda, nisi prius munda fuerint, praecedit baptismus, sequitur communicatio altaris, quae est sacramentum sacramentorum. Unde per excellentiam dicitur eucharistia, id est bona gratia. In hoc enim sacramento non solum gratia, sed ille, a quo est omnis gratia, sumitur. Huius sacramenti figura in ueteri testamento praecessit, scilicet. Manna, quod populo Iudaeorum in deserto fuit datum. Et sicut Manna non fuit datum, nisi post transitum maris rubri, ubi Aegyptijs submersis liberabantur Hebraei, ita & baptizatus tantum tradi debet hoc spirituale Manna dominici corporis. Et sicut illi pane illo corpora li perueniunt ad terram promissionis, ita & nos per desertum huius seculi peragrantes ad terram uiuentium hoc caelesti pane perducimur. Unde & uiuentium appellatur. De hoc pane dicit propheta. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Huius etiam figura sacramenti praecessit in pane & uino a Melchisedech oblatis. Unde Ambrosius. Intellige anteriora esse mysteria Christianorum quam Iudaeorum. Hoc sacramentum Dominus noster Iesus Christus in cena discipulis tradidit, ubi institutio huius sacramenti primum facta fuit. Causa institutionis, ut essent remedium contra rediuiua peccata. Si enim nobis necessaria fuit illa manifesta praesentia Iesu Christi, qua cum hominibus conuersatus fuit, ut in ea posset flagellari, mori pro nostra redemptione: ita necessaria est

B Quae

C

Eucharistia.

Eucharistia sacramenti figura in ueteri sacramento.

Psal. 22.

H Christus quando quare sacramentum Eucharistiae instituit.

Ioan. 6.

in tota ista praesenti uita eius praesentia, eo modo, quo posset panis uiuus, qui de caelo descendit, manducari. Unde ipse dicit. Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis meum sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Itaque qui ex nimia dilectione se exhibuit, qui posset lancea uulnerari, ut nos suo sanguine mundaret: & modo usque ad finem seculi talem se exhibet, qui possit in sacramento manducari, ut eius participatione membra sua uniantur capiti, & a peccatis liberentur quotidianis. Quod autem dicimus talem ac talem: humanum dicimus, propter infirmitatem. Cum enim idem corpus, quod in cruce pependit, in sepulchro iacuit, indubitanter fateamur esse in altari: & tantum hic, quantum & ibi fuit, & modo est ad dexteram patris: non est dubium ipsum Corpus Christi in altari sua non cedere forma, sed ibi uisibiliter, in altari inuisibiliter latens sub forma aliena.

Quod tria sint in sacramento altaris.

Cap. III.

NUnc uidentur est in hoc sacramento, quid sacramentum, quid res sacramenti. Tria hic considerare oportet: unum quod est sacramentum tantum: alterum, quod est sacramentum, & res sacramenti: tertium, quod est res tantum. Sacramentum & non res, sunt species uisibiles id est panis & uini: & ea quae uisibiliter celebrantur, ut fractio, depositio, eleuatio. Sacramentum enim est sacrae rei signum. Signum autem est, quod praeter speciem, quam ingerit, facit aliquid in mentem uenire. Haec autem uisibilia faciunt in mentem uenire mortem, uel sepulturam, uel ad caelos ascensionem, & totum ordinem rei, cuius sacramenta sunt. In hoc etiam species panis & uini dicuntur sacramenta corporis & sanguinis dominici: quia sicut pane & uino praeromnibus alijs cibis siue potibus corpus reficitur, ita illo uero cibo, utroque potu anima ad ueram uitam nutritur. Cum ecclesia quoque saepissime in sacra scriptura dicatur corpus Christi, & huius corporis panis & uinum sacramenta esse leguntur: quia sicut panis ex multis granis efficitur unus, uinum ex multis racemis in uinum confluit: ita ex plurimis membris ecclesiae, quae est corpus Christi, adunatur. Sacramentum & res, ipsum corpus Christi & sanguis: res quantum ad illas species, quibus significatur. Haec res iterum sacramentum est alterius, scilicet unitatis capitis & membrorum, quam efficit fides corporis & sanguinis Domini: & ista res sacramenti uirtus appellatur. Dicitur etiam spiritualis caro Christi. Hieronymus in epistola ad Ephesios. Dupliciter intelligitur caro Christi: uel spiritualis illa atque diuina, de qua ipse dicit: Caro mea uere est cibus. uel caro, quae crucifixa est, & sepulta. De hac spirituali carne dicit Iesus. Qui manducat carnem meam, in me manet, & ego in eo. Istam carnem manducat, qui per fidem Christo connectitur, & conformatur, Augustinus. Nulli aliquatenus ambigendum, unumquemque fidelium corporis & sanguinis dominici tunc esse participem, quando in baptismo Christi membrum efficitur: nec aliena-

F Caro & sanguis Domini dicitur dupliciter Ioan. 6.

ri ab illius panis calicisque consortio, & si antequam illum panem comedit, de hoc seculo migrauerit, in unitate corporis Christi constitutus est, sacramenti quoque illius participatione non priuatur, quando in se hoc, quod illud sacramentum signat, inuenitur. Itaque tria in hoc sacramento. Consideranda sunt: species uisibiles, quae sacramentum sunt & non res: & uerum corpus Christi, quod sub specie est panis & uini: tertium ipsa efficacia sacramenti: quae spiritualis caro Christi, & uirtus sacramenti appellatur, ut diximus.

Tria in Eucharistia consideranda.

De forma sacramenti eucharistiae.

Cap. IIII.

FORMA huius sacramenti est commemoratio illorum uerborum, quae in cena Christus dixit, quando discipulis corpus & sanguinem dedit dicens. Accipite, hoc est corpus meum &c. Et sicut tunc panem illum & calicem in uerum corpus & in uerum sanguinem uerbo suo commutauit, ita indubitanter credimus uerba illa a sacerdote eo ordine, & ea intentione dicta panem & uinum in uerum corpus Christi & in uerum sanguinem commutare. Haec autem tria ad istud sacramentum necessaria sunt. Ordo, actio, intentio. Ordo, ut sit sacerdos. Actio, ut uerba illa proferat. Intentio, ut proferat ad istud: Quandoque enim aliquis sacerdos proferat uerba illa, ut alium doceat quomodo hoc facturus sit: sed non habent tunc illam efficaciam, quia non ad hoc dicuntur. Quamuis autem substantia panis in corpus Christi conuertatur: non tamen corpus Christi augmentatur inde. Si quis quaerat quomodo fieri possit, ut substantia panis in aliam substantiam transeat, uidelicet in corpus, quod in sepulchro iacuit, quod in caelum ad dexteram patris ascendit, & quomodo non augmentetur illud, in quod transit: eius uoluntati, & potentiae ascribatur, qui idem corpus de uirgine & sine uiri semine prodire fecit. Ambrosius. Praeter naturam ordinem uirgo generauit: & hoc quod conficimus corpus ex uirgine est. Idem. Quid hic quaeris naturam ordinem in Christi corpore, cum praeter naturam sit ipse Domini partus ex uirgine? Et quamuis non sit post consecrationem panis neque uinum, quod prius erat panis & uinum: species tamen remanet, sapor etiam remanet. Videtur namque panis: uidetur uinum. Habet etiam eundem saporem, quem prius, cum tamen non sit panis materialis, neque uinum materiale: sed uera caro Christi, uerus sanguis Christi. Quod fit tribus de causis, ut scilicet fides comprobetur, quia de his, quae non uidentur est fides: ne etiam sumere abhorreamus, & ne ab infidelibus irrideremur, si nos sanguinem sumere uiderent. Quaeritur in quo sint illae species, & sapor ille. Non enim possumus dicere, quod sint in substantia panis & uini, cum non sit ibi substantia panis & uini, sed uerum corpus Christi. Nec audemus dicere, quod in sint corpori Christi: non enim habet corpus Christi rotundam figuram in se, sed qualem in iudicio uisuri sumus. Sed cui creare de nihilo, & formatum, & formam fuit facile: mutare formatum & conseruare formam non erit difficile: & ut praeter substantiam subsistat effice-

ad hoc non potest.

G

Matt. 26

Tria ad Eucharistiam sacramenti necessaria.

H Quae

I Quare caro & sanguis Christi sub speciebus panis, et uini sumatur. In quo sint accidentia.

efficere. Itaque ad mysterij ritum, ad gustus suffragium, remanet ista subsistentia ad corpus Domini quodammodo obtegendum, quod in forma & in natura sua sub illis vere persistit.

De errore quorundam circa sacramentum Eucharistię. Cap. V.

Contra præfatam ueritatem & olim & nunc quidam dicere præsumperunt. Et quia clari⁹ fit lumen comparatione tenebrarum, illorum errorem non silentio præterire nobis uisum est. Occasione illorum uerborum, quæ Christus dixit. Non hoc corpus, quod uidetis, manducaturi estis, & bibaturi illum sanguinem, quem fusi sunt, qui me crucifigent, sed sacramentum aliquod uobis commendauit: quidam ausi sunt dicere in altari non esse ueritatem corporis Christi, sed solum sacramentum, & non rem ipsam. Et ut dicunt, appellatur corpus Christi sicut dictum est in Apostolo: Petra autem erat Christus. non re, sed significatione. Sed ipsa ueritas satis ostendit quid a nobis credendum sit dicens. Accipite, hoc est corpus meum. Item Ambrosius in libro de sacramentis, Antequam conficeretur panis est ubi autem uerba Christi accesserint, corpus Christi est: & ante uerba Christi calix est uini & aquæ, ubi autem uerba Christi operata fuerint, sanguis efficitur. Idem sermo Christi, qui posuit ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea, quæ sunt, mutare in id, quod non erant? Item Eusebius Emisens⁹. Inuisibilis sacerdos uisibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui uerbo suo secreta potestate commutat. Gregorius in dialogi libro quarto. Est quidem etiam in peccatoribus, & indigne tumentibus uera Christi caro, uerusque sanguis Christi, sed essentia non salubri efficientia. Si etiam non esset alia auctoritas, sufficeret quod uniuersalis hoc tenet ecclesia, cui semper adest Christus, ut ait. Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. In uita etiam sancti Basilij legitur, quod eo agente diuina mysteria Hebræ⁹ quidam se Christianis commiscuit, muneris mysterium explorare uolens, uiditque infantem in manus Basilij: & communicantibus alijs, uenit ipse, data estque illi hostia uere caro facta. Vnde credens admirabile Christianorum mysterium in crastino baptizatus est a Basilio. illud, quod eos in illum errorem inducit, in pluribus locis sancti exponunt, quomodo intelligendum sit. Non hoc corpus, quod uidetis, manducaturi estis: id est non in hac specie cernentes sicut putatis, sed in sacramento. Alij uolunt dicere, quod uerum corpus Christi sit in altari, sed negant panem in ipsum commutari. Dicunt nanque, panis substantiam ad nihilari, & non in aliud transire: & ea substantia ad nihilata sub illa specie remanente, corpus Christi esse. Quos supradictę auctoritates confutant.

De conf. dist. 2. c. non hoc corpus.

1. Cor. 10

Matt. 26

Matt. 28

Quare in duabus sumatur speciebus. Cap. VI.

Tunc dicendum uidetur, quod licet in duabus sumatur speciebus, tamen in utraque integer

Christus sumitur. Non enim corpus sine sanguine, uel sanguis sine corpore esse potest: sed ideo in duabus speciebus sumitur, ut significetur huius sacramenti effectus duplex. Valet enim (ut ait Ambrosius) ad tuitionem corporis, & animæ: & quod sumitur in pane, ualet ad utrumque, & similiter quod in uino sumitur: quia in pane totum & integrum, & in uino similiter totum & integrum sumitur. Sed si in pane tantum sumeretur, alterum tantum significaretur, scilicet quod ad tuitionem corporis ualet: & iterum si in uino tantum sumeretur (licet hoc sufficeret ad corporis, & animæ tuitionem) tamen hoc solum significaretur, quod pro salute animæ sumeretur. In sanguine enim anima significatur. Itaque in duabus sumitur speciebus, quia redemptio est corporis, & animæ. Animam enim a peccatis liberat, & corpus resurrectioni futurę præparat. Vnde etiam in ueteri testamento legitur, postquam utrumque sanguine agni linierint Hebræi: quia in Ægypto liberati sunt ab angelo exterminatore. Per utrumque postem anima & corpus significatur. Gregorius. Quid nanque sanguis agni sit iam non audiendo, sed bibendo didicistis: qui sanguis super utrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. Integer Christus sumitur in utraq; specie, scilicet illa persona, in qua sunt illæ naturæ, diuinitas, caro, & animæ: & tamen in solum Corpus Christi transit ille panis materialis, sicut integer Christus in cruce, & tamen sola caro uulnerata fuit. Item notandum est, quod non duplex sumptio debet dici, quamuis in duabus sumatur speciebus, quoniam unum sacramentum est, & una benedictione consecratum. Vnde non bis, sed semel tantum communionē dicitur accipere, qui in illis duabus sumit speciebus: nec debet dici iteratio huius sacramenti, nisi secundum eandem speciem.

De duplici sumptione: bonorum & malorum. Cap. VII.

Post supradicta uidentur est, quod & boni & mali sacramentū corporis & Sanguinis Domini sumunt: rem uero sacramenti boni tantum accipiunt. Sacramentum in hoc loco ipsum corpus, & ipsum sanguinem Domini appellamus: rem uero sacramenti ipsam efficaciam sacramenti, quam (ut superius diximus) Hieronymus uocat spiritualem carnem Christi. Idem nanque Iudas accepit cum Petro. Idem dico quantum ad essentiam, scilicet uerum corpus Christi, sed non idem quantum ad efficientiam. Petrus enim ad uitam, Iudas ad damnationem. Augustinus. Sacramentum aliquibus ad uitam, aliquibus ad exitum: res uero sacramenti omni homini ad uitam, nulli ad exitum. Item, Ad quid paras dentem, & uentrem? crede & manducaisti. Itaque uirtutem sacramenti habent, qui corde credunt siue sacramentum suscipiant, siue nō. Sed qui sine fide operante per dilectionem accedunt, & si in sacramento uerum corpus Christi accipiant, rem tamen sacramenti non habent. Qui nisi pollutum ducerent sanguinem testamenti, considerarent

Exo. 12.

derarent horrendum esse incidere in manus Dei uiuentis. Qui enim indigne manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit. Indignus est ille, qui in crimine est. Indignus etiam est, qui irreuerenter tractat. Eadem tamen patientia & istos tolerat Deus, quia ipse tolerauit Iudæos irridentes, & conspuentes, & crucifigentes. Itaque sicut dupliciter intelligitur caro Christi (sicut diximus) ita & sumptio corporis & sanguinis Domini duplex esse dicitur, scilicet sacramentalis & spiritualis. Sacramentalis (quæ communis est & bonis & malis) sine spirituali non prodest. Spiritualis, quæ fide percipitur, & sine sacramentali (ubi non est contemptus religionis) sufficit. De hoc sacramento ita loquitur Augustinus in libro sententiarum Prosperi. Hoc est quod omnibus modis approbare contendimus sacrificium ecclesię duobus constare, duobus confici: uisibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine: sacramento, & re sacramenti, id est corpore Christi, sicut Christi persona constat & conficitur Deo & homine: cum ipse Christus uerus sit Deus, & uerus homo: quia omnis res illarum rerum naturam & ueritatem in se continet, ex quibus conficitur. Est igitur sacramentum, & res sacramenti idem corpus Christi. Itē caro eius, quam forma panis operata in sacramento accipimus: & sanguis eius, quem sub uini specie, ac sapore potamus: caro uidelicet carnis, & sanguis sacramentum sanguinis, carne & sanguine utroque inuisibili, intelligibili spirituali intelligitur: significatur corpus Christi uisibile, & palpabile, plenum gratia, & diuina maiestate.

Quo in carne & sanguine Domini sit sacramentum, & res sacramenti.

Quo sit intelligendum diuini Augustini, Cap. 10 sacramentum carnis.

Quomodo sit intelligendum quod dicit Augustinus, caro sacramentum carnis: uidentur, est & sciendum, quod illa uisibilis species appellatur caro ea consuetudine scripturæ, qua solent sacramenta earum rerum nomina sortiri, quarum sunt sacramenta. Inuisibilis & intelligibilis dicitur caro: quia secundum illam speciem non uidetur caro, sed intelligitur: & est sacramentum carnis uisibilis, palpabilis, quæ ad dexteram patris est. & est sensus, Caro Christi secundum illam speciem, in qua non uidetur caro sed panis, est sacramentum, uisibilis: secundum uisibilem speciem, qua in dextera patris potest conspici.

De fractione apparenti. Cap. VIII.

Varitur de fractione illa, quæ ibi uidetur, cuius sit, uel in qua re sit. Cum enim non sit ibi aliud, quam corpus Christi quantum ad substantiam, si in aliqua re est illa fractio, in corpore illo erit: sed ex alia parte non audemus dicere, quod corruptibile sit corpus Christi, quia immortale, impassibile. In hoc etiã reprehendit Christus carnalem discipulorum sensum, qui putabant sicut aliam carnem in partes diuidendam. Quidam dicunt: non est ibi fractio, sed uidetur tantum, & nō est. Quibus opponitur, quod si illud est, fallitur

sensus noster, cum dicat Ambrosius. Nihil falsum putandum esse in sacrificio ueritatis: uel sicut in magorum præstigijs, ubi delusione quadam falluntur oculi, ut videatur esse, quod non est omnino. Sed dicunt: non fallit nos uisus, nec fallitur. quod esset, si crederetur sic frangi ut uideretur. nec illusio est, quod ad utilitatem, & non ad deceptionem fit: sicut nec illud, quod Christus ostendit se duobus discipulis in forma peregrini. Alij dicunt, quod sicut species panis est ibi, & non est alicuius rei, quæ ibi sit, sed panis, qui fuit, & non est: ita fractio est ibi, sed non est alicuius rei, quæ ibi sit, sed fractio panis, cum tamen ibi non sit panis. Et hoc uidetur uelle Apostolus dicens. Panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Quia est indubitanter credendum, quod in unaquaque illarum partium, totum & integrum corpus Christi est. Augustinus. Quando Christus manducatur, ita manducatur ne occidatur ut manducetur: nec quando manducatur, de illo partes facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Item. Norunt fideles quemadmodum manducant carnem Christi. unusquisque partem suam accipit: per partes manducatur, & manet integer: totus in celo, totus in corde tuo. Ecce iuxta sacrę scripturę auctoritates integrum & incorruptum manens in se corpus Christi manducatur, & corpus Christi diuiditur in sacramento. Magnum est & inscrutabile illud mysterium: credere iubemur, sed discurrere prohibemur. Augustinus in libro sententiarum Prosperi. Cum igitur frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur: quid aliud quã Domini corporis in cruce immolatio, eiusque sanguinis de latere effusio designatur?

Quid significent partes. Cap. IX.

Sergius Papa. Triforme est corpus Domini. Pars oblata in calicem missa corpus Christi, quod iam surrexit, monstrat. pars comesta ambulans adhuc super terram. pars in altari usque ad finem missæ remanens corpus iacens in sepulcro, quia usque ad finem seculi corpora sanctorum in sepulcris erunt. Quia uero morte Domini liberati sumus, huius rei nos esse memores in edendo carnem, & potando sanguinem (quæ pro nobis oblata sunt) significatur. Per aquam, quæ in calicem ponitur, populus significatur: quæ idcirco cum uino offertur, ut populus passione Christi redemptus intelligatur.

Solet quæri si obliuione, uel negligentia aliqua non apponeretur aqua: utrum uiticum fieret sacrificium. Sed quia de auctoritate nihil inde habemus, de nostro sensu, nihil asserere de his audemus: hoc tamen dicere possumus, quod huiusmodi grauer puniendus esset.

Quod intincta non debeat dari eucharistia, ex decretis Iulij papæ habetur: quia (ut dicit) Iohannes Iudæ panem intinctum Christus dedit. Sed uel Augustinus super Iohannem dicit, non tunc Iudas... M. Hug. à S. Vic. To. iij. Na. corpus

1. Co. 10

T

ol

V

Aqua sine apponatur an uera sit sanguinis consecratio.

Eucharistia non datur intincta.

corpus Christi accepit, sed solum panem: prius vero acceperat cum discipulis.

2 Breuiter de hoc sacramento quedam exequuti sumus, inde tamen auctores multum obscure, & vt videatur secundum verba contrarie loquuntur, quorum aliquas auctoritates ponamus. Augustinus. Donec seculum finitur sursum est Dominus, sed tamen hic etiam nobiscum est veritas Domini. Corpus enim Domini, in quo surrexit, vno loco esse oportet: veritas autem eius vbique diffusa est. Quod ita intelligendum est. corpus Domini vno loco esse oportet secundum visibilem formam, id est in ea forma, in qua videri potest: veritas vbique diffusa est, id est diuinitas, vel ipsum corpus vbique celebratur. Potest enim referri, quod dicitur eius, vel ad Christum, vel ad corpus ipsum. Ideo diximus: vbique celebratur: quia non est dicendum vbique esse corpus Christi: quod est solius diuinitatis. Augustinus. vna persona Deus & homo, vbique per id quod Deus est, in caelo per id quod Deus & homo est.

Mar. 26 Eodem modo & illud exponitur. Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Quod exponunt sancti secundum eam praesentiam, qua conuersatus fuerat prius cum illis manducans, bibens, & caetera faciens. Item Augustinus loquens alibi de corpore Domini ponit haec verba: ipsum & non ipsum. quod sic intelligendum est: ipsum essentia, non ipsum visibilem formam. Hieronymus in Esaiam. Comedunt cibos impietatis, dum non sunt sancti corpore & spiritu: nec comedunt carnem Iesu, nec bibunt sanguinem eius. Augustinus de ciuitate Dei. Non sunt dicendi manducare corpus Christi, qui non in membris computantur Christi. Denique ipse dicit. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Quod intelligendum est de illa spiritali & diuina, de qua supra loquuti sumus.

Ioan. 6. De ijs, qui sunt extra ecclesiam, vt excommunicati, & manifesti haeretici, quaritur vtrum conficiant corpus Christi. Quibusdam videtur, quod quamuis sit eis ad damnationem: tamen conficiant: quia ordinationem non amiserunt, in qua datur potestas illud conficiendi. Alijs videtur, quod nec excommunicati nec manifesti haeretici conficiunt. Nullus enim in ipsa consecratione dicit offero, sed offerimus ex persona totius ecclesiae. Cum autem alia sacramenta extra ecclesiam possint fieri, haec nunquam extra, & illis magis videtur assentiendum.

De ijs, qui sunt extra ecclesiam, vt excommunicati, & manifesti haeretici, quaritur vtrum conficiant corpus Christi. Quibusdam videtur, quod quamuis sit eis ad damnationem: tamen conficiant: quia ordinationem non amiserunt, in qua datur potestas illud conficiendi. Alijs videtur, quod nec excommunicati nec manifesti haeretici conficiunt. Nullus enim in ipsa consecratione dicit offero, sed offerimus ex persona totius ecclesiae. Cum autem alia sacramenta extra ecclesiam possint fieri, haec nunquam extra, & illis magis videtur assentiendum.

De penitentia. Cap. X.

A Sacramentum penitentiae redeuntibus ad Deum semper est necessarium. Est enim penitentia secunda tabula post naufragium: quia post baptismum, si quis vestem innocentiae peccando amittit, per penitentiam recuperare poterit. A penitentia incepit praedicatio Ioannis. Dicit namque. Agite penitentiam, appropinquabit regnum ca-

Penitentia est secunda tabula post baptismum.

Matt. 3.

lorum. Quod dixerat praeco, illud docuit postea ipse Christus in principio suae praedicationis dicens. Agite penitentiam, appropinquabit regnum caelorum. Et merito illud praemittit, vt istud sequeretur: quia vt ad regnum caelorum perueniatur in adultis, penitentiam praere oportet. Penitentia incipit a timore, qui est initium sapientiae. Timore enim gehennalis poenae ad penitentiam homo compellitur. In penitentia consideranda sunt haec tria, compunctio, confessio, satisfactio. Compunctio est in contritione cordis, quae nascitur ex recordatione praeteritorum malorum, & ex timore iudicij futuri. Confessio est proprii actus cum sui accusatione execratio. Vnde illud. Iustus in principio sermonis accusator est sui. Satisfactio post confessionem fit per ieiunia, orationes, & caetera bona opera. Compunctio praecipitur in propheta vbi ait. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Confessio in epistola Iacobi praecipitur, cum dicit. Confitemini alterutrum peccata vestra. Satisfactio, vbi ait Ioannes. Facite fructus dignos penitentiae. In his, qui habent tempus, haec tria sunt necessaria: nec sufficit vnum sine alijs. Non enim sufficit corde confiteri, nisi ore confiteatur, qui tempus habet, nisi etiam fructus penitentiae faciat.

Opponitur de hoc, quod Maximus episcopus dicit. Inuenio (inquit) quod Petrus fleuerit, non inuenio quid dixerit: lachrymas eius lego, satisfactionem non lego: lauat enim lachryma delictum, quod voce pudor est confiteri. Quod ita exponi potest. quod voce manifesta pudor est confiteri, occulte sacerdoti confiteri quandoque sufficit. Vel potest dici, quod ista institutio in nouo testamento nondum facta erat, quando scilicet Petrus penitentiam de peccato egit: & ideo sine confessione oris potuit veniam consequi.

Quando solvatur homo a peccato. Cap. XI.

Solet quaeri, vtrum solvatur homo a peccato, vt primum habet veram cordis contritionem. Quod videtur illa auctoritas velle. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Item. Peccator quacunque hora ingemuerit, saluus erit. Sed si per contritionem cordis solutus est a peccato, in confessione oris non soluitur: ad quid ergo confessio oris est utilis? Et si ante confessionem oris solutus est a peccato, sed si per contritionem cordis solutus est a peccato, a quo soluit eum sacerdos? Dicunt quidam, quod illud, quod sacerdos dicitur solvere, non est aliud quam solutum ostendere: similiter dicitur ligare, id est ligatum ostendere. Et hoc videtur probari illis auctoritatibus. Ait Dominus in propheta. Ego solus deleo iniquitates, & peccata populi. Item Ambrosius. Ille solus dimittit peccata populi, qui solus pro peccatis nostris mortuus est.

Matt. 4.

Prou. 18

Ioel. 2.

Iaco. 5.

Mat. 3.

Solutio a peccato quando soluitur, an in contritione, an per confessionem & manus impositionem. Psal. 31.

Esa. 43.

Item

Item Hieronymus super Mattheum. Quodcumque ligaueritis super terram, erit ligatum & in caelis: & caetera. Hunc locum quidam non intelligentes aliquid sibi sumunt de supercilio Pharisaeorum, vt damnare innoxios, vel soluere se putent noxios, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quaeratur. Vnde in Leuitico ostendere se sacerdotibus iubentur leprosi: quos illi non faciunt leprosos, sed discernunt, qui mundi vel immundi sunt. Ita & hic, cum pro officio suo sacerdos peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, & qui soluendus. Sed istas auctoritates ita interpretari debemus: vt non auferamus, quam Deus potestatem tribuit hominibus. Dicit namque ipsa veritas. Quorum remisistis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Item postquam Christus Lazarum suscitauit, ait discipulis. Soluite eum. Hoc non fuit solum tantum ostendere, sed soluere. Videndum est itaque, quod & Deus soluit a peccato, & quod etiam homo soluit: sed aliter homo, aliter Deus, & quod Deus dimittit peccata, & quod homo (cui Deus potestatem dedit) peccata dimittit: sed aliter Deus aliter homo. Deus enim ex semetipso, & per semetipsum peccata dimittit quando vult: homines autem non ex se, sed ex gratia in eis, & per eos operante peccata dimittunt. Et ita verum est, quod solus Deus peccata dimittit. Sicut & illud, Tu es solus, qui facis mirabilia. Et tamen non negatur, quin & homines miracula faciant, sed non ex se, sicuti Deus ex se. Item nemo bonus, nisi Deus, quia ex se bonus. Nec tamen negamus homines bonos esse, sed non eodem modo, quo Deus.

Leui. 13

D

Ioan. 20

Ioan. 11 Peccatorum absolutio a quo fiat.

Psal. 71.

Mar. 10.

E

Obiect.

Psal. 50.

Psal. 31.

Ezec. 33

Item

quibus inferri posse videtur debitum per cordis contritionem iam esse solutum: quod etiam ratione confirmatur, quia vere contritus in via saluationis constituitur: si enim tunc moreretur saluus esset. Ad quod dicimus, quod vere inuisibilis sacerdos eum, qui vult confiteri & non potest, ab hoc debito soluit: sed quam diu illud potest, nisi ore confiteatur, non absoluitur. Cerrum nanque est, quod ille, qui habet cor contritum, vult confiteri: sed istam bonam voluntatem deferere potest. Nihil enim vult homo, dum est in hac vita, quod non possit nolle: & si hac voluntate amissa nollet confiteri, & tunc moreretur, nulli est dubium, eum damnari pro illo peccato, quod confiteri noluit. Nullum enim peccatum impunitum, aut enim homo punit, aut Deus. Liqueat itaque eum a debito futurae poenae non fuisse solutum in contritione. Hoc ideo dicimus, quia solent quidam dicere eum non pro peccato illo puniendum, sed pro contemptu.

Nulli peccatum impunitum.

Apparet igitur, quod solus Deus dimittit peccata viuificando interius per gratiam: & quod sacerdos dimittit, non intus viuificando, sed a debito futurae poenae absoluendo per eam, quam iniungit, satisfactionem. Quod uero dicunt. Peccator quacunque hora ingemuerit, saluus erit. De ijs dictum putatur, qui instante articulo necessitatis tempus satisfactionis habere non possunt: ac si diceret quacunque hora in hac vita uere poeniterit, in futura uita non peribit. Vel de omnibus potest dici, quacunque hora peccator ingemuerit, saluus erit: quia tunc peccantis salus incipit. Itemque de psalmo opponitur. Dixi, confitebor, & tu remisisti impietatem peccati mei. Impietas peccati rectissime ipsa mentis excommunicatio dicitur, quae soluitur in compunctio: nondum tamen (vt diximus) plene solutus est. Sicut enim de vulnere prius ferrum extrahitur, vt post medicina superponatur: ita & prius peccati impietas, scilicet illa interna cecitas de corde tollitur, vt post sacramenti medicina per sacerdotes superaddatur. Sunt enim sacramenta quasi emplastra.

G

Psal. 31.

H

Distinctio penitentiae.

I. s

Quid sit penitentia. Cap. XII.

Postquam de ijs diximus, quae in penitentia consideranda sunt: dicendum est quid sit penitentia. ut uero ait Gregorius, Penitentia est perpetrata mala plangere, & plangenda non committere. Nam qui sic alia deplorat, ut alia tamen committat, adhuc penitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxuria quis defleat, & adhuc auaritia aetibus anhelat?

Hae uerba Gregorij magis quam sensum quidam attendentes, dicunt non amplius ad mortem peccare eum, qui semel poenitet: & si amplius eum contingat ad mortem peccare, non fuit poenitentia, quam prius egit. Alias quoque inducunt auctoritates ad idem ostendendum. Isidorus de summo bono. Irrisor est enim poenitentia. M. Hug. a S. Vic. To. iij. Nn 2 tens,

rens, qui adhuc agit, quod pœnitent: nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus. Esaias peccantibus dicit. Lauamini, mundi estote. Lauatur, & mundus est, qui & præterita plangit, & flenda iterum non committit. Lauatur, & non est mundus, qui plangit, quæ gessit: & post lachrymas ea, quæ fleuerat, repetit. Item. Inanis est pœnitentia, quam culpa sequens coinquinat. Ambrosius de vnica pœnitentia. Reperiuntur, qui sæpius agendam pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si verè agerent in Christo pœnitentiam, iterandam non putarent. Idem. Sicut vnus baptisimus, ita est vna pœnitentia. Sed quoniam non litera, sed spiritus viuificat: sensum auctorum in supradictis inspiciamus. Pœnitentia est perpetrata mala plangere, & plangenda non committere: id est de præteritis dolere, & non tunc vt iterum peccet in voluntate habere. Non enim iudicat Deus hominem pro ijs, quæ futura sunt & non præsentia opere seu voluntate: nec vlla probabilitate sequitur (si pœnitentia est perpetrata mala plangere, & plangenda non committere) & iste committit plangenda, igitur non fuit pœnitens. Sed hoc sequeretur, igitur non est pœnitens: quod nos bene concedimus, scilicet quod tunc non est vere pœnitens. Sed quod olim non fuerit, nullatenus a catholicis est dicendum. Illud, quod Isidorus dicit. Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat: sic intelligendum. Inanis scilicet carens fructu. Est enim fructus pœnitentiæ vitare pœnam gehennalem, & adipisci gloriam. Est enim illa pœnitentia mortua, sicut & alia bona propter superueniens malum: & quamquam mortua sint illa bona, non tamen audet aliquis dicere, quod non fuerint bona. Ita & de pœnitentia priore dicimus, quod vera pœnitentia fuit, si habuit cor contritum: & licet modo mortua sit sicut & alia priora bona, tamen reuiuiscere potest, si de isto, quod postea commisit, pœnitens fuerit. Quod iterum dicit Ambrosius, sicut vnus baptisimus, ita est vna pœnitentia. Dicitur est de solenni pœnitentia. In eodem enim capitulo Ambrosius supponit, quæ tantum publice agitur.

Esa. 1.

C

K

Solennis pœnitentia.

2.Re. 12

lia hominum perierunt, scilicet quia populum numerauit.

Vtrum peccata redeant. Cap. XIII.

Dicunt aliqui, quod ille, qui habet cordis contritionem, & condignam facit satisfactionem pro præteritis peccatis, vere consequitur remissionem: & si tunc moreretur, non incurreret damnationem: sed si postea ad mortem peccat, redeunt omnia: & si tunc moreretur, de omnibus puniretur. Et hoc volunt probare illa parabola. Serue nequam omnino debuit dimitti tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conferui tui? Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quousque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Item Hieronymus. Si non dimiserimus ex corde, quod in nos delinquitur: & hoc quod per pœnitentiam dimissum erat, a nobis exigitur. Idem dicit Gregorius. Sed istis opponitur illud, quod in propheta legitur. Non conserget duplex tribulatio. Naum. 1 Vel iuxta aliam translationem. Non iudicabit Dominus bis in idipsum, quod dictum est de saluandis. Quidam dicunt, nec habent pro inconuenienti, si duplex tribulatio super alios conserget: vel (vt dictum est) quod non hic est sufficienter punitum, si postea punitur, non est duplex, sed vna tribulatio & vna punitio.

Matt. 18

M

N

Replica.

Sed iterum opponitur eis, quod satis potest esse, vt aliquis post condignam pœnitentiam criminaliter peccet. Nec potest negari, quin illa pœnitentia sufficienter peracta fuerit, quia si peracta illa pœnitentia mortuus esset, nullam pœnam inde habuisset. Ad quod ipsi dicunt, quod nisi sit cum perseverantia, non est sufficiens. Alij (quibus magis videtur assentiendum) dicunt, quod pro illis peccatis, pro quibus Deo per pœnitentiam satisfecit, non sit amplius puniendus, etiam si postea vel similia vel grauiora committat: non enim iudicat Dominus bis in idipsum: sed pro ingratitude, scilicet quia gratia, qua ipsi condonata fuerant priora, ingratus fuerat, eum vere fatendum est grauius esse puniendum. Inde est etiam, quod ecclesia difficiliorem ei iniungit pœnitentiam quam primo fecisset. Illud vero, quod dicitur in parabola. Non exiet inde, donec reddat vniuersum debitum: sic exponendum videtur. Vniuersum debitum vocatur non illud, quod iam condonatum erat, sed potius misericordiam, quam alijs impendere debuit pro eo quod a Domino misericordiam acceperat: Vnde dicitur. Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Hæc enim parabola de misericordia est. ac si diceretur si alijs non vultis misereri sicut miserus est vobis peccata condonando pater cælestis: hoc debitum exigitur a vobis. Illud, quod dicunt expositores, quod dimissum erat per pœnitentiam, exigitur a vobis: ad terrorem dictum esse videtur. Nec tamen negamus, quin Deus si districte vellent agere, posset

Matt. 7.

Q

posset iuste pro eisdem punire, quæ ipse prius dimiserat: ex quo homo suscepti beneficii ingratus exiit. Sicut & qui de seruo liber factus est tam grauius potest offendere Dominum, quod iure in seruitutem redigatur: sed quoniam in Deo non est iustitia sine misericordia, verisimilius est, vt non ulterius pro dimissis puniat. Solet quæri de ijs, qui sunt in duobus criminibus, vtrum possint de vno per pœnitentiam satisfacere, dum remanent in altero. Quod videtur velle Gregorius super Ezechielem dicens. Pluit Dominus super vnam de ciuitatibus, & cætera: cum ille, qui proximum odit, ab alijs vitijs se corrigit, vna eademque ciuitas ex parte compluit, & ex parte arida remanet. Quia sunt, qui cum quædam vitia reserant, in alijs grauius perdurant. Ad quod dicitur, quod etsi minus malus fiat (quod est ex parte complui) non tamen delet omnino illud delictum talis pœnitentia. Non enim potest simul viuere & mortuus esse. Etsi nondum viuit, nec vere pœnitet: compluitur itaque, sed non irritatur.

Amos 4.

De duabus clauibus. Cap. XIII.

In hoc loco dicendum vnde de clauibus, quas habent sacerdotes. Dicitur est Petro, & in Petro alijs: Tibi dabo clauis regni cælorum. Videndum quid sint, & quæ dentur, & qui habeant. Istæ clauis sunt discretio & potestas. Prius. n. est discernere quæ sint ligandi qui soluendi, & post vtendum est potestate. In consecratione per ministerium episcopi, datur hæc clauis solis sacerdotibus. Sed non vnde, quod vel soli, vel omnes sacerdotes habent eas: quia multi ante ordinationem habent discretionem qui sint ligandi qui et soluendi: plures post consecrationem carent illa discretionem: & ita non omnes sacerdotes illas duas habent. Quod quidam satis concedunt. Sed melius vnde, vt dicamus & solos, & eos omnes illas habere. Licet. n. aliquis ante consecrationem habeat illam discretionem, non tamen in eo clauis est: quia non habet ex officio hoc facere, nec potest claudere, vel aperire: quare non est in eo clauis. Iterum, indiscretus sacerdos, etsi careat illa discretionem, tamen habet officium sic discernendi: & ita si vsum eius non habeat, eam tamen vnde habere. Et iuxta hoc potest dici, quod in consecratione dantur omnibus illæ duæ, id est officium exercendi discretionem, & officium exercendi potestatem. De huiusmodi tamen vbi contra fidem nihil vel contra auctoritatem dicitur: satis potest concedi vtrumlibet. Gregorius tamen in tractatu Evangeliorum sic dicit. Illi soli habent in carne positi ligandi ac soluendi potestatem, sicut sancti Apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina tenent. Iterum ex dictis Origenis. Hæc potestas soli Petro concessa est, & imitatoribus Petri. Nam quicumque vestigia Petri imitantur, recte habent ligandi & soluendi potestatem. Sed aliud est, non recte & digne illud posse: aliud est, non posse absolute. Quod non possunt, non habetur illis auctoritatibus, sed quod recte non possint. Illud, quod Petro dictum est. Quodcumque ligaueris super terram,

Obiectio.

R

erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis. sic est intelligendum. Quodcumque solueris secundum clauis tibi commissas, vel quodcumque ligaueris secundum illas clauis, erit solutum & in cælis, vel ligatum in cælis: id est approbatur a Deo ligatum, vel solutum. Si autem iniuste aliquem ligant uel soluant, non est apud Deum ligatus vel solutus, nisi ipse contemptor fuerit. Nec dicimus sacerdotem iniuste aliquem ligare vel soluere, ex quo adhibet tantam discretionem, quantum potest. Nam etsi ille iniuste ligetur quantum ad se: ecclesia tamen illud iuste facit, & ipse ecclesiæ in hoc debet obedire. Verbi gratia. Aliquis derelicta uxore sua transit in aliam prouinciam, & ibi aliam duxit uxorem, quam postea vult dimittere recognoscens se aliam habere: sed si forte datis iudicijs prorsus non poterit testibus illud probare: excommunicat enim ecclesia, nisi ad secundam redeat: & iuste hoc facit ecclesia, cui in hoc debet obedire. Si opponitur, quod non potest cum ista saluari cum aliam legitimam habeat uxorem. Dicimus excusari per obedientiam, quam deserit ecclesia: semper tamen quasi inuitus debitum reddat. Aliqui tamen dicunt ecclesiæ in hoc non debere obedire, cum sciat ecclesiam falli: non tamen contemnat, sed timeat, & reueatur excommunicationem. Si autem opponitur illud. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Dicunt ligatus est in cælo, id est a Deo approbatur, quod ecclesia fecit: non tamen ille reus est apud Deum. Vel sic. Quodcumque ligaueris, & cætera. eorum meritis exigentibus subaudiendum esse dicunt. De ijs vero, qui indiscrete, & non secundum clauis sibi commissas soluunt uel ligant, dicitur in Propheta. Vnde iis, qui viuificant animas, quæ non uiuunt: & mortificant animas, quæ non moriuntur.

Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis: & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: quæ sit intelligenda.

Obiect.

Mat. 16.

Ezec. 13

De sacramento olei seu extrema unctionis. Cap. XV.

Pater supradicta est & aliud sacramentum, scilicet unctio infirmorum, quæ fit oleo consecrato per episcopum. Hoc sacramentum institutum fuit ab ipsis Apostolis. Vnde in epistola Iacobi. Si quis infirmatur in vobis inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Sicut in alijs sacramentis, ita & in isto aliud est sacramentum, aliud res sacramenti. Sacramentum ipsa unctio, res sacramenti remissio, quæ ex interiori unctio confertur. Est enim in eadem epistola canonica: Et si in peccatis fuerit, remittentur ei. Et si ex contemptu hoc sacramentum prætermittitur, vere periculosum est & damnabile. Hoc sacramentum in quibusdam ecclesijs solet reiterari, cum dicat Augustinus sacramentum non esse iterandum, & nulli sacramento faciendam esse iniuriam. Sed contra illud potest opponi de sacramento altaris, sæpe enim iteratur in eodem. Dicunt quidam illud dictum esse de sacramento baptismi, & de sacramento or-

Iaco. 5. Vide Synodum Tridientinam Sessione quarta ad decimum qua docet hoc sacramentum a Christo fuisse institutum, & a Iacobo promulgatum. lac. 5.

Obiect.

inationis, quæ nunquã debent iterari: sed de alijs (vt dicunt) non est illud intelligendum. Sed melius est, vt de omnibus generaliter dicatur. Cum enim dicitur sacramentum non esse iterandum, non est intelligendum de sacramento secundum partem sui, sed secundum se totum. verbi gratia. Cum baptizatur aliquis, benedicitur aqua per inuocationẽ Trinitatis: si in eadem aqua iterũ baptizatur alius eadem benedictio aqua, scilicet inuocatio Trinitatis, qua sanctificatur aqua iteratur: nec tamen dicitur iterari baptismus, quia pro parte iterata, nõ iteratur ipsum sacramentum. Sed si illa sanctificatio aquæ iteraretur, & in eadẽ persona hoc fieret, tunc iniuria fieret sacramento. Ita & de sacramento altaris vel vnctionis, licet iteratio fiat quantum ad personam, quæ iterum suscipit sacramentum: tamen quia non iterum benedicitur eadẽ hostia, vel idem oleum, non iteratur sacramentum. Si em̃ pro parte iterata dicuntur hæc sacramenta iterari: eadem ratione & baptismus iteratur, cum ibi (vt diximus) partis fiat iteratio. scilicet sanctificationis, quam suscipit aqua per inuocationem Trinitatis.

SEQUITUR TRACTATVS

Septimus de sacramento coniugij.

Cuius sunt hæc capita.

- De exordio coniugij. Cap. i.
Quod bona sit re. coniugium. Cap. ij.
Quod sine peccato fiat aliquando concubitus coniugalis. Cap. iij.
Qua sint bona coniugij. Cap. iij.
De varijs consuetudinibus cõiugiorum iuxta diuersitatem temporum. Cap. v.
Quid ad contrahendum coniugium tempore gratia sufficiat. Cap. vi.
Quod iuramentum de futuro non faciat in presenti coniugium. Cap. vii.
Quod inter fidelem & infidelẽ non contrahatur cõiugij, sed inter vtrunq; fidelẽ vel infidelẽ. Cap. viij.
Quod fidelibus cõiugibus vno viuẽte nequeat alius alij copulari. Cap. ix.
Quod persona deuota videantur posse facere coniugium, & quæ non. Cap. x.
Quod cognati non debet nisi post gradum septimum copulari. Cap. xi.
Quod in spiritali cognatione non possit fieri coniugium. Cap. xij.
Vtrum sibi coniungi valeant, qui se prius adulterio cognouerunt. Cap. xij.
Vtrum inter seruilem personam & liberam possit contrahi coniugium. Cap. xiiij.
Qua etate possit fieri coniugium. Cap. xv.
Quod a furiosis non possit contrahi coniugij. Cap. xvi.
Quod frigidi non possint facere coniugij. Cap. xvij.
De stabilitate coniugij. Cap. xvij.
De causis diuortij coniugalis. Cap. xix.
De spiritali fornicatione. Cap. xx.
De secundis nuptijs. Cap. xxi.



Coniugium, quod & matrimonium appellatur, ab institutione creatoris anteq̃ peccasset homines sumpsit exordium. Legimus enim in Genesi facta prima muliere virum post extasim (per os eius loquente Domino) Gene. 2. prophetice pronuntiasse. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. Iã nũc demonstradũ est (arbitror) propter quas cãs soleat fieri coniugium. Est ergo coniugij cã principalis spes prolis p̃ quam primi homines coniuncti sunt a Domino dicente. Crescite, & multiplicamini. Secunda est post peccatum Adæ vitatio fornicationis: iuxta Apostolum dicentem. Vnusquisq; habeat propriam propter fornicationem. Præterea sunt aliæ honestæ causæ, de quibus nihil vel parũ scriptam inuenitur inimicorum reconciliatio, & pacis redintegratio. Sunt etiam aliæ minus honestæ, sicut viri vel mulieris pulchritudo, quæ animos amore inflammatos frequenter impellit ad inuicendam coniugij, vt suum valeant explere desiderium. Quæstus quoque & amor diuitiarum frequenter cã est, & quædam alia, quæ per se aduertere potest, quicunq; diligentia adhibere voluit. Nec credendum est quibusdam, qui dicunt nullatenus esse cõiugij, qd̃ cõtrahitur propter cãs posteriores, id est p̃ pulchritudinem, vel alias. Constat. n. coniuges fieri quicunq; ex eõĩ cõsensu se inuicem recipiunt, quamuis amore inflammati ad explendum desiderium conueniant. Etenim hoc manifestissime liquet per exemplum patriarchæ Iacob, qui Rachel magis quã Liam sibi copulare voluit cã pulchritudinis: dicente scriptura. Lia lippis erat oculis, Rachel decora facie, & venusta aspectu, quam diligens Iacob ait: Seruã tibi pro Rachel filia tua septem annis. Gen. 29. Eadẽ res in Deuteronomio declaratur his verbis. Det. 21. Si videris in numero captiuorum mulierẽ pulchrã, & adamaueris eam, voluerisque habere vxorem, introduceas eam in domum tuam.

Quod bona res sit coniugium. Cap. II.

Q Via vero sũt quidã heretici, qui detestantur nuptias, & iudicãt dãnabile viri & mulieris copulã cõiugalẽ: ad præsens dicẽdũ est, vtrũ res bona an mala sit cõiugij. Affirmamus igit̃ coniugij rẽ esse bonã & nullo mō malam. Oĩ apparet nõ solũmodo ex hoc, q̃ coniugij Dñs primus instituisse legit̃ in Genesi dicẽs crescite, & multiplicamini: sed et̃ p̃ hoc, q̃ Christus in Cana Galilæa vino in aquã mutato nuptias miraculo cõmendauit, & postea iter virũ & vxorẽ (nisi cã fornicationis) dissidiũ fieri prohibuit. Apostolus quoq; dicit. Virgo nõ peccat, si nubat. Cõstat itaq; rẽ bonã eẽ cõiugij. Cuius opus. i. sexuũ cõmixtio inter primos hoĩes, & eorũ successores sine carnis incẽtiuõ, & ardore libidinis oĩ tpe cõpleretur, si hoĩes in obediẽtia sui creatoris p̃mansisset. Et sicut elemosynã dare bonũ e opus et remunerabile, ita coitus viri & mulieris bonus & remunerabilis eẽt, qui tũc agerẽt absq; oĩ vitio, & sola intentione generandi. Quia vero homines transgressione sua carnalem concupiscentiam incurserunt, sine qua nequeunt vir & mulier commisceri, idcirco factus est actus ille malus & reprehensibilis, nisi excusetur per bona coniugij. Quod autem per coniugium excusetur, testatur Augustinus super Genesim ad literam de coniugio loquens his verbis. Quod sanis posset esse officium, a grotis est ad remedium.

munerabilis eẽt, qui tũc agerẽt absq; oĩ vitio, & sola intentione generandi. Quia vero homines transgressione sua carnalem concupiscentiam incurserunt, sine qua nequeunt vir & mulier commisceri, idcirco factus est actus ille malus & reprehensibilis, nisi excusetur per bona coniugij. Quod autem per coniugium excusetur, testatur Augustinus super Genesim ad literam de coniugio loquens his verbis. Quod sanis posset esse officium, a grotis est ad remedium.

Quod sine peccato fiat aliquando concubitus coniugalis. Cap. III.

Am ad præsens videtur inquirendum an toties peccent vir & mulier, quoties commiscentur. Sciendum est igitur, quod coitus cum extranea muliere peccatum est. Omnis autem ille coitus, qui fit contra naturam, cum quacunq; fiat muliere, criminofus & abominabilis est. Coitus etiam cũ propria coniuge, si fiat solummodo pro explenda voluptate, culpabilis est, sed per coniugium venialis, & per leuem satisfactionem excusabilis. Vnde Aug. de bono nuptiarum. Hoc, quo coniugati victi per concupiscentiam vtuntur inuicem vltra necessitudinem liberos procreandi, ponam in iis, pro quibus quoti die dicitur. Dimitte nobis debita nra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non autẽ ṽ illorũ coitus culpabilis, qui cum suis coniugibus cã prolis generandæ, & in cultum Dei educandę cõmittentur: vel qui suis coniugibus exigentibus reddunt carnis debitum. Hoc. n. ex autoritate Dñi ṽ approbati, qui post diluuium, cum iam hoĩes sine concupiscentia carnis non possent commisceri, tamen virum & mulierem ad generadũ præcepit copulari, dicens. Crescite, & multiplicamini. Quod vtique Dñs nõ iussisset, si nullo mō sine peccato fieri posset coitus coniugalis. Dñs. n. peccata prohibet, nec p̃ bonum præcipit facere malũ. Illud quoq; Dñi præceptum Ang. considerans cõiuges causa prolis coeuntes non peccare affirmavit, sic dicens in libro de bono coniugali. Coniugalis concubitus grandi gratia non hẽt culpam, concupiscentia vero satia gratia non hẽt culpam, concupiscentia vero satia gratia non hẽt culpam, concupiscentia vero satia gratia non hẽt culpam. Si autẽ opponit aliquis dicens ṽm carnis delectationem esse malã & peccatum, sine qua non p̃t fieri coitus coniugalis. Rõdemus equidẽ, quod talis delectatio mala est, quia peccati pœna est, sed ramen non omnis carnis delectatio peccatũ est. Tene nim verisimile est carnem Dñi nostri Iesu Christi, q̃ sp̃ fuit immunis a peccato, delectatã esse requiescẽdo post fatigationem, & comedendo post esuriem. Delectatio nanq; talis oĩ hoĩ naturalis est post transgressionem primorum hoĩum, & nisi sit immoderata non est p̃ctm. Si r̃ delectatio, q̃ sentitur in coitu naturaliter, nisi sit immoderata, non ṽ esse peccatum in coniugibus, qui causa prolis coeunt, vel debitum reddunt. Excusatur. n. penitus coniugij, nec vsquam legitur per ea coniuges aliquam pœnã sustinere, quamuis nullum peccatum remaneat impunitum. Ṽ ab hac snia beatus Greg. dissentire, & testari q̃ coniuges sine peccato nequeant cõmisceri.

sceri. dicit. n. Romanorum ab antiquis t̃pibus sp̃ vsus fuit post admixtionem coniugis, & lauacri purificationem quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululum se temperare. Nec hoc dicẽtes culpam deputamus esse coniugij: sed quia ipsa licita admixtio cõiugum sine voluptate carnis fieri non potest, a sacri loci ingressu abstinẽdum est, quia ipsa voluptas sine culpa nullatenus esse potest. Nos autem si priores autoritates & rõnes sequi volumus, determinemus beatũ Greg. hoc dixisse de illa voluptate. i. immoderata libidine, pro qua explenda coniuges frequenter coeunt: nõ quia semper hoc faciunt, sed quia nulli sunt coniuges, qui valeant illam semper euitare. Quia igitur talem voluptatem aliquando coniuges incurrebant, ab ingressu ecclesiæ post suã commixtionem temperabant.

Qua sint bona coniugij. Cap. IIII.

Vnc quæ sunt bona coniugij breuiter inquiremus. Sunt igitur tria bona coniugij, fides, proles, sacm: de quibus sic dicit Augu. Bonũ nuptiarũ tripertitum est, fides, proles, sacm. In fide attenditur, ne post vinculum coniugale cum altero vel altera concubatur. In prole, vt amãter suscipiatur, religiose doceatur. In sacro, vt cõiugium non separetur: & dimissus aut dimissa, nec causa prolis alteri coniungatur. Et attẽde, quod tertium bonum ideo vocatur sacm, quia signum est sacre rei, hoc est inseparabilis cõiunctionis, quæ est inter Ch̃m & ecclesiam. Præterea sunt alia coniugij bona, velut vitatio fornicationis, & amicitia viri & mulieris ex societate procedens coniugali, & aliquãdo pax inter hoĩes ubi prius hostialiter aduersantes. Sciendum est autem inter quasdam personas aliquando contrahi coniugium, in quo nullam tamen de prædictis bonis potest inueniri. Contingit. n. vt aliqui cõiungant non cã prolis, nec pro vitando malo fornicationis, ex quorum cõiunctione nec inter ipsos, nec inter alios amor aut concordia prouenit.

De varijs consuetudinibus coniugiorum iuxta diuersitates temporum. Cap. V.

Via hoĩes diuersorũ temporum diuersas leges & consuetudines in coniugijs habuisse cognoscimus, idcirco diuersos status cõiugij iuxta diuersitates temporum breuiter transcurramus. A principio temporis inter duos. i. solum virum & solum mulierem inchoatũ est coniugium, per os Adẽ dicente Domino. Erunt duo in carne vna. Et est verisimile, q̃ inter personas duas & nõ plures contractũ fuisset per oẽm successionẽ t̃pis, si primi hoĩes in obedientia permansissent: tunc. n. hoĩes absque carnis incẽtiuõ coeuntes filios Deo subditos generassent, & nunq̃ opus fuisset aliquem virum simul duabus vxoribus copulari, p̃ cultum Dei dilatandum, cum oẽs vnũ Deum cognoscerent, & amarent. Post cõiunctionem primi viri & primæ mulieris filij & filia eorum matrimonio sunt coniuncti, sed vnus vni tm̃. Hoc autẽ, q̃ eo tpe frater sorori suæ coniunctus est, cõstat ob hanc cãm euenisse, quod

Sacramentũ, matrimonij quibus causis institutũ. Gene. 1. 1. Cor. 7

Sacramentum matrimonij qd significet.

Gene. 1.

Gene. 1. Ioan. 2. 1. Cor. 7

quod non inueniebantur alie mulieres & alii viri, quibus filii & filie Adam coniungerentur. Primus autem oim Lamech legitur simul duas sibi feminas copulasse: & hoc factum reprehenditur in Lamech, quia pro explenda uoluptate carnis compertum est eum hoc egisse. Postea vero multiplicato humano genere, cum iam ferè oēs falsos Deos adorarent, paucissimis in cultu unius Dei permanentibus permixtum est, immo specialiter iniunctum est cum duabus vel pluribus eodem tempore matrimoniū contrahere. Quod idcirco factum est, ne illis paucis & filiis eorum deficientibus noticia & cultus Dei obliuione deleteretur. Nec illud fuit instōni dñicæ contrarium. Quamuis. n. Dñs inter duos coniugiū inchoauerit, non tamē, si uigeret necessitas, inter plures fieri prohibuit. Moyles autem a tempore legis interdixit fieri coniugia cum matre propria, cum no uerca, cum sorore, cum nepte, cum amita, cum matretera, cum nuru, cum propria vxoris filia. Permissit autem separationem fieri ex cōiugibus legitime copulatis dato libello repudii. Et arbitror, q̄ sufficiebat illo tempore ad contrahendum coniugium alterna uiri & mulieris in necessarijs rebus prudentia, & consensus de soluendo carnis debito: ita tamen quod mulier promittebat se fidem tori uiro seruaturam, uir autem poterat aliam ducere, & dato libello repudii uxorem dimittere. Superueniente autem tempore gratiæ, cum iam populus fidelis ad copiosam multitudinem excreuisset, redacta est lex matrimonii ad priorem & honestiorem instōnem, ut solus soli iungeret: qua copulatione unius Christi & unius ecclesiæ coniunctio honestius designatur. Prohibitum est etiam ne intra septimū cognationis gradum aliqui sibi matrimonio iungerentur. Quod factum est, ut extraneos, quos nullus iungebat cognationis affectus, charitas ex societate coniugali proueniens colligaret. Separatio quoque per libellum repudii est penitus interdicta.

Quid ad contrahendum matrimonium tempore gratiæ sufficiat. Cap. VI.

Iam nunc uideamus quid ad contrahendum coniugium tempore gratiæ sufficiat. Credimus igitur sufficere duarum idonearum personarum ltimū de coniunctione consensum, iuxta autoritatē Nicolai papæ, qui dicit. Sufficiat s̄m leges solus eorū consensus, de quorū coniunctionibus agitur. Qui consensus cum solus in nuptiis fortè defuerit, cetera oia et cum ipso coitu celebrata frustrantur. Vnde et Ioannes Chryso. dicit. Matrimonium non facit coitus, sed uoluntas. Beatus quoque Ambro. de eadē re sic ait. Non defloratio uirginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Iam nunc restat, ut uerba in prædicta diffinitione cōiugii posita breuiter explicemus. Iō diximus duarū personarū: quia hoc tpe cū una muliere non s̄p̄ cum pluribus initur coniugium. dicente 1. Cor. 7 Ap̄lo. Propter fornicationē unusquisque uxorem suam habeat, & unaquæque uirū suum. Dicendo uxorem suam & non suas indicauit, q̄ Ch̄iano hoī non liceat h̄re s̄p̄ p̄ses. Ideo autem idonearū personarū diximus: quia multæ sunt maneries hoīum, quibus non licet inter

se, uel etiā cū aliquibus alijs personis facere coniugium, de quibus latius postea differemus. Ideo diximus ltimū de coniunctione consensum: quia eos, qui coniungunt, sic oportet cōsentire, ut inuicem spontaneè se recipiant: qd̄ iudicat fieri, si in desponsatione minime contradicant. Consentit. n. qui minime contradicit: iuxta illud Pandectarū. Intellexit si- ^{Consentire quis dicitur.} lia semper patri consentire, nisi euidenter dissentiat. Et alibi. Quæ patris uoluntati non repugnat, cōsentire intellexit. Quando autem consentiendo se inuicem recipiunt: in illo consensu continetur, qd̄ dum uterque uixerit, sibi in necessarijs providebunt, nec carnis debitum nisi ex cōi consensu sibi subtrahāt, & qd̄ fidem tori custodient. Debent autem ad hoc cōsentire ex uoluntate, non ex coactione. Coactus. n. cōsensus (qui nec consensus appellari debet) minime coniugium facit. Sicut testatur Urbanus Sanctio regi Aragonū scribens in hæc uerba. De neptis tuæ coniugio, quam te cuidam militi daturum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione firmasti: hoc discernimus, ut si illa uirum illum oimō (ut d̄ renuit) nequaquā eam inuitam & renitentem eiusdē uiri cogas coniugio sociari. Quorum. n. unum corpus est, unus debet esse & animus. Ex hac autoritate intellexit coniugium fieri inter consentientes & spontaneos, & non inter renuentes & inuitos. Veruntamen si contigerit eos, qui inuiti & coacti cōiuncti sunt, per aliquod temporis spatium cohabitantes familiariter & amicabiliter conuersari, & diu in suo confortio remanere cum hēant opportunitatem discendendi: profecto uir, q̄ consensus sequens suppleat illud, qd̄ præcedens coactio minuerat. Consensum prædicto mō diffinitum sufficere credimus ad contrahendum coniugium licet dos defuerit, & sacerdotalis benedictio, & alia nuptiarum solennia, uel et ipsa sexuum commixtio, sine qua coniuges uere appellari possunt, sicut ex coniugio uirginis Mariæ & Ioseph euidenter est declaratum. Illud autem, quod Euaristus papa dicit, aliter ltimū non fit coniugium, nisi dotet uxor, & a sacerdote b̄dicatur, ac solenniter accipiat. non ideo dictum est, quin solus consensus faciendo coniugio satisficiat: sed quia non adeo honeste & ltime coniungunt, qm̄ clam & furtiue copulant illis prætermisissis, quæ ad honestatem sacri leges fieri præcipiunt. Leo quoque non negat fieri ex consensu solo coniugium, quis sic dicat. Cum societas nuptiarū ita ab initio constituta sit, ut præter sexuum coniunctionem et h̄ret in se Ch̄i & ecclesiæ sacm̄: dubium non est eā mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docet nuptiale non fuisse mysterium &c. Nam hoc dicit de concubinis, q̄ cum ad tps a uiris assumptæ sint absq; cōsensu permanendi, & promissione fidei cōiugalis, & celebratione mysterij nuptialis, non sunt coniuges appellandæ: non quia celebratio nuptiarum defuerit, sed quia consensus coniugalis non adfuit.

Quod iuramentum de futuro non faciat in presenti coniugium. Cap. VII.

Quari potest, an sufficiat coniugio ad præsens N contrahendo autem de futuro: qm̄. l. in superadulta

peradulta ætate uir iurat mulieri, quod eam accipiet in futuro, & mulier idem iurat uiro: nec ad præsens se recipiunt, nec adhuc fidem tori seruaturus se promittunt, Et. n. uerisimile, quod iuramentum pertinet ad futurum, non fecit coniugium. Hoc. n. quod Augustinus, & Iulianus dicunt, ex prima dispensationis fide cōiuges appellari, & qd̄ leges dicunt illa esse legitima uxorē (quis minime dotata sit) cui uir tactis sacris scripturis uel in oratorio iurauerit, sed illam uxorem habiturum: de iuramento & dispensatione illa intelligendum est, qm̄ uir & mulier se inuicem recipientes iurant se fidem tori & alia iura cōiugij ad præsens & deinceps seruaturus. Tale. n. iuramentum facit coniugium: non illud quod pertinet simpliciter ad futurum. Cū. n. non fiat cōiuges nisi illi, qui se ex cōsensu ad præsens recipiunt: quo cōiuges appellari possunt, qui nondum hoc fecerunt, sed in futuro se facturos iurando promittunt. Iterum si ex iuro. ad futurum pertinente se inuicem ad præsens recipiunt, & efficiuntur coniuges: cur iurat in futuro se facturos, quod ad præsens efficiunt? Stultum uel et falsum est iurare aliquid in futuro esse faciendum, quod in præsens sit effectum. Iterum si ex quo iurauerunt, tam cito efficiuntur absque dilatione coniuges, tunc uerum est, quod non possunt iurare hanc rem se facturos antequam eandem efficiant. Sed quæ res est, quam non possint homines promittere, uel iurare antequam ipsam perficiant?

Quod inter fidelem & infidelem non contrahatur coniugium, sed inter utrumque fidelem, uel infidelem. Cap. VIII.

Omnino de personis, quæ non sunt idoneæ coniugio, prosequamur. Christianus cum Iudæo uel Gētili non potest facere coniugium. Nam et in veteri testamento prohibuitur esse fideles uiros ducere uxores infideles: Domino dicente. Nec uxorem de filialibus eorū accipies filiis tuis, ne fornicari faciant filios tuos in Deos suos. Iuxta quod Domini præceptum Iudæorum coniugia cum Gētilibus merito Eldeas separauit. Sicut autem constituit Dominus in veteri testamento, ita obseruatum in nouo. Vnde Augustinus ad Pollentium. Illud de his coniugibus agitur, qui sibi primitus copulantur, ne nubarat femina nisi suæ religionis uiro, uel ne uir talē ducat uxorem. Idem. n. iubet Dominus, docet Apostolus, utrumque præcipit testamentum. Quæritur solent an hoc tempore Iudæi inter se, & alij infideles contrahant coniugium. Vnde Aug. in lib. primo de adulterinis coniugijs. Cū cepisset euangelium gentibus prædicari, iam coniunctos Gētilibus cōperi cōiuges. Et paulo post. Non contra iussionē Dñi Gētilis ambo fuerat coniuncti. Idem in libro de bono coniugali. Bonum nuptiarum per oēs gentes atq; oēs hoies in cā generandi est, & in fide castitatis, quod autem ad populū Dei pertinet in fide sacri Innocētius de eodem. Sola peccata in baptismo dimittuntur, nec uxorū numerus aboletur. Nam si a Deo præparatur uiro uxor, & quod Deus coniungit, homo non separet, quō inter p̄ctā ista credamus posse dimitti? Ex his autoritatibus apparet inter infideles esse coniugia: quod et autoritate Ap̄sto

Verū inter duos infideles contrahatur uerum matrimonium.

si maxime confirmatur, qui permittit hoīem ad fidem ueniētē cū infideli cōiuge remanere: quod utique non faceret, nisi copulā coniugale inter eos esse cognosceret. Notandum est tñ, qd̄ quorūdam uerba authoritates, quibus d̄r, qd̄ inter infideles non sit uera pudicitia. Sed nihil obest, cū et idē ueraciter dici possit de Christianis cōiugibus, qui peruersè operant, in quibus nulla uirtus perfecta est. Illud et, qd̄ dicit Ambrosius. non d̄re matrimonium imputari, quod extra Dei decretū est, quia Deo fit cōiugium: non idcirco dictum est, quia non sit coniugium, sed quia non est firmum, immo solubile est, ut monstrat Apostolus.

Quod fidelibus coniugibus uno uiuente nequeat alter copulari. Cap. IX.

Si uir fidelis fidelē h̄t cōiugē, neuter eorum alter uiuente potest alij se legitime copulare. Vñ Clemēs ex dictis Petri. Prima species adulterij est uirū propria uxore solūmodo non esse cōtentum, & mulierem non proprio tñ se seruare uiro. Cū autem frequenter cōtingat quoddam mulieres, quarum uiri in bello, uel in captiuitate, uel in longinqua peregrinatione creduntur esse mortui uiris alijs copulari: merito quæri potest, an secunda copulatio sit coniugium adhuc uiuentibus uiris prioribus, cum inde non habeatur manifesta autoritas. Hoc tamen certū est, quod reddi dñt uiris prioribus si ipsi redierint & ipsas h̄re uoluerint. Vnde Leo Nicetō ep̄o. Si uiri post longā captiuitatem reuersi ita dilectione suarū coniugū perseuerat, ut eas cupiant redire in suū confortium, omittendū est, & inculpabile iudicandū, quod necessitas intulit: & restituendū, quod fides poscit. Si autem aliqua mulieres ita posteriorū uirorū amore sint captæ, ut malint eis coherere quā ad legitimum redire cōfortiū, merito sūt notandæ, ita ut ecclesiastica cōione priuentur. Hæc autoritas uel illas mulieres propter ignorantiā excusare, & tñ coniunctionē primā solā appellare coniugalem & legitimā. Itaq; uerisimile est quod secunda cōiunctio non sit legitima & cōiugalis, sed propter ignorantiam uenialis. Si. n. cū secundis uiris fierent tales cōiunctiones legitimæ, iam una mulier duos uiros ltimos h̄ret eodē tēpore: uñ, quæ uiuere sciret, alterū, quæ uiuere ignoraret. Quiddam simile dici potest de uiro, qui uxore sua relicta peregrinatus, & aliquot annis in longinqua regione cōmoratus sua adhuc uiuente ducit alterā, q̄ ignorat eū alterā h̄re uxorem. Etenim non uir inter eos esse cōiugium, sed culpa uenialis est quātū ad ignorantem, & criminalis quantum scientem. Si. n. inter eos esset coniunctio legitima, iam essent eodem tempore uñius uiri duæ uxores legitimæ, quod a tempore gr̄æ contingere non potuit.

Quæ persona deuotæ uideantur posse facere coniugium, & quæ non. Cap. X.

Virgines deuotæ postq̄ ab ep̄o sunt cōsecratæ, & uiduæ uelate nullo mō possunt facere coniugium. Hoc. n. de uelatis uiduis insinuat uerum esse Paulus ad Timotheū scribens his uerbis. Adolescentiores uiduas deuita, Cū. n. luxuriatē fuerint in Christo, nubere uolūt: habētes dānationē, quia primā fidem

Libellus repudij in lege Moysi concessus.

Consensus & mutua uoluntas cōiugio est necessaria.

1. Cor. 7

R

S

T

1. Tim. 5

fidē irritā fecerūt. Iuxta quā auctoritatem beatus Gregorius de eis dē velatis viduis ad Bonifaciū scribēs ait. Viduas discedētes a proposito viduitatis credo te noscere a scto Paulo, nisi conuertatur, olim esse dānatas: quas & nos auctoritate aplice dānandas, & a cōiōne fidelīū, atq; a liminibus ecclesiae arcedas fore cēsemus, quousq; ad bonū, qd cōperūt, inuitae aut volūtariae reuertantur. Et paulo post. Viduae, q se velare pmiserūt, & demū apostatauerūt, atq; ad priorē vomitū sūt reuersae, a liminibus ecclesiae, & a cōiōne fidelīū vsq; ad satisfactionē sunt eliminādae, & carceribus tradēdae. ¶ Beatus vero Innocētius de virginibus velatis sic decreuit. Quae ergo spūaliter nubūt, & a sacerdote velatur si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruerint, nō eas admittēdas esse ad agēdā pñiam, nisi is, cui se iūxerāt, de mūdo recesserit. Si. n. de hoībus hęc rō custodit, vt qēūq; viuente viro alteri nupserit, hēatur adultera, nec ei agēda pñia licētia cōcedat, nisi vnus ex his fuerit defunctus: quāto magis de illa tenēda est, q ante immortalē se spōso cōiūxerat, & postea ad humanas nuptias trāsmigravit? Vt aut aliquatūlū insistēdū esse his dictis Innocētij. Nō. n. vident solummodo cōiūgiū negare velatis virginibus: sed et locū pñia, q diu corruptores earū vixerint. Sed potius intelligēdū est nō eis interdīctā esse pñiam, nisi q diu ipsae & earū corruptores simul in suo consortio, & in voluntate peccati vixerint. Hoc. n. declarat sequēs similitudo de muliere proprium hñte cōiūgē, & cum alio fornicāte, cui non pōt negari pñia, quīs corruptor eius viuat, si ab eius cōsortio & a crimine recesserit. Virginibus autem nō velatis, quīs voto se ad cōiūgiū astrinxerint, vñ Innocētius concedere in cōiūgio post votum inito remanere. Qui de hmōi uirginibus sic decreuit. Hęc, quae nondum sacro velamine sunt tectae, tñ in proposito virginali semper se humiliauerunt permanere: licet velatae non fuerint, si fortē nupserint, his agenda aliqua tpe pñia est, quia sponsio earum a Dño tenebatur. ¶ De viduis aut nō velatis nō habemus certam auctoritatem, quae illas in cōiūgio post votum inito remanere phibeat, vel pmitat. ¶ De viris autem, qui vouerunt continentiam, sic est obseruandum: vt si effecti sint eremitae, siue monachi, siue clerici, nullo modo liceat eis post votum inire cōiūgiū. De laicis aut, qui votum faciūt, nec assūmūt religionis habitū dubitat an possint facere cōiūgiū: cum tñ illis potius q omnibus aliis personis post votum continentiae, potētia cōtrahēdi cōiūgiū aufertre videatur hęc auctoritas Hieronymi. Vouētibus castitatē nō solum nubere, sed et nubere velle damnabile est. ¶ Hoc loco praetermittendū esse non arbitror, qd Beda in expositione super Lucā vñ affirmare: beatā Mariā virginem, antequā inisset cum Ioseph coniugium, decreuisse q vitam duceret virginalē. Quod equidem a veritate vñ discordare, cum beata virgo esset prudētissima, & nouisset quacūq; pie pmittuntur Domino, esse fideliter persoluenda. Verisimile est igitur, quod ab adolescentia se Deo totam commiserat parata, siue ad nubendum, siue ad continendum, quemadmodum Deum velle cognosceret. Quod testatur

An beata
M. vi. i. vir
go. anteq
fieret con
iugium Ioseph. virgi
nitatis vo
tū non erit

Augustinus in libro de nuptijs, & concupiscentia his verbis. Istud credendum est, quod beata virgo mente dumtaxat. i. consensu mentis fuerit coniux Ioseph, & quod proposuisset permanere in virginitate si Deo placeret, & aliter agere si ipse vellet. Ex hac auctoritate, & ex hoc quod ipsa non renuit de sponsari, manifeste apparet eam antequā desponsa retur continentiam non vouisse: qd tñ certum est eā & virū eius postea promississe, ex quo vtriq; mysterium dñicā incarnationis angelo reuelate innotuit.

Quod cognati non debent nisi post gradum septimum copulari. Cap. XI.

Cognati i septimo gradu vel infra non possunt copulari. Vnde Gregorius. Progeniem suam vnumquemq; ad septimā obseruare decreuimus generationem, & quandiu se agnoscunt affinitate p-pinquos ad cōiūgale copulā accedere denegamus: qd si fecerint, separent. Ex concilio Lugdunensi. Nulli ex propinquitate sui sanguinis vsq; ad septimum gradum vxores ducant. Sciendum est, quod primus cognationis gradus est frater & soror, quos etiam truncum appellat Isidorus. Scds aut gradus est nepos & neptis. Tertius pronepos & proneptis. Quartus abnepos & abneptis. Quintus atnepos & atneptis. Sextus trinepos & trinepotis. Septimus trinepotis nepos & trinepotis neptis. Et est notandū, quod Isidorus, qui i cognatione non plures gradus quā sex enumerat, permittit primum gradum. i. fratrem & sororem, & nepotem & neptem primum gradū appellat. ¶ Praemissis est adiūgendū, quod cognati sibi scienter copulati non faciunt coniugium, sed dñt separati, & pro incestu pñie supponi. Qui vero ignorāter copulatur de crimine per ignorātiā excusatur, nec tñ asserendū est inter eos esse coniugium, nisi ex promissione ecclesiae ppter vtilitatem aliquā dispensatiue sit confirmatum, exemplo beati Gregorij Angelos post susceptionem fidei i quarto gradu permittit copulari. Sicut autem non licet eis, qui iter se cognati sunt, coniungi vsq; in septimū gradū: ita etiam de duobus legitime copulatis vnū morit, non licet alteri coniugem accipere de cognatione prioris coniugis vsq; in septimam gnationem. ¶ Hoc loco non est transeundū quiddam, quod Gregorius Venerio epō scribens vñ affirmare. Dicit. n. de viro & muliere, cum in commixtione vna caro sint effecti, cognationem vnus ad alterū pertinere. Ideoq; si uir obierit, & vxor eius aliū duxerit, filios a secundo viro genitos prohibet vxores ducere de cognatione prioris uiri, affirmans quod filij sua matre mediante ad cognationē prioris uiri pertineant, cum quo mater eorum vna caro extiterat. Hoc aut decretum Gregorij non seruat ecclesia. Iam enim sequeretur, quod nulli de duabus diuersis cognationibus praeter duas personas solas possent copulari. Vnde contingeret, quod ferē nullus cōiugem sibi congruam inueniret.

Quod in spirituali cognatione non possit fieri coniugium. Cap. XII.

Sicut autem non licet fieri coniugium in carnali cognatione, ita nec in spirituali. Est aut spūalis cognatio

cognatio inter comparam & commatrem, & inter eos, quorum vnus alterum de sacro fonte leuauit, vel in catechizatione aut in confirmatione tenuit. Est etiam spiritualis cognatio inter filios eiusdem hominis carnales & spirituales. Spirituales autem filij sunt, qui de sacro fonte leuantur, vel in catechizatione vel in confirmatione tenentur. Quod autem comparam & commatrem inter se iungi nequeant, nec pater spiritualis suae filioe, nec mater spiritualis suo filio: monstratur ex concilio Maguntensi his verbis. Si filiulam aut commatrem suam spiritualement aliquis in coniugio duxerit: separados esse iudicamus, & graui poenitentia plectendos. Quod autem filius vel filia spiritualis nulli carnali filio vel filiae eiusdem hominis copulari valeant: monstrat Nicolaus Papa ad Bulgaros scribens in hęc verba. Est inter fratres & filios spirituales gratia & sancta communio, quae non est dicenda consanguinitas, sed potius habenda spiritualis proximitas. Vnde quidem inter eos arbitramur fieri non posse coniugale connubium: quoniam quidem nec inter eos qui natura, & eos qui adoptione filij sunt, veneranda Romanae leges matrimonium contrahi permittunt. Est etiam attendendum, qd idem Papa Salomoni episcopo scribens affirmat, eidem viro non licere duas habere commatres unā post alteram: quam institutionem non multum obseruat ecclesia.

Utrum sibi coniungi valeant, qui se prius adulterio cognouerunt. Cap. XIII.

Qui se prius adulterio maculauerunt, prohibentur a canonibus, ne postea sibi inuicem coniugio copulentur. Vnde Leo. Nō potest esse matrimonium cum qua fuit adulterium. De eadem re ex concilio Triburiensi. Relatum est auribus sanctorum sacerdotum quendam alterius vxorem itupro violasse, & insuper iuramentum dedisse, vt post legitimi mariti mortem, si superni uerret, eam duceret vxorem: quod & factum est. Tale igitur connubium prohibemus, & anathematizamus. His auctoritatibus vetantur inter se facere coniugium, qui se prius adulterio polluerunt. Sed tamen inter tales posse contrahi matrimonium testatur Augustinus ita dicens in libro de nuptijs, & concupiscentia. Deniq; mortuo viro, cum quo verū connubium fuit, fieri verum connubium pōt, cum quō prius adulterium fuit. Cum igitur hęc posterior auctoritas hoc permittat, quod praeteritis temporibus tales persona poterāt licite copulari, sicut de Dauid & Bethsabee legitur. Sed postea ad terrorem est interdictum. Vnde si qui tales his temporibus cōiunguntur, & in ecclesijs p̄dicta institutio suscepta sit, & confirmata, non fit inter eos coniugium, nisi per dispensationem ab ecclesia sit permissum.

Utrum inter seruū & liberam possit contrahi matrimonium. Cap. XIII.

Inter seruū & liberam, & liberam & ancillam iuxta Romanas leges prohibetur fieri cōiugium.

Vnde in constitutionibus nouellarum. Si quis per errorem mulierem ancillam duxerit liberā putans esse, vel ecōtrario si libera mulier seruo per errorem iūcta sit: ddm est oīno nuptias non contractuillē. Inter liberam & ancillam, seruū & liberam nuptiae contrahi non pnt. Eadē res affirmari vñ ex concilio apud Tertineriam celebrato, in quo factum est decretum hmōi. Si quis ingenuus ancillā alterius vxorem acceperit, & existimat q ingenua sit, si ipsa serua postea fuerit in seruitutē redacta, si eam a seruitute redimere pōt, faciat: si non potest, si uoluerit aliam accipiat. Si eam autē seruā sciebat & collaudauerat, postea eam vt legitimam habeat. Sifr & mulier ingenua de seruo alterius facere debet. Itaq; ex his auctoritatibus datur intelligi, q inter seruā personam & liberam non fiat coniugium, in quibuscunque ecclesijs illud est prohibitum, & coiter confirmatum: sed in illis ecclesijs, quae nondum illam institutionem susceperunt bene fit inter tales personas coniugium, sicut in multis ecclesijs Gallicanis fit frequenter libero retinente libertatem & seruo seruitutem. Quod vñ affirmare Augustinus sic dicens. Si femina ingenua acceperit seruū sciens, quod seruus esset, habeat eum: quia oēs unum patre habemus in caelo, vna lex erit uiro & feminae. Leges quoque vñ affirmare quoddam mirabile, hoc. q inter liberam & ancillam non possit fieri matrimonium, quauis etiam eorum domini permittant, & ex voluntate consentiant. Nos autem inter seruas personas saltem dominis consentientibus credimus fieri coniugia, exemplo Hebreorum, qui quauis serui essent in Aegypto, tamen nuptias legitime celebrabant. Hoc etiam confirmatur ex concilio Maguntensi, in quo de coniugio serui & ancillae taliter est decretum. Si seruū & ancillam dominus amborum in matrimonium coniunxerit, & postea liberato seruo ancilla non potest redimi, quae in seruitute est, ideo matrimonia non soluantur. De qua re etiam decretum est in concilio Cabilonensi. Dicitur est, quod nobis quidam matrimonia legitima potestatiua quadam praesumptione dirimant, non attendentes illud euangelicum, quod Deus coniunxit, homo non a separet. Vnde visum est nobis, vt cōiugia seruorum non dirimantur, etiam si diuersos dominos habeant, sed in vno coniugio permanentes dominis seruiant suis. Et hoc in illis seruadum est, vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem dominorum. ¶ Et attende, quod in fine huius capituli vñ affirmari, q inter seruū & ancillam abiq; permissione dominorum nequeat fieri copula conjugalis. vñ tamen rōnabiliter, quod inter eos possit fieri coniugium, si ex communi consensu copulentur, quauis eorum domini ignorauerint. Si enim contingeret iuuenem & puellam, quorum vterque Christianus esset & liber, a Saracenis captiuari & in seruitutem redigi, quae ratio ueraret pro uitanda fornicatione ex communi consensu copulari?

Qua etate possit fieri coniugium. Cap. XV.

Iuuenes ante quatuordecim annos, & puellae ante duodecim iuxta leges matrimonium inire nequeunt.

nequeunt. Quod si ante predicta tpa copulatione inie-

Quod a furiosis non possit contrahi coniugium. Cap. XVI.

1 FVriof, dum sunt in furore, non possunt facere

Quod frigidi non possint facere coniugium. Cap. XVII.

1 S I vir frigida naturae est, vel si mulier naturaliter

De stabilitate coniugij. Cap. XVIII.

M P O tē ostēsum est a quibus personis inter se vel

Mitt. 19 1. Cor. 7 Quod Deus coniunxit, homo non separet.

1. Cor. 7

maneat. Vnde scriptum est in registro ad Adrianū notarium. Agathosa latrrix praesentium literarum conquesta est maritum suum contra voluntatem suam in monasterio Urbici esse conuersum. Quod ad eiusdem abbatis culpam dubium non est pertinere: vnde peritiae tuae praecipimus, ut diligenti inquisitione discutiat, si forte cum eius voluntate conuersus, vel si ipsa se mutare promiserat: & si hoc repererit, ut illum in monasterio permanere prouideat, & hanc (sicut promisit) mutare compellat. Si vero nihil horum est, nec quoddam fornicationis crimen (propter quod licet viro relinquere uxorem) praedictam mulierem commississe cognoueris, volumus, ut maritum suum illi, etiam si torsuratus est reddat omni occasione cessante. Hic est attendendum, quod quando homines causa Dei se uoto altrungunt vel continent, non soluant contra Domini praecipuum coniugium. Sed cum Deus (pro cuius amore continent) eos separet ab amplexu, iam de carnali sanctum & spirituale fit coniugium. Et licet vir efficiatur abbas & mulier abbatissa, tamen dum uiuunt semper sunt coniuges: nec tamen ideo aliquis putare debet inter monachum & monacham posse contrahi coniugium, cum ipsi de reddendo carnis debito non ualeant facere consensum legitimum.

De causis diuortij coniugalis. Cap. XIX.

D E causis illis agendum est, quae faciunt diuortium inter coniuges. Dominus noster insinuauit posse dimitti uxorem a uiro causa fornicationis, ubi ait. Quicumque dimiserit uxorem, nisi causa fornicationis, & aliam duxerit, moechatur: & qui dimissam duxerit, moechatur. Manifestum est autem, quod pro eadem causam dimittere uirum uxori permittitur. Nam cum sint una caro, & corpus unius sit in potestate alterius, eandem legem permanendi uel se dimittendi sortiti sunt. Cum autem fornicationis causa faciat diuortium: non ille, qui dimittit, sed ille, qui pro culpa sua dimittitur, separat coniugium. Est autem fornicatio duplex, corporalis & spiritualis. Fit autem corporaliter, quando uir uiuente uxore, aut mulier uiuente uiro ex conscientia se altari coniungit aut clam aut manifeste. Iam ex conscientia appositum, quia si contingeret, ut mulierem aliam ignorante uiro uxor in lecto collocaret, & se illi uir deceptus committeret, de fornicatione uirum ignorantia excusaret. Cum autem unus de coniugibus fornicationem incurrit, non licet alteri fornicantem dimittere, nisi ipse expers fornicationis extiterit. Vnde Augustinus tractans de sermone in morte sic dicit. Nihil iniquius est quam fornicationis causa dimittere uxorem suam, si ipse conuincitur fornicari. Qua propter quis fornicationis causa uult abijcere suam prior debet esse a fornicatione purgatus. Augustinus. Cum autem pro tali fornicatione coniugium separatur: dimittenti uel dimisso non licet ad aliam transire copulam, Apostolo dicente. Iis, qui matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego, sed Dominus, uxorem a uiro non discedere, quod si discesserit manere innuptam, aut uiro reconciliari. Ex qua autoritate intelligitur solum hoc, quod factum pro fornicatione dimittit

Matt. 19

1. Cor. 7

Pro. 18 dio tantum inter se coniuges remaneant, cum in aliam nequeant copulam transire, sed etiam istud, quod possint reconciliari & cohabitare sicut prius, si dimissum ad se alteri reuocare placuerit. Cui tamen uidetur contradicere Salomon dicens: Qui tenet adulteram, stultus est & insipiens. Hieronymus quoque reconciliatione talium uidetur prohibere, qui de quadam muliere, quae uiuente uiro alij nupterat, ad Amandum scribens praebiterum sic dicit. Re noua loquor, immo non noua sed ueterem, quae ueteris testamenti autoritate confirmatur. Si mulier reliquerit fin uirum, & reconciliari uoluerit priori, non potest. Nos autem magis credimus Apostolo, qui sicut praedictum est, permittit uiro reconciliari mulierem, qui dimisso uiro fornicatore non uult innupta permanere. In quo Augustinus sequens Apostolum sic dicit in secundo libro de adulterinis coniugijs. Non erit turpis neque difficilis et post perpetrata atque purgata adulteria reconciliatio coniugum, ubi per clauis regni caelorum non dubitatur remissio peccatorum fieri. De eadem re dicit Hermes in libro pastorum. Ego dixi pastori. Domine si quis mulierem fideliter habuerit in Domino, & hanc inuenit in adulterio, nunquam peccat uir si conuiuio cum illa: Et dixit mihi. Quod uir nescit peccatum eius, sine crimine uiuit cum illa: si autem sciuerit uir uxorem deliquisse, & non egerit penitentiam mulier, & permanet in fornicatione sua, & conuiuio uir cum illa, peccati reus erit, & particeps mechatationis eius. Quid igitur si permanet in uitio suo mulier? Et dixit dimittat illam uxorem: & uir per se maneat. Quid si mulier dimissa penitentiam egerit, & uoluerit ad uirum suum reuerti, non recipietur a uiro suo? Et dixit. Immo, & si non receperit eam uir suus, peccat: & magnum peccatum admittit sibi. Ergo debet recipere peccatricem, qui penitentiam egerit: sed non saepe. Ex praedictis itaque autoritatibus liquet, quod mulierem a fornicatione discedere uolentem non debet uir abijcere, sed de fornicatione penitentem, & reconciliari uolentem debet, & potest causa Dei suscipere. Non est hoc loco praetermittendum, quod aliquis cognatam uxoris propria incestu maculauit, si illud occultum est, nec probari potest: iudicat ecclesia illum peccatorem suscepta penitentia cum uxore sua remanere, nec incestum facere cum uxore legitima. Si uero manifestum est iudicare solet ecclesia ab uxoris consortio esse separandum. Potest tamen indulgentia fieri, si uxor eius & illa, quam polluit, in remotioribus gradibus cognatae sint.

De spirituali fornicatione. Cap. XX.

R S Piritualis autem fornicatio est uel generalis, de qua dictum est. Perdidisti oes, qui fornicantur abs te: uel est spiritualis sicut idololatria, & alia infidelitas Christianae fidei contraria, uelut Iudaismus. Et hac spirituali fornicatione permittitur homini fideli dimittere coniugem infidelē. Quod ex uerbis Apostoli percipitur, qui cum uerisset ex autoritate Domini, ne fidelis coniugem infidelis amitteret: postea de fidelis uiro & uxore infideli loquens, sic ait. Nam ceteris ego dico, non dominus, si quis frater uxorem habet infidelē, & haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & si qua mulier uirum habet infidelē, & hic consentit habitare cum illa, non reliquit eum. Ex his uerbis apparet, quod fideli liceat infidelē relinquere, quod si sit perfectum pro infidelē lucra

Pro. 18

1. Co. 7

dum Deo, remanere cum infideli si ipse consenserit. Nisi si. n. liceret infidelē dimittere: ita ex autoritate Domini inter istorum utrumque; ueteret fieri diuortium, sicut inter utrumque fidelē ueterat. Videtur etiam Apostolus permittit, quod dimisso infideli alium sibi fidelē possit copulare. Dicit. n. Si infidelis discedit, discedat non. n. frater aut soror subiecta est seruituti in huiusmodi. Haec equidem dicendo nec addendo ut infideli dimisso fidelis innupta permaneat, sicut agendum de utroque fidelis praecipit: aperte dat intelligere, quod dimisso infideli postea fidelis ualeat alij fideli se coniungere. Nec istud contrarium est Apostolo dicenti. Praecipio non ego, sed Dominus, uxorem a uiro non discedere: quod si discesserit, manere innupta. Hoc. n. dictum est de illis, quorum uterque fidelis est: quoniam autem alter infidelis est, licet fideli infidelem retinere, uel abijcere sicut per Eutychnum papam monstratur, qui ait. Si quis Gentilis Gentilem duxerit uxorem ante baptismum, post baptismum in sua potestate erit eam habere uel dimittere. Dignum uidetur inquisitione, utrum liceat uiro uxorem dimittere pro qualibet fornicatione. id est pro auaritia uel alijs criminibus, ad quae uxor scelerata credens atque confitens fidem catholicam uirum conatur applicare. In quo animaduertendum est, quod si uxor non patitur secum habitare uirum, nisi uir sceleribus eius communicet, prius debet uir ab eius separari consortio, quam eius sceleribus inquinetur: iuxta illud praecipit Domini. Si oculus tuus dexter scandalizauerit te, erue eum, & proijce eum abs te. Si uero uxor confitens fidem catholicam patitur uirum cohabitare: quod si sit scelerata, non debet ab ea uir discedere. Si post legitimam uiri & mulieris desponsationem alterum eorum contingeret incidere in lepra uel in alia infirmitate quae grauissima, non propter hoc sanus potest infirmum dimittere, sed debet eum sustentare, & et carnis debitum, si infirmus poposcerit, exoluere. Vnde Augustinus in libro de sermone Domini in morte. Si uxor quae habeat siue sterilem, siue deformem corpore, siue debilem membrum, uel caecam, uel claudam, uel surdam, uel si quid aliud, siue morbis uel doloribus laboribusque confecta, & quicquid excepta causa fornicationis excogitari potest: uehementer horribilem eam pro societate & fide sustineat. De ijs, qui legitime iuncti postea nequeunt carnaliter misceri, si alter eorum uel uterque reclamauerit, ideo quod nequeant sibi carnis debitum reddere: Gallicana iudicat ecclesia (iuxta tenorem legum, & quorundam decretorum) ut inde suscepta fide, & legitima probatione discedant, & alij, si uelint, se coniungant. Vnde in libro sexto Codicis. Si maritus uxori ab initio matrimonij usque ad duos annos continuos copulando misceri minime propter naturalem imbecillitatem ualeat: mulier potest uel eius parentes si ne periculo dotis amittenda repudiū marito dare. Si qua mulier se proclamauerit, quod uir suus nunquam coisset cum ea, exeant inde ad crucem, & si uerum fuerit separentur: & illa quod uult faciat. Beatus uero Gregorius eos, qui nascuntur cum alijs coisse per ploniam, non permittit postquam coniuncti sunt, a se discedere: quod si nequeant opus complere nuptiarum. Si autem uir frigida naturae fuerit: tunc facta eius probatione illum & mulierem a se permittit discedere, dicens ita. De his requisitus, qui ob causam fr-

1. Co. 7

1. Co. 7

Vtrū liceat uiro uxorem dimittere pro qualibet fornicatione.

Matt. 5

S

T

gide nature dicuntur non posse inuicem opera carnis dantes commiseri, diffidium concedimus. Ille uero, si non potest uti ea: pro uxore habeat quasi sororem. Quod si mulier caufatur uolo mater esse: uterque septima manu dicat, ut nunquam per comixtionem carnis coniuncti una caro effecti fuissent: tunc uidetur mulier posse secundas contrahere nuptias. Quod si & ille aliam copulā acceperit: tunc peracta pœnitentia, priora cogantur recipere connubia. Hæc auctoritas magni Gregorij aperte prohibet separari coniuges legitime coniunctos, qui possunt cum alijs coire, quamuis nequeant inter se commiseri. Et in hoc concordat Domino p̄hibenti, ne uir dimittat uxorem nisi causa fornicationis. Si uero post legitimam coniunctionem ex aliqua causa hoc incurrit, ut uir filium uxoris suæ uel mulier filium uiri sui de sacro fonte leuauerit, uel in catechizatione siue in confirmatione tenuerit: propter hanc causam non debent separari. Vnde Nicolaus Salomoni episcopo scribens ait, Nosse desideras, utrum mulier, quæ uiri sui filium de sacro fonte leuauit, possit cum eodem uiro copulari. Quos sic posse coniungi decernimus: quia secundum sacros canones, nisi amborum consensu nullius religionis obtentu debet coniunx dimittere coniugem, cum præcipiat Apostolus: Nolite (inquiēs) fraudare inuicem nisi ex consensu, ut uacetis orationi. De eadem re Ioannes Papa Anselmo Legunigina episcopo ecclesiæ isto modo scribit. Ad limina Apostolorum præfens homo Stephanus nomine ueniens nostro prælatui innotuit, quod filium suum in extremo uitæ positum necdum baptismi undalorum necessitate cogente baptizasset, eumque proprijs manibus suscepisset: atque huius rei negotio notitiæ tuæ patefacto reuerentia tua zelo Dei flagrans præfatum hominem a sua iudicauerit coniuge esse separandum. Quod fieri nullatenus debet scriptura dicente. Quod Deus coniunxit, homo non separet. De eodem in concilio Cabilonensi. Dicitur est quaedam fœminas fraudulenter, ut a uiris suis se pararentur, proprios coram episcopis filios tenuisse ad confirmandum. Vnde nos dignum duximus, ut si qua mulier filium suum coram episcopo tenuerit ad confirmandum, quamdiu uiuat pœnitentiā agat, a uiro tamen suo non separetur. His auctoritatibus confirmatur, quod coniuges separari non debeant, si postquam legitime coniuncti sunt, alter leuat filium alterius de sacro fonte, uel tenet ad confirmandum. Sed Deus dedit papa uidetur contrarium affirmare, sic dicens: Peruenit ad nos diaconus sancti tatis uestre epistolam deferens, quod quidam uiri & mulieres præterito sabbato p̄ magno populorum incurfu nescientes filios suos sumpsisse de la uacro sc̄to: sed beatę memorię sc̄ti patres Innocenti & Celestinus coepiscoporum plurimorum consensu in Apostolorum principis ecclesiæ prohibentes talia scripserunt & confirmauerunt, ut nullomodo se in coniugio recipere mulieres & uiri, qui quacunque ratione susceperint, natos: sed separarent se ne luadente diabolo tale uitium inoleat per mundum. Hæc papa Deus dedit. Sed non est ei in hoc accedendum: cum prohibeat Dominus uirum dimit-

tere uxorem, nisi causa fornicationis. Et etiam Innocentius, & alij authores, quos ipse induxit ad suam sententiam corroborandam, de illis tantum agere uidentur, qui ante compadres & comatres fuerunt, quam coniuges essent, quos iure prohibuerunt, ne se coniugio recipere. Sicut superius dictum est fornicationem siue corporalem siue spiritualemente sufficere ad separationem coniugij, ita uerum est omnes causas, quas superius diximus, impedire personas aliquas, ne possint facere coniugium, proculdubio sufficere ad earundem personarum separationem, si forte tales personæ coniunctæ sint. Cum .n. uotum continentie ante coniunctionem contractum impediatur monachum & monacham, ne possint facere matrimonium: propter idem separari debent, si forte post illud coniuncti sunt. Similiter de cognatione, & de alijs iudicandum est, ut quæcunque causæ obfistunt aliquibus personis, ne coniuges fieri ualeant, eadem ad separationem earum, si forte coniunctæ sint, ualeant. De cognatione tamen est hoc attendendum, si inter uirum & uxorem propriam reperitur in gradibus remotioribus, potest eis indulgentia fieri: quod si non fiat, debent separari. Separatio autem cognatorum sic fieri debet: ut duo uel tres de parentela iurent cognationem: aut si eorum parentela tota defecerit, tunc a uicinis antiquioribus & ueracioribus fiat prorobationis iuramentum.

De secundis nuptijs. Cap. XXI

Superioribus adiungendum est, quod de uiro & de muliere copulatis legitime, si alter moritur, & alter superuuit: licet superstini sine effusione secundas inire nuptias, iuxta Apostolum dicentem. Mulier alligata est uiro quanto tempore uiuit uir eius: quod si dormierit uir eius, liberata est a lege uiri, cui uult nubat tantum in Domino. Nec solæ primæ uel secundæ nuptiæ sunt licitæ: sed etiam tertiæ & quartæ, & alia: iuxta Augustinum, qui dicit. De tertijs, & quartis, & ultra de plurimis nuptijs solent homines mouere quæstionem. Vnde breuiter respondeo, nec me ullas nuptias audere damnare, nec uerecundiam numerositatis auferre. Idem testatur Hierony. dicens. Ego nunc libera uoce exclamo non damnari in ecclesiâ bigamiam, immo nec trigamiam: & ita licere quinto & sexto, quomodo & secundo marito nubere. Itaque apparet ex supradictis auctoritatibus, quod liceat post mortem coniugum nuptias multoties celebrare. Potest tamen aliquibus uideri, quod peccatum sit bigamia, cum Apostolus describens hominem honore episcopali dignum dicat eum esse uirum unius uxoris, ab honore bigamos excludens quasi transgressores. Sed sciendum est illud fieri non culpa bigamiæ, sed pro sacramenti honestate. Honestius enim uicem Christi gerit episcopus, qui iunctus est soli mulieri, sicut uni ecclesiæ iunctus est Christus. Videtur tamen affirmare, quod bigamia sit peccatum illud Cæsariensis decretum concilij. Præsbyterum nuptijs bigami prandere non conuenit: quia cum pœnitentia bigamæ egear, quis erit præbyter, qui talibus nuptijs possit

Bigamia an sit peccatum.

Matt. 16

1. Cor. 7

Matt. 19

Notadū.

fit præbere consensum? Sed non dicimus bigamiam ideo egere pœnitentia, quod sit peccatum secundas nuptias facere: sed quia forsitan, cum sit nimis incontinens (ut contingere solet) ultra modum in uxorem propriam exercent libidinem. Nec presbyter talibus nuptijs debet cōsētere, eo quod eas frequenter do hoies exhortetur ad nuptias frequenter iterandas.

DE SACRAMENTIS CHRISTIANÆ FIDEI PRÆFATIUNCULA.



Librū de sacramētis Christianæ fidei studio quorūdā scribere cōpulsus sum: in quo nonnulla, quæ antea spatium dictaueram, propterea quod iterato eadem stilo exprimerem molestem uel superfluum uidebatur, inserui. In quibus si forte sermo simpliciorum dictaminis seruare non potuerit: non multum interesse putauit, eadem ueritate constante. Hoc autem magis me mouet, quod cum hæc eadem prius negligentius distassem (utpote nodum adhuc futuri operis propositum habens) passim transcribenda exposui, sufficere tunc arbitratus eiusmodi minima uel annotata in notitiam uenire. Sed quia postmodum, cum eadem huius operis textui insererem, quædam in ipsis mutare, quædam uero adijcere uel detrahare ratio postulabat. Lectorem admonitum esse uolo, ut sicubi ea extra operis huius seriem aliud aut aliter aliquid habentia inuenerit: hanc diuersitatis causam esse sciat. & siquid forte in eis emendandum fuerit ad huius operis formam componat. Sanè hoc opus in duos libros distinxit: quatenus in tanta rerum multitudine & prolixitate inciso narrationis legitibus tedium rolleret, & simul utrumque scribere non ualentibus aut diuisim habere uolentibus commodiorem formam exhiberet.

HOC OPERE CONTENTA

- Prologus, & libri duo.
- Primus liber a principio mundi usque ad incarnationem uerbi narrationis serie deducit.
- Secundus liber ab incarnatione uerbi usque ad finem & consummationem omnium ordine procedit.
- Item primus liber duodecim clausulas siue partes complectitur.
- Prima pars tractat de creatione & constitutione huius sensibilis mundi.
- Secunda de causa creationis humanæ, & de primordialibus causis rerum omnium.
- Tertia de cognitione Dei, qualiter ab initio manifestatus est & unus & trinus.
- Quarta de uoluntate Dei, & de diuersis mo-

- dis, quibus sacra scriptura de uoluntate Dei loqui consueuit.
- Quinta de creatione angelorum, & confirmatione & lapsu, & de cœteris, quæ ad ipsos pertinent.
- Sexta de creatiōe hominis, & de statu eius ante peccatum.
- Septima de lapsu.
- Octaua de reparatione.
- Nona de institutione sacramentorum.
- Decima de fide.
- Vndecima de sacramentis naturalis legis.
- Duodecima de sacramentis scriptæ legis.
- Huius libri capitula p̄ singulas partes subter ordinauimus in hunc modum.

TABVLA PROLOGI.

- In distinctione prologi sunt hæc.
- Quæ sint discenda a principio. Cap. I
- Quæ sit materia diuinarum scripturarum. Cap. II
- Quomodo diuina scriptura per opera conditionis descendat ad narranda opera restorationis. Cap. 3
- Quod tripliciter tractat de materia sua eloquium sacrum. Cap. 4
- Quod in sacro eloquio non sola uoces, sed & res significare habent. Cap. 5
- Quomodo omnes artes subseruiunt diuine sapientiæ. Cap. 6
- De numero librorum sacri eloquij. 7

TABVLA PRIORIS LIBRI.

- Capita primæ partis.
- Vnum esse principium, a quo facta sunt omnia de nihilo. Cap. I.
- Vtrum prius materia facta est, quam forma. Cap. II.
- Ratio quare uoluit Deus per temporum interualla opera sua ad completionem producere, & prius esse facere, quam pulchrum esse. Cap. III.
- Vtrum potuit aliquando esse materia sine forma. 4.
- Simul creata fuisse omnia. i. uisibilia et inuisibilia. 5
- De prima informitate rerum omnium qualis fuit: et quamdiu mundus in illa permansit. 6
- De distinctione formationis. 7
- De mysterio lucis, quare prima facta est. 8
- Qualis eadem facta est lux: & ubi. 9
- Quod simul facta est lux uisibilis & inuisibilis, & pariter diuisa a tenebris. 10
- Quod lux tres dies illuminauit: et quare ante solem facta est. 11
- Sacramentum diuinarum operum. 12
- Quare dixit scriptura Vidit Deus lucem. 13
- Quæ sit cautela boni operis hic significata. 14
- Quid factum est de luce illa primariâ post creatum solem: & an de ipsa sol substantialiter factus est. 15
- Vtrum Deus per sex dies sine interuallo operatus est siue alio quolibet modo. 16
- De opere secunde diei, quando factum est firmamentum. 17
- De qua materia factum sit firmamentum: & quale factum sit. 18
- Sacramentum supradictorum. 19

Quare non dicitur Dens uidisse opus secundæ dici, quod bonum esset. Cap. 20
Quomodo congregata sunt aquæ in unum locum ut arida apparet. 21
Quomodo terra germina produxit. 22
Quare illæ aquæ, quæ super celum sunt, non sunt congregata in unum locum. 23
Quod his tribus diebus facta est rerum dispositio. 24
Quomodo tribus diebus sequentibus ornatus est mundus. 25
An de ipsis elementis facta sint quæ ad ornatum illorum facta sunt. 26
Sacramentum quare aues & pisces de una materia facti sunt: & in una sede dispositi non sunt. 27
Quare opera conditionis prius commemorantur, dein de opera restaurationis. 28
Quod in operibus restaurationis maxime uersatur tractatio. 29
Quatuor esse, per quæ sermo subsequens decurrit. 30

Capitula secundæ partis.

De causa creationis hominis, & de causis primordia libus rerum omnium Cap. I
De causis primordialibus, & de effectibus earum. II
De generatione causarum primordialium. 3
Quæ sit prima causa conditionis rationalium. 4
Quod diuina uoluntati et bonitas affuit & potestas. 5
de tribus perfectis, & perficientibus omnia. 6
Quod hæc tria de Deo secundum substantiam dicuntur. 7
Quare hæc tria cum secundum substantiam dicantur, quasi propria in quibusdam locis personis attributa inueniuntur. 8
Quod sapientia Dei cum una sit in se, secundum nos diuersa nomina sortitur. 9
Quod uoluntas Dei æterna fuit de opere temporali. 10
Quod tria in Deo coæterna fuerunt. 11
Quod tria uisibilia mundi tria inuisibilia Dei demonstrant. 12
Quod similitudo Dei in rationali creatura perfectior est quam extra eam. 13
De scientia & præscientia Dei, & quod ex ea in rebus necessitas provenire uidetur. 14
Quomodo omnia in Deo ab æterno erant priusquam in semetipsis subsisterent: & eorum illic non præscientia, sed scientia erat. 15
Si res futuræ non fuissent, sapientia Dei scientia esset, sed præscientia non diceretur. 16
Quomodo utrumque æternum est, præscitum esse & futurum esse. 17
Quomodo si rerum euentus mutarentur, præscientia non mutaretur. 18
De providentia Dei: & quod duplex est providentia Dei, in suis & alienis. 19
De dispositione diuina. 20
De predestinatione diuina. 21
De potestate Dei, & quod dupliciter consideratur potestas in Deo esse: & utroque modo Deum omnipotentem esse. 22

Capitula tertie partis.

Qualiter ab initio Deus agnitus est: & quod unus et trinus. Cap. I
Quare Deus nec totus sciri, nec totus ignorari potest. Cap. II
Quibus modis cognitio Dei ad hominem uenit. 3
Quod Ders trinus & unus, & quid in unitate, & quid in trinitate. 4
Explicatio propositarum discretionum. 5
De illo cognitionis genere, quo mens rationalis in se Deum uidere potest. 6
Quod scipsam esse uidet mens rationalis. 7
Et quod se cepisse intelligit. 8
Quod Deus est, & etiam quod sine principio est. 9
Eiusdem rei argumentum foris in creaturis. 10
Quod Deus est trinus & unus. 11
Quod Deus uere & summe unus. 12
Quod immutabilis est Deus. 13
Quod rationem creatura recte considerata adiunat ad cognoscendum Deum. 14
Quibus modis corpora mutantur. 15
Quibus modis spiritus mutantur. 16
Quod Deus essentialiter est, & uere est, & in omni creatura siue natura sine sui definitione, & in omni loco sine circumscriptione, et in omni tempore sine uicissitudine uel mutatione. 17
Quomodo spiritus creati locales sunt, & quomodo corpora. 18
Ratio qualiter Deus non solum unus, sed trinus sit. 19
De uerbo intrinseco, & extrinseco. 20
Quod imago Dei in rationali creatura expressior est & uestigium Trinitatis inuenitur in ipsa. 21
Quomodo tres persone sint in essentia siue substantia una. 22
De discretionem nominum in trinitate. 23
Quomodo spiritus sanctus à patre & filio mittitur æterna processione ab illis, & temporali aduentu ad nos. 24
Quare tria ineffabilia in deitate personæ tres dicuntur, & tria in humanitate non dicuntur. 25
Quare potentia patri attribuitur, sapientia filio, bonitas siue benignitas spiritui sancto. 26
Alia ratio quare illa, quæ secundum substantiam dicuntur, et communia sunt, personaliter sunt discretia. 27
Quod uestigium Trinitatis non solum in rationali creatura, sed etiam in corporea reperitur. 28
Quod in his tribus omnia, de quibus supra dictum est, in his tribus omnia. 29
Recapitulatio supradictorum. 30
Breui summa eorum, quæ supradicta sunt, cum adiectione quorundam. 31

Capitula quartæ partis.

De uoluntate Dei, quod iusta est. Cap. I
Quot modis scriptura uoluntatem Dei accipiat. II
Prima uoluntas Dei beneplacitum dicitur. 3
Secunda operatio, tertia permissio. 4
Quod Deus bona fecit, mala permisit. 5
Quare Deus mala permisit. 6
Quare operatio, & permissio Dei uoluntas eius dicitur. 7
Quod

Quod duplex sit discretio uoluntatis Dei, in beneplacito eius, & in signo beneplaciti eius. 8
Quarta est in præceptione, quinta in prohibitione. 9
Quod non similia signa sunt æterni beneplaciti præceptio & prohibitio, sicut operatio & permissio. 10
Quomodo fallere uidetur Deus præceptionem uel prohibitionem, aliud innuens quam sit in beneplacito suo. 11
Utrumque durum sonare: uel quod Deus præcipiat quod nolit, uel quod quod noli fieri permittat. 12
Quod Deus non uult mala, quamuis uelit ut mala sint, quia hoc bonum est. 13
Quod semper impletur uoluntas Dei. 14
Quomodo mali excusabiles non sunt, quamuis per eos uoluntas Dei impleatur. 15
Quare præcepit Deus omne, quod præcipit. 16
Omne, quod bonum dicitur, uel secundum se, uel ad aliquid bonum dicitur. 17
Quod secundum se bonum dicitur, & uniuersaliter dicitur, uere & summe bonum esse. 18
De tribus generibus boni. 19
Maius bonum esse illud, ex quo maius bonum est. 20
Quod Deus propter se id est pro utilitate sua uel commodo nihil præcipit. 21
Quod Deus hoc unicuique præcipere habet, quod bonum est ipsi, cui præcipit, etiam si bonum non est. 22
Quod bonum uniuersitatis Deus impedire non habet, etiam si illud alicui bonum non est. 23
Quod operatio & permissio Dei signa sunt quid esse bonum sit, etiam si illud bonum non sit: præceptio & prohibitio signa sunt quid bonum sit etiam si illud esse bonum non sit. 24
Beneplacitum Dei aliquando esse ad rem, aliquando ad actum rei. 25
De rerum ordine in primis, & secundis, & tertijs. 26

Capitula quintæ partis.

De creatione angelorum, & ceteris de illis inquirendis. Cap. I
Quod in principio creati sunt angeli. 2
Quod rationalis creatura prima omnium facta est dignitate: quoniam ad ipsam refertur conditio reliquorum sicut ipsius conditio ad Deum refertur: quoniam ad similitudinem Dei facta est sola. 3
Quod in principio primo simul facta sunt & corporea omnia in materia, & incorporea in angelica natura. 4
Quod corporea & incorporea natura & secundum aliquid informis facta est, et secundum aliquid formata. 5
Quales fuerunt angeli quando primo facti sunt. 6
Quod non facti sunt de materia præiacente sicut corporea. 7
De quatuor proprietatibus naturæ angelicæ. 8
De differentia substantiæ spiritualis. 9
De differentia cognitionis. 10
De differentia liberi arbitrii. 11
In quo similes conditi sunt, & in quo dissimiles. 12
De triplici potestate illorum. 13

Capitula sextæ partis.

de triplici cognitione. 14
Utrum perfecti facti sunt angeli, an imperfecti. 15
Quod tribus modis perfectum dicitur, secundum tempus, secundum naturam, & uniuersaliter. Cap. 16
Quod Angeli perfecti conditi sunt secundum primam perfectionem. 17
Utrum præscij fuerunt futuri euentus sui. 18
Quales conditi sunt, boni an mali, iusti an iniusti, beati an miseri. 19
de libero arbitrio illorum in primo conditionis principio, quando subsistere cœperunt. 20
Quid sit liberum arbitrium. 21
quod semper liberum arbitrium non ad præsens spectat, sed ad futurum, nec ad omne, sed ad contingens tantum. 22
de auersione, & lapsu malorum, & de conuersione, & confirmatione bonorum. 23
Quomodo in labentibus culpa gratiam auertit: & in stantibus gratia meritum adiunat. 24
quod in sola uoluntate & iustitia est, & iniustitia. 25
quod peccatum nec substantia est, nec de substantia, sed priuatio boni. 26
quomodo Deus omnem uoluntatem, & potestatem angelorum ad suam uoluntatis ordinem & dispositionem intorquet. 27
quod quatuor modis Deus coercet uoluntatem, & potestatem malorum angelorum. 28
de occulta dispositione Dei, qua malus etiam uoluntates ad suam uoluntatem intorquet, & disponit secundum suam uoluntatem. 29
de ordinibus angelorum quot in principio a Deo conditi sunt. 30
Utrum plures remanserunt quam ceciderunt. 31
De discreta cognominatione angelorum. 32
Utrum omnes spiritus cœlestes mittantur. 33
de ministris angelicis. 34
de creatione hominis, & statu eius ante peccatum, & quare Deus hominem ex corpore & anima fecit. Cap. I
qualiter homo ad imaginem, & similitudinem Dei factus sit. 2
de creatione & origine animæ. 3
de libero arbitrio. 4
de duplici sensu animæ. 5
de duobus bonis ipsius hominis. 6
de duobus præceptis naturæ, & discipline. 7
de tribus generibus rerum. 8
de gemina custodia uitæ inferioris. 9
de tribus statibus hominis. 10
de primo statu ante peccatum. 11
de scientia hominis ante peccatum. 12
de cognitione rerum uisibilium. 13
de cognitione creatoris. 14
de cognitione sui. 15
de qualitate liberi arbitrii per tres status. 16
de uirtute hominis ante peccatum. 17
qualis creatus sit primus homo secundum corpus. 18
M. Hug. à S. Viç. To. iij. Oo 3 ma-

<i>quandiu homo si non peccasset, in hac vita inferiori manere debuisset.</i>	19	<i>transcat</i>	29
<i>de alimento eius.</i>	20	<i>quod anima non sit ex traduce.</i>	30
<i>de studio eius.</i>	21	<i>quomodo per carnem peccatum transit ad animam.</i>	31
<i>Si non peccasset homo, quales filios genuisset.</i>	22	Cap.	32
<i>Vtrum iusti an iniusti nascerentur.</i>	23	<i>quomodo ignorantia uitium sit.</i>	32
<i>Vtrum paterna iustitiae haeredes essent.</i>	24	<i>quod angeli facti sunt, ut ab intus erudirentur, homines a foris.</i>	33
<i>Vtrum simul transferendi fuissent, an per successiones.</i>	25	<i>Vnde concupiscentia nascitur, & unde ignorantia.</i>	34
<i>Vtrum perfecti nascerentur statura & scientia.</i>	26	Cap.	34
<i>de institutione primi hominis.</i>	27	<i>quomodo anima peccati originalis particeps fiat.</i>	35
<i>de institutione hominis secundum inferiorem uitam.</i>	28	<i>Ratio quorundam de animabus incorporandis.</i>	36
Cap.	28	<i>quomodo a patribus iustis peccatores filij nascuntur.</i>	37
<i>de institutione hominis secundum superiorem uitam.</i>	29	<i>Vtrum omnia peccata praecedentium patrum ad filios transeant.</i>	38
Cap.	29		
<i>de loco, in quo positus est primus homo.</i>	30		
<i>de ligno vitae.</i>	31	<i>Capitula octauae partis.</i>	
<i>de ligno scientiae boni & mali.</i>	32		
<i>quod homo in paradiso positus est, non creatus.</i>	33	<i>De eo quod tria sunt consideranda circa reparationem hominis.</i>	Cap. I.
<i>quare vnus primus creatus est.</i>	34	<i>de quinque locis.</i>	2
<i>quare mulier de viro facta: & quare de latere.</i>	35	<i>quomodo dispositus est homo ad poenitentiam.</i>	3
<i>quare dormienti costa abstracta est.</i>	36	<i>de causa hominis aduersus Deum, & diabolum.</i>	4
<i>de sex modis operandi.</i>	37	<i>de discretionem iudiciorum.</i>	5
		<i>Cur Deus homo.</i>	6
<i>Capitula septimae partis.</i>		<i>quid ad nos pertinuit passio Christi.</i>	7
<i>de lapsu primi hominis.</i>	Cap. I.	<i>de iustitia potestatis, & aequitatis.</i>	8
<i>quare diabolus in forma aliena ad hominem venit.</i>	11	<i>de iustitia patiente & cogente.</i>	9
Cap.	11	<i>quod aliter Deus redemisset hominem, si voluisset.</i>	10
<i>quare prius ad feminam venit.</i>	3	<i>Qua ratione instituta sunt sacramenta.</i>	11
<i>quare ab interrogatione exorsus est.</i>	4	<i>de tempore institutionis sacramentorum.</i>	12
<i>quod non solum viro praecipuum datum sit.</i>	5	<i>de institutione coniugij ante peccatum.</i>	13
<i>de modo tentationis.</i>	6		
<i>quae mala fuerunt in originali peccato.</i>	7	<i>Capitula nonae partis.</i>	
<i>quod mulier delectatione promissionis persuasioni assensum dedit.</i>	8		
<i>De duobus generibus tentationum.</i>	9	<i>Quatuor esse consideranda in institutione sacramentorum.</i>	Cap. I.
<i>Vtrum plura peccauit Adam, an Eua.</i>	10	<i>quid sit sacramentum</i>	Cap. II
<i>de appetitu iusti, & appetitu commodi.</i>	11	<i>quare instituta sint sacramenta.</i>	3
<i>Vtrum homo, an nolens appetitum iusti perdidit.</i>	12	<i>de distinctione trium operum, & trium operantium.</i>	4
Cap.	12	Cap.	4
<i>quod iustitia sit mensura.</i>	13	<i>Institutionem sacramentorum quantum ad Deum dispensationis esse: quantum ad hominem necessitatis.</i>	5
<i>de mensura inferioris boni.</i>	14	<i>de materia sacramentorum.</i>	6
<i>de mensura boni superioris.</i>	15	<i>quot sunt genera sacramentorum.</i>	7
<i>quid malum fuit in homine.</i>	16	<i>de tribus, quae necessaria sunt ad salutem.</i>	8
<i>quod homo, quia in appetitu iusti peccauit, in appetitu commodi punitus est.</i>	17		
<i>quare inferior appetitus mensuram non tenet.</i>	18	<i>Capitula decimae partis.</i>	
<i>quod spiritui carnis cura iniuncta est.</i>	19	<i>De fide septem esse inquirenda.</i>	Cap. I.
<i>quod necessitas concupiscendi non excusat, quia a uoluntate uenit.</i>	20	<i>Quid sit fides.</i>	Cap. II.
<i>quod commodum & ordinatum appetendum sit.</i>	21	<i>quae sint illa in quibus fides constat.</i>	Cap. 3.
<i>Quod nihil appetitur, nisi commodum.</i>	22	<i>de incremento fidei.</i>	4
<i>quomodo necessitas ex uoluntate uenit.</i>	23	<i>de his, quae ad fidem pertinent.</i>	5
<i>quid generati trahimus, & quid regenerati amittimus.</i>	24	<i>Vtrum secundum mutationes temporum mutata sit fides.</i>	6
<i>de originali peccato.</i>	25	<i>Quid sit, quo nihil minus unquam fides uera habere potuit.</i>	7
<i>Quot modis dicatur originale peccatum.</i>	26	<i>Recapitulatio supradictorum.</i>	8
<i>Quod primo homini actuale, hoc nobis originale. Caput.</i>	27	<i>de sacramento fidei, & uirtute.</i>	9
<i>Quid sit originale peccatum.</i>	28		
<i>quomodo originale peccatum a patribus in filios</i>			

Capitula undecimae partis.

<i>De sacramentis naturalis legis.</i>	Cap. I.
<i>De prima differentia praecedentium, & sequentium sacramentorum.</i>	Cap. II.
<i>Alia differentia.</i>	Cap. III.
<i>Quod homo a Deo institutus est ad decimas offerendas.</i>	4
<i>Primae differentia. Secunda differentia. Tertia differentia.</i>	5
<i>Quare prima mutata sunt per secunda.</i>	6
<i>De tribus generibus operum.</i>	7

Capitula duodecimae partis.

<i>De unione populi fidelis.</i>	1
<i>De circumcisione.</i>	2
<i>De preparatione legis.</i>	3
<i>De sacramentis scriptae legis.</i>	4
<i>De immobilibus praecipis.</i>	5
<i>De tribus praecipis primae tabulae.</i>	6
<i>De alijs septem secunde tabulae.</i>	7
<i>De ordine praeciporum Dei.</i>	8
<i>De mobilibus, & superadditis praecipis.</i>	9
<i>Quod tria sunt genera sacramentorum in lege.</i>	10
Cap.	10

SECUNDI LIBRI PARTES, & partium capita, ante ipsum ponentur.

Prologus libri prioris de sacramentis quare lectionem mutauerit.



Vm igitur de prima eruditione sacri eloquij, q̄ in historica constat lectione, cōpendiosum uolumen prius dictassem, hoc nunc ad secundam eruditionem (quae in allegoria est) introducēdis praeparauit: in quo si fundamēto quodam cognitionis fidei animum stabiliat, ut caetera, quae uel legendo uel audiendo superaedificare potuerint, inconcussa permanerent. Hac enim quib̄ breuem quandam summam omnium in unā seriem compegi: ut anim⁹ aliquid certum haberet, cui intentionem affigere & conformare ualere, ne per uaria scripturarum uolumina, & lectionum diuortia ordine & directione raperetur.

Quae sint discenda a principio.
Cap. I.

Qvisquis ad diuinarum scripturarum lectionem erudiendus accedit, primum considerare debet quae sit materia, circa quam uersatur earum tractatio: quia si rerum illarum, de quibus scriptura facta est, notitiam habuerit, facilius post-

modum dictorum eius ueritatem siue profunditatem percipiet.

Quae sit materia diuinarum scripturarum.
Cap. II.

Materia diuinarum scripturarum omnium, sunt opera restorationis humanae. Duo. n. C sunt opera, in quibus uniuersa continentur, quae facta sunt. Primum est opus conditionis. Secundum est opus restorationis. Opus conditionis est, quo factum est, ut essent quae non erant. Opus restorationis est, quo factum est, ut melius essent quae perierant. Ergo opus conditionis est creatio mundi cum omnibus elementis suis. Opus restorationis est incarnatio uerbi cum omnibus sacramentis suis: siue ijs, quae praecesserunt ab initio seculi: siue ijs, quae subsequuntur usque ad finem mundi. Verbum. n. Christum incarnatum rex noster est, qui in hunc mundum uenit cum diabolo pugnaturus: & omnes sancti, qui ante eius aduentum fuerunt, quasi milites sunt ante faciem regis praecedentes: & qui postea uenerunt, & uenient usque ad finem mundi, milites sunt regem suum subsequentes. Et ipse rex medius est in exercitu suo, hinc inde ualatus incedens & stipatus agminibus suis. Et licet in hac tanta multitudine diuersarum armorum species in sacramentis & obseruationibus praecedentium & subsequentium populorum appareant: omnes tamen uni regi militare, & unum uexillum sequi probantur, & hostem unum persequi, & una uictoria coronari. In his omnibus opera restorationis considerantur, in quibus diuinarum scripturarum tota uersatur intentio. Mundana siue seculares scripturae materiam habent opera conditionis. Diuina scriptura materiam habet opera restorationis. Propterea tanto excellentior omnibus scripturis iure creditur: quanto dignior est & sublimior materia, in qua eius consideratio, tractatioque uersatur. Nam opera restorationis multo digniora sunt operibus conditionis: quia illa ad seruitutem facta sunt, ut tanti homini subessent: haec ad salutem, ut lapsum erigerent. Propterea illa quasi modicum aliquid sex diebus perfecta sunt: haec uero non nisi aetatibus sex compleri possunt. Tamen sex contra sex e diuerso ponuntur, ut idem reparator, qui creator demonstretur.

Quomodo diuina scriptura per opera conditionis descendit ad narranda opera restorationis. Cap. III.

Quamuis autem principalis materia diuinae scripturae sint opera restorationis: tamen ut competenti ad ea tractanda accedat, primum in ipso capite narrationis suae breuiter secundum fidem rerum gestarum exordium & constitutionem narrat operum conditionis. Non enim conuenienter ostendere posset qualiter homo reparatus sit, nisi prius demonstraret qualiter sit lapsus. Neque uero lapsum eius conuenienter ostenderet, nisi prius qualiter a Deo institutus fuerit explicaret. Ad ostendendam autem primam

primam institutionem hominis, oportuit, ut etiam totius mundi conditio ac creatio panderetur, quia propter hominem factus est mundus. Spiritus quidem propter Deum, corpus propter spiritum, mundus propter corpus humanum: ut spiritus Deo subijceretur, spiritui corpus, & corpori mundus. Hoc igitur ordine scriptura sacra primum creationem mundi describit, quod propter hominem factus est: deinde commemorat qualiter homo factus in uia iustitiae & disciplinae dispositus est: postea qualiter homo lapsus est: nouissime quem madmodum est reparatus. Primum ergo describit materiam in eo quod factus est & dispositus. deinde miseriam in culpa, & poena: Deinde reparationem & misericordiam in cognitione ueritatis, & amore uirtutis: demum patriam, & gaudium beatitudinis.

est, i. grammatica, dialectica, rhetorica. Sub eo autem sensu, qui est in significatione rerum ad facta mystica, continetur allegoria. Et sub eo sensu, qui est in significatione rerum ad facienda mystica, continetur tropologia: & his duobus famulantur arithmetica, musica, geometria, astronomia, & physica. Super haec autem omnia diuinum illud est ad quod ducit diuina scriptura siue in allegoria, siue in tropologia, quorum alterum (quod in allegoria est) recta fide, alterum (quod in tropologia est) informat bonam operationem: in quibus constat cognitio ueritatis, & amor uirtutis: & haec est uera reparatio hominis.

Vera hominis reparatio qua.

De numero librorum sacri eloquii. Cap. XVII.

Postquam demonstrauimus quae sit materia diuinarum scripturarum, & qualiter de subiecta sibi materia tractentur in triplici sensu, historiae, allegoriae, tropologiae: nunc ostendere conuenit in quibus libris ea, quae iure diuinitatis nomine censentur, scriptura consistat. Duo sunt testamenta, quae omne diuinarum scripturarum corpus concludunt. Vetus, scilicet & nouum. Vtrunque tribus ordinibus distinguitur. Vetus testamentum continet legem, prophetas, agiographos, quod interpretatum sonat sanctos scriptores uel sancta scribentes. In lege continentur quinque uolumina. scilicet Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. Genesis autem a generatione dicitur. Exodus ab exitu, Leuiticus a leuitis. Liber numeri, quia in eo numerantur filii Israel, Deuteronomium secunda lex, Hebraice autem bresith, hellesmoth, uagetra, uegedaber, adabarim. In ordine prophetarum octo sunt uolumina. Primus liber Iosue, qui & Iesu Naue, & Iosue Bennun, id est filius Num. Secundus liber Iudicum, qui dicitur Sopthim. Tertius liber Samuelis, qui est primus & secundus regum. Quartus Malachim, quod interpretatur regum, qui est tertius & quartus regum. Quintus Esaias. Sextus Hieremias. Septimus Ezechiel. Octauus liber duodecim prophetarum, qui dicitur thareafra. Hi prophetici dicuntur, eo quod prophetarum sunt, etiam si non omnes prophetiae sunt. Propheta autem tribus modis dicitur, officio, gratia, missione. Vulgo autem uisitato uocabulo magis prophetae uocantur, qui uel officio uel aperta missione prophetae sunt, sicut in hoc loco. Secundum quam acceptionem. Dauid, & Daniel, & caeteri complures, prophetae non dicuntur, sed agiographi. In ordine agiographorum nouem uolumina continentur. Primum Iob. Secundum liber Psalmorum. Tertium proverbialium Salomonis quae graece parabola, hebraice masloeth dicuntur. Quartum ecclesiastes, qui hebraice coeleth, latine concionator interpretatur. Quintum syra syrim, id est Cantica canticorum. Sextum Daniel. Septimum Paralipomenon, quod latine sonat uerba dierum, hebraice dabreniamin dicitur. Octauum Eldras. Nonum Esther. Qui omnes id est quinque, octo, nouem, simul faciunt uiginti duos, quod literas etiam alphabetum continet hebraicum, ut totidem libris erudiat uita iustorum ad salutem, quot literis lingua discuntium ad eloquentiam

Prophetae tripliciter dicitur.

K

Sacra scriptura ordo.

Historia. Allegoria. Tropologia.

Quod tripliciter tractat de materia sua eloquium sacrum. Cap. IIII.

DE hac autem materia tractat diuina scriptura triplex intelligentiam, hoc est historia, allegoriam, tropologiam. Historia est rerum gestarum narratio, quae in prima significatione literae continetur: Allegoria est, cum per id, quod factum dicitur, aliquid aliud factum, siue in praeterito, siue in presenti, siue in futuro significatur. Tropologia est, cum per id, quod factum dicitur, aliquid faciendum esse significatur.

Quod in sacro eloquio non solum uoces, sed & res significare habent. Cap. V.

Vnde apparet quantum diuina scriptura caeteris omnibus scripturis non solum in materia sua, sed etiam in modo tractandi, subtilitate & profunditate praecellat, cum in caeteris quidem scripturis solum uoces significare inueniantur: in hac autem non solum uoces, sed etiam res significatiuae sint. Sicut igitur in eo sensu, qui inter uoces & res uersatur, necessaria est cognitio uocum: sic in illo, qui inter res & facta uel facienda mystica constat, necessaria est cognitio rerum. Cognitio autem uocum in duobus consideratur, in pronuntiatione uidelicet & significatione. Ad solam pronuntiationem pertinet grammatica. Ad solam significationem pertinet dialectica. Ad pronuntiationem simul & significationem pertinet rhetorica. Cognitio rerum circa duo uersatur, scilicet formam & naturam. Forma est in exteriori dispositione, natura in interiori qualitate. Forma rerum aut in numero consideratur, ad quem pertinet arithmetica: aut in proportione, ad quam pertinet musica: aut in dimensione, ad quam pertinet geometria: ut in motu, ad quem pertinet astronomia. Ad interiori uero rerum naturam physica spectat.

Quomodo omnes artes subserviant diuinae sapientiae. Cap. VI.

EX quo constat, quod omnes artes naturales diuinae scientiae famulantur, & inferior sapientia reordinata ad superiorem conducit. Sub eo igitur sensu, qui est in significatione uocum ad res, continetur historia, cui famulantur tres scientiae sicut dictum est, id est

quantia instruitur. Sunt praeterea in ueteri testamento alij quidam libri, qui leguntur quidem, sed in corpore textus, uel in canone auctoritatis non scribuntur. Ut est liber Thobiae, & Iudith, & Machabaeorum, & qui inscribitur liber Sapientiae Salomonis, & Ecclesiasticus. Nouum testamentum continet Euangelia, Apostolos, patres. Euangelia quatuor sunt, Matthaei, Marci, Lucae, Ioannis. Apostolica uolumina similiter quatuor. Actus Apostolorum, Epistolae Pauli, Canonice epistolae. Apocalypsis: qui iuncti cum superioribus uiginti duobus ueteris testamenti, triginta complent: in quibus corpus diuinae paginae consummatur. Scripta patrum in corpore textus non computantur, quia non aliud adijciunt, sed id ipsum, quod in supradictis continetur, explanando, & latius manifestiusque tractando extendunt.

INCIPIT LIBER PRIMVS de sacramentis ad eruditionem sacri eloquii, qui est fundamentum scientiae. Prima pars hexameron in opera conditionis.

Ad iduam profecto opus & laboriosum crebra uestra praecatione flexus aggredior: uniuersam diuinarum scripturarum seriem non solum restringendo ad compendium redigere, sed exponendo quoque profunditatis eius arcana in lucem euocare. Cuius quidem operis inchoationem prompta deuotione offero, spe consummationem promitto.

Primum esse principium, a quo facta sunt omnia de nihilo. Cap. I.

IN principio creauit Deus caelum, & terram. Quod creatum est de nihilo factum est. Nam quod de aliquo factum est, factum quidem est, sed creatum non est, quia de nihilo factum non est. Fecit ergo Deus caelum, & terram: nec solum fecit, sed creauit, hoc est de nihilo fecit. Philosophi Gentilium tria quaedam rerum principia sine principio posuerunt, opificem, materiam, & formam: profitentes ea, quae facta sunt, omnia ex materia quidem in forma per opificem esse producta. Sed isti factorem solum, non creatorum Deum professi sunt. Fides autem uera unum solum modo primum principium constituit, quod semper erat: & per ipsum solum factum est ut esset, quod aliquando non erat. Cuius ineffabilis omnipotentiae uirtus, sicut non potuit aliud praeter se hinc coeternum, quo in faciendo inuaretur: ita ipsi cum uoluit liberat, ut quod uoluit, & quando, & quantum uoluit de nihilo crearetur. Omnia ergo, quae facta sunt, Deus non solum ex materia fecit, sed materiam omnium ipse de nihilo creauit.

An prius facta est materia, quam forma. Cap. II.

Sed non parua quaestio est utrum ea, quae facta sunt simul in materia & forma ad esse producantur, an

prius per materiam quidem essentialiter condita sint, postmodum formata. Scio quosdam sanctorum patrum, qui ante nos uerbi Dei arcana excellenter scrutati sunt, quasi aduersa quaedam super hac inquisitione scripta reliquisse. Alijs quidem asserentibus omnia simul in materia & forma creata fuisse. Alijs autem hoc magis probantibus, ut corporea quidem omnia, quae facta sunt, prius simul & semel materialiter condita, postmodum uero interualla sex dierum in formam disposita fuisse credantur. Ego puto uiros sapientiae in rebus tam obscuris, & dubijs, atque a sensu nostro remotis nec temere asseruisse, quod nescierint: neque in his, quae asseruerunt, praesentim tanta diligentia prolatis, errare potuisse. Illud magis crediderim, sub asseritionis forma inquisitionis studium aliquando fuisse. Qui sic dicta sanctorum pie interpretari uoluerint, nec falsa credendo in errorem incidunt, nec uera reprehendendo in elationem. Nos ergo in neutram partem praecipui asseritione declinantes, id, cui noster sensus interim magis accedit (quantum capere possumus) aperimus. Qui Deum omnia simul in materia & forma fecisse contendunt, propterea fortassis suam asseritionem iustam esse arbitrantur, quod omnipotentiae creatoris indignum uideatur (ad humanae imbecillitatis similitudinem) suum opus per interualla temporum ad perfectionem promouere: quodque etiam quaedam scripturarum loca, quodammodo idem asserentia intendentur. Ut est illud. Qui uiuit in aeternum, creauit omnia simul. Ipla quoque Genesios scriptura (unde prima ad nos huius rei manauit agnitio) sic ambigue de operatione sex dierum loquitur, ut sepe uero omnia potius simul facta fuisse probare uideatur. Propter has igitur & huiusmodi rationes aiunt credendum esse mysticam illam in Genesi sex dierum distributionem, rei autem ueritate omnem creaturam ab ipso temporis exordio, quo esse capit, talem capisse, talique forma, qualem nunc uideatur habere, quantum ad uniuersitatis dispositionem pertinere.

Ratio quare uoluit Deus per temporum interualla opera sua ad completionem perducere; & prius esse facere, quam pulchrum esse. Cap. III.

NOBIS autem uidetur (excepto eo, quod nihil in hac re temere distingere uolumus) omnipotentiae creatoris in nullo derogari, si per interualla temporis opus suum ad consummationem perduxisse dicitur, ita ut tamen indubitanter etiam aliter facere potuisse (si ratio omnipotentis uoluntatis eius expostulasset) credatur. Omnipotens etenim Deus (cuius uoluntas sine bonitate nunquam priuari potest) sicut propter rationalem creaturam caetera omnia fecit, ita etiam in alijs omnibus faciendis illum praecipue modum seruari debuit, qui ipsius rationalis creaturae commoditati, ac causae magis congruus fuit. Hic autem ille erat, in quo eidem creaturae rationali, scilicet non solum obsequium, sed etiam exemplum pararetur, id est in quo illa acciperet non solum id quo ad ob-

ad obsequium indignit, sed per illud etiam, qd acci-
 pit, ag. not. ceret id, qd fuit. Propterea in ceteris re-
 bus prius informis materies facta est, ac deinde for-
 mata, ut eo ipso demonstraretur, qd ab illo prius no
 existentia accepissent essentiam, sine quo mo for-
 ma & ordine non poterant habere confusa. Eodem
 mo ipsa ronalis creatura per id qd foris fiebat, in se
 cognosceret, & ab illo esse qd erat, atq; ab illo expe-
 tendum esse qd futura erat; quatenus & pro eo qd
 acceperat, in gratiarum actionem exurgeret, & in
 id qd acceptura erat, obtinendum, in ipsum affectu
 dilectionis dilataret. Nam & ipsa ronalis creatura,
 quodam suo mo prius informis facta est, postmodu
 per conuersionem ad creatorem suum formanda:
 & idcirco foris prius ei demonstrata est materia, po-
 stea formata, ut quanta foret inter esse & pulchru
 esse, distantia discerneret. Ac per hoc admonita est,
 ne contenta esset eo, qd per conditionem a creato-
 re esse acceperat, donec & pulchrum esse atq; bea-
 tum esse adipisceretur, qd per amoris conuersione
 a creatore acceptura erat. Quod si quis quaerat, qua
 ronalis creatura iam tunc in ipso mudi primordio
 extiterit, cui hoc exemplum proponi debuit; fa-
 cile responderetur, tantum creatos fuisse angelos, qui
 hoc facto admonerentur se ipsos agnoscere; & utq;
 in finem hoies futuros, qui licet hoc qd factum est
 non uiderint, tñ per scripturas edocti, factum esse
 oino iam nescire non possint. Si cui hec, quam pro-
 posuimus, ro minus sufficiens uidebitur. ad rerum
 creatione: concedimus salua pace, ut uel aliam ad
 idem euidentius coprobandum, meliorem atq; tub-
 tiliorem exquirat: aut si huius partis assertio illi no
 placet, altera prout libet assumat. Nos aut fm pro-
 positum scripti nostri rem ordine prosequemur.

*Vtrum potuit aliquando esse materia sine for-
 ma. Cap. IIII.*

Restat, n., ut si prius materiam rerum informen-
 creatam fuisse asserimus: utrum ne aliquid sine
 forma existere potuerit, qualem, ue essentia ante
 formam inditam habuisse credendum sit, ostendamus.
 Et ut breuiter quid super hoc sentiendum mihi ui-
 detur, aperiam: certe non puto, primam illam reru
 oium materia taliter informem fuisse, ut nullam oino
 formam haberit: quia nec aliquid tale existere posse,
 oino, qd aliqd esse habeat & non aliquam formam,
 crediderim. Ita tñ non absurde informem eam ap-
 pellari posse, qd in cofusione & permixtione quadam
 labstiens, non du hanc, in qua nunc cernitur, pul-
 chram aptamq; dispositionem & formam cepit.
 Ergo an formam facta est materia, tamen in forma. In
 forma cofusionis, ante formam dispositionis. In
 prima forma cofusionis prius materialiter omnia
 corporalia simul & semel creata sunt, in secunda
 forma dispositionis postmodum per sex dierum in-
 terualla ordinata.

Simul creata fuisse omnia, id est uisibilia. Ca V.

Sed nec illud (quantum opinor) absurdum erit,
 si credimus unum & idem prorsus momentum

temporis fuisse, quo in principio simul creata sit & re-
 rum uisibilium corporaliuq; materia, & inuisibili-
 um angelica natura essentia: & hoc esse, qd scrip-
 tura refert oia simul creata fuisse, sicut supra dixi-
 mus. Qui uiuit in aeternum, creauit oia simul: quia
 eodem momento simul & uisibilium materia esse
 tialiter creata est, & inuisibilium natura: nihilq; po-
 stea factum, cuius in ipso primordio aut materia ut
 in corporibus, aut similitudo ut in spiritibus non
 praecesserit. Nam & si noua adhuc quotidie crean-
 tur aia, noua tñ creatura no fit: quia in angelicis spi-
 ritibus, ia tunc qñ creabantur, eius similitudo pre-
 cessit. Duo aut nunc nobis discutienda occurrunt:
 primum illa primae conditionis forma informis
 qualis fuerit: fm qualiter ex illa iformitate ad hac,
 quam nunc habet, formam perducta sit.

*De prima informitate rerum omnium qualis
 fuit: & quamdiu mundus in illa
 permansit. Ca VI.*

Quam conijcere potui ex ijs, quae in scrip-
 turis de hac re siue manifeste, siue obdure re-
 peri fm rei gestae ueritatem expressa, prima illa reru
 oium moles, qñ creata est, ibidem tunc ad esse pro-
 dijt, ubi nunc formata subsistit. Eratq; terreum hoc
 elementum medio eodemq; imo loco subsidens
 (ceteris in una cofusione permixtis) forma melio-
 re praeditum, sed hildem circunqua; in modum
 cuiusdam nebulae oppansis ita inuolutu ut apparere
 non posset quid fuit. Illa uero tria in una (sicut di-
 ctu est) adhuc cofusione permixta, siue potius in
 una permixtione cofusa, circunqua; suspensa;
 eouq; in altu porrigebantur, quousq; nunc sum-
 mu corporeae creaturae pertingit. Totumq; hoc spa-
 tiu, qd a superficie terrae medio iacentis loco usq;
 ad extremu supremuq; ambitus caeli limite patet:
 illa nebula & caligine replebatur. Et qui nunc sunt
 aluei siue trachones aquaru, ia tunc in ipso nascen-
 tis mundi exordio in terrae corpore futura aquis re-
 ceptaacula parata erant. In quibus etiam magna illa
 abyssus (de qua oim fluuenta aquarum producenda
 siue deriuada fuerant) patulo adhuc hiatu uacuioq;
 horrendum in preceps inane praeferebat. Cui quide
 desuper tenebrosa illius caliginis, qua tota tunc ter-
 rae superficies obuoluta erat, nebula tendebatur:
 quas (ut ego arbitror) tenebras, scriptura, cum cae-
 lum & terra crearentur, super faciem abyssi fuisse
 testatur. Talis mundi facies in principio priusquam
 formam reciperet aut dispositionem, per scriptu-
 ram significatur, cum dicitur: In principio creauit
 Deus caelum, & terram. Terra autem erat inanis &
 uacua: siue (ut alia translatio habet) incomposita: &
 tenebrae erant super faciem abyssi. Per caelum nan-
 que & terram, materiam illam omnium caelestium,
 terrestriumque; hoc loco significari puto; de qua
 postea succedenter in forma facta sunt, quae in ipsa
 prius per essentiam simul creata fuerunt. Ibi nanq;
 terra erat ipsum terrae elementum, & caelum mobi-
 le erat illa & leuis cofusio reliquoru triu, quae cir-
 cuita medio iacentis terrae suspensa ferebatur: & his
 duobus

Gene. I

X duobus omnium corporum caelestium siue terre-
 strium formandorum materia continebatur. Deinde
 sequitur scriptura, & dicit, Et tenebrae erant super
 faciem abyssi. Duo superius proposuerat, uidelicet
 caelum & terram. Modo quaedam alia duo subiun-
 git, scilicet tenebras & abyssum, alterum. i. abyssum in ter-
 ra, alterum. i. tenebras in eo quod caelum uocauerat
 significans intelligendum. Propterea namq; super
 faciem abyssi tenebrae erant, quia abyssus subter erat,
 & desuper caligo tenebrosa erat. Naque abyssus te-
 nebrae erat, quia lumen futura non erat: sed desuper
 faciem abyssi tenebrarum locus fuit in eo. scilicet elemen-
 to, unde lumen postea uenire debuit. Neque, nisi
 in lucis loco, tenebrae esse potuerunt: propterea te-
 nebrae erant super faciem abyssi. Et spiritus Domini
 ferebatur super aquas. Subito aquas nominat, cu
 prius in rerum creatione de sola terra, & caelo men-
 tionem fecisset. Sed non propterea aquas increatas
 esse credendum est, quia in creatione rerum aquarum
 nomen positum non est, quia ipsum caelum ip-
 se sunt tenebrae, ipsae & aquae. Caelum propter leui-
 tatem, tenebrae propter lucis priuationem, aquae propter
 motum & fluctuationem. Nam si abyssus in ter-
 ra erat, & tenebrae erant super faciem abyssi, ergo te-
 nebrae erant super terram. Sed quid erat super ter-
 ram? Duo in principio posita sunt, caelum & terra.

Questio.

Quid horum putas subter, aut quid supra fuisse di-
 cemus? Aut terra supra & caelum subter, aut terra
 subter & caelum supra? Sed nunquid credendum
 est prima illa conditione rerum caelum subter crea-
 tum fuisse, & postea in formatione supra dispositu?
 Fortassis quia prius scriptura nominauit caelum q
 terram, propterea caelum quasi fundamentum sub-
 tus creatum fuisse quis dicat. Ego aut non ordinis,
 sed dignitatis causa sic positum reor: & quia etiam
 sermo sequens de elemento terrae quasi de proximo
 (& ob hoc posterius nominato) habendus fuit,
 ideo & prius caelum, & postea terra nominari de-
 buit. Sed neq; ipsa conditorum natura alium posi-
 tionis aut locationis ordinem pateretur, qd ut pon-
 derosa deorsum, & sursum leuia disponerentur. Ergo
 terra deorsum erat, & caelum sursum: qd supra
 terram erat, caelum erat. Ergo caelum supra terram
 erat. Et aquae ubi erant? sub caelo, an supra caelum?
 Neq; sub caelo, neque supra caelum aquae erant, sed
 in caelo aquae erant, quia ipsum caelum aquae erant:
 totum aquae, & totum caelum, quia idem a-
 quae & caelum. Secunda die factum est firmamen-
 tum, & uocatum est caelum: & positum est, ut diui-
 deret inter aquas & aquas. & quae prius aquae erant,
 factae sunt aquae: aquae, quae sub caelo, & aquae, quae
 supra caelum. Et factum est caelum, caelum & caelum:
 caelum supra caelum, & sub caelo caelum. Vtque ho-
 die etiam caelum est supra caelum, & sub caelo cae-
 lum: & totum ex uno caelo, & unum caelum. Sed
 antequam fieret de illo caelo hoc caelum, quod est
 uocatum firmamentum, non erat, non illud caelum
 caelum & caelum, sed tantum caelum. Nec illae aquae
 aquae & aquae, sed tantum aquae. Et aquae & caelum
 unum caelum: & illud caelum & aquae illae, nec su-
 pra caelum erant, nec sub caelo, sed supra terram: ni-
 hilque erat inter caelum & terram, quia nihil erat

Cur prius caelum & postea terra a Moyses nomine.

Vbi essent aquae.

caelum duplex.

Gene. I

caelum & terra.

praeter caelum & terra. Et tñ aquae erant, & tenebrae
 erant, & abyssus erat. Abyssus in terra: tenebrae &
 aquae in caelo. Et tenebrae erant super faciem abyssi:
 & spiritus Dei ferebatur, super aquas. Ergo omnia
 erat spiritus Dei, quia omnia in potestate erant Dei,
 & in omnibus non arctabatur potestas Dei. Fortas-
 sis iam satis est (quantum ad propositum breuitatis
 pertinet) de his haecenus disputasse: si hoc solum ad-
 dicerimus, quanto tempore mundus in hac cofu-
 sione priusquam eius dispositio inchoaretur per-
 stiterit. Nam quod illa prima rerum omnium mate-
 ria, in principio temporis, uel potius cum ipso tem-
 pore exorta sit: constat ex eo, quod dictum est. In
 principio creauit Deus caelum, & terram. Quamdiu
 autem in hac informitate siue cofusione perman-
 seuit, scriptura manifeste non ostendit. Mihi autem
 uidetur (quantum ego conijcere ualeo) inter crea-
 tionem & dispositionem rerum, ordinem quidem
 temporis, sed nullam fuisse moram interiectam:
 ita ut uere quidem dici possit, hoc post illud factu
 fuisse, sed inter hoc factum & illud nullam omni-
 no dilationem interuenisse. Et ut breuiter quicquid
 mihi inde sentiendum uidetur, aboluam: ego arbi-
 tror in primo principio temporis, uel potius cum
 ipso principio temporis, hoc est quando ipsum tem-
 pus cepit: simul cepisse & rerum uisibilium om-
 nium materiam, eodemque prorsus momento in-
 uisibiliu in angelica natura essentiam: utranq;
 quodammodo in forma, & utranque quodammodo
 sine forma. Nam quemadmodum illa formandorum
 corporum materia, quando primum creata
 est, & quodam formam habuit, in qua subsistere
 cepit, & tamen informis erat, quia necdum dispo-
 sita & ordinata fuit: ita prorsus illa rationalis natu-
 ra, quando primum in spiritibus angelicis creata
 est, mox quidem per sapientiam & discretionem
 formata est: sed quia illi summo & uero bono (in
 quo beatificanda erat) nondum se per conuersionem
 amoris impresserat, quodammodo adhuc informis
 permanebat. Vtraque ergo natura & corporea, & per
 materiam, & incorporea per essentiam simul ad esse
 prodijt: quia, & in illa unde facta est, & in ista,
 quae facta est, uno eodemque momento temporis, in
 tempore, pariter & cum tempore esse cepit. Nam
 spiritualis natura (cum simplex sit, eique idem sit
 omnino esse quod est) materialiter prius quam per-
 sonaliter fieri non habet, sicut corporea natura: &
 propterea illa, dum crearetur, prius quidem per
 materiam, ex qua facta est, ad esse prodijt: haec uero
 statim in ipsa, qua subsistit, uita simplici, & essentia
 immortalis indissolubilique primum accepit. Vtra-
 que tamen in eo, ex quo ipsa est: altera uero, id est
 incorporea in eo, quod ipsa est. Vtraque informis,
 sicut dictum est.

Gene. I

De distinctione formationis. Cap. VII.

ET de illo quidem primae conditionis statu prius
 quam in formam, naturam dispositionemque
 ueniret, haec dicta sufficere uolumus. Deinde sequi-
 tur, ut dispositionem ipsam qualiter perfecta sit
 ordine persequamur. Sex diebus disposuit, & ordi-
 nauit

Gene. I nauit, atque, in formam redegit Deus cuncta, quæ fecerat: perfecitque opus suum die sexta. Et sic demum die septima requieuit, cessauit ab opere. Prima die facta est lux. Secunda die factum est firmamentum. Tertia die, congregatae sunt aquae. Quarta die facta sunt luminaria. Quinta die, pisces & uolucres. Sexta die bestiae, iumenta, repulia. Nouissime (eadem tamen die) homo. Hoc primum in hoc loco lectori admonere uolumus: ut quoties in his operibus, uidelicet sex dierum aliquid fieri audierit, ut uerbi gratia. Cum dicitur, prima die facta est lux, secunda die, factum est firmamentum, tertia die, congregatae sunt aquae, quarta die facta sunt luminaria: non modo primum cum facta dicuntur, hæc de nihilo creata fuisse existimet, sed potius de ipsa (quæ prius creata erat de nihilo) materia formata intelligat. Etiam aliquando uerbum creationis positum reperit: ut est ibi, Creauit Deus cetera grandia, & omnem animam uiuentem atque motabilem: non ad materiam, qua esse cœperunt, sed ad formam, qua hoc quod sunt esse cœperunt, referendum esse sciat.

De mysterio lucis: quare primum facta est. Cap. VIII

B Incipiens ergo Deus opera sua, ut perficeret, primum fecit lucem, ut cetera omnia postmodum faceret in luce. Significauit enim nobis se non amare opera, quæ in tenebris fiunt, quoniam mala sunt. Quia omnis, qui male agit, odit lucem: & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius, quia mala sunt. Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opera sua, quia in Deo facta sunt. Ipse ergo, qui ueritatem facturum fuit, in tenebris operari noluit, sed uenit ad lucem, & fecit lucem, ut se manifestaret per lucem. Non enim ideo fecit lucem, ut ipse uideret per lucem, sed ut opera sua manifestaret per lucem, quia in Deo facta sunt. Et ideo uidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Hoc mihi dicendum interim fuit pro reddenda ratione, cur Deus primum lucem fecit.

Qualis eadem facta est lux: & ubi. Cap. IX

C Sed nunc superest, ut rei gesta ueritatem diligentius prosequamur. Principium ergo diuinorum operum fuit creatio lucis, quando ipsa lux non materialiter de nihilo creata est, sed de præiacenti illa uniuersitatis materia formaliter facta est, ut lux esset, & uim ac proprietatem lucendi haberet. Hoc opus prima die factum est, sed huius operis materia ante primam diem creata est. Moxque cum ipsa luce dies cœpit, quia ante lucem nec nox fuit nec dies etiam si tempus fuit. Si autem queritur qualis hæc lux fuit, corporea an incorporea: & si corporea, cuiusmodi corpus habuit: & utrum uno loco circumscripta an ubique diffusa: utrum in motu an immobilis. Quantum ego arbitror rectissime respondetur: corporalibus rebus & uisibilibus illuminandis, non nisi lucem corpoream congruere potuisse. Omne autem corpus quantumlibet subtile, & spiritali naturæ approximans, loco circumscribi necesse est.

Rursumque, nisi mobilis fuisset lux illa, nequaquam alterna uicissitudine diem ac noctem distinguere, nec temporis spatium ullatenus sine motu peragere ualuisset. Secundum hanc itaque considerationem, conuenientius puto, ut credamus lucem illam in principio factam ad illuminanda corporea sine dubio corpoream fuisse, quale fortasse esse potuisset corpus aliquod lucidum, cuius præsentia cuncta illustrarentur, quemadmodum nunc in sole uideri potest: ipsamque uice & loco solis factam, ut interim motu suo circumageretur, & noctem diemque discerneret. Cum qua (quia dies prima exorta est) ego crediderim magis illam, quando facta est, ibidem primum apparuisse, ubi sol quotidiano cursu circumuectus oriens emergit: ut eodem tramite circumcurrens, ac primo ad occasum descendens uesperam faceret, & deinde reuocata ad ortum auroram, hoc est mane ante ortum sequentis diei illustraret. Et propterea quia primus dies auroram præcedentem non habuit, quoniam antequam lux crearetur, plena tenebræ fuerunt: mox autem luce apparente super terram plenus dies, propterea quod a perfecto opus Dei inchoari debuisset, ideo dixisse scriptura. Factum est uespere & mane dies unus. Non enim dixit factum est mane & uespere: sed factum est (inquit) uespere & mane dies unus. quia, sicut diximus primus dies mane præcedens non habuit, quoniam a luce plena atque perfecta initium sumpsit. Propterea omnis aurora præcedentis diei est, & omnis dies ab ortu solis initium sumit. Estque dies naturalis illud spatium temporis, quod ab ortu solis usque ad ortum pertransiens noctem in se diemque concludit: in qua (quoniam naturaliter dies noctem præcedit) & finem diei uesperam dicimus, finem noctis auroram, constat indubitanter, quod aurora semper ad præcedentem diem referenda sit. Ergo illud primum momentum temporis, quando creata est omnium uisibilium inuisibiliumque natura, nec nox fuit nec dies, & tamen tempus fuit, quia mutabilitas fuit. Postea uero continuo luce facta diuisa sunt tenebræ & lux: & tempus iam per diem & noctem distingui cœpit.

Quod simul facta est lux uisibilis & inuisibilis, & pariter diuisa a tenebris. Ca. X.

ET ut mihi uideatur eodem profus temporis momento, quo uisibiliter & corporaliter diuisa est lux a tenebris: inuisibiliter quoque boni angelis discreti sunt a malis, illis in tenebras peccati cadentibus, & istis ad lucem iustitiæ cōuersis, illuminatisque a luce, ut lux essent & non tenebræ. Sic enim consonare debuerunt exemplaria operum Dei: ut quæ uisibilia erant opera sapientiæ, inuisibilium prouentus sequerentur: secundum quod ipsa, quæ utrobique operabatur sapientia, ibi iudicium exercuit, hic formauit exemplum. Diuisa est lux, ergo a tenebris: & erat lux uisibilis, & uisibiles tenebræ erant: similiter & lux inuisibilis erat, & tenebræ inuisibiles erant: & utrorumque diuisio facta est, & simul facta est diuisio tenebrarum & lucis. Et uocata est lux dies, & tenebræ nox. Vtrumque quidem Deus diui-

G diuisit, & utrunque nominauit, sed & utrunque non fecit. Deus enim auctor tenebrarum non est, sed lucis: quia peccatum est tenebræ, & peccatum nihil est: & sine ipso nihil factum est. Lux ab ipso facta est: quia iustitia, & ueritas lux est, & de luce audiuius, quod dixit Deus. Fiat lux: & ita lux facta est. Nusquam dixit Deus, Fiant tenebræ. Sed de luce dixit. Fiat lux: & diuisit lucem a tenebris: & uocauit lucem diem: & tenebras noctem. Ergo non fecit utrunque, tamen utrunque diuisit, & utrunque nominauit. Diuisit per iudicium, & per meritum nominauit. Iudicauit & disposuit. Quia nec hoc apud eum iudicantem inordinatum esse potuit, quod apud delinquentes inordinatum fuit: uocauit lucem diem, & tenebras noctem.

Quod tres dies lux illuminauit: & quare ante solem facta est. Cap. XI.

H Ergo nemo dicat quomodo ante factum solem dies esse potuit: quia antequam sol fieret, lux erat. & uidit Deus lucem, quod esset bonum, & uocauit lucem diem, & tenebras noctem. Et ipsa lux tres illos primos dies faciebat, antequam sol fieret, & illuminaret mundum. Sed quid significat, quod non statim factus est sol, ex quo lucem fieri oportuit: sed ut quasi lux esset priusquam clara lux? Et fortassis confusio plena luce digna non erat: aliquam tamen lucem accepit, ut uideret exire ad ordinem & dispositionem.

Sacramentum diuinorum operum.

Cap. XII.

I Go puro magnum hic aliquod sacramentum commendari: quia omnis anima quandiu in peccato est, quasi in tenebris est quibusdam & confusione. Sed non potest euadere confusionem suam, & ad ordinem iustitiæ, formamque dispositionem, nisi illuminetur primum uideat mala sua, & discernere lucem a tenebris, hoc est uirtutes a uitijs, ut se disponat ad ordinem & conformet ueritati. Hoc igitur anima in confusione iacens sine luce facere non potest, & propterea necesse est primum, ut lux fiat, ut uideat semetipsam, & agnoscat horrorem & turpitudinem confusionis suæ: & explicet se, atque coarctet ad illam rationabilem dispositionem, & ordinem ueritatis. Postquam autem ordinata fuerint omnia eius, & secundum exemplar rationis, formamque sapientiæ disposita, tunc ita incipiet ei lucere sol iustitiæ, quia sic in re promissione dictum est. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Prius ergo in rationali illo mundo cordis humani creatur lux, & illuminatur confusio, ut in ordinem redigatur. Post hæc cum fuerint purificata interiora eius, uenit lumen solis clarum, & illustrat eam. Non enim digna est contemplari lumen æternitatis, donec munda & purificata fuerit, habens quodammodo

Mat. 5.

do & per materiam speciem, & per iustitiam dispositionem. Sic lex præcessit gratiam, sermo spiritum, sic præcursor Ioannes Christum, lux lucem, lucerna solem, & ipse Christus humanitatem suam prius demonstrauit, ut post manifestaret diuinitatem, & ubique lux lucem præcedit. Lux, quæ peccatores ad iustitiam illuminat, illam lucem, quæ iustificatos ad beatitudinem illustrat. Ergo facta est lux priusquam solis claritas manifestaretur: & dies erat: & tres dies erant, quando lux erat & sol non erat. Quarta die illuxit sol: & illa dies clara erat, quia lumen uerum habuit, & tenebræ non erant uide. Sic nulla anima meretur lumen solis accipere, & summæ ueritatis claritatem contemplari, nisi tres dies isti in ea præcedant. Prima quidem die fit lux, & diuiduntur lux & tenebræ, uocatur fitque lux dies, & tenebræ nox. Secunda die firmamentum, collocaturque inter aquas superiores & aquas inferiores, & uocatur firmamentum cælum. Tertia die congregantur aquæ, quæ sub cælo sunt in locum unum: iubeturque manifestari arida, & uertiri graminibus suis. Omnia autem hæc spiritualia præferunt documenta. Primum in corde peccatoris creatur lux, quando semetipsum agnoscere incipit: ut diuidat inter lucem & tenebras, & appellare incipiat lucem diem, & tenebras noctem: & non sit iam, de quibus dicitur. Vae, qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Post hæc autem, cum cœperit inter lucem & tenebras diuidere, & lucem diem, tenebras quoque appellare noctem, id est cum mala sua ueraciter per iudicium rationis improbare: & quæ sunt bona & laudabilia lucis opere eligere cœperit, restat ut fiat in eo firmamentum, hoc est in bono proposito corroboretur, diuidere inter aquas superiores & aquas inferiores, id est desideria carnis & spiritus, ut medius & mediator duo sibi aduersantia nec permisceri sinat nec transponi: ne simul sit, quod diuidi debet, aut supra quod subter, aut subter quod supra collocandum est. Nouissime sequitur in dispositionis ordine opus tertium diei: ut congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt in locum unum: ne carnis desideria fluxa sint, & ultra metam se necessitatis expandant: ut totus homo ad statum naturæ reuocatus, & secundum ordinem rationis dispositus, in locum unum omne desiderium colligat, quatenus & caro spiritui, & spiritus subiectus sit creatori. Quisquis sic ordinatus est, dignus est lumine solis: ut mente sursum erecta, & desiderio in superna defixo lumen summæ ueritatis contemplanti irradiet: & iam non per speculum inanigmate, sed in seipsa ut est, ueritatem agnoscat, & sapiat. Sed & illud non negligenter transeundum est, quod dicitur. Vidit Deus lucem, quod esset bonum: & diuisit lucem a tenebris: & uocauit lucem diem, ac tenebras noctem. Fecit enim, & uidit: deinde diuisit, & uocauit. Quare uidit? Noluit prius diuidere, quam uideret. Prius uidit an esset bonum, &

M. Hug. a S. Vic. To. iij. P p tunc

Deus quare noluit prius diuideri lucem, quod vidisset.

tunc demum diuisit lucem à tenebris, & vocauit lucem diem, & tenebras noctem. Adducet enim omne opus suum in iudicium. Et non solum opera alia, quae in luce fecit, vidit Deus, quod esset bonum: sed ipsam quoque lucem vidit, quod esset bonum, & diuisit lucem, & tenebras. Nam ipse Angelus malus transfiguratur se aliquando in Angelum lucis, & ingerit se ad decipiendam mentem quasi lux vera. Sed haec lux non est diuidenda à tenebris, nec vocanda est dies sed nox: quia speciem quidem lucis habet, sed tenebras veras. Propterea prius vidit Deus lucem an esset bona, vt non statim credamus omni spiritui, sed probemus spiritus, si ex Deo sint, & cum viderimus lucem, quia bona est, tunc demum diuidamus lucem à tenebris, & vocemus lucem diem, & tenebras noctem. Ergo non solum studendum est, vt lux praecedat in operibus nostris, & vt in luce fiant opera nostra: sed ipsa quoque lux prius videnda est, & consideranda diligenter: & sic postremo, cum viderimus lucem quia bona est, diuidamus lucem à tenebris, & vocemus lucem diem, & tenebras noctem.

Quare dicit scriptura, vidit Deus lucem. Cap. XIII.

Ed occurrit fortassis, quomodo vidit Deus lucem, quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris, & vocauit lucem diem, & tenebras noctem. Nam si caetera opera sua in luce vidit, quod essent bona, in qua luce vidit lucem, quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris, vocauitque lucem diem, & tenebras noctem? Nihil enim uideri potest sine luce, sed nec tenebrae sine luce uidentur, quanto magis lux non uidetur sine luce? Quae fuit ergo illa lux, per quam Deus uidit lucem, quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris? An per ipsam eam uidit, quod esset bona, an per aliam lucem uidit, quod esset bona? Sed quomodo per ipsam uidere potuisset, quod esset bona, si aliam lucem non habuisset, per quam, & in qua ipsam lucem vidisset quod esset bona? Nam si vidit, quod esset bona lux ista, & uere uidit: in aliquo uidit, de cuius bonitate dubitari non potuit: Ergo alia lux increata, in qua ista lux creata uidebatur, quod esset bona: quia illam imitabatur, quae semper est bona. In illa enim luce, cum ipsa solum sit bona, uidentur, & mala, & bona: & non solum mala, & bona in ea uidentur, sed mala etiam esse mala, & bona esse bona in ea uidentur: propterea quod ipsa uere, & summe est bona. Quod enim ab ipsa discordare uidetur, malum esse uidetur: & quod ei simile esse uidetur, bonum esse uidetur: & utrumque non nisi in ipsa, & per ipsam uidetur. Per lucem ergo probauit lucem: quia in luce incommutabili uidit, quod lux ista commutabilis suo modo, & ordine bona esset. Et diuisit lucem à tenebris: uocauitque lucem diem, & tenebras noctem: & in ea luce, in qua uidit lucem, quod esset bona: etiam caetera opera sua, quae operatus est, uidit quod essent bona: & nihil sine illa luce uidit, uel bonum

Quae fuerit illa lux per quam Deus uidit lucem, quod esset bona.

Gen. 1.

uel malum: siue ex ijs, quae ipse bona fecit: siue ex ijs, quae nos fecimus mala: quae omnia ipse non male, sed bene uidit. Et ibi uidit, ubi nullum malum uidit. Haec ipsa lux est, qua & nos uidere oportet omnem lucem an bona est: nec poterimus iudicare uere de luce an bona est, donec ista luce illuminati fuerimus, quae uere bona est. Spiritualis enim diiudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Et si spiritus Dei uere in nobis habitat, non nos poterunt decipere spiritus erroris, etiam si in luce uentiant ad nos: quia habebimus lucem in nobis, in qua nobis manifestum erit de omni luce utrum bona est: & sic fiducialiter diuidemus lucem à tenebris, & iudicabimus non solum inter tenebras, & lucem, sed etiam inter lucem, & lucem iudicabimus: non solum inter noctem, & diem, sed etiam inter diem, & diem iudicabimus, & iudicabimus omnem diem, & noctem iudicare, parum est lucem, et tenebras diuidere: hoc est uirtutes à uitijs sequestrare, nisi sciamus etiam inter diem, et diem iudicare, et sciamus omnem diem iudicare: ut sciamus, qui sint illi motus, qui sub uirtutum speciei quasi luce aliena ad nos ueniunt: et qui sursum illi sint, qui ueram uirtutis claritatem praetendunt, et in ipsis quoque uirtutibus non solum, quae bona sint, sed etiam quae sint potiora probemus. Spiritualis enim diiudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur: quia spiritus omnia scrutatur, etiam profundat Dei: et unctio eius docet nos de omnibus.

Quae sit cautela boni operis hic significata. Cap. XIII.

Hic tibi attende quanta sit cautela bono operi adhibenda. In principio omnium operum tuorum uide, ut lucem habeas in te, ut omnia opera tua lucis sint, et non tenebrarum. Postea conde ra diligenter, utrum ne lux tua pura sit, et non fuscata: et cum inueneris quia bona est, tunc demum diuide eam à tenebris: et uoca lucem diem, et tenebras noctem. Deinde reliqua opera tua, quae in luce feceris, uide si etiam ipsa bona sint, et nullum omnino opus sine iudicio pertranseat, donec agnoscas cuncta, quae fecisti. Ita geminum est iudicium: primum in quo lux iudicatur, et uidetur si bona est, ut diuidatur à tenebris: secundum est iudicium, quando opera ipsa, quae in luce facta sunt, ad iudicium uocantur: et uidetur quia ipsa quoque bona sunt: et sic demum requiescit Deus. Aliqua quaedam lucis mysteria, interim pro tempore transcurrentes perstrinximus: nunc iterum ad propositi nostri seriem texendam reuertamur.

Quid factum est de luce illa primaria post creatum solem: & an de se ipsa solus substantia liter factus est. Cap. XV.

Igitur Deus prius lucem facere uoluit ad illuminandum mundum antequam solem crearet operaria praecurrentem, donec ueniret, quod perfectum

perfectum est. Et sunt qui quaerant quid de illa luce factum sit, propterea quod iam nulla eius uestigia reperiri possunt, ex quo solis claritas illuxit. Alij dicunt dispersam per ampla aeris spatia uim lucendi & illuminandi amisisse: superesse tamen adhuc quasdam tenues reliquias, quae in ambitu firmamenti intrinsecus huc illucque sparsim diligentius intuentibus nocte demonstrentur: die uero eas maiori, ne uideri valeant, solis claritate abscondi. Sic quique suas opiniones, prout possibile est, confingunt. Sed quis scit, utrum ipsa eadem lux postea in solis substantiam translata sit, & ampliata claritate formam meliorem acceperit, quemadmodum in nuptijs Iesus de aquis uinum fecit, ut reformationis statum in melius, & restorationis sacramentum demonstraret. Nam erat lux antequam sol factus est: hoc erat aqua prius quam in uinum mutata est, ut non aliud fieret, quod potius exhibitum est: sed de eo ipso, quod ante uilius habebatur. Ita de rebus dubijs nemo est, qui possit certum aliquid definire.

Utrum Deus per sex dies sine intervallo operatus est: siue alio quolibet modo. Cap. XVI.

Solum adhuc illud de operatione primae diei inquirendum restat: si Deus lucem in primo exitu eiusdem diei, id est, primae creauit. Cum nihil eadem die aliud fecisse legatur quam lucem. Utrumne usque ad ortum sequentis diei quando firmamentum fecit ab opere cessasse credendus sit, cum scriptura septima eum die demum requieuisse testetur. Cui quaestioni gemina responsione obuiabimus: aut enim dicemus Deum in illis sex diebus operationem suam ita continua perseverantia produxisse, ut nullo temporis intervallo ab operando desierit. Aut ita sex diebus operatum, ut nullum quidem diem in operando intermiserit: non quod nullo temporis spacio operari cessauerit. Quia si quidem illam assertionem probare uolumus, quod continua fuerit eius operatio, dicere poterimus, quod prima die lucem in exitu ipsius diei fecit: deinde ut cursu suo diem noctemque distingueret, primum de oriente ad occasum, & rursum de occidente ad ortum direxit. Nec solummodo opus eius fuisse, quod lux facta est, sed quod directa ipso gubernante & dirigente cursum expleuit. Eodem modo de secunda die dicitur, quando firmamentum factum est, & circumactionis perpetuae praecipuum simul, & legem accepit. Hoc etiam de tertia, quarta, quinta, vel sexta die, prout ratio dictauerit exquiret, quisquis huius partis assertionem elegerit. Si cui autem ista interpretatio nimis obscura uidebitur, maxime quod de motu firmamenti necdum rata sit assertio: ad illam alteram, quam proposuimus recurrat expositionem, quae facilius est, & se promptius ad intelligendum commodat rationi. Dicit igitur Deus sex diebus operatum, & septima die requieuisse ab opere: quia nullus de sex inuenitur diebus, in quo opus non fecerit Deus, donec septima dies ueniret, quando deinde ab omni

ni opere requieuit. Et haec quidem de operatione primae diei dicta sint.

De opere secundae diei, quando factum est firmamentum. Cap. XVII.

Ed uidit Deus, quod esset bonum: & ait. Fiat firmamentum in medio aquarum. Noluit igitur Deus ad sequens opus transire, donec diiudicasset primum. Cum ergo uidisset de luce, quod esset bonum: tunc ait. Fiat firmamentum. Quantum ad literam pertinere uidetur: factum est firmamentum die secunda, prius quidem in illa uniuersitatis materia de nihilo creatum: & nunc ex illa ipsa ad talem formam erutum & factum firmamentum: ut ambitu suo medium quodam modo interueniens magnam illam aquarum, immensamque congeriem abinuicem separaret atque diuideret: & de aquis faceret aquas & aquas: hoc est aquas, quas ambitu suo intrinsecus complecteretur, & subtus se contineret: & aquas, quas extrinsecus, & supra gyrum limitis sui relinqueret.

De qua materia factum sit firmamentum: & quale factum sit. Cap. XVIII.

Multa quidem sunt, quae de firmamenti natura, animam quaestione pulsare possent: si haec humana inuestigatio relinquenda potius quam discutienda non uideret. Nam utrum ex puro igne factum sit, siue ex aere, aut etiam ex aqua, vel postremo ex duobus, aut tribus horum commixtis: & an substantiam solidam, naturaue palpabilem habeat: quantave credenda sit spissitudo eius: & utrum ipsum calidum an frigidum, aut cuius alterius qualitatis existat, merito quaeretur: si inde aliquid certum sciri potuisset. Nunc autem in quaestionibus harum rerum non mihi multum laborandum uidetur, quas nec ratio ulla comprehendit, nec auctoritas (cui fides adhibenda sit) probat. Solum hoc, quod legimus, credere sine dubitatione debemus: quod factum est firmamentum, ut diuideret aquas ab aquis, hoc est ut parte aquarum intra ambitum suum concluderet, partemque extrinsecus segregaret.

Sacramentum supradictorum. Cap. XIX.

Quare autem factum sit, ut firmamentum aquas a se diuideret: partimque supra atque infra, partim earundem aquarum natura consisteret: non quaerat extra se, qui haec propter se facta credit. Nam est illo, qui interius fabricatus est, mundo quiddam huius operis formam & exemplar habens: ubi terra quaedam deorsum posita consistit sensuualis natura hominis: caelum autem sursum puritas intelligentiae, & quasi quodam immortalis uita motu uergetata ratio. Duas uero istas tam dissimiles in uno homine naturas, magna quaedam desideriorum moles hinc inde fluctuantium, & in contraria saepe motu alterno tendentium oberrat: quia & aliud est, quod subtus caro ex infirmitate pressa appetit: & aliud, quod M. Hug. à S. Vic. To. iij. Pp 2 Ipi-

spiritus sursum per contemplationem veritatis eleuatus intendit. Sed sit aliquo diens, vt contrarij motus confusionem gignant, nisi ratio media interueniens diuidat ab inuicem, & discernat voluntates & appetitus, desideriaque diiudicet. Quid sit videlicet quod ex carne deorsum trahit, quid quod ex spiritu in superna inhiat, summum illud & immortale bonum ambiens. Nam cum ipsa ratio fortiter iudicij censura quasi firmamentum quoddam in medio sese collocat, atq; hinc supercelestes aquas: illinc autem eas, quae sub caelo sunt, disponit separatim: non potest inferior corruptela inferiorem animae puritatem inficere: neque ipsa, quae sursum est, sinceritas, ad ea, quae subter sunt abiecta & vilia, finitur sese inclinare.

Quare non dicitur Deus vidisse opus secundae diei, quod bonum esset. Cap. XX.

A Sed mirum est, quare non vidit Deus opus secundae diei, quod esset bonum: sicut in ceteris omnibus diebus vidisse legitur, & vidit Deus, quod esset bonum. Aut enim opus eius non fuit, & bonum non fuit: aut si opus eius fuit, bonum fuit. Si autem bonum fuit, & opus eius fuit: vidit utique quod bonum fuit, qui non potuit ignorare, quod fuit: siue bonum siue malum fuit. Quare ergo hic non dictum est. Vidit Deus, quod esset bonum: sicut alibi ubique dictum est: Vidit Deus, quod esset bonum? Nam si ideo alibi dictum est, quia factum est: cur etiam hic dici non debuit, si factum fuit? Fortassis quia binarius signum diuisionis est, qui primus ab unitate discedit: sacramentum aliquod hic commendatur. Et non sunt laudata opera secunda, non quia bona non essent, sed quia malorum signum essent. Prima enim opera fecit Deus, & illa omnia bona valde erant, quibus neque inerat corruptio, neque deerat perfectio. Sed venit deinde diabolus & homo, & fecerunt ipsi opera sua: & haec erant opera secunda post prima, mala post bona: & noluit Deus videre opera ista, quia mala erant, sed quae per sapientiam vidit: per iudicium improbauit.

Quomodo congregatae sunt aquae in vnum locum, vt arida appareret. Cap. XXI.

ET dixit Deus. Congregentur aquae, quae sub caelo sunt, in locum vnum. Quantum ad literam spectat, locus vnus, in quo congregatae sunt aquae, quae sub caelo erant, abyssus magna creditur: quae ab ipso mundi exordio in terrae corpore tantae capacitatis facta fuisse putatur, vt omnium receptaculum aquarum esse potuisset. Nam aquarum natura in principio tenuis admodum leuisque, & in modum nebulae cuiusdam dispersa: postquam diuina virtute, & iussione in vnam (vt ita dixerim) massam compingi quodam modo atque densari coepit, ipso suo pondere deorsum vergens in ima collapsa a terra excepta est: spatiumque illud, quod desuper vsque ad ipsum firmamentum occupauerat, serenum purumque dereliquit. Ipsa quoque terra superficies (aquis omnibus inter alueos suos

conclusis) apparere coepit. Primo quidem lutu lenta, & lubrica, nudaque velut quae germina necdum ulla protulisset, quibus vestiri & superduci potuisset.

Quomodo terra germina produxit. Cap. XXII.

Dixit ergo Deus, vt produceret terra herbam viuentem, & facientem semen, lignumque pomiferum faciens fructum in genere suo, cuius semen in semetipso esset super terram: & factum est ita. Deinde ad irrigandam vniuersam terram ab illa magna abyssu, quasi a fonte quodam aquae interius quidem intra viscera telluris per trachones occultosque meatus, desuper vero in superficie per alueos suos in omnes partes deductae sunt, itu & reditu mirabili & indefesso, lege perpetua, ad vnum locum.

Quare aqua ille, quae supra caelum sunt, non dicitur scriptura, quod sint congregatae in vnum locum. Cap. XXIII.

DE illis aquis, quae supra caelum sunt, non dicit scriptura quod congregatae sunt in locum vnum, quemadmodum de illis, quae erant sub caelo. Magna sunt in his omnibus sacramenta, nec explicabilia praesenti abbreviatione: quod aquae, quae sub caelo sunt, congregantur in vnum locum, quod apparet arida, & germina producit: simulque ipsa aeris spatia contracta tandem caligine serenantur, & aquarum tractus ad irrigandam atque infundendam terram per corpus illius quacunque sparguntur: & nihil sine causa factum est. Hoc mirum videtur, quod aquae, quae sub caelo sunt, congregantur in locum vnum: & illae, quae sunt supra caelum, non congregantur, neque eis locus vnus tribuitur, sed relinquuntur diffusa atque expansae, quasi aquae coarctari nolint vel colligi. Quid putas hoc sibi vult, nisi quod charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis? Et istae sunt supercelestes aquae: quia adhuc excellentiorem (inquit Apostolus) viam vobis demonstrat. Si lingua hominum loquar & angelorum, si habuero omnem prophetiam: si nouero mysteria omnia, quid est? nihil prodest si charitatem non habeam. Pax (ait) Dei, quae exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras. Iam quodammodo videmus, quare aquae illae, quae supra caelum sunt, non debuerunt colligi, & in vnum coarctari, quoniam charitas amplificanda semper est, & dilatanda: & quanto latius panditur, tanto celsius sublimatur. Quae autem sub caelo sunt aquae, congregandae sunt & constringendae in locum vnum, ut inde per certos tramites & exitus ordinatorum quacunque deducantur. Quoniam affectus animae inferior, nisi certa lege constringatur, non potest apparere arida: nec germina producere, sicut Apostolus castigat corpus suum, & in seruitutem redigit: ne forte cum alijs praedicauerit, ipse reprobus fiat.

Quod

Quod tribus diebus facta est rerum dispositio. Cap. XXIIII.

ECce ista sunt trium dierum opera, antequam sol vel caetera luminaria facta fuissent. In his primis tribus diebus disposita est vniuersitatis huius machina, & partibus suis distributa firmamento desuper expanso. Deinde terra reuelata, atque in imo residente, & suo pondere librata, collectisque aquarum molibus intra receptacula sua aere serenato: quatuor mundi elementa locis suis distincta & ordinata sunt.

Quomodo tribus diebus sequentibus ornatus est mundus. Cap. XXV.

DEinde sequebatur ornatus eorum, & hoc trious sequentibus item diebus factum est. Quarto (qui fuit primus in tribus) ornatum est firmamentum sole, & luna, & stellis. Quinto die (qui fuit secundus in tribus) aer in volatilibus, & aquae in piscibus ornamenta acceperunt. Sexto die (qui fuit tertius in tribus) accepit terra bestias, & iumenta, & reptilia, caeteraque animantia, quae mouentur in terra. Homo autem nouissimo die factus est de terra & in terra, non tamen ad terram, neque propter terram, sed ad caelum: & propter eum, qui fecit terram & caelum. Ergo factus est homo non quasi ornatus terra, sed Dominus & possessor: vt non ad terram referatur conditio eius, propter quem facta est terra.

Vtrum de ipsis elementis facta sunt, quae ad ornatum illorum facta sunt. Cap. XXVI.

DE ornatibus elementorum si interroget quis, vtrum nam credendum sit ex ipsis ea quaeque elementis esse condita, ad quorum decorem vel pulchritudinem facta probantur: vt verbi gratia: quae ad ornatum terrae facta sunt, non nisi de terra sumi potuerunt: hoc & si in alijs verum concedimus, non tamen in elemento aeris villo modo probare valemus, cum manifeste volatilia legamus accepisse & ab aquis originem, & in aere mansionem. Quod quare factum sit, vt non (ad similitudinem aliorum, quae ad ornatum elementorum mundi creata sunt) ex ipso elemento materiam sumerent, in quo locum fortiri debuerunt forte quis ad ipsius elementi materiam referat, quod quasi tãtam aer corpulentiam non habuerit, vt animantium corpora, quae solidam materiam requirunt, ex eo conderentur. Aquarum autem naturam magis terrae affinem plusquam corpulentiae habentem, ac per hoc formandis corporibus aptiorem. Sed altior in his rebus sacramenti virtus obiecta est.

Sacramentum quare pisces et aues de vna materia facti sunt: & in vna sede dispositi non sunt. Cap. XXVII.

DVo sunt genera animantium, quae ex vna origine prodeunt, sed non vnam mansionem for-

tiuntur. Pisces in originali sede permanent. Volatilia sursum tolluntur, & fiunt quasi supra id, quod facta sunt. Sic de vna massa corruptibilis naturae, & sua mutabilitate defluentis vniuersa generis humani ppago trahitur, sed alijs deorsum in ea, quae nati sunt, corruptione iuste derelictis: alijs sursum dono gratiae ad sortem caelestis patriae eleuatis, iudicij seruatur aequitas.

Quare opera conditionis prius commemorantur, deinde opera restorationis. Cap. XXVIII.

PER quam multa sunt alia, quae de his diebus mystica dici potuerunt. Sed nos quasi extra materiam nostram curam ista perstrinximus, vt ad eandem materiam tractandam quasi ex precedenti accessum conuenientiore habereimus. Nos siquidem propositum habemus de sacramento redemptionis humanae (quod a principio in operibus restorationis formatum est) quantum Dominus dedit in hoc opere tractare. Sed quia opera conditionis tempore priora fuerunt, ab his exordium sermonis sumimus, vt inde ad reliqua, quae sequuntur suo ordine viam faceremus. Dicimus namque opera conditionis creationem vniuersorum, quando facta sunt, vt essent quae non erant, opera vero restorationis, quibus impletum est, vel figuratum est sacramentum redemptionis, quo reparata sunt, quae perierant. Ergo opera conditionis sunt, quae in principio mundi sex diebus facta sunt: opera vero restorationis, quae a principio mundi propter reparationem hominis sex etatibus fiunt: Quae (ut breui definitione stringamus) opera restorationis esse dicimus incarnationem verbi, & quae in carne & per carnem gessit verbum cum omnibus sacramentis suis, siue ijs, quae ab initio mundi ad ipsam incarnationem figurandam praecesserunt, siue ijs, quae vsque in finem seculi ad ipsam annuntiandam & praedicandam subsequuntur. De his loquitur omnis diuina scriptura, & de his & pro his facta est omnis diuina scriptura: quia quemadmodum libri Gentilium opera conditionis inuestigant, & tractant: sic diuina eloquia ad opera restorationis tractanda, & commendanda maxime operam dant.

Quod in operibus restorationis maxime versatur tractatio. Cap. XXIX.

ERgo in operibus restorationis a principio redemptionis mysterium inuestigandum est: & si hoc diligenter in his omnibus secundum seriem temporum, & successiones generationum, ac dispositionem praceptorum inquirimus, summam totam diuinarum scripturarum fidenter nos attigisse pronuntiamus. Hoc autem inueniendum est a conditione primi parentis: & erudendum paulatim progredientibus nobis semper ad ea, quae ordine subsequuntur. Sed breuiter in clausula ipsa supradicta colligimus, ad intelligentiam dicendorum comparandam. Opera ergo conditionis, id est mundus iste sensibilis cum omnibus elementis suis, M. Hug. a S. Vic. To. iij. Pp 3 in

in materia quidem ante omnem diem in tempore pariter & cum tempore facta sunt, postea sex diebus in formam disposita: tribus primis diebus ordinata, & sequentibus tribus ornata. Nouissime sexta die factus est homo Adam & Eua, propter quæ facta sunt cætera omnia, & ipse in paradiso collocatus est: primo mansurus ibi & operaturus, ut post opus consummatum, & obedientiam impletam, exiade illuc proueheret, ubi erat semper mansurus. Sed quia sequentis operis feriem, a conditione primi hominis deducere institimus, iustum est, ut in ipsius exordio libri, primum causam conditionis humanæ inueigemus: ut simul demonstretur & primum rationabiliter a Deo conditus, & postmodum misericorditer reparatus. Ibi quoque dum conderetur gratuito factum opus rationale, & hic dum redimeretur rationabiliter impletum opus gratiæ.

Quatuor esse, per quæ sermo subsequens decurrit. Cap. XXX.

Quatuor igitur sunt, per quæ sermo subsequens ordine decurrere debet, id est primum quare creatus sit homo, deinde qualis creatus sit, deinde qualiter lapsus sit, postremo autem qualiter sit reparatus.

INCIPIT SECUNDA Pars de causa creationis hominis: & de causis primordialibus rerum omnium. Cap. I.

In principio operis, quod vestra instantia magis quam alacritate propria aggressus sum, mundi huius sensibilis originem & dispositionem, quam breuissimo potui sermone, & qui maxime, ut positum nobis fuerat, introducendis conueniat, explicui. Nunc vero consequens est, ut creationem hominis (propter quem mundus ipse factus est) sermone prosequamur, eo sane ordine loquendo incedentes, quem creator ipse rerum demonstrauit operando. Prius siquidem opifex Deus mundum fecit, ac deinde hominem possessorem & dominum mundi, ut cæteris omnibus iure conditionis dominaretur homo, ipsi, a quo factus fuerat, soli voluntaria libertate subiectus. Vnde constat creationem hominis, rerum omnium visibilibus conditione posteriorem quidem tempore, sed causa priorem fuisse: quia qui factus est post omnia, propter eum omnia facta sunt. Causa ergo conditionis humanæ ante omnia est: & ipsam inuestigare oportet supra omnia, & ante omnia, quæ tempore orta sunt, & ante tempora ordinata sunt. Si enim omnia Deus fecit propter hominem, causa omnium homo est, & causaliter homo prior omnibus est: ipsum vero propter quod homo factus

est, prius homine est, & multo ante omnia, quibus homo causaliter prior est. Id autem, propter quod factus est homo, quid aliud erit, nisi ipse, a quo factus est homo? Si ergo causa mundi homo est, quare propter hominem factus est mundus: & causa hominis Deus est, quia propter Deum factus est homo: ergo Deus erat, & mundus non erat, neque homo erat, & factus est propter Deum homo, qui non erat: & mundus propter hominem, qui necdum erat? & quasi eadem causa videbatur, quod factus est homo propter Deum, & quod propter hominem mundus factus est. Nam & homo factus est, ut Deo seruiret, propter quem factus est: & mundus factus est, ut seruiret homini, propter quem factus est. Et quasi idem erat, & idem non erat: quia idem non erat, propter quos erat. Deus perfectus erat, & plenus bono consummato, neque opus habuit aliunde iuari, quoniam nec minui potuit æternus, nec imminus augeri. Homo uero natura egens erat alieni auxiliij, quo vel conseruaret, quod mutabile acceperat, vel augeter, quod non consummatum habebat. Ita positus est in medio homo, ut & ei seruiret, & ipse seruiret, & acciperet utrinque ipse; & totum sibi uendicaret, & reslueret totum ad bonum hominis, & quod accepit obsequium, & quod impendit. Voluit enim Deus, ut ab homine sibi seruiret: sic tamen ut ea seruitute non Deus, sed homo ipse seruiens iuaretur: & uoluit ut mundus seruiret homini, & exinde similiter iuaretur homo: & totum hominis esset bonum, quia propter hominem totum hoc factum est. Ergo totum bonum hominis erat, uidelicet & quod factum est propter ipsum, & propter quod factus est ipse. Sed aliud bonum deorsum erat, & de subtrus sumebatur ad necessitatem, aliud bonum sursum erat, & desuper sumebatur ad felicitatem. Bonum quippe illud, quod in creatura positum erat, bonum erat necessitatis: quod uero in creatore erat bonum, bonum erat felicitatis. Et utrunque ad hominem ferebatur, quia utrunque homini debebatur: quia propter alterum factus est homo, ut illud possideret, & fruere: alterum propter hominem factum est, ut illud acciperet, & iuaretur. Intantum ergo rationalis creaturæ conditio cæteris omnibus, quæ propter ipsam facta sunt, excellentior esse probatur, quod omnia causa ipsa est. Causa uero eius alia nulla est, nisi ipse, a quo ipsa est. Sicut enim ab ipso est, ut aliquid esset: sic propter ipsum est, ut beate esset: alterum sumens ab ipso, hoc est quod esset: alterum in ipso, hoc est quod beate esset. Sed dicit aliquis. Quare Deus creaturam fecit, si iuari ipse non potuit per creaturam? cui alteri fecit, quod sibi non fecit: quoniam alter nemo erat, nisi ipse qui fecit? Quasi enim pro nihilo factum esse uidetur, & causam non habuisse, ut fieret quod ita factum est: ut inde nec iuaretur ille, qui fecit, quia perfectus non eguit: nec alter inde iuaretur, quia præter ipsum, qui iuari posset, alter non fuit. Et hoc fortassis diligenter consideratum aliquem mouere possit: propterea causam conditionis rationalium, quam in solo rerum autore conseruimus, non solum pro hominibus, de quibus sermo propositus erat, uerum etiam pro angelis:

Deus nullius indiget augeri.

gelis: quoniam & ipsi sicut eiusdem naturæ participes sunt, ita quoque ab eodem fonte originis causam trahunt: generali quadam consideratione inuestigare oportet, quoniam in ipsa principium consistit uniuersorum, quæ facta sunt.

De causis primordialibus, & effectibus earum. Cap. II.

Rerum omnium ordo dispositioque a summo usque ad imum, in uniuersitatis huius compage ita sese causis quibusdam, rationumque generis profequitur, ut omnium quæ sunt, nihil inconnexum, aut separabile natura, externumque inueniatur. Quæcunque enim sunt rerum omnium: aut causæ inueniuntur subsequenti effectuum esse, aut effectus præcedentium causarum. Et rerum quidem aliæ causæ tantum sunt, non etiam effectus, sicut prima omnium causa: Aliæ effectus tantum, non etiam causæ, sicut ultima & postrema uniuersorum. Aliæ autem & causæ sunt ad posteriora, quæ generant, & ad priora, a quibus generantur effectus. Et sicut his, quæ ultima sunt, & effectus tantum priorum, nihil posterius cernitur: sic quidem ipsæ, quæ prima sunt, & causæ tantum subsequentium, nihil prius inuenitur. De medijs autem, quæcunque priora sunt, magis causæ nominantur & minus effectus. Quæcunque uero posteriora sunt, magis sunt effectus, & minus causæ, & prima causalissima. Et quæ prima sunt post prima, primi sunt effectus: & quæ ultima sunt ante ultima, causæ ultimæ, & ultima generata, & prima generantia. Primæ autem causæ, aliæ creatæ sunt, & quæ sunt in suo genere primæ: aliæ increatæ, & quæ uniuersaliter primæ sunt. Quæ enim in suo genere primæ sunt, ad aliquid primæ sunt, sed uniuersaliter primæ non sunt: quoniam & si præcedunt, quæ subsequuntur, omnia, habent tamen & ipsæ aliquid, quo posteriores inueniantur: quoniam non præcedunt omnia. In hac enim uniuersitate rerum omnium, ita cunctis causaliter coherentibus aliquid primum inuenitur, ut ex his omnibus nihil prius esse possit, quoniam ipsum ex omnibus primum est omnium: & tamen ipso aliquid prius esse necesse est, quoniam ex omnibus est, quibus uniuersaliter aliquid prius est. His uero causis, quæ uniuersaliter primæ sunt, nihil prius est: quoniam ipse primæ sunt omnium, nec habet alias causas ipsæ prioris: quoniam omnium causæ ipsæ sunt.

De generatione causarum primordialium. Cap. III.

Hæ autem sine motu efficiunt, & generant sine translatione: quoniam æternitas, nec in suo statu desinit tempore ordinans, nec ex subsistentiam ministrant corruptibilibus creatis, sed manens, quod erat, fecit quod non erat: in se continens potentiam faciendi, non sumens ex se materiam facti. Neque enim degenerauit inferiora condens, ut natura in ipsa descenderet, quibus dedit initium: quoniam & hoc ipsum omnipotentia eius natura continet.

rinebat sine natura naturam creare, qua in initium sumerent, quæ non erant: quoniam opus & factor natura idem esse non poterant. Sicut ergo in faciendis, se non minuit æternitas: sic in factis se non auexit immensitas. Sed ante facta sine defectu plena consistit, & post facta sine motu indeficiens permanit. Nihil nouum assumens, nihil antiquum amittens, totum dans, & nihil abiciens. Hæc prima causa rerum omnium secundum se, & propter se operata est opus suum: secundum se, quoniam extrinsecus operis sui formam non accepit: propter se, quoniam aliunde causam operandi non habuit. Fecit enim ad similitudinem suam, quod disponebat ad participationem sui, ut ex ipsa eandem formam traheret, quod cum ipsa idem bonum possidere debuisset.

Quæ sit prima causa conditionis rationalium. Cap. IIII.

Hinc ergo primam causam sumpsit creaturæ rationalis conditio: quod uoluit Deus æterna bonitate suæ beatitudinis participes fieri, quam uidit & communicari posse, & minui omnino non posse. Illud itaque bonum, quod ipse erat, & quo ipse beatus erat, bonitate sola non necessitate trahebatur ad communicandum. Quoniam & optimi erat prodesse uelle, & potentissimi nocere non posse.

Quod diuinæ uoluntati & bonitas affuit, & potestas. Cap. V.

Diuina enim uoluntas sola bonitate perfecta, non fuisset, nisi pariter adfuisset potestas: quoniam id, quod bonitate præeunte uoluit, potestate subsequente adimpleuit. In prædeterminatione itaque creatorum operata est bonitas. In creatione autem prædeterminatorum operata est potestas. In beatificatione uero creatorum potestas simul & bonitas.

De tribus perfectis, & perficientibus omnia. Cap. VI.

Erant enim tria quædam, & hæc tria erant uerum, & æterna erant tria hæc, & nihil perfectum eile poterat sine his tribus, & cum his nihil diminutum. Constabat enim, ut si adessent tria hæc, nihil perfectum deesset: & si deesset de his tribus unum, aliquid consummatum esse non posset. Et hæc tria erant, potentia, sapientia, uoluntas: & ad omnem effectum concurrunt tria hæc: nec aliquid absoluitur, nisi ista affuerint. Voluntas mouet, Scientia disponit, Potestas operatur. Et si horum discretionem proponas, non est posse illud quod scire, neque scire illud quod uelle, & tamen Deo unum sunt posse, scire, & uelle: & discernit illa ratio, & natura non diuidit: & uenit nobis Trinitas indiuisa, quæ totum continet, & sine ipsa totum est nihil. Quicquid de Deo uere dicitur, aut pie credi potest in Deo hæc

Creatio hominis tempore posterior: sed causa prior rerum omnium uisibilem conditionem.

hæc tria continent, potestas, & sapientia, & bonitas; & plena sunt hæc tria pariter. Si immensum no-
minas, si incorruptum dicis, si æternum, si incom-
mutabilem, & quæcunque horum similia: totum
hoc potestatis est. Si scientem appellas, si prouid-
um, si inspectorem, si scrutantem, & consideran-
tem, & discernentem: totum hoc sapientiæ est. Si
mitem, si mansuetum, si compatientem, & beni-
gnum, vel quæcunque huiusmodi similia sunt uo-
cas: totum hoc bonitatis est. Et nihil est, quod in
istis non est: & quod in istis est, plenum est, & con-
summatum totum. Propterea tria hæc specialiter
discreta sunt: & suscepit fides catholica Trinitatē,
quam nec numero augeri uoluit, ne extra tria ali-
quid confiteri uideretur: nec natura confundere,
ne trium aliquid negare conuinceretur. Et inue-
nit in Deo tria esse, & in Deo tria unum esse: nec
propterea tria non esse, quia unum erant: neque
unum non esse, propterea quod tria erant: & tri-
bus admonita, dixit tres personas tria: quia natura-
liter Deus erant, & una substantia: & ideo unus
Deus, & assignauit potestatem patri, sapientiam
filio, bonitatem Spiritui sancto: & confessa est Tri-
nitatem, patrem, & filium, & Spiritum sanctum.

*Quod tria hæc de eo secundum substantiam
dicuntur. Cap. VII.*

A ET uidebatur filius quasi non de suo potens, quia
potentia patris erat neque pater de suo sapiens,
quia sapientia filij erat: neque pater uel filius de
suo bonus, quia Spiritus sancti bonitas erat: & si
hoc diceretur scandalum patiebatur ueritas, & uni-
tas scissionem: nec poterat in tribus perfectus dici
unus, cui proprium deesset aliquid, quod alter sin-
gulare haberet. Propterea potentia patris erat, & fi-
lij erat, & Spiritus sancti erat: & substantialiter
erat, & æqualiter erat. Et sapientia filij erat, & patris
erat, & Spiritus sancti erat: & substantialiter erat,
& æqualiter. Et bonitas Spiritus sancti erat, & pa-
tris erat, & filij erat: & substantialiter erat, & æqua-
liter erat, & tamen causa erat, ut personaliter di-
stingeretur, quod substantialiter idem erat.

*Quare hæc tria cum secundum substantiam dicantur,
quasi propria in quibusdam locis perso-
nis attributa inueniuntur. Cap. VIII.*

B NEQUE his tribus secundum proprietatem fi-
des personas significauit, quia secundum sub-
stantiam erant: sed hæc tria secundum necessariam
notionem personis assignauit, ut assereret quod se-
cundum communionem naturæ erant. Nominan-
dus erat in Trinitate pater, & filius, & sumpta sunt
uocabula ipsa ab usu humano cui primo data sunt.
Et quod secundum aliquid tantum similiter dicen-
dum erat. Et cauit prudentia eloquij sacri, ne plena
similitudo crederetur inter disparia, si in deitate pa-
ter prior aut filius posterior diceretur. Sic. n. se in
hominibus natura habet, ut pater esse non possit, qui
non filio fuerit prior: neque filius, qui patre poste-

rior non sit: ideo patri potentia assignata est, & sa-
pientia filio: non quia magis erat, sed quia minus
esse credi poterat. Dixerat enim scriptura san-
cta, quod Deus pater est: & audiuit hoc homo,
qui hominem patrem uiderat, Deum patrem
non uiderat, & cogitare cepit secundum homi-
nem, quem uiderat, æuum quoddam prolixum,
& in ultitudinem annorum præteritorum, & se-
nectutis defectum: & occurrit scriptura, & di-
xit patrem potentem, ne crederes impotentem, aut
minus potentem: nec solum potentem, sed etiam
omnipotentem. Non ergo quia hoc est pater, solus
hoc esse dicebatur, sed quia minus hoc esse solus
pater putabatur. Rursum cum diceret scriptura fi-
lium Deum, ne putaret homo, qui humana nouerat,
diuina non nouerat, minorationem quandam sen-
sus & intelligentiæ esse in filio: quasi adhuc infra
perfectionem ætatis consummata, addidit sapien-
tem: non quia singulariter hoc ipse erat, quod esse
commune omnibus erat: sed quia singulariter ipse
erat, de quo magis, an hoc esset dubitari poterat.
Vocatus est etiam Spiritus Deus, & dictus est spiri-
tum habere Deus: & uidebatur hoc quasi nomē in-
flationis & tumoris, & consternebatur conscientia
humana ad Deum pro rigore & crudelitate. & sub-
secuta est scriptura, & temperauit dictum suum spiri-
tum benignum nominans, ne crudelis putaretur,
qui mitis erat: & distincta sunt personaliter, quæ
substantialiter communia erant, ut humana mens
diuinorum ueritatem non secundum humana æsti-
mare disceret, cum contra consuetudinem huma-
nam quædam de Deo dici audiret. Deus ergo Tri-
nitas trina hac uirtute omnia opera sua consumma-
uit, ut perfectum perfecta sequerentur, & amula-
rentur authorem suum cuncta, quæ fecerat. Quic-
quid enim in tempore apparuit, ante tempora in
æternitate dispositum fuit: & ipsa dispositio æter-
na coæternam habuit causam omnium rerum uo-
luntatem creatoris, qua factum est, ut fieret quic-
quid factum est: & ipsa facta non est.

*Quod sapientia Dei, cum una sit in se secundum
nos diuersa nomina sortitur. Cap. IX.*

D Iuina autem sapientia & scientia uocatur, &
præscientia, & dispositio, & prædestinatio,
& prouidentia. Scientia existentium, præscientia fu-
tutorum, dispositio faciendorum, prædestinatio sal-
uandorum, prouidentia subiectorum. Et totum hoc
una erat sapientia, & una dispositio, & ipsa æterna
erat, & cum ipsa coæterna uoluntas erat, & secun-
dum uoluntatem ipsa dispositio erat, & tamen
uoluntate posterior non erat.

*Quod uoluntas Dei æterna fuit de opere temporali.
Cap. X.*

Secundum uoluntatem quippe disposuit, quod
& uoluntate facturus fuit: & uoluntas æterna fuit,
& opus uoluntatis æternum non fuit. Semper. n.
uoluit, ut faceret: & non uoluit, ut semper faceret:
sed

sed ut aliquando faceret, quod semper uoluit ut ali-
quando faceret. Sic uoluntas æterna fuit de opere
temporali, quoniam & ipsum tempus in æterna uo-
luntate fuit, quoniam fieret quod futurum fuit. Duo itaque
hæc in creatore pariter erant, bonitas & sapientia,
& hæc æterna erant: & aderat simul potestas coæ-
terna: & bonitate uoluit, sapientia disposuit, pote-
state fecit. Et uidetur quasi quædam esse distinctio,
& successio temporalis: & demonstrat se conside-
rationi prima bonitas, quia per eam uoluit Deus,
deinde sapientia, quia per eam disposuit: nouissima
potestas, quia per eam fecit: quoniam ordo uidetur
esse, & fuisse uoluntas prima, & post eam disposi-
tio, & nouissime operatio subsecuta: nisi enim uo-
luisset, non disposuisset: & si non disposuisset, non
fecisset. Et occurrit magna ratio, quia semper in
hominibus præcedit uoluntas consilium, & consi-
lium opus subsequitur. Sed quid facimus? Nun-
quid audebimus inducere tempora in æternitatem?
Nam si hæc in Deo sunt quemadmodum in homi-
nibus: aliquid in eo prius fuit, aliquid posterius:
& non totus Deus Deus æternus est. Sed hoc nefas
est confiteri.

*Quod tria in Deo coæterna fuerunt.
Cap. XI.*

F I TAQUE æterna bonitate semper uoluit, & æterna
sapientia semper disposuit, quod coæterna po-
testate aliquando facit. Et erant simul semper bo-
nitas, sapientia, & potestas: nec diuidi vel separari
ab inuicem tempore poterant, quæ substantialiter
idem erant: & ab his formam dedit operi suo arti-
fex Deus, quibus consummata sunt omnia ab æuo
inchoationis, & æternitatis principio ordinata.

*Quod tria uisibilia mundi, tria inuisibilia Dei
demonstrant. Cap. XII.*

G ET inuenta est in tribus his Trinitas ineffabilis,
quæ in creatore quidem unum sunt, sed per crea-
turæ speciem diuisim se ad cognitionem effundunt.
Suscepit enim formam potestatis rerum immensitas,
sapientiæ uero pulchritudo, bonitatis utilitas.
Et uidebantur hæc foris, & concurrebant cum alio
simulacro, quod intus perfectius erat.

*Quod similitudo Dei in rationali creatura perfectior
est quam foris. Cap. XII.*

H RATIONALIS enim creatura uenit habes in se per-
fectiorem horum similitudinem in uolunta-
te, & consilio, & potentia: & comparauit quæ foris
inuenit, cum his quæ habuit intus, & coniunxit
duo hæc, ut per uisibilia inuisibilia uideret. Et uidit
creatoris potentiam, & sapientiam, & bonitatem
a semetipsa per ea, quæ foris apparuerunt, in agni-
tionem excitata. Et hæc erant quasi admonitio &
recordatio prima trinum esse Deum: sed nondum
perfecta consummatio agnitionis: quoniam ad sub-
stantiam erant, nec poterant singulariter diuidi, quæ
unum erant. Non enim singulariter personæ patris

potentia erat, quæ filij erat, & Spiritus sancti erat:
neque singulariter sapientia personæ filij erat, quæ
patris erat, & Spiritus sancti erat: neque singulari-
ter personæ Spiritus sancti bonitas erat, quæ patris
erat, & filij erat: sed prædicabatur Trinitas ex istis,
non significabatur in istis: & tamen hæc tria æter-
na erant, & causa omnium erant: & per hæc facta
sunt omnia, & ipsa non sunt facta. & assignauimus
bonitati uoluntatem, & sapientiæ dispositionem,
& potestati operationem. Et oboritur conquisitio
grauis, & inuestigatio profunda de uoluntate Dei,
& de præscientia illius, & prouidentia, & disposi-
tione, & potestate. Hæc enim omnia in causis rerum
consistunt, & obiciunt quæstionem inuestigationi
propositæ.

*De scientia & præscientia Dei: & quod ex ea in re-
bus necessitas prouenire uidetur.
Cap. XIII.*

V IDETUR enim in Deum necessitas cadere rerum
faciendarum, quasi creator esse non posset, nisi
creatura esset. Deinde ex ipsa præscientia & prouid-
entia Dei alia necessitas in rebus factis uel facien-
dis prouenire, quasi fieri non possit, ut non eueniat,
quod præuisum est uel præscitum a Deo: quod utrum-
que pari inconuenientia animum pulsatur, & consi-
derationem perturbat. Primum ergo considerandum
est, qua ratione rerum faciendarum necessitas in
Deum cadere uideatur ex præscientia & prouiden-
tia, ex dispositione & prædestinatione eorum, quæ
facienda fuerant ab ipso. Omnis enim scientia, &
præscientia, & prouidentia, & dispositio, uel præde-
stinatio ad aliquid esse uidentur, & alicuius esse ui-
dentur. Omnis quippe scientia sicut alicuius est,
quia in aliquo est: ita alicuius est, quia de aliquo
est. Omnis enim qui scit, aliquid scit: & qui non scit
aliquid, nihil scit. Scientia quippe, quæ de nullo est,
& ipsa nulla est. Omnis ergo scientia de aliquo est:
quia si nihil esset, de quo scientia esset, scientia nul-
la esset. Non ergo in Deo æterna scientia uel præscien-
tia esset, nisi futurum esset aliquid, de quo esset. Si
ergo creatum nihil uel creandum fuisset, nihil in crea-
tore scitum uel præscitum fuisset. Ac per hoc scientia
nulla uel præscientia fuisset. Si autem scientia nulla in
creatore fuisset: manifeste consequitur, quoniam nec ipse
creator fuisset, qui utique sine scientia esse non potuis-
set, cui idem est esse quod scire. Ut ergo scientia uel
præscientia in creatore esse potuisset, necesse erat
aliquid esse uel futurum esse, de quo esse potuisset:
cum sicut dictum est, si de nihilo esset, nulla esset.
Omnis enim scientia alicuius est scientia, & de ali-
quo est. Si ergo ex creaturis pendet præscientia crea-
toris causaliter, prius esse uidebitur quod creatum
est ipso, qui creauit illud.

*Quomodo omnia in Deo ab æterno erant priusquam
in semetipsis subsisterent: & eorum illic non præ-
scientia, sed scientia erat. Cap. XIV.*

A N dicemus, quod omnia in creatore ab æter-
no increata fuerunt, quæ ab ipso temporali-
ter

ter creata sunt, & illic sciebantur, ubi habebantur: & eo modo sciebantur, quo habebantur: & non cognouit aliquid extra se Deus, qui omnia habebat in se: Nec ideo ibi fuerunt, quia hic futura fuerunt: nec causa illorum fuisse credatur ex istis: neque ideo huc uenerunt, quia ibi fuerunt: quasi esse non potuissent illa sine istis. Nam & illa fuissent, etiam si illa ex illis futura non fuissent: tantum istorum causa non fuissent, si illa futura non fuissent.

Si res futura non fuissent, sapientia Dei scientia esset, sed præscientia non diceretur.

Cap. XV I.

MET fuisset quidem scientia eorum, quæ essent: præscientia autem non fuisset eorum, quæ futura non essent. Nec idcirco minus aliquid in creatore fuisset, si præscientia eorum, quæ non essent futura, non fuisset: quia ipsa, quæ præscientia est, scientia fuisset, etiam si præscientia nõ fuisset: quoniam futurum aliquid non fuisset.

Quomodo utrunque æternum est, & præscitum esse & futurum esse. Cap. XV II.

NUNC autem quod ab æterno præscitum est, ab æterno futurum est: & non est æternum ipsum, quod futurum est: quia si æternum esset, futurum non esset, sed præsens. Et non prius præscitum fuit, quàm futurum fuit, sed prius præscitum fuit: & prius futurum fuit quàm fuit. Et antequàm fuit, quando adhuc futurum fuit, potuit esse secundum contingens ut non fieret: & hoc semper potuit esse, quandiu futurum fuit ut non fieret, sicut semper futurum fuit ut fieret. Quod futurum fuit ad hoc spectabat quod futurum fuit: quod esse potuit, ad hoc spectabat quod esse potuit, & futurum non fuit. Et currebant simul ab æterno duo hæc, quod futurum fuit, & quod esse potuit quod futurum non fuit.

Quomodo si rerum euentus mutarentur, præscientia tamen non mutaretur.

Cap. XV III.

OET si factum fuisset, quod esse potuit, & tamen futurum non fuit: futurum fuisset & præscitum quod futurum non fuit, nec præscientia huius futuri mutata fuisset: sed nunquam habita, quia futurum non fuisset. Quod autem prædestinavit Deus facturum se disposuit, nec prædestinavit nisi quod facturum fuit. Præsciuit aut quædam, qui facturum nõ fuit: quia præsciuit oë, quod futurum fuit, in quo quædam futura fuerunt, quæ facturum fuit: quædam quæ permissurus. Propter hoc aliquid amplius prædestinatio hæc uidetur quæ præscientia, quia præscientia est de alieno est: prædestinatio autem nisi de proprio esse non potest.

De prouidentia Dei: & quod duplex est prouidentia Dei in suis & alienis. Cap. XIX.

SI autem quæras de prouidentia Dei: nos recte dicimus, quod prouidentia est cura eorum, quæ

exhibenda sunt subiectis, & quæ commissis conuenit impertiri. Scriptum est, quoniam ipsi cura est de omnibus. Hæc est ergo prouidentia illa, qua Deus curat de omnibus, quæ pertinent ad ipsum, & quæ subiecta sunt ipsi: sed prouidet singulis, ut habeat unumquodque quod sibi debetur & conuenit. Secundum hanc itaque uniuersalem prouidentiam, cunctorum nõ solum suis, quæ bona fecit: sed alienis quoque, quæ ipse mala non fecit, sed permisit: quod debitum est, dispensat: ut nihil in regno suo iustam ordinationem euadat. Nam & ipsa iniquitas ex hac prouidentia stipem habet: & non potuit vel ipsa malitia in obliuionem venire apud prouidentem omnium. Vis scire quæ sunt iniquitatis & peccati stipendia? Scriptum est. Stipendia autem peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Stipendia peccati mors: stipendia iustitiæ vita. Peccato dat mors, iustitiæ vita: culpæ pœna, virtuti gloria. Unumquodque quod suum est accipit. Hæc est prouidentia. Vtrinque operatur in suo & in alieno. In suo, quod fecit: in alieno, quod permisit. Cuncta illi subiecta sunt, & prouidet omnibus præsidens omnibus: creaturæ gubernationem, iustitiæ glorificationem: malitiæ damnationem.

De dispositione diuina. Cap. XX.

SIMILI modo dispositio diuina dupliciter consideratur. Bona quippe dispositione desuper habent: & ut sint, quia bona sunt: & ut sic sint, quia ordinata sunt. Mala vero ex dispositione superna nõ habent quæ sunt, quia mala sunt: & tamen habent quod sic sunt, quia ordinata sunt. Deus enim malum non facit: sed cum factum est, inordinatum esse non permittit: quia malorum author non est, sed ordinator.

De prædestinatione diuina. Cap. XXI.

PRÆDESTINATIO est gratiæ preparatio. Propositum ergo Dei, in quo gratiam electis suis dare disposuit, ipsum est prædestinatio: quæ idcirco prædestinatio vocatur: quoniam in ea, quod faciendum fuit, dispositum est priusquam fuit. Potest autem prædestinatio generaliter aliquando intelligi ipsa faciendorum dispositio: ut dicatur, Deus quicquid sic facturum fuit, ab æterno prædestinasse. Quod autem facturum nõ fuit, sed permissurus, non prædestinasse, sed præscisse solum.

De potestate Dei: & quod potestas dupliciter consideratur in Deo esse: & utroque modo Deum omnipotentem esse. Cap. XXII.

SICUT de sapientia Dei quædam secundum tempus diximus: ita & de potestate eius aliqua ad eruditionem legendam commemorare oportet. Potestas duplex est, altera ad aliquid faciendum, altera ad nihil patiendum. Secundum utranque Deus omnipotens uerissime affirmatur. Quia nec aliquid est, quod ei ad patiendum corruptionem possit inferre: nec aliquid, quod est faciendum impedimen-

tum

NUM afferre. Omnia quippe facere potest: præter id solum, quod sine eius laesione fieri non potest: in quo tamen non minus omnipotens est, quia si id posset, omnipotens non esset. Dico ergo, quod Deus omnia potest: & tamen seipsum destruere non potest. Hoc enim posse, posse non esset, sed non posse. Itaque omnia potest Deus, quæ posse potentia est. Et ideo uere omnipotens est, quia impotens esse nõ potest. Eant ergo nunc, & de suo sensu gloriantur, qui opera diuina ratione se putant discutere, & eius potentiam sub mensura coarctare. Cum enim dicunt: Hucusque potest, & non amplius: quid hoc est aliud, quàm eius potentiam, quæ infinita est, coarctare & restringere ad mensuram? Aiunt enim, Non potest Deus aliud facere quàm facit, nec melius facere quàm facit. Si enim aliud potest facere quàm facit, potest facere, quod non præuidit: & si potest facere, quod non præuidit, potest sine prouidentia operari Deus: quia omne, quod præuidit se facturum, facit: nec facit aliquid, quod non præuidit. Si ergo nõ potest prouidentia eius aut mutari, ut aliud fiat quàm præuisum est: aut casari, ut non fiat quod prouisum est: necesse est totum fieri, quod prouisum est: & nihil fieri, quod prouisum nõ est. Porro quicquid fit, prouisum esse constat: & quicquid prouisum est, fieri dubium non est. Quod si præter prouidentiam fieri aliquid impossibile est (omne autem, quod prouisum est esse, fieri necesse est) aliud fieri quàm fit nulla ratione possibile est. Amplius quicquid facit Deus, si melius potest facere quàm facit: in hoc ipso non bene facit, quod optime quidem non facit quod facit, Melius enim faceret, si quod facit, melius faceret. Facere quippe, & nolle melius facere: etiam bonum facientis male est facere. Sed hoc pia mens in Deum dici non sinit: & ob hoc proximum uidetur & consequens, quod melius facere nõ potest quàm facit, qui sic facit, ut non faciat male in eo quod sic facit. Eiusmodi causis atque rationibus quidam inducuntur, ut dicant Deum suorum operum mensura, ac lege ita allicitum atque alligatum, ut præterquam facit, quicquam nec aliud facere possit, nec melius. Ac per hoc plane infinitam illam atque immensam diuinitatis potentiam sub termino ac mensura alligare contumunt: qui usque ad aliquid, quod uere finem ipsum habet, eam extendunt, & ultra negant procedere. Certum est enim, quod omne, quod factum est in numero, pondere, & mensura legitimum terminum & finem suum habet. Et idcirco si ad operis mensuram, modumque creatoris potentia componitur: ipsa proculdubio & sine & mensura terminari declarat. Quapropter ne uel his, quæ uidentur rationes sine causa assensum negare uideamur, uel omnino creduli sine consideratione falsum pro uero recipere: oportet pro compendio præsentibus breuiter ad ea, quæ dicta sunt, respondere. Primum considerandum est, utrum Deus uia ratione, neque mutata, neque casata sua prouidentia, aliud facere possit quàm facit. Constat enim, quod omne, quod fit, ab æterno præuisum est futurum esse: quia ab æterno futurum est, quod ipsum tamen ab æterno non est. Et dicimus, quod possibile est non fieri, quod

futurum est. Et si non fieret quod fieri, & non fieri possibile est, nunquam futurum fuisset nec præuisum. Quod quia fieri, & futurum semper est, & præuisum est. Nulla ergo mutatio hic, aut casario prouidentie apparet: quia sicut præuisum est, & fiet: sic si præuisum non esset, non fieret. Sed iam inquirunt præuisum est. Bene. Præuisum est, quia futurum est. Et dicunt. Sed prouidentia mutari non potest nec casari: euentus autem impediri potest, ut non fiat quod futurum est. Si autem impediretur euentus rei (quod fieri potest) mutaretur uel casaretur prouidentia, quod fieri omnino non potest. Sed nos ad hoc respondemus, quod si mutaretur euentus, quod fieri potest: nec mutaretur, nec casaretur prouidentia, quia hoc omnino fieri non potest. Sed potius nunquam fuisset præuisum, quod nunquam fuerat futurum: & constaret prouidentia in eo, ut non fieret: sicut modo in eo consilium, ut fieret non mutata ut post aliam alia esset, sed ut nunquam alia esset. Ergo Deus aliud potest facere quàm facit, ut tamen ipse aliud faciendo alius non sit. Sed siue idem siue aliud faciat, ipse tamen semper sit idem. Nunc illud restat, ut discutiamus, an ne melius aliquid facere possit quàm facit Deus. Hic illi nostri scrutatores, qui defecerunt scrutantes scrutationes, nouum aliquid & uere nouum, nec tam uerum quàm nouum afferre se dicunt. Et dicunt singulas quidem creaturas per se consideratas a perfecto minus habere. Uniuersitatem autem rerum omnium in tanta consummatione boni expressam, ut non possit esse melior quàm est. Ubi mihi primum responderi exoptulo: cum dicunt uniuersitatem rerum non posse meliorem esse, quàm est: qualiter id accipiendum sit, quod dicunt, meliorem eam esse non posse. Siue ideo non potest melior esse, quia summe bona est, ita ut nulla omnino boni perfectio ei desit: siue ideo nõ potest esse melior, quia maius bonum, quod ei deest, capere ipsa non potest. Sed si ita summe bona dicitur, ut nulla ei boni perfectio desit, iam opus suum plane creatori æquaretur: & uel extra metam extenditur, quod infra est: uel infra immentitatem coarctatur, quod summum est: quod utrunque pari inconuenientia impossibile est. Si uero ideo non potest melior esse, quia bonum amplius, quod ei deest, capere ipsa non potest: iam hoc ipsum non posse defectiois est, non consummationis: & potest melior esse, si fiat capax maioris boni: quia & hoc ipse, qui fecit, potest. Ergo in se non potest, in Deo potest: quia ipsa non potest, sed Deus potest, & quantum ipse potest dici non potest. Ergo ipse melior esse nõ potest. Sed quod fecit omne melius esse potest, si tamen ipse uoluerit, qui potest. Et ipse quod fecit, melius facere potest: non tamen corrigens male factum, sed bene factum promouens in melius: non ut ipse quantum ad se melius faciat, sed ut quod fecit ipso identidem operante, & in eodem perseverante melius fiat. Ergo summe potens est, qui potest omne, quod possibile est: nec ideo minus potest, quia impossibilia non potest: quia impossibilia posse non esset posse, sed non posse. Itaque omnia potest Deus, quæ posse potentia est: & ideo uere omnipotens

tens est, quia impotens esse non potest. Cum sint ergo tria in Deo, sapientia, potentia, voluntas: primordiales causae a voluntate quidem diuina quasi proficiscuntur, per sapientiam diriguntur, per potentiam producuntur. Voluntas enim mouet, sapientia disponit, potentia explicat. Hec sunt aeterna fundamenta causarum omnium, & principium primum, quae ineffabilia, & incomprehensibilia sunt omni creaturae. Sicut enim aeternitatem Dei non aequat tempus, nec immetensitatem loci: sic nec sapientiam eius sensus, nec bonitatem virtus, nec potentiam opus. De voluntate Dei & prouidentia, multa quaerenda restant. Primum, utrum vim facit rebus praescientia & prouidentia Dei: de quo iam multa dicta sunt. Postea de voluntate Dei, de qua quaedam dicenda sunt. Ita tamen, ut prius ad ipsum fidei oculis contemplandum respiciamus, quantum possibile est humanae fragilitati.

INCIPIT TERTIA PARS de cognitione diuinitatis.

Qualiter ab initio Deus agnitus est: & quod vnus, & quod trinus. Cap. I.

A
Ioan. I.



Scriptura dicit: Deum nemo vidit vnquam: tamen fides, quod non videt, credit. Et ex hoc meritum fidei constat: non vidisse & credere. Vnde pulchrum illud dictum est. Nam si vides, non est fides. Credit ergo fides, quod non vidit: & non vidit quidem, quod credit. Et vidit tamen aliquid, per quod admonita est, & excitata credere, quod non vidit. Deus enim sic ab initio notitiam sui ab homine temperauit, ut sicut nunquam quid esset totum poterat comprehendere, sic quia esset nunquam prorsus posset ignorari.

Quare Deus nec totus sciri, nec totus ignorari potest. Cap. II.

Propterea quippe Deus a principio, nec totus conscientiae humanae manifestus esse voluit, nec totus absconditus: ne si totus manifestus esset, meritum fides non haberet, nec infidelitas locum. Infidelitas enim de manifesto conuinceretur, & fides de occulto non exerceretur. Si vero absconditus totus esset, fides quidem ad scientiam non adiuuaretur, & infidelitas de ignorantia excusaretur. Quocirca oportuit, ut proderet se occultum Deus, ne totus celaretur & prorsus nesciretur: & rursus ad aliquid proditum se & agnitionem occultaret, ne totus manifestaret: ut aliquid esset, quod cor hominis enutrirer cognitum, & rursus aliquid, quod absconditum puocaret.

Quibus modis cognitio Dei ad hominem venit. Cap. III.

Et illud nunc primum considerandum est quomodo primum Deus occultus & absconditus,

& latens interim a corde humano deprehensus est, ut sciri potuisset quia Deus est, vel quod erat credi. Modi sunt duo, & viae duae, & manifestationes duae, quibus a principio cordi humano latens proditus est & indicatus occultus Deus, partim scilicet ratione humana, partim reuelatione diuina. Et ratio quidem humana duplici inuestigatione Deum deprehendit, partim videlicet in se, partim in iis, quae erant extra se. Similiter & reuelatio diuina duplici insinuatione eum, qui nesciebatur vel dubie credebatur, & non cognitum indicauit, & partim creditum asseruit. Nam humanam ignorantiam nunc intus per aspirationem illuminans edocuit: nunc vero foris vel per doctrinae eruditionem instruxit, vel per miraculorum ostensionem confirmauit. Vtrunque manifestationis diuinae modum, quo vel ratione humana Deus ab homine cognitus est, vel reuelatione diuina homini manifestatus, exponit Apostolus dicens: Quod notum Dei erat, manifestum est in illis. Deus enim illis reuelauit. Et deinde subiungit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Cum enim dicit quod notum Dei erat, id est noscibile de Deo, ostendit nec totum absconditum, nec totum manifestum. Cum vero dicit manifestum est in illis, & non dicit manifestum est illis, ostendit plane, quoniam non solum reuelatione diuina, quae facta illis fuerat, sed etiam ratione humana in illis, quae erat, notum illis factum erat. Cum autem subiungit: Deus autem illis reuelauit, ostendit, quia ratio humana ad haec sublimia & alta inuestiganda & intelligenda infirma & insufficientis omnino fuisset, nisi diuina reuelatio illi in adiutorium & firmamentum cognoscendae veritatis adiuncta fuisset. Postea ostendo eo, qui intus erat, inuestigationis vel reuelationis modo: statim de illo, qui foris sit, utroque sententiam simul subiungit dicens. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Inuisibilia enim Dei, quae intus erant & abscondita erant, per ea, quae foris erant & nota erant, visibilia sunt visa, vel in conditione rerum a ratione humana, vel in gubernatione & administratione visibilia facta sunt reuelatione diuina.

Quod Deus trinus & vnus: & quid in vnitatem, & quid in trinitate. Cap. IIII.

Ita ergo ab initio proditus est Deus conscientiae humanae, & adiuta fides indicium veritatis confessus est Deum esse, & ipsum vnum. Deinde est trinum esse. Et in vnitatem quidem confessus est aeternitatem & immetensitatem, in aeternitate autem incommutabilitatem, in immetensitate autem simplicitatem, hoc est aeternitatem sine tempore, & immetensitatem sine quantitate. In trinitate vero confessus est communionem vnitatis, aequalitatem immetensitatis, coaeternitatem aeternitatis. Et communionem quidem vnitatis sine diuisione, aequalitatem immetensitatis sine diminutione, coaeternitatem aeternitatis sine ordine vel successione. Hoc est singulis in vnitatem totum, immetensitatem plenum, in aeternitate perfectum.

Explicatio

Explicatio propositarum discretionum.
Cap. V.

Nunc oportet per singula, quae proposita sunt, currentem considerare qualiter mens humana, quae tam longe a Deo est, tanta de Deo potuerit comprehendere, uel ratione propria directa, uel reuelatione diuina adiuta. Et primum usque quod ipsa humana ratio ex insito sibi lumine veritatis conuoluerit dignum est consideratione: ne si uel totum homini detur, negare conuincamur gratiam: aut si tollatur totum, ignorantiam excusare. Itaque utrumque modum humanae inuestigationis ordinem profequamur, quo ratio hominis uel per se directa, uel ab iis, quae extra se naturalia erant uisibilia, admonita ad uerum cognoscendum enixa est.

De illo cognitionis genere, quo mens rationalis in se Deum uidere potest. Cap. VI.

Et primum quod in ea erat (quoniam & hoc illi erat primum & principale speculum ueritatis contemplandae inspiciamus. In eo igitur primum & principaliter inuisibilis Deus (quantum ad manifestationem expositum est) uideri poterat, quod illius imagini & similitudini proximum & cognatum magis factum erat. Hoc autem ipsa ratio erat, & mens ratione utens, quo ad primam similitudinem Dei facta erat, ut per se inuenire posset eum, a quo facta erat

Quod se ipsam esse uidet mens rationalis.
Cap. VII.

Non enim (ut id loquamur, quod primum occurrit) & scientibus nihil minus esse potest: se ipsam esse aliquid ignorare potest, cum ex his omnibus, quae in se (hoc est in corpore suo) uisibilia uideret, nihil se esse, uel esse posse uideret. Secernit ergo & diuidit se per se ab eo toto, quod uisibile uideret in se: & inuisibilem omnino se esse uideret, in eo quod se uidet, & tamen uideri se non posse uideret. Videt ergo inuisibilia esse, quae tamen uisibiliter non uidet, quia se inuisibilem esse uidet, & tamen uisibiliter non uidet.

Et quod se cepisse intelligit.
Cap. VIII.

Cum ergo de se dubitare non possit quoniam est (quia se ignorare non potest) cogitur ex se & hoc credere, quod aliquando se cepisse meminit: quoniam non semper est, quia se nescire non potest cum est. Cum ergo per se & in se cepisse & initium habuisse se uideat, nec hoc ignorare potest. Quoniam cum non fuit, ubi ipsi ut esset initium & substantia dare omnino non potuit.

Quod Deus etiam est, quod sine principio est.
Cap. IX.

Ut ergo inciperet, quod non erat ab alio factum est, qui erat. Quem idcirco ipsum esse ab alio non cepisse necesse est, quoniam qui ab alio esse ac

cepit, primus omnibus existendi author esse non potuit. Non ergo ab alio accipere esse potuit, qui omnibus esse dedit: quem propterea semper fuisse, & nunquam cepisse fateri oportet, quoniam omne, quod aliquando esse incipit, authorem habuit, per quem cepit. Constat ergo nec dubitari ullo modo potest, quod ille, per quem cepit, quod non semper fuit, nunquam cepit, sed semper fuit. Illum autem rerum authorem & primum principium hoc modo ratio inuestigat, & inuentum pietas ueneratur, & adorandum fides praedicat Deum.

Eiusdem rei argumentum foris in creaturis.
Cap. X.

Hoc autem ratio inuentum in se probat, & in his, quae uidet extra se, quia ortum & occasum habentia cuncta, sine authore nec originem habere possent, nec reparationem. Quae in toto aliquando cepisse idcirco dubium esse non potest, quia & in partibus suis sine cessatione quotidie & oriri uidetur, quod non est, & praeterire, quod est. Omne autem, quod mutabile est, aliquando non fuisse necesse est: quia quod stare non potuit, cum praesens fuit, indicat se aliquando non fuisse priusquam fuit. Sic respondent quae foris sunt iis, quae intus uidentur, ad ueritatem comprobendam, & authorem suum natura clamat, quae se ab illo factam ostendit.

Quod Deus est trinus & vnus.
Cap. XI.

Itaque ratio per rationem Deum esse inuenit, & inuenit alia ratio, quae non solum esse Deum, sed unum esse & trinum comprobaret: & primum per se, deinde per ea, quae erant extra se, facta secundum se. Vna pietas, una deuotio, una cultura, Dominum unum, & Deum unum. Sic dixit ratio & comprobauit in se, ne schisma mentium fieret in plura principia, & non esset certa salus. Et melius esse, & consonum magis ueritati, & consentaneum naturae principium unum & finem unum, in quem habere possent conuersionem, quae ab illo existerent omnia. Alio qui dissipationem esse uniuersitatis sine capite, & principio, & moderatore. Et clamauit illi natura foris, & contestata est ad eandem ueritatem, & dixit opus unum authorem unum, & concordia una consilium unum, & una administratio prouidentiam unam. Et manifestatus est Deus vnus, creator vnus, moderator vnus & rector, quia totum unum, & unum totum.

Quod Deus uere & summe vnus. Cap. XII.

Probat haec ratio, & acquieuit: & dixit vnus vnus: nec collectione diuersorum, ne turbata faceret, nec compositione partium, ne massam formaret: nec similitudine multorum, ne pluralitas superflua, uel singularitas imperfecta appareret. Omnis unitas in similitudine sola consistens plurimorum aut imperfectionem ostendit in parte, si minus habent singula, aut superfluum geminationem in toto, si perfecta sunt uniuersa. Et non est in his omnibus unitas uera, sed emulantur solum haec unitatem: quia quodammodo appropinquat ei, sed non contingunt.

M. Hug. à S. Vict. To. iij. Qq ad il-

ad illam, quoniam unum non est: & quod sunt uere unum, non sunt: sed ununtur tantum, & accedunt ad se. Et sic illis simul esse & conuenire in unum, unum esse. Nec tamen unum uere sunt, quoniam essentialiter non sunt, nec est unum totum, quod sunt. Deum autem unum oportet esse, & essentialiter unum esse & immutabiliter unum esse, & summe unum esse: quod immutabiliter unum est, summe unum est. Quod autem in utroque bonum est, melius est utrumque quam alterum tantum. Et bonum est essentialiter unum esse, & immutabiliter unum esse, & utrumque esse melius est. Deus autem summum bonum est, & non potest de esse summo bono bonum, quod melius est. Et suadet ratio optimo dare, quod melius est bonum. Et idcirco fatetur Deum suum & authorem suum, & principium suum unum esse, quoniam hoc melius est, & uere unum esse, quoniam substantialiter est: & summe unum esse, quoniam inuariabiliter est.

Quod immutabilis est Deus. Cap. XIII.

ET ascendit, & transit, & probat quoniam ita est, & quoniam uariari & mutari non potest Deus omnino. Non enim augeri potest, qui immensus est, nec minui, qui unus est. Nec loco mutari, qui ubique est. Nec tempore, qui aeternus est. Nec cognitione, qui sapientissimus est. Nec affectu, qui optimus est.

Quod rationem creatura recte considerata adiunat ad cognoscendum Deum. Cap. XIII.

Clamat creatura fortis, et probat ipsa rationem hanc, et commendat quoniam ita est. Et demonstrat summa pulchritudo operis perfecta esse sapientiam conditoris. Et apponit se perseverantia decoris ipsius. Et quod non minuitur, quod institutum est primum bonum. Et dicit, quod aeterna est sapientia eius, et minui omnino non potest: nec decrescit aliquando plenitudo sensus illius a consummatione. Et exit ratione cum attestacione alia, et uidet quoniam uoluntas Dei aeterna est, et ita sentire bonum est. Et quoniam hoc probat opus eius, quod non mutatur, et ordo uniuersitatis idem perseverans. Et adicit ipsa ratione, quoniam nihil nouum Deo est, ut illud tunc uel nunc amare incipiat, quod prius non nouerit: aut obliuiscit sicut homo dilectionis antiquae, ut in memoriam non ueniat, quod prius cognitum fuerat: aut errare bonum existimans, quod malum est, ut diligat illud, quod non oportet: et postea quasi poenitens, et mutans cor, et affectum uarians cum coeperit agnoscere errorem suum. Quia haec digna Deo non sunt: nec probat ratio, ut ita sentiamus de illo, qui sapiens est, et bonus, et perfectus: et non inuenitur mutabilitas in eo ulla, cum omnia genera mutabilitatis fuerint in consideratione adducta, siue quae in corporibus inueniuntur, siue quae spirituum naturam contingunt.

Quibus modis corpora mutantur. Cap. XV.

Omne enim corpus aut loco mutatur, aut forma, aut tempore. Et quae forma mutantur, aut

augmentum suscipiunt, aut diminutionem, aut alterationem. Et quae alterationem quidem suscipiunt, non illis accedere quicquam uidetur, quod non erat, aut quod erat recedere probatur: sed quod erat tamen alteratur, & aliter habetur. Et non fit sine loco hoc, quoniam partes locum transmutant in eodem consistente toto, & non fit tamen nisi secundum locum: nec tamen de loco cum per totum, quod locum non mutat, sed apparet tamen forma alia in toto per partes, quae locum mutauerunt. Et ideo haec mutatio secundum formam in toto manifeste uidetur. Et non dicitur secundum locum (cum tamen in partibus secundum locum sit) quoniam haec manifeste non uidetur. Et non est forma aliquid omnino, nisi dispositio partium in toto: & cum haec mutatur (quia partes locum mutant) mutatur forma in toto, quia dispositio partium mutatur, quae est forma totius. Et ita mutatio formae in toto fieri non potest sine mutatione loci in partibus. Sed non dicitur mutatio loci, nisi cum totum locum mutat consistentibus partibus in toto. Sic mutatio temporis sequitur mutationem loci & formae, & non est unquam sine ipsis in corpore. Quoniam secundum has solum ordo inest, & successio, quae tempus uocatur. Item considerandum est, quoniam ex his tribus mutationibus duae extrinsecus fiunt, quoniam non mutant esse rei, sed circa rem aliquid, hoc est mutatio loci, & temporis. Iterum prima mutatio secundam et tertiam infert, quoniam causa illarum est. Secunda autem tertiam, quoniam causa illius est. Tertia uero tantum infertur, et non infert, quoniam effectus solum est. Sola autem mutatio formae intrinseca uocatur, quoniam non circa rem, sed in ipsa re mutat aliquid, et ipsa tamen non fit sine mutatione loci, et temporis.

Quibus modis spiritus mutantur. Cap. XVI.

Post has mutationes corporum (quibus subiacent, quae corporaliter mutantur, omnia) transitimus ad spiritualem creaturam, mutabilitatem ipsius considerantes, si quarum mutationum illi conueniat. Et si qua alia mutatio, quae extra corporum naturam sit, in illam cadat. Et uidemus, quod spiritus omnino nec augmento partium crescere potest, quoniam corpus non est, nec decrescere diminutione, quoniam simplex natura est: et tamen affectu, et cognitione mutatur spiritus. Et transit de hoc in illud, & uariatur, & uicissitudinem suscipit gaudij: doloris, & poenitudinis, & uoluntatis, & crescit scientia, & obliuio in eum cadit, & uariat cogitationes, & succedenter intelligit: & est quasi formae mutatio ista in eo mutatio scientiae, et affectus. Et sequitur istam temporalis mutatio, et subiacet tempori propter ista, quae uariantur in eo. Nec ambiguum hoc ulli est de spiritu creato, quoniam tempore uariatur secundum haec, quae eadem non permanent in ipso. De mutatione uero loci magna interconquirentes ambiguitas generatur: quoniam sunt, qui dicunt nullum spiritum mutari loco posse, quoniam locus proprie corporis sedes sit, et capaciter corporis, quae determinatur secundum corpus,

Locus qd

corpus, aliquando quod in illa est, aliquando in quo est ipsa. Et non est corpus locus, quoniam locus non est aliquid, nec ponit aliquid locus, sed quasi inane & uacuum, ubi corpus est uel esse potest, & non est corpus ipse. Nec tamen uocatur locus, nisi determinatus per corpus: uel quod in ipso est secundum finem dimensionis, ubi definit corpus, & ultra non est: siue secundum corpus, quod locum continet: siue secundum ipsius corporis circumscriptionem, quoniam intra ipsam corpus non est. Ita nihil posse esse in loco, nisi quod dimensionem habet corporalem & circumscriptionem, quoniam locus secundum dimensionem corporis constat & circumscriptionem: & non posse ullo modo hoc spiritui conuenire, qui corporalis quantitatibus expers est. Propterea corpori soli in loco esse, & loco mutari, & tempore. Spiritui autem creato in loco non esse, quoniam corpus non est, nec loco mutari, sed tempore. Spiritum autem creatorem nec in loco esse, nec loco mutari, quoniam inuariabilis omnino est. Propterea soli corpori recte assignari, & hoc aliquid esse, quoniam definitum est, & hic alicubi esse, quoniam circumscriptum est: & nunc aliquando esse, quoniam uariabile est. Spiritui uero creato conuenire & hoc aliquid esse, quoniam definitus est: sed non hic alicubi esse, quoniam circumscriptus non est, qui dimensionis capax non est. Creatorem uero spiritum nec hoc aliquid esse, quod definitus non est: nec hic alicubi esse, quod circumscriptus non est: nec nunc aliquando esse, quoniam inuariabilis est: presentem tamen ueraciter & essentialiter omni, quod hic alicubi est: & omni, quod nunc aliquando est: quoniam in omnibus est, & ubique est, & semper est. Semper sine tempore, ubique sine loco, in omnibus sine termino & definitione. Et nos quidem horum considerationem sublimem nequaquam falsitatis arguimus, uerba tamen supra capacitatem & possibilitatem minorum, & simplicium intelligentiae fortia nimis iudicamus.

Quod Deus essentialiter est, & uere est: & in omni creatura siue natura sine sui definitione; & in omni loco sine circumscriptione: & in omni tempore sine uicissitudine uel mutatione. Cap. XVII.

Censemus autem, & omnino ita oportere approbamus multo sanius & commodius ueraciter asserendum, quod Deus substantialiter siue essentialiter, & proprie, & uere, & in omni re siue natura, siue essentia est sine sui definitione, & in omni loco sine circumscriptione, & in omni tempore sine mutabilitate. Nam id, quod quidam insipientes, immo sola carnis sapientes, & quae carnis sunt solum considerantes existimant quasi corporaliu tordiu & pollutionu inquinatio nes Deu contingere possint, si rebus omnibus essentialiter uel substantialiter inesse dicantur: ra friuolu est, ut nec responsione sit dignu, cu et ipse spiritus creatus corporeis sordibus inquinari non possit. Si, n. sps sordes corporee contingunt: dicant ipsi quo aia humana in carne posita immaculata esse possit, cu carnis humane sordibus nulla inquinatio uel pollutio maior inueniri possit? Dicat de carne leprosi (cuius

Deus no inquinatur a loco im-mundo, sicut nec aia a corpore leproso.

etiam contactum homo sine horrore sustinere non potest) quomodo aiam sciam & iustam non inquinat quae in m in ea sine pollutione uiuit, ut ex ea et a pollutione emundetur? Postremo respondeant, utrum potius concedendu de Deo existimat, quod nusquam sit Deus, an quod ubique sit. Quod si absurdum est omnino confiteri, quod Deus nusquam est: cogatur necesse est ipsi suo iudicio id, quod ad dictum est commodius & pulchrius suscipitur, confiteri quod alicubi est. Qui, n. uocibus seruire elegerunt potius quod ueritati, & id solum respiciendum putant, quod aures uulgaritatis a bhorrent: iustum est, ut in hoc quoque a sententia sua non declinent. Dicant ergo, si hoc a ueritate esse sumant, quod Deus nusquam est: & non statim ex eo consequi arbitrentur, quoniam quod nusquam est, ipsum omnino nihil est. Si ergo conuenienter dici non potest, quod Deus nusquam est, quem esse & uerius omnibus, quae sunt esse, necesse est credi: dicat ubi est. Si, n. alicubi est, & ubique non est, est ubi est, & est ubi non est: & iam localis sit Deus, & termino & sine concluditur, quod omnino impossibile est. Fatendum est itaque, & sine dubitatione consistendum, quod diuina natura, quae pro immensitate sui nusquam deesse potest, in omni loco ueraciter & essentialiter est: nec in loco, comprehenditur ullo, quoniam omnino incircumscribibilis est. Est ergo ubi est totum, quae continet totum, & penetrat totum: nec sine ea esse potest aliquid ex omnibus, quae facta sunt ab ea: quae nec pro sui simplicitate diuidi nec pro sui puritate maculari, nec pro sui immensitate ullo modo comprehendi potest.

Quomodo spiritus creati locales sint, & quomodo corpora. Cap. XVIII.

Sane de spiritu creato hoc commodius dictu, & ad intelligentiam hoc accommodatius esse fatemur, ut non solum in loco esse, sed localem esse pronuntiemus sine dubitatione. In loco quidem quoniam hic alicubi presentem cernitur: localem uero, quoniam cum sit alicubi, non ubique inuenitur. Omne, n. quod definitum est, secundum aliquod locale est: quoniam in eo ipso quod finem & terminu habet, locum habet, & determinat locum sicut determinatum est in loco. Sed corpus dimensionem habens loco circumscribitur, quoniam ei secundum locu principiu medium, & finis assignantur. Spiritus uero, quoniam dimensionem non capit (sed definitione sola terminatur) circumscriptionem quidem non recipit, loci tamen loco quodammodo concluditur, quoniam cum hic alicubi praesens sit totus, alibi non inuenitur: itaque corpus locale est, quoniam loco circumscribitur: spiritus autem, quoniam in loco per praesentiam naturae & operationis concluditur, localis & ipse iure nominatur. Spiritus autem increatus, quoniam omnino loco praesens est, nec tamen ullo in loco concluditur: aut circumscribi potest, ueraciter in omni loco esse dicitur, nec tamen localis aliquando ratione ulla appellatur. Non ignoro tamen quosdam ab omni spiritu locum uniuersaliter remouere uoluisse, quoniam secundum dimensionem solum & circumscriptionem corporalem locum constare probauerunt. Sed horum, ut supra diximus, consideratio nimis a communi estimatione, & possibilitate recessit. Magis autem ea ponenda in usum loquendi, quae se sponte accommodant, & nihil a latere ingerant aliena ueritate. M. Hu. a S. Vid. To. iij. Qq 2 Ratio

Ratio qualiter Deus non solum unus, sed trinus sit. Cap. XIX

Nunc diximus quomodo ratio uera probat, quod Deus unus est: & quae ad unitatem deitatis uera esse considerat. Deinde etiam arguit & commendat, quod non solum unus, sed & trinus est Deus. Et habet huius quoque inuestigationis & considerationis bonae a Deo exemplaria uera. Deus enim, qui in se uideri non potuit, in suo opere manifestatus est: & uidit eum ratio humana non in se, quia inuisibilis fuit, sed in similitudine sua, quoniam ad hoc facta est, ut uideatur in ea Deus.

De uerbo extrinseco, & intrinseco. Cap. XX.

Nam sicut sapientia hominis non uidetur nisi ab ipso homine, donec exeat & manifestetur per uerbum: ita sapientia Dei inuisibilis fuit, & non potuit cognosci nisi ab ipso solo, cuius erat, donec manifestata est per opus suum. Et erat ipsa sapientia uerbum. Sed quasi uerbum intrinsecum, & absconditum, quod omnino sciri non posset, nisi per uerbum extrinsecum manifestaretur: quemadmodum cogitatio hominis quasi intrinsecum uerbum illius est, quod latet & absconditum est, donec reuelatur per prolationem oris, & est ipsa prolatio uocis uerbum similiter ut uerbum est cogitatio cordis. Sed uerbum, quod manifestum est, prodit & reuelat uerbum, quod occultum est. Sic & in Deo uerbum intrinsecum & occultum inuisibile uerbum fuit cordis eius, & sapientia erat hoc uerbum & inuisibile, donec manifestatum est per uerbum extrinsecum, quod uisibile factum est, quod erat opus eius. Sicut per uerbum oris manifestatum est uerbum cordis. Sic loquitur ois natura ad auctorem suum, & indicat quod factum est opificem intelligendi sensum habentibus.

Quod imago Dei in rationali creatura expressior est et uestigium Trinitatis inuenitur in ipsa. Cap. XXI.

Et sunt in his simulacra quaedam quasi de longe significantia, & habentia pro parte. Quaedam uero expressa imagine, & perfecta aemulatione consignata, clara demonstratione efficiunt. In his ergo citius, quod inuisibile Dei est, agnoscitur, in quibus euidentius manifesta declaratione demonstratur. Ea namque perfectius auctorem suum manifestant: quod illius similitudini uicinius appropinquant. Hoc autem est ipsa rationalis creatura, quae excellenter & proprie ad illius similitudinem facta est, quae tunc citius creatorem suum (quem non uidet) agnoscit, quam seipsam ad illius imaginem factam intelligit. In hoc ergo primum Trinitatis uestigium inuentum est, cum agnoscere coepit ipsa quod erat in se, & ex eo considerata uerba quod erat supra se. Vidit. namque ex ipsa nascitur sapientia, quae est in ipsa: & diligit ipsa sapientiam suam, & procedit a mor ex ipsa & sapientia sua, quo amat eam genitam de se, & in se manentem non diuidit a se. Et apparent tria quaedam in uno, mens, sapientia, & amor: & est mens & sapientia de mente: & de mente & sapientia amor: & surgit trinitas quaedam, & unitas non recedit: & sunt simul trinitas & unitas in potentate & imaginis uirtute. Et consen-

dit mens ab istis per hanc illuminata, & considerat creatorem suum sapientem esse, & sapientiam habere, et ex ipso esse sapientiam suam, nec fuisse unquam sine sapientia, quam semper sapiens fuit. Et quod semper sapientiam suam ipse dilexit, & semper amorem habuit ad sapientiam suam, & erat coaeternus amor aeterno, & coaeternae sapientiae illius.

Quomodo tres personae sint essentia siue substantia una. Cap. XXII.

Rursum considerat, quod non potest in Deo esse aliquid diuersum ab ipso: & quod unum est totum quod est, & propterea uere est trinitas, & unitas manet. Quia. namque ibi est quod a nullo est, & est ibi quod ab illo est, & pariter cum utroque, quod ab utroque est, Trinitas est. Neque. namque, quod a nullo est, esse potest ille, quod ab alio est: & qui ab utroque est, uel ille, qui a nullo est, uel qui ab illo tantum est, esse potest. Itaque trinitas est uera, & unitas manet perfecta: quoniam in Deo nihil esse potest, quod Deus non est. Natura si quidem indiuisa & unitas uera scissionem prohibet: discretio uero & proprietates trinitatem docet.

De discretionem nominum in Trinitate. Cap. XXIII.

Oscuitque nomina fides, quibus significaretur, quod creditur: & dictus est pater in Trinitate, quia ab ipso filius erat, qui de ipsius substantia erat. Qui. namque, gignit, et de sua substantia gignit, id, quod ipse est, gignit. Et propterea a quo erat, qui cum ipso erat, idem quod ipse erat, pater dicitur: quia ab ipso erat filius. Qui autem ab utroque, erat, utriusque, filius non erat, ne duo essent patres unius filij: et pater, qui filius diceretur, et confunderetur Trinitatis discretio: sed Spiritus sanctus patris et filij procedens a patre et filio: Et professus est fides catholica patrem, et filium, et Spiritum sanctum. Et est pater, qui filium habet: et filius, qui patre: Spiritus sanctus, qui a patre est et filio. Et est quidem pater Spiritus sanctus, qui a patre est et filio. Et est quidem pater Spiritus sanctus, quoniam Deus est. Et est pater similiter sanctus, quoniam Deus est. Sed uoluit fides unam in Trinitate personam distinguere, cum diceret Spiritum sanctum. Ipse. namque, est, qui ad sanctificationem datur, cum inspiratur sanctificandis. Et non tantum uenit sine patre et filio, quoniam Trinitas est indiuisa.

Quomodo Spiritus sanctus a patre & filio mittitur aeterna processione ab illis, & temporali aduentu ad nos. Cap. XXIII.

Sed inspirari a patre & filio, hoc est illi uenientem esse a patre & filio, quod aeternum illi est, ne nomen sit personae quod datur ex tempore & accipitur, quia temporale non est illi esse a patre & filio, sed aeternum. Pro quo dari dicitur, cum uenit a patre et filio, quia est a patre et filio, quod aeternum est, et non temporale illi. Sicut Spiritus sanctus donum Dei est, quia donum est patris et filij. Et cum datur ex tempore datur, et datur a patre et filio: et dari a patre et filio, non aliud illi est quam cum datur esse a patre et filio, ex eo quod aeternum illi est a patre et filio. Et est in Trinitate pater, et filius, et Spiritus sanctus. Pater a seipso, filius a solo patre, Spiritus sanctus a patre & filio, & quia una natura est & una substantia, una Trinitas est in una natura & una substantia. Et cum mens una, quae discreta sunt & propria in Trinitate, considerat: tria inuenit, & tres confite-

tur. Cum uero, quod idem est tribus attendere coepit, unum ostenditur.

Quare tria illa ineffabilia in deitate personae tres dicuntur, & tria in humanitate non dicuntur.

Cap. XXIII.

Et surgit rursus ex aduerso alia dubietas, & pulsatur mentem profundo rerum caligantium, & exit questio & interrogat seipsam ratio, quare tria illa, quae in deitate reperta sunt, personae dicuntur: cum in Trinitate illa, quam in semetipsa primum mens reperit, tria similiter inuenta sint, nec tamen tres personae in se mentem rationalem continere, aut tribus personis constare animam rationabilis consideratio patitur. Et diligenter conquirat ratio quare ita sit: cum nec ita esse dubitare liceat: nec quomodo sit facile sciri possit. Et tamen uidet aliquid ex eo, quod totum non uidet: nec ignorare permittitur, quod non sinitur apprehendere. Videt. namque, quae in mente sunt, non uere idem sunt, quod est ipsa mens. Separantur. namque a mente haec aliquando: & cum affuerint recedunt, & redeunt iterum cum abierint, & uariantur circa ipsam: nec uere tamen eadem cum ipsa: sed quasi affectiones quaedam & formae ipsius, quibus non sit hoc aliquid esse, sed ad esse tantum ei quod est hoc aliquid. Itaque cum sit homo ipse persona, haec autem tamen affectiones quaedam adherentes personae & circa ipsam existentes inueniantur: non est omnino eis proprium esse personae, sed personae inesse tantum. Cum autem, quae in Deo sunt, aliud ab ipso esse non possunt: quasi nec accidentia aut affectiones ex tempore mutabiles siue separabiles natura incommutabili essentiae, & cui idem sit totum esse quod est. Conuenire tria in eo ueraciter praedicantur, & tribus unum esse, & proprium idem esse aeternum & perfectum asseritur. Et dicuntur tria tres personae, non tres essentiae, quia natura in tribus est perfecta singulis, & tribus indiuisa. Et ideo dicuntur personae singulae, quia Deus sunt, & unus Deus tres, quia una deitas in tribus

Quare potentia patri attribuitur: sapientia filio: bonitas siue benignitas Spiritui sancto.

Cap. XXVI.

Atribuitur patri potentia: & filio sapientia, & Spiritui sancto bonitas siue benignitas. Et discernuntur quae communia sunt. In quibus non dicitur quidem quod non est, tamen quod est tacetur, ne credatur quod non est. Dicitur. namque, pater potens: & est pater potens: & non solus pater quia potens est pater, & filius, & Spiritus sanctus: & non tres potentes, sed unus potens. Quia potentia una in natura una, & substantia una. Et est filius sapiens, sed non solus: quia sapiens est pater, & filius, & Spiritus sanctus: & non tres sapientes, sed unus sapiens. Quia sapientia una in natura una, & substantia una. Et dicitur Spiritus sanctus benignus & bonus: & est quidem benignus & bonus Spiritus sanctus, sed non solus Spiritus benignus & bonus est: sed bonus est & benignus pater, & filius, & Spiritus sanctus: nec tamen tres benigni & tres boni, sed unus benignus & unus bonus. Quia benignitas una, & bonitas una in natura una, & substantia una.

Sed cauit scriptura conscientiae humanae, ne erraret in Deo suo similia hominibus, quae non erant, in ipso arbitrans: quoniam ab hominibus sumpta erant uocabula quaedam, non ad omnem similitudinem, sed ad significanda quae Dei erant supra homines: & erat aliquid simile ibi ne imitatio aliena esset: sed non totum, ne idem crederetur, quod in tantum differabat: & dictus in deitate pater, quoniam ibi erat a quo erat, qui de sua substantia erat. Sicut qui gignit, de sua substantia gignit: & non est qui gignit ipse, quae gignit, sed alter ab altero, & non altera natura gignens & geniti. Et erat in hoc similitudo inter diuina & humana: & propterea ex hoc dictus est pater & filius: quia genuit ille, & iste genitus est. Et non est qui genuit pater, iste qui genitus est filius: & tamen quia natura una est gignens & geniti, & substantia una, non alius est gignens a genito, quia Deus est: & Deus unus, gignens & genitus, quia deitas una gignens, & geniti. Propterea unum inueniuntur illo quod Deus erant: quia unum erant totum quod erant, sed non unus in uno: quia pater erat, quod a nullo erat: & filius qui a patre erat: & Spiritus sanctus, qui ab utroque erat, qui filius non erat: quoniam ab utroque erat, et aequaliter erat: et dictus sunt tres personae tria haec, quia unum quodque: trium totum hoc erat: et persona erat, nec tamen una persona: quia unum hoc totum, sed tres personae: quia tria in hoc uno, et hoc unum totum: et haec tria tres personae: et hoc unum unus Deus: et haec tria hoc unum: & tres personae unus Deus: pater, et filius, et Spiritus sanctus. Dicitur ergo pater, quia de sua substantia filium genuit: et erat in hoc similitudo. Sed ne putaretur prior pater filio sicut semper in hominibus est, et nunquam aliter esse potest, nisi pater filium antecederet: propea potens dicitur est pater, non quod solus erat, quia potens erat et filius et Spiritus sanctus: sed solus dicendus erat potens, quia de ipso solo magis dubitari poterat quasi de priore, et antiquo, et annorum numerositate defecto. Et dicitur est filius sapiens, non quod solus erat: sed quia de ipso solo magis dubitari poterat quasi de posteriore, et aetate adhuc immaturo, et sensu imperfecto. Idcirco dicitur est pater potens, ne putetur prior filio: et filius sapiens, ne credatur prior posterior, et Spiritus sanctus bonus, siue benignus: ne crudelis existimaretur Deus, et consterneretur ad eum conscientia humana, si Spiritum habere diceretur Deus, et non additum fuisset sanctus uel benignus. Quoniam spiritus per se rigorem quemdam significare uidetur, et crudelem denotare.

Alia ratio quare illa, quae secundum substantiam dicuntur & communia sunt, personaliter sunt discreta. Cap. XXVII.

Propterea pro simulacrum suum, quo est inuenta Trinitas summa, et ipsa similiter Trinitatem praeferebat quasi uestigium quoddam et imaginem ineffabilis Trinitatis. Et in ipso hoc ita erat: quoniam in mente rationali quasi potentia quaedam, et uis quaedam erat, ex qua esse posset, quod nondum erat. Et ex ea natus est intellectus, qui solum sapientia eius erat, & sine ipso mens, sapientia non erat: & processit nouissime amor siue gaudium mentis ad sapientiam suam, & ipse solum dilectio erat: quia sine ipso in mente & sapientia dilectio non erat. Et posita sunt M. Hug. a S. Vict. To. iij. Qq 3 haec

hec nomina ad proprietatem, quia unumquodque per se erat, & distincta sunt tria hæc: primum potentia: qua sapientia erat: deinde ipsa sapientia, quæ de potentia nata fuerat: nouissime amor, qui de potentia simul & sapientia processerat. Et distinguebantur hæc, quia prorsus hæc idem non erant, quæ separabantur abinuicem, & non constabat in uno. Propterea in mente rationali aliud potentia erat, quia prior erat sine sapientia: & adhuc sapientia non erat. Et uenit postea sapientia, & cum potentia esse cepit: quasi aliud in alio. Et erant iam duo, potentia & sapientia: & additum est tertium. Et tria esse ceperunt, potentia, & sapientia, & amor. Et non erat potentia de aliquo, & de ipsa sapientia erat: amor autem de potentia & sapientia præcesserat. Et non erat potentia sapientia, quia potentia ante sapientiam erat, & de ipsa sapientia exierat. Neque rursus amor potentia uel sapientia dici poterat: quia processerat tantum ab ipsis, & ipsa aliquando sine ipso extiterant. Et erant tria hæc discreta in anima, & in his tribus trinitas animæ inuenta est. Et ascendit anima ab his ad summam Trinitatem, & inuenit ibi patrem, qui a nullo erat, sicut in se potentia: & filium, qui a patre erat, sicut in se sapientia, & spiritum sanctum, qui a patre & filio erat, sicut in se dilectio a potentia & sapientia processerat. Et ideo potentiam patri tribuit, quia in se similitudo fuerat illius: & sapientiam filio, quantum hæc in se imago illius erat quæ a potentia orta erat: & dilectionem spiritui sancto attribuit, quantum in se a potentia & sapientia processit, sicut Spiritus sanctus a patre & filio, quæ dilectio est patris & filij. Et sic quidem distinxit ueritatem ad imaginem, per quam inuenit ueritatem: ut quod hic proprium inuentum est ad significationem: illic quasi singulare diceretur ad proprietatem. Et tamen quia Deo totum quod est, esse unum est: & non potest diuersum inueniri, quod in simplici natura idem est: neque unius esse potest, quod alterius non est: ubi idem est unus est quod alter est. Cum enim potentia patris aliud non sit quam essentia eius, neque sapientia filij aliud quam essentia eius, necesse omnino est, ubi una est essentia unam esse potentiam, unam sapientiam: & unam dilectionem & communem esse, & totam esse, & proprie esse, & æqualiter esse. Itaque potentia patris est, & filij est, & spiritus sancti est, & proprie est, & æqualiter est. & sapientia filij est, & patris est, & spiritus sancti est, & proprie est, & æqualiter est: & amor, siue bonitas spiritus sancti est: & patris est, & filij est, & proprie est, & æqualiter est. Et quia Deo habere idem est quod esse: & omne, quod in Deo est, aliud quam Deus esse non potest: pater potentia est, & filius potentia est, & spiritus sanctus potentia est: & una potentia, quia una essentia. Similiter pater sapientia est, & filius sapientia, & spiritus sanctus sapientia: & una sapientia, quia essentia una, Et pater est dilectio, & filius dilectio, & spiritus sanctus dilectio: & dilectio una, quia essentia una. Sed pater potentia est, & potentia nullius est, quia a nullo est, Si militer & sapientia est pater, & nullius sapientia est quia a nullo est. Dilectio est pater, & nullius est dilectio: quia a nullo est. Dilectio est filius, & nullius est dilectio: quia a nullo est. Dilectio est spiritus sanctus, & nullius est dilectio: quia a nullo est.

atio: quia a nullo est. Filius autem potentia est, & patris potentia est, quia a patre est. Sapientia filius est, & sapientia patris est, quia a patre est. Spiritus sanctus est dilectio patris & filij, quia a patre & filio est. Vbi diligenter cauendum, ne comunione confundatur, quod distinguendum est: neque singularitate distinguatur, quod proprium est, hoc est cum personas in Trinitate distinguere uolumus, non attribuamus uni quod alteri commune est: neque cum substantiæ unitatem demonstrare, assignemus alteri, quod uni proprium est.

Quod uestigium Trinitatis non solum in rationali creatura, sed etiam in corporea reperitur.
Cap. XXVIII.

ECce demonstrauimus uestigium aliquod Trinitatis summæ quantum ualet ratio humana de modico, quod suum est, & datum est illi, & est in illa: & modicum est ad perfectum totum. Tria enim inuenit in se, & ex his trinitatem deprehendit, quæ erat supra se. Et cõtestata est illi natura foris, sicut de unitate deitatis. Et apparuerunt tria foris signa Trinitatis, sed non imago ut illa, quæ intus erant: & hæc ipsa imperfecta similitudine erant. Erant .n. potentia intus, & sapientia, & amor. Et tria hæc imago erant potentia creatoris, & sapientia, & amoris: quia hic erant, & ibi erant. Sed hic in imagine erant, ibi in ueritate: tñ utrobique erant, & idem erant: quia hoc hic erat quod ibi erat. Sed quod hic erat, imago erat: quod ibi erat, ueritas erat. Foris autem potentia non erat, sed signum tantum neque sapientia, sed signum tantum: neque amor uel bonitas, sed signum tantum: nec & ipsa signa, neque potentia, sapientia, & amoris: potentia .n. signum fuit rerum immensitas: sapientia pulchritudo: bonitatis utilitas. Et non erant ipsa signa potentia, uel sapientia, uel bonitas: sed tantum signa eorum attestantia his, quæ intus erant, propria. Et probata est Trinitas uera in operibus suis: nec potuit ratio hic adijcere quicquam, quod perfecta erant: neque tollere aliquid, quæ constabant discreta. Sunt .n. tria hæc quæ omne rationali perficiunt: nec sine his perfectum est aliquid. Similiter ad omnem effectum concurrunt tria hæc, quorum siquid defuerit, nihil absoluitur, et si adsint pariter, omnia consumantur. Hæc sunt potentia, scientia, & uoluntas: ex quibus si tollas unum aliquid perfectorem imminuis: si cuncta pariter constituas: nihil deesse confiteris. His ergo & ipse rerum conditor opera sua perficit, & constat ipse perfectus: quoniam in ipso perfecta sunt, quæ neque in parte augeri possunt, quia plena sunt: neque in toto consummari, quia perfecta sunt: neque in unitate diuidi, quia unum sunt.

Quod in his tribus omnia. Cap. XXIX.

ET quæcunq; de Deo dicuntur, & creduntur ueraciter in Deo: ad hæc tria referuntur, & constant in his tribus in ipso: quibus, ut dictum est, si quid tollas, perfectum non est, quod relinquitur: si quid adijcere coneris, maius non est, quod explicatur. Si .n. forte dicis, & incorruptum, & incommutabilem, & inuincibilem, & cætera, quæ similia sunt: hic totum hoc potentia est. Si prouidum, si inspectorem, si scrutantem occulta, & intelligentem: hoc

hoc totum sapientia est. Si pius, si mansuetus, si misericors, si patientem: totum hoc bonitatis est. Et non potest his adijcere ueritas quicquam: quia totum in his continetur, quod perfectum est, & uerum. Ideo tria hæc ueritatem monstrauerunt in simulacro perfecto, & persuaserunt nihil adijciendum tribus: quia hoc perfectum est: & nihil tollendum, quoniam sic constat consummatum: & tria hæc in Deo erant unum, & Deo unum erant, sed distincta inuenta sunt hic, ubi non erant unum: & propterea Trinitatis imago facta sunt. Et secuta est consideratio proprietatem inuenta hic usque ad ineffabilem Trinitatem: & distinxit ibi proprium, quod proprium hic erat tantum: & differens inuentum est: ibi autem in uno erat totum, & unum totum.

Recapitulatio supradictorum. Cap. XXX.

S Nunc ergo diximus quomodo ratio humana primum & in se Deum esse reperit, & extra se approbavit, & quomodo adiudicauit: quod unus est Deus, & simplex natura: & immensus, & æternus. Magnus & non quantitate: simplex & non paritate. Et quod trinus est sine diuisione unitatis: & unus sine confusione trinitatis. Et quomodo Trinitas summa inuenta est per eam, quæ erat imago illius in nobis: & quomodo arguit non esse personas, tria in nobis: & in Deo tria esse personas quia Deus sunt. Et quomodo tribus nihil adijci potest, quia perfecta sunt: nec demi aliquid, quia discreta sunt. Et quomodo distincta sunt, quæ in Deo sunt: & secundum ea, quæ discreta sunt in nobis, quoniam imago sunt ad illa, & demonstrauerunt Trinitatem: Et hæc quidem secundum rationis iudicium coniecimus in unum, quoniam ita ueritatem approbavit. Si quid additum est ex his, quæ supereminet rationi, & non contingit ad ea sufficere, quoniam secundum rationem formantur. Alia enim sunt ex ratione, alia secundum rationem, alia supra rationem: & præter hæc, quæ sunt contra rationem. Ex ratione sunt necessaria: secundum rationem sunt probabilia: supra rationem mirabilia: contra rationem incredibilia. Et duo quidem extrema omnium fidem non capiunt. Quæ enim sunt ex ratione omnino nota sunt, & credi non possunt, quoniam sciuntur. Quæ uero contra rationem sunt, nulla similiter ratione credi possunt: quoniam non suscipiunt ullam rationem, nec acquiescit his ratio aliquando. Ergo quæ secundum rationem sunt, & quæ sunt supra rationem, tantummodo suscipiunt fidem. Et in primo quidem genere, fides ratione adiuuatur: & ratio fide perficitur: quoniam secundum rationem sunt quæ creduntur. Quorum ueritatem ratio non comprehendit, fidei tantum illorum non contradicit. In istis, quæ supra rationem sunt, non adiuuatur fides ratione ulla: quoniam non capit ea ratio, quæ fides credit: & tam est aliquid, quo ratio admoneatur uenerari fidem, quam non comprehendit. Quæ dicta sunt ergo, & secundum rationem, fuerunt probabilia rationi, & sponte acquieuit eis. Quæ uero supra rationem fuerunt ex diuina reuelatione prodita sunt, & non operata est in eis ratio: sed castigata tantum ne ad illa cõtenderet. Nunc ergo sequitur demonstrare quantum his, quæ in ratione proposita sunt & cõ-

ducta probabiliter reuelatio diuina adiecerit, & quæ per inspirationem manifestata, & quæ doctrinam asserta sunt: & quæ per miracula approbata: ex his quantum uidebitur, & possibile erit.

Breuis summa eorum, quæ supradicta sunt, cum adiectione quorundam. Cap. XXXI.

ANte omnem creaturam creator erat solus quidem, sed tamen non solitarius: quia cum ipso erat sapientia sua, in qua omnia ab æterno prouidentiam fuerunt, quæ ab ipso in tempore per essentiam facta sunt. Solus fuit: quia nihil præter ipsum fuit: & tamen solitarius non fuit: quia aliena societate non eguit, qui sibi sufficiens fuit cui nihil defuit: quia sicut dictum est: totum in ipso prouidentiam fuit, quod ab ipso per essentiam faciendum fuit. Hæc ergo duo diligenter & inter se distinguenda sunt. & in se considerata, creator .s. & creatura: ne uel creatura æterna credatur: uel creator temporalis. In his .n. duobus omnis cognitio constat ueritatis. Primum ergo considerare oportet, quæ de creatore dicenda sunt, uel credenda. Creator est igitur omnium rerum unum confitemur et trinum: unum in essentia, trinum in personis: quia essentia deitatis una est, & in essentia una, tres personæ: pater, & filius, & Spiritus sanctus. Pater a nullo est: filius a patre solo: Spiritus sanctus a patre & filio est. Quemadmodum in una anima mens, & intellectus, & gaudium: & mens quidem a se est, intellectus uero de sola mente est: de mente autem & intellectu gaudium: & hæc tria ad substantiam quidem una sunt anima. Ita in corpore uno & figura est, & forma, & pulchritudo, tria hæc. Et uidetur figura prima esse ad substantiam, deinde forma, et ex utroque pulchritudo, & hæc tria in uno corpore, & unum corpus: ut in utraque natura imago creatoris eluceat. In prima quidem ad similitudinem. In secunda autem ad similitudinis imitationem. Si ergo Deum confitemur in essentia unum, & in personis trinum. Et in unitate quidem agnoscimus æternitatem, & immensitatem. In æternitate autem incommutabilitatem. In immensitate uero simplicitatem. Hoc est æternitatem sine tempore: immensitatem sine quantitate. In trinitate cõfitemur cõionem unitatis, æqualitatem immensitatis, cõiuitatem æternitatis. Et cõionem quidem trinitatis sine diuisione, æqualitatem immensitatis sine diminutione, cõiuitatem æternitatis sine ordine uel successione. Et hoc est singulis unitate totum, immensitate plenum, æternitate perfectum. Tres autem personæ nihil aliud esse quam essentiam unam: quia tribus esse unum est, & una essentia est. Quæ tres unum sunt: sed tres unus non sunt: quia si tres unum non essent: una essentia trium non esset: & si tres unus essent, tres non essent. Idcirco tres unum sunt: ne substantia diuidatur: & tres unus non sunt: ne personæ confundantur. Quod ergo pater est, filius est: quia una est natura patris & filij. Sed non qui pater est, filius est: quia alia est persona patris & filij. Item quæ de Deo secundum substantiam dicuntur, æqualiter dicuntur de patre, & filio, & Spiritu sancto. Quoniam substantia patris, & filij, & Spiritus sancti una est, & æqualiter est. Deus nomen est substantiæ: & hoc Deo esse est quod substantiam esse. Ideo pater Deus est, & filius Deus est, & Spiritus sanctus Deus est: & non tres dii, sed unus Deus, quoniam una substantia. Et similiter alia, quæ de Deo secundum substantiam dicuntur, æqua-

Deo idem est habere quod esse: & nihil est in Deo, quod non sit Deus.

æqualiter dicuntur. Et de singulis singulariter, & æqualiter dicuntur: & de omnibus simul, non pluraliter, sed singulariter dicuntur, & æqualiter. Et cū de singulis singulariter dicuntur, non minus dicitur: & cum de omnibus communiter dicuntur, non amplius pronuntiat. Cum enim dicitur pater est Deus, nō minus dicitur quā cum dicitur pater, & filius & spiritus sanctus est Deus. Tota enim deitas in patre, & tota in filio, & tota in spiritu sancto: nec minor in patre (solum quā simul) in patre, & filio, & spiritu sancto. Similiter & de filio, & de spiritu sancto intelligendum est. Vnum nomen solum est, quod de singulis singulariter dicitur: in summa tamen non singulariter, sed pluraliter pronuntiat: cum tamen ad substantiam dicitur. Dicitur namque pater est persona, & filius est persona, & spiritus sanctus est persona: & tamen simul dici non potest, pater, & filius, & spiritus sanctus est persona: sed tres personæ. Hoc enim solum ex his, quæ ad substantiam dicuntur, de singulis singulariter dicitur: in summa tamen nō singulariter, sed pluraliter pronuntiat. Quæ autem secundum relationem dicuntur, ad se dicuntur: & de singulis singulariter dicuntur: in summa tamen nec singulariter, nec pluraliter pronuntiantur, quoniam ad se dicta sunt: & ideo adinuicē dici non possunt. Item quod est patrem esse, a seipso est esse: quod est filium esse, a patre est esse: quod est spiritum sanctum esse, ab utroque est esse. Filius habet nasci, spiritus sanctus procedere: & solius filij est nasci, nō spiritus sancti. Quod enim nasci est, de alio est esse, non tamen in aliud. Quod autem procedere est, de aliquo est esse, & aliquoties in aliud. Quod enim spiratur ab aliquo spiratur, & spiratur in aliquo. Ideo sumpta sunt uocabula ad significandū id, quod dicendum erat de Deo, ut intelligi aliqua tenus posset, quod comprehendere non poterat. Itē sic ab initio suam notitiam Deus temperauit ab homine, ut nec totus manifestus esset, nec totus absconditus. Si enim totus manifestus esset: fides non exerceretur, & infidelitas conuinceretur. Si uero totus esset absconditus: fides non iuuaretur, & infidelitas excusaretur. Itē quatuor modis inuisibilis Deus ad notitiā hominis egreditur: duobus intus, duobus foris. Intus per rationem & aspirationem: foris per creaturam & doctrinam. Ex his duo ad naturā pertinent, duo ad gratiam. Ratio & creatura ad naturam pertinent, aspiratio & doctrina ad gratiam. Propterea post hæc in doctrina aspiciēda sunt, quæ auctoritas probat: quia ratio humana, nisi uerbo Dei fuerit illuminata, nō ueritatis uidere nō potest.

Deus quare ab initio nec totus manifestus, nec totus absconditus.

Quibus modis cognitio Dei ad hominem ueniat.

INCIPIT QUARTA PARS DE voluntate Dei, quæ æterna est et una: et de signis uoluntatis eius, quæ quidem temporalia sunt, et secundum figuram uoluntatis dicuntur: quia signa sunt uoluntatis.

De uoluntate igitur Dei: quod iusta est. Cap. I.

A Prima rerum omnium causa est uoluntas creatoris, quæ nulla præcedens causa mouit, quæ æterna est: nec

sublequens aliqua confirmat, quæ ex semetipsa iusta est. Neque enim idcirco iuste uoluit: quia futurum iustum fuit, quod uoluit: sed quod uoluit, idcirco iustum fuit, quia ipse uoluit. Suum enim ac proprium uoluntatis eius est esse iustum, quod est: & ex eo quod in ea iustum est, quod ex ea iustum est. Quoniam secundum eam iustum est, quod iustum est: quod utique iustum non esset, si secundum eam non esset. Cum ergo queritur, quare iustum est, quod iustum est: conuenientissime respondetur: quoniam secundum uoluntatem Dei est, quæ iusta est. Cum uero queritur, quare uoluntas Dei iusta est: hoc sanius respondetur, quoniam prima causa nulla est, cui esse est esse, quod est. Hæc autem sola est, unde ortum est quicquid est: & ipsa non est orta, sed æterna.

Iustum quare iustum.

Quod modis scriptura uoluntatem Dei accipiat. Cap. II.

Hic non prætereundum nobis est, quod sacra scriptura de uoluntate Dei diuersis quibusdam modis loqui consuevit: & non est uoluntas diuersa, sed locutio diuersa est de uoluntate, quæ non est diuersa. Nam uoluntas Dei in facto eloquio aliquando accipitur illa, quæ uere est in ipso, & idē cum ipso, & coæterna ipsi. Aliquando uero secundum quandam dicendi figuram uoluntas eius uocatur, quæ secundum proprietatem non est uoluntas eius, sed signum uoluntatis eius. Et dicitur ipsum signum uoluntatis uoluntas, cum uoluntas non sit, sed signum tantum. Quemadmodum, & signa iræ ira dicuntur, & dilectionis signa dilectio appellatur. Et dicitur iratus Deus, & non est ira aliqua in eo. Sed signa tantum, quæ foris sunt, quibus iratus ostenditur, ira ipsius nominantur. Et est figura dicendi, secundum quam non est falsum, quod dicitur: sed quod dicitur, similitudinis respectu obumbratur. Et secundum istos modos figurarum quasi diuersæ uoluntates Deo attribuuntur: quia diuersa sunt illa, quæ per figuram dicuntur uoluntas eius: cum ea, quæ secundum proprietatem dicitur, una sit uoluntas ipsius.

Ira Dei quare.

Prima uoluntas Dei beneplacitum dicitur. Cap. III.

Igitur quæ & primum, & principaliter uoluntas Dei dicitur, est illa, quæ uere est uoluntas eius. Et hæc est una, nec multipliciter recipit, nec mutabilitatem.

Secunda operatio, tertia permissio. Cap. IIII.

Deinde sequuntur duæ uoluntates: & duo, quæ dicuntur uoluntates. Et hæc duo de Deo dicuntur, & Dei uoluntates dicuntur, quia signa sunt uoluntatis eius. Harum uoluntatum una permittens uocatur, altera faciēs, hoc est permissio & operatio: quia permissio eius dicitur uoluntas eius, & operatio eius dicitur uoluntas eius, quoniam secundum uoluntatem eius fiunt, & signa sunt uoluntatis eius. Et sunt duo ista quasi consequentia uoluntatis summæ, & quasi explicatio eius, & effectus illius, & paria illi, non tamen coæterna. Quicquid enim in illa semper est in istis aliquando est: & quicquid in istis aliquando non est, in illa nunquam est. Omne enim quod est in illa, semper est: & omne quod est in istis, aliquando est: quia nec aliquid est præter eius uoluntatem, nec aliquid fieri potest extra

operationem ipsius, siue permissionem. Et sequuntur, duo unam, & una in ambobus inuenitur: quoniam nec nolens operatur, nec permittit nisi uolens. Et cum fit aliquid, dicitur hoc uoluntas Dei. Quia uoluntate Dei factum est, ut hoc fieret, uel permissum. Et uoluntate fecit, quod fecit: & bene fecit & bonum fecit, quod fecit. Et uoluntarie permisit, quod permisit: & bonum fuit quod permisit, etiam si illud bonum non fuit, quod permisit.

Quod Deus bona fecit, mala permisit. Cap. V.

Bona enim fecit, & bene fecit: & mala permisit, & non fecit. Et bene fecit, quoniam utrumque bonum fuit. Et idcirco utrumque uoluit, quia utrumque bonum fuit. Et fuerunt bona bona, & mala mala, nec bona fuerunt mala, nec mala bona: sed bonum uere fuit, & bona, & mala. Et uoluit utrumque esse Deus, quia utrumque bonum esse fuit: & non utrumque bonum fuit, quia malum bonum non fuit. Et idcirco non uoluit Deus malum, cum uoluit ut esset, & malum. Quod tamen non fecit in eo quod fecit bonum, sed permisit ut esset, quia bonum fuit, quod uoluit. Neque id bonum malum fuit, sed ex malo bonum fuit. Neque malum bonum fecit, sed ex malo bonum fecit: Qui malis, & bonis uti nouit ad bonum.

Quare Deus mala permisit. Cap. VI.

Fuitque maius bonum esse bonum ex bono, & malo, quod ex solo bono: pro quo uoluit summum bonum, ut esset hic bonum: & quod uoluit fuit bonum. Sicut ergo æternæ sapiētiae illius ignorantiam esse non potuit omne, quod futurum fuit: sic coæternæ uoluntatis eius displicere non potuit omne, quod fuit. Et uidit totum, quod futurum fuit: & bonum esse hoc totum, ut esset totum, & uoluit ut esset totum: quia bonum fuit, ut esset totum. Et uidit mala, quæ erant procul futura cum bonis priusquam erant: & considerauit, quod his malis adiunctis bona commendarentur, & pulchriora fierent cōparatione malorum: & bona essent mala inter bona, quæ non erant bona. Quoniam ex eis ornaretur bona, & commendarentur, & amplius bonum acciperent ad decorē, & pulchritudinem uniuersorum. Et respexit cuncta in ordine suo, & uidit bona ibi, & quæ bona sibi bona non fuerunt. Et uoluit sic esse omnia ut bonum fuit: quia ita bonum fuit, ut uidit, & uoluit quod futurum fuit. Et pensauit equo iudicio uniuersa, quæ uidit in cōplacito uno, quo bonum fuit, & iustum totum esse, & nihil aliud esse, & uoluit totum esse, & aliud non esse. Et hac uoluntate postea fecit, ut bona essent, quæ esse bonum erat, sicut uiderat & uoluerat. Et permisit ut mala essent, quæ esse bonum erat: quia cum bonis futura esse præuiderat, & ut essent cum bonis uoluerat, quia bonum erat. Et erat quidem uoluntas eius æterna & de bonis & de malis, quæ uoluit ut essent: sed non erat notum hominibus, donec complerentur, & fierent: de quibus bonis, & malis uoluntas eius erat, ut essent.

Quare operatio Dei, & permissio uoluntas dicuntur. Cap. VII.

Cum autem fecit bonum, & permisit malum: apparuit nobis uoluntas eius de illo: quoniam esse

uult quod facit, uel permittit ut sit: et non incipit tunc cum illo, quod fit: uoluntas eius, quæ æterna est, sed ostenditur ex illo quoniam fit: quæ occulta est. Et ideo ipsum, quod fit, dicitur uoluntas eius, quia signum est uoluntatis eius. Et apparet quasi alia, et alia uoluntas, quia signa sunt alia, et alia unius uoluntatis.

Quod duplex sit discretio uoluntatis Dei in beneplacito eius, & in signo beneplaciti eius. Cap. VIII.

Et exit inde nobis discretio cognoscendæ uoluntatis diuinæ in beneplacito eius, et in signo beneplaciti ipsius, et dicimus, quod beneplacitum eius est uoluntas eius. Et signum beneplaciti eius uocamus uoluntatem eius. Et uerum est utrumque, et utrumque uere dicitur: sed beneplacitum eius æternum est, nec potest non esse, quicquid in illo est, et quicquid in illo non est, esse non potest. Nec contra ipsum, nec extra ipsum, nec sine ipso aliquid est in omni, quod est. Et constat ipsum, et rarum est, nec cassari potest aliquid quod in ipso est. Omnia quæcumque uoluit fecit, in hoc probatum est: quia non cassatur uoluntas eius. Et uoluntati eius quis resistit? In hoc probatum est, quod non impeditur beneplacitum ipsius. Ita consonat rerum effectibus beneplacitum ipsius, et ipsi effectus rerum non discordant ab illo. Firmiter enim omne, quod uult: et omne, quod non uult, non fit, et omne, quod uult, temper uult ut fiat: quod non semper est aliquando quod uult. Et hoc beneplacitum uniuersale, quod æternum est, et omnia, quæ fiunt, temporibus suis pariter simplici nutu iustitiæ suæ approbat, ut ad effectum procedant, et fiat: perficitur, et consummatur, et manifestatur duobus his, quæ subsequuntur, in tempore permissione, et operatione diuina: quæ et ipsa rerum omnium, quæ effectum capiunt uel subsistunt, uniuersitatem complectuntur: et respondēt illi quod unum est in utroque et indissimile ad dissimilia omnia beneplacitum creatoris. Et propterea ipsa duo uoluntates dicuntur. Et est uoluntas Dei beneplacitum eius, et uoluntas eius operatio eius, et uoluntas eius permissio eius.

Quarta est in præceptione, quinta in prohibitione. Cap. IX.

Et sequitur adhuc præceptum eius, et prohibitio eius, et dicitur utrumque uoluntas eius. Quia cum quid fieri præcipit, monstrat se uelle ut fiat, et cum quid fieri prohibet, monstrat se uelle ut non fiat. Et idcirco dicuntur hæc similiter uoluntas eius, quia signa quædam sunt uoluntatis eius, sicut operatio eius, et permissio eius. Sed dissimiliter et alio quodam modo significantia uoluntatem eius, et signa ex parte.

Quod non sunt similia signa æterni beneplaciti: præceptio, & prohibitio, sicut operatio, & permissio. Cap. X.

Non enim, sicut operatio eius, et permissio eius per omnia tenduntur, quia sine illis non fit aliquid, sic et præceptum eius et prohibitio eius. Sed

Sed ad rationalem creaturam diriguntur hic duo tantum quæ sola capax est præcepti & prohibitionis causa secundum insitam rationem ad utrumque. Itaque signa sunt ex parte hæc, quæ non pertinent ad omnia, neque uniuersaliter summam uoluntatem, & quæ in ea sunt omnia educunt ad manifestationem, sicut operatio & permissio, sed ea tantum, quæ ad ipsos spectant, quibus fiunt hæc: hoc est præceptum & prohibitio significant: quoniam hæc sunt in summa uoluntate, & beneplacito æterno. Neque similia signa sunt hæc: quæ admodum operatio & permissio eius certa sunt. & uera signa beneplaciti æterni. Hæc autem uidelicet præceptum & prohibitio, non omnino certum faciunt quid sit in beneplacito æterno, donec operatione uel permissione probetur, cum factum fuerit. Tunc enim certum est, cum hoc fecerit Deus, siue permiserit ut fiat, & factum fuerit: quod in beneplacito æterno ita fuit, ut esset ut factum est: secundum, quod uoluntate fecit siue permiserit, ut fieret quod factum est: quoniam bonum ita esse ut est. Cum autem præceptum fuerit uel prohibitum aliquid, non dicitur constat adhuc quid de ipso definitum sit in beneplacito æterno, donec illud rerum effectus educat in euidentiam siue operatione, siue permissione. Ut bonum esse, & beneplacitum quod futurum est antequam est. Præceptum autem & prohibitio innuunt tantum, quod ita est in uoluntate iubentis ut fiat, siue non fiat. Et demonstrationem faciunt, quod iustum est & pium non aliud credite illum, cui fit, etiam si aliud est in illo, a quo fit. Et præcipitur sepe ut fiat, quod futurum non est, nec fiet. Et prohibetur, ut non fiat, quod futurum est, & fiet: & non est in beneplacito nisi hoc solum, ut sit quod fiet, quoniam bonum est ita esse, & non aliud quam fiet siue operatione Dei, quod bonum est: siue permissione, quod malum est: quod totum esse, bonum est. Et non respondet præceptum eius & prohibitio eius beneplacito eius: sicut operatio eius & permissio eius: sed procedunt ex aduerso, & dissimiliter ordinantur: & non consentiunt aliquoties secundum id, quod futurum est, & fiet.

Quomodo fallere uidetur Deus præceptione uel prohibitione, aliud innuens quam sit in beneplacito suo. Cap. XI.

M uidentur autem præcepta Dei fallaciæ obnoxia, & mentiri de ueritate, cum aliud significant de uoluntate eius, & affirmant nobis aliena quædam & extranea, & quæ conducta non sunt, neque constat secundum beneplacitum illius, quod ratum est de his omnibus, quæ fiunt. Et grauius colluctatur conscientia humana in duobus aduersantibus, quæ non conueniunt: uel quare præcepit Deus, quod noluit: uel quare factum non est, quod uoluit. Si enim ueritas est in præcepto, uidetur omnino uoluisse, quod iussit: & si omnipotentia est in beneplacito, uidetur factum esse, quod uoluit. Non est autem factum, quod iussit: & factum est, quod prohibuit. Quid ergo consequitur ad hæc, nisi uel noluisse id, quod præcepit: uel non potuisse, quod uoluit? Quod enim factum est, ab eo factum

est: & si factum non est, tamen permissum est: & si factum est, uoluntate factum est: & si permissum est, uoluntate permissum est: quia neque ad faciendum contra uoluntatem suam compelli potuit, neque ad permittendum sine uoluntate cogitur. Quod factum est, uoluntate eius factum est, etiam si propter uoluntatem eius factum non est: quoniam alia factum est uoluntate, quæ uoluntati eius amica non est. Tamen omnino uoluit quod factum est, quoniam bonum est sic esse factum ut factum est: & sic esse ut est. Quare ergo præcepit ut aliter esset, & prohibuit ne sic esset, cum bonum sit ita esse: & ita futurum fuit priusquam fuit & beneplacitum, quia bonum fuit ita esse, & aliter non esse.

Utrumque durum sonare: uel quod Deus præcipiat, quæ fieri noluit, uel quod quæ noluit fieri permittat. Cap. XII.

T Ali quaestione coarctamur, & ducimur in ambiguum, ut non facile audeamus hoc uel hoc aliquid affirmare: uel quod Deus fieri præcepit, quod noluit: uel quod quæ noluit fieri permittit. Et tamen e duobus unum facilius approbamus: quod uoluit, quod præcepit bonum, quam malum, quod permittit: cum tamen quod præcipit factum, non sit bonum: sed malum, quod permittit. Leue enim est, & sine conscientie scrupulo dicitur: Deus uult bonum: & cum dicitur, bene sonat Deus uult bonum. Si uero dicitur, Deus uult malum, graue est auditu, & non facile recipit hoc pia mens de bono quiddam malum uult. Videtur enim hoc solum dici, cum dicitur Deus uult malum, quia bonus malum diligit, & approbat, quod prauum est, & amicam sibi reputat iniquitatem, & gaudet, quasi de consimili, & bonum putat quod malum est. Et ideo refutat hoc mens pia: non quia quod dicitur, non bene dicitur: sed quia quod bene dicitur, non bene intelligitur.

Quia Deus non uult mala, quamuis uelit ut mala sint, quia hoc bonum est. Cap. XIII.

Non enim hoc solum dicitur, sed in eo, quod dicitur, aliquid intelligitur, quod non dicitur: quoniam malum esse uult, & malum non uult. Quod si hoc solum intelligendum est, in eo quod dicitur uult Deus malum, dicendum omnino non est: quoniam non approbat illud prorsus, neque existimat bonum: sed contrarium iudicat sibi bono malum, & a suo alienum, & non desiderat illud quasi conueniens, & concordiam habens eum eo, quod ipse est, & cum eo, quod ab ipso est, & cum eo, quod simile sibi est: sed extraneum, & longinquum, & in omni dissimilitudine constitutum. Et tamen uult esse malum: & in eo non nisi bonum uult, quia bonum est malum esse: & non uult ipsum malum, quia bonum non est ipsum malum. Sed uult bonum tantum, & diligit, & delectatur in eo quasi in suo cognato, & amico, & proximo. Et propter hoc bene sonat, & libenter accipitur, cum dicitur Deus uult bonum: quia illud tantum diligit, & non malum, cum quo sibi participatio nulla est, neque similitudo sine

do sine his, quæ sunt ab ipso, & quæ habent similitudinem cum ipso. Itaque uult Deus bonum, & non uult Deus malum: & uult omne bonum, & omne malum non uult. Et hoc totum suscipimus, & approbamus, & dicimus: quod uerum est hoc totum, quoniam diligit, quod suum est totum: & non diligit, nisi quod suum est: neque odit, nisi quod suum non est: & totum suum diligit, & odit totum non suum. Et ideo uoluit bonum, quod præcepit: & non uoluit malum, quod permittit: quia suum fuit bonum, & de suo: & amicum sibi, & de suo: & dilexit suum, & approbavit: & concupiuit ad se, & amauit in se desiderio æterno. Et malum, quod suum non fuit, in se non dilexit, neque ad se concupiuit: sed reprobaui & renuit animo dilectionis, & non susceperit in se consensum charitatis, ut locum ei daret in beneplacitis suis.

Quia semper impletur uoluntas Dei. Cap. XIII.

Sed dicis mihi. Ergo si bonum uoluit, immo quia uoluit bonum, quod præcepit: & malum, quod permittit, non uoluit: factum est, quod noluit, & quod uoluit, factum non est: quoniam factum non est, quod præcepit: sed quod prohibuit, factum est: quod permittit. Itaque factum non est, quod uoluit: sed quod noluit, factum est. Immo factum est, quod uoluit, & non factum est, nisi quod uoluit: quia sic uoluit fieri, & sic esse ut factum est, quia bonum erat sic fieri, & sic esse ut factum est, & non aliter esse. Et sic esse bonum erat etiam in eo, quod bonum non erat. Et ipsum, quod bonum non erat, non uoluit: sed esse ipsum uoluit, quoniam id bonum erat. Et cum factum est, id factum est, quod uoluit: quoniam bonum erat, & hoc uoluit. Tamen dicis: minus habuit uoluntas eius, & minus adepta est, & minus impleta, & imperfecta remansit: quia factum non est bonum, quod uoluit: & quod noluit, malum factum est. Non ergo consideras, quod sicut malum non habet, quod factum est, quod noluit: ita neque bono caret, quod factum non est, quod uoluit. Quod enim uult & diligit, habet: & quod non uult & odit, non habet. Et quod uult esse adipiscitur, quia fit: & quod uult non esse similiter, quia non fit. Et nunquam cassa est uoluntas eius, ut non fiat quod uult: neque infirma aliquando, ut fiat quod non uult.

Quomodo mali excusabiles non sint, quamuis per eos uoluntas Dei impletur. Cap. XV.

Sed fortassis iterum mali excusabiles uideantur cum mala faciunt, quoniam uoluntas Dei impletur etiam in malis, quæ faciunt. Sed uoluntate sua mali iudicantur, quia Dei uoluntati contrarij sunt. Non quidem uoluntati eius resistendo, ut fiat quod non uult, quia non possunt: sed resistere uolendo, quia mali sunt. Et ipsa mala uoluntas culpa est, quia aliud uolunt: facultas autem iusta, quod aliud non possunt. Et cum uolunt, quod Deus uult, non ideo boni sunt: quia non propter hoc uolunt, quia Deus

uult. Et quod uolunt, ipsum Deus non uult: quoniam malum uolunt, & malum Deus non uult. Approbant enim, & diligunt quod Deus odit: ac per hoc Deo contrarij sunt, & mali, & peccatores, & rei. Non quidem faciendo, quod Deus iuste fieri noluit, sed amando, & approbando, quod Deus non diligit. Non igitur in eo quia fit, quod fit, uoluntatem Dei impediunt: sed in ipso, quod fit, a dilectione Dei recedunt. Et mali sunt non efficiendo contrarium ipsius uoluntati, sed amando contrarium ipsius dilectioni. Et sic quidem uoluntas Dei semper impletur: & non excusantur mali propterea quoniam in eis, & per eos uoluntas Dei impletur. Quoniam non sua uoluntate ad implendam Dei uoluntatem diriguntur, sed occulta ipsius dispositione, qua aliud non possunt ad implendam uoluntatem eius conducunt. Sed dicis iterum. Si Deus uoluit ita esse totum ut factum est, quoniam bonum est ita esse totum, & non aliter esse quam factum est, cur ergo præcepit quod factum non est, & prohibuit quod factum est, cum bonum sit utrumque: & factum non esse, quod factum non est, & factum esse, quod factum est: Quare non potius præcepit, ut hoc fieret solum, quod esse bonum erat: & ut hoc solum non fieret, quod non esse bonum erat similiter:

Quare præcipit Deus omne, quod præcipit. Cap. XVI.

Sed hic alius modum & causam præcepti considerare oportet & prohibitionis secundum eundem modum. Omne enim præceptum uel prohibitio aut propter ipsum fit, cui fit: aut propter ipsum, a quo fit: aut propter alium, pro quo fit. Tota autem præcepti utilitas & bonum siue in eo, quod faciendum præcipitur, siue in eo, quod cauendum mandatur, ad eum solum refertur, pro quo fit: siue idem sit ille, siue alius ab eo, cui fit: uel ab eo, a quo fit. Finis autem mandati fructus est, & utilitas, & causa, & bonum, quod consequitur post consummationem præcepti. Et hoc bonum ad eum tantum refertur, pro quo fit præceptum: & illius bonum debet esse impletio præcepti.

Omne, quod bonum dicitur, uel secundum se, uel ad aliquid bonum est. Cap. XVII.

Iterum considerandum est, quod omne, quod bonum dicitur, aut secundum se bonum dicitur, aut ad aliquid. Quod secundum se bonum dicitur, substantialiter bonum dicitur, quia ipsum bonum est. Quod uero ad aliquid, & non secundum se bonum dicitur, non substantialiter bonum dicitur, quia ipsum bonum non est, sed accidentaliter: & denominatiue, quoniam ex ipso bonum est. Quoddam ergo bonum, bonum est, quoniam ipsum bonum est. Aliud autem bonum est, quia alicui bonum est, & ipsum bonum non est. Quod ergo bonum est, & sibi bonum est, & alij bonum est, in toto bonum est. Quod autem bonum est, & sibi bonum est, & alteri bonum non est, ex parte bonum est: sicut quod bonum

bonum est, & alteri bonum est, & sibi bonum non est, ex parte bonum est.

Quod secundum se bonum dicitur & uniuersaliter dicitur, uere & summum bonum esse. Cap. XV III.

Est adhuc aliud bonum, & excelsius bonis alijs, quod & uere bonum est, quia in se bonum est: & uniuersaliter bonum est, quia ad omnia bonum est, & omnium bonum est. Quod enim in se bonum est, uere bonum est: & quod omnium bonum est, uniuersale bonum est. Et omne bonum ipsum est, quoniam omnium bonum ipsum est, nec extra ipsum bonum est. Quod autem ad se bonum non est, non uere bonum est, nec uerum bonum est, sed bonum tantum dicitur, non quia ipsum bonum est, sed quia ex ipso bonum est, & prodest.

De tribus generibus boni. Cap. XIX.

Bonum ergo summum, est, quod ipsum bonum est, & ad omne bonum, bonum est. Medium uero bonum est, quod ipsum bonum est, & ad aliqd bonum est. Bonum autem infimum, & quasi extrarium, & denominatiue solum, & conductum, & non proprium bonum: quod ad aliquid bonum est, & ipsum bonum non est. Quod enim ipsum est, bonum non est, sed quod ex ipso est bonum est. Et idcirco secundum aliquem modum & ipsum bonum est, quoniam ex ipso bonum est, & prodest. Et ex ipso bonum est esse etiam, quod ipsum bonum non est: quia nisi esset ipsum, quod bonum non est, esset quod ex ipso bonum est. Neque idcirco praestant mala, quoniam ex ipsis bonum est, sed seruiunt praestanti & largienti, quia per ipsa non est, quod ex ipsis est.

Maius bonum esse illud, ex quo maius bonum est. Cap. XX.

Cum autem concurrunt duo ad unum, quod est bonum, & alicui non est bonum, & quod bonum non est, & alicui bonum est: & utrumque esse non potest, sed e duobus alterum solum esse necesse est: maius bonum est hoc esse, quod bonum est alicui, etiam si ipsum bonum non est, quam quod est bonum solum, & alicui bonum non est. Ex eo enim, quod bonum non est, & alicui bonum est, illud etiam sequi necesse est, quod bonum est, & alicui bonum est: quod maius omnino bonum est, quam quod solum bonum est, & alicui non bonum est. Non enim bonum esset, quod bonum non est, & alicui bonum est, nisi ex eo esset, quod bonum est, & alicui bonum est. Itaque quod bonum est, quoniam ipsum bonum est, bonum non est alicui, quoniam ex ipso bonum non est. Et quod bonum non est, quoniam ipsum bonum non est, bonum est alicui, quoniam ex ipso bonum est. Et contingit hoc

nifelte ostendit, quod bonum unum, & bonum ipsum alijs est odor uitae in uitam, alijs odor mortis in mortem. Quoniam ex bono malum, & ex malo bonum: & bonum malis ad malum, & malum bonis ad bonum. Et quod bonum in toto est maius est, quam quod in parte est solum: & hoc probatur in hunc modum. Omne n. uniuersale bonum maius est quam id, quod in parte constat: & quod conducit magis & expedit, maius ipsum merito nominatur. Nunc autem congregemus in unum, & colligamus, quae dicta sunt: quoniam impletio omnis mandati bonum illi est, propter quem factum est ipsum mandatum. Et quoniam omne bonum aut per se bonum est, ad aliquid: & quod per se bonum non est, & alicui bonum est, maius est bonum quam quod per se solum est, & alicui bonum non est: & quod magis conducit & expedit iure semper maius aestimatur bonum, & est tantum omne quantum est bonum.

Quod Deus propter se, id est pro utilitate sua uel commodo, nihil praecipit. Cap. XXI.

Nunc ergo uideamus omne, quod praecipit Deus, utrum propter se praecipit, an propter illum, cui praecipit. Si propter se praecipit, ad bonum eius est, quod praecipit: & bonum illi est praecipit sui impletio. Sed quomodo praecipit propter se, qui perfectu non indiget in se, neque bono alieno adiuuari potest, qui melior esse non potest? Clamat hoc scriptura, & perfectior mandati in scriptura. Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Ergo propter se non praecipit Deus, quod praecipit, sed propter illum, cui praecipit: quoniam bonum est illi quod praecipitur, cui bonum praecipitur.

Quod Deus hoc unicuique praecipere habet, quod bonum est ipsi, cui praecipit, etiam si bonum omnium non est. Cap. XXII.

Quoniam ergo propter illum mandatum fit, cui fit ipsum mandatum: bonum ipsius esse debet, cui mandatur mandatum. Neque aliud mandati debet, nisi quod bonum illi est, cui mandatur mandatum. Frustra enim mandatum fieret, si illi propter quem fieret, bonum non esset: maxime cum a bono mandatum esset, qui nihil praeter bonum mandare deberet. Neque enim creaturae suae Deus author mali esse debet, neque causationem illius assumere sibi quasi docendo corruerit, quod creauerat incorruptum. Non itaque habet aliud illi praecipere nisi solum, quod bonum est illi, a quo habet illa totum, quod bonum habet, & quod malum habet nihil. Quoniam igitur creator nulli creaturae suae author mali esse potest: hoc solum illi praecipere habet, quod bonum est illi, ut sincera sit eius instructio, quem admodum conditio incorrupta fuit.

Quod bonum uniuersitatis Deus impedire non habet, etiam si illud alicui bonum non est.

Cap. XXIII.

Contingit autem, quod bonum est alicuius, bonum esse illius, & non esse bonum ad omnia, & iterum, quod malum est alicuius, malum esse illius: & bonum omnium esse, quoniam ex eo bonum est omnium. Et quod bonum est, & alicui bonum est, minus esse bonum, quam quod malum est, & alicui malum est: quoniam ex eo ipso maius bonum est, ex quo omnium bonum est. Et maius bonum est esse illud, a quo maius bonum est, etiam cum illud alicui bonum non est: quoniam in toto bonum est. Non debet autem in compensatione minoris boni, impediri, quod maius est bonum, ab illo, qui optimus est. Et diximus, quod maius bonum est esse bonum ex malo & bono, quam ex solo bono. Permitti itaque mala debuerunt ut essent, quoniam ut essent id bonum erat, ex quibus bonum futurum erat. Praecipit itaque Deus, quod bonum erat singulis, & permittit, quod bonum erat uniuersis. Quoniam & maius erat bonum uniuersitatis, quod impedire non debuit: & non bonum erat, quod malum erat alicui, cuius auctor esse non potuit. Et ideo praecipit unicuique quod bonum erat, & quod illi bonum erat: & praecipiendo illud significauit se uelle illud, & sunt signa uoluntatis eius praecipit eius, & uocantur uoluntas eius, quia signa sunt uoluntatis eius. Quoniam uult, & approbat, & diligit, & amica sibi iudicat bona, quae praecipit: & mala, quae prohibet, odit; & detestatur: & non inuenit concordiam, & amicitiam in illis: & uult tamen ipsa esse mala, quae non uult, propter maius bonum, quod ex illis est, quod magis uult. Sed non pertinet ad nos, neque exigitur a nobis, nisi quod nostrum est, & quod bonum nostrum est: tantum ut faciamus, & approbemus, & diligamus in nobis, sicut & Deus diligit, & approbat bonum nostrum in nobis, ut ei limiles simus diligendo & faciendo bona, sicut & ipse bona tantum diligit, & facit. Et cum praecipitur nobis, quod bonum nostrum est, significatur nobis, quod Deus hoc uult: & pertinet ad nos ita sentire, & ita credere, quod Deus hoc uult, quod praecipit nobis ut faciamus. Et non fit tamen nisi tantum, quod ipse uult fieri, siue faciamus, siue non faciamus, quod praecipit nobis. Et si facimus bonum, uoluit hoc Deus, & uoluit, quia factum est hic, & approbat, quod factum est: & quod factum est, uult quod factum est, & bonum est. Et si facimus malum, uult quod non facimus bonum, & approbat illud, quoniam bonum est: & non approbat malum, quod facimus, quoniam malum est: & tamen uult quod factum est, quia factum est: quoniam id bonum est, quod factum est, & uult ipse, quod bonum est. Et constat omnipotens uoluntas eius certa & firma in beneplacito suo, approbans bona, & permittens mala propter bona, quae nec potest impediri, ut non fiat, quod in ipsa est, neque infirmari aliquando, ut fiat quod in ipsa non est.

Quod operatio & permissio Dei signa sunt aliquid esse bonum ut sit, etiam si illud bonum non sit: praecipit & prohibitio signa sunt aliquid bonum ut sit, etiam si illud esse, bonum non sit.

Cap. XXIII.

Et sequuntur post ipsam signa eius permissio eius, & operatio eius: & ostendunt quod in illa est, quoniam in ipsis idem est. Et adduntur praecipit, & prohibitiones: & sunt ipsa quoque signa & demonstrationes uoluntatis summæ, & complaciti aeterni per approbationem, & dilectionem: & non similia quidem signa prioribus, sed demonstrationes tantum & significationes approbationis & complaciti in eo quod bonum sit, & non in eo quid esse bonum sit, siue bonum ipsum siue malum sit. Et ideo significant ipsa non hoc quidem, quod in summa sit uoluntate ut fiat, sed quid in complacito & approbatione sit si fiat: & tamen utrumque uoluntatis esse, & hoc bonum esse etiam si non fiat, illud autem sic bonum esse, ut fiat.

Beneplacitum Dei esse aliquando ad rem, aliquando ad actum rei.

Cap. XXV.

Quicunq; ergo distinctionem facere uoluerit loquens de uoluntate Dei, hoc dicere potest. Diligenter considerandum est quomodo quidem Deus in alio hoc uult, quod ipsum est: in alio autem solum hoc, quia ipsum est. Et in eo quidem, quod uult ipsum quod est, rem approbat: in eo uero, quo uult ipsum quia est, actum rei. In eo autem, quo approbat rem & non actum rei, uult aliquid, & nondum adhuc esse uult, quod uult. In eo uero, quod approbat actum rei & non ipsam rem, aliquid esse uult, & nondum tamen ipsum uult, quod esse uult. Neque enim bonum est esse omne, quod ipsum bonum est: quemadmodum aliquando, quod malum est esse, ipsum malum non est. Et non uult Deus nisi quod bonum est, etiam cum ipsum esse bonum non est. Et non uult esse nisi quod esse bonum est, etiam cum ipsum bonum non est. Et cum uult aliquid quia bonum est, & ipsum esse non uult quia bonum non est: perficitur uoluntas eius, & non remanet sine effectu, etiam cum res non perficitur, quia sic uult, & bonum est, quod uult. Et cum non uult aliquid, quia malum est: & ipsum esse uult, quia bonum est: perficitur uoluntas cum res perficitur, quia sic uult, & bonum est quod uult. Et semper impletur uoluntas eius, & nunquam cassum est beneplacitum illius, quia bonum est semper quod uult, & est semper ut uult. Et haec sunt quinque proposita, beneplacitum, & permissio, operatio, & praecipit, & prohibitio. Et distinguitur beneplacitum in eo, quo res approbatur: & in eo, quo approbatur actus rei. Et distinguitur operatio in eo, quod operatur, & in eo, quod cooperatur: quia alia facit Deus operando, quae solus facit: alia cooperando, quae solus non facit. Et di-

M. Hug. à S. Vic. To. iij. R r stingu-

stinguitur præceptio in eam, quæ sit extrinsecus per sermonem: & in eam, quæ sit intrinsecus per inspirationem. Et constat in his omnibus, quod de voluntate Dei dicendum fuerat: quod est beneplacitum eius, & signum beneplaciti ipsius. Propter quod & multa dicuntur voluntates eius cum sit vna voluntas ipsius, quia sunt multa signa voluntatis ipsius. Sicut scriptum est. Magna sunt opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius: propter ea, quæ ex ipsa, & secundum ipsam sunt multa. Hic de uoluntate Dei diximus: quoniam ipsa est prima causa rerum omnium, sicut nobis propositum fuerat, & secundum intelligentiam profecti sumus. Et sunt alia multa fortassis, quæ comprehendere non possunt, & fugiunt ab intelligentia, & sermone nostro.

De rerum ordine in primis, & secundis, & tertijs. Cap. XXVI.

Sic igitur constat rerum ordo, ut post prima posteriora sequantur. Prima omnium rerum est voluntas creatoris, quoniam ex ipsa sunt omnia. Post ipsam sequuntur, quæ sunt ex ipsa. Prima sunt, quæ sunt in ea. Secunda sunt, quæ ex ea sunt. Quæ in ea sunt, æterna sunt, nec gradum habent, nec successionem: quoniam in unitate consistunt, & in æternitate non transeunt. Quæ ex ea sunt, creata sunt per eam, quæ causam sumpserunt ex ipsa, non substantiam in ipsa: quia diuina natura substantialiter ex se non genuit, quæ causaliter creauit: quia non potest naturaliter idem esse qui fecit & quod factum est. Quæ igitur facta sunt, unum non sunt: & in his quædam prima sunt, quædam secunda: non prima ad prima, sed ad secunda prima. Quæ enim ad prima ante se secunda sunt, ad secunda, a se sunt prima: & secunda ab ipsis: tertia sunt ad prima. Quæ in voluntate Dei æterna & inuisibilia sunt, prima omnium sunt. Quæ ex voluntate Dei temporalia & inuisibilia sunt, secunda sunt post prima. Quæ temporalia & visibilia, tertia sunt post secunda. Et in ipsis visibilibus quæ rationalia sunt, propinquiora sunt inuisibilibus: quia in ipso inuisibilia sunt, quæ rationalia sunt. Ponuntur ergo primo loco causæ primordiales, & inuisibiles, & increatæ creandorum omnium in mente diuina. Secundo loco angelica natura inuisibilis quidem, sed creata. Tertio loco humana visibilis, & creata: secundum aliquid inuisibilis, & secundum aliquid visibilis. Quarto loco creatura corporea in toto visibilis, & in toto temporalis. Post primas ergo causas increatas & inuisibiles exhibit consideratio, & procedet ad angelicam naturam rationalem & inuisibilem. Deinde ad humanam visibilem & rationalem, de qua propositum primum fuit ut consummetur. Nam de visibilibus quidem, quæ postrema sunt, idcirco primam propositionem fecimus, ut de his, quæ patent, ad latentium cognitionem humanam mentem commodius duceremus.

INCIPIT QUINTA PARS

De creatione angelorum, & natura: & confirmatione, & lapsu: & ceteris, quæ ad ipsos pertinent.

Quæ de angelis sunt inquirenda. Cap. I.



De natura angelorum post alia, quæ dicta sunt de mundi exordio, & idcirco præmissa sunt, ut de visibilibus ad inuisibilia conscendamus, quoniam proponitis: quoniam creati sunt angeli, & quales facti sunt, dum continentur primum: deinde quales effecti sunt, dum diuidentur auertione & conuersione: et quomodo dispositi sunt, dum iudicarentur damnatione & glorificatione. Et de numero, & de ordinibus, & de excellentia, & de nominibus, & de differentia donorum, & de officijs, et de moderatione, et de gubernatione Dei in illis. Et multa alia, quæ consequuntur ad illa, et quæ continentur in illis. Propterea nos oportet de multitudine rerum latentium secundum nostram possibilitatem doctrinam formare, & non promittere, quod consequi non possumus.

Quod in principio creati sunt angeli. Cap. II.

Scriptura dicit, quod primo omnium creata est sapientia: & intelligimus sapientiam creatam rationalem creaturam dici, quoniam & ipsa sapientia est sicut lumen lucens ex lumine, non lumen illuminans. Nam illa sapientia, qua sapit sapientia ista, creata non est, nec creatura est, nec aliunde esse habet, sicut aliunde sapere non habet. Ista autem, quæ de semetipsa sapere non habet, neque esse habet a semetipsa, et ipsa creata est, & initium habet. Et dicit scriptura quoniam facta est sapientia ista: quoniam primo omnium facta est sapientia. Et rursum alia scriptura dicit. In principio creauit Deus celum, & terram. Et vnde quædam contraria oriri assertionibus istis. Nam si primo omnium creata est sapientia: omnia post ipsam facta sunt. Et facta sunt post ipsam celum, & terram: & ipsa facta est ante celum, et terram. Iterum si in principio creauit Deus celum, et terram: nihil factum est ante celum et terram, nec facta est ipsa sapientia ante celum et terram, quæ simul stare non potest. Propter hoc, ne diuinarum scripturarum testimonia contraria esse videantur: quod sentire fas omnino non est: requirimus intelligentiam veritatis, quoniam in veritate non repugnat, quod verum est.

Quod rationalis creatura prima omnium facta est dignitate: quoniam ad ipsam refertur conditio reliquorum, sicut ipsius conditio ad Deum refertur, quoniam ad similitudinem Dei facta est sola. Cap. III.

Dicimus, quod creatura rationalis prior facta est, & et post eam facta est corporea creatura, nota tamen

Gen. 1. men tempore, sed causa solum, et respectu, et dignitate. Nam ipsius creaturæ corporeæ conditio ad ipsam refertur creaturam rationalem, et secundum ipsam perfecta est, sicut ipsius conditio ad solum creatorem refertur, quoniam secundum ipsum facta est sola. Sola quippe rationalis creatura ad similitudinem Dei facta legitur: & non dicitur, quod creatura aliqua præter solam rationalem ad similitudinem Dei facta sit, licet omnis creatura in ratione diuina, & in prouidentia æterna ipsius causam & similitudinem habuerit, ex qua & secundum quam perfecta sit in sua subsistentia. Sed magna differentia est & distantia magna, similitudinem in Deo habere, & ipsum Deum similitudinem habere. Quamuis enim in Deo nihil esse possit quasi minus, aut diuersum, aut aliud a Deo: longe tamen aliud est factum esse aliquid ad similitudinem ipsius, quod in Deo est, & in ratione eius, & in prouidentia ipsius: & factum esse ad similitudinem Dei, & Deo simile esse. Nam in Deo quidem omnia erant, antequam essent, in se, secundum rationem, & causam, & prouidentiam, ex qua futura erant: sed quasi minus erant singula perfecta, & vnumquodque hoc aliquid, & non totum secundum rationem & discretionem vniuersiuiusque, quæ ratio omnia continebat: & maior erat in toto, & quasi superabundabat singulis. Et ideo non erant singula hoc totum, sed in toto erant singula, quoniam totum ad totum, & singula ad singula. Et tamē Deo in parte nihil minus erat quam in toto, quia pars & totum vnum erat: sed ratione & prouidentia vna discreta sunt, quæ futura erant in parte & toto, & minus futura erant in parte quam in toto. Ideo & ipsa in ratione minus habuerunt, quoniam ex ratione minus futura fuerunt. Tamen Deus minus non habuit, qui in toto totus fuit, & perfectus, & vnus. Propter hoc ergo rationali creaturæ non vnum aliquid, aut hoc, aut illud in ratione diuina pro exemplari sufficere potuit, ad cuius similitudinem formaretur: sed quasi totum assumpsit Deum, ut eius ipsius imago fieret, & expressa est ad totum æmulans perfectionem. Ut sicut Deus spiritus erat, & vnus erat, & in ipso totum erat secundum rationem, & prouidentiam, & præscientiam, & causam: sic ipsa spiritualis esset capax in vno præscientiæ, & prouidentia, & rationis, & prouidentia omnium. Et eluxit perfecta imago imitans authorem suum, & apparuit quasi ipsum in altero, & idem vnum. Et inuenta sunt in secundo quoque, quæ & in primo secundum æmulationem & imitationem, & imaginem & similitudinem rationes, & causæ, & similitudines, & formæ, dispositiones, & prouidentia futurorum, quæ faciendæ fuerant. Et cum facta sunt illa, quæ facta sunt, ad similitudinem horum facta sunt, quæ erant in secundo facta: sicut facta sunt ad similitudinem illorum, quæ in primo erant non facta. Secundum huiusmodi rationem & considerationem corporea creatura post secundam tertio loco est, creaturam rationalem, quoniam ad eam est facta, sicut rationalis ipsa ad primam facta est increatam naturam.

In Deo similitudinem habere & Deum similitudinem habere quid differunt.

L In parte nihil minus erat quam in toto, quia pars & totum vnum erat: sed ratione & prouidentia vna discreta sunt, quæ futura erant in parte & toto, & minus futura erant in parte quam in toto. Ideo & ipsa in ratione minus habuerunt, quoniam ex ratione minus futura fuerunt. Tamen Deus minus non habuit, qui in toto totus fuit, & perfectus, & vnus. Propter hoc ergo rationali creaturæ non vnum aliquid, aut hoc, aut illud in ratione diuina pro exemplari sufficere potuit, ad cuius similitudinem formaretur: sed quasi totum assumpsit Deum, ut eius ipsius imago fieret, & expressa est ad totum æmulans perfectionem. Ut sicut Deus spiritus erat, & vnus erat, & in ipso totum erat secundum rationem, & prouidentiam, & præscientiam, & causam: sic ipsa spiritualis esset capax in vno præscientiæ, & prouidentia, & rationis, & prouidentia omnium. Et eluxit perfecta imago imitans authorem suum, & apparuit quasi ipsum in altero, & idem vnum. Et inuenta sunt in secundo quoque, quæ & in primo secundum æmulationem & imitationem, & imaginem & similitudinem rationes, & causæ, & similitudines, & formæ, dispositiones, & prouidentia futurorum, quæ faciendæ fuerant. Et cum facta sunt illa, quæ facta sunt, ad similitudinem horum facta sunt, quæ erant in secundo facta: sicut facta sunt ad similitudinem illorum, quæ in primo erant non facta. Secundum huiusmodi rationem & considerationem corporea creatura post secundam tertio loco est, creaturam rationalem, quoniam ad eam est facta, sicut rationalis ipsa ad primam facta est increatam naturam.

Quod in principio primo simul facta sunt & corporea omnia in materia, & incorporea in angelica natura. Cap. IIII.

Qantum vero pertinet ad momenta temporum, & interualla, & spatia, hoc interim commodius, & veritati vicinius profitemur: quod simul in tempore vno, & in principio temporis, quando tempora ipsa cœperunt facta est: siue creata pariter rerum omnium visibilibus in materia, & inuisibilibus in creatura angelica & spirituali natura. Nec fuisse in tempore, nec cœpisse alteram sine altera, nec prius vnâ quam alteram, sed vtrâque simul in tempore & cum tempore: & tamen priorem fuisse, ad quam facta est altera, in qua fuerunt exemplaria sapientiæ, quorum effectus sunt & expressiones, quæ visibilia condita sunt: & hoc modo primo omnium creata est sapientia. Qui autem dicunt ante celum & terram angelos creatos, & substitisse ante omnia, quæ mutabilia facta sunt, & computant spatia, & annos, & secula, quibus ante mundi constitutionem Deo seruiunt: asserunt quod cum mundo tempus cœpit, & non fuit tempus ante mundum, quoniam mutabilitas non fuit: & tamen fuisse angelos immutabiliter & intemporaliter, priusquam mundus factus est: & cum mundus cœpit, tunc primum cœpisse tempus, quoniam mutabilitas cœpit, et factum mundum in principio temporis. Sed nos interim magis approbamus, quod dictum est pro captu intelligentiæ nostræ salua reuerentia secretorum, in quibus nihil temere asserendum putamus. Et ad hunc modum interim definiuimus, quod simul facta sunt omnia visibilia & inuisibilia: sicut scriptura dicit. Qui viuit in æternum creauit omnia simul.

Quod corporea, & incorporea natura & secundum aliquid informis facta est, & secundum aliquid formata. Cap. V.

Omnia quippe simul condita sunt, quoniam vno & eodem tempore pariter cœpisse credimus, & visibilibus omnium materiæ & inuisibilibus naturæ, vtrâque informis secundum aliquid, & vtrâque secundum aliquid formata. Sicut enim visibilibus & corporalium omnium materia in exordio illo conditionis primariæ & formæ confusionis habuit, et non habuit formam dispositionis, donec postea formaret, et ordinem cōcederet ac dispositionem: ita spiritualis et angelica natura in sui conditione per sapientiam & discretionem secundum habitum naturæ formata fuit: & tamen illam, quam postea per amorem & conuersionem ad creatorem suum acceptura erat, formam non habuit: sed erat informis sine illa formanda ab illa.

Quales fuerunt angeli, quando primo facti sunt. Cap. VI.

Amplius adhuc pro eo quales facti sunt angeli diligētius inuestigatam rationem proponimus. Nam diximus, quoniam facti sunt, quod facti sunt in principio: & prima creatura, ante quoniam nihil factum est, in quam factum est, et quod factum est cum ipsa. Vnde & M. Hug. a S. Vic. To. iij. R r 2 se-

secundum aliquid ante omnia facta est ipsa, quæ forma est oium & causa. Deinde autem oportet ostendere quales facti sunt angeli tunc in ipso primordio, & prima substantia, & initio conditionis suæ, in eo quod primum esse cœperunt: & quale illud fuit, quod primum fuit in eis conditum esse.

Quod non sunt facti de materia præiacente sicut corporea. Cap. VII.

Non enim in materia præiacente creata est spiritalis natura, quemadmodum corpoream diximus conditam fuisse, quoniam non ita est: neque simul ipsa, cuius substantiæ simplicis nõ aliud esse potest id quod est, & id de quo est. Quia vnũ, & simplex, & indiuiduum, & immateriale est totũ quod est: sed facta est in sua natura & esse quãtũ ad substantiam spiritualem perfectã, non vt massa aut confusa materia vt rudis moles, aut aceruus, aut cõgregatio cumulata, aut ex his aliquid, quod illam non contingit: sed personaliter distincta, & expressa, & consignata numero spiritualis & intelligibilis discretionis vt multitudo rationalis, & intelligibiles spiritus subsistentes, habentes ingenitã rationem, & formam sapientiæ concreatã, & qualitatem spiritualem intelligentiæ capacis secundum modum, & mensuram condõnis profectus sublimioris & illustrationis superuenturæ in ipsos. Liberum quoq; arbitrium mox exordio insitũ innatum pariter possidentes, quo poterant sine violentia ad vtrumlibet propria voluntate deflecti, in altero adiuti sine coactione, in altero derelicti sine oppressione.

De quatuor proprietatibus naturæ angelicæ. Cap. VIII.

Si quis igitur quærat, qualis in exordio suo facta sit vel condita spiritalis natura: quatuor sunt ista quæ proposuimus, & diximus angelis in conditione sua attributa: hoc est primum, substantiam simplicem & immaterialem: secundum, discretionem personalem: tertium, formam sapientiæ & intelligentiæ rationalem: quartum vero, siue ad bonum, siue ad malum liberam inclinandæ voluntatis & electionis propriæ potestatem. Et sequitur post hoc consideratio magna & necessaria ad intelligentiam veritatis, & de spiritali substantia eorum, & de sapientia ipsorum, & de libertate arbitrij, & de cæteris, quæ circa ista consistunt: vtrum omnibus æqualia erant, quæ æqualiter omnibus inerant. Æqualiter enim omnibus inerant, quæ communia omnibus erant: de quibus nihil excipiebatur, quod non erat in omnibus. Sed nõdum constat an æquale erat, quod æqualiter inerat. Et hic quaerendum est primum de substantia, postea de forma, ac deinde de potestate. In personis enim substantia est, in sapientia forma, in arbitrio potestas. Ad substantiam quidem pertinet naturæ subtilitas. Ad formam autem intelligentiæ claritas. Ad potestatem vero motus intelligibilis, & appetitus, & voluntatis rationalis habitas.

De differentia substantiæ spiritualis. Cap. IX.

Hoc ergo quaeritur, vtrum essentia illa rationales, quæ spiritus erant, & natura simplices, & vita immortales, vnius subtilitatis, vel puritatis, siue vigoris eiusdem, vel quolibet alio nomine significandum sit qualibet essentia bona, siue alia melior aut decentior forma iure appellatur, creatæ sunt. Sic enim corporum natura se demonstrat: & sunt quedã corpora solida magis & firma, & alia puriora apparent, & exteriora magis & munda & clara, & quasi meliorem & digniorem substantiam vel essentiam vel formam habentia: & alia leuia, & coaptata, & prompta, & integra, & incorrupta magis: & alia fragilia, & corruptioni proxima, & infirma, & fœculenta, et vilia, et ponderosa, & incongrua. Et est pulchra tamen in vniuersitatis compage, & ordine ista diuersitas, in qua minus bonum malum non est. Ad hunc ergo modum rationabile est illas quoque spirituales naturas, quæ vniuersaliter bene conditæ sunt, conuenientes puritati suæ et excellentiæ, non indignas et in essentia et in forma differentias, & gradus in ipso mox exordio cognitionis suæ accepisse, quibus alij superiores, alij inferiores possent constitui secundum moderamen sapientiæ cuncta bona creatis, et bene ordinantis Dei.

De differentia cognitionis. Cap. X.

Qui enim subtiles natura magis, et sapientia amplius perspicaces creati sunt, ij merito dignitate superiores sunt constituti. Qui vero et natura minus subtiles, et sapientia minus perspicaces conditi sunt, merito dignitate inferiores sunt ordinati: ita tamen vt ij, qui excellentiores constituti sunt, sine superbia prælati essent, et qui inferiores positi sunt, sine miseria subiecti.

De differentia liberi arbitrij. Cap. XI.

Sed et ipsam arbitrij libertatem secundum differentem naturæ virtutem, et sapientiæ, et cognitionis & intelligentiæ vim: si quis differentem assignare voluerit, non est qui ex rone occurrat. Quia sicut differens vigor, et subtilitas naturæ infirmitatem non adducit, minorq; cognitio sapientiæ ignorantiam non ingerit, sic libertas inferior nullam arbitrio voluntatis necessitatem imponit.

In quo similes conditi sunt, & in quo dissimiles. Cap. XII.

Quod ergo spiritus erant, quod vita erant, quod indissolubiles vel immortales erant: æquale oibus erat. Quod autem natura potentes erant, quod essentia subtiles erant, quod intelligentia sapientes erant, et libertate voluntatis prompti ad vtrumlibet et habitiles: non æquale oibus erat, et tamẽ sufficiẽter erat. Ista discretionis inuisibiles inuisibilium, et intelligibilium naturã solus ponderare potuit, et vniuersusque mensurã, et modum, et terminũ sapientiæ suæ compre-

comprehendere, cuius potentia conditum erat totum, & prouidentia ordinatum. Nos vero caligante intelligentia timide incedimus ad illa, & palpamus sensu cognitionis infirmæ, quæ virtute non comprehendimus. Quæ igitur vis, & quanta potentia fuerit inuisibilium essentiarum: quæve sapientia, qualisque libertas, & quantum in his commune omnibus, & quid singulis proprium vel singulare, ac differens datum sit: valde ineffabile est, & a sensu humano remorum. Sola enim diuina potestas, & sapientia diuina nec termino nec mensura concluditur: & arbitrij libertas æterni, atque incommutabilis voluntatis complacitum nulla vnquam minoratione, siue necessitatis angustia coarctatur: sed ab solutum est, & dominans, & superexcellens, & efficax, & nutus sui libertate singulariter perfectum, ac propria potestate plenum. Omne autem, quod creatum est, ex parte est: & ex parte potens, & sapiens, & liberum ex parte: quia ne omnis effectus potestati creaturæ subijcitur: nec omne occultum sapientiæ manifestatur, nec ois euentus electionem sequitur, aut uoluntati famulatur: sed secundum aliquid tantum possunt & sapiunt, secundum aliquid & liberi sunt. Et propterea determinanda est potestas eorum, & determinanda est sapientia, & determinanda est libertas. Præs autem ad operationem pertinet, sapientia ad cognitionem, libertas ad voluntatem.

De triplici potestate illorum. Cap. XIII.

Et erat primum triplex discretio potestatis illorum: quoniam alia pars potestas, quam acceperant ad se: alia, quam acceperant adiuicem inter se: alia autem, quam acceperant ad ea, quæ conditio ne ordinata fuerant sub se. Prima potestas virtutis erat, secunda dominationis, tertia administrationis. In ea potestate, quam acceperant in se, omnes differentes erant: in ea vero, quam acceperant inter se, quidem excellentes: in ea autem, quam sub se acceperant, differentes & excellentes. In ea potestate, quam in semetipsis singuli acceperant: vnicuique ad effectum famulabatur natura propria. In ea vero, quam ad seinuicem habebant, quibusdam subiecta erat obedientia aliena. In ea autem, quam ad inferiora possidebant, potestate vnicuique secundum virtutem naturæ, & dignitatem officij ministeriũ exhibebat subiecta creatura. Hæc de potentia prima rationalis naturæ dicta futuræ inueltigationi primam occasionem exponunt.

De triplici cognitione angelorum. Cap. XIII.

De sapientia quoque illorum in prima consideratione triplex nobis discretio occurrit. Quoniam illuminabantur tripliciter, vel ad tria simpliciter: & erat trina cognitio in eis, vt agnoscerent quod facti erant, similiter & a quo facti erant. In eo quod facti erant, mali & boni cognitionem acceperant: vt intelligerent quid appetendum sibi foret, vel quid respiciendum secundum potentiam virtutis in se, & libertatem voluntatis. Sed & ipsius, a quo facti erant cognitionem acceperant: vt intelligerent & scirent principium, & finem suum, a quo conditione pro-

cesserant, & ad ipsum debuerant intentione conuerti. Illius vero, cum quo facti erant, cognitionem acceperant: vt scirent quid vel sibi inuicem pro diuina dispensatione & ordinatione deberent: vel quantum in his, quæ conditione sibi subiecta fuerant, pro concessa potestate sibi diuinitus, sine presumptione valerent. Et in hunc modum sapientes conditæ sunt, & discernentes, & intelligentes spirituales illæ substantiæ: & tantum in his omnibus sapientes, quantum incipienti naturæ congruum fuit, vel pro merito virtutis adipiscendo necessarium.

Vtrum perfecti facti sint angeli an imperfecti. Cap. XV.

Multi enim nesciunt & ignorant existimantes (supereffluẽtem quandam sapientiam eorũ, quæ ad rem non pertinet, cognitionem, & prouidentiam, & præscientiam futurorum, & eorum, quæ circa ipsos ventura erant, fuisse in illis: & aliter imperfectos, & ignorantes, & non sicut oportuit consummatos, & plenos: qualia facere omnipotentem non decuit, & perfectum, & bonum. Sed non discernunt, quod ad perfectionem aliquid facere vt perficiatur, quod est imperfectum: & ideo imperfectum, vt sit primo imperfectum: deinde autem perfectum, vt ab eo perficiatur, a quo imperfectum factum est, vt perficiatur: non est imperfectio facientis, neque turpitudine facti: quoniam & aliter facere potuit, qui fecit: & non aliter fieri debuit, quod factum est. Sed & hic dicendum, quod perfectum est secundum aliquid habens totum, quod habere debeat: & si non habeat, quod habiturum est, totum.

Quod tribus modis perfectum dicitur, secundum tempus, secundum naturam, & vniuersaliter. Cap. XVI.

Nam tribus modis his perfectio constat, & nominatur conuenienter perfectum. Est enim, secundum tempus perfectum, & secundum naturã perfectum, & vniuersaliter perfectum. Primum perfectum est quasi initium perfectionis faciens secundum tempus perfectum: & sequitur quod maius est secundum naturam perfectum: & tertium est maximum & superexcellens vniuersaliter perfectum. Secundum tempus perfectum est, quod habet quicquid tempus requirit, & conuenit secundum tempus haberi. Secundum naturam perfectum est quod habet omne, quod vel datum est naturæ suæ, vel debitum est. Vniuersaliter perfectum est, cui nihil deest. Prima perfectio est naturæ conditæ. Secunda perfectio est naturæ glorificatæ. Tertia perfectio & vera est increatæ naturæ.

Quod angeli perfecti conditi sunt secundum primam perfectionem. Cap. XVII.

Et ad hunc modum non mirabile est, neque in quaestionem adducendum, quare non fuerunt perfecti angeli conditi: quia in prima perfectione creati sunt, & ad secundã sub tertia venturi. Quia si cut nõ possunt ad terrã pertingere, sic nec a secundã

incipere debuerunt. Alioqui proficienti locum, adiutumque; inuenire non ualissent eundi in melius, nisi reliquum fuisset post prima dona naturæ, quo crescere potuissent vel deficere.

Vtrum Angeli præcij fuerunt futuri euentus sui. Cap. XVIII.

Hic quaeritur, vtrum Angeli præcij fuerunt futuri euentus sui, & in sapientia data agnouerunt quid futurum esset super eos. Videtur enim vtrinque aliquid inconuenientis occurrere. Si enim qui futuri erant mali, lapsum suum præciserunt, pœnamque cognouerunt, quæ ruinam sequi debuerat, & finiri non debuerat: tanta sibi mala imminere præuidentes, aut vitare voluerunt, sed non potuerunt, & miseri erant, aut potuerunt, & noluerunt, & stulti erant, & maligni. Si autem nescierunt cæci erant, neque agnouerunt quod pergerent: & in contingens ac fortuitum miserunt pedem, vt ultra procederent quod nesciebant. Et videtur quasi aliquid absurditatis afferre, si hoc dicatur: & melius sedere, & aptum esse magis, vt scientes dicantur eorum, quæ futura fuerant. Et repugnat iterum alia ratio, quam contra posuimus: & potest facile mentibus infirmis scandalum nasci in alterutrum; nisi conueniat. Propter hoc dicimus, quod non erant præcij euentus sui, neque eis data est cognitio eorum, quæ futura fuerant super eos. Quoniam non oportuit, vt ita liberam haberent electionem voluntatis suæ sine terrore, & spe in vtroque. Propterea monstratum est eis quid faciendum esset, non quid esset futurum: ut nulla necessitate prouidentia impelli viderentur, sed ratione dirigi, & propria despecti voluntate in ambobus. Et ita bonum fuit, & conueniens, & non est sic reprehensione dignum opus Dei, quia ita fecit, vt bonum fuit.

Quales conditi sunt Angeli, boni an mali, iniusti an iniusti, beati an miseri. Cap. XIX.

Sed & multa alia quaeruntur de illa natura spiritali, quibus curiositas humanæ mentis quietæ esse non limitur. Interrogant, vtrum boni fuerunt, an mali creati Angeli, iusti an iniusti, beati an miseri: & fortassis alia quædam his similia. Et quia multa sunt alia, quæ in quaestione coaceruantur, non possumus nos ad omnia prolixa responsione occurrere, sed breuiter definimus, quia tunc in illo principio primo, & exordio inchoationis, quod humana consideratio, ita breue, & momentaneum, simplicisque instantis sine mora, & intervallo primæ subsistentiæ de nihilo in aliquid apparentis accipiat: vt id, quod primum omnium illis erat, intelligat: hoc solum inuenitur in conditis, quod natura contulit conditionis. Quod enim ceperunt, totum acceperunt. Et non poterat in illis ex illis esse quicquam: quoniam omne, quod ex illis est, posterius est illis. Itaque omne, quod facti sunt, non fecerunt ipsi: sed tantum facti sunt, & quod facti sunt, boni facti sunt totum. si enim quod

facti sunt, mali facti sunt, culpa est facientis; non facti: quia aliud esse non potuerunt, neque facere ipsi, cum facti sunt, tunc vt aliud essent, quam facti sunt. Itaque ex faciente erant quando primum erant totum, quod erant, & acceperant totum, quod erant, & à se nihil habebant, qui & hoc quod erant, ex nihilo: & à creatore acceperant quod erant. Non potuit autem creator optimus, author mali esse: & ideo totum bonum erat, quod ex ipso illis erat: & totum bonum erat, quoniam ex ipso totum erat. Hoc modo probamus, quod boni erant Angeli, quando primum facti sunt, & quod boni facti sunt omnes, quoniam à bono facti sunt, qui malum facere non potest. Sic itaque boni erant, & non mali: & quemadmodum boni erant, ita & iusti erant, & beati erant: sed ea bonitate, & iustitia, & beatitudine, quam natura incipiens acceperat: non quam fecerat ipsa, vel meruerat faciendo. Si enim boni dicuntur, boni erant, quemadmodum bonum erat, quod bonus fecerat totum. Et si meliores erant (sicut erant) meliores erant pro eo quod facti erant, non pro eo quod fecerant ipsi, vel faciebant. Similiter, & quod iusti dicuntur, solum hoc illis erat iniustos non fuisse: & quod beati, non miseros existisse. Veruntamen neque iusti ad meritum, neque iniusti ad culpam: quemadmodum neque ad glorificationem, vel contumationem beati, vel ad tormentum, vel pœnam miseri verissime affirmantur. Et forte expressius, & ad intelligentiam euidentius sit, nec bonos nec malos, nec iustos nec iniustos, nec conuersos nec auersos, nec beatos, nec miseros conditos, asserenti. Nam qui bonos dicit, significat virtutem: qui iustos, meritum: qui conuersos, electionem: qui beatos, glorificationem.

De libero arbitrio illorum in primo conditionis principio, quando subsistere ceperunt.

Cap. XX.

In illis autem quod erat primum incipere, velle non erat, aut facere: qui ad volendum, & faciendum tantum facti erant non volentes aut facientes. Velle enim, aut facere motum habet, & de hoc in illud, & successum, & moram: quod incipientis principij esse non potest: quod incipit tantum, amplius non est adhuc, sed primum est, & non deinceps. Velle autem voluntate est velle, cum mouetur voluntas, & operatur iam aliquid: & est ibi hoc & illud, & de hoc in illud quod precessit voluntas, ex qua velle erat cum adhuc velle non erat: sed voluntas erat tantum; vt ex ea velle esset, quod incipientis non erat aut facere. Non ergo sic intelligendum est simplex principium, & prima origo nascentis naturæ. Sed unum ipsum, & hoc tantum, & non amplius sine spatio, & motu, & mora: quæ omnia subsequuntur postea, in quibus velle constat, & facere, & processus motuum, & actionum post primum principium. Ex quo autem voluntas mouebatur velle erat: & à voluntate erat, quæ libere mouebatur: quia per se mouebatur, & non impulsu alieno. Et hoc ipsum meritum erat, & uocabatur bonum uel malum, quia liberum erat, &

Deus boni, & non mali auctor.

F

erat, & ex se erat. Et ex tunc mereri ceperunt, ex quo voluntate moueri ceperunt. Et hoc post primum principium erat, & a primo principio erat, & non in ipso: quoniam ab ipso tantum erat. Ex quo autem voluntas erat, libertas erat: quia voluntatis est libertas: quoniam potens erat per se moueri, vt vltra iret huc vel illuc sine coactione vel adiuta vel derelicta: quoniam libertas est voluntatis, ex quo est voluntas ipsa in ipso primo principio. Propter hoc erat arbitrium liberum in illis, quoniam in illis erat voluntas potens moueri & ferri suo appetitu in vtrunque.

Quid sit liberum arbitrium. Cap. XXI.

Quoniam spontaneus motus vel voluntarius appetitus liberum arbitrium est. Liberum quidem in eo quod est voluntarius, arbitrium vero in eo quod appetitus. Sed & ipsa potestas & libertas voluntatis est libertas, qua mouetur ad vtrunq; & liberum arbitrium dicitur voluntatis. Voluntarie autem moueri & ferri spontaneo appetitu, hoc est potestate eligere, & libertate iudicare, in quo consistat liberum arbitrium. Et propter hoc facti sunt liberi arbitrij, vt voluntario appetitu mouerentur, sed secundum electionem voluntatis, & inclinationem desiderij sui sine coactione. Veruntamen quod primum erat in illis, incipere moueri non erat, neque eligere, neque concupiscere: quoniam simplex erat & principium primum, & tamen liberum arbitrium iam tunc erat: quoniam voluntas erat, cui inerat hoc, & ex qua hoc subsequeretur: quoniam ex hoc mota est statim, & spontaneo appetitu ducta in electionem propriam.

Quod semper liberum arbitrium non ad præsens spectat, sed ad futurum: nec ad omne sed ad contingens tantum. Cap. XXII.

Sed & hoc sciendum, quod liberum arbitrium, quod diximus primi principij esse, propter voluntatem, quæ erat in primo principio, hoc ipsum ad primum principium non erat: quoniam liberum arbitrium ad præsens tempus non refertur, sed ad ea, quæ futura sunt postea in contingenti. Omne enim, quod est determinatum, nec potest aliud esse quod est dum ipsam est, & si aliud potest esse, potest esse aliud postea, & non aliud esse tunc, quando est hoc quod est, sed postea vt desinat hoc esse quod est, & incipiat aliud esse quod non est. Quod enim potest in præfenti quidem potest, sed de præfenti non potest: & si de præfenti potest, non tamē nisi ad futurum potest. Quod igitur primum facti sunt ipsi, non esse non potuerunt: quia facti sunt hoc totum: & non fecerunt ipsi, & non potuerunt non esse hoc cum primum erant, quoniam tunc ipsum erant, & esse ceperunt solummodo. Et si potestas illis erat, vt aliud essent, quia liberum arbitrium erat: non erat tamen potestas illis, vt tunc aliud essent, quia hoc erant: sed vt hoc esse desinerent quod tunc erant, & aliud esse inciperent quod non erant. Non enim esse poterat quod non erant, nisi prius esse desinerent quod erant:

& tunc deinde esse inciperent, quod non erant. Quoniam liberum arbitrium de præfenti esse non potest, tamen ipsum in præfenti est: sed spectat semper ad futuros euentus, & solum qui in contingenti consistunt. Futura quippe, quæ ex necessitate futura sunt, liberum arbitrium non sequuntur: sed constant immobiliter ad vnum tantum, nec recipiunt vtrumlibet contingentis. Sic igitur liberum arbitrium erat tunc in illis, non quidem vt tunc aliud essent quam erant: sed potestate, quam habebant in eo quod erant, vt hoc esse desinerent, & aliud esse inciperent, quod non erant. Et sic quidem studiosius inquirentibus ratio occurrit de statu primo angelorum, de primordio existentia illorum: quales facti sunt primum, & de natura, & de sapientia, & de arbitrij libertate proposita.

De auersione, & lapsu malorum: & de conuersione, & confirmatione bonorum. Cap. XXIII.

Post hoc consideratio adducit inquirere quales effecti sunt, dum diuidentur auersione & conuersione. Quod enim primum erant, secundum aliquid unum erant, quia omnes boni erant: & quod boni erant non facientes, sed facti erant. In hoc igitur vnum erant, quod boni facti erant, & nondum ad aliud erant quam facti erant: quia tunc primum facti erant, & non ante quicquam fecerant. Ceperunt autem diuidi ab eo, quod facti erant, vt aliud iam essent: uel proficientes supra illud, vt boni essent: uel sub illo deficientes, vt mali essent. Hæc est conuersio & auersio, qua diuisi sunt, qui unum erant, & boni natura: ut sint alij supra illud boni per iustitiam, alij sub illo mali per culpam. Conuersio enim iustos fecit, & auersio iniustos. Vtraque enim voluntatis fuit, & uoluntas utrinque libertatis. Et propterea utraque merito imputatur, & utraque merito iudicatur: siue pro bono merito ad gloriam, siue malo pro merito ad pœnam.

Quomodo in labentibus culpa gratiam auertit: & instantibus gratia meritum adiunxit. Cap. XXIII.

Qui autem ad bonum conuertebantur uoluntarie mouebantur gratia cooperante sine coactione. Qui autem a bono auertebantur, sponte præcipitabantur gratia deferente sine oppressione. Et qui conuertebantur, idcirco bene mouebantur, quia gratiam cooperantem habuerunt. Sed qui auertebantur, non idcirco præcipitabantur, quia gratiam cooperantem non habuerunt: sed idcirco a gratia deferentibus, quia auertebantur, & præcipitabantur. Et qui auertebantur, non prius auertebantur, & postea deferentibus, quia cum gratia non ceciderunt: & qui conuertebantur, non prius conuertebantur, & postea assumebantur, quia sine gratia non profecerunt: sed qui auertebantur, in eo ipso deferentibus: & qui conuertebantur, in eo ipso assumebantur: pro auersione deserti, & ad conuersionem assumpti.

Quod

in sola voluntate & iustitia est, & iniustitia.
Cap. XXV.

Quoniam vero in motu voluntatis rationalis iustitia pariter & culpa inuenta est, quia motu voluntatis factum est, ut mali fierent auersi a bono, in quo erant: & similiter motu voluntatis factum est, ut boni essent conuersi a bono, in quo erant ad bonum, in quo nondum erant: propterea in motu voluntatis omne meritum constabat, quo vel boni vel mali erant. Illic ergo & malum bonum quaerendum est, ubi iustitia & culpa est: quoniam iustitia boni, & culpa malum est. Et ipsa culpa nec voluntas erat, quoniam voluntas malum non erat, quoniam a Deo data erat: nec motus voluntatis malum erat, quoniam ex voluntate erat: & voluntatis erat, & moueri voluntas a Deo acceperat: nec id, ad quod motus voluntatis erat, malum erat: quoniam aliquid erat: & omne quod aliquid erat, a Deo erat, & bonum erat.

Quod peccatum nec substantia est, nec de substantia, sed priuatio boni.
Cap. XXVI.

Quid ergo illi malum erat, nisi quia motus voluntatis non erat ad quod esse debuerat? Et ideo non erat, quia ad aliud erat, ad quod esse non debuerat: nec tamen ad hoc esse, sed ad illud non esse peccatum erat: quia si illud non esset, etiam si hoc esset, peccatum non esset. Mens itaque rationalis sicut voluntatem acceperat, & moueri voluntate acceperat: sic & ad quae licite voluntate moueri possent acceperat: & ad illa moueri secundum mensuram erat moueri secundum iustitiam. Et si ad illa tantum mota fuisset, secundum iustitiam mota fuisset: & fuisset iusta voluntas: quoniam secundum iustitiam mota fuisset. Quando autem ad ea mota est, quae concessa non fuerant, extra mensuram mota est: & in eo secundum mensuram mota non est. Et ibi malum illi erat secundum mensuram non moueri. Neque illi malum erat moueri, ad quod mota est: sed secundum mensuram non moueri, ad quod mota non est: quia si secundum mensuram mota fuisset, etiam ad hoc mota peccatum non fuisset. Extra mensuram autem moueri voluntate erat appetere, quod concessum non erat: in quo secundum mensuram non moueri erat: & id malum erat, ipsum autem occasio mali. Quia enim extra mensuram voluntas mota est, secundum mensuram mota non est. Nec tamen illi malum erat moueri ad quod mota est, sed secundum mensuram non moueri secundum quod mota non est. Et hoc si non fuisset, malum nullum fuisset. Hoc itaque malum factum est voluntati auertenti se, & transgredienti mensuram: quod turpis facta est, & praua, & inordinata, effluens; & non tenens modum, & legem pulchritudinis suae. Quae autem recte mouebatur, & secundum creatoris voluntatem conformabatur, conuertebatur ad eum, a quo regebatur: & illi bonum erat extra illius voluntatem non moueri, a quo erat.

Quomodo Deus omnem voluntatem, & potestatem angelorum ad suam voluntatis ordinem, & dispositionem intorquet. Cap. XXVII.

Considerandum est etiam hoc quomodo inuisibiles illas & spirituales naturas moderatur Deus. Si enim liberi arbitrij sunt, faciunt quod volunt: & si faciunt quod volunt, quomodo ex sententia Dei pendet, quod faciunt? Nam si dicimus; quoniam idcirco hoc faciunt, quod vult Deus; quia non aliud volunt aut velle possunt, quam quod vult Deus, qui & ipsum velle tribuit sicut posse concedit: hoc tamen de bonis aliquando conceditur, de malis nulla ratione approbatur. Malis siquidem Deus potestatem tribuit solam, non voluntatem: quia licet ex ipsius permissione sit, quod malum possunt, ex inspiratione tamen eius non est quod malum volunt. Malorum enim voluntatum ordinator est Deus, non creator. Quomodo ergo non faciunt nisi quod Deus vult, qui nunquam volunt nisi quod Deus non vult: quia semper malum uolunt, quod Deus nunquam vult? Si enim faciunt quod volunt, & volunt quod Deus non vult, quomodo faciunt quod Deus uult? Rursum si Deus non uult quod faciunt, quare permittit, ut faciant quod non uult, cum fieri non possit nisi eo permitte, nec permitti nisi eo uolente? Hinc coartamur diligentius inuestigare quomodo rationalem naturam praecipue illam, quae uoluntate iniusta a diuina uoluntate discordat, iusta Dei moderatio gubernat. Hinc consideramus quatuor generales modos gubernationis diuinae in ipsis, quibus disponuntur & ordinantur in omnibus, quae agunt: ut & ipsa mala, quae contra Dei uoluntatem sunt quae sunt (quia non approbantur a Deo quod mala sunt) extra eius dispositionem non effluant: in quibus bonum est, & placet quod ordinata sunt. Et moderatur ergo Deus & regit secundum uoluntatem suam eos, qui praua & iniusta uoluntate contra suam nituntur uoluntatem, ut conducantur et disponantur secundum ipsam, qui surgunt contra ipsam ad perficiendum, quod illi fieri placet, uoluntate, quae illi displicet.

Quod quatuor modis Deus coercet voluntatem, & potestatem malorum angelorum.
Cap. XXVIII.

Hoc autem moderamen (ut diximus) quatuor proficitur modis. Aut termino naturaliter collata potestatis, aut miraculo temporaliter illata impossibilitatis, aut obstaculo extrinsecus adhibitae difficultatis: aut iudicio intrinsecus operantis dispositionis. Terminus naturaliter collata potestatis est quantum naturaliter posse conceditur. Miraculo temporaliter illata impossibilitatis est, quando id ipsum naturale posse subita & occulta uirtute diuinae praesentiae sine exteriori impedimento comprimitur. Obstaculum extrinsecus adhibitae difficultatis est, quando nutu diuino per alias potestates extrinsecus obuiantes aliarum uoluntates, ne ad effectum uenire possint, impediuntur.

Malorum uoluntatum ordinator Deus, non creator.

ut. Iudicium intrinsecus operantis dispositionis est, quando ipsa vis diuina, quae intus omni creatura praesidet, illas etiam uoluntates, quae contra suam uoluntatem ortae sunt ad perficiendam suam uoluntatem intorquet. His ergo quatuor modis prauas uoluntates angelorum et hominum Deus ad imperium suae uoluntatis disponit: ut in eo etiam, in quo displicet id, quod est, quia malum est, placeat quia est quod ordinatum est.

De occulta dispositione Dei, qua malas etiam uoluntates ad suam uoluntatem intorquet, & disponit secundum suam uoluntatem. Cap. XXIX.

DE illo autem modo diuinae moderationis, quo malas etiam uoluntates praesidens occulta & inuisibili operatione ad suum arbitrium temperat, & inclinat, hoc sentiendum est: ut credatur Deus malis uoluntatibus non dare corruptionem, sed ordinem. Omnis enim uoluntas prius est quam uelle; & uelle quidem semper ad aliquid est: quia omnis, qui uult, aliquid uult. Uoluntas autem non semper ad aliquid est, donec uelle est: quia non omnis, qui uoluntatem habet, ad aliquid habet, donec ipsa uoluntate uelle incipit, & aliquid uelle. Sicut non omnis, qui uisionem, habet statim ad aliquid habet, donec ipsa uisione uidere incipit, & aliquid uidere. Uisionem uero habere aliquis & in tenebris potest, quando non uidet: uidere autem non potest, nisi in luce quando aliquid uidet. Sic & uoluntatem potest habere aliquis, & nondum ad aliquid uelle autem non potest, nisi ad aliquid. Omnis ergo uoluntas est aliquid: sed non semper ad aliquid est, donec uelle incipiat. Uelle autem omne & aliquid est, quia in aliquo est: & ad aliquid est, quia de aliquo est. Omnis autem uoluntas aut bona est, si uel ex natura est, uel secundum iustitiam: aut mala est, si praeter naturam est, uel contra iustitiam. Uoluntati ergo malae uitium est ex ipsa, quo mala est: ordo autem ex Deo est, quo per uelle siue ad hoc, siue ad illud est. In uoluntate ergo uitium est, & ipsum malum est, & ex ipso uoluntas mala est. In uelle autem & uitium est in quantum uelle ex uoluntate mala, & ordo est in quantum ad hoc uel ad hoc ex disponente est. Et cum ipsum uelle ad hoc aliquid est, malum est quod ad hoc est: quia mala uoluntate est. Quod autem potius ad hoc quam ad illud est, bonum est: quia ordo est, & ex bene disponente est. Potest ergo uoluntas mala in se corrumpi, & resolui per proprium uitium, quod ei aliunde non datur: sed non potest per uelle extra se praecipitari, nisi quae ei uia aperitur. Et qui praecipiti qua uult ad ruinam uiam aperit, quodammodo ipsam inclinat, non impellendo, sed permitrendo, & non tenendo: nec author illi est ruendi, sed incedendi ordinator. Dominus (inquit David) praecipit illi ut maledicat. & ego (ait) uocaui seruum meum Nabuthodonosor, ut disperdat terram. & in die illa sibilabit Dominus muscae, quae est in extremo fluminis Aegypti, & api quae est in terra Assur: & uenient, & requiescent omnes in torrentibus uallium, & in cauernis petrarum. In quibus

omnibus manifeste ostenditur Deus ad iudicia sua iusta complenda malas uoluntates hominum, siue daemorum quibus ipse uult modis, & occasionibus, siue intus siue foris, & excitare ad uolendum, & dirigere ad perficiendum, & ordinare ad subistendum: in quibus quod sint malae Dei non est, sed quod sint ordinatae. Haec autem dispositio interna inuisibiliter praesidentis, tam occulta est, ut etiam ipsas uoluntates malas, in quibus sit, lateat, quae putant suo se solum arbitrio dirigi: qui se sentiant praeter coactionem proprio appetitu moueri. Quia enim non impelluntur, nequaquam intelligunt quod diriguntur: et nesciunt se habere coram praecedentem ut ordinentur, quia non sentiunt retrosum impellentem, ut praecipitentur. De aliis modis diuinae gubernationis non multa hic disputare uolumus, quia per se magis patent, nec tantam quaestionem adducunt.

De ordinibus angelorum quot in principio a Deo conditi sunt.
Cap. XXX.

DE ordinibus angelorum hoc auctoritas promulgauit: nouem in principio conditos a Deo ordines angelorum, id est angelos, archangelos, principatus, potestates, uirtutes, dominationes, thronos, cherubim, & seraphim: ut addito homine denarius consummaretur perfectionis caelestis. Non enim (ut quidam putant) conditio hominis ita ad restorationem angelorum prouisa est, quasi homo non fuisset factus, nisi angelus cecidisset: sed idcirco ad restaurandum & suppleendum lapsorum angelorum numerum factus homo dicitur: quia cum homo postmodum creatus illic, unde illi ceciderunt, ductus est, illius societatis numerus, qui in cadentibus diminutus fuerat, per hominem reparatur. Nouem enim ordines angelorum ab initio conditi sunt: & ex illis, qui ceciderunt (quia in una simul omnes malitia consenserunt) quasi unum ex se peruersae societatis ordinem effecerunt. Habet autem traditio ex singulis ordinibus aliquos cecidisse. Unde & Apostolus Paulus cum de malignorum spirituum tyrannide mentionem faceret, principatus, & potestates tenebrarum nominauit. Ut uidelicet ostenderet, quod idem nunc quisque in malo ministerium ex perueritate exercet, quod ad bonum perficiendum ex conditione accepit. Nusquam tamen in scriptura nequam spiritus seraphim appellatos inuenio: quia licet caetera dona post ruinam adhuc in malo possideant, charitatem tamen in dilectione Dei nequaquam potuerunt habere.

Utrum plures remanserunt quam ceciderunt.
Cap. XXXI.

DE numero autem lapsorum certa auctoritas nulla reperitur. Omnino tamen probabile est plures remansisse, quam cecidisse. Propheta enim cum demonstraret curru igneos, consolans ait. Plures

2. Reg. 16.
Hier. 25
Esa. 7.

V

Eph. 6.

4. Reg. 6 res sunt, qui nobiscum sunt, quam qui cum illis. Hinc conijcimus plures esse electos angelos, quam reprobos. Sunt qui dicunt, tot electos ex hominibus ad numerum angelorum ascensos, quot ibi constat remansisse electos angelos, propter scripturam, quae ait † Statuit terminos populorum, iuxta numerum angelorum Dei. Quod si verum est, cum multo plures sint in hominibus reprobis, quam electi, plures inueniuntur homines reprobi quam electi angeli. Si autem homines reprobi plures sint quam angeli electi (cum electi angeli plures sint quam reprobi angeli) plures erunt homines reprobi quam reprobi angeli. Quomodo ergo verum est, quod dicitur, vnusquisque hominum duos angelos habere deputatos sibi, vnum malum ad impugnationem, & vnum bonum ad defensionem, cum numerus hominum transcendat numerum angelorum? Si. n. in hominibus mali plures sunt quam boni, & in angelis boni plures quam mali, cum positum sit tot electos futuros homines, quot sunt angeli boni: constat sine vlla dubitatione plures esse homines bonos, quam angeli mali: multoque plures homines malos quam angelos malos: quia plures sunt homines mali quam boni, cum plures sint homines boni quam mali angeli. Nisi forte dicatur idcirco, quia simul non subsistit genus hominum, sed per temporum successione alij post alios sequuntur: posse eos, qui in hominibus simul subsistunt, angelis comparari numero, licet vniuersitate praecedant. Quod tamen quia certum esse non potest, melius inter occulta deputatur, vbi ignorantia non culpat, praesumptio arguitur.

Sumptum ex Catico Moysi Deut. 32. ubi sic habetur. Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Quae.

De discreta cognominatione angelorum. Cap. XXXII.

Z DE cognominatione spirituum hoc hic praecipue commemorandum putamus: quia nomina illis non propter se, sed propter nos data sunt. Qui enim sibi noti sunt contemplatione: nobis innotescunt cognominatione. Illa ergo dona gratiarum in singulis denotantur ex nomine: non quae singulariter, sed quae excellenter data sunt in participatione. In illa enim caelesti patria, vbi plenitudo boni est, licet quaedam data sint excellenter, nihil possidetur singulariter. Omnia. n. in omnibus sunt non quidem aequaliter (quia alij alijs quaedam sublimius possident) sed communiter, quia omnes omnia habent. Item sciendum, quod omnia dona gratiarum superiores ordines sublimius & perfectius perceperunt: & tamen ex praecipuis tantummodo nomina sortiendo caetera sequentibus post se ordinibus ad cognominationem relinquunt. Vt verbi gratia seraphim (qui ordo excellentissimus omnium existimatur): iam dilectionem quam cognitionem diuinitatis, & caetera virtutum dona caeteris omnibus sublimius percipit, tamen ab excellentiori dono. i. charitate vocabulum trahens, caetera sequentibus post se ordinibus ad denominationem reliquit. Proximus post hunc ordo a proximo dono, id est cognitione veritatis cherubim appellatus est: quod plenitudo scientiae similiter interpretatur, sicut se-

raphim propter ignem dilectionis ardens vel succedens dicitur. Ad huc modum etiam de sequentibus intelligendum est ordinibus.

Vtrum omnes spiritus caelestes mittantur. Cap. XXXIII.

Q Væritur & hoc, vtrum omnes illi spiritus caelestes ad exteriora nuntianda mittantur. Qui dam putant alios esse in illa multitudine, qui foras pro officio ad exteriora nuntianda exeunt, alios qui intus assistunt, sicut scriptum est. Millia millium ministrabant ei: & decies millies centena millia assistebant ei. Apostolus autem excellentiam filij commendans praeter angelis omnes administratorios spiritus esse in ministerium missos propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, confirmat. Hinc quaestio nascitur, quomodo omnes mittuntur, si quidam semper assistunt: & si omnes nuntij sunt, quomodo quidam semper assistere dicuntur. Si omnes nuntij sunt, omnes angeli sunt: & si omnes angeli sunt, quomodo vnus tantum inter nouem ordines ordo hoc nomine censetur? Quidam putant in illa caelesti curia, omnes quidem mitti: sed alios ex officio, qui proprie angeli sine archangeli nominantur: alios ex tempore & causa extra communem dispensationem obortae: qui & ipsi quoque cum angelorum ministerium ex tempore suscipiunt, nomen in ministerio assumunt. Sicut scriptum est. Qui facit angelos suos spiritus. Quia videlicet qui semper natura spiritus sunt, pro tempore & officio aliqui angeli. i. nuntij sunt. Alij dicunt tres ordines supremos. i. seraphim, & cherubim, & thronos ad sola diuina, & interiora conuersionem habere, semperque creatori assistere. Inferiores autem tres ad exteriora agenda, & nuntianda mitti. Tres autem medios non solum dignitate vel loco, sed officio etiam inter utrosque consistere, qui praecipuum Domini a superioribus accipiunt, & deferunt ad inferiores. Ac per hoc cum summi medijs: medijs imis, atque hi nobis praecipuum diuinum nuntiant: oes merito angeli noiantur.

De ministerijs angelicis. Cap. XXXIII.

Ministeria angelorum & officia quidam ita interpretantur, vt totum mundum. i. non solum vitam humanam, sed omnia, quae ad humanam uitam pertinent, secundum Dei dispensationem ab angelis ministrari putent sub Deo, & secundum Deum. Malos autem ex officio potestatem non habere, sed aliqui ex permissione potestatem accipere.

INCIPIT SEXTA PARS de creatione hominis, & statu eius ante peccatum.

Quare Deus hominem ex anima, & corpore fecit. Caput. I.

Q Væ in prima parte huius operis de conditione hominis prosequenda distinximus, ordine nunc suscipimus explananda. Quatuor. n. erant a principio

a principio posita. Primum, quare creatus sit homo. Secundum, qualis creatus, & qualiter institutus. Tertium, qualiter lapsus sit. Quartum, qualiter sit reparatus. Horum quidem quod primum positum est, id est causa creationis humanae: superius iam secundum possibilitatem nostram tractauimus. Et idcirco nunc superest, vt ad secundam partem, in qua propositum est qualis creatus sit homo, & qualiter dispositus: discutiendam transeamus. Deus omnipotens, cuius beatitudo nec augeri potest omnino, quoniam perfecta est: nec minui, quoniam aeterna est: sola charitate, nulla sui necessitate, rationalem spiritum creauit, vt eum illius boni, quod ipse erat, & quo ipse beatus erat, participem faceret. Verum quia hoc ad felicitatis illius augmentum pertinuit, vt gratiam conditoris sui, per quem glorificandus erat, agnosceret, voluit ipse conditor prius ei in sua conditione ostendere: quod postmodum in ipso facturus erat ex dignatione. Creaturam ergo rationalem, quam fecerat, iussit partim in sua puritate persistere: partim eam corporeis indumentis, & terrenis mansionibus copulans, luteam materiam fecit ad vitae sensum vegetare. Hoc siquidem pro exemplo futurae societatis, quae inter ipsum & spiritum rationalem in glorificationem eiusdem perficienda fuerat proposito: vt videlicet ostenderetur, quia quod tunc erat in conditione corpus spiritui, hoc secundum aliquid postmodum futurus erat ex dignatione assumptus spiritus sibi. Comprobauit ergo Deus potentiam suam, & gratiam ostendit. Primo fingendo hominem, quam postea exhibiturus erat hominem glorificando. Vt sciret homo, quod si potuit Deus tam disparem naturam corporis & animae ad vnam considerationem, atque amicitiam coniungere: nequaquam ei impossibile futurum, rationalis creaturae humilitatem (licet longe inferiorem) ad suae gloriae participationem sublimare. Rursus si tantum gaudium est, & tanta iocunditas vita ista mortalis, quae constat ex praesentia spiritus in corpore corruptibili, quanta iocunditas foret, & quantum gaudium vita illa immortalis ex praesentia diuinitatis in spiritu rationali? Quis ergo in parte pro exemplo vniuersitatis humiliatus est rationalis spiritus vsque ad consortium terreni corporis, ne forte hoc ipsum ad depressionem eius pertinere videretur, adiunxit prouidentia Dei, vt postmodum cum eodem corpore glorificatio ad consortium illorum, qui in sua puritate persistenter sublimaretur: vt quod minus ex dispensatione creatoris sui acceperat conditus, per gratiam eiusdem postmodum acciperet glorificandus. Sic ergo conditor Deus rationales spiritus, quos fecerat, varia sorte pro arbitrio omnipotentis uoluntatis suae disposuit: illis, quos in sua puritate reliquerat, sursum in caelo mansionem constituens: illos uero, quos corporibus terrenis sociauerat, deorsum in terrena habitatione disponens. Vtrisque regulam proponens obedientiae, quatenus & illi ab eo, ubi erant non caderent: & isti ab eo, vbi erant, ad id, vbi non erant, ascenderent: vt cum isti peruenissent, & illi non cecidissent, supra id, quod facti erant, ad id, ad quod facti erant,

pertingerent, vt cum eo essent, a quo facti erant. Fecit itaque Deus hominem ex duplici substantia, corpus secundum materiam de terra sumens, animam vero sine materia de nihilo fingens.

Qualiter homo ad imaginem, & similitudinem Dei factus est. Cap. II.

FACTUS est homo ad imaginem, & similitudinem Dei: quia in anima (quae potior pars est hominis, vel potius ipse homo erat) fuit imago, & similitudo Dei. Imago secundum rationem, similitudo secundum dilectionem: imago secundum cognitionem veritatis, similitudo secundum amorem virtutis. Vel imago secundum scientiam, similitudo secundum substantiam. Imago, quia omnia in ipsa secundum sapientiam: similitudo, quia una & simplex ipsa secundum essentiam. Imago, quia rationalis: similitudo, quia spiritualis. Imago pertinet ad figuram, similitudo ad naturam. Haec autem in anima sola facta sunt, quia corporea natura similitudinem capere non potuit diuinitatis, quae ab eius excellentia, & similitudine in hoc ipso longe fuit, quod corporea fuit.

De creatione, & origine animae. Cap. III.

Q Værentur autem quamplurima de origine animae: quando creata fuit, & vnde creata fuit, & qualis creata fuit. nos vero in praesenti abbreviatione tam multiplices opiniones prosequi superuacuum & infructuosum existimamus: & hoc solum nobis sufficere putamus, si ea tantum, quae sentienda, & asserenda sunt, proponimus. In his ergo fides catholica hoc potius elegit, & veritati magis consentaneum iudicauit, vt credamus animam primi hominis, quando facta est, non de praesenti aliqua materia factam, sed de nihilo creatam: neque factam a principio, quando angeli facti sunt, sed postea (cum corpus ipsum, cui infundenda fuerat, formatum est) ab ipso creatore simul & factam & corpori sociatam. Vtrum vero in corpore, an extra corpus creata sit: quanto difficilius est scire, tanto minus est periculosum ignorare. Neque vero in hoc ingenium hominis approbandum existimetur, si in ijs, quae difficilia sunt, pertinaciter insistit: sed potius si ea, quae scienda sunt, prudenter discernit. Aequalis. n. est stultitiae praesumere in ijs, quae non possunt sciri: & deficere in ijs, quae non debent ignorari. Propterea quantum sanae fidei satis est, quae agnoscere: & ea, quae curiositas sola scrutari suadet, delistamus inuestigare. Creauit Deus animam primi hominis de nihilo, & inspirauit eam corpori de terra per materiam sumpto, & formato: dans ei sensum, & discretionem boni & mali: vt corpus ipsum sibi sociatum per sensum viuificaret: per rationem regeret, & in ipso homine sensus esset subiectus rationi: ratio creatori, ut secundum rationem corpus moueretur per sensum: ratio autem libero arbitrio moueretur secundum Deum.

Porro tres sunt motus in homine, motus mentis, motus corporis, motus sensualitatis. Motus mentis in voluntate est, motus corporis in opere, motus sensualitatis medijs in delectatione. In motu mentis solo, liberum arbitrium est: in motu corporis & sensualitatis, illa sunt, quæ sequuntur liberum arbitrium. Sic. n. prima fuit dispositio nature: nam motus mentis voluntarius est appetitus: in voluntario liberum, in appetitu arbitrium. Mens igitur per se mouetur, & est primus voluntatis motus. Motum voluntatis sequitur motus corporis. Mens itaque (sicut dixi) per se moueri habet, sed secundum se moueri non debet: immo secundum voluntatem creatoris sui, quæ forma illi est, & exemplar, & proposita regula, quæ sequatur. Et propter hoc si secundum Deum mouetur: hoc est iustitia: si præter Deum mouetur, vel contra Deum: hoc est iniustitia. Ergo motus mentis iustitia semper est vel iniustitia. motus autem corporis semper est obedientiar. Quod enim mens mouetur, libertate mouetur, quia voluntarie mouetur, & per se mouetur: & eius est quod mouetur, vel ad meritum si bene, vel ad culpam si male. Quod autem corpus mouetur, necessitate mouetur: quia ab alio mouetur, hoc est a mente. Nec suum est quod mouetur, sed illius, a quo mouetur, siue ad meritum si bene, siue ad culpam si male. Ita motus mentis dominatur motui corporis lege nature subiecto: & quando abutitur illo, vitium est imperans, debitum obedientis. Nec culpatur qui ducitur, quia necessitate ducitur: sed culpatur qui ducit, quia in subiectum abutitur libertate. Porro voluntas, si iustitiam tenuisset, haberet non solum motum corporis obedientem, sed motum sensualitatis consentientem. Nunc vero, quoniam rectitudinem suam ipsa non tenuit, habet quidem adhuc ex indulgentia creatoris motum corporis obedientem: ex vindicta autem motum sensualitatis contradicentem: cuius violentiam aliquando infirmata sequitur, aliquando autem corroborata coercet & moderatur. Si autem motus sensualitatis dominatur motui mentis, dominatur & motui corporis, qui subiectus est illi: & tunc peccatum regnare incipit in nostro mortali corpore. Si autem non dominatur, utitur mens seruitio corporis sui, & exhibet membra sua arma iustitiæ: & sunt simul motus mentis & motus corporis, seorsum motus sensualitatis: & proficitur iustitia, & iniquitas cohibet.

De duplici sensu animæ. Caput. V.

Anima autem rationalis idcirco duplici sensu instructa est, ut uisibilia foris caperet per carnem, & inuisibilia intus per rationem, quatenus & visibilia & inuisibilia ad laudem creatoris illam excitarent. Neque enim in oibus operibus suis Deus a rationali creatura laudaretur, si non opera Dei omnia a rationali creatura cognosceretur: Ut ergo perfecta esset laus Dei, monstrata sunt rationali creature opera Dei: ut eum intus & foris miraretur, & per admirationem proficeret ad dilectionem. Fa-

cta est creatura vna, cuius sensus intus totus erat: & creatura altera facta est, cuius sensus totus foris erat. Sensus angelorum intus erat, & sensus brutorum animalium foris erat. Angeli, quorum sensus intus erat, contemplantur quæ intus erant, & per ea quæ foris erant. Bruta animalia, quorum sensus foris erat, contingebant visibilia, quæ foris erant, sed non per ea similiter inuisibilia, quæ intus erant: quoniam qui inuisibilia uident, in ipsis visibilia uident: quoniam visibilia inuisibilibus cognoscuntur, sed non æque qui visibilia uident, inuisibilia in eis uident: quia sensus, quo inuisibilia percipiuntur, in summis infime comprehendit: sed sensus, quo visibilia continguntur, in infimis summa non caput. Sic itaque vna creatura erat, cuius sensus totus intus erat: & alia creatura erat, cuius sensus totus foris erat. Et positus est in medio homo, ut intus & foris sensum haberet. Intus ad inuisibilia, foris ad visibilia. Intus per sensum rationis, foris per sensum carnis: ut ingrederetur & contempleretur, & egrederetur & contempleretur, intus sapientiam, foris opera sapientiæ, ut utrumque contempleretur, & utrinque reficeretur: uideret & gauderet, amaret & laudaret. Sapientia, pascua intus erat, opus sapientiæ pascua foris erat. Et admissus est sensus hominis, ut ad utrumque iret, & in utroque refectorem inueniret. Iret per cognitionem, reficeretur per dilectionem. Sapientia liber erat scriptus intus, opus sapientiæ liber erat scriptus foris. Voluit autem postea adhuc scribi foris sapientia, ut manifestius uideretur, & perfectius cognosceretur: ut oculus hominis illuminaretur ad scripturam secundam, quoniam caligauerat ad primam. Fecit ergo secundum opus post primum, & illud euidentius erat: quoniam non solum demonstrauit, sed illuminauit. Assumpsit carnem non amittens diuinitatem: & positus est liber scriptus intus & foris: in humanitate foris, intus in diuinitate: ut foris legeretur per imitationem, intus per contemplationem: foris ad sanitatem, intus ad felicitatem: foris ad meritum, intus ad gaudium. Intus in principio erat uerbum, foris uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Liber ergo vnus erat semel intus scriptus, & bis foris. Foris primo per visibilibus conditionem, secundo foris per carnis assumptionem. Primo ad iocunditatem, secundo ad sanitatem. Primo ad naturam, secundo contra culpam. Primo ut natura foueretur, secundo ut vitium sanaretur, & natura beatificaretur.

De duobus bonis ipsius hominis. Cap. VI.

Quia uero homo ex duplici natura compactus fuerat: ut totus beatificaretur, duo eius illi bona conditor a principio præparabat, unum uisibile, alterum inuisibile. Vnum corporale, alterum spirituale. Vnum transitorium, alterum æternum. Vtrumque plenum, & utrumque in suo genere perfectum. Vnum carni, alterum spiritui, ut in uno sensus carnis ad iocunditatem foueretur, in altero sensus mentis ad felicitatem repletur. Carni uisibilia, spiritui inuisibilia. Carni ad solatium, spiritui ad gaudium. Ex his bonis unum dedit, alterum promisit.

*Homo cur
inter ange-
los & bru-
ta positus.*

*Christus li-
ber scri-
ptus intus
& foris.*

promisit. Vnum ut gratis possideretur, alterum ut per meritum quæreretur. Quod uisibile bonum erat, gratis dedit: quod inuisibile erat merito quærendum proposuit: ut ex dono gratuito probaretur & excellentia promissionis, & fides promittentis. Si enim tale & tantum est, quod gratis dedit: quale, & quantum esse putandum est illud, pro quo seruitium quærit? Rursum si bonitas tanta illi inerat, ut nihil meritis tam multa daret: quomodo malitia ei inesse poterit, ut seruientes non remuneraret? Ad hoc spectabat, quod visibilia omnia gratis data sunt homini: & continuo creatus, Dominus rerum constitutus est. Postea uero obedientia iniuncta est illi, & præceptum datum, ut primum mereretur, deinde remuneraretur. Non remuneraretur in his, quæ iam data fuerant in dono: sed in ijs, quæ proposita fuerant in præmio. Neque uero idcirco seruitium ab homine quæsitum est, quod omnipotens conditor hominis a se facti seruitio indigeret, sed ut ipse homo uera bona merito acquirit gloriôsius possideret. Et quia plus erat summæ bonitati & meritum dare & præmiû, quam sine merito solum præmium: pro temporibus autem & transitorijs homo seruire non debuit, ne dignitas humanæ conditionis ad uilitatē deduceretur, si pro his, quæ subiecta illi fuerant, seruire cogeretur. Propter hoc inuisibilia quasi uera bene seruienti post meritum promittuntur: ista autem quasi modica & transitoria gratis inter merendum adiunguntur. Ista interim ad solatium, illa postea ad gaudium. Ista ad sustentationem, illa ad glorificationem. Sine illis non potest homo beatificari in patria, sine istis non potest sustentari in uia. Propter quod talis factus est homo, ut interim nunc ad tempus istis indigeret, quatenus per ista indigentiam suam in illis agnosceret, & ut intelligeret ipsa, quia quod erat bonum, sibi sufficiens non erat, nisi illud quoque habere mereretur bonum, a quo erat. Hoc autem bonum illi fuit, quod ipse sibi sufficiens non fuit. Magna quippe dignitas humanæ conditionis: quod talis facta est, ut nullum ei bonum præter summum sufficeret. Et rursum magna libertas: quod interim arbitrio suo dimissa est, ut ad ipsum bonum summum cogi non possit: quatenus sola uoluntate ad illud iret, quod sola dilectione possidere deberet. Ut ergo interioris uitæ bonum quærare addisceret, exterior uita eius talis est facta: ut ad tempus per se stare non sufficiens, alio præter se & extra se bono sustentante indigeret.

De duobus præceptis, nature & disciplina. Cap. VII.

Bonum homini a Deo uel datum, uel promissum nihil profuisset: nisi & ad illud, quod datum fuerat, apponeretur custodia ne amitteretur, & ad illud, quod promissum fuerat, aperiretur uia ut quæreretur & inueniretur. Propterea ad bonum datum posita est custodia, præceptum nature: & ad bonum promissum aperta est uia, præceptum discipline. Duo ista præcepta data sunt homini, præceptum nature & præceptum discipline. Præ-

ceptum nature fuit, quod intus aspiratum est per naturam: præceptum uero discipline, quod foris appositum est ad disciplinam: intus per sensum, foris per uerbum. In his duobus mandatis totum continetur quicquid bonum uel faciendum uel cauendum præcipitur. In præcepto nature tria sunt, præceptio, prohibitio, concessio. Præceptum autem nature nos nihil aliud intelligimus, quam ipsam discretionem naturalem, quæ intrinsecus inspirata est, ut per eam homo erudiretur de his, quæ sibi uel appetenda uel fugienda fuerunt. Quasi enim quoddam præceptum dare erat, discretionem & intelligentiam agendi cordi hominis aspirare. Quid ergo cognitio faciendorum fuit, nisi quædam ad cor hominis facta præceptio: & quid rursum cognitio uitandorum fuit, nisi quædam prohibitio: quid uero cognitio eorum, quæ media fuerunt, existimanda est, nisi quædam concessio: ut illic homo suo libero arbitrio relinqueretur, ubi quamcunque partem elegeret, non læderetur. Deo igitur præcipere erat docere hominem, quæ sibi necessaria forent. Prohibere autem demonstrare noxia. Concedere uero insinuare ad utrumlibet se habentia.

De tribus generibus rerum. Cap. VIII.

In rebus enim uisibilibus, que per inferiorem uiam tam conditæ sunt, tria rerum genera creata inueniuntur. Quædam scilicet ad usum ipsius uitæ necessaria intantum, ut lædatur si non eis utatur. Quædam uero noxia, quibus si utitur læditur. Alia autem media sunt, quibus uti & non uti sine læsione potest. Nam quia uita ista inferior superioris uitæ imago est: congruū erat, ut in illis, quæ ad hanc uitam facta sunt, eorum, quæ ad superiorem uitam spectant, documentum homini proponeretur. Sunt autem, quæ per ista foris demonstrare debuerunt, quædam intus noxia uitæ spirituali, quibus ipsa similiter uti sine læsione non potest, ut sunt uitia omnia, quæ animæ corruptionem adducunt. Sunt item intus quædam salubria & necessaria, quibus sine læsione carere non potest: qualis est cognitio Dei, & cognitio sui, & uirtutes omnes, quæ ad sanitatē animæ operantur, & nutrimentum præstant. Sunt item alia, quæ adesse & abesse sine læsione possunt: & hæc ad utrumlibet se habent, quia salutem non impediunt quasi noxia, nec uelut necessaria operantur, qualis est cognitio rerum extrinsecarum, & alia quædam huiusmodi. Ad necessaria ergo & salubria pertinet præceptio: ad noxia prohibitio: ad media concessio.

De gemina custodia uitæ inferioris. Cap. IX.

Data est homini ratio & prouidentia, per quam hanc uitam suam inferiorem custodiret: eadem prouidentia naturali fugiendo noxia, salubria expetendo, medijs ad utrumlibet utens. Hac ergo custodia munitus, negligentiam uitare potuit, uolentiam repellere non potuit. In prouidentia enim hominis erat omnem negligentiam cauere, sed non æque in potentate hominis erat.

omnem violentiam repellere. Propterea rationi humanae adiuncta est providentia diuina, quatenus ratio humana in parte vna vigilaret contra negligentiam, providentia diuina in parte altera itaret contra violentiam. Hac itaque gemina custodia munita ciuitas vitae humanae, nullis aduersis laederetur: quia si ratio humana non tenuisset aduersus negligentiam, providentia diuina nunquam in homine violentiae locum dedisset. Quia vero ratio primum per negligentiam locum suum deseruit, diuina postmodum providentia iuste se a custodia subtrahit: ut iam in vita hominis nonnunquam violentia praeualeat, & ratio ipsa iam nunc etiam inuita cogatur sustinere, quod prius sponte cauere neglexit.

De tribus statibus hominis.
Cap. X.

Sed fortassis alicui quaerendum videatur, qualiter homo ante peccatum violentiam aliquam pati potuisset: qui si non peccasset (sicut videtur) omnino pati non potuisset? Si ergo omnino pati non potuit, violentia ei nocere non potuit: neque opus habuit custodia, ne violentiam pateretur; qui quodcumque illatum sibi fuisset, nihil omnino pateretur. Nam si violentiam pati potuit, quomodo etiam mori non potuit? Si autem mori potuit, quomodo immortalis fuit? Propter huiusmodi rationes solvendas, quae ab ijs, qui diligentius secreta scrutari solent, obiiciuntur, tres status vitae humanae prima consideratione distinguimus: & in his qualis homo fuerit siue in corpore, siue in anima (quantumque ab eo quod primum factus est mutatus sit, aut in quo idem persistit) necessario determinandum putamus. Primus status hominis fuit ante peccatum in eo, in quo fuit conditus. Secundus status est post peccatum (si tamen status dicendus est, & non potius ruina) in quem per peccatum, & poenam peccati post peccatum sequentem, est lapsus. Tertius status erit hominis post resurrectionem a mortuis, quando plene & perfecte tam a peccato, quam a poena peccati liberabitur: & non solum in id, in quo fuit conditus, sed supra id etiam usque ad illud, ad quod conditus fuit, restituetur. In primo statu diuisit Deus & homo: in secundo statu diuisit diabolus & homo: in tertio statu Deus totum accipit. In primo statu laus Dei erat, & aliquid praeter laudem, nihil tamen contra laudem Dei: in secundo statu nihil ad laudem, sed totum contra laudem Dei: in tertio statu totum ad laudem, nihil praeter laudem, nec contra laudem Dei. Ad laudem Dei charitas, praeter laudem Dei necessitas, contra laudem Dei iniquitas. In primo statu charitas, & necessitas: in secundo statu necessitas, & iniquitas: in tertio sola charitas.

De primo statu hominis, qui ante peccatum.
Cap. XI.

Quaeruntur autem plurima de primo statu hominis ante peccatum; qualis fuit homo prius-

quam peccaret: & qualis futurus fuisset, si non peccasset, & in corpore & in anima: mortalis an immortalis, passibilis an impassibilis: de termino inferioris vitae, & de transitu ad superiorem: de qualitate & modo viuendi, & de propagatione filiorum: de vita & de meritis nascentium ab ipso, & sequentium post ipsum: & multa alia, quae licet aliquando cum curiositate quaeruntur: vtiliter tamen sciuntur, si cum discretionem discutiantur. Nos vero in tam multis praecipue, quae a nostra intelligentia & capacitate remota sunt, responsionem nostram moderari oportet: & ab ijs, quae dubia non sunt, ea, quae probabiliter dicuntur, tantum distinguere. Ita periculum diligentis inquisitionis nullum erit, si praesumptio temerariae assertionis non fuerit.

De scientia hominis ante peccatum.
Cap. XII.

Si ergo quaeritur de primo homine, qualis ante peccatum fuerit: secundum animam quidem rationalis fuit, habens discretionem boni & mali: scientiam quoque rerum, quantum ad principium conditionis pertinuit, perfectam. Nam sicut (quantum pertinet ad perfectionem staturae & aetatis humani corporis) primum hominem perfectum credimus factum: ita quoque (quantum ad animam) cognitionem veritatis & scientiam (eam duxat, quae primae perfectioni congrua fuit) perfectam conditum accepisse putamus, & ad illam non studio aut disciplina aliqua per intervalla temporis profecisse: sed simul & semel ab ipso sui conditionis exordio vna ac simplici diuinae aspirationis illuminatione illam percepisse. Triplici autem cognitione primum hominem eruditum constat: cognitione scilicet creatoris sui, ut cognosceret a quo factus erat: & cognitione sui, ut cognosceret quid factus erat, & quid sibi faciendum erat: deinde cognitione quoque illius, quod secum factum erat: & quid sibi de illo, & in illo faciendum erat.

De cognitione rerum visibilium.
Cap. XIII.

Rerum enim omnium visibilium, quae cum homine, & propter hominem factae erant, perfectam cognitionem hominem accepisse nulli dubium esse debet, quantum videlicet siue ad animae eruditionem, siue ad corporalis usus necessitudinem pertinere videbatur. Nam idcirco ipse creator non a se, aut ab angelo aliquo singulis quibusque animalibus, sed ab homine nomina formari voluit: ut manifeste ostenderet, quod singulorum naturam, & usum, & officia ex insita sibi ratione homo agnouit. Quae enim propter illum creata erant, ab illo regenda, & disponenda erant: & idcirco horum omnium Deus illi, & scientiam tribuit, & providentiam reliquit. Ait namque Apostolus. Nunquid cura est Deo de vobis? Curam etenim bouum, & providentiam ceterorum animalium Deus homini reliquit, ut dominationi illius subicerentur, & ratione illius regerentur:

Deus curam ab homine animalibus nomina formari voluit.

1. Cor. 9

gerentur: ut a quibus debuerat obsequium accipere, sciret etiam illis necessaria providere. Hanc autem scientiam (quemadmodum & illam, quae carnis suae commoda & necessaria providere debuerat) quia homo peccando non perdidit: idcirco Deus postmodum illum per scripturas suas de eiusmodi erudire non curauit. De scientia vero animae sola idcirco homo, cum reparabatur, erudiendus fuit, quoniam solam illam prius peccando amisit.

De cognitione creatoris.
Cap. XIII.

Cognitionem vero creatoris sui primum hominem habuisse dubium non est. Quoniam si pro vita temporali conseruanda in rebus transitorijs tam magnam scientiam accepit, multo magis pro vita aeterna adipiscenda excellentiorem & abundantiorum in caelestibus cognitionem habere debuit. Cognouit ergo homo creatorem suum, non ea cognitione, quae foris ex auditu solo percipitur, sed ea, quae potius intus per inspirationem ministratur. Non ea quidem, qua Deus modo a credentibus absens fide quaeritur, sed ea, quae tunc per praesentiam contemplationis scienti manifestius cernebatur. Sciendum tamen est, quod illam primam cognitionem hominis, quam de creatore suo habuit, sicut maiorem & certiorum illa cognitione, quae nunc in sola fide constat, veraciter dicimus: ita etiam illa, quae postmodum in excellentia contemplationis diuinae manifeste reuelabitur, minorem necesse est confiteamur. Cognouit ergo creatorem suum homo, non tamen ita excellenter, sicut postea cognoscere debuisset, si persistisset. Sicut enim inobedientia hominis per subsequentem ignorantiam primae cognitioni multum abstulit: sic eidem cognitioni, si in obedientia homo persistisset, per subsequentem reuelationem plurimum addendum fuit. Modum vero cognitionis diuinae, quam ille primus homo habuisse creditur, explicare difficile est: excepto eo, quod diximus, quod per internam inspirationem visibiliter edoctus, nullatenus de ipso creatore suo dubitare potuit.

De cognitione sui. Cap. XV.

Porro cognitionem sui eundem hominem a prima cognitione sua talem accepisse credimus: ut & debitum obedientiae suae erga superiorem agnosceret, & debitum providentiae suae erga inferiorem non ignoraret. Hoc siquidem erat semetipsum agnoscere: conditionem, & ordinem, & debitum suum siue supra se, siue in se, siue sub se non ignorare: intelligere qualis factus esset, & qualiter incedere deberet, quid agere, quid cauere similiter. Hoc totum erat semetipsum agnoscere. Si horum cognitionem, & discretionem homo non habuisset, semetipsum non cognouisset: neque praeruaricationis horum postmodum extitisset reus, si prius ad eorum co-

gnitionem non fuisset illuminatus. Si autem quaeritur, utrum homo tunc a principio cognitionem eorum, quae circa ipsum ventura fuerunt, habuerit, id est lapsum & ruinam suam praescierit: & caetera omnia mala, quae primum in ipsum, postea per ipsum in omnes, qui fuerunt ex ipso, transferuntur: & similiter, utrum praescierit bona, quae habiturus fuisset, si in obedientia persistisset. Illud omnino probabile, & consequens esse videtur: quod ad institutionem & formam recte viuendi spectabat magis, ut ei facienda indiceretur potius, quam ut futura praedicerentur. Illud namque & arbitrij libertatem, & obedientiae puritatem minuere omnino videretur: si ipse homo ante meritum futurorum praescius diceretur: quia nec bona sperare cum praescientia malorum potuisset, neque cum praescientia bonorum mala ventura timuisset. Propter hoc igitur magis conueniens iudicatur, primum hominem eorum quidem, quae facienda fuerant, scientiam, & praecipuum accepisse: sed eorum, quae futura erant, praescientiam non habuisse: ut liberum ad utramque partem arbitrium staret. Et haec quidem de scientia hominis quantum ad primum statum pertinet, dixi: sufficiat.

Ho utrum a principio praescierit lapsum & caetera omnia mala, quae in ipsum & per ipsum in posteros transferuntur, & utrum es praescierit bona, quae habiturus fuisset, si in obedientia persistisset.

De qualitate liberi arbitrij per tres status.
Cap. XVI.

De arbitrij vero libertate quarum ad eundem statum spectat, in praesenti adijcimus. Liberum arbitrium hominem habuisse ante peccatum nullatenus ambigendum est, ea sane libertate, qua potuit siue ad bonum siue ad malum voluntatis suae appetitum inclinare: ad bonum quidem adiuuante gratia, ad malum vero solum Deo permitte, non cogente. Prima ergo libertas arbitrij fuit posse peccare, & posse non peccare: sicut vltima erit libertas posse non peccare, & non posse peccare. Prima libertas ad bonum quidem adiutorium habuit, sed ad malum infirmitatem habuit: sic tamen, ut nec ad bonum cogeretur, nec contra malum teneretur. Vltima libertas in bono gratiam habebit, in malo infirmitatem non habebit: nec solum gratiam in bono adiuuantem, sed etiam contra malum confirmantem: adiuuantem, ut sit posse non peccare: confirmantem, ut sit non posse peccare. Media libertas post peccatum quidem ante reparationem gratiam non habet in bono, sed infirmitatem in malo: & idcirco in ea est posse peccare, non posse non peccare: posse peccare, quia libertatem habet sine gratia confirmante: non posse non peccare, quia infirmitatem habet sine gratia adiuuante. Media libertas post reparationem ante confirmationem habet gratiam in bono, infirmitatem in malo: gratiam in bono adiuuantem propter libertatem, & gratiam contra malum adiuuantem propter infirmitatem: ut sit in ea posse peccare propter libertatem, & infirmitatem, & posse non peccare propter libertatem, & gratiam adiuuantem.

Qualis creatus sit primus homo secundum corpus. Cap. XVII.

Nunc superest, ut consideremus etiam qualis primus homo secundum corpus factus sit, hoc est an mortalis an immortalis, passibilis an impassibilis, & cætera, quæ de statu corporis humani querenda videntur. Primus igitur homo quantum ad naturam corporis terreni, & immortalis factus est secundum aliquid, quia potuit non mori, & secundum aliquid mortalis, quia potuit mori. Sicut enim in illo primo statu habuit posse peccare, & posse non peccare, quia hæc fuit prima arbitrii libertas: ita etiam in eodem statu habuit posse non mori, & etiam posse mori, quia ista fuit prima corporis humani immortalitas. In secundo statu habet posse mori, & non posse non mori, sicut etiam posse peccare, & non posse non peccare habet: quoniam in hoc statu est & moriendi & peccandi necessitas. Moriendi necessitas, quando adest vita: peccandi necessitas, quando abest gratia. In tertio statu habebit posse non mori, & non posse mori, sicut etiam posse non peccare & non posse peccare: quoniam ad hunc statum pertinet & moriendi, & peccandi impossibilitas.

Vtraque tamen ex gratia, non ex natura: quia si gratia non adesset, in altero moriendi, in altero peccandi naturæ possibilitas non deesset. Si ergo ultima immortalitas ex gratia erit, ubi moriendi possibilitas non erit: quanto magis prima immortalitas ex natura non fuit, ubi moriendi possibilitas fuit? Ergo primus homo ante peccatum immortalis fuit: quoniam in corpore eius corruptio, & infirmitas nulla fuit, & extrinsecus præter cætera fomenta ciborum, quibus corporalem vitam nutrire, & sustentare debuit specialem in ligno vitæ medicinam acceperat, qua eandem vitam contra mortis defectum sanam atque incorruptam potuit conseruare, donec ad veram immortalitatem, ubi iam mori non posset, transferretur, & translatus confirmaretur. Sicut ergo immortalæ non dicimus primum hominem fuisse ante peccatum, ut mori omnino non posset: sic etiam nequaquam impassibilem fuisse credere debemus, quati nihil omnino pati potuisset, quia naturam in se passibilem habuit. Sed tamen si non peccasset, sicut non mortuus: ita etiam siue ad molestationem voluntatis in mente, siue ad corruptionem integritatis in corpore passus omnino aliquid non fuisset. Nam quod primus ille homo non secundum qualitatem corporis terreni, sed ex beneficio vitalis edulij non mori potuit, manifeste scriptura ostendit: ubi eum ab eodem ligno eiectum, ne vitam ipsam perpetuam conseruare posset, testatur dicens. Ecce Adam quali vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & viuat in æternum: eiecit Dominus Deus Adam de loco voluntatis. Qui ergo de ligno vitæ eiectus dicitur, ne semper viueret: manifeste ostenditur ex ipsius ligni beneficio hoc habiturus, si semper viueret. Sic itaque primus homo ante peccatum natura mortalis &

Gene. 3.

& affectus ordinati secundum naturam uirtutes sunt naturales: quæ & si laudabiles sunt, quia bonæ sunt, & a natura sunt, non sunt tamen dignæ merito illo, quod est supra naturam: quia nihil in se habent præter naturam. Nihil tamen mereri etiam huiusmodi uirtutes non mihi conuenienter dici posse uidetur: quamuis extra bona hæc, quæ propter naturam condita sunt, nihil mereantur, quæ ex sola sunt natura. Virtutes autem, quas gratia reparatrix naturæ superaddita format, quia in merito aliquid supra naturam accipiunt, in præmio & supra naturam remunerari dignæ sunt: ut quibus amor Dei causa est in opere, præsentia Dei præmium sit in retributione. Sed in his uirtutibus, quæ per gratiam reparatricem sunt, primus Spiritus sanctus bonam uoluntatem operatur: deinde bonæ uoluntatis mouenti se, & operanti cooperatur. Primum bonam uoluntatem aspirat, ut sit: deinde bonæ uoluntati inspirat, ut moueatur, & operetur ut uacua non sit. Primum operatur eam, deinde operatur per eam. Bona enim uoluntas instrumentum est, Spiritus sanctus est artifex. Quemadmodum autem artifex primum instrumentum operatur, deinde per instrumentum. Et quod instrumentum operatur, primum, solus ipse operatur: quod uero postmodum per instrumentum operatur, non solum ipse operatur, sed instrumentum etiam ipsum, per quod ipse operatur. Sicut Spiritus sanctus quod primum bonam uoluntatem operatur in homine, solus ipse operatur: quod uero postea per bonam uoluntatem operatur, etiam non solus ipse operatur, sed & uoluntas, per quam operatur. Tamen opus bonum ex spiritu est, qui operatur, non ex uoluntate hominis, per quam operatur. In ipsa quidem est bonum, sed ex ipsa non est. Ex ipsa non est, quoniam aliunde accepit. In ipsa tamen est, quoniam habet quod accepit. Et idem ipsum & suum est, in quantum habet: & non suum, in quantum a semetipso non habet. Tali igitur distinctione facta (quod quædam uirtutes ex sola natura sunt, quædam ex gratia) si queritur, utrum primus homo in illo primo suæ conditionis statu uirtutes aliquas habuerit: nullatenus ambigendo putamus affectus bonos, & secundum iustitiam ordinatos naturæ illius a prima sua origine insertos, per quos ad bonitatem & iustitiam exequendam naturali appetitu trahebatur. Et in his quidem affectibus bonis naturales uirtutes constitisse, quibus a principio natura hominis formata est, & instructa. De illis autem uirtutibus, quæ uoluntate bona ex amore diuino mota perficiuntur, nihil temere circa ipsum (quantum ad primum illum statum pertinet) definire uolumus, præcipue cum de opere charitatis illius nullum siue ex autoritate siue ex ratione argumentum certum habeamus. Etsi quidem amare creatorem suum cepit: hoc tamen omnino laudabile non fuit, quia non perseverauit: quia motus incipientis uirtutis extinctus est, & abolitus per tempore culpæ subsequens.

Utrum ipse homo ante peccatum uirtutes fuerint.

Qualis

nondum tamen non posse peccare propter infirmitatem adhuc perfecte non ablatam, & propter gratiam confirmantem adhuc perfecte non consummatam. Cum autem infirmitas tota e medio sublata fuerit, & gratia confirmans fuerit consummata, erit non posse peccare. Non quia vel tunc aut arbitrii libertas, aut naturæ humilitas destruitur: sed quod gratia confirmans (qua præsentia peccatum nequaquam inesse potest) amplius non auferatur.

De uirtute hominis ante peccatum. Cap. XVII.

Si autem queritur, an uirtutes aliqua in ipso primo homine ante peccatum fuerint, & si in ipso uirtutes fuerint: Vtrum in eis aliquid meruerit: cum certe videantur uirtutes sine merito esse non posse. Nos quidem uirtutes dupliciter haberi respondemus, secundum naturam & secundum gratiam. Virtus namque nihil aliud est, quam affectus mentis secundum rationem ordinatus: qui secundum varias eiusdem mentis applicationes plurimi esse dicuntur, vnâ tamen radicem & originem habentes, uoluntatem. Vna enim uoluntas secundum quod se ad varia vel appetendo vel fugiendo inclinatur, varios format affectus, & diuersa secundum eosdem affectus nomina sortitur, cum tamen omnia hæc in vna sint uoluntate, & vna uoluntas. Uoluntas autem aliquando per naturam fugit, aliquando excitatur per gratiam: & est ipsa quidam natura per gratiam: sed alia est gratia creatrix, alia saluatricem. Per creatricem gratiam facta sunt, quæ non erant: per saluatricem reparantur, quæ perierant. Gratia creatrix primum naturæ conditæ quædam bona inferuit, gratia saluatricem & bona, quæ natura primum corrupta perdidit, restituit, & quæ imperfecta nondum accepit, aspirat. Per prima bona liberum arbitrium reparatur, per secunda bona liberum arbitrium operatur. In primis bonis Deus in homine operatur, in secundis bonis Deus homini cooperatur. Prima bona donum Dei sunt, non meritum hominis: secunda bona & Dei sunt per donum, & hominis per meritum. Prima dona gratia sunt, secunda dona gratia pro gratia. Quando ergo uoluntas hominis secundum naturam solum mouetur, extra naturam non meretur: quando uero secundum Deum mouetur, supra naturam meretur: quoniam illum meretur per quem, & propter quem mouetur. Omnis enim, qui uult, aliquid uult: & propter aliquid uult, quod uult. Quicumque ergo uult aliquid, & propter ea solummodo uult quod uult, quia natura hoc uult, uelle habet ex natura: qui autem aliquid uult, & propterea uult quod uult, quia Deus hoc uult, id uelle habet ex gratia: & hoc meritum hominis est, quod propter Deum uult quod uult, & propter Deum facit quod facit. Hoc namque Deus reddere habet, quod propter ipsum sit, siue uoluntate sola in uolendo, siue uoluntate & opere in faciendo. Bona igitur nature

passibilis fuit, qui tamen ex beneficio creatoris præcedente, & proprio studio subsequente facere potuisset, ut nec moreretur, nec in uita corruptionem pateretur: Quia ergo homo naturam passibilem habuit contra passionem custodia ei necessaria fuit: ut uidelicet per rationem propriam contra negligentiam cauendam excitaretur, & per prouidentiam diuinam contra uolentiam omnem illæsus conseruaretur: & sic utrinque munitus, nec moreretur, nec pateretur.

Quando homo si non peccasset, in hac uita inferiori manere debuisset. Cap. XIX.

Quandiu autem in hac uita terrena homo manere debuisset, argumentum aliud haberi non potest, nisi quia probabile omnino est, quod post peractam obedientiam, si in ipsa obedientia persistisset, statim ad præmium ipsius obedientiæ transferri debuisset: quatenus sine mortis interpositione de primo statu, ubi habuit posse non mori, ad alium statum transiret, ubi amplius mori omnino non posset.

De alimento eius. Cap. XX.

Interim uero vitam terrenam fructibus terrenis nutritur, donec ad illam vitam transferretur, ubi nullis profus alimentis indigeret. Sicut scriptum est. Factus est primus homo in animam uiuentem, secundus in spiritum uiuificantem. Quia enim quod uiuit, vitam habet: quia autem uiuificat, uitam dat, plus est omnino uiuificare quam uiuere. Propter quod (quia uita prima per se stare non potuit, uita autem nouissima aliunde sustentari opus non habebit.) primus homo in animam uiuentem factus dicitur: qui uitam quidem in se habuit, sed corpori per se solam, uitam dare non potuit: secundus autem in spiritum uiuificantem, qui & uitam habebit in se, & corpori dabit per se.

De studio eius. Cap. XXI.

Si autem queritur, quo studio uita humana, & si homo non peccasset, colenda & exercenda fuisset: non inconuenienter dicitur præter interna & spiritualia studia sapientiæ, & diuinæ contemplationis, foris etiam in terra cultura, siue in arando, siue in seminando, siue in plantando, & cæteris eiusmodi operibus, quibus natura bona exulta profectum capit in melius, primum hominem non ad laborem, sed ad delectationem exercendum: ut & opus esset ad delectationem, & exemplum ad eruditionem. Sic nanque exterior homo exercendus erat ab ipso studio exterioris operis, ut forma sumeretur studij interioris: & in eo, quod foris faceret, agnosceret quid sibi intus faciendum esset. Nam & intus similiter quædam terra erat, quæ bona quidē creata erat, & tamen si bene excoleretur ad M. Hug. a S. Vic. To. iij. Ss 3 huc

huc melior esse poterat: qua culta fructus bonos daret, neglecta vero mala & noxia germina proferret.

Si non peccasset homo quales filios genuisset.
Cap. XXI.

Post ista, quae iam dicta sunt, etiam illud quaerendum videtur, qualiter homo filios procreare potuisset, si non peccasset: qualesque futuri essent, qui ex eo nascituri essent. In huiusmodi ergo, sicut iam sepe diximus, diligenter considerare oportet: ut ab ijs, quae dubia non sunt, ea, quae probabiliter tantum dicuntur, discernamus. Quae enim nec auctoritas probat, nec ratio arguit manifesta, inter dubia relinquuntur: tamen ista non inutiliter aliquando in quaestione admittuntur, ut vel inveniatur quod verum est, vel saltem, quod falsum est, non concedatur.

Utrum iusti, an iniusti nascerentur.
Cap. XXIII.

Quia ergo coniugium inter masculum & feminam ante peccatum a Deo institutum, eisque ut crederent & multiplicarentur dono benedictionis concessum atque iniunctum legimus: commixtionem carnis in generatione prolis sine turpitudine & concupiscentia futuram nullatenus dubitare debemus. Qui ergo sine peccato generatur, consequens omnino est, quod etiam sine peccato nasceretur: quemadmodum ij, qui modo generantur cum concupiscentia, quasi ex ipso radice suae vitio corruptionem trahentes, nascuntur cum culpa.

Utrum paterna iustitia haeredes essent.
Cap. XXIII.

Illud etiam dignum inquisitione videtur, an paterna obedientiae meritum per incorruptam originem ad posteros omnes transire debuerat, quemadmodum nunc in obedientiae illius culpa per eandem originem vitiatam in uniuersos se effundendo dilatat. Quod si verum est, ita tunc in nascentibus foret ex merito parentum originalis iustitia, sicut nunc inuenitur in eisdem ex solo paterna transgressionis reatu originalis culpa. Idcirco tamen asserendum non est temere: quia non similiter videtur, quod quemadmodum nunc natura per inobedientiam ad corruptionem mutata cernitur, ita et tunc per obedientiam obseruatam (nisi usque ad tempus praedestinatum a Deo conseruata fuisset) ad incorruptionem mutaretur. Semel enim transgressi plena inobedientia fuit: sed non similiter perfecta obedientia fuisset, si in ipsa obedientia homo usque in finem non persistisset. Propterea sicut inobedientia uno tempore consummata naturam ad corruptionem mutauit: ita obedientia naturam ad incorruptionem non mutasset, donec tempore suo usque in finem seruata fuisset perfecta. Qui autem interim generarentur, a natura nondum adhuc ad veram incorruptionem transformata seminarentur.

neque nascendo originalis iustitiae meritum acciperent, quoniam & ipsi a quibus nascerentur, nondum adhuc perfecta obedientiae iustitiam haberent. Non autem potuit natura nascentibus dare, quod in generantibus nondum adhuc possidebat: quemadmodum & ij, qui nunc in peccato generantur, non aliud nascendo trahunt quam vitium, quod a natura, a qua seminantur, accipiunt. Sic itaque primus homo tempore obedientiae suae casto coniugio ad propagationem posteritatis institutioni diuinae seruiens filios generaret sine peccato quidem, quoniam ex natura ab omni vitio libera, sed non similiter paterna iustitiae haeredes, quoniam ipsa natura nondum foret ad incorruptionis praemium (quod nisi post peractam obedientiam dandum non erat) transformata. Postquam autem a vita aeterna ad caelestem & spirituales statum transformatus fuisset, amplius generare non debuerat: sicut modo per inobedientiam mortalitati subiectus a carnis tamen propagatione non cessat. Propterea igitur non videtur vna esse utrobique conditio, quia eadem ratio utrinque non apparet. Sunt tamen, qui credunt veraciter asserendum, quod primus homo si non peccasset nullos nisi bonos filios genuisset: & nemo omnium, qui ex eius carne nascerentur, damnaretur. Tamen illud merito quaeritur, utrum sola primi hominis obedientia probata, omnibus posteris ex eo nascituris ad meritum sufficere debuisset: an si singuli quique post eum temporibus suis (quemadmodum ipse primus probatus est) siue eiusdem, siue alterius cuiuslibet mandati obseruantia probandi fuissent. Et potest fortassis non absurde credi, quod idem mandatum, quod primo parenti datum est, posteris quoque illi obseruare debuerunt: ut singuli propria obedientia probarentur, & singuli pro meritis suis digna remuneratione glorificarentur. Primam tamen obedientiam obseruatam causam fore gratiae adiuuantes in omnes sequentes, & ipsam obedientiam obediendo imitantes.

Utrum simul transferendi fuissent: an per successiones. Cap. XXV.

De termino autem huius vitae inferioris, in qua usque ad tempus definitum homo manere debuerat, donec caelesti ac vere immortalis vita superindueretur, & post peractam obedientiam ad praemium obedientiae sine mortis interpositione transferretur, hoc magis rationi consentaneum, & fide dignum videtur: quod sicut in hac vita mortali alijs per mortem decedentibus, alijs per natiuitatem uicturi succedunt, ita quoque tunc praecedentibus post terminum huius vitae temporalis ad uitam aeternam translatis, hi, qui ex eis nati fuissent, decedentibus succederent: & ipsi quoque tempora sua impleturi, & obedientiam seruaturi donec tandem numerus ad uitam praedestinatorum impleretur, & tempus huius inferioris vitae genere humano deputatum consummaretur.

Utrum

Utrum perfecti nascerentur statura, & scientia. Cap. XXVI.

Sil vero quaeritur quales homo generare filios debuisset si non peccasset: utrum videlicet quemadmodum ipse primus homo secundum staturam corporis, & secundum sensum mentis perfectus mox conditus est: ita quoque qui ex eo nascituri fuissent, tam corpore quam sensu in ipso mox natiuitatis suae exordio perfecti esse deberent. Nos secundum existimationem nostram id magis approbamus: ut primus quidem homo, sicut diximus, & corpore & sensu perfectus mox factus fuisse credatur: illos vero, qui ex ipso nascerentur, eadem lege, qua & nunc natiuitatem humanam ordinatam cernimus, paruos nascituros: ac deinde per interualla temporum tam in sensu animi, quam in statura corporali incrementa accepturos. Sic enim in omni genere rerum aliam legem primam conditionem habuisse cernimus, atque aliam subsequenter propagationem. Prima enim omnia perfecta facta sunt: caetera autem omnia, quae ex ipsis oriuntur, & post ipsa subsequantur, nisi per interualla temporum crescendo ad perfectionem venire non possunt. Hoc in arboribus, & plantis, & germinibus cunctis: hoc in bestijs, & cunctis uiuentibus cernimus. Quia a modico uniuersa incipiunt: ac deinde paulatim per incrementa ordine ad perfectionem euadunt. Quocirca nequaquam pro uitio humanae naturae deputandum est si in principio suo a perfecto inchoata, per subsequentem propagationem a modico ad maiora & meliora proficiat. Et de corpore quidem humano fortassis difficile non erit, neque inconueniens uideatur hoc in existimationem recipere. Verum de sensu, & cognitione veritatis fortasse minus probabile existimabitur. Quod scilicet ij, qui sine peccato nascerentur, sensu & intelligentia mentis imperfecti nascerentur: propterea quod omnis ignorantia in rationali creatura non nisi ex poena peccati esse uideatur. Sed qui hoc dicunt, non satis diligenter considerant, quod non omnis, qui aliquid nescit, aut aliquid minus perfecte scit, statim ignorantiam habere siue in ignorantia esse dicendus est: quia ignorantia non dicitur nisi tunc solum cum id, quod ignorari non debuisset, nescitur. Talis itaque ignorantia non nisi ex poena peccati inesse cognoscitur: cum mens a lumine veritatis excacata ne ea, quae scire deberet, cognoscere valeat, proprio vitio obscuratur. Illam vero, quae in nascentibus cunctis & nunc a principio inesse videtur, & tunc quoque inesse debuisse creditur, sensus siue cognitionis imperfectionem, naturae esse non culpae: ex hoc manifeste liquet, quod Dominus in euangelio cum sub typo animae Samaritanam de occultis suis conueniret: primum eam quinque viros habuisse, ac deinde quem tunc habebat, virum eius non esse testatus est, dicens: Quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus vir. Qui sunt quinque viri, quibus anima rationalis primum legitime copulata dicitur, nisi quinque sensus corporis, secundum quos prima aetas vitae humanae sine rationis discretionem gubernatur: secundum quorum videlicet sensus

Ioan. 4

Samaritana uiri quinque mystici.

est

suum affectus incederet si illi aetate non natura, sed vitium esset, nequaquam ipsi sensus viri, sed ad alteri potius appellati fuissent. Praterea cum postea subiunctum est, quod ille, quem habebat, vir eius non esset: manifeste demonstratum est, quod ij, quos prius habuerat, quinque eius, hoc est legitimi, & non alieni fuissent. Naturale siquidem humanae naturae est, in prima aetate secundum solos sensuum affectus moueri atque incedere. Cum vero ad annos discretionis peruenerit, si relicta veritate errorem sequitur: eius error tunc non maritus, sed adulter appellatur. Quod autem prius secundum solum motum sensuum incedens operatur, nec malum ei ad culpam, nec bonum ad meritum reputatur. Non igitur infantibus etiam in peccato natis vitium est sine cognitione nasci, sed hoc eis vitium est cum tali scilicet vitio nasci, unde postmodum (cum ad annos discretionis peruenerint) contingat eos, si gratiam adiuuantem non habuerint, a cognitione veritatis (illa praesertim, quae ad salutem pertinet) praepediti. Quod si verum est neque vitium fuisset illis qui sine peccato nascerentur, sine cognitione etiam nasci: quia nihil in se nascendo habent, unde potest, cum ad tempus cognoscendi peruenerint, potuissent a cognitione, veritatis praepediti. Et nos quidem secundum hunc modum in rebus occultis ea, quae magis probabilia nobis videbantur, eligimus: ita tamen, ut in nulla parte dubia pro certis asserere praesumamus. Pro eo autem, quod propositum fuit nobis tractare, qualis primus homo conditus est: hoc praesenti abbreviationi volumus sufficere. Nunc autem reuertitur, ut id, etiam quod sequitur, hoc est scilicet qualiter institutus sit a Deo quantum interim animo occurrerit, & proposito nostro conuenire videbitur, explicemus.

De institutione primi hominis. Caput. XXVII.

Qualiter primus homo institutus sit a Deo & ad recte uiuendum informatus, ut plenius valeamus agnoscere, quod iam dictum est superius, oportet nos ad medium reuocare. Diximus nanque superius duo bona a principio a Deo homini praeparata, vnum corporale, alterum spirituale: vnum visibile, alterum inuisibile: vnum transitorium, alterum aeternum: vnum corpori, alterum spiritui: vnum inferiori vitae, alterum superiori, ut utraque vita iocunditatem suam haberet: alia ad fomentum, alia ad gaudium: alia ad necessitatem, alia ad felicitatem: alia ad usum temporis, alia ad fructum aeternitatis. Horum itaque bonorum, quae ad utranque vitam pertinebant, spiritui (qui ipsi carni in homine praesidebat) cura iniuncta est: quatenus scilicet alterum, hoc est corporale bonum ad usum inferioris vitae per praesidentiam disponeret: alterum vero, hoc est spirituale bonum ad fructum vitae superioris per obedientiam quaereret. Utrunque ergo ad spiritum rationalem pertinuit, ut carni suae praesideret & sibi. Carni quidem suae in bono, quod sibi ad usum eiusdem carnis erat subditum: sibi autem in bono illo, quod non solum carni, sed ipsi quoque, qui in carne

carne superior fuit, extitit dignitate praelatum. Quapropter ad inferius quidem bonum conferendum prouidentia pertinuit: ad superius autem bonum obtinendum obedientia necessaria fuit. Prouidentia ex ratione, obedientia ex præceptione. Prouidentia in præcepto naturæ, obedientia in præcepto disciplinæ. Sic itaque primus homo institutus est, ut vitæ inferioris bonum per prouidentiam custodiret, vitæ superioris bonum per obedientiam quæreret. Si ergo secundum hanc institutionem incessisset, perfectam iustitiam tenuisset: & sicut alienus fuisset a culpa, ita etiam liber & immunis permanisset a pœna. Ut autem huius institutionis modum vtrinque perfectius agnoscimus, vtrinque vitæ rationem & formam, & ea, quæ ad vtranque vitam spectare videntur, bona, eorumque usum diligentius nos considerare oportet.

De institutione hominis secundum inferiorem vitam. Cap. XXVIII.

Duo igitur bona, quæ superius distinximus, Deus homini ab initio præparauerat. Alterum temporale, & alterum æternum: vtrunque plenum & perfectum. Alterum, id est temporale bonum, plenum statim condito apposuit: alterum, id est æternum plenum post meritum dandum proposuit. Illi, quod dederat, custodiam apposuit cū prouidentia sua præceptum naturæ: ad alterum, quod proposuerat, viam aperuit cum sua gratia præceptum disciplinæ. Præceptum autem naturæ tria continet, præceptionem, prohibitionem, concessionem. Præceptio naturalis est discretio naturalis, per quam inspiratum est homini, quæ sunt naturæ suæ necessaria. Prohibitio vero est, per quam insinuatam est illi, quæ sunt noxia. Concessio autem est discretio eorum, quæ media sunt, id est quibus vti vel non vti sine periculo vel incommodo potest. Si ergo homo per naturale præceptum instructus negligentiam cauere voluisset, diuina prouidentia nulla eum violentia opprimi vel offendi permitteret.

De institutione hominis secundum superiorem vitam. Cap. XXIX.

Poterat itaque homo per præceptum naturæ conseruare bonum naturale, quod habuit: sed per illud non potuit æternum bonum (illud quod necdum habuit) adipisci. Neque enim ad vitam superiorem obtinendam meritum illi foret, si aut vitaret huic vitæ noxia, aut quæ salubria sunt appeteret, siue ad vtrumlibet mediis vteretur: quoniam in his omnibus non tam præcipientis affectum, quam commodum obedientis attenderet. Itaque ut homo super hanc vitam aliquid mereretur, necessarium fuit, ut præcepto naturæ præceptum disciplinæ adderetur: & ut in ipsius præcepti executione homo non tam præcepti vtilitatem, quam præcipientis dilectionem amplecti probaretur. Sed quid erit amplius, quod ad experiendam obedientiam hominis illi præcipiatur, cum totum, quod

ad vitam pertinet humanam; in præcepto naturæ contineatur? Quæcunque enim propter hominem facta sunt: aut necessaria sunt vitæ humanæ, & pertinent ad præceptionem: aut noxia, & pertinent ad prohibitionem: aut media, & pertinent ad concessionem. Mandatum autem disciplinæ neque de præceptione, neque de prohibitione naturali sumi poterat: ne si vel eadem præciperet Deus, aut prohiberet quæ prius præceperat & prohibuerat, meritum (ut dictum est) ad vitam obedienti non esset. Si vero in utrolibet mutaret mandatum: ut vel necessaria prohiberet, vel noxia præciperet naturam a se factam iniuste læderet. Et in repugnantia mandatorum eius, quæcunque pars ad effectum duceretur, hominem in necessitatem præuaricationis præcipitaret, cum e duobus contrariis alterum sine alterius transgressione implere non posset. Oportuit ergo, ut de concessione naturali præceptum disciplinæ sumeretur: quia solummodo meritum esse potuit, ubi liberum arbitriū fuit, & ubi homo ad vtrumlibet se pro voto inclinare potuit. Sed tamen oportebat, ut de ipsa concessione præceptum disciplinæ sumeretur, quatenus per præceptum concessio ipsa non mutaretur, id est ut præceptum naturam rei, de qua fieri debebat, non corrumpere: neque contra primum institutum vitæ humanæ noxiam faceret, quatenus sola inobedientia præuaricatori, non ipsius, in qua præuaricabatur, rei natura noceret. Cum autem de concessione naturali præceptum disciplinæ formandum fuisset: congruum fuit magis, ut secundum prohibitionem hoc fieret, non secundum præceptionem, ne diabolus posset obedientiam hominis calumniari: & in uno tantum, non in pluribus, ne inobedientia ipsa ualeret ab homine excusari. Si enim dixisset Deus homini, ut de ligno scientiæ boni & mali manducaret: haberet diabolus aduersus hominem aliquid, quod dicere posset: quod videlicet in executione mandati commodum suum magis quam præceptum creatoris sui respexisset, & ad perficiendum id, quod præceptum fuerat, non amore Dei, sed delectatione cibi adductus fuisset. Rursum si multa de his, quæ naturaliter concessa fuerant, Deus homini prohibuisset, & pauca concessisset, præuaricationis suæ homo aduersus Deum excusationem habere uideretur, pro eo quod necessitate magis quam voluntate ad præuaricationem impulsus demonstraretur. Propterea Deus hominem ad experiendam obedientiam mandato informans multa concessit, & pauca prohibuit: ut ipsa obedientia esset libera, & quæ prohibuit idcirco potius prohibuit quam præcepit, ut obedientia ipsa esset pura. De omni (inquit) ligno paradisi comede, de ligno uero scientiæ boni & mali ne comedas: ut scilicet prius infirmitatem sensus humani per confessionem consolaretur, ne forte postea ad prohibitionem terreretur. Si ergo homo in hac obedientia persistisset, post tempus definitum a Deo ad illud bonum, quod ei in cælis præparatum fuerat, sine mortis dolore transferri debuisset, cum omni prole sua post ipsum subsequente in confor-

tio beatorum angelorum vitæ cœlesti sine fine victurus.

De loco, in quo positus est primus homo. Cap. XXX.

Plantauerat autem Dominus Deus (sicut dicit Gen. 2. scriptura) paradysum voluptatis a principio, in quo posuit hominem, quem formauerat. Qualis autem paradysus fuerit, ubi homo probandus & exercendus positus est, subsequitur scriptura, & dicit. Produxitque Dominus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni & mali. Et fluiuis egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Patet ergo quantæ amenitatis locus ille fuit, in quo natura hois adhuc a corruptione aliena foueri ac nutrirī debuit: quæ fontibus & fluminibus irriguis, arboribus omnis generis frondosus & nemorosus, fructu tam pulchro ad videndum, quam suauis ad vescendum refertus prædicatur.

De ligno vitæ, Cap. XXXI.

Vbi inter cætera Dei dona ad iocunditatem vitæ humanæ præparata etiam illud mirandū commemoratur, quod lignum ibi vitæ esse dicitur: cuius virtus tam mirabilis fuisse perhibetur, ut incertis temporibus sumptum vitam corporalem in homine (quandiu ipse homo illo vteretur) non solum a morte, sed ab omni etiam defectu illæsam custodire potuisset.

De ligno scientiæ boni & mali. Cap. XXXII.

Lignum etiā scientiæ boni & mali ibi fuisse narratur: quod non similiter quidem ex natura sua scientiam boni & mali homini dare potuit, quem admodum lignum vitæ vitam in homine corporale natura sua & virtute sibi indita a Deo potuit conseruare: sed idcirco tantum lignum scientiæ boni & mali dicitur, quia ad probandum obedientiam hominis, siue inobedientiam experiendam parabat. Erat enim quedam bona, quæ necdum homo per experientiam cognouerat: & erant similiter quedam mala, quæ per experientiam adhuc nescierat. Et positum est quasi in medio lignum scientiæ boni & mali, ut per illud homo vel obediendo ad bona gustanda & cognoscenda transiret, vel non obediendo ad mala sentienda & percipienda pertingeret. Sic igitur in loco isto siue boni siue mali cognoscendi occasionem accipere debuit, non tamen ex natura ligni, quæ hoc homini ex se dare non potuit, sed quia in eo vel obediendo boni vel non obediendo mali pro debita remuneratione accepit occasionem. Si vero aliter vim huius nominis interpretari voluerimus, dicere poterimus, quod Adam ante peccatum bonum & malum sciuit: bonum quidem per scientiam & per experientiam, malum vero per solam scientiam. Postquam autem lignum

Lignū scientiæ boni & mali cur sic vocetur

vetitum tetigit, malum iam etiam per experientiam cognoscere cepit: atque per experientiam ipsius mali bonum quoque quam stricte fuerat tenendum agnouit. Sic igitur lignum istud per virtutem obedientiæ vel inobedientiæ culpam, prodesse aut nocere homini potuit. Quantum autem spectabat ad naturam ipsius, tale fuisse creditur, ut siue ederet siue non ederet homo fructum eius, non læderetur. Conuenienter autem lignum vitæ ex sua natura virtutem tribuit, lignum vero scientiæ boni & mali virtutis tantum occasionem præstitit, quia bona inferioris vitæ ex natura sunt, bona vero superioris vitæ ex gratia.

Quod homo in paradiso positus est, non creatus. Cap. XXXIII.

In tali ergo loco, & talibus delicijs referto positus est homo, non creatus: quatenus beneficiū Dei non naturæ imputaret, sed gratiæ: sicut scriptum est. Tullit Dominus Deus hominem, quem fecit, & posuit eum in paradiso voluptatis. Quem enim tulisse, & postea in paradiso posuisse dicitur: quod alibi creatus sit, & ut hic poneretur aliunde assumptus, manifeste demonstratur.

Quare vnus primus creatus est. Cap. XXXIII.

Creavit ergo Deus primum hominem vnum, ut vnus esset generis humani principium: quatenus in hoc & diaboli superbia confunderetur: & humanæ naturæ humilitas diuinæ imaginis similitudine glorificaretur. Diabolus namque aliud a Deo principium esse concupierat: & ut idcirco magis eius superbia confunderetur, hoc homo in dono accepit, quod ille peruersè rapere voluit, & obtinere non potuit: ut in hoc imago Dei in homine appareret, quod sicut Deus omnibus rebus creatio nis principium esset generationis: & omnes dum se ab vno, & vnum esse cognoscerent, omnes se quali vnum amarent,

Quare mulier de viro facta: & quare de latere. Cap. XXXV.

Postea vero in adiutorium generationis de ipso viro mulier facta est. Quoniam si aliunde fieret, vnum profecto principium omnium hominum non esset. Facta est autem de latere viri, ut ostenderetur, quod in consortium creabatur dilectionis: ne forte si fuisset de capite facta, præferenda videretur viro ad dominationem, aut si de pedibus, subiicienda ad seruitutem. Quia igitur viro nec domina, nec ancilla paraabatur, sed sociata: nec de capite, nec de pedibus, sed de latere fuerat producenda, ut iuxta se ponendam cognosceret, quam de iuxta se sumptam didicisset.

Quare dormienti costa abstracta est. Cap. XXXVI.

Et dormienti viro potius quam vigilianti costa de qua mulieris corpus fabricaretur, subtracta est:

Ita est: ne in eo poenam aliquam sensisse putaretur: & diuinæ simul potētis opus mirabile probaretur, quæ hominis dormientis latus aperuit, & eum tamen a quiete soporis non excitauit. Quantum vero pertinet ad spiritualem intelligentiam, idcirco primus Adam dormiēdo materiam, vnde illa sponsa crearetur, de latere suo præstitit: quoniam secundus Adam postea in cruce somno mortis soporatus, vt sponsa illius ecclesia formaretur, sanguinem cum aqua de latere suo fundendo sacramenta ministravit. Porro quod de costa viri mulieris corpus factum dicitur, ita intelligendum est: vt de sola ipsius costæ substantia sine omni extrinseco additamento, per diuinam potentiam in semetipsa multiplicata idem corpus factum credatur: eo sane miraculo, quo postea de quinque panibus in manibus Iesu cœlesti benedictione multiplicatis quinque sunt hominum millia satiata.

De sex modis operandi. Cap. XXXVII.

NSane sex sunt opera, quibus omnia, quæ fiunt, ad effectum perducuntur. Primum opus est de nihilo aliquid facere. Secundum opus est de aliquo aliqua facere secundum substantiam & quantitatem in maius. Tertium opus est de aliquibus aliquid facere secundum substantiam & quantitatem in minus. Quartum opus est de aliquo aliqua facere, non tamen secundum substantiam, & quantitatem in maius. Quintum opus est de aliquibus aliquid facere, non tamen secundum substantiam & quantitatem in minus. Sextum opus est de aliquo nihil facere. Ex his sex operibus quatuor soli Deo possible sunt, duo reliqua tantum creaturæ possibilitati conueniunt. De nihilo enim aliquid facere, & de aliquo aliqua facere in maius, & de aliquibus aliquid in minus, siue de aliquo nihil: solus Deus potest. Duo reliqua, id est, de aliquo aliqua non in maius, sicut cum totum in partes diuiditur, vel de aliquibus aliquid non in minus, quemadmodum cum partes in toto vniuntur, creatura facere potest. Cuius opus recte propterea nihil esse dicitur: quia per eius opus essentiis rerum siue in coniungendo diuisa, siue in diuidendo coniuncta nihil tollitur vel confertur. Vbi autē de nihilo aliquid fit, aliquid fit: quia hoc ipsum aliquid vt fit in eo fit, quod nisi fieret id ipsum quod est: aliquid non esset. Rursum cum de aliquo plus fit, aliquid fit: quia nisi in eo quod iam aliquid est, aliquid fieret: ipsum quod postea plus ibi est, non esset. Rursum cum de aliquibus aliquid fit: quia nisi illud, quod prius ibi plus fuit, aliquid factum esset, in eo quod minus modo est: illud omnino non esset. De nihilo aliquid factum est, quando id, quod prius nihil erat, ut aliquid esset factum est. Cum autem postea id, quod prius paruum factum erat, maius factum est: de aliquo aliquid in maius factum est. Cum vero quod magnum factum est, minus aliquando fit: de aliquo aliquid in minus fit. Primum est opus creationis. Secundum est opus multiplicationis. Tertium est opus vnionis siue collectionis. In primo opere fit aliquid, & de nihilo. In secundo opere fit aliquid, &

de aliquo. In tertio opere fit aliquid quidem, sed non de nihilo, quia quod fit habet materiam: neque de aliquo, quia cum fit ipsum habet in materia formam: sed cum duo sint, vnum fit aliud, & transit in illud, ut fit illud: & desinit quidem esse quod est, & tamen non desinit esse, quia incipit esse quod non est. Et cum fit illud quod esse incipit aliquid fit, quia illud aliquid est quod esse incipit, & quod fit: & tamen non de nihilo illud fit quod fit: quia priusquam hoc fieret aliquid fuit: nec rursum de aliquo illud fit quod fit, quia desinit esse, quod prius non fuit, quando esse incipit hoc quod prius non fuit. Quod dicimus pro exemplo in aliquo exprimamus. Omne quod est vnum, & omne quod vnum esse desinit, in hoc ipso esse etiam desinit, quod vnum esse desinit. Ita sine vnitate nihil sustinere potest. Verum ex his quæ sunt, & vnum sunt, alia vnitatem suam ex multis colligunt, qualia sunt composita & ex partibus consistentia, quæ vnum quidem esse habent, sed ex uno non habent, quia constant ex pluribus. Alia vnitatem suam ex vno habent, & in uno habent, quia vnum & idem est ipsum ex quo sunt & ipsum quod sunt, qualia sunt simplicia omnia & ex partibus non consistentia. Compositis ergo unum esse, aliud non est quam vnita esse: ideo vere vnum esse non est, quia ex multis & in multis est. Quibus autem simplex est esse vere vnum esse est: quia vnum est totum & quod est, & ex quo est. Sed ex his rursum quæ ex simplicitate vnum sunt, aliam vnitatem suam ex multis non colligunt, quia non sunt composita, nec vnitatem suam in multa effundunt, quia multiplicari non possunt, neque esse materia. Quales sunt incorporei spiritus, qui neque ex materia sunt, quia simplices sunt: neque materia esse possunt, quia corpora non sunt. Alia quidem vnitatem suam simul ex multis non colligunt, quia sunt simplicia: sed tamen vnitatem suam in multa effundunt, quia multiplicantur, & fiunt materia. Qualia sunt corpora simplicia, quæ atomos dicunt: quæ quidem ex materia non sunt, quia simplicia sunt: sed tamen materia fiunt, quia in semetipsis multiplicantur, & in augmentum excrescunt. Quando ergo simplex materia siue atomus simplex factus est: de nihilo aliquid factum est. Quando vero id ipsum simplex corpus in semetipso multiplicatur, & multiplex excrescit: fit aliquid de aliquo in maius. Quod licet mirabile videatur: maius tamen est de nihilo aliquid facere quam de aliquo plus facere. Hoc modo operandi de substantia costæ in se diuina uirtute absque extrinseco additamento multiplicata corpus mulieris factum est. Neque enim conuenit, vt costam, illam extrinsecus additamentum accepisse dicamus, quatenus in eam quantitatem excresceret, quæ corpori mulieris formando sufficere potuisset. Quoniam si hoc uerum esset: non de costa quidem, sed de illo, quod præter costam additum est (quod vtrique multo magis fuit) corpus mulieris factum esse conuenientius dici debuisset. Hoc siquidem in materia maius & principalius fuisset, & principalis materia vocari debuisset. Non itaque costæ illi

illi aliquid extrinsecus est additum, sed ipsa ex semetipsa diuina uirtute cooperante multiplicata est, quemadmodum postea naturam humanam a primis parentibus in subsequentem generationem feminatam a modico iam tantum multiplicatam cernimus, vt multa hominum millia ex ea iam excresuisse uideamus. Et hoc totum ad secundum opus pertinet, quando de aliquo fiunt aliqua in maius. **R** Cum autem per collectionem & vnionem multa in simplicem essentiam redeunt (sicut prius excrescendo per multiplicationem a simplici essentia plurima exiuerunt) tertium opus est: quod vtrum in occulto naturæ sine aliqua essentia diuina potentia operatur, vt. scilicet aliqua a multiplicata ad simplicitatem reducat, quæ prius a simplicitate ad multiplicitatem produxerat, sicut scire non possumus, ita etiam pertinaciter negare non debemus. Hoc tantum considerandum est, quod aliud opus est cum simplex essentia multiplicatur: aliud cum multiplex in simplicitatem reducit. Post ista tria opera, quæ soli Deo possible sunt, sequitur quartum & quintum opus etiam, quæ creaturæ conueniunt, in quibus nihil aliud est facere: quam vel coniuncta diiungere, vel separata coniungere. Sextum opus hoc est aliquid in nihilum redigere soli Deo possibile est. Quod siue aliquando faciat siue non faciat Deus, hoc tamē omnino certum est, quod qui potuit de nihilo omnia creare, posset etiam si uellet, creata in nihilum redigere. Post senarium operibus deputatum septenarius sequitur, cui non opus, sed quies debetur. Hæc opera idcirco distinctius propter eos, qui mirari solent, immo potius dubitare quomodo de costa viri mulier fit: & quomodo de modico paterno semine tam numerosa proles excrescere possit.

INCIPIT SEPTIMA PARS,
De lapsu primi hominis.

Quomodo inuidia diaboli lapsus est.
Cap. Primum.



Somino igitur mundi homine prouidentia diuina in loco deliciarum, quasi in parte potiori constituto, & ad conseruanda bona, quæ habebat eadem Dei prouidentia rationi humanæ adiuncta munito, atque ad illa bona, quæ habiturus erat, quærenda & obtinenda præcepto obedientie cum gratia operante instructo: uidit diabolus & inuidit, quod homo illuc per obediētiam ascēderet, vñ ipse per superbiam corruisset.

Quare diabolus in forma aliena ad hominem uenit. Cap. Secundum.

TVia vero per violentiam nocere non potuit ad fraudem se conuertit, vt dolo hominem supplantaret, quæ uirtute superare non pos-

set. Ne autem fraus illius omnino nulla esset, nimis manifestaretur: in propria forma venire non debuit, ne manifeste cognosceretur, & nullatenus reciperetur. Iterum ne nimis uolēta esset eius fraus, si pro sus occultaretur, & homo simul (si Deus eū tali fraude, quæ cauere non posset decipi permitteret) iniuriam pati videretur, in aliena quidem forma venire permissus est, sed tali, in qua eius malitia prorsus non celaretur. Vt igitur in propria forma non venire sua uoluntate factum est: vt autem aliam formam nisi talem, quæ malitiæ suæ conueniret, habere non posset, diuina ordinatione dispositum. Venit ergo ad hominem in serpente callidus hostis, qui fortassis, si permissus fuisset, in forma colubæ venire maluisset. Sed hoc vas Spiritus sanctus si bi referuauit, quia profecto dignum non erat, vt spiritus malignus illam formam homini odiosam faceret: in qua postmodum eidem Spiritus sanctus apparere debuisset.

Quare prius ad feminam uenit.
Cap. III.

Libet considerare quam timenda fuerit in principio ad tentandam uirtutem hominis huius hostis malitia. Quasi enim parum de suis uiribus presumens humanam naturam meam partem, ubi debitor uidebatur, aggressus est: ut si forte illic aliquatenus præualere potuisset, postmodum cum maiori fiducia ad alteram, quæ robustior fuit, pulsandam, aut posterius subuertendam accederet. Sciens ergo quod uerum esse: (quamuis adhuc dictum non esset) Væ soli: quia cum ceciderit, non habet subleuantem. Et si quispiam præualuerit aduersus unum, duo resistent ei: primum diligenter solitariam feminam explorauit, & inueniens: in ea primum omnem suæ tentationis conatum experiri disposuit.

Quare ab interrogatione exor use est.
Cap. IIII.

Considerate quanta est confusio & timiditas inæquitiæ in conspectu uirtutis. Stans coram & coram femina hostis superbus ex sola malitiâ cogitata nondum dicta confunditur: & quasi se iam prius quam etiam loqueretur deprehensum metuens, non audet exire in uerba persuasionis, donec animum tentandæ interrogatione presentiat. Cur (inquit) præcepit Deus uobis, ut non comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, uescimur: de fructu autem ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem. Nequaquam morte moriemini. Considerate incrementa perditionis. Primum dixerat Deus: In quocumque die comederis ex eo, morte morieris. Deinde mulier dixit. Ne forte moriamur. Nouissime serpens dixit. Nequaquam morte moriemini. Deus affirmavit. Mulier dubitauit. Diabolus negauit. Nequaquam autem diabolus contra mulierem uerba Dei negare præsumpsisset, si non prius

Eccl. 4.

Gen. 3.

Gen. 2.

prius ipsam mulierem dubitantem inuenisset. Quae ergo dubitauit ab affirmante recessit, & neganti ap-
propinquauit. Ipsa igitur sibi aliquid inchoauit ma-
litiā quae tentatori iniquae persuasionis dedit audaciā.

Quod non soli viro praeceptum datum sit.
Cap. V.

Sane hic considerandum, quod non quemadmodum
superius videtur soli viro praeceptum datum
sit. Ipsa enim mulier hic testatur sibi quoque mandatum,
ut lignum scientiae boni & mali non tangeret. Sed vo-
luit scriptura ostendere, quod mulier, quae viro subie-
cta fuit, diuinum mandatum non nisi mediante vi-
ro accipere debuit: ut sermo Dei primum quasi im-
mediate ad virum fieret, deinde mediante viro ad
mulierem quoque, quae subiecta viro fuit, & consilio
viri instituenda, perueniret.

De modo tentationis. Cap. VI.

Hoc autem diligenter considerandum quod callide
hostis primum, quod mulier timuit, malum ne-
gando remouit: ac deinde, quod ipse intēdit, malum
libere persuasit. Nouissime autem ad ipsam persuasio-
nem fulciendam promissionem adiunxit, & ut eadē
persuasio citius reciperetur, promissionem dupli-
cavit. Qui enim vnam tantum comestionem suavit: pro
vna duo reponens in praemio similitudinem Dei,
scientiamque boni & mali spondit. In persuasionem igitur
cibi hominem tentauit gula. In promissione diuini-
tatis, & cognitionis vana gloria & auaritia. Im-
moderata namque, edendi concupiscentia, gula est.
Desiderium autem inordinatum excellendi, vana glo-
ria. Nihilius vero appetitus habendi vel possiden-
di, auaritia.

Quae mala fuerunt in originali peccato.
Cap. VII.

In originali igitur peccato tria vitia fuerunt. In
obedientiae duae, & peccatum vnum. Tria vitia
fuerunt, superbia, auaritia, gula. Duae inobedientiae
vna in praeecepto naturae, altera in praeecepto discipli-
nae. Et haec omnia, quia in vno actu sunt completa, vnum
peccatum dicuntur. In vitijs prima fuit superbia,
secunda auaritia, tertia gula. In superbia & auari-
tia, inobedientia fuit de praeecepto naturae. In gula
sola, inobedientia fuit de praeecepto disciplinae. Nul-
quam enim legitur Deus prohibuisse homini, ne similitudi-
nem diuinitatis, vel scientiam boni & mali concu-
pisceret. Quia tamen inordinate hoc concupiscentis, con-
tra suam rationem fecit, quodammodo naturalis praeecepti pra-
uaricator extitit. De solo ligno scientiae boni & mali le-
gimus, quod prohibuit Deus homini ne illud contin-
geret: & idcirco dum mulier illud apperendo teti-
git, de praeecepto reatum disciplinae inobedientiae incurrit.

*Quod mulier delectatione promissionis
persuasioni assensum dedit.*
Cap. VIII.

Idcirco autem superbia, & auaritia in originali
peccato priusquam gula vitium mentem hominis decep-
tavit.

tam obtinuisse dicimus: quia nisi prius mulier id,
quod promittebatur, appetiuisset, nequaquam post-
modum in eo, quod suadebatur, assensum praebuis-
set. Sed quia prius peruersae delectata est in promif-
sione, postmodum stultum assensum praebuit in
persuasionem. Primum enim promissam excellentiam
per superbiam appetijt, deinde promissam abundan-
tiam (& qualis talem excellentiam decebat) per
auaritiam concupiuuit. Postremo, ut haec duo pro
voto obtinere mereretur, cibum vitium gulae vi-
tio corrupta gustare consensit. Primum quidem con-
sensit pro alia, quae dilexit: postmodum respiciens
& concupisibile videns tantum in concupiscentiam exar-
sit, ut iam et si praemium nullum esset, pro se tantum pla-
ceret, quod vidit. Primum igitur quasi conducta pra-
tio est ad consensum, postea propria delectatione
attracta descendit ad actum. In superbia, & auari-
tia praetij cupiditate allecta se vendidit. In gula autem
postea delectata libenter iam gratis seruire coepit.
Nam cum amore promissionis prius mens stulta
fleteretur: vidit (inquit scriptura) mulier lignum,
quod esset pulchrum visu, & ad vescendum suauem, &
tulit de fructu eius, & comedit. Primum per super-
biam, & auaritiam videre consensit, postea in visu
speciem agnouit: deinde in specie suauitatem ap-
prehendit. Per suauitatem autem in concupiscentiam
gulae exarsit, nouissime per concupiscentiam deu-
cta accepit, & comedit. Sic igitur primum pro pra-
tio ad seruendum peccato se vendidit: postea pro
propria delectatione euicta libenter iam gratis etiam
coepit seruire. Ita nonnunquam mens inuita in sua
perfectione primum quodam proposito praemio
ad seruendum Deo excitatur: deinde in amorem
bonitatis cum excrecere coeperit, in eius seruitu-
te sola voluntaria delectatione tenetur.

De duobus generibus tentationum.
Cap. IX.

Porro sciendum est duo esse tentationum gene-
ra, vnum exterius, alterum interius. Exterior
tentatio est, quae nobis exariscus malum siue visibi-
liter siue inuicibiliter faciendum suggeritur. Interior
tentatio est, quae ex motu praeue delectationis intus
animus ad peccandum sollicitatur. Haec autem tenta-
tio difficilius vincitur, quia interius oppugnans de
nostro contra nos roboratur. Propterea diabolus
veniam non meruit, quia sine vlla tentatione pec-
cauit. Homo vero, quia sola exteriori tentatione pulsa-
tus cecidit, tanto grauius plectendus erat, quanto
leuiori impulsu prostratus fuerat: & tamen quia aliqua
(quamuis modicam) ad cadendum occasionem
habuit, idcirco hunc tandem ad veniam Dei gra-
tia erexit. Nos vero quanto grauiorem in peccan-
do tentationis uolentiam patimur, tanto leuiori
piaculo ad gratiam amissam renouamur.

Vter plus peccauit Adam, an Eua.
Cap. X.

Querunt et quidam, vter plus peccauerit Adā
an Eua. Sed sicut dicit Apostolus. Mulier
seducta

seducta est, non uir. Eua quippe seducta est, quia ue-
rum esse credit, quod diabolus dixit. Et idcirco non
solum inordinate similitudinem Dei cum scientia
boni, & mali appetijt, sed in tantam prolapsa peruer-
sitate uerisimiliter putatur, ut Deum ex inuidia li-
gnum scientiae boni & mali homini uetuisse crederet,
ne ipse homo ex eo gustando ad aequalitatem ipsius
proficere potuisset. Haec est enim illa peruersa similitu-
do, quae creaturae non conuenit: quae ex imitatione
non quaeritur, sed ex comparatione. Hanc ergo mu-
lier in superbiam elata appetijt: & ne hanc habere
potuisset, ipsum creatorem inuidia tactum lignum hoc
ueruisse putauit. Voluntaria ergo malitia se contra
creatorem suum erexit, peruersae contra ipsum uolē-
do, & impie de ipso sentiendo. Adam uero non est
seductus, quia quod diabolus promisit, falsum esse
sciebat. Neque idcirco pomum ueritum comedit,
quasi per illam comestionem Deo parificari se pos-
se crederet, uel etiam parificari uellet: sed tamen ne mu-
lieris animus, quae sibi per affectum dilectionis so-
ciata fuerat, eius petitioni & uoluntati resistendo con-
tristaret. Maxime quia putauit se & mulieri morem
gerere, & postea per poenitentiam & ueniam postula-
tionem creatori posse placere. Vere igitur dictum est,
quia minus peccauit, qui de poenitentia & misericordia cogi-
tauit: peccauit tamen, quia peccanti consensit, & pec-
cantem non correxit. Et idcirco quae in peccato origi-
nali est culpa (quamuis dissimiliter) ad utrumque tamen to-
ta redundat: in illa quidem, quia peccauit: in istum
quia peccanti consensit, & peccatum illius consen-
tendo suum fecit. Et hoc quidem modo primus ho-
mo a diabolo seductus est, ut peccaret. Si autem interi-
us considerare uoluerimus quomodo peccatum in eum
uenit, aut et quid sit ipsum peccatum, quod naturam bonam
uitiat, & tollit pulchritudinem, & integritatem il-
lius: quaedam de interioris hominis qualitate, quae
ad hanc considerationem necessaria uideantur, in
medium proponere oportet.

De appetitu iusti, & appetitu commodi.
Cap. XI.

Duo quaedam posuerat Deus in homine a prin-
cipio, quibus natura illius tota regeretur, &
conduceretur ad consummationem finis sui. Duo
hic erant, appetitus iusti & appetitus commodi. Vnum
id est appetitum iusti dederat, ut in esset ad uoluntatem.
Alterum id est appetitum commodi dederat, ut in-
esset sibi necessitate. Vnum uoluntarium, alterum, necessa-
rium. Appetitum iusti propter uoluntarium esse uoluit,
ut in eo promeretur homo siue bonum, si uidelicet eum
retineret cum posset deserere: siue malum, si eum de-
sereret, cum posset retinere. Appetitum autem commo-
di propterea necessarium uoluit esse Deus, quatenus
in eo remuneraretur homo siue ad poenam, si alterum. i. appe-
ritum iusti desereret: siue ad gloriam, si eundem appe-
ritum, si iusti retineret. In appetitu iusti Deus meri-
tum hominis constituit, in appetitu uero commodi praemium.
Propterea appetitum iusti solum uoluntati hominis sub-
iicit, quia nisi in uoluntate & libero arbitrio meri-
tum esse non potuit. Post hos duos appetitus duo esse
actus illorum subsequerentur, iustum & commodum, dissi-

militer tamen & ordine contrarius. Appetitus quippe
iusti siue affectus separabilis est: quia sibi uoluntatem
inest, sed effectus illius id est iustum siue iustitia in se
parabilis ab illo est, quia appetitus iusti sine iustitia ef-
se non potest. Ipsa enim iustitia appetere, sibi aliquid iusti-
tiam habere est. Affectus ergo iusti a uoluntate sepa-
rari potest, sed effectus eius. i. iustitia ab affectu ipso se-
parari non potest. Rursum appetitus commodi insepara-
bilis est, quia sibi necessitate inest, & a uoluntate ratio-
nali nunquam separari potest. Effectus autem eius. i. commodum est
cum non habetur potest. Et in hoc summa constat pe-
na cum creatura poena addita, neque commodum suum
fastidire potest propter immutabilem naturam, nec habere
potest propter irremissibile culpam. Propterea igitur Deus affe-
ctum iustitiae homini separabilem dedit: & ipsi affectui
cum in esset effectum suum, hoc est iustitiam inse-
parabiliter adesse instituit. Affectum commodi inse-
parabilem tribuit, & effectum illius, hoc est com-
modum non aquae inseparabiliter adesse praecipit,
quatenus homo uel illo solo scilicet appetitu iusti
amisso, huius & illius effectum perderet, uel illo so-
lo retento unius & alterius effectum retineret. Sed
homo solum quod potuit fecit: & quia appetitum
iusti sponte dereliquit, idcirco merito & iustitiam,
& commodum perdidit, solum appetitum commo-
di & augmentum infelicitatis retinens. Sicut enim
augmentum gloriae fuisset iniustitia perseveranti
non posse ab amore & desiderio haberi boni tepes-
cere, ita cumulus miseriae est ab appetitu boni non
posse se se (quamuis illud adipisci nequeat) cohibere.

*Vtrum homo uolens, an nolens appetitum iusti per-
didit. Cap. XII.*

Sed mirum uidetur, si homo prius appetitum iu-
stiae habuit: quomodo postmodum illum ami-
sit. Vtrum uidelicet nolens, an uolens illum deser-
uit. Si enim nolens deseruit, uel potius, si nolens per-
didit, necessitatem passus est, iniquitatem non fecit.
Neque uolentia patientis culpa dicenda est, sed in-
feretis. Si autem uoluntas in eo praecessisse dicitur,
quia iustitiae affectum spontanea quadam delibera-
tione abiicit: iam ipsa desertio iustitiae primum pec-
catum fuisse negatur, quia uoluntas mala illam pre-
cessit, per quam facta est. Nec potest inueniri unde
uoluntas talis homini aduenit, qua uellet bonum,
quod habuit, deserere: quoniam neque a semetipso
uelle habere potuit, neque a Deo quicquam praeter
commodum & iustum uelle accepit. Sed conside-
randum est, quod cum iustum appetere nihil aliud
sit quam iustitiam uelle: appetitum iusti deserere id est
est quod iustitiam uelle desinere. Qui autem uelle desi-
nit, non uolendo uelle desinit, sed a uoluntate cessa-
do, quod quemadmodum ille, qui aliquid facere desi-
nit, non faciendo desinit, sed cessando & quiescen-
do ab eo, quod facit. Quia ergo homo appetitum
iusti deserens non uelle coepit, quod prius noluit, sed
tantummodo quod prius uoluit, uelle desijt: non
necesse est, ut hoc aut uolens aut nolens fecisse dica-
tur. Uoluit tamen aliquid, quod quia cum isto uelle
non potuit desijt istud uelle, quod uoluit. Nec isto
illud uoluit, quia istud uelle desijt: sed potius ideo
M. Hug. à S. Vict. To. iij. Tit. iustid

istud uelle desijt, quia illud uoluit. Peccatum tamen & iniquitas eius propterea non ex eo pendet, quia illud uoluit: sed quia illud uelle desijt, qm̄ si hoc uelle non desineret, siue illud siue aliud uolendo nunquam peccare potuisset. Quid autem illud fuisse dicetur, quod uolendo iustum uelle desijt, nisi quod aliquid extra mensuram uoluit, in qua sola iustitia fuit: Quicquid .n. extra mensuram est, iustum esse non potest. Sed quæ fuit ista mensura, in qua uoluntas hominis esse debuerat, ut bona esset, & malum in ea non esset, hoc diligentur considerare oportet.

Quod iustitia sit mensura. Cap. XIII.

L Vo bona præparauerat Deus homini, unum temporale, alterum æternum, ut temporali uteretur, & æterno frueretur. Sed quia boni uti uel frui laudabile non est, nisi bene utaris & fruaris: de finis est homini mensura, secundum quam bonis suis, & malis bene uteretur, æternis bene frueretur.

De mensura inferioris boni. Cap. XIII.

Modus autem mensuræ in usu inferioris boni quadrupertitus constabat. Primo ut uteretur his tantum, quibus uti deberet. Secundo ut qualiter deberet. Tertio, ut quantum. Quarto, ut quando: horum quodcumque homo præteriret, mensuram amitteret.

De mensura boni superioris. Cap. XV.

Nodus autem mensuræ in fructu superioris boni bipertitus tantum inueniebatur. Primo ut sciret homo, qualiter illo bono frui deberet. Secundo ut etiam, quando eum illo bono frui conueniret, agnosceret. Nam quo bono ibi fruendo esset, idcirco quærendum non erat: quoniam non nisi bonum unum solum ibi erat. Similiter & quantum illo bono fruendum esset, omnino quærendum non erat: cum sine dubitatione constaret, quia quoniam magis illo frueretur quis tanto utiq; felicius esset. Illic autem solum mensura quantitatis quærenda est, ubi parum aut nimium esse potest. Fructus autem huius boni ita se habet, ut in eo, qui minus possidet plenum sit: & quod amplius non sit superfluum. In hoc ergo solo mensura constabat, ut agnosceretur qualiter illo bono frui deberet, ne inordinate illud (non quidem ad imitationem sicut creaturæ conuenit, sed ad æqualitatem quæ creaturæ possibilitatem transcendit) possidere concupisceret. Similiter ut attenderet, ne illud ante tempus præripere festinaret: cum illud, priusquam obedientiam consummasset, accipere non deberet. Sicur igitur in his bonis commodum hominis constitutum erat, sic in mensura utendi uel fruendi bonis his iustitia eius esse debuerat. Et quæ admodum uoluntas ei data fuerat, qua bona sua & in bonis suis commodum suum appeteret: ita & uoluntati eius insitum fuerat, ut ipsa ei mensura, secundum quam eisdem bonis suis uti uel frui debuerat, non displiceret. In

eo igitur, quod bona sua amauit, consideramus appetitum commodi. In eo autem, quod mensuram commodi in bonis suis dilexit, intelligimus appetitum iusti. Si ergo mensuram semper homo dilexisset, iusti appetitum non amisisset. Mensuram autem semper dilexisset, si extra mensuram nihil uoluisset. Ex quo autem extra mensuram aliquid uelle cepit, mensuram uelle cessauit. Postquam autem cessauit uelle mensuram, destitit amare iustitiam. Et in ipso iustitiam perdidit, quo ipsum iustitiæ amorem amisit. Sicut enim iustitia amatore suo non deesse potest: ita illi, a quo non amatur, nullatenus adesse potest. In hoc igitur mensura hominis fuit, quod appetitum suum extra mensuram extendit, & secundum qualitatem quam creatori suo parificari uoluit: & secundum tempus, cum ante meritum premium præripere festinauit. Cum igitur summum bonum appetijt, bonum appetijt, sed bene non appetijt: quia illud & immoderatum, & intempestiue apprehendere concupiuit.

Quodnam malum fuit in homine. Cap. XVI.

Videte ergo, quod ibi fuit malum. Nam bonum, quod appetebatur, malum non fuit: & uoluntas, qua appetebatur, similiter in quantum uoluntas fuit, & in quantum ad bonum fuit, malum non fuit: sed quod sine mensura appetebatur, hoc solum malum fuit. Ergo uoluntati hominis nec hoc malum est, quod uoluntas est, quia aliquid est: & omne, quod aliquid est, bonum est: nec hoc malum est, ad quod est, quia similiter aliquid est: & omne, quod aliquid est, bonum est: sed quod sine mensura est, hoc malum est. Hoc .n. esse non est aliquid esse: sed est aliquid non esse, quod esse deberet. Et ideo malum nihil est, cum id, quod esse deberet, non est. Hoc ergo malum, id est non esse, quod esse deberet, cum alibi uel pœna sit, uel ad pœnam sit: in rationali uoluntate culpa est: quia quoties in ipsa est, ex ipsa & per ipsam est. Ex ipsa, quia libero: per ipsam, quia arbitrio ipsius factum est. In quo a similitudine Dei quadam peruersa imitatione recedit, ex quo, & per quem, & in quo est omne quod est: quia cum praua efficitur, ex ipsa, & per ipsam, & in ipsa hoc solum est, quod nihil est. Et hoc illi peccatum est & iniustitia & culpa: ex qua turpis apparet, & reprehensibilis, & digna reprobatione: quia non habet formam suam, nec decorem, nec pulchritudinem, pro qua amari debuisset, & adduci ad gloriam.

Quod homo, quia in appetitu iusti peccauit, in appetitu commodi punitus est. Cap. XVII.

Quia ergo homo appetitum iusti deserens peccauit, in retento appetitu commodi punitus est. Nam ille prope ea sic datus est, ut inseparabiliter rationali uoluntati adesset: quatenus in eo uel puniretur, si a iustitia recederet: uel remuneraretur, si in iustitia permaneret: cum utique pœnam omnino pati non posset, si commodum nullum appeteret. Incommodum puipe nihil aliud esse constat, nisi quod uoluntati suæ siue appetitui contrarium esse probatur. Quia igitur homo appetitum iustitiæ deseruit: appetitus commodi solus illi ad pœnam remansit. In

quo

quo quidem dupliciter punitur: siue cum ab ijs, quod ordinate appetit restringitur, siue cum ad alia commoda, quæ ordinate appeti non possunt, appetenda relaxatur. In altero est pœna, in altero pœna & culpa. Mensura autem superioris appetitus in libero arbitrio posita fuerat. Mensura uero inferioris appetitus concessa in dono. Quapropter illam tenere uelle, uirtutis fuisse: istam autem retinere posse, felicitatis. Unde sicut culpa fuit illam non tenuisse: ita pœna facta est illam amisisse. In qua tamen pœna etiam culpa fuit: quia & hoc quoque mensuram non tenere contra iniustitiam fuit. Hæc autem culpa præcedens culpæ pœna fuit, quia nisi spiritus in appetitu suo mensuram deseruisset, caro subiecta spiritui aduersus ipsum spiritum in suo appetitu terminum mensuræ non transiret.

Quare inferior appetitus mensuram non tenet. Cap. XVIII.

Reus etenim primi hominis corpus sanum, & integrum condiderat. Sanum, quia nihil illi inerat ad corruptionem. Integrum, quia nihil ei de erat ad perfectionem. Sed in utroque talem conditionem posuerat: ut nec integritas, nec sanitas sine adminiculo posset conseruari: Itaque in rebus creatis forinsecus quædam ordinauit, quæ ad conseruandam atque tuendam incolumitatem siue integritatem eius ualere potuissent.

Quod spiritui cura carnis iniuncta est. Cap. XIX.

Shorum autem pro uidentorum curam & officium spiritui, qui corpori præsidebat, iniunxit. Nam sicut Deus præsidebat spiritui, ita spiritus præsidebat carni, & ipsa caro iumentum spiritus erat. Propterea ad sessorem pertinebat, ut iumentum suo pabulum prouideret ne deficeret, & hoc solum fortassis tunc sufficere potuisset. Nam modo præter pabulum, & fræno, & calcaribus opus habet. Fræno quidem, ut feruentem, & præcipitem a malo cohibeat: calcaribus autem, ut ad bonum faciendum excitet pigrum. Tunc ergo solum pabulum ministrans sine fræno & calcaribus suauiter portaretur: & si forte frænum ibi esset, quo per se nescia incedere regeretur: neque pungi tamen oportet haberet, quia non esset pigra: nec cohiberi, quia non esset impetuosa. Quia ergo spiritus sessor erat: iniunctum est ei officium, ut iumentum suo pabulum prouideret. Ne ergo in illo exequendo (si sola præceptione, non etiam amore impleret) seruili conditione premeretur: dedit ei Deus affectum, quo corpus suum amaret: ut sicut eius integritatem, & sanitatem diligeret: sic etiam omnia, quæ ad illam seruandam ualere, libenter prouideret. Rursum ne uel in illis quærendis labor esset, uel in sumendis periculum: indigentiam simul, & appetitum carnalem certa mensura temperauit, quatenus ei ad fomentum & pauca sufficere potuissent: & ad satietatem modica. Itaque prouidentia carnis non tam labor, quæ oblectamentum, & exercitatio futura fo-

ret, si homo iustitiam tenuisset. Sed quia spiritus supra se elatus appetitum suum intra mensuram cohibere noluit: idcirco ad laborem & miseriam illius factum est, ut iam in appetitu carnis suæ mensuram tenere non posset. Propter peccatum enim spiritus puniendum fregit Deus mortalitatem integritatem corporis humani, & ob hoc pluribus iam fomentis indiget quam prius, tam ad reparandam incolumitatem quantum perijt, quam ad conseruandam quantum remansit. Hinc illa dira necessitas gignitur: ut extra ordinem primæ dispositionis necessario appetitum extendat: quatenus scilicet non solum naturam custodiat, sed etiam ut ipsius naturæ uitium, & corruptionem expellat: Spiritus enim sicut naturaliter datum est ei commodum carnis suæ diligere: sic naturaliter etiam habet, ut eius incommodum non possit amare.

Quod necessitas concupiscendi non excusat, quia a uoluntate uenit. Cap. XX.

Sciendum uero est, quod hæc necessitas concupiscendi non ideo culpa non est, quia necessitas est: quia ut esset hæc necessitas, non necessitas causa fuit, sed uoluntas. Sed quid dicemus? Si hoc naturaliter habet homo, ut incommodum suum amare non possit, neque commodum suum fastidire. Ergo quicquid appetit, commodum illi est, & non appetit nisi commodum suum unquam. Quod si uerum est, quare reprehenditur aliquando uel accusatur pro eo, quod appetit: cum non appetat unquam nisi commodum suum, & hoc ei appetere naturaliter datum sit in tantum, ut ipsa natura in eo quod facta est immobiliter consistente: aliud omnino præter commodum suum appetere non possit.

Quod commodum & ordinatum appetendum est. Cap. XXI.

Sed aliud est id, quod aliquo modo commodum est appetere eo modo, quo commodum non est: atque id aliud, quod commodum est desiderare eo modo, quo commodum est. Omne enim, quod commodum est, aliquo modo commodum est: & similiter omne, quod incommodum est, aliquo modo incommodum est, & non uniuersaliter. Qui ergo appetit, quod aliquo modo commodum est, & non appetit eo modo, quo commodum est: tamen putans commodum esse eo modo, quo appetit: iste non nisi commodum appetit, quamuis commodum non sit illud, quod appetit: quia propter commodum appetit, quod appetit: & putat commodum suum esse in illo, quod appetit. Non ergo decipitur in eo quod commodum suum appetit: quia scit commodum suum esse, quod appetit, sed decipitur in eo quod commodum suum esse putat, ubi non est: in illo uidelicet, quod prope commodum suum appetit. Qui autem appetit, quod commodum est, & eo modo appetit quo commodum est, ordinatum tamen non est: non in eo malum constat quod appetit quod commodum est, sed in eo quod ordinatum non est. Sicut enim datum illi est, quod commodum est, appetere: ita etiam prohibitum est illi appetere.

M. Hug. à S. Viç. To. iij. Tr 2 quod

quod inordinatum est. Cum ergo in utrumque concurrunt, quod aliquo modo commodum est, & quod ordinatum non est: si appetitus est ad commodum in affectu (quia hoc naturae est insitum) restenandus est, in ab effectu propter debitum rationis, cui ad inordinata ire non est concessum. In hoc enim pulchritudo apparet, & dignitas rationis, quod affectum suum ab inordinatis cohibet. Quoniam idcirco plura commoda esse debuerunt, a quibus dum ratio praesidens affectum, quantum in se erat, effluere restringeret, quanta foret dignitas, & excellentia illius apparet.

Quod nihil appetitur, nisi commodum. Cap. XXII.

SI ergo dicimus, quod nihil omnino natura appetere potest praeter commodum: non ideo falsum existimandum est, quod quaedam appetit, in quibus commodum eius non est, quando decipitur: uel etiam, quod quaedam appetit, in quibus aliquod commodum est, sed ordinatum non est, quando praeruaricatur. Videmus, quod aliquando infirmus portionem appetit uel sectionem, non tamen amaritudinem appetit uel dolorem, sed sanitatem. Et sunt quaedam dulcia, quae appetuntur, & male appetuntur, quia inordinata sunt, nec tamen mala sunt, quia dulcia sunt, sed quia inordinata sunt. Et rursum sunt quaedam amara, quae appetuntur, & bene appetuntur, quia ordinata sunt, nec tamen bona sunt, quia amara sunt, sed quia ordinata sunt. Et sic nonnunquam, ut ea, quae dulcia sunt, aliquid in se boni habeant, & multum mali generant ex se: & sic bonum paruum in illis, & magnam malum ex illis. Et rursum sit, ut ea, quae sunt amara, aliquid mali habeant in se, & multum boni generent ex se: & sic paruum in illis malum, & bonum magnum ex illis. Et propterea imprudentes, qui praesentia uident, futura non praedident: parua mala fugiunt, & magna incurunt: & parua similiter bona eligunt, & magna perdunt. Et in omnibus tamen non nisi commodum appetitur: quando ordinate quidem bene, quando uero inordinate, male. Nec tamen idcirco male, quia commodum: sed ideo male, quia inordinatum.

Quod necessitas ex uoluntate uenit. Cap. XXIII.

SI autem excusabilis uidetur homo pro eo, quod natura infirmitate mortalitatis corrupta affectum suum iam ex necessitate ultra mensuram effluentem per se cohibere non potest: considerandum est, quod non potest excusare illa necessitas, quam praecedens operata est uoluntas. Culpa enim uoluntaria poenam meruit, poena autem operata est infirmitate, infirmitas uero induxit necessitatem. Et idcirco quia necessitatem operata est uoluntas, uoluntatem ipsam excusare non potest necessitas. Transgressionem ergo superioris appetitus, quae solum fuit culpa, subsecuta est transgressio inferioris, quae est, & poena & culpa. In spiritu sola culpa, in carne, & poena, & culpa. Concupiscentia spiritus inordinata, culpa. Concupiscentia carnis poena, & culpa. Poena praecedentis culpe, & culpa subsequenter poena.

Quid generati trahimus, & quid regenerati amittimus. Cap. XXIII.

Quando igitur caro mortalis per coitum ad generandam prolem seminatur in concupiscentia: ad nascituram prolem in carne per concupiscentiam transit poena, & culpa. Quando uero per sacramentum redemptionis regenerantur, qui generati sunt in poena, & culpa, emundandis per spiritum regenerationis in ipso originali uitio tollitur non poena, sed culpa. Culpa quippe idcirco tollitur, ut iustificetur: poena uero idcirco remanet, ut exercentur.

De originali peccato. Cap. XXV.

DE originali peccato multae, ac difficiles obortuntur quaestiones: quae utrum credendo melius, quam discutiendo (si tamen discussionem aliquam admittunt, quae plenam solutionem habere non possunt) tractentur ignore. Primum quaeritur quid sit originale peccatum. Deinde quomodo a patribus praecipue ab ijs, in quibus per sacramentum regenerationis solutum est, in filios traducatur, utrum per solam animam, an per solam carnem, an per animam simul, & carnem. Et si per solam animam, utrum per creationem, an per translationem. Si autem per solam carnem, quare in animam redundat, quod non est ex anima.

Quot modis originale peccatum dicatur. Cap. XXVI.

Originale peccatum dupliciter intelligi potest, uel uidelicet, prima illa inobedientia hominis, quae prima omnium peccatorum fuit, & subsequenti origo omnium exitit: siue illud, cum quo ab illo traducto uniuersi oriuntur, qui ab illo per carnis propagationem traducuntur. Hoc autem uitium originis humanae duplici corruptione naturam inficit, ignorantia scilicet, & concupiscentia carnis. Haec duo mala in primo quidem parente poena fuerit praecedentis culpe, & culpa actualis: in nobis autem culpa subsequenter poenae, & culpa simul, & poena originalis. Quando ergo originale peccatum quantum ad primum hominem dicimus, intelligimus primam culpam inobedientiae illius, quae illi quidem originalis dicitur: non quod ab illa, uel cum illa originem acceperit natura illius, sed quod ex illa quasi prima omnium postmodum orta sint, & exierint subsequenter omnia mala illius. Quia autem in illo a prima origine nullum peccatum descendit, illud etiam peccatum, quod in illo originale dicitur, actuale illius fuit. Quia profecto, qui nascendo peccatum non traxit, peccatum non habuit, nisi quod agendo perpetravit.

Quod primo homini actuale fuit, hoc nobis est originale. Cap. XXVII.

Nos autem, qui ab illo nascendo originem traximus: quod illi actuale fuit originale habemus: quia in nos per solam natiuitatem descendit, quod in illo per actionem fuit. Natura enim nostra corruptionem, quam in illo per ipsius actionem

actionem concepit, per nostram solum ad nos natiuitatem traduxit. Et ideo nos nascendo peccatum concipimus, quod ille non nascendo, sed agendo habuit, a quo per natiuitatem uenimus. In illo quippe spiritus per superbiam contra creatorem tumens obedientiam non tenuit: & idcirco creato ad ulciscendam iniuriam suam spiritum quidem ignorantia, carnem uero concupiscentia damnauit, ut in se bonum agendum non uideat, in carne autem sua malum agere concupiscat. Haec duo uitia ad puniendam superbiam hominis iuste in ipso confirmantur. Ignorantia quidem, dum ab animo subtrahitur lumen ueritatis: concupiscentia uero, dum caro percutitur poena mortalitatis. Hanc igitur originalem corruptionem natura primum uitiatam ad posteritatem traduxit, ignorantiam animae, carni uero concupiscentiam ad corruptionem ministrans.

Quid sit originale peccatum. Cap. XXVIII.

SI ergo quaeritur quid sit originale peccatum in nobis intelligitur corruptio siue uitium, quod nascendo trahimus per ignorantiam in mente, per concupiscentiam in carne.

Quo modo originale peccatum a patribus in filios transeat. Cap. XXIX.

Postquam igitur demonstratum est quid sit originale peccatum: consequens est, ut etiam inuestigemus qualiter a patribus traducatur ad filios, id est utrum secundum solam animam, an secundum solam carnem, an secundum utrumque. Quidam originale peccatum non solum per carnem, sed etiam per animam a patribus in filios descendere putauerunt: quoniam non solum carnem, sed animam quoque ex traduce materiae esse crediderunt. Sicut enim in generatione prolis de carne paterna substantialiter caro trahitur, ita de gignentis anima anima geniti essentialiter deduci ab istis existimatur: propter quod sicut de corrupta carne caro corrupta seminatur: ita & de anima peccatrice anima peccatrix corruptione originali infecta trahitur.

Quod anima non sit ex traduce. Cap. XXX.

Hic autem quidam doctorum multas hinc inde rationes, & auctoritates opposuisse inueniuntur: quibus non animam, sed solam carnem ex traduce esse astruere conati sunt. Et haec quidem ratio prima est, quod spirituali naturae non conuenit neque ex materia esse, quoniam essentialiter simplex est: sed neque materiam esse, quoniam in unitatis suae simplicitate indiuidue semper consistens augeri uel multiplicari omnino non potest. Simplex enim natura propagationem non facit: ubi ad illud, quod propagandum est, ex eo, a quo propagandum est, pars sumi non potest, nisi totum transierit. Quod ergo unum est inter duo si totum transierit: nihil ex eo remanet illi, a quo est. Si autem totum permanet: nihil confertur illi, ad quod est. Si igitur anima ex anima gignitur sicut caro ex carne: di-

cant quomodo simplex illa substantia aut tota in gignente remaneat, si in genitum transierit, aut tota in genitum transeat si in gignente remanserit. Nisi forte omnes animas consubstantiales dicere uelint: & illam naturam simplicem in propagatione filiorum personaliter quidem multiplicari, sed essentialiter non diuidi. Non attendentes quanta inconuenientia hanc assertionem sequantur, si una & eadem essentia simul beatitudini & damnationi, gloriae & poenae addicta credatur. Postremo dicat auctoritas. Reuertatur puluis in terram, Eccl. 12. de qua sumptus est: & spiritus redeat ad Dominum, qui fecit illum: manifeste ostenditur, quod non spiritus de spiritu, sed caro de carne materialiter traducatur. Quamuis enim nostra corpora primo loco materialiter de terra sumpta non sint: idcirco tamen non inconuenienter de terra sumpta esse dicuntur: quia primi hominis corpus, a quo nostra corpora materialiter de materia descenderunt, de terra per materiam sumptum est. Quod licet sub eodem intellectu de spiritibus quoque nostris, etiam si ex traduce esse crederentur, dici posset, quod a Deo dati sunt in eo quod a Domino datus est primus ille spiritus, a quo per materiam descenderunt. Tamen in hoc probabilius constat animas ex traduce non esse: quod sicut in primo homine corpus de terra sumptum, spiritus uero a Deo datus legitur: ita & ratio exposita, ut in sequentibus quoque hominibus caro quidem de carne descendere, spiritus autem a Domino uenire credatur. Veruntamen cum spiritum rationalem a Domino datum siue inspiratum legimus: nequaquam eum quasi materialiter de diuina essentia siue substantia sumptum credere debemus. Sed quod corpus per materiam de terra uenit, spiritus autem sine praesistente materia per solam creatoris potentiam esse accepit. Sicut corpus ab illo est, ex quo materiam traxit: sic spiritus ab illo est, per quem, & a quo esse inceptit. Per illum uidelicet cum fecit: ab illo autem cum dedit. Dicit autem rursum psalmista. Qui finxit sigillum corda eorum. Corda quippe, id est rationales spiritus siue animas Deus sigillatim fingere dicitur: quia ea (non alia ex alijs quemadmodum in corporali natura apparet, sed singula per se) de nihilo creare perhibetur. Propterea cum in lege scriptum sit. Si quis percusserit mulierem praegnantem, & illa abortiuum fecerit: si non fuerit formatum, reddat animam pro anima: aperte declaratur, quod cum caro ex carne seminatur, anima similiter ex anima non trahitur. Si enim cum carne anima seminatur: quare in abortiuo & non formato anima pro anima non redderetur. Cum ergo in abortiuo tantum formato anima pro anima reddi iubetur, quid nisi in eo, quod necdum formatum est, animam adhuc non esse ostenditur: ut uidelicet quemadmodum in primo homine prius corpus formatum, deinde animam infusam legimus: ita etiam in subsequentibus omnibus prius in uulua corpus humanum formari, deinde animam infundi credamus. Quod si cui forte mirum uideatur quomodo paternum semen in uulua ante animationem uel crescere possit, uel uegetari, uel etiam usque ad ipsam humani

torporis effigiem promoueri: uideat quomodo ar-
busta, & planta, & germina uniuersa eiusmodi ani-
mam non habentia sola uiriditate uegetantur, &
crescunt, & motu suo in formam proprio generi
conuenientem producantur. His igitur, & huiusce
modi rationibus probabile factum est, animas ex
traduce non esse, sed nouas de nihilo creatas nouis
quotidie corporibus de paterno semine sunt. Et
rursum in uulua formatas ad uiuificationem infun-
di. In quibus tamen omnibus nulla unquam ratio
sine auctoritate intantum praualeat potuit, ut dubie-
tatem tolleret quaestionis: excepto eo solo, quod si
des catholica magis credendum elegit animas quo-
tidie corporibus uiuificantis sociandas de nihilo
fieri, quam secundum corporis naturam, & carnis
humanæ proprietatem de traduce propagari. Si au-
tem animæ ex traduce esse ducerentur, non tanta quæ-
stio esset: quia manifestior iustitia esset in eo quod pec-
catum originale a patribus in filios transire dicitur.
Sed nos si occulta Dei iudicia ratione comprehen-
dere non possumus: tamen pro soluendis dubijs da-
bia alia asserere non debemus. Quæritur tamen, si
animæ ex traduce non sunt: quomodo peccato pa-
rentum filij obnox Jeffersonentur? Quod enim in pa-
rente peccatum est, per illam utique naturam solam
in filium descendit, quæ sola per generationem a pa-
tre in filium transit. Si ergo sola caro seminatur, per
solam utique carnem peccatum originale traduci-
tur. Quod si uerum est duo nobis quaerenda occur-
runt. Vnum scilicet quomodo per solam carnem si-
ne anima peccatum a patre in filium transeat: alterum
quomodo anima illius peccati, quod per solam
carnem, & in sola carne descendit, particeps fiat.
Nam caro sine anima quomodo peccatum habere
potest, quæ sine anima peccare omnino non potest?
Si ergo in carne sine anima peccatum non fuit: quomodo
per carnem aut in carne ad animam peccatum
transire potuit? Quod enim aliquando in carne non
fuit, ex carne illud postmodum anima non accepit.

*Quomodo per carnem peccatum transit ad ani-
mam. Cap. XXXI.*

Duo uitia humana natura a prima sui corrup-
tione concepit, a quibus subsequenter om-
nium malorum propago postmodum pullulauit.
Hæc autem erant ignorantia boni & concupiscen-
tia mali: quorum unum, id est ignorantia mentem
infecta: alterum id est concupiscencia carnem macu-
lauit. Ignorantia pœna fuit elationis, concupiscen-
tia effectus mortalitatis. Ita quatuor mala in hoie ap-
parent, superbia, ignorantia, mortalitas concupiscencia.
Superbia mentis culpa tamen. Mortalitas carnis pœna
tamen. Ignorantia culpa, & pœna in mente. Concupiscen-
tia pœna, & culpa in carne. Propter elationem uisus ob-
scuretus est per ignorantiam, propter mortalitatem caro
emollita per concupiscenciam. Quia enim ani-
mus per elationem contra Deum tumuit, ignorantia
percussus lumen ueritatis amisit. Quia uero caro
mortalitate percussa est, ipsa sui languoris infir-
mitate dissoluta extra mensuram primæ dispositio-
nis desideria sua extendit. Hæc est enim ipsa, quæ

carnis concupiscencia uocatur, naturalis scilicet ap-
petitus siue affectus ordinem transgrediens, & men-
suram transcendens. Ordinem transgrediens, quan-
do mouetur ad ea, quæ non debet. Mensuram tran-
scendens, quando mouetur aliter quam debet. Or-
dinem enim appetitus transgreditur, quando ea ap-
petimus, quæ appetere non debemus. Mensuram
autem appetitus non tenet, quando etiam ea, quæ
appetenda sunt, aliter appetimus quam debemus.
Sic igitur ex culpa prima, & pœna ultima duo me-
dia orta sunt, culpa & pœna. Ignorantia boni, cul-
pa & pœna in mente. Concupiscencia mali, culpa
& pœna in carne. In quibus peccati originalis radix
consistit. Quia igitur caro humana a parentibus cum
mortalitate seminatur, in eo ipso quod seminata su-
biacet mortalitati, uiuificata postmodum carnalis
concupiscencia subiecta inuenitur necessitati, quia
ipsa mortalitatis infirmitas causa est, quam conse-
quitur concupiscendi necessitas. Caro igitur, quæ
in concupiscencia seminatur, cum mortalitate con-
cipitur, cum necessitate concupiscendi nascitur. In
eo æquo seminatur, culpam habet, & actum culpæ.
In eo quod seminatur nec culpam habet, nec actum
culpæ, sed causam. In eo quod nascitur causam culpæ,
& culpam habet, sed actum non habet. Causa culpæ
corruptio mortalitatis est, culpa concupiscencia est.
Actus culpæ concupiscere est, causa culpæ radix est.
Culpa ipsa arbor, actus culpæ fructus. In eo itaque
quod seminatur, corruptio mortalitatis est. In eo
autem quod nascitur, uitium concupiscencia est. In
eo autem quod mouetur per concupiscenciam, actus,
qui a motu uoluntatis inchoatur, motu operis per-
ficitur. Non itaque nascentes propterea sine uitio
esse existimentur, quia non concupiscunt: quoniam
radicitus uitium concupiscencia in ipsis est, per quod
postea cum operantur concupiscunt.

*Quomodo ignorantia uitium fit.
Cap. XXXII.*

Ignorantia autem non propterea uitium est in
eis, quia cum nascuntur ueritatem non agnoscunt
quando non debent: sed quia tunc, cum nascuntur
uitium in eis est, quo postea impediuntur, ne ueri-
tatem agnoscant quando debent. Nasci quippe sine
cognitione natura est, non culpa. Sed in eo uitio na-
sci, quo postea a cognitione ueritatis impediuntur,
culpa est non natura. Hoc autem uitium in corrup-
tione carnis est, & in corruptione sensus carnalis:
qui sensus carnalis, si integritatem suam haberet,
pronectus & exercitatus iudicium ueritatis per ea,
quæ foris uiderentur, admonitus, sine labore concipi-
peret. Quia uero ex carne corrupta integritate sua
priuatus est: puram sine confusione erroris uerita-
tem haurire non potest.

*Quod angeli facti sunt, ut intus erudirentur: homi-
nes foris. Cap. XXXIII.*

Angeli quippe, quia perfecti facti sunt, ab in-
tus eruditi sunt: homines autem excepto dum
taxa primo illo, qui sicut suo modo perfectus fa-
ctus est, ita & ipse quoque ab intus eruditus est,
quia

quia per interualla temporum ad cognitionem pro-
moueri debuerunt, per species rerum temporalium
& uisibilem foris ad cognitionem ueritatis excitati
di, & erudiendi fuerunt. Quæ tamen excitatio, & e-
ruditio naturaliter, & sine labore homini adesset, si
sensus hominis in carne mortali per peccatum cor-
ruptus non fuisset, ut tunc plenum ac perfectum co-
gnoscere, quod ait Apostolus. Inuisibilia eius a creatu-
ra mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspi-
ciuntur.

Rom. 1.

*Vnde concupiscencia nascitur, & unde ignorantia.
Cap. XXXIII.*

In carne igitur mortali ex sensualitate corrupta
nascitur uitium concupiscencia, ex sensu corru-
pto uitium ignorantia. Ibi quia appetitus quæren-
dæ necessitatis ultra mensuram se extendit: hic au-
tem, quia instrumentum concipiendæ ueritatis ab
integritatis uigore deficit. Hoc autem difficultatē
quaestionis maximam adducit: quod originale pec-
catum non nisi in solo carnalis corruptionis uitio
assignari uideatur, quod tamen usque ad participa-
tionem a rationis extendi necesse est confiteamur.

*Quomodo anima peccati originalis particeps fiat.
Cap. XXXV.*

Quomodo autem anima, quæ munda ac sine ui-
tium creatur, particeps fiat illius uitij, quod per
solam carnem adducitur, dignum inquisitione es-
set, si aliqua hoc diligentia inuestigari posset. Nunc
autem, quia scientia humanæ expositum non est ad
cognitionem, si de a nobis credendum est, non cu-
riolitate inquirendum. Nam si dicimus animam
quando corpori commiscetur uoluntate quadam,
ad delectationem culpæ inclinari: iam non origina-
li tantum, sed actuali quoque peccato obnoxiam es-
se demonstramus. Si uero necessitate aliqua ad con-
fortium corporis, & ad contagium uitij corporalis
detrusam confitemur: ex ipsa necessitate a reatu ab-
solutam esse ostendimus. Quod enim omnino neces-
sitaris est, imputabile non est. Quod autem uolunta-
tis est, non originale est, sed proprium est. Constat
igitur, quod anima rationalis corpori humano in-
fusa nec uoluntate corrumpitur, ne peccatum sit
actuale: nec necessitate corrumpitur, ne uitium sit
imputabile. Non itaque malum illi est, aut mala uo-
luntas, quia nodum uelle accepit: aut opus malum,
quia nodum adhuc bene uel male agere potuit: sed
malum illi est, quia talis est, quæ nisi per gratiam a-
diuuetur, neque cognitionem ueritatis accipere, ne-
que concupiscencia carnis suæ resistere possit. Hoc
autem illi inest non de integritate conditionis, sed
de societate carnis corruptibilis. Quæ uidelicet cor-
ruptio, quia a primo parente in omnem posterita-
tem per carnis propagationem traducitur, origina-
lis peccati maculam in uitio ignorantia & concu-
piscencia ad uniuersos dilatur. Quod si quaeri-
tur, quæ iustitia animæ imputentur, quæ neque ex
creatione accepit, neque ex uoluntate perpetravit,
sed ex sola carnis societate contraxit: quam tamen

societatem non ipsa suo arbitrio uendicauit, sed in
præcepto & dispositione creatoris sui suscepit. Nos
tandem, id quod uerum est, profiteri oportet: iusti-
tiam diuinam in hoc irreprehensibilem quidem esse
se, sed comprehensibilem non esse.

*Ratio quorundam de animabus incorporandis.
Cap. XXXVI.*

Nam ij, qui dicunt Deum a principio propo-
suisse animas corporibus uiuificantis sociare
& corporum quidem generandorum homini offi-
cium iniunxisse, animarum autem creandarum po-
testatem sibi retinuisse: ut homo iustus corpora
munda generaret, Deus autem iustus animas mun-
das crearet, & corporibus sociaret. Et si homo o-
pus suum corrumpit, Deus propositum suum mutare
non debuit. Proptereaque Deus secundum proposi-
tum bonum animas mundas crearet, & corpori-
bus sociaret, dum in quibus corruptionem inue-
niunt, & corruptionem trahunt non hoc ex Deo esse,
qui sine corruptione illas facit, sed ex homine,
qui corporum naturam corrumpit. Qui ergo hoc di-
cunt, rationem diuinæ iustitiæ non exponunt: quia
sicut ad diuinam bonitatem non peruenit, ut eas
malas faceret, sic nec conuenire uidebatur, ut pro-
poneret illic collocare, ubi malas fieri necesse esset.
Non igitur magnopere insistendum est, ut ratione
inuestigetur, quod fide magis quæ ratione scrutari oportet.

*Quomodo a patribus iustis peccatores filij nascun-
tur. Cap. XXXVII.*

Quæritur tamen quomodo originale peccatum
contrahunt, quæ generantur ab ijs, qui origi-
nalis peccati, siue per sacramenta fidei, siue sola fide re-
missionem acceperunt. Quomodo, n. a patribus in fi-
lios transire potest, quod in ipsis patribus non est? Sed sci-
dum est, quod originale peccatum, quod a patribus per carnis
generationem traducitur ad filios, quibus in his, qui gignunt
quantum ad culpam remissum, sit quantum ad pœnam tamen
manet. Quantum ad culpam remissum, quæ non im-
putatur: quantum ad pœnam remanentem, quæ non tollitur.
Hoc, n. est, quod ait Apostolus. Iam nihil damnationis est
his, qui sunt in Christo Iesu. Ut uidelicet ostenderet, quia
his, qui sunt renati in Christo Iesu, quibus infirmitas ori-
ginalis corruptionis non tollitur, interueniente tamen
regnationis sacramento ad damnationem non imputa-
tur. Quibus fomes quidem peccati inesse potest, sed pec-
catum dominari non potest, quod diu libertatem suam custodunt, &
spiritum adoptionis uoluntarie peccato non amittunt.
Liberati, n. a seruitute peccati sub corruptione quod
mortalitatis necessitate tenemur, sed domino peccati
non nisi ex uoluntate subijcimus. Propter quod idem Apo-
stolus dicit. Non regnet peccatum in uestro mortali corpore.
Corpus quidem nostrum necessitate mortale in ipsa
corruptionis radice fomitem peccati portat: sed ubi
spiritus libertatis est, peccatum ipsum ad regnandum
surgere non potest. Sic itaque originale peccatum, quod in pa-
tribus per generationem delatum est quantum ad culpam, quæ
tamen ad pœnam remanet, ad eos, qui generantur, transiens
non solum ad pœnam constat, sed et imputatur ad
culpam

Rom. 8.

Rom. 6.

culpā,donec pcepto lauacro regenerationis in ipsis quoq; culpa deletatur, eaiam si in pēna remaneat.

Vtrum omnia peccata precedentium patrum ad filios transeant. Cap. XXXVIII.

INCIPIT OCTAVA PARS de reparatione hominis.

De eo quod tria sunt consideranda circa reparationem hominis. Cap. I.



Rima culpa hominis fuit superbia, quam triplex pœna subsecuta est. Vna, quæ pœna est tantū, idest, mortalis corporis. Duæ reliquæ, & pœnæ sunt, & culpæ, quarū una est cōcupiscētia carnis, altera est ignorātia mentis.

Quod igitur hō tali pœna percussus est, p quā culpa nō purgaretur, sed augetur, nisi per gratiā postmodū liberatus fuisset: per pœnā tēporalē ad pœnā æternā descenderet. Ne autem damnandus inueniret si statim iudicaretur, dilatum est iudicium eius. Et quia diuina eū misericordia ad salutem pordinauit: in hoc tempore expectationis, & dilationis locum pœnitentiæ ei, & correctionis assignauit: quatenus eum interim per gratiam suam talem efficeret, quem tandem non solum misericorditer, sed etiam iustē ad salutem iudicare ualeret. Tria ergo hic in reparatione hominis primo loco consideranda occurrunt. Tempus, locus, remedium. Tempus est pœfens uita ab initio mundi usq; ad finem seculi. Locus est mundus iste. Remedium in tribus constat, in fide, in sacramentis, in operibus bonis. Tempus longū, ne imparatus pœoccupetur. Locus asper, ut pœuaricator castigetur. Remedium efficac, ut infirmus sanetur.

De quinque locis. Cap. II.

Quinque sunt loca. Vnus in quo est solum bonum, & summum bonum. Vnus, in quo est solum malum, & summum malū. Post hæc alia duo. Alter sub summo, in quo est solum bonum, sed non summum. Alter supra imum, in quo est solum malum, sed non summum. In medio unus, in quo est, & bonum, & malū, neutrum summū. In cœlo est solū bonū, & summū. In inferno est solū malū, & summū. In paradiso est solū bonū, sed nō summum. In igne purgatorio solū malū, sed nō summum. In mundo est bonū, & malū, neutrum summum. Paradisus est locus inchoantiū, & in melius p̄ficiētiū: & ideo ibi solū esse bonū debuit, q̄a creatura à malo initianda non fuit. Non tñ summū esse debuit, q̄a si summū ibi esset, bonū illic positus profectus nō esset. Cœlū locus est confirmatorū bonorū, & per disciplinā ad summū profectū pertingentiū. Vnū solū, summumque bonum in eo collocatum est. Infernus est locus confirmatorū malorū, & disciplinam irrecuperabiliter deserentiū: & ideo ibi solū, & summū malū positū est. Purgatorius ignis est locus in prima correctione minus correctorū, & in secunda perficiendorū: & ideo solū malū habere debuit, ut priore peior esset, ubi & malū simul, & bonū cōsistit. Mundus est locus

Paradisus.

Cœlum.

Infernus.

Purgatorium.

Mundus.

locus errantium, & reparandorum: & ideo simul bonum & malum in eo ordinatum est: ut per bonū quidem consolationem accipiant, per malum uero correctionem. Non tamen summum bonū aut summum malum ibi est: ut sit quo & persistentes in malo deficere, & recedentes a malo proficere possint. Sic igitur cœlum in summo est, post cœlum paradysus, post paradysum mundus, post mundum ignis purgatorius, post purgatorium infernus. Diabolus ergo, qui a summo ceciderat, in imum detrusus est: propterea quia reparandus non erat. Homo autem, quia non a summo corruit, non est positus in imo, sed in medio collocatus: ut ei locus esset, quo ascendere posset per meritum iustitiæ, uel descendere per reatum culpæ.

Quomodo dispositus est homo ad pœnitentiam. Cap. III.

Positus est ergo homo in mundo isto in loco pœnitentiæ, spatio pœnitendi indulto: ut mala corrigeret, bona repararet. ut tandem correctus ad iudicium ueniens, non pro culpa pœnam, sed pro iustitiā gloriā sibi preparatam acciperet. Restat ergo, ut dum tempus est, consilium exquirat, & auxilium requirat correctionis & liberationis suæ. Sed quia ipse per se ad neutrum sufficiens inuenitur, necesse est, ut ille, qui per gratiam suā differt iudiciū, interim per eandem gratiā ostendat euadendi consilium, & post consilium conferat auxilium. Sic itaque oportet, ut interim deponat personam iudicis, assumat personam prius consiliatoris, postea auxiliatoris: ita dumtaxat, ut primo hominem totū sibi dimittat: quatenus & ipse homo & ignorantia suā experiatur, & intelligat se indigere consilio: deinde etiam defectum suū sentiat, & agnoscat se opus habere auxilio. Tali igitur ratione in tēpore naturalis legis totus homo dimissus est sibi: postea in tēpore scriptæ legis cognoscenti ignorātiā suam datum est consilium: postremo in tempore gratiæ confitēti defectum suum p̄stititum est auxilium. Consiliū erat in ratione satisfactionis. Auxilium erat in effectu redemptionis. Ut ergo rationem satisfactionis, quā pro peccato suo homo debeat persolvere creatori, euidentius cognoscere possimus: causam hominis prius necesse est paulisper attentius consideremus. Causa uero hæc inter personas tres agenda formatur. I. Deum, hominem, & diabolum.

De causa hominis aduersus Deum, & diabolum. Cap. IIII.

Hic ergo tres in causa ueniunt homo, Deus, & diabolus. Diabolus iniuriam Deo fecisse conuincitur: quia seruum eius hominem & fraudulenter abduxit, & uolēter tenuit. Homo similiter Deo iniuriā fecisse cōuincitur: quia & p̄ceptum eius contēpserat, & se sub manū alienam ponens suę seruitutis damonū illi intulit. Licet diabolus homini iniuriam fecisse cōuincitur: q̄a illum & prius bona promittendo decepit, & post mala inferēdo nocuit. Iniuste ergo diabolus tenet hominem, sed homo iuste tenetur: q̄a diabolus nunq̄ meruit, ut hominē sibi subie-

ctū premeret: sed homo meruit p culpā suā, ut ab eo premi pmitteretur. Licet, & ignoraret falsum esse, qd diabolus p̄misit, nō tñ ignorauit qd ē si uerū esset, cōtra creatoris uoluntatē concupiscere nō debuit. Iuste ergo subiectus est homo diabolo quātū pertinet ad culpā suam, iniuste aut quātū pertinet ad diaboli fraudulentiā. Si igitur homo talē patronum habere, cuius potētia diabolus in causam adduci posset, iuste dominio eius homo cōtradiceret: q̄a nullā diabolus iustā cām habuit, quare sibi ius in hoīe uendicare debuerit. Patronus aut nullus talis inueniri poterat nisi solus Deus: sed Deus cām hoīs suscipere noluit, quia homini adhuc p culpa sua iratus fuit. Oportuit ergo, ut prius homo Deū placaret: & sic deinde Deo patrocināte cū diabolo cām iniret. Sed Deum rōnabiliter placare nō poterat, nisi & damonū, quod intulerat, restauraret, & de cōtēptu satisfaceret. Homo uero nihil habuit qd digne Deo p oblato damno recōpensaret. Quia si qd de irrationali creatura redderet, p rōnali sublata, min⁹ esset. Sed nec hominē p hoīe reddere potuit: q̄a iustum & innocentē abstulerat, & neminē nisi peccatorē inuenit. Nihil ergo homo inuenit unde Deū sibi placare posset: q̄a siue sua siue seipsum daret digna recōpensatio non esset. Videns ergo Deus hominē sua uirtute iugū dānationis non posse euadere, misertus est eius: & primū gratuito puenit eū per solam misericordiā, ut deinde liberaret p iustitiā. Hoc est q̄a homo ex se iustitiā euadendi non habuit: Deus homini p misericordiā, iustitiā dedit. Neq; n. ereptio hominis pfecte rōnabilis esset, nisi ex utraq; parte iusta fieret, hoc est sicut Deus iustitiā habuit hominē requirendi, ita & homo iustitiā haberet euadēdi. Sed hanc iustitiā homo nunq̄ habere potuisset, nisi Deus illi p misericordiā suam illam tribueret. Ut ergo Deus ab hoīe placari posset, dedit Deo gratis hominē, qd homo ex debito Deo redderet. Dedit igitur homini hominem, quem homo p homine redderet: q̄ ut digna recōpensatio fieret, priori nō solū æqualis, sed maior esset. Ut ergo p homine redderetur homo maior homine, factus est Deus homo p homine: & dedit se homo homini, ut se assumeret ab homine. Incarnatus est Deus Dei filius, & datus est hominibus De⁹ homo Ch̄s. Sicut Elaias ait, Puer datus est nobis &c. Quod ergo homini datus est Ch̄s, Dei fuit misericordia. Quod ab homine redditus est Ch̄s, fuit hoīs iustitia. In natiuitate enim Christi iuste placatus est Deus homini: q̄a talis homo inuentus est pro homine, qui nō solum (ut dictū est) par, sed et maior esset homine. Ideo in natiuitate Ch̄i angeli mūdo pacem nuntiabant dicētes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonę uoluntatis. Sed adhuc superat homini, ut sicut restaurādo dānum placauerat irā, ita quoq; pro contemptu satisfaciendo dignus fieret euadere pēnā. Sed hoc cōuenientius fieri non poterat, nisi ut pēnā, quā nō debebat sponte & obediēter suscipere: ut de pēnā, quā p inobediētiā meruerat, eripi dignus fieret. Hęc aut pēnā homo peccator soluere nō poterat: q̄ quācumq; pēnā suscipere, nō nisi digne & iuste pp cōtempus primi reatū sustineret. Ut ergo homo iuste debitā pēnā euaderet:

Esa. 9.

Luc. 3.

H

Exo. 20.

Ezec. 18.

Ezec. 18.

Deus quare tertiā, & quartā generationē, & non usquequo, peccatū patrum in filios misisset.

usquequo

ret: necesse fuit, ut talis homo pro homine poenam susciperet, qui nihil poenae debuisset. Sed talis nullus inueniri poterat nisi Christus. Christus ergo nascendo debitum hois patri soluit, & moriendo reatum hois expiavit: ut cum ipse pro hoie mortem, quam non debebat, euaderet, & iam locum calumniae diabolus non inueniret: quia & ipse homini dominari non debuit, & homo liberari dignus fuit. Idem itaque & iudicium nostrum & causam nostram fecit: sicut scriptum est. Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam. Causam nostram fecit, quia debitum patri pro nobis soluit, & moriendo reatum expiavit. Iudicium uero, quia descendens ad inferos & portas mortis frangens captiuitatem, quam ibidem tenebatur, liberauit. Iudicium ergo diaboli aduersus Deum factum est statim ab initio seculi. Iudicium hois aduersus Deum differtur usque in consummationem seculi. Et ideo homo si prius per Christum Deo conciliari uoluerit, post iudicium sui sine timore damnationis expectabit.

Psal. 9. Christus causam nostram, & iudicium quod fecerit.

tur: foris iudicat, ubi profertur. His itaque breuiter de discretionem iudiciorum propositis: nunc ad ipsam narrationem nostrae seriem reuertamur.

Cur Deus homo. Cap. VI.

Factus est itaque Deus homo, ut hominem, quem fecerat, liberaret: ut idem esset creator hois, & redemptor. Missus itaque filius, ut in adoptione paterna assensum suum demonstraret. Venit sapientia, ut uinceret malitiam, ut hostis, qui astutia uicerat, prudentia uinceretur.

Quid ad nos pertinuit passio Christi. Cap. VII.

Uscipit de natura hostiam pro natura: ut de nostro esset holocaustum offerendum pro nobis: ut in hoc ipso ad nos pertineret redemptio, quia de nostro sumpta erat immolatio. Cuius quidem redemptionis participes efficimur, si ipsi redemptori per carnem nobis sociati per fidem unimur. Natura quidem humana tota per peccatum corrupta fuerat, & tota pro peccatum damnationi debita erat: & idcirco si tota damnata fuisset, in iustitia non fuisset. Venit autem gratia, & elegit quosdam de massa uniuersitatis per misericordiam ad salutem: quosdam autem per iustitiam deseruit ad damnationem. Et quos per misericordiam salutauit: non sine iustitia salutauit: quia in eius potestate erat, ut hoc iuste facere posset, quos tamen si non salutasset iuste fecisset: quia in eorum merito reat, ut si hoc faceret, iniustum non esset.

De iustitia potestatis, & equitatis. Cap. VIII.

Iustitia enim alia est secundum debitum facientis: alia secundum meritum patientis. Iustitia secundum debitum facientis est potestatis. Iustitia secundum meritum patientis est equitatis. Iustitia potestatis est, qua sine iniustitia licet facienti, si uelit, quod eius potestati debetur. Iustitia equitatis est, qua retribuitur patienti (etiam si nolit) quod eius merito debetur. Cum ergo Deus punit peccatorem, iuste facit: quia eius praeteriti debetur, ut hoc possit si uelit, & iuste puniatur, qui patitur: quia secundum meritum suum ei retribuitur, quod eius merito debetur, & est illic potestas iusta, qua Deus iuste facit, & ipse iustus est. Et hic retributio aequa, qua peccator iuste patitur: quia tamen ipse non est iustus, sed poena eius iusta est. Cum uero Deus iustificat peccatorem iuste agit, & iustus est iustitia praeteriti, qua ei hoc licet. Qui uero iustificatur, iustus est iustitia, quam accipit, sed non in eo, quod contra meritum suum accipit: sed tamen iniustus non est, quia non facit ipse quod accipit, quia per se non accipit, sed patitur tantum quod accipit, & est qui facit quia facit, & iustitia qua facit, & est iustus, qui accipit iustitiam, quam accipit: non tamen quia accipit, quia sine iustitia sua per solam gratiam iustitiam accipit.

De iustitia patiente, & cogente. Cap. IX.

Item sciendum est, quod iustitia alia patiens alia cogens. Iustitia patiens est, quasi fiat aliquid, iustum est: si non fiat, iniustum non est. Iustitia cogens est, qua sic aliquid iustum

iustum fit, ut si non fieret, iniustum esset. Propter quod iustitia patiens dispensationem habet, iustitia cogens necessitatem. Sic igitur Deus de massa generis humani quosdam ad saluationem assumens, iustitia utitur debite potestatis: quosdam uero ad perditionem deserens, iustitia utitur licite aequitatis. Illic de debito suo, hic de merito nostro. Si uero eos, quos nunc ad saluationem assumit, desereret, iniustitia non esset: quoniam secundum merita sua reciperent iustitiam aequitatis. Si autem eos, quos nunc deserit, assumeret, similiter iniustitia non esset: quia in eorum saluatione uteretur iustitia potestatis. Siue igitur in his, qui saluantur, siue in his, qui damnantur, iustitia patiens est, per quam illud quod fit sic iustum est, ut etiam si aliter fieret, iniustum non esset. Nam, & iij, qui secundum merita sua iuste damnantur, per gratiam Dei iuste saluari potuissent, si Deus uoluisset. Et rursum qui per gratiam Dei iuste saluantur, secundum merita sua iuste damnari potuissent, si Deus eos saluare noluisse. Sic igitur, quod uoluit, utrumque iustum fuit: ut etiam si aliter uoluisset, iniustum non fuisset: quia potestas est in uoluntate eius, qua sine, iniustitia facere illi licet quodcumque uoluerit.

Quod aliter Deus redemisse potuisset hominem, si uoluisset. Cap. X.

Propter quod ueraciter profitemur, quod redemptionem generis humani etiam alio modo Deus perficere potuisset, si uoluisset. Sed quod iste nostrae infirmitati conuenientior fuit, ut Deus homo fieret, & pro homine mortalitatem hominis assumens ad spem suae immortalitatis hominem reformaret. Ut non diffidat iam homo se ad bonum illius posse ascendere, quem ad sua mala toleranda uidet descendisse: & ut in Deo humanitas glorificata exemplum esset glorificationis hominibus, ut in eo quod passus est uideant quid ei retribuere debeant: in eo autem quod glorificatus est considerent quid ab eo debeant expectare. Ut & ipse sit uia in exemplo, & ueritas in promisso, & uita in premio.

Quaratione instituta sunt sacramenta. Cap. XI.

Postquam primus parens generis humani propter inobedientiae culpam a paradiso exulans uenit in hunc mundum, diabolus ius tyrannicum in illo exercens, sicut eum prius fraudulenter tederat, ita postmodum uolenter possidebat. Sed Dei providentia, quae hunc ad salutem disponebat, sic iustitiae rigorem per misericordiam temperauit, ut eum quidem ad tempus ab illo premi permitteret, & tamen, ne ab illo in aeternum premeretur, ex ipsa ei poena remedium prepararet. Itaque tunc ab ipso mundi exordio sacramenta salutis suae homini proposuit, quibus eum ab expectatione futurae sanctificationis consignaret: quatenus ea quisquis fide recta, & spe firma propter obedientiam institutionis diuinae perciperet, etiam sub iugo

positus ad consortium libertatis pertineret. Proposuit itaque edictum suum informans hominem, & erudiens: ut quicumque eum saluatorem atque liberatorem expectare eligeret, eiusdem suae electionis uotum in perceptione sacramentorum eius approbare debuisset. Proposuit & diabolus sacramenta sua, quibus suos sibi alligaret: quatenus ab illis, qui eius imperium detrahebant, quanto manifestius eos discerneret, tanto securius possideret. Coepit ergo genus humanum mox in partes contrarias diuidi, alijs diaboli sacramenta suscipientibus, alijs uero suscipientibus sacramenta Christi. Et factae sunt duae familiae, una Christi, altera diaboli. Quid enim uerbum incarnatum dixerim, nisi regem, qui hunc mundum intrauit per assumptam humanitatem cum diabolo bellaturus, & eum exinde quasi tyrannum, & uolenter in alieno dominantem expulsurus? Et quid omnes priores sanctos, qui ante incarnationem uerbi ab initio fuerunt electi, appellauerim, nisi milites quosdam optimos regem uenturum in acie praecedentes ipsis, quibus tunc sanctificabantur, sacramentis quasi quibusdam armis muniti atque praecincti? Quid item eos, qui post incarnationem usque ad finem electi subsequuntur, nisi milites alios non tamen alium, sed ipsum suum regem praecedentem unanimitate atque alacriter sublequentes, habentes, & ipsi noui arma noua, tamen ab eodem armati, & contra eundem pugnaturi? Siue igitur praecedentes siue sublequentes, unius regis sacramenta portantes, uni regi militantes, & unum tyrannum superantes: illi uenturum praecedentes, isti praecedentem sublequentes. Unde patet, quod ab initio, & si non nomine, re tamen Christiani fuerunt. Tria enim sunt tempora, per quae praeteriti seculi spatium decurrit. Primum est tempus naturalis legis. Secundum tempus scripturae legis. Tertium tempus gratiae. Primum ab Adam usque ad Moysen. Secundum a Moysen usque ad Christum. Tertium a Christo usque ad finem seculi. Similiter tria sunt genera hominum, id est homines naturalis legis, homines scripturae legis, homines gratiae. Homines naturalis legis dici possunt, qui sola naturali ratione uitam suam dirigunt. Vel homines potius homines naturalis legis dicuntur, qui secundum concupiscentiam, in qua nati sunt, ambulant. Homines scripturae legis sunt iij, qui exterioribus praecipis ad bene uiuendum informantur. Homines gratiae sunt iij, qui per inspirationem Spiritus Sancti afflanti, & illuminantur, ut bonum, quod faciendum est, agnoscant: & inflammantur, ut diligant: & corroborentur, ut perficiant. Et, ut idem manifestiori distinctione signemus. Homines naturalis legis sunt aperte mali homines scripturae legis fidei boni, homines gratiae uere boni. Fidei boni, sunt recti: aperte mali, sunt detecti: qui per Gog, & Magog significati sunt, quod interpretatur tectus, & detectus. Et in persecutionem populi Dei uenturi praedicantur: quia haec duo genera hominum semper uere bonos persequuntur. In primo genere continentur pagani, in secundo genere Iudei, in tertio genere Christiani. Ista tria genera hominum

Familiae duae, una Christi, altera diaboli.

Christiani quando esse ceperunt.

Genera hominum tria.

Gog, & Magog mystice quid.

hominum ab initio nunquam ullo tempore defuerunt. Tempus tamen naturalis legis aperte malos pertinet: quia illi tunc & numero plures, & statu excellentiores fuerunt. Tempus scriptae legis ad fide bonos: quia tunc homines in timore seruientes opus mundabant, non animum. Tempus gratiae ad uere bonos pertinet: qui modo et si numero plures non sint, tamen statu sunt excellentiores, & Dei gratia publice anteferuntur etiam ab ijs, qui eis moribus contradicunt. Scias ergo quocumque tempore ab initio mundi usque ad finem, nullum fuisse, uel esse uere bonum, nisi iustificatum per gratiam: gratiam autem nunquam aliquem adipisci potuisse, nisi per Christum. Ita ut omnes siue praecedentes, siue subsequentes uno sanctificationis remedio saluos agnoscas. Aspice ergo castra regis nostri, & acies exercitus eius fulgentes in armis spiritualibus, quanta praecedentium subsequen- tiumque populorum multitudinem stipatus incedat.

De tempore institutionis sacramentorum. Cap. XII.

Tempus institutionis sacramentorum ab eo incepisse creditur, quo primus parens merito inobedientiae a gaudijs paradisi expulsus, in huius uitae mortalis exilium cum tota posteritate usque in finem primae corruptionis obnoxius teneretur. Ex quo enim homo a statu primae incorruptionis lapsus in corpore per mortalitatem & in anima per iniquitatem aegrotare cepit, continuo Deus reparando in sacramentis suis medicinam praeparauit. Quae quidem (prout ratio postulabat, & caula) diuersis temporibus, & locis ad curationem illius exhibuit: alia ante legem, alia sub lege, alia sub gratia: diuersa quidem in specie, unum tamen effectum habentia, & unam sanitatem perficientia. Si quis igitur quaerat tempus institutionis sacramentorum: sciat quia quando morbus est, tempus medicinae est. Praesens igitur uita a principio seculi usque in finem per mortalitatem decurrens, tempus est morbi, & tempus remedij. In ipsa, & propter ipsam instituta sunt sacramenta: & quaedam a principio ipsius, quae suo tempore cucurrerunt, & ad sanitatem (quantum ipsis datum erat, & per ipsa dandum erat) restituendam ualuerunt. Et ista sacramenta suo tempore expleto cessauerunt: & alia pro illis ad eandem sanitatem perficiendam successerunt. Et rursum post illa alia quasi nouissime adiuncta sunt, quibus alia succedere non debuerunt: uel ut medicamenta perfecta, quae morbum ipsum consumerent, & perfectam sanitatem plene restaurarent. Et haec omnia facta sunt secundum iudicium & dispensationem medici, qui morbum ipsum uidit, & qualia ei remedia singulis temporibus adhibenda essent agnouit. Porro unum sacramentum etiam ante peccatum hominis institutum inuenitur. Coniugium namque prius etiam quam homo peccaret sancitum legitur, ubi teste scriptura: mulier facta in adiutorium uiro, ei sociata memoratur. Cuius tamen institutionis causa tunc ad remedium non fuit, sed ad officium: quia morbus in homine non fuit, qui sanaretur, sed uirtus, quae exerceretur. Propter quod

tantum hic inuenimus, eruditionem scilicet & exercitationem. Humiliatio enim ibi necessaria non fuit, ubi superbia nulla fuit: sed ratio, quae erudiretur ad maiorem cognitionem, & uirtus, quae promoueretur ad maiorem perfectionem. Inuenitur itaque hoc sacramentum singularem habens legem, quemadmodum singularem habet institutionem. Et uidetur ordo postulare priusquam ad ea, quae de caeteris dicenda sunt sacramentis, discurrendo accedamus: de isto singulariter quaedam, quae ad primam institutionem spectare uidebuntur, praemittamus: his, quae ad secundam eius institutionem pertinent, sequenti narrationi referuatis. Habet enim hoc sacramentum duplicem institutionem: unam ante peccatum ad officium, alteram post peccatum ad remedium. Et secundum illam, qua singulariter institutum est, singulariter tractari debet: & postea secundum illam, qua caeteris in tempore coniungitur, a caeteris in narratione non separatur.

De institutione coniugij ante peccatum. Cap. XIII.

Sacramentum coniugij solum ex omnibus sacramentis, quae ad remedium hominis instituta sunt, ante peccatum hominis legitur institutum: non tamen propter peccatum, sed ad sacramentum solum, & ad officium. Ad sacramentum propter eruditionem, & ad officium propter exercitationem. Erant enim duo haec in coniugio ipso, coniugium ipsum, & coniugij officium, & utrumque sacramentum erat. Coniugium constabat in consensu foederis socialis, officium coniugij constabat in copula carnis. Coniugium sacramentum fuit cuiusdam societatis spiritualis, quae per dilectionem erat inter Deum & animam, in qua societate anima sponsa erat, & sponsus Deus: Officium coniugij sacramentum fuit cuiusdam societatis, quae futura erat per carnem assumptam inter Christum & ecclesiam, in qua societate Christus sponsus futurus erat, & sponsa ecclesia. Et qui sponsus erat, utrobique superior erat, & eius dilectio per pietatem trahebatur ad inferiorē. Quae autem sponsa erat, utrobique inferior erat: quia sibi sufficiens non erat, & per se stare non poterat. Et propterea eius dilectio necessitate magis conuertebatur ad superiorē. Superior diligendo beneficium praestitit, inferior diligendo beneficium accepit. Huius ergo societatis, quae utrinque dilectione mutua constabat, sacramentum formatum est: quando coniugium institutum est, alterius societatis sacramentum in coniugio, alterius societatis sacramentum in coniugij officio. Propterea natura humana duplici qualitate distincta est: ut in uiro quidem robustior, in femina uero infirmior, & alieno opere egens appareat. Et iuncti sunt duo in unum, una dilectione & societate una: ut in una dilectione essent, & per dilectionem unam in una societate manerent. Et uir quidem, ut imago Dei fieret in hoc sacramento, pietate ad dilectionem inclinaretur. Femina uero, ut forma animae rationalis exprimeret, necessitate magis & quasi respectu commoditatis cuiusdam amare persuaderetur. Sic tamen, ut utrinque uoluntaria esset dilectio: quia si uoluntaria non esset, neque uera dilectio, nec uerae dilectionis sa-
cramen-

Sacramentum natri-
monij mystici quod

cramentum esse posset. Iterum ut aliud sacramentum in hac societate formaretur praecipit Deus, ut masculus & femina in una carne iungerentur. ut sicut prius in sacramento coniugij per dilectionem unum erant, ita postmodum in officio coniugij unum fierent per unam carnis commixtionem. Ut ostenderetur, quod qui prius in diuinitate per dilectionem iunctus erat animae, postmodum per assumptam carnem iunctus est ecclesiae suae. Iterum ne ociosa esset societas coniugalis inter masculum & feminam, propterea post sacramentum coniugij additum est officium, quod in commixtione carnis expleri debuerat: ut in eo coniuncti exercerentur per obedientiam ad uirtutem, & fructificarent per proles generationem. In quo officio masculo quidem (qui superior erat) datum est, quod propagandum fuisset de suo seminare, feminae autem concipere & parere: ut in eadem similitudine demonstraretur, quod in illa inuisibili societate anima rationalis nullatenus fructificare posset, nisi prius semen uirtutis a Deo conciperet. Erat adhuc aliud in natura humana, quod per societatem coniugij monstrari debuisset. Sic quippe conditus est homo, ut quiddam in eo supremum esset, & in homine nihil altius esset. Post illud autem aliud sub illo esset & subiectum illi, deinde aliud nouissimum in imo constitutum, & in caeteris duobus subiectum. Erat quippe in homine ratio supremo loco constituta, solis diuinis & inuisibilibus intendens, & diuinae uoluntati se conformans. Post haec alia quaedam ratio ad corporalia & uisibilia respiciens, quae subijciebatur superiori: & ab illa informata subiectae sibi sensualitati dominabatur, quae tertio & imo loco fuerat constituta. Sic itaque tria inuenta sunt in homine, sapientia, prudentia, & sensualitas. Sapientia, scilicet hoc est ratio ad diuina. Prudentia autem, hoc est ratio ad humana. Sensualitas uero, hoc est affectus siue appetitus ad terrena. E quibus prima, scilicet ratio regebat tantum, & non regebatur. Sensualitas uero regebatur tantum, & non regebat. Media uero ratio & a superiori regebatur, & inferius regebat. Ad haec similitudinem tria animalia foris facta sunt. Vnum rationale, quod dominabatur: secundum irrationale, quod subijciebatur: tertium rationale similiter, quod a superiori quidem regebatur, & cum superiore inferiori dominabatur. Erat igitur uir imago sapientiae, femina forma prudentiae, bestia autem similitudo sensualitatis & concupiscentiae. Propterea serpens feminam peccatum suadendo decepit, femina uero uirum decepta ad consensum inclinauit: quia concupiscentia prudentiae carnis primum delectationem peccati suggerit, deinde prudentia carnis per delectationem peccati decepta, rationem ad consensum iniquitatis trahit. Propter has, & huiusmodi rationes discreta est humana natura, ut in altera parte robustior esset, in altera uero infirmior demonstraretur: ut in ea unum inueniretur, quod regeret, & totum quod regeretur. Adiuncta est deinde foris in carne etiam discretio sensuum, quae quidem quantum ad uirtutem sacramenti in coniugio necessaria non fuit, sed quia sine ea in officio coniugij ministerium

generandi impleri non potuit. Sic igitur ante peccatum institutum fuit coniugium, & coniugij officium, utrumque ad sacramentum: ut coniugium quidem sanctificaretur pura mentis dilectione, officium quoque coniugij impleretur sine carnis pollutione. Nunc uero, quia per peccatum hominis caro humana corrupta est, iam post peccatum carnis commixtio sine carnali concupiscentia fieri non potest. Fortassis autem aliquem mouere potest: quare post peccatum homo hoc potissimum opus sine peccato explere non potest. Sed diligenter consideranti ratio manifesta occurrit. Quandiu enim spiritus rationalis creatori suo subiectus fuit, nullam in carne sua contradictionem inuenit, & erant membra corporis imperio animae subiecta, ut nec praeter ipsam aliquando mouerentur, nec ad aliud contra ipsam. Postquam autem spiritus aduersus creatorem suum per superbiam intumuit, merito in suo inferiori ius antiquae dominationis amisit: ut membra corporis iam eius imperio ad iniuriam creatoris uiscendam contradicerent, quae illi nisi per creatorem suum subiecta esse non deberent. Quia uero vita humana nullatenus subsistere posset, si in membris corporis sui nulla spiritus rationalis praesentia haberet uindictam suam Deus in parte per iustitiam exercuit, & in parte misericorditer temperauit: quatenus simul & culpa plecteretur, & natura foueretur. Ut igitur inobedientia manifesta fieret, unum in corpore humano membrum potestati animae subtrahit, per quod posteritas in carne seminanda fuit: ut omnes qui per illud generentur, se filios inobedientiae esse intelligant: & ex sua origine quales, & ex qualibus generentur, agnoscant. Quia ergo in hoc membro, per quod humana procreatio transire debuit, signum inobedientiae positum est: cunctis per illud transeuntibus manifeste ostenditur, quod cum culpa inobedientiae generantur. Quali enim in ipso titulo, qui portae inscriptus est, per quam transeunt agnoscunt unde ueniunt, & quo uadunt. Propter hoc ergo caetera membra corporis, quae imperium rationis sequuntur, sine culpa operari possunt: hoc uero membrum, in quo concupiscentia praecipue regnat, quia nutum uoluntatis non sequitur, sine culpa non operatur. In tantum enim hoc membrum corporis imperium animae non sequitur, ut sicut aliquando non mouetur quando uult, sic saepe etiam quando non uult moueatur. Exinde ergo carnale commercium ab homine exerceri non debuit, ex quo illud sine turpi concupiscentia, & carnis libidine exerceri non potuit. Ipse enim sibi hoc illicitum fecit, ex quo se talem fecit, qui illud licite implere non possit. Sed quia carnis humanae infirmitas turpius ad omnem concupiscentiam efflueret, si non in parte aliqua licite exciperetur: concessum est postea ad remedium, quod prius ad officium solum fuerat institutum. Ut dum per indulgentiam pro maiori malo euitando agitur: ipsum, quod inest ei, malum infirmitatis, per pudicitiam coniugalem excusetur. Et de prima quidem institutione coniugij haec in praesenti loco dicta sufficere possunt.

Carnis commixtio
quare modo non sine peccato

Z

INCIPIT NONA PARS

de institutione sacramentorum.

Quatuor esse considerata in institutione sacramentorum. Cap. I.

A Ractare volentibus de sacramentis, quatuor primum considerata sunt. Primum videlicet, quid sacramentum. Secundum, quare instituta sint sacramenta. Tertium, quæ sit vniuscuiusq; materia sacramenti, in qua conficitur, & sanctificatur. Quartum, quot sint genera sacramentorum. Hoc est definitio, causa, materia, diuisio. Hæc enim quatuor si diligenti prosecutione discussa fuerint, intelligentiam facere poterunt de his, quæ proposita sunt. Primum ergo primo tractandum suscipimus.

Quid sit sacramentum. Cap. II.

B Quid sit sacramentum, doctores breui descriptione designauerunt. Sacramentum est sacræ rei signum. Quemadmodum enim in homine duo sunt, corpus & anima: & in vna scriptura duo similiter, litera & sensus: sic & in omni sacramento aliud est, quod visibiliter foris tractatur, & cernitur: aliud est, quod inuisibiliter intus creditur, & percipitur. Quod foris est visibile & materiale, sacramentum est: quod intus est inuisibile & spirituale, res siue virtus sacramenti est. Semper tamen sacramentum, quod foris tractatur, & sanctificatur, signum est spiritualis gratiæ, quæ res sacramenti est, & inuisibiliter percipitur. Sed quia non omne signum rei sacræ, sacramentum eiusdem conuenienter dici potest (quoniam & literæ sacrarum sensuum, & formæ siue picture sacrarum rerum signa sunt, quarum tamen sacramenta rationabiliter dici non possunt) idcirco supra memorata descriptio ad interpretationem siue expressionem vocis magis quam ad definitionem referenda videtur. Si quis autem plenus, & perfectius quid sit sacramentum diffinire voluerit, diffinire potest, quod sacramentum est corporale, vel materiale elementum foris sensibiliter propositum ex similitudine representans, & ex institutione significans, & ex sanctificatione continens aliquam inuisibilem & spiritalem gratiam. Hæc definitio ita propria ac perfecta agnoscitur, ut omni sacramento, soli que conuenire inueniatur. Omne enim, quod hæc tria habet, sacramentum est: & omne, quod his tribus caret, sacramentum proprie dici non potest. Debet enim omne sacramentum similitudinem quandam habere ad ipsam rem, cuius est sacramentum, secundum quam habile sit ad eandem rem suam representandam. Institutionem quoque, per quam ordinatum sit ad illam significandam. Postremo sanctificationem, per quam illam contineat, & efficax sit ad eandem sanctificandis conferendam.

Sacramentis q̄ tria sint necessaria.

Hoc autem interesse videtur, quod omne sacramentum similitudinem quidem habet ex prima conditione, institutionem ex superaddita dispensatione, sanctificationem ex apposita verbi vel signi benedictione. Ut ergo in vno sacramento ea, quæ de omnibus dicta sunt, tria hæc qualiter sint, agnoscamus: aquam baptismatis pro exemplo assumimus. Ibi enim est aquæ visibile elementum, quod est sacramentum: & inueniuntur hæc tria in vno, representatio ex similitudine, significatio ex institutione, virtus ex sanctificatione. Ipsa similitudo ex creatione est, ipsa institutio ex dispensatione, ipsa sanctificatio ex benedictione. Prima indita per creatorem, secunda adiuncta per saluatorem, tertia ministrata per dispensatorem. Est ergo aqua visibilis, sacramentum, & gratia inuisibilis, res siue virtus sacramenti. Habet autem omnis aqua ex naturali qualitate similitudinem quædam cum gratia Spiritus sancti: quia sicut hæc abluit sordes corporum, ita illa mundat inquinamenta animarum. Et ex hac quidem ingenita qualitate omnis aqua spiritalem gratiam representare habuit, priusquam etiam illa ex superaddita institutione significauit. Venit autem saluator, & instituit visibilem aquam: per abluitionem corporum ad significandam inuisibilem, per spiritalem gratiam emundationem animarum. Et ex eo iam aqua non ex sola naturali similitudine representat, sed ex superaddita institutione significat gratiam spiritalem. Sed quia hæc duo (sicut diximus) nondum adhuc sufficiunt ad perfectionem, accedit verbum sanctificationis ad elementum, & fit sacramentum: ut sit sacramentum aqua visibilis ex similitudine representans, ex institutione significans, ex sanctificatione continens spiritalem gratiam. Ad hunc modum in cæteris quoque sacramentis hæc tria considerare oportet.

Quare instituta sint sacramenta. Cap. III.

Prima ergo propositionis parte exposita, ad secundam transeamus. Triplici ex causa sacra instituta esse noscuntur. Propter humiliationem, propter eruditionem, propter exercitationem. Propter humiliationem quidem, ut dum homo rationalis creatura insensibilibus elementis (quæ natura infra ipsorum condita fuerunt) ex præcepto creatoris sui subiicitur: ex hac ipsa humiliatione creatori suo reconciliari mereatur. Homo namque ita factus erat, ut bonum eius solus ille esset, a quo erat: cætera omnia sub ipso facta sunt, non ut in eis esset eius bonum; sed ut ex eis esset illius obsequium. Omne enim bonum maius est illo, cuius est bonum: quia vere bonum non est, nisi quod bonum facit illum, cuius est bonum. Omnis ergo, qui bonus est, & ex bono suo bonus est, inferior est ipso bono, quo bonus est: quia sine ipso bono bonus non est. Si ergo bonum hominis supra hominem erat, solus ille bonus hominis erat, qui supra hominem erat. Huic ergo bono homo quædam in ordine conditionis sue persistit immediate iungebatur, & ex eo libere siue batur: quia & uoluntate ad illud ibat, & libertate in illo stabat. Postquam autem per concupiscentiam abstractus a superiore

Hoc in sacramentis humiliatio.

a superiori auertebatur, ad inferiora conuersus præcipitabatur, & illi se subiciebat quod bonum suum faciebat. Iusta igitur recompensatione, qui suo superiori per obedientiam subiectus esse noluit, per concupiscentiam suo se inferiori subiecit, ut iam ipsum inter se Deum medium inueniat diuisionis, non mediatorem reconciliationis. Hoc enim medio diuidente humana mens & obnubilatur, ne creatorem suum agnoscere valeat, & refrigerat, ne ipsum per dilectionem requirat. Iustum ergo est, ut homo, qui primus Deum superbiendo deserens se terrenis per concupiscentiam subdidit, nunc per humilitatem Deum requirens (ut plenius affectum suæ deuotionis insinuet) eisdem se propter præceptum Dei per obedientiam inclinet. Sicut enim perniciofa fuit elatio superiori nolenti subiici: sic laudabilis & fructuosa deuotio est propter superiorem etiam inferioribus inclinari. Et quemadmodum damnabilis fuit superbia presentem despiciere, sic laudabilis humilitas est absentem querere: & perseveranti amore usque ad inuentionem ab inquisitione non cessare, ut sit deuotio in humilitate, & humilitas in deuotione. Nemo siquidem est, qui nesciat hominem rationalem mutis & insensibilibus elementis conditione superiorem existere, & tamen cum idem homo in his salutem querere iubetur ad experiendam obedientiæ ipsius virtutem, quid aliud quam suo inferiori superior subiicitur? Hoc est propter quod infidelium oculi (qui visibilia solum vident) sacramenta salutis venerari despiciunt: quia in eis tantum, quod foris est, contemptibile in specie visibili cernentes, inuisibilem virtutem intus & fructum obedientiæ non agnoscunt. Non enim sciunt, quod fideles salutem ex istis elementis non querunt, etiam si in istis querunt: sed ex illo, & ab illo querunt in istis, a quo iubentur querere, & credunt se percipere in istis. Non enim ista tribuunt, quod tribuitur per ista: sed ille per ista salutem præbet, qui in istis salutem querere iubet. Hoc modo igitur intelligendum est, quod inuisibilia sacramenta propter humiliationem hominis diximus instituta. Propter eruditionem quoque instituta sunt sacramenta: ut per id, quod foris in sacramento in specie visibili cernitur, ad inuisibilem virtutem, quæ intus in re sacramenti constat, agnoscendam mens humana erudiatur. Homo enim, qui visibilia nouerat, inuisibilia non nouerat, diuina agnoscere nullatenus posset nisi humanis excitatus. Et idcirco, dum ei bonum inuisibile, quod amiserat, redditur: foris ei eiusdem significatio per species visibiles adhibetur, ut foris exciteretur, & intus repararetur: ut in eo quod tractat & videt, agnoscat quale sit quod percipit, & non videt. Dona enim gratiæ spiritualia quasi quedam inuisibilia antidota sunt, quæ dum in sacramentis visibilibus quasi quibusdam vasculis homini porriguntur, quid aliud quam ex patenti specie virtutis occulta ostenditur? Ager enim medicamentum videre non potest, sed vas, in quo medicamentum datur, videre potest. Et propter hoc in ipsa vas specie virtus exprimitur medicinæ, ut agnoscat quid accipit, & per ipsam agnitionem proiciat ad

dilectionem. Sic itaque intelligendum est, quod diximus, propter eruditionem sacramenta instituta. Propter exercitationem similiter instituta sunt sacramenta: ut dum mens humana per varias operum species foris exercitata colitur, ad multiplicem virtutis fructum interiorius fructuetur. Bonum quidem hominis vnum erat: & quædam homo illi per dilectionem adhæsit, non eguit hac multiplicitate. Postquam autem mentem suam per concupiscentiam ad multiplicia hæc & transitoria diuidi permisit, stabilis esse non potuit, quia sicut multa diligens in his per affectum diuiditur, sic mutabilia sequens variatur. Quicquid enim in his omnibus ad requiem, & consolationem appetit, ipsa ei mutabilitatis conditio ad laborem, & dolorem couertit. Vnde fit, ut sicut ad hæc, ne deficiat, ire compellitur: sic ab his postmodum, ut requiescat, exire cogatur, ut appareat alter Cain vagus & profugus super terram. Vagus, in varijs querens consolationem. Profugus, inuentam vbique declinans afflictionem. Ambulat homo: si semper ambulauerit, deficit. Sedit ergo vel stat, ne deficiat: & tamen si semper sederit, deficit. Esurimus & deficiamus, manducamus ne deficiamus: & tamen si semper manducaremus, deficeremus: & uertitur ad dolorem, quod queritum est ad consolationem. Sic omnis mutabilitas hominis defectum habet non profectum: & deficiamus, quia mutamur: qui tamen nunquam mutari cessamus, ne deficiamus. Quia ergo uita hominis hic sine mutabilitate esse non potest: contra illam (quæ defectum generat) mutabilitatem alia ei mutabilitas, quæ profectum parit, opponitur: ut quia stare non potest, ut semper idem sit: moueatur & promoueatur semper, ut melior sit. Primum enim bonum erat in summo stare. Secundum est bonum ad superiora ascendere. Et idcirco vita mutabilis, ne sua mobilitate dissoluta ad deteriora semper deficeret, talibus studijs nutrienda fuerat, in quibus & rerum varietate foris excitata, & emulatione virtutum intus accensa, proficiendi occasionem inueniret. Diuisa sunt tempora, & distincta loca, propositæ species corporales, iniuncta studia, & opera exercenda, ut medicinam interioris hominis exterior homo præpararet, & ei subest & prodesse addiceret. Nam cum prius humana uita per duo exercitationum genera cucurrisset, in altero ad necessitatem, in altero ad uoluptatem: in altero ad usum, in altero ad vitium: ad usum pro natura ad vitium pro culpa: alterum ad sustentationem, alterum ad subuersionem: congruum erat, ut tertium quoque exercitationis genus adiungeretur ut per illud vnum e duobus primis euacueretur, quia erat nocens: alterum periret, quia non erat sufficiens. Proposita sunt ergo homini foris opera virtutum ad ædificationem interiorum exercendam, ut illis præoccupatus, nec vnquam vacaret ad opera iniquitatis, nec semper ad opera necessitatis. In his autem virtutum studijs mirabili dispensatione Deus, & multipliciter præuidit, & varietatem, & intermissio-

Interioris hominis in sacramentorum exercitatione immutatio.

H

ne. vt humana mēs & in multiplicitate exercitatio
ne, & in varietate delectatione, & in intermissione
recreationem inueniat. Sacrata sunt quaedam lo
ca, ædificata basilicæ, & determinata tempora
certa, quibus populus fidelis in vnum congre
gatur: & vnitas cōmendetur, vt gratias reddat, præces
offerat, vota persoluat. Illic Deus nunc in silentio
simpliciter exoratur, nunc consonis vocibus deu
ote collaudatur: vt vicissim fidelium corda nunc
componantur ad requiem, nunc excitentur ad deu
otionem. In ipsis quoque diuinis præconijs non
eadem semper exhibetur forma collaudationis:
nunc psalmodiæ accedunt ad deuotionem, nunc
hymni & cãtica ad diuinam excitant iocunditatem,
nunc lectiones recitantur: ad formam morum, &
vitæ bonæ instructionem. Ipsæ etiam actiones no
stræ in diuinis obsequijs non eadem semper insti
tutionis forma procedunt. Nunc erecti, nunc
prostrati, nunc inclinatione, nunc conuersione,
ex gecty corporis statum mentis exprimimus. Sed
& ipsa, in quibus se operando exercet, & diuinum
cultum adornat fidelium deuotio, multa & mul
tifaria simili ratione prouisa sunt, vt sint plurima
& sacra & sacramenta: quatenus fides in eis & ma
teriam exercitationis, & causam recreationis perfe
ctam inueniat. Sic enim fidelis animus, dum for
is ad varia sanctæ exercitationis studia ducitur,
magis semper ac magis intus ex ipsa sua deuotio
ne ad sanctitatem innouatur. Et ad hunc modum
quidem intelligendum puramus, quod dictum
est, sacramenta propter exercitationem instituta,

*De distinctione trium operum. & trium
operantium. Cap. IIII.*

M Et igitur triplex causa hæc institutionis sacra
mentorum omnium: humiliatio, eruditio,
& exercitatio hominis. Quæ causæ si non essent,
sacramenta omnino, id est sacrorum signa vel in
strumenta elementa per se esse non possent. Quod
enim elementa sacramenta sunt, non natura pri
ma facit: sed apposita institutio per dispensatione,
& gratia infusa per benedictionem; quæ duo, si
elementa post primam naturam non accepissent,
sacramenta proprie esse non possent. Dedit primo
natura habilitatem, vt hoc esse possent. Adiun
xit secunda institutio auctoritatem, vt hoc fieret,
superaddidit tertia benedictio sanctitatem, vt hæc
essent. Prima facta per creatorem, secunda pro
posita per saluatorem, tertia administrata per dis
pensatorem. Primum creator per maiestatem
vasa formauit, postea saluator per institutionem
eadem proposuit, postremo dispensator per bene
dictionem hæc ipsa mundauit, & gratia imple
uit. Et apparet mirabile, quod qui maior fuit,
quod minus erat fecit: & qui minor fuit, fecit,
quod maius fuit. Plus enim contulit sanctifica
tionem quam creatio, quoniam in creatione naturam
acceperunt, vt essent; in sanctificatione gratiam,
vt bona & sancta essent. Si ergo Deus creat, & sa
cerdos sanctificat: pius hō facere videtur q̄ Deus, q̄
quod absurdam & inconueniens esset: si non quod

homo facit, hoc etiam faceret & Deus. Deus enim
sine homine creat, sed homo sine Deo non sancti
ficat. Vt gratia quodammodo a summo incipiat,
& in imo consummetur: & in hoc ipso descen
sus gratiæ nobis significetur, quia nisi gratia de
scenderet, iacentes non eleuaret. Creauit pri
mum Deus per se & in suo, hoc est solus & in
maiestate. Instituit postea saluator per se quidem,
sed in nostro, hoc est solus, & in humanitate.
Sanctificat postremo sacerdos neque per se, ne
que in suo: quia nec solus ipse est, qui operatur,
nec virtus ipsius est, quæ ad sanctificationem tri
buitur. Ipse enim ministranti cooperatur, cuius
virtute per ministerium ministrantis, quod san
ctificandum est, sanctificatur: vt sit quidem vna
virtus per vnum opus ad vnum effectum, quæ
quidem virtus in duobus simul operantibus sic di
scernitur; quoniam per alterum datur, per alte
rum ministratur. Alter est, a quo datur, alter,
per quem mittitur. Et cum venit ipsa gratia ad
nos, per illum venit, a quo venit: quoniam mi
nistranti cooperatur auctor muneris: sed non si
militer ab illo venit, per quem venit: quia auctor
muneris esse non potest, qui solum est minister
dispensationis. Nemo igitur dicat quomodo ho
mo sanctificat, quando Deus per hominem san
ctificat: quoniam in hoc verius homo facit, quod
Deus per eum facit. Nam quod facit per se, &
in suo facit homo, uere non facit: quoniam veri
tatem non facit, quoniam per se, & in suo non
nisi malum facit. Sicut ergo Deus solus mirabilia
facit, quoniam de ipso scriptura dicit. Qui Psal. 71.
facit mirabilia magna solus: quoniam sine ipso
nullus facit: & omnis, qui facit per ipsum facit,
& per omnem qui facit ipse facit. Ideoque solus
facit, quoniam ipse solus est, quod omnis facit
qui facit: & tamen de seruo Dei scriptum est. Eccl. 31
Fecit enim mirabilia in vita sua: quoniam ex Deo
fecit, & per eum Deus fecit: nec contrarietas vlla
ex his procedit: sic Deus solus sanctificat &
benedicit, quoniam ab ipso omnis sanctificatio
& benedictio est: & tamen sacerdos minister Dei
sanctificat & benedicit, quoniam per ipsum quæ
dam sanctificatio & benedictio est, quæ & ipsa
quoque a Deo est, qui auctor est in dono, & per
Deum, qui cooperatur est in ministerio. Tali
consideratione rationabiliter distinguitur, quid
in sacramentis omnibus sigillatim, vel creatio
quantum ad naturam elementi, vel institutio &
sanctificatio quantum ad uirtutem sacramenti
operatur: & in ipsa sanctificatione quantum ex il
lo, qui dator est muneris, & quantum ex ipso vel
potius per ipsum, qui solum minister est dispen
sationis. Postremo quinque discreta & distincta
ab inuicem ad cognitionem procedunt, Deus me
dicus, homo ægrotus, sacerdos minister vel
nuncius, gratia antidotum, uas sacramentum.
Medicus donat, minister dispensat, vas ser
uat, quæ sanat percipientem ægrotum, gra
tiam spiritalem. Si ergo uasa sunt spiritualis gra
tiæ sacramenta non ex suo sanant, quia uasa ægro
tum non curant, sed medicina. Non ergo ad hoc
instituta

instituta sunt sacramenta, ut ex eis esset, quod in
eis esset: sed vt peritiam suam medicus ostende
ret, in illo. remedium præparauit, a quo langu
idus occasionem morbi accepit. Quia enim homo
uisibilia concupiscens corruptus fuerat, congrue
reparandus in eisdem uisibilibus salutis occasio
nem recipere debebat, vt per eadem resurgeret,
per quæ corruerat.

*Institutionem sacramentorum quantum ad Deum
dispensationis esse, quantum ad hominem
necessitatis. Cap. V.*

Institutio sacramentorum quantum ad Deum
auctorem dispensationis est, quantum uero ad
hominem obedientem necessitatis. Quoniam in
potestate Dei est, præter ista hominem saluare: sed
in potestate hominis non est, sine istis ad salutem
peruenire. Potuit enim Deus hominem saluare, et
si ista non instituit: sed homo nullatenus saluari
posset, si ista contemneret. Dicit enim scriptura.
Ioan. 3. Non potest saluari, qui baptizatus non fuerit: qui
hoc vel hoc non fecerit, saluari non potest, & con
fitemur quod verum est: & quia saluari nõ potest
homo, qui caret his, sine quibus ab homine salus
haberi non potest. Homo sine his saluari non po
test, sed Deus sine his saluare potest. Homo quippe
sine his saluari posset, si sine his saluari in potestate
hominis esset: et si posset homo pro arbitrio suo
ista, quæ ad salutem obtinendam proposita sunt,
relinquere: & secundum suam electionem alia ad
salutem via peruenire. Quod quia homini omni
no impossibile est: propterea rectissime dicitur, q̄
R homo sine his omnino saluari non potest. Deus
autem sine his hominem saluare potest, qui virtu
tem suam, & sanctificationem, & salutem quocun
que ipse voluerit modo homini largiri potest. Illo
namque spiritu, quo docet hominem sine verbo,
iustificare etiam ualet si voluerit sine sacramento:
quia uirtus Dei ex necessitate elementis non subdi
tur: etiam si gratia Dei ex dispensatione per sacra
menta donetur. Hinc est, q̄ quosdam etiam sine
huiusmodi sacramentis iustificatos legimus, &
credimus saluatos. Quemadmodum Hieremias in
vtero sanctificatus legitur, & Ioannes Baptista ex
vtero matris de Spiritu sancto implendus prophe
tatur, & qui sub naturali lege iusti Deo placuerunt,
hæc sacramenta habuisse non legimus: de quorum
tamen salute nequaquam dubitamus: & qui ex il
lis sacramenta ista post iustificationem susceperunt,
signa magis iustitiæ suæ habuerunt in istis quam
causam ex istis. Qui uero per spiritum Dei quicquid
confertur in istis, sine istis perceperunt, damnabili
ter istis non caruerunt, quia vt ista non perciperet,
vel ratio temporis non poposcit, vel necessitas nõ
permisit, nunquam contemptus religionis effecit.
Nullus ergo in elementis sic legem diuinæ iustitiæ
constituit, vt dicat hominem nec iustificari posse
sine his, etiam si gratiam iustificantem habue
rit: nec saluari posse sine his, etiam si iustus fuerit,
cum ab his percipiendis vel articulus necessitatis

excludit, vel (sicut diximus) ad hæc percipienda
ratio temporis non constringit. Quemadmodum
ij, qui sub naturali lege erant iusti, eiusmodi sacra
mentis non imbuebantur, sicut & præceptis
eiusmodi non tenebantur. Quicumque ergo rem
sacramenti in fide recta, & charitate uera habue
runt sacramenti itis damnabiliter non caruerunt:
quia ea vel pro tempore suscipere non debuerunt,
vel pro imminente necessitate suscipere non po
tuerunt. Quid igitur tibi videtur, tu quicumque
sacramenta Dei veneraris, & cum te sacramenta
Dei honorare putas, Deum inhonoras? Sacra
mentis indicis necessitatem, & auctori sacra
mentorum tollis potestatem, & negas pietatem.
Dicis mihi, quod qui non habet sacramenta Dei
saluari non potest, & ego dico tibi, qui habet vir
tutem sacramentorum Dei perire non potest.
Aut nega uirtutem esse posse, ubi sacramentum
non est: aut si concedis uirtutem nega damnationem.
Vtrum est maius sacramentum, an uirtus
sacramenti? Vtrum est maius aqua, an fides?
Si vis dicere verum: dic fides. Si ergo sacra
mentum aquæ, quod minus est, saluat quosdam non
habentes fidem: & non imputatur eis, quod fi
dem non habent, quia eam habere non possunt:
quomodo fides, quæ maior est, non liberat ha
bentes fidem, & sacramentum aquæ non habentes
& non multo magis parcetur eis pro eo quod
sacramentum aquæ non habent: quod quidem
habere uoluerunt, sed non potuerunt? Sed dicis.
Quomodo ergo intelligimus, quod scriptum est.
Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu san
cto, non intrabit in regnum cælorum? Et ego te
interrogo, quomodo intelligendum putas, quod
scriptum est: Qui credit in me mortem non ui
debit in æternum? Tu dicis, quod qui non facit
hoc, non saluatur: & ego dico, quod qui hoc fa
cit, non damnatur. Quis ergo erit medius lo
cus eiusmodi homines capiens, nec saluandos,
quia aquam non habent: nec damnandos, quia
fidem habent? Est homo, qui habet fidem, &
cum fide dilectionem: aquam non habet, non
tamen aquam contemnens, sed aquam habere
volens, & non valens. Hunc ergo aqua absens
damnabit, & non potius fides & deuotio præsens
saluabit? Quid ergo (dicis) mihi est cum sacra
mentis? Habebo fidem, & dilectionem, & virtu
tes alias: & bonus ero: & sufficet mihi. Vide
ergo si dilectionem Dei habere potes, & præcepta
eius contemnere? Si ergo dilectionem Dei habes:
stude, satage, conare, quantum potes perficere
mandata eius: & si incidis in necessitatem, que
re pietatem. Si enim necessitas non est, quæ præ
tendatur: contemptus non excusatur? Vide er
go, quod sacramenta Dei medicinæ sunt spirita
les, quæ foris corporibus adhibentur per uisibi
lem speciem, sed intus animas sanant per inuisi
bilem uirtutem. Quorum quidem institutio quan
tum ad præcipientem dispensationis est, susceptio
vero quantum ad obedientem necessitatis. Vis sci
re, q̄ in istis uisibilibus speciebus ad curandos mor
bos spirituales remediū Deus non sumit, sed solum
M. Hug. à S. Vic. To. iij. Vu 3 sacra-

Sacramentum constituit? Accipe sacramentum de sacramēto. Egrotavit Ezechias, & missus ad eum Esaias propheta, qui ei mortem imminente praediceret. Quo auditore terrore, & dolore, compunctus, lachrymas cum praecē fudit: & misericordiam impetrauit. Remittitur continuo Esaias, ut quindecim annos vitae illius adiciendos annuntiet: & ad virtutem amplius sacramenti commendandam vulnere eius curando nouā nouo mō medicinam praeparat. Apposita est medicina foris, ut virtus occulta intus operaretur, & non erat sanitas ex medicina: quoniam sē se contraria sanitati erat medicina, ut aperte monstraretur, qm̄ ex illa non erat, quod per illam erat. Magnum de sacramentis sacramentum commendatum est. Ager est genus humanū, quod languet & intus per iniquitatem, & foris per mortalitatem. Ad quem sermo propheticus mittitur, ut ei mors imminens non solum praesens, sed & futura annuntietur. Qui terrentur confitentur, plorant & orant, & misericordiam impetrant. Remittitur sermo propheticus, qui nos de longioris vitae spatio indulto certos efficiat. Quia eadem nos scriptura aeternae vitae promissione consolatur penitentes, quae de perpetuae mortis damnatione terret in peccato persistentes. Apponitur medicina curandis viceribus nostris, quae cum ex sui qualitate morbo contraria ostenditur, in curatione aegroti non medicinae sed medentis virtus evidentissime declaratur. Ipsa medicina ipsa sunt sacra, quae foris nobis per ministros sacrae dispensationis corporaliter adhibentur, vulnera aiarum nostrarum inuisibiliter curantur, ut curati & sanati ad perpetuae vitae re-promissionem pertingere possimus. Quae quidem vita quindecim annorum numero signata est: quae & in praesenti per requiem mentis septenario inchoatur, & in futuro per mortalitatem carnis octonario perficitur. Quae tamen medicina, quantum ad suam naturam spectat, augere morbum habuit, non curare: quia terrena omnia (quantum ad illorum qualitatem & nostram infirmitatem pertinet) corruptionem animarum operari solent potius quam curationem. Per quae tamē Deus cum nostra sanitatem perficit, quid aliud quam suae virtutis potentiam euidenter ostendit: cum in eodem nostrum procurat remedium, a quo infirmitatis & corruptionis traximus morbum? Non itaque istis ascribatur, quod per ista nobis administratur: neque in illis visibilem ita veneremur speciem, ut inuisibilem eis subiicere veritatem conuincamur. Hac consideratione diligenter intuentibus manifestum fit, quantum vel illi debeant quod foris in specie sacrae visibiliter cernitur: vel illi quod in virtute sacramenti intus inuisibiliter operatur. Et haec quidem omnia ad hoc spectant, quod propositum erat, inuestigandum, quare videlicet instituta sint sacramenta.

De materia sacramentorum. Cap. VI.

Restat nunc tertia pars de quatuor, quae proposita fuerant, discutienda. In triplici materia omnia diuina sacramenta conficiuntur. scilicet aut in rebus, aut in factis, aut in verbis. Quia enim totus homo

corruptus erat: totum, quod hominis foris erat, ad sacramentum sumendum erat: ut totum in sacramēto foris sanctificetur, & in toto virtus sacramenti intus remedium operetur. Itaque in rebus sacramenta sanctificanda erant, ut sanctificaretur hominis materia, in factis ut opera, in dictis ut verba, ut totum videlicet sanctum sit, & quod homo est, & quod hominis est. In rebus conficiuntur sacramenta, sicut videlicet sacramentum baptismi in aqua, sacramentum unctionis in oleo, sacramentum corporis & sanguinis Christi in pane & vino, & quaecumque sunt aliae corporales species, in quibus sacramenta diuina conficiuntur. In factis etiam sacramenta inueniuntur, quemadmodum videlicet cum signum crucis vel pro munimine contra aduersas potestates oppositas, vel pro sanctificatione, quibuscumque rebus sanctificandis imprimuntur facimus, vel cum etiam expansis manibus siue eleuatis in oratione, inclinatione, siue erectione, siue conuersione, siue alio quocumque gestu uel motu, uel actu, sacrum aliquid & sacrae rei signum exprimimus. In dictis sacramentum inuenitur, quemadmodum est inuocatio Trinitatis, & caetera eiusmodi: quotiescumque cum uerborum prolatione sacrum aliquid & sacramentum exprimimus & significamus. Porro sciendum est, quod cum his tribus modis sacramenta conficiantur: illa tamen magis proprie & principaliter sacramenta dicuntur, in quibus uirtus est per sanctificationem, & effectus salutis per operationem. His breuiter de materia sacramentorum praehabitis ad sequentia transeamus.

Quod tria sunt genera sacramentorum. Cap. VII.

Tria genera sacramentorum in prima consideratione discernenda occurrunt. Sunt enim quaedam sacramenta, in quibus principaliter salus constat, & percipitur, sicut aqua baptismatis, & perceptio corporis & sanguinis Christi. Alia sunt, quae etsi necessaria non sunt ad salutem (quia sine his salus haberi potest) proficiunt tamen ad sanctificationem: quia his uirtus exerceri, & gratia amplior acquiri potest, ut aqua aspersiois, & susceptio cineris, & similia. Sunt rursus alia sacramenta, quae ad hoc solum instituta esse uidentur: ut per ipsa ea, quae caeteris sacramentis sanctificandis & instituendis necessaria sunt, quodammodo praeparantur & sanctificentur: uel circa personas in sacris ordinibus perficiendis: uel in ijs, quae ad habitum sacrorum ordinum pertinent, initiandis, & caeteris huiusmodi. Prima ergo ad salutem, secunda ad exercitacionem, tertia ad praeparationem constituta sunt. His igitur prout ratio postulare uidebatur pertractatis, ad ea, quae restant, explicanda transeamus.

De tribus, quae necessaria sunt ad salutem. Cap. VIII.

Tria sane sunt, quae ab initio siue ante aduentum Christi, siue post ad salutem obtinendam necessaria

necessaria fuerunt, id est fides, sacramenta fidei, & opera bona. Quae tria ita coherent, ut salutis effectum habere non possint, si simul non fuerint. Fides enim sine operibus (teste scriptura) mortua est. Rursum ubi non est fides, opus bonum esse non potest. Item qui fidem operantem habent, si sacramenta Dei suscipere renuunt, saluari non possunt: quia dilectionem Dei non habent, cuius praecēpta in sacramentis eius contemnant. Veruntamen ubi fides cum dilectione est, sicut non minuitur meritum, etiam si opus, quod in bono proposito deuotionis est, exterius non perficitur: sic salutis effectus non impeditur etiam si sacramentum, quod in vera voluntate & desiderio est, articulo necessitatis excluditur. Vbi autem tria simul haberi possunt, sine periculo salutis nullatenus abesse possunt, quia nec fides meritum habet, si dum potest operari negligit: nec opus bonum est aliquid, si sine fide sit. Et rursus fides operans hominem sanctificare non sufficit, si eam, quae in sacramentis Dei constat, sanctificationem suscipere contemnit. Tria ergo simul sunt, fides, sacramentum, & opus. In fide Christiano fortitudo tribuitur, in sacramentis arma, in operibus bonis tela contra diabolum pugnaturo.

INCIPIT DECIMA PARS, Quae de fide est.

De fide septem esse inquirenda. Caput Primum.



De fide tractare uolentibus, septem inquirenda proponimus. Quid sit fides. In quo constat fides. De incremento fidei. De his quae pertinent ad fidem. An ab initio secundum mutationem temporum mutata sit fides credentium. Quid sit quo nihil minus uera fides uel quam habere potuit. De sacramento fidei, & uirtute ipsius. Singula suo ordine prosequamur.

Quid sit fides. Cap. II.

Fides est (ut ait Apostolus) substantia rerum sperandarum, argumentum non apparētum. Si per fidem ea, quae creduntur fide, significata intelligimus (sicut per uisionem nonnunquam non eam, qua uidemus, sed quod uidemus accipimus) conuenienter fides substantia rerum sperandarum dicitur: quia fide ea, quae uere subsistunt bona sperantibus & expectantibus, illa uentura creduntur. Secundum quam acceptionem non irrationabiliter etiam argumentum non apparentium dicitur: quia quae ratione humana non comprehendimus, sola fide nobis credibilia esse & uera persuademus. Quod si hanc definitionem alio modo exponimus, possu-

mus dicere, quod fides non in eo quod sit, sed quod faciat diffinitur, ut sit sensus. Fides est substantia, i. substantia rerum sperandarum, id est futurorum bonorum, quae uentura sperantur a nobis, & quae sola digna sunt spe & expectatione nostra: quoniam in ipsis constat bonum nostrum. Et ergo fides substantia rerum sperandarum: quia bona inuisibilia, quae per actum nondum praesentia sunt, iam per fidem in cordibus nostris subsistunt: & ipsa fides eorum in nobis substantia eorum est. Cum enim res quae libet apud nos subsistat: uel per actum, quando uidelicet praesentes sensu comprehenduntur: uel per intellectum, quando absentes: uel etiam non-existent in similitudine sua & in imagine per intellectum capiuntur: uel et per experientiam, quando ea, quae in nobis sunt, sentiuntur a nobis, ut est gaudium, tristitia, timor, & amor, quae subsistunt in nobis, & sentiuntur a nobis: nullo horum modorum inuisibilia Dei comprehenduntur a nobis: quae credi solum possunt, comprehendere omnino non possunt. Neque enim actu praesentia sunt, ut sensu corporalibus subsistunt: Neque in similitudine aliqua imaginabiliter ab animo comprehendere possunt: quia longe omnem similitudinem & corporum & corporalium suae diuinitatis & puritatis excellentiam transcendent. Neque quemadmodum illa, quae in nobis sunt, & sentiuntur a nobis: quoniam neque de substantia animi sunt, neque de his, quae in animo subsistunt. Ergo fide sola subsistunt in nobis, & substantia eorum est fides eorum, qua creduntur quia sunt: sed non qualia sunt comprehenduntur. Ergo Deus credi potest, comprehendere omnino non potest. Dicis mihi. Quid dicam? Quid est Deus? Ego tibi respondeo, quod indicibile omnino est quid est Deus. Saltem (inquis) quid cogitabo quando cogitare uolo quid est Deus? Amplius dico, quia incogitabilis est Deus. Quicquid dicitur uel cogitatur, secundum aliquid dicitur, uel secundum aliquid cogitatur. Quod enim secundum aliquid dici uel cogitari non potest, dici omnino & cogitari non potest. Quid ergo dicis uel cogitabis, cum id quod Deus est dicere uel cogitare uolueris? Si terram cogitas, si caelum cogitas, si omnia, quae in caelo sunt & in terra, cogitas: nihil horum est Deus. Denique si spiritum cogitas, si animam, cogitas: non est hoc Deus. Scio (inquis) quod hoc non est Deus: tamen hoc simile Deo est, & similitudine sua Deus demonstrari potest. Vide quale simile si spiritum demonstrare uelles, & corpus ostenderes, qualis similitudo haec esset: & tamen plus longe est Deus & spiritus, quam spiritus & corpus. Omne enim, quod creatum est, minus ab inuicem distat, quam ille, qui fecit, ab eo quod fecit. Non potest cogitari Deus quod est, etiam si credi potest quia est, non qualis est comprehendere. Quod inquit Apostolus. Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: hoc est illud, quod dicere uolumus: si tamen dicere possumus, quod cogitare non possumus. Quod nec oculus uidit, nec auris audiuit: quia sensu non percipitur. Nec in cor hominis ascendit.

Ezechias egrotus mystice.

Mystica quindena-rij numeri significatio.

C

D

E

1. Cor. 2

dit.

Tres ani-
ma oculis.

dit: quia cogitatione non comprehenditur. Erant enim tria quaedam, corpus, & spiritus, & Deus: corpus quidem mundus erat, anima spiritus. Et ipsa anima quasi in medio quodam erat habens extra se mundum, intra se Deum: & acceperat oculum, quo extra se mundum videret, & ea quae in mundo erant: & hic erat oculus carnis. Alium oculum acceperat, quo seipsam videret, & ea quae in ipsa erant: hic est oculus rationis. Alium rursus oculum acceperat, quo intra se Deum videret, & ea quae in Deo erant: & hic est oculus contemplationis. Hos igitur oculos quamdiu anima apertos & reuelatos habebat, clare videbat & recte discernebat: Postquam autem tenebrae peccati in illam intrauerunt, oculus quidem contemplationis extinctus est, ut nihil videret: oculus autem rationis lippus effectus, ut dubie videret. Solus ille oculus, qui extinctus non fuit, in sua claritate permansit: qui quamdiu lumen habet clarum, iudicium dubium non habet.

F Oculus vero rationis quamdiu lumen eius est nubilum, iudicium certum habere non potest: quia quod clare non videt, discernit ambigue. Hinc est, quod corda hominum facilius sibi consentiunt in his, quae oculo carnis percipiunt, quam in his, quae acie mentis, & sensu rationis attingunt: quia ubi in videndo non caligant, in iudicando non discrepant. Homo ergo, quia oculum carnis habet, mundum videre potest, & ea quae in mundo sunt. Item quia oculum rationis ex parte habet, animum similiter ex parte videt, & ea quae in animo sunt. Quia vero oculum contemplationis non habet, Deum, & quae in Deo sunt, videre non valet. Fides ergo necessaria est, qua credantur quae non videntur: & subsistant in nobis per fidem, quae nondum praesentia nobis sunt per speciem. Sic itaque substantia illorum est fides, quia per solam fidem subsistunt nunc in nobis: & argumentum similiter illorum est fides, quia per solam fidem probantur a nobis. Non enim aliud argumentum maius de illis dubitantibus proferre possumus, quam quod illa, quae creduntur fide, ratione non comprehenduntur. Quod enim aliud argumentum ad illa esse potest, quibus simile & comparabile nihil esse potest? Cum utique argumentum nullatenus esse posset: nisi aliquam cum illo, ad quod argumentum esset, similitudinem etiam haberet. Quae igitur omnem similitudinem & comparationem transcendunt, qua similitudine argui & comprobari possunt: nisi quia ex fide & deuotione precedentium sanctorum colligimus: quoniam ad illa, quae futura praedicantur, bona increduli esse non debemus. Magna enim est ratio haec, & omnino fide digna: quia nequaquam sancti & iusti omnes pro aeternae vitae desiderio tanta constantia praesentem vitam despicerent, si non amplius aliquid & ultra nostram intelligentiam de illius veritate praesentissent. Sic itaque fides est substantia rerum sperandarum, quia per eam iam quodammodo quae futura sunt, subsistunt in nobis: & argumentum non apparentium, quoniam per ea, quae occulta sunt, approbantur a nobis. Sed quia in hac descriptione non quid sit fides, sed quid faciat fides ostenditur: nec ea, quae de praeteritis vel de praesentibus habe-

tur, fides diffinitur: si quis plenam ac generale diffinitionem fidei signare voluerit dicere potest: Fides esse certitudinem quandam animi de rebus absentibus, supra opinionem & infra scientiam constitutam. Sicut enim quidam, qui audita statim animo repellunt, & contradicunt his quae dicuntur: & hi sunt negantes. Alij in iis, quae audiunt, alteram quamcumque partem eligunt ad existimationem, sed non approbant ad affirmationem. Quamuis enim vnum ex duobus magis probabile intelligunt, vtrum tamen adhuc id ipsum verum sit asserere non praesumunt: hi sunt opinantes. Alij sic alteram partem approbant, ut eius approbationem etiam in asseritionem assumant: hi sunt credentes. Post ista genera cognitionis illud perfectius sequitur, cum res non ex auditu solo, sed per suam praesentiam notificatur. Perfectius enim agnoscunt, qui ipsam rem ut est in sua praesentia comprehendunt: hi sunt scientes. Primi ergo sunt negantes, secundi dubitantes, tertij opinantes, quarti credentes, quinti scientes. Ex his ergo comici potest, quare fidem certitudinem appellamus: quoniam ubi adhuc dubitatio est, fides non est. Patet etiam quare ipsam certitudinem, quam fidem appellamus, supra opinionem vel estimationem, & infra scientiam dicimus esse constitutam. Quia nimirum aliquid credere sicut minus est quam scire, sic plus est quam opinari, & estimare: Minus dico non quantum ad meritum, sed quantum ad cognitionem. Nisi enim credere aliquando quantum ad meritum plus esset quam vera videre, nequaquam visio subtraheretur, ut fides mereretur. Nec dictum fuisset. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Propterea dixi, credere aliquando plus esse quam videre, sed quantum ad meritum, non quantum ad gaudium. Alioquin quantum ad cumulum felicitatis, & perfectionem veritatis plus est praesentem videre quam absentem credere: sicut & plus est fide stare quam opinione nutare. Recte igitur dictum est: si des est certitudo rerum absentium supra opinionem & infra scientiam constituta. Quamuis etiam nonnunquam ipsa, quae ex praesenti contemplatione nascitur, certitudo abusiue fides appelleretur. De illa autem, quae proprie appellatur fides, dictum est. Nam si vides, non est fides.

Quae sint illa in quibus fides constat. Cap. III.

Dvo sunt, in quibus fides constat, cognitio & affectus, id est constantia vel firmitas credendi. In altero constat, quia ipsa illud est: in altero constat, quia ipsa in illo est. In affectu enim substantia fidei inuenitur, in cognitione materia. Aliud enim est fides, qua creditur: & aliud, quod fide creditur. In affectu inuenitur fides, in cognitione id quod fide creditur. Propterea fides in affectu habet substantiam, quia affectus ipse fides est: in cognitione habet materiam, quia de illo, & ad illud, quod in cognitione est, fides est. Credere igitur in affectu est, quod vero creditur in cognitione est. Cognitionem autem hic intelligimus scientiam rerum, non illam, quae ex praesentia ipsarum comprehenditur, sed illam, quae auditu solo percipitur, & ex verborum signi-

Plena, ac
generalis fi-
dei diffini-
tio.

Ioan. 20

significatione manifestatur. Cum illud quod dicitur, & ab illo qui audit, intelligitur quod dicitur, etiam si nesciat, vtrum sit an non sit ita ut dicitur: scientia tantum est in quantum intelligit, & scit quid est quod dicitur. Haec autem scientia cognitio est: quae sicut sine illa scientia esse non potest, quae res esse vel non esse scitur: ita sine fide esse potest, quae res esse vel non esse creditur. Ad hanc cognitionem si fides accedat, ut credatur quod audiebatur & intelligebatur: est credulitas in cognitione, & inuenitur in credulitate fidei substantia, in cognitione materia. Potest autem cognitio huius sine omni fide esse, fides autem sine omni cognitione esse non potest: quoniam qui audit aliquid & intelligit, non semper credit: qui autem nihil intelligit, nihil credit, quamuis aliquando credere possit, quod non intelligit. Nam & fides etiam est de fide, qua creditur quod nescitur: quia scienti & credenti creditur. Ille enim, qui credenti credit, non inconuenienter credere dicitur quod ille credit, cui credit: & si nesciat illud quid scit quod credit, & scit cui credit. Tales sunt simplices in sancta ecclesia, qui perfectioribus credentibus & cognoscentibus credunt: qui nimirum in sua simplicitate saluantur, nec ab illorum merito alieni sunt, quamuis ad cognitionem illorum non pertingunt. Scriptum est. Boues arabant, & asinae pascebantur iuxta eos. Simples quippe in sancta ecclesia quamuis cum perfectis occulta sacramentorum Dei rimari non valeant: quia tamen se ab illorum societate non diuidunt, quasi iuxta eos positi in eadem fide & spe bene operando se pascant. Sic ergo fides aliquando cum cognitione est, quando scitur quod creditur: aliquando sine cognitione, quando scienti tantum & credenti creditur. Necesse est tamen semper aliquam cognitionem esse cum fide, quae ipsam fidem per intentionem dirigat: quia si nihil ex his, quae credenda sunt, cognosceretur, non haberet fides quo se per intentionem in bono opere dirigeret, neque ad quid bene operando spem suam excitaret. Sed aliud est in quibusdam cognitionem fide transcendere, aliud illa, quae nunquam ignoranda sunt, credenda nescire. Illic meritum fides habet, ubi etiam cognitione non disceratur: hic quia a cognitione omnino destituitur cadit ipsa, & fides eius desinit.

Iob. 1.

De incremento fidei: Cap. IIII.

Dvo sunt, secundum quae fides crescere dicitur, cognitio & affectus, id est constantia vel firmitas credendi. Secundum cognitionem fides crescit, quando eruditur ad scientiam. Secundum affectum crescit, quando ad deuotionem excitatur, & roboratur ad constantiam. Quorundam fides cognitione magna est, affectu parua. Quorundam vero affectu magna, cognitione parua. Alij fidem & cognitionem, & affectum magnam habent. Alij & cognitionem, & affectum paruum. Veruntamen affectum magnum in fide magis laudabilem esse quam cognitionem magnam Dominus manifeste ostendit, ubi fidem grano sinapis comparauit, quod quantitate quidem paruum est, sed non seruore. Hinc mu-

lieri Chanaanæ paruum quidem adhuc scienti, sed multum confidenti, dictum est. Mulier magna est fides tua. Illa nanque apud Deum fides magna reputatur, quae etsi minus uigeat scientia, per constantiam tamen foris ostenditur. Cum ergo fides cognitione crescit, adiuuatur: cum vero affectu crescit, promeretur. Item secundum incrementum fidei Credentia genera credentium inueniuntur. Quidam enim fideles sunt, qui sola pietate credere eligunt: quod nega, tamen vtrum sit credendum, an non credendum, non sit, ratione non comprehendunt. Alij ratione approbant, quod fide credunt. Alij puritate cordis, & munda conscientia interius iam gustare incipiunt, quod fide credunt. In primis sola pietas facit electionem. In secundis, puritas intelligentiae apprehendit certitudinem. Quartum genus hominum est, quibus credere est, solum fidei non contradicere: qui consuetudine viuendi magis, quam virtute credendi fideles nominantur. Solis enim transeuntibus intenti nunquam mentem ad futura cogitanda subleuant: & quamuis fidei Christianae sacramenta cum ceteris fidelibus vsu percipiunt, quare tamen Christianus sit homo, vel quae spes Christiano sit in expectatione bonorum futurorum, non attendunt. Hi quamuis nomine fideles dicantur, re tamen & veritate longe sunt a fide. Tamen huiusmodi aliquando diuina gratia visitantur, & ad sui considerationem excitantur, ut, quare homo natus sit, an aliam post hanc uitam sequatur, inquirant. An praemia iustis, & peccatoribus tormenta reposita sint, & an post finem operis sequatur praemium iustae retributionis. Tali consideratione in corde oborta, magno mox trepidationis motu de dubio uitae mortalis conscientia ipsa concutitur: & quanto magis sibi erranti periculum imminere cernit, tanto magis ad cognitionem veritatis peruenire satagit. Considerat in hoc mundo tam diuersas esse hominum existimationes super his, in quibus salus hominis consistat. Pagani in plures unitatem diuinitatis scindunt. Iudaei creatorem confitentur, saluatorem non agnoscunt. Et in his omnibus mens fluctuat: & nisi pietate in suo teneretur, fortassis abiecta ueritate falsitatem sequeretur. Accedit ad haec (Spiritu sancto suggerente) ratio, quoniam in multis dubijs si vnum aliquid relinquatur, ut unum aliud eligatur, dubietas non tollitur, sed mutatur. Accedit ad haec alia ratio maior, melius est confiteri unum principium quam multa: quia ubi multitudo est, aut pluralitas superflua est, aut unitas imperfecta. Adhuc amplius. melius est creatorem confiteri pariter & saluatorem quam creatorem solum: qui creatorem dicit, maiestatem confiteretur: qui saluatorem intelligit, pietatem ueneratur. Et maximum bonum hominis est, ut in Deo suo & maiestatem inueniat, quam oculo cordis contempletur: & humanitatem, quam oculo carnis speculetur, ut totus homo in Deo beatificetur. His rationibus animus confortatus, ad ampliorem religionis diuinae deuotionem excitatur: deuotione autem mundatur & purificatur, ut mundo corde iam quodammodo praegustare incipiat id, ad quod fide & deuotione

ione cognoscendum festinat. Ita munda conscientia inuisibilibus decumentis, & secreta, & familiari meditatione de Deo, suo quotidie eruditur, & certificatur: in tantum ut iam quodammodo eum per contemplationem presentem habere incipiat: & nulla iam ratione ab eius fide, & dilectione (etiam si totus mundus in miracula vertatur) auelli queat. Isti ergo sunt tres gradus promotionis fidei, quibus fides crescens ad perfectum conscendit. Primus per pietatem eligere, secundus per rationem approbare, tertius per veritatem apprehendere.

De ijs, quæ ad fidem pertinent. Caput. V.

Quaritur etiam, quæ res ad fidem pertineant, quas credere oportet eum, qui fidelis iure nominatur. Nam fides illa, qua aliquid creditur hoc modo, ut qui credit fide illa, fidelis non dicitur: presentis propositi non est. Sine fide enim etiam infideles non vivere manifestum est, ex hoc quod omnis homo in hac vita viuens, sicut habet quædam, quæ per experientiam sentiat: ita quædam etiam habet, quæ nec visa nec experta, sola fide credat. Fidem tamen, quæ in Deo est, nequaquam habere dicitur, nisi qui illa credit, quæ credendo & amando homo Deum promeretur. Hæc sunt ergo, quæ ad fidem pertinere dicuntur, quæ credendo homo fidelis nominatur. Quæ vero ista sint, si diligenter inquirimus, in duobus hæc principaliter constare inuenimus. Sunt. n. quædam duo, & hæc duo in vno sunt: & vnum lunt hæc duo. Creator, & saluator duo nomina sunt, & res vna: tamen aliud notat creator, aliud saluator. Creator, q. a. fecit nos: saluator, quia redemit nos. Primum non eramus, & facti sumus: postea perieramus & redempti sumus, & ab vno vtrumq; factum est, ut bonum nostrum totum esset ab vno, & totum in vno, & vno. Creatori debemus q. sumus, saluatori q. reparati sumus. Hæc ergo sunt duo, quæ fidei proposita sūt credenda, creator & saluator: & quæ pertinent ad creatorem, & quæ pertinent ad saluatorem: hic est vna pars fidei. Saluator, & quæ pertinent ad saluatorem: hic est altera. In prima parte discernit fides inter creatorem & opera sua. In secunda parte discernit fides inter saluatorem & sacramenta sua. Ad creatorem pertinent opera conditionis, quæ sex diebus facta sunt. Ad saluatorem pertinent opera restorationis, quæ complentur sex ætatibus. In prima parte ad fidem pertinet confiteri vnum creatorem, & ab eo facta esse omnia, quæ habent esse. In secunda parte ad fidem pertinet venerari vnum saluatorem, & credere ab eo reparata esse perditam, quibus datum est vel dandum beatum esse. In prima parte recta fides inter creatorem & creaturam ita discernere debet, ut unicuique horum qd suum est tribuat: & vicissim alterius proprietatem in alterum non transfundat. i. nec creaturæ attribuat creatoris maiestatem, nec creatori ascribat creaturæ infirmitatem, nec Deum concludat tempore, nec creaturam extendat æternitate. Ita fides, si unicuique

Creator & saluator quomodo duo & vnum sint.

quod suum est tribuit, recte offert: si inter vtrumque bene discernit, recte diuidit, & non peccat. Si vero in quolibet horum delinquitur, fides sane necesse est ut detrimentum patiat. Nam illi, qui creaturam pro Deo coluerunt gemino errore decepti, vel creaturam æternam, vel Deum temporalem esse crediderunt. Quid isti aliud dicendi sunt fecisse q̄ excellentiæ factoris operi, & infirmitatē facturæ tribuisse creatori: Rursus philosophi Gentiliū quis inter creatorē & opus eius recte discernent, nequaquam tñ fideles appellandi sunt: quia fidem de saluatore non habuerunt. Sequuntur ergo deinde ea, quæ in secunda parte posuimus: vbi primum in saluatore agnoscimus redemptionem, in sacramentis eius redemptionis præparationem. Prima pars fidei spectat ad debitum nature: secunda pars fidei spectat ad debitum gratiæ. Illa credere debemus, quia per naturam conditi sumus: ista credere debemus, quia per gratiam reparati sumus.

An secundum mutationes temporum mutata sit fides. Cap. VI.

Sequuntur dehinc duo illa, quæ in prima distinctione huius tractationis proposuimus quinto & sexto loco post quatuor ista, de quibus hactenus tractatum est, prosequenda. Quorum vnum est, an secundum mutationem temporum ab initio fides credentium mutata sit: siue vna eademque fidei forma & in ijs, qui ab initio fuerunt, & qui vsque in finem credentes futuri sunt, sanctis consistat. Alterū vero, quid sit quod ab initio nihil minus vnquam fides recta habere potuit, id est quid sit illud, cui nihil vnquam demi potuit, ut fides recta constaret, etiam si aliquid adijci potuit ut cresceret. Hæc duo ratione coherent, & ideo indiuisè pertractari exposcunt. Nec leui consideratione in huiusmodi opus esse putemus: vbi tam multæ sunt existimationes & opiniones hominum, & tam diuersa fide de recta fide disputatur, nec paruum hoc esse periculum putandum est. Quomodo enim de ijs, quæ credenda sunt, fide bene sentire possumus, si de ipsa fide male sentimus? Propterea consideranda sunt diligenter singula, quæ dicuntur: ut ea dicamus, & sentiamus, in quibus dum fidem rectam asserere nitimur, sanæ fidei obuiare non conuincamur. Sunt homines, qui quasi quadam pietate impij in Deum efficiuntur: & dum ultra id, quod in veritate est, sentiunt, in ipsam veritatem offendunt. Hæc autem ignorantia multos parit errores, tam de bonitate, quam de veritate. Dicunt alij bonitati diuinæ non esse conueniens, ut in operis sua crudelis esse dicatur: & v. aliquid ex his, quæ fecit, perire permittat, qui nihil ad hoc fecit ut pereat. Ita dum se honorare putant bonitatem, offendunt veritatem. Qui enim pius fuit, ut non existentia crearet: iustus est, ut errantia & delinquentia iudicet. Alij dicunt ad iustitiam hominis pertinere, ut in hac vita sine pugna viuat: cum potius iustus esse non possit, si non pugnet. Neque enim ad iustitiam huius vitæ pertinet non tentari, sed a tentatione non superari: nec ut qui bonus est, nunquam

nunquam cadat: sed, cum ceciderit, ut resurgat. Similiter sunt, qui dicunt fidelem non esse, qui vel aliter credit quædam, quia per infirmitatem comprehendere non valet qualiter in ipsa veritate est: vel non omnia credit, quia per ignorantiam capere non potest quantum est. Et beatificandam putant hi fidem veram in multitudine cognitionis potius quam in magnitudine deuotionis: cum pietas diuina non attendat quanta cognitione credatur, sed magis quanta deuotione, id quod creditur, diligatur. Hoc idcirco commemoramus, quia agnouimus quosdam esse minus discretos, qui humanæ possibilitatis mensuram nesciunt, quia suam passibilitatem non attendunt: & si attendunt, maiori stultitia existimant hoc omnes esse debere, quo se præceteris vident amplius aliquid accepisse. Affirmant fidelem nulla ratione esse dicendum, qui non magna quædam, & multa, & sublimia fidei sacramenta agnouerit, & de maiestate creatoris, & de humilitate saluatoris quorundam disputationum profunditatem, rerum gestarum seriem memoria comprehendit. Ipsam quoque diuinitatis naturam rudibus animis, & vix ad ea, quæ vident, sufficientibus explicandam, & corpoream ab incorporea natura subtili quadam consideratione proponunt discernendam. Sed illa quoque, quæ de sacramentis redemptionis nostræ in natiuitate, & passione, & resurrectione, & ascensione saluatoris nostri Mundo iam manifestata sunt, oibus ab initio Mundi iustis & fidelibus, tam maioribus quam minoribus eadem cognitione paruisse ventura, quæ a nobis nunc cognoscuntur præterita. Alioquin non vere dicendum fidem horum omnium habuisse, qui ista non agnouerunt. Ista autem omnia, quæ in sacramento nostræ redemptionis completa sunt, eos & credidisse & agnouisse non solum hac ratione probare se putant; quod quemadmodum nos modo ad illam redemptionem non pertineremus, nisi hæc omnia iam & facta agnosceremus, & agnita crederemus: sic quidem illi per hæc saluati non fuissent, nisi hæc omnia facienda agnouissent, & agnita credidissent. Verum etiam quia aliquoties scripturæ testantur, nullum ab initio sine fide Christi esse saluatum: Et beatus Augustinus de hoc ipso loquens sic ait. Eadem fides mediatoris saluos iustos faciebat antiquos pusillos cum magnis: non veteris testamentum, quod in seruitutem generat: non lex, quæ non sic est data ut possit viuificare, sed gratia Dei per Iesum Christum. Quia sicut nos credimus Christum in carne venisse, sic illi venturū: sicut nos mortuum, ita illi moriturum: sicut nos resurrexisset, ita illi resurrectorum: & nos & illi venturum ad iudicium viuorum & mortuorum. Hæc si vera sunt (sicut ab illis existimantur, & sicut a propositis auctoritatibus affirmari videntur) aut in antiquis temporibus fuit perrara salus, aut nimium numerosa perfectio: quorum quidem quod libet sapere, discretionis terminos excedere est. Quod si videretur tolerabilius, immo etiam Deo dignus iudicatur, ipsum repleisse potius & ditasse secula illa multitudine perfectorum, quam saluandum tanta fuisse paucitate contentum: quatenus &

salui non pauci tunc fieret, & omnes nihilominus repleti spiritu prophetico necdum reuelata mysteria iam tunc penetrarent: si inquam hoc recipitur, benedicimus quidem Deum in donis suis: sed quid tempori gratiæ referuatum sit non uideamus, nisi quod temporis gratiæ illud potius iuxta sententiam hanc fuerit appellandum, in quo tot & tantæ Dei populo diuitiæ (spiritus affluebant: ut illud prorsus incredibile felicitate cerneretur implementum, quod Moyses optabat, cum diceret. Quis dabit, ut omnes prophetent: Quæso quid simile attulit Euangelium? Frustra gloriatur Paulus de primitijs spiritus, quas putat cum suis coapostolis accepisse, cum nihil tale in diebus suis potuerit experiari. Denique aiebat. Nunquid omnes prophetæ? Frustra (inquam) gloriatur de euangelio suo: quia non ab homine, neq; per hominem illud acceperit: sed quasi speciali quadam prærogatiua per reuelationem Iesu Christi, cum & ante ipsum fuerit per spiritum etiam populis reuelatum. Sed nec Apostolus Petrus illud propheticum ad sua tempora retorquet. Effundam de spiritu meo super filios, & filias vestras: & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ: si abundantior iam præcellerat transactis seculis effusio spiritus. Aut certe propheta, vel potius in propheta Deus: si vere tempora illa apostolica cum hic diceret intuebatur, non plane effundam, sed subtraham magis de spiritu meo dixisse debuerat. Quid enim? Si filijs euangelij omnes veteres iustos pares facimus in scientia: nunquid non & superiores omnes in gratia, consequenter fateri necesse est: Vtpote quos non lectio sicut nos, aut prædicatio, sed ipsa vnctio docuerit omnes de omnibus? Esto tamen toleremus nos nostram iniuriam, & Apostoli quoque suam: ut & ipsi quoq; minimi antiquorum iustorum comparent in scientia, proferantur minores in gratia. Sed est sane, quod villo omnino pacto merito non ferimus, ut Dominus videlicet gloriæ sentiat, vel falli vnquam potuisse, vel fallere voluisse: & quidem ipse protestatus est. Inter natos mulierum non surrexisset maiorem Ioanne Baptista. Vide autem si non vere falsum fateri cogimur veritatis hoc testimonium, si tantum tribuamus veteribus, quantum nec Ioanni vendicare valemus. Non utique sit iniuria Ioanni, si quid ignorasse creditur, aut dicitur: nimirum quod & ipse non diffitetur. Sed si quod præconi veritatis negamus, contra præconium veritatis alteri damus: non tantum iniuria, sed blasphemia est, & plane contradicere non Ioanni, sed veritati. Quid ergo? Amicus sponsi dubitat, & querit: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Et nos millibus hominum certitudinem de omnibus nostro mendacio confirmamus. Nec ipsos de se ita veteres sensisse, paucis aduertere possumus. Moyses scribit: Deum ad se loquentem dixisse sic. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: & nomen meum Adonai non indicaui eis (subaudi) sicut tibi. Ostendit ergo se de Dei notitia plus aliquid præcedentibus patribus accepisse. Dauid quoque supra doctores suos & seniores donum intelligentiæ sibi audacter præsumit, ita dicens. Super omnes docentes

Num. 11

1. Cor. 12

Ioel. 201

V

Matt. 11

Ibidem.

Exo. 6.

Ps. 118.

tes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est. Et rursum: supra senes intellexi. Sed & propheta Daniel. Pertransibunt (ait) plurimi, & multiplex erit scientia: ampliorem, scilicet notitiam promittēs, & ipse posteris, Sed ut ait etiam sanctus Gregorius, secundum incrementa temporum: creuit & scientia spiritualium patrum: & quanto viciniore aduentui saluatoris extiterunt, tanto mysterium salutis plenius perceperunt. Non est dubium, quin his etiam, qui praesentes fuerunt, multo amplius contulerit rerum ipsarum exhibitio, atque praesentia exhibentis: Denique & audiunt. Beati oculi, qui vident, quae vos videris. Item. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quae audiui a patre meo, nota feci vobis. Multi (inquit) reges, & prophetae voluerunt videre, quae vos videris, & non viderunt: & audire quae auditis, & non audierunt, Quare ut videlicet clarius largiusque perciperent, quod vix tenuiter obscureque praesenserant. Alioqui quid opus erat foris videre carnem, & carnis audire sermones: si iam a spiritu intus fuerant perfecte instructi de omnibus, praesertim cum Dominus dicat: caro non prodest quicquam, spiritus est qui uiuificat. Quod si prophetae, & qui illustriores videbantur in illo populo, non omnes omnia aliquando aequaliter cognoscere ualuerunt: sed alij plus, alij minus, prout spiritus dabat, diuidens singulis prout uolebat: idque absque prauiudicio suae sanctitatis, atque perfectionis: quanto magis simpliciores quiue iusti sine detrimento salutis, saluationis tempus, modum, & ordinem nescire potuerunt: quam tamen certa spe & fide uti promissa fuerat firmissime tenuerunt. Quanti hodieque in populo Christiano uitae aeternae saeculique futuri, quod indubitanter credunt, & sperant, & ardentem desiderant: formam tamen, ac statum ne cogitare quidem uel tenuiter norunt. Ita ergo multi ante saluatoris aduentum, Deum omnipotentem tenentes & diligentes, suae salutis gratuitum promissorem, credentes in promissione fidelem, sperantes certissimum redditorē, in hac fide & expectatione saluati sunt: licet quando, & qualiter, & quo ordine salus repromissa fieret, ignorarent. Nam & ipsis Apostolis, quos iustos fuisse nemo est qui ambigat, praesente saluatore, & regnum caelorum manifesta iam luce praedicante, mysterium passionis in tantum adhuc ignotum fuisse atque occultum legitur, ut ipso Domino hoc aperte praedicante & praedicente, illi nec intelligere possent, quae dicebantur. Duo quoque illi discipuli, quibus euntibus & dubitantibus in via Iesus apparuit, ad ipsius interrogationem pulsati, inter caetera dixisse referuntur. Nos sperabamus, quod ipse erat redempturus Israel, In quo aperte ostendunt, quod redemptionem Israel per passionem Christi venturam non crediderant, qui in ipsa passione de redemptione desperabant. Propter quod & illis ibidem dicitur. O stulti, & tardi corde ad credendum. Nonne oportuit Christum pati, & resurgere a mortuis, & ita intrare in gloriam suam? Postremo quod est mysterium a saeculis absconditum: Et ne forte putetur solis malis absconditum: subiecit nouissimis temporibus sancti reuelatum. Si

omnes hoc ab initio boni cognouerunt: quomodo uel mali hoc ignorare potuerunt, maxime cum ab ipsis bonis, qui hoc percepissent, qui uere boni uel mali essent, quibus hoc reuelandum vel celandum foret, discerni non potuisset. Atque in hunc modum consequens esse manifeste agnoscimus: ut si bonis omnibus haec reuelata cōfitemur, malis quoque non ignota fuisse non dubitemus. Porro si hoc stare debet, quis non videat quam ineffabiliter priora illa tempora posterioribus saeculis praeferenda sint: cum fides, quae hic foris solo auditu uerborum percipitur, illic per contemplationem propheticae aspirationis, intus ab omnibus plena & manifesta ueritatis luce legeretur? Quid fides nostra comparatione fidei illorum, nisi (ut ita dicam) non fides, sed opinio quaedam dicenda est: quos intantum certiores agnoscimus fuisse de futuro quam nos de praeterito: quoniam illi, quod in re non uiderunt, agnouerunt per spiritum: nos quod non uidimus, auditu solo percipimus per uerbum. Quod si uerum est, quis non videat, quod aduentus Christi non solum illuminationem fidelibus non attulit, sed certiores & meliorem agnitionem abstulit? Quocirca rectam fidem consulentes, commodiora saluti, & propinquiora ueritati confiteamur: & cognitionem eorum, quae ad fidem pertinent, sicut in uno eodemque tempore secundum capacitatem diuersorum differentem agnoscimus, ita quoque per successionem temporum ab initio incrementis quibusdam auctam in ipsis fidelibus non dubitemus. Vnam tamen & eandem fuisse fidem praecedentium & subsequenium: in quibus tamen eadem cognitio non fuit, sic indubitanter confitemur: quemadmodum in his, quos in nostris temporibus fideles cernimus eandem fidem, & tamen non eandem fidei cognitionem inuenimus. Creuit itaque per tempora fides in omnibus, ut maior esset, sed mutata non est, ut alia esset. Ante legem, Deus creator credebatur, & ab eo salus & redemptio expectabatur, per quem uero & quomodo eadem salus implenda ac perficienda foret, exceptis paucis, quibus hoc scire singulariter in munere datum erat, a caeteris etiam fidelibus non cognoscebatur. Sub lege autem personae redemptoris mittenda praedicebatur, & uentura expectabatur. Quae autem ipsa persona haec foret homo, an angelus, an Deus nondum manifestabatur. Soli hoc cognouerunt, qui per spiritum singulariter ad hoc illuminati fuerunt. Sub gratia autem manifeste omnibus iam & praedicatur, & creditur, & modus redemptionis, & qualitas personae redemptoris. Semper tamen in ecclesia Dei ab initio fide, & cognitionem fuisse credimus incarnationis, & passionis Christi: quia ab initio nunquam defuerunt, qui hoc cognouerunt. Alij saluabantur: quia horum perfectioni fide simplici iungebantur, & eos bene operando sequebantur.

Quid sit quo nihil minus unquam fides uera habere potuit. Cap. VII.

Haec sunt, quibus ab initio nihil minus unquam reata fides habere potuit. Credere uidelicet unum esse

Fides uera
unum & non
sua eadem.

esse Deum creatorem omnium, Dominum & rectorem uniuersorum: ipsum quidem non esse mali autorem: eorum tamen, qui in malis suis eius misericordiam quaererent vel expectarent, futurum redemptorem. Haec simplicium fidei in initio suffecisse credimus, quibus etsi nihil amplius additum est ad cognitionem, multum tamen collatum ad deuotionem. Itis quidem uenturum in carne redemptorem, & in eadem carne moriturum, resurrecturum, & ascensurum: siue alia quaedam, quae illis temporibus abscondita fuerunt, manifeste non cognouerunt. Et tamen fidem uarietatis, & passionis, siue resurrectionis & ascensionis eius, in hoc eos uerissime habuisse dicimus: quia creditibus & scientibus haec fide & deuotione sub spe & expectatione eiusdem redemptionis adhererunt, quibus modum eiusdem redemptionis suae scire non cognouerunt. Sic ergo intelligendum putamus, quod dicit beatus Augustinus: quod eadem fides mediatoris saluos iustos faciebat antiquos, pusillos cum magnis: quia eandem fidem mediatoris iusti antiqui habuerunt pusilli cum magnis. Alij quidem quae uentura erant, sicut uentura credentes, & cognoscentes. Alij uero non quidem cognoscentes, sed credendo & desiderando cognoscentibus & credentibus adherentes. Quod uero subiungit, quia sicut nos credimus in carne uenisse, sic illi uenturum: sicut nos mortuum, sic illi moriturum &c. uel non ad omnes referendum est, sed ad eos tamen, quibus uentura haec praescire singulariter datum est, ut omnes quidem eadem fidem, sed non eandem fidei cognitionem habuisse dicantur: aut si de omnibus hoc dictum intelligitur, omnes, qui futuram redemptionem crediderunt, haec etiam in quibus redemptione constabat credidisse, non inconuenienter affirmantur. In quantum enim ipsam, quae omnia haec continebat, redemptionem uenturam crediderunt, haec crediderunt: quamuis eandem de ipsis omnes in credendo cognitionem non habuerunt. Hoc modo igitur saluo intellectu dici potest: omnes ab initio iustos fidem saluatoris habuisse, & omnes in fide redemptionis uenturae iustificatos fuisse: quia eandem redemptionem uel uenturam crediderunt, uel credentibus crediderunt: & cum fide sacramenta ipsius redemptionis, quae ab initio iustituta sunt, ad sanctificationem susceperunt, & in ipsis eandem redemptionem suam quasi in umbra & figura portauerunt. Quod bene illi duo uiri signauerunt, qui botrum in uerte suspensum, de terra promissionis ad filios Israel in desertum portauerunt. Botrus siquidem in uerte Christus in cruce est, cuius mysterium in sacramento duo populi portant, qui praecesserunt, portauerunt quidem: sed non uiderunt, quia praecedentes aduentum eius: sacramenta passionis eius omnes quidem per fidem portauerunt, sed non omnes per cognitionem, quod portauerunt, intelligere meruerunt. Sequentes autem & portant, & uident: quia fideles, qui post aduentum eius in carne subsequuntur, sacramentum passionis eius & per fidem suscipiunt, & per reuelatam iam cognitionem agnoscunt. Unde Beda in eandem quaestionem. Unum (inquit) idem que dominicae crucis trophaeum, prius prophetae & Moyses, quod Apostoli nouerant, & praedicabant:

Botrus in
uerte mysti
ce quid.

sed prophetae hoc aliquoties figuratis, uelatisque sermonibus: Apostoli autem, Apostolorumque successores patefacta luce euangelij semper aperte praedicabant: ita nunc omnis populus Christianus scire, & confiteri debeat fidem, quam eo tempore pauci admodum, & perfectiores quique nouerunt: quamuis omnis Dei populus etiam tunc eiusdem mysteria fidei in legalibus ceremonijs typice portaret.

Recapitulatio supradictorum. Cap. VIII.

Duo igitur sunt, in quibus constat uera fides: Creator & redemptor. Vnum tibi sine altero non sufficit. Vtrumque agnosce, utrumque confitere. Si creatorem credis, agnoscis quod factus es: si redemptorem confiteris, agnoscis quod reparatus es. Vnus est creator & redemptor. In suo te fecit, in tuo te refecit: & utrumque unus fecit. Si ipse te fecisset, & alter te refecisset: deberes illi quod factus es, & deberes alteri quod refectus es. Et sic esset diuisa intentio tua, & dilectio, & obedientia tua: & non esses vnus totus. Et de duobus illis plus diligeres, a quo plus haberes. Qui creauit te, dedit tibi esse: qui redemit te, dedit tibi beatum esse. Propterea ne plus a te diligeretur alter quidam redemptor, quam ipse creator: uoluit ipse creator esse redemptor, & sustinuit tuam passionem, ut emeret tuam dilectionem. Missus est naturalis filius pro adoptandis: quia sine ipso alieni introducendi non fuerant in hereditatem. Venit sapientia, ut hostis non potestate, sed ratione uinceretur: & in his omnibus fides tua in uno constat: & ad unum, & uera: quia cum duo nominantur, vnus significatur, quoniam vnus creator est & redemptor. Creator ad naturam, saluator ad gratiam. In his duobus totum est & unum, hoc est in quo ab initio fides credentium uera est, quamuis in eadem fide in alijs maior, in alijs minor de istis cognitio fuerit secundum diuersitatem temporum: sicut uno & eodem tempore in alijs maior, in alijs minor inuenitur cognitio de his ipsis secundum capacitatem personarum. Quamuis ergo fides creuerit, ut aliquando & in aliquibus maior esset: non tamen mutata est, ut alia esset. Sed omnes fide uera crediderunt unum. & omnes uera fide iustificati sunt, qui iustificari meruerunt. Sine fide enim (ut ait Apostolus) impossibile est placere Deo. Et sicut dicit beatus Augustinus. Vbi fides non erat, bonum opus non erat.

De sacramento fidei, & uirtute. Cap. IX.

Sacramentum fidei dupliciter potest intelligi. Sacramentum enim fidei uel ipsa fides intelligitur, quae sacramentum est: uel sacramenta fidei intelliguntur, quae cum fide percipienda sunt, & ad sanctificationem fidelium preparata sunt. Nam & quaedam sacramenta militaria dicuntur, quibus milites in sua conditione Imperatori suo ad fidem conseruandam obligantur: & infideles quoque sacramenta quaedam habent, quae sacramenta dicuntur, quamuis nec sacra sint, nec sacrae rei signa: Sed execrationes potius, & abominationes: quibus non sacrificatur homines, sed polluuntur. Tamen ad horum

M. Hug. à S. Vic. To. iij. X x differen

i. Cor. 13

differentiam sacramenta fidei dicta intelligi possunt, quæ a fidelibus tractantur, & cū fide ad sanctificationem suscipiuntur. Primum ergo consideramus qua ratione ipsa fides sacramentum dicatur, vel cuius rei sacramentum esse intelligatur. Apostolus dicit. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc, scilicet quæ per fidem videmus, videmus per speculum in ænigmate: tunc autem quæ videmus per contemplationem, videmus facie ad faciem. Quid est per speculum videre? Imaginem videre. Quid est facie ad faciem videre? Rem videre. Puta aliquem esse post te, vel supra te: auersus es ab illo, nec vides facie ad faciem, facie tua ad faciem illius. Auersa est enim facies tua ab illo: & si forte ille respicit ad te, non tamen tu similiter ad illum. Quædum igitur sic eris, non poteris illum videre facie ad faciem. Exhibe speculum, & pone ante te, statim videbis in eo imaginem illius, qui est ad dorsum tuum, vel supra verticem tuum, & dices. Video te. Quid vides? Iam aliquid vides: sed imaginem solam. Vides illum, sed in imagine sua: nondum in facie sua. Nondum cognoscis sicut cognosceris: nondum vides, sicut videris. Videris in te, vides in imagine. Ille ad te respicit, qui te videt: tu autem auersus es ab illo. Cœverte te ad illum, & pone faciem ad faciem, & videbis iam non imaginem, sed ipsam rem. Prius vidisti illum, sed in imagine sua: modo vides illum in facie sua. Tamen cum ipsam rem videre incipis, agnosces quia aliquid similitudinis fuit illi, quod visum est in imagine, ad id quod videtur in re. Quod videtur in imagine, sacramentum est: quod videtur in re, res sacramenti est. Quod ergo videmus nunc per speculum in ænigmate, sacramentum est ad illud, quod videmus facie ad faciem in manifesta contemplatione. Sed quod est ænigma, & quod est speculum, in quo videtur imago, donec ipsa res videri possit? **Ænigma est scriptura sacra.** Quare: quia obscuram habet significationem. Speculum est cor tuum: si tamen mundum fuerit, & exterius, & clarificatum. Imago in speculo, fides in corde tuo. Ipsa enim fides imago est, & sacramentum. Contemplatio autem futura, res & virtus sacramenti. Qui fidem non habent, nihil vident: qui fidem habent, iam aliquid videre incipiunt: sed imaginem solam. Si enim fidelis nihil videret, ex fide illuminatio non esset, nec dicerentur illuminati fideles. Si autem iam ipsam rem viderent, & non amplius videndum aliquid expectarent, non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem viderent. Ergo qui per fidem vident, imaginem vident: qui per contemplationem vident, rem vident. Qui fidem habent, sacramentum habent: qui contemplationem habent, rem habent. Fides ergo sacramentum est futuræ contemplationis: & ipsa contemplatio res, & virtus sacramenti: & accipimus nunc interim sacramentum sanctificandi, ut perfecte sanctificati rem ipsam capere possimus. Si ergo summum bonum hominis contemplatio creatoris sui merito creditur: non inconuenienter fides, per quam absentem videre quodam modo incipit, initium boni, & principium restorationis eius memoratur. Quæ videlicet restaura-

tio secundum incrementa fidei crescit, dum homo per agnitionem amplius illuminatur, ut plenius agnoscat: & inflammatur per dilectionem, ut ardentius diligit. Sic ergo iustus quædum in hoc corpore existens peregrinatur a Domino, uiuere habet ex fide: quemadmodum cum eductus de hoc ergastulo fuerit, & introductus in gaudium Domini sui, uiuere habebit ex contemplatione. Sed mira Dei dispensatione agitur, quod nunc malitia interim hostis antiqui ad persequendos & impugnandos fideles relaxatur: quatenus videlicet hoc homini reputetur pro merito, si nunc per fidem ambulans, uiam ueritatis etiam impugnatus non deserat: qui prius uisione præsentis Dei roboratus, sola persuasionem prostratus erat. Ut autem in hoc prelio inuictus stare possit, & bonum suum illatum custodire: dantur ei (ut dictum est) in sacramentis arma, quibus se munit: in operibus bonis tela, quibus hostem prosterнат: ut scilicet fidei charitate & spe adiuncta, interius pariter roboretur, & uiuat.

INCIPIT DVODECIMA PARS de naturali lege.

De sacramentis naturalis legis. Cap. I.



Post fidem de sacramentis fidei tractare debemus. Sacramenta ab initio ad restorationem, & curationem hominis instituta sunt: alia sub naturali lege, alia sub scripta lege, alia sub gratia. Et in his semper quæ tempore posteriora fuerunt, effectu gratiæ spiritualis digniora inueniuntur. Omnia enim illa superioris temporis sacramenta, siue sub naturali lege, siue sub scripta, signa quædam fuerunt & figure eorum, quæ nunc sub gratia exhibita sunt, sacramentorum. Et ideo effectum spirituales, quem suo tempore operabantur, posita pro istis: illa uirtute, & sanctificatione operabantur, quam sumpserunt ab istis. Si quis igitur sacramenta priora effectum sanctificationis habuisse negauerit: non mihi recte sentire uideretur.

De prima differentia præcedentium, & subsequentium sacramentorum.
Cap. II.

In hoc tamen dignitatem sequentium indubitanter præferimus: quia illa & uisibilia, & signa uisibilia fuerunt: ista uero, cum sint ipsa quidem uisibilia, tantummodo inuisibilis gratiæ signa & sacra existunt. Iam sacra gratiæ primū per benedictionem uirtutem in se sanctificationis suscipiunt, ac deinde, quam continent in se, sanctificationem conferunt: ut sint ex sanctificatione sanctificantia, atque hæc ex sua sibi quæ cœlitus indita sanctificatione conferant: quod illa per hæc ex sola horum

horum significatione conferre cōsueuerant. Passio namque, Saluatoris, quæ primo loco sacramenta gratiæ ad effectum salutis sanctificat, mediātibus istis, & illa prioris temporis sacra sanctificabat: ut eadē salus esset & his, qui recta fide signa futurorum in illis venerati sunt, & his, qui effectum salutis in istis percipiunt.

Alia differentia. Cap. III.

Illud quoque, inter ipsa primi temporis sacra, quæ sub naturali lege erant: & ea, quæ vel sub lege scripta, vel sub gratia instituta sunt, sacra iterum perspicimus: quia illa uoluntatis magis esse uidentur, ista necessitatis. Illa ex voto celebrata, ista ex præcepto. Neque enim existimandum est illa prima naturalis legis sacramenta, siue decimas uidelicet, siue sacrificia, siue oblationes, ita homini ex necessitate indicta, ut qui ea non executus fuisset, reatum præuaricationis incurreret: quæadmodum ille, qui fideliter ea coleret, meritū deuotionis suæ inueniret. Nunc uero legimus, quod ante legem scriptam, Deus homini dixerit: qui decimas non dederit, qui sacrificia non obtulerit: sicut postea per legem dixit: masculus, cuius caro præputij circumcisa non fuerit, peribit anima illa de populo suo. Et sicut sub gratia terribiliter insonuit. Nisi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non poterit introire in regnum Dei. Unde coniicimus, quod sacramenta illa prima magis ad exercendam deuotionem præposita fuerant, quæ ad obtinendam salutem indicta. Nam qui nihil possidebat, unde decimas offerre debebat? quod nihil habebat, quæ sacrificia, & quas oblationes offerre poterat? Votum uouit Iacob Deo dicens. Si Dominus Deus meus fuerit mecum & c. Ac deinde subiungit: de uniuersis, quæ dederis mihi, decimas & hostias pacificas offeram tibi. Quod ergo ex voto se facturum ipsi respondit: quod hoc ex necessitate mandati non deberet, patenter ostendit.

Quod homo a Deo instructus est ad decimas offerendas. Cap. IIII.

MProbabile tamen est omnino hominem ad hæc exercenda a principio a Deo instructum & eruditum fuisse: ut primi contemptus culpam subsequentis deuotionis studio aboleret: & qui in semet ipso contumax extiterat, in suis postmodum obtinere consueueret. Unde enim homo rerum suarum decimam potius, quam nonam, vel octauam, vel aliam quamque partem offerendam esse scire potuisset, nisi a Deo doctus fuisset? Ex quo coniicimus, quod Deus quidem hominem a principio ad hæc exercenda consilio erudiuit, sed præcepto non obligauit: donec postea inueniret illa, in quibus homo præcepti capax, obedientiam exhiberet, & præuaricationem cauere addisceret. Primum igitur ante legem paruulos, consilio nutriuit. Postea sub lege exercitatos, præcepto tentauit. Nouissime sub gratia perfectos, in libertate spiritus ambulare permittit. Ut igitur breuiter suprascripta ad memoriam reuocemus: quæ sit differentia inter sacramenta noui testamenti, & illa quæ vel sub lege

naturali, vel sub scripta lege sacramenta fuerunt, attendenda consideremus.

Prima differentia, secunda differentia, tertia differentia. Cap. V.

Prima igitur differentia, quod sacra noui testamenti primo loco gratiæ spiritualis signa sunt: & ad ipsam gratiam sanctificandis conferendam infusa sibi benedictione principaliter instituta. Illa uero, signa horum temporum: & mediātibus his, quorum signa fuerunt, ne sine salute essent, qui tempus redemptionis præcesserunt, gratiam in sustentationem contulerunt. Secunda differentia est, quod qui in illis sacramentis imbuebantur antiqui iusti: non dum adhuc regni cœlestis ianuam intrare potuerunt, donec saluator per carnem assumptam cœlos ascendit, & omnibus in se credentibus, ac se sequentibus uiam aperuit. Tertia differentia est, quod sacra naturalis legis non ex præcepto indicta uidentur, sed ex consilio ad votum proposita: sacra uero scriptæ legis, & gratiæ necessitatem quandam executionis inducere, propterea quod non ex consilio tantum, sed ex præcepto esse instituta noscuntur.

Quare prima mutata sunt per secunda. Cap. VI.

Sed oboritur non contemnenda quæstio, quare uide licet si eundem salutis effectum tam per præcedentia quam per subsequenta, gratia contulit: diuina iussio ritum antiquorum per institutionem subsequentium aboleuit. Nam si eadem uirtus in illis sacramentis fuit: quid necessitas erat, ut illa cessarent, & ista succederent? Sed sciendum est, quod diuina dispensationis ordo, & ratio hoc poposcit: ut sicut ab initio procurrente tempore, magis ac magis aduentus saluatoris appropinquauit: sic semper magis ac magis effectus salutis cresceret, & cognitio ueritatis. Propter quod & ipsa signa salutis per successionem temporum, alia post alia mutari debuerunt, ut cum effectus gratiæ diuinæ in salutem cresceret: simul quoque & ipsa sanctificatio in ipsis signis uisibilibus euidentior appareret. Erat quippe idem saluator, eadē gratia, eadem fides, illic uenturi, hic exhibiti. Sed quia ipse, per quem salus dabatur, longe erat, eiusdem salutis signa obscura esse debuerunt. Postea uero paulatim eius aduentu appropinquante, oportebat ut eodem ordine, & fides in cognitione, & gratia in salute cresceret: & eadem gratia in sacramentis foris, & signis suis euidentius se manifestaret. Quapropter primū per oblationem: & postea per circumcisionem, ad ultimum per baptismum, expiationis & iustificationis sacramentum formari institutum est: quia eiusdem mandationis forma & similitudo in oblatione quidem occulte inuenitur, in circumcisione uero euidentius exprimitur: per baptismum autem manifeste declaratur. Primam namque institutionem accepit homo, ut pro remedijs salutis exterioris substantiæ partem offerret Deo, partem ad usum proprium retineret: quatenus in hoc facto disceret ea, quæ intrinsecus bona erant, Deo tribuere: quæ uero

M. Hug. a S. Vic. To. iij. Xx 2 mala,

INCIPIT DVODECIMA PARS
de lege scripta.

De vnione populi fidelis. Cap. I.

Dominus status ab Adam vsq; ad Abraham magis proprie determinatur. Quamuis. n. per Moysen lex scripta data sit: ante Moysen tamen obseruantia legalis in circuncisione exordium sumpsit. Primum illud seculum sub lege naturali, quasi in confusione quadam transierat: & qui in eo fideles extiterant, quasi pauca quaedam grana in humano genere dispersa, & ab inuicem discreta, sola intus fide vnita fuerant. Ut ergo ad interiorem vnitatem commendandam exterior cōderetur, & esset in manifesto forma fidei, ad quam ex dispersione sua, qui vocandi fuerant, inuitarentur: propositus est vnus, ad quem in vno perficiendo, qui assumendi postea fuerant, omnes colligerentur. Vocatus est Abraham vnus ex multis: vnitas principii vnionis: vt ad sinum illius colligerentur, quicunque post illum fide illi, & deuotione iungerentur. Vocatus est ergo, vt exiret de terra sua, & recederet ab illis, quibus vnitas fuerat: nec coniungeretur illis, ad quos ibat. Et data est illi forma, quam transmitteret ad omnes ex ipso natiuros, & omnes in ipsa vna forma vnum futuros: vt cum fidelium numerus aueretur, vnitas tamen fidei non multiplicaretur: vt primum in illius forma vnum essent, qui ex ipso nascerentur: postea & vnum fierent, qui in eadem fide ipsi sociarentur. Ex tunc ergo vnitas populi Dei incepit, & vnitas conuersationis fidelis: quæ primum signata est per sacramentum circuncisionis, postea signanda per sacramentum baptismatis. Primum signaculum in carne, sub quo vnendi erant, qui in carne vnum erant. Propterea circuncisio data non erat nisi semini Abraham: ut in carne signarentur, qui in carne vnirentur. Postquam autem ad hanc unitatem accesserunt, qui secundum carnis generationem ex ipso non fuerunt: positum est signaculum vnionis extra substantiam carnis: quia spiritu & fide vnum facti sunt, qui vnum carne non fuerunt.

De circuncisione. Cap. II.

Mandauit itaque Deus Abraham, vt circuncideret pellem præputij sui: ipsi in signum, posteris in exemplum: tantum ad priorem statum superaddens: quatenus per hoc signaculum populus Dei ab infidelibus discerneret, quousque ille veniret, qui non solum de filiis Abraham, sed de vniuersis gentibus fideles colligeret: ac per hoc (sicut dictum est) non iam per signaculum carnis in genere, sed per signaculum baptismatis discernentur in sanctificatione. Sane quicunque interim non de semine Abraham fideles extiterunt, huic præceptioni subiecti non fuerunt. Neque circuncisionis (quæ soli semini Abraham

indicta fuerat) suscipiendæ debito tenebantur, sed fide operante per dilectionem: sicut & prius sub lege naturali, prius quæ circuncisio instituta fuisset, qui iusti fuerant, sine circuncisione saluabatur. Modus autem circuncisionis talis erat. Præceptum fuit, vt puer masculus octauo die a natuitate sua circuncideretur in carne præputij sui. Et sunt qui addendum putant cultello de petra facto: quod tamen nulla alia auctoritate probant, nisi quæ Sephora uxor Moysi terrena ab angelo, acutam petram sumpsisse legitur: & ea præputium filij sui circuncidisse. Et Iosue in terram promissionis ingressurus secundo in populo Israel circuncisionis sacramentum cultris petrinis in nouasse memoratur. Sed illud in altero quidem ob festinationem magis & trepidationem, in altero vero ob typum & significationem veri Iesu, quæ per consuetudinem factum, non inconuenienter existimatur. Ut ostenderetur igitur sacramentum circuncisionis, non quemadmodum priora sacramenta ad uoluntatem propositum, sed ex necessitate exequendum, præceptum comminatione firmatur, cum dicitur. Masculus, cuius præputij caro circuncisa non fuerit, peribit anima illa de populo suo. Causa quoque subinfertur, cum dicitur: quia pactum meum irritum fecit. Si ergo per pactum Dei irritum factum præuaricationem primorum parentum intelligimus, cum in circuncisio ob præuaricationem pacti periturus dicitur manifeste datur intelligi sacramentum circuncisionis ad hoc institutum, ut per ipsum homo a debito primæ præuaricationis liberaretur. Idem. n. salutiferæ curationis auxilium circuncisio contra originale peccatum in lege cooperabatur, quod nunc baptismus, excepto quæ regni cœlestis ianuam primi patres intrare non poterant: propter quod necessaria fuit mors Christi, quæ aditum vitæ patefaceret. Tres sane sunt circuncisiones. Vna in carne tamen exterius, quæ sacramentum est. Duæ aliæ sunt, quæ sunt res, & uirtus sacri. Altera, quæ fit in præfenti, quando anima per depositionem iniquitatis circunciditur: altera, quæ in futuro fiet, quando per depositionem corruptionis corpus circuncidetur. Prima igitur est in carne, secunda in mente, tertia in corpore. Octauarius uero in sacra scriptura aliquando tempus resurrectionis significat, quod post præteritum (quæ septem diebus currit) uitam sequitur: aliquod tempus gratiæ, in quo, quasi post sabbatum legis, æterna bona seruentibus Deo promittuntur. Merito igitur prima illa circuncisio, quæ sacramentum erat illatum duarum, iussa est fieri octauo die, ut ostenderetur quod in tempore gratiæ corda circuncidenda erant per emundationem iniquitatis, & in tempore resurrectionis corpora per depositionem corruptionis. Propterea autem solis masculis data est circuncisio carnis: quia sacra scriptura per masculinum sexum animam, per muliebre vero carnem significare solet: ut uidelicet ostenderetur, quod illa exterior circuncisio animabus sanctificationem contulit, sed carni non abstulit corruptionem. Cultellus de petra factus Christum significat. De quo dicit Apostolus: Petra autem erat Christus: de quo scriptum est. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. In carne præputij iussa est fieri, quæ ad

M. Hug. à S. Vic. To. iij. Xx 3 re-

mala, sibi imputare. Denarius quippe (quoniam perfectus numerus est) signum est bonitatis & uirtutis, quæ Deo tribuitur, & in homine a Deo cognoscitur. Nonarius autem quia minus habet, a perfecto habet defectum, & vitium, & corruptionem significat, quæ merito homini deputatur. Propterea igitur homo decimam dare Deo, nonam sibi retinere præcipitur: ut quod bonum est in se, a Deo esse: quod uero malum est, a se esse confiteatur. Sed hoc signum, quasi de longe sumptum, magis docuit hominem quid esset, quam quid fieret. Igitur cum tempus aduenisset, quo ueritas ipsa declarari debuerat: datum est remedium per circuncisionis sacramentum, ubi dum de exteriori substantia hominis, pars non quidem naturaliter superflua, sed eius, quod superfluum est, figura, præciditur: iam manifestius illa peccati circuncisio, quæ in interiori homine gratia perficit, demonstratur. Quia autem circuncisio exteriores sordes & enormitates, quæ foris sunt, resecat: ablutio autem interiores maculas emundat, conuenienter iam manifestata ueritate in aduentu Christi cessare debuit circuncisio: ut illud sacramentum succederet, quod perfectam hominis emundationem, & interiorem animæ candorem, quem in ipso, & per ipsum sacramentum adipiscitur, posset declarare. Amplius autem, quia circuncisio quidem sordes aufert, sed dolores infert: ablutio uero inquinatos sine dolore emundat: idcirco priori populo in timore feruienti, & sub lege laboranti, circuncisio ad emundationem data est: nouo autem populo in gratia per charitatem ambulanti ablutio. Videntur ergo prima illa sacramenta, quæ sub naturali lege præcesserunt, quasi quaedam umbra ueritatis: illa uero, quæ postea sub scripta lege sequuta sunt, quasi quædam imago vel figura ueritatis: ista autem, quæ sub gratia nouissime consequuntur, non iam umbra vel imago, sed corpus ueritatis. In quibus salutis effectus: quoniam & perfecte eatur, & euidenter ostenditur, quasi spiritus in corpore uiuenti, exteriori motione proditur: sic in eis inuisibilis gratiæ uita clarissime demonstratur. Prima ergo sacramenta umbra fuerunt, secunda imago, tertia corpus, post quæ quarto loco sequitur ueritas spiritus. Hæc in præfenti de sacramentis naturalis legis dicta sufficere putamus: quæ tunc quidem sicut superius iam commemoratum est, ita fidei iustificanti iuncta fuisse credimus: ut in eis esset exercitatio deuotionis, non necessitas obtinendæ salutis. Sola enim fide ex dilectione operante illi tunc iustificabantur, qui per gratiam ad participationem futuræ redemptionis seruabantur. Sed quia de primis illis sacramentis, quibus deuotio fidelium tunc exercebatur, iam quædam pro tempore diximus: etiam de operibus aliqua dicenda putamus.

De tribus generibus operum. Cap. VII.

Tria sunt genera operum: quædam ita bona sunt, ut nunquam licite præteriri possint: quædam ita mala, ut nunquam licite possint committi: quædam autem media sunt, quæ pro tempore &

loco agi possunt, & prætermitti. Sola illa igitur, quæ sic se habent, ut nunquam licite fieri possint, lex naturalis prohibuit: illa uero, quæ nunquam licite possunt prætermitti, sola præcepit, media omnia ad utrumlibet relinquens. De prohibendis unum præceptum in corde hominis scripsit. Quod tibi non vis fieri, alij non feceris. De præcipiendis similiter unum. Quæcunque uultis, ut uobis faciant homines, & vos similiter facite illis: ut uidelicet homo ex sui consideratione disceret qualem se erga proximum exhibere deberet. Sed postea cum lex subintraret, & disciplinam uiuendi arctiorem proponeret: ex his, quæ media fuerant, quædam excepta: alia per præceptionem, alia per prohibitionem in alteram partem deflexit: ut quemadmodum primo homini in paradiso Deus de concessionem naturali vniam pro præcepto discipline prohibitionem exceperat: ita modo filiis eius non in vna ueritate statibus, sed per varios errores dissipatis, non vnium de concessionem naturali præceptum discipline quasi probandis, sed quasi corrigendis & reparandis multa formaret: ut quanto magis se in medijs temperare discerent, tanto leuius incōcessa cauere ualerent. Illic multa concessa, pauca sunt prohibita: hic multa prohibita, pauca concessa. Illic dictum est homini, ut de ligno scientiæ boni & mali non comederet: non quia lignum malum erat, sed quia obedientia probanda erat. Hic dictum est, ut carnem cum sanguine non comederent, ut discerent horrere crudelitatem: carnem porcinam non ederent, ut detestarentur immunditiam: in boue & asino non ararent, ut prædicationi noxiam agnoscerent, pigritiam & stultitiam: & cetera similia, quæ omnia media erant. Illa uero, quæ sub lege naturali in duobus præceptis clausa fuerant, per scriptam legem postea septem illis, quæ in secunda tabula posita sunt præceptis explicata sunt, & distincta: ex quibus primum erat. Honora patrem tuum, & matrem tuam; ut bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Secundum, non occides. Tertium, non moechaberis. Quartum, non furtum facies. Quintum, non falsum testimonium dices. Sextum, non concupisces uxorem proximi tui. Septimum, non concupisces rem proximi tui. In quibus & hoc non negligenter prætereundum est: quod ex his septem vnium solummodo secundum præceptionem datum est, sex reliqua secundum prohibitionem. Primum namque peccatum hominis fuit inobedientia: & idcirco uita ista, quæ homini ad penitentiam conceditur, tota obedientia deputatur. Quia igitur homo in malis agendis ex propria concupiscentia in diuersa distrahitur: in bonis agendis sola obedientiæ regula gubernatur. Ideo in malis cauendis, quæ habet ex semetipso, & per semetipsum facere potest, erat sigillatim instruendus: ad bona uero agenda ad obedientiam solummodo reuocandus, ut ibi per sententiam alius salubrius disceret, quod in se agere debuisset. Cum enim iubetur homo patri, & matri honorem deferre: non hoc ad carnales parentes solum referendum est, sed potius hoc ei præcipitur, ut qui eum aliquando in præceptis suis commisit, nunc propter Deum homini superiori obedientiam, atque honorem exhibere non dedignetur.

INCI-

Dons qua
re decimas
sibi offerri
præcepit

Exo. 4.

Iosue. 5.

Gen. 27.

Circuncisio
nis uirtus
quanta.

Circuncisio
triplex.

1 Co. 10
Ioan. 1.

remedium data est contra originale peccatum, qd a parentibus contraximus, per illud membrum propagati. Porro foeminae in populo circumcisionis sola fide saluabantur, sacrificijs & oblationibus, alij que legis cerimonis purificatae: ipsam quoque circumcissionem fide suscipientes, & in eis, qui carnem illam susceperunt, venerando participant. Masculi, qui morte praeventi ad octauam diem peruenire non potuerunt, & ob hoc sine circumcisionis sacramento ab hac vita recesserunt, sola fide parentum cum oblationibus & sacrificijs interuentibus non improbabiler saluati existimantur, pro eo quod praecipuum circumcisionis non nisi masculis ad octauum diem venientibus indictum esse videtur, ac per hoc praeruaricationis reos non fuisse, qui contemptores praecipui non fuerant, quod datum non fuerat nisi peruenientibus ad die octauum. Praecipue ne miserabilior hic sexus appareat: & ei etiam praerudicetur in illo, a quo alter sexus absolutus omnino fuisse comprobatur. Sed merito quaeritur, an ii, qui diem octauum negligentia sine contemptu parentum sine sacramento circumcisionis transierunt: postmodum eodem sacramento percipio salutis effectum consecuti sunt: cum praecipuum diuinum hoc sacramento non nisi die octauo celebrandum indixerit. Et potest forassis non irrationabiliter credi: quod sicut de gentibus ad ritum legis venientes, hoc sacramento qualibet aetate ad salutem perceperunt: ita etiam si qui sub lege tempore suo hoc non percepissent: ad salutem tamen & remedium eis operatum sit: si illud postmodum suscipiendo priorem negligentiam correxerunt. Sic igitur circumcisionis sacramentum semini Abraham sanctificando & signando pariter datum est: sanctificando, vt iustificaretur: signando, vt a ceteris gentibus discerneret: quatenus singularis maneret, & discreta generatio, de qua Christus naceretur. Vnde consequenter colligitur probabile esse illi semini Abraham circumcissionem ex praecipuo indictam, de qua Christus nasciturus erat: vt videlicet post Abraham Isaac, post Isaac Iacob, ac deinde duodecim tribus, quae de ipso Iacob exorta sunt. Nam & Iob secundum quosdam de Esau stirpe fuisse creditur, qui tamen circumciscus fuisse legitur.

De preparatione legis. Cap. III.

Sacramento circumcisionis ante legis latione datum est, & per ipsum quaedam preparatio ad suscipiendam legem facta est. Quemadmodum enim nunc in nouo testamento, primum homo vna baptismatis ablutus signum & nomen professionis suae accipit, ac deinde numero fidelium associatus, & praecipuis diuinis instructus ad completam professionem suam accedit: sic antiquus ille populus primum quidem per circumcissionem signatus est, postea per legem informatus.

De sacramentis legis scriptae. Cap. IIII.

Lex scripta tria continet. Praecepta, facta, promissa. In praecipuis est meritum, in promissis est praemium, in factis est adiutorium.

Per praecepta eundem fuerat ad promissa. Sed quia homo per se infirmus erat: venerunt facta media inter praecepta & promissa, quae illum adiuuarent, & ad praecepta perficienda, & ad promissa obtinenda. Sub lege naturali pauca erant facta: sub lege scripta vtraque multiplicata sunt, & praecepta, facta, & promissa. Nam cum primum medicus Deus ad hominem aegrotum curandum accessisset, totum occupauerat morbus, quem totum reliquerat salus. Et apposuit in corpore generis humani in primis pauca antidota: & paucis membris, id est paucis personis, vt paulatim morbus deficeret, & salus cresceret. Postea sub lege scripta remedia plura contulit, & plures reparauit. Duo praecepta fuerunt sub lege naturali, & tria facta. Duo praecepta, quae tibi non vis fieri, alij ne feceris. Et, quaecumque vultis, vt vobis faciant homines, eadem & vobis facite illis. Tria facta: decimae, oblationes, & sacrificia. Decimae in portionibus, oblationes in rebus, sacrificia in animalibus. Sub lege scripta multa fuerunt praecepta, & multa facta. Praecepta, n. legis scriptae, alia fuerunt mobilia, alia immobilia. Mobilia sunt, quae ex dispensatione ad tempora sunt ordinata. Immobilia sunt, quae a natura veniunt: & vel ita mala sunt, vt nullo tempore sine culpa fieri possint, vel ita bona, vt nullo tempore sine culpa dimitti.

De immobilibus praecipuis.

Cap. V.

Immobilia ergo sola lex naturalis habuit duobus praecipuis comprehensa. In vno bona praecipiendo, in altero mala prohibendo. Haec vero duo praecepta naturalis legis per legem scriptam latius explicata sunt & distincta per septem illa praecepta, quae secunda tabula continebat. In quibus ostenditur, qualem se exhibere debeat homo erga proximum, quemadmodum in tribus praecedentibus demonstratur, qualem se exhibere debeat homo erga Deum. Vnde & prima tabula dicta est, quia excellentiora continet mandata, quae pertinent ad dilectionem Dei. Secunda autem, quia inferiora & proxima post haec praecepta continet, quae pertinent ad dilectionem proximi. Vel prima tabula dicitur, quia in ea continentur praecepta, quae insinuunt fidem: secunda, quia in ea continentur praecepta, quae instruunt ad bonam operationem.

In prima tabula tria sunt praecepta, quia quae fide creditur trinitas, est Deus. In secunda tabula septem sunt praecepta, quia in presenti vita (quae septem tantum dierum circulo voluitur) officia humanitatis proximo exhibentur. Tria vero & septem, denarium complent, quia perfectum facit fides recta, & operatio bona. Primum praecipuum primae tabulae ad Deum patrem pertinet, sicut praecipuum secundae tabulae ad hominem patrem: vt utrinque paternitas principij auctoritate honoretur. In prima tabula praecipuum est & prohibitio, similiter in secunda: vt utrinque studeas & facere quod debes, & cauere quod non debes. In altero namque si offensis, delictum est: in altero vero si offensis, peccatum est. Facere autem non

Prima, & secunda tabula quarum resic nominentur.

peccati & delicti differens. non facienda, peccatum est: facienda autem non facere, delictum.

De tribus praecipuis prima tabula.

Caput. VI.

Deut. 6. Audi Israel: Deus tuus Deus vnus est: ipsum adorabis, & illi soli seruias. Non hoc totum de praecipuo est, quod dicitur: quia ante praecipuum per admonitionem ad obedientiam auditoris animus preparatur. Audi Israel. Hic nota obedientiam: Deus tuus, hic nota gratiam: Deus vnus est: hic nota doctrinam, quasi diceretur obedientiam exhibe, gratiam intellige, veritatem agnosce. Quod audis, hoc est obedientia, quam exigeris: quod Deus tuus, est gratia, qua perueneris: quod Deus vnus, veritas, qua illuminaris, & perficeris. Deum tuum audi, qui tibi misericordiam iam exhibuit, & necdum tamen a te seruitium accepit: vt scias ab ipso esse vtrumque, scilicet quod a te exigit opus virtutis, & quod tibi promittit praemium retributionis. Audi Israel, hoc est ausculta & acquiesce. Omnis enim virtus ab obedientia incipit: quemadmodum omne vitium ab inobedientia procedit. Frustra namque vel inobedienti gratia, vel contumaci doctrina, vel non intelligenti praecipuum daretur. Idcirco primum dicit, audi Israel, vt sis obediens: Deus tuus, vt deuotus existas: Deus vnus est, vt veritatem agnoscas. Deinde sequitur praecipuum. Ipsum adorabis, hoc pertinet ad fidem: & ei soli seruias, hoc pertinet ad operationem. Fides enim operans ex dilectione perfectum facit: quia nec opus sine fide, nec fides, cui tempus suppetit, accepta est sine opere. Propterea adora recte credendo: serui bene operando. Quae autem potest, an id quod dixit: ei soli ad vtrumque referendum sit: vt dicatur ipsum solum adorabis: & ei soli seruias. Sed hoc quomodo stare poterit, quia saepe in veteri testamento, sanctos viros non solum angelos adorasse, sed etiam homines legimus: nec tamen propterea alicubi reprehensos inuenimus: Et in nouo etiam Apostolus fideles ad seruendum superioribus & prelati summo opere exhortatur, Sciendum ergo est, quod alio modo homines, alio modo Deus adorari praecipitur. Vsu namque veteri superiores quique ab inferioribus adorari dicebantur, quando eis huius incuruatione genuum, siue capitis inclinatione ab his reuerentia exhibebatur. Deum autem adorare, est ei totam mentem per humilitatem ac deuotionem subternere, & ipsum principium ac finem omnis boni credere. Quod ei soli nos debere nemo est sanae mentis, qui ambigat.

Esai. 42. Vnde ipse quoque per prophetam de se testatur dicens. Non gloriam meam multiplicabo. De seruitute vero ad laudem ipsum competenter intelligi potest: quia nimirum omnis ille rectissime, soli Deo seruire dicitur, qui & secundum Deum homini superiori humiliter se subijcit: & ubi causa Dei impugnatur, fideliter contra tradit. Qui cauet sollicito, ne in sua seruitute vel per timorem hominis contra Deum quid faciat, vel terrena retributionis lucrum in intentione celestis praemii anteponat. Sed in graeco manifestior seruitus

expressa est. Graeca namque locutio diuinam seruitutem ab humana proprio vocabulo distinguit: quod latinitas non habet. Ibi enim Dei seruitus laetitia: & humana dulcia vocatur. Et ob hoc idololatrae vocati sunt, qui eam seruitutem, quam Deo debuerunt, idolis exhibebant. Sed latina lingua vtramque sub eodem nomine seruitutem comprehendit, & propterea obscurior significatio facta est, cum dicitur. Ei soli seruias: quod in graeco ambiguum non est. Sed cum praecipuum ad patrem pertineat: quare dictum est: ei soli seruias: quasi etiam filio, & Spiritui sancto seruendum non sit? Sed quod dictum est soli non excludit communionem filij, & Spiritus sancti: sed quicquid Deus non est. Pater autem, & filius, & Spiritus sanctus vnus Deus est: ipse solus adorandus est: eique soli, & non alteri seruendum est, ea videlicet seruitute, quae ei soli debita est. Nam in euangelio, cum dicitur. Nemo nouit patrem nisi filius, non vtiq; Spiritus sanctus a patris cognitione excluditur: cum ipse etiam profunda Dei teste Apostolo, scrutetur. Sed est eiusmodi loquendi genus: vt dicatur nemo, nisi ille videlicet, qui non est, hoc quod ille, & His pro breuitate transcursum ad consequens mandatum discutiendum transeamus, quod tale est. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Hoc ad simplicem literae sensum taliter intelligi debet: vt nomen Dei homo in vanum non assumat, id est vel ad mendacium affirmandum, vel ad idolum venerandum: scilicet vt neque idola nomine diuino honoret, neque falsitati nomen diuinum associet. Mystice autem nomen Dei assumere in vanum, est filium Dei visibilem per humanitatem factum, creaturam existimare. In vanum quippe nomen Dei assumit, qui filium Dei aeternum ex tempore coepisse credit. Nomen siquidem patris filius dicitur: quia in filio, & per filium pater inuisibilis manifestatur, non solum quando mundus per ipsum factus est, verum etiam quando per ipsum homo est redemptus: Sane qui filium Dei hominem factum consistenter, nequaquam in vanum nomen Dei assumunt: quia quem credunt hominem per id, quod assumpsit ex tempore: verum Deum agnoscunt, per id, quod fuit ex aeternitate. Potest adhuc aliter intelligi, quod dictum est: Non assumes nomen Dei tui in vanum. In vanum namque nomen Dei assumunt, qui filium Dei ad se missum, & pro sua salute incarnatum contempnunt. Quid est ergo dicere, ne assumes nomen Dei tui in vanum, nisi sicut veneris & adoras eum propter hoc, quod ab eo factus es: sic adora & venerare, propter hoc, quod ab eo es redemptus: quia non minus tibi contulit cum redemit, quam cum creauit. Ad eundem spectat sensum: quod ipse filius in euangelio discipulis, & per discipulos omnibus in se credentibus dicit. Creditis in Deum, & in me credite. Modesta quidem (vt decuit prius) nos admonens inuentione, vt intelligamus eum non solum adorandum a vobis in sua diuinitate, qua condidit, sed in humanitate etiam, qua redemit. Tertium praecipuum est. Obserua sabbatum. Quatuor sabbata commemorare videtur scriptura. Primum illud, in quo Deus perfectis operibus suis requieuisse dicitur. Scdm illud,

Matt. 23. 1. Cor. 2.

Exo. 20. Deut. 5.

Assumere nomen Dei in vanum mystice quod sit.

Ioan. 14

Sabbatum quadruplex.

illud, quod filijs israel carnaliter custodiendum... mandator. Tertium illud, qd populo Dei seruandū... praeceptum. Quartū illud, qd in pmissione p sab... bato suis Deus dilectoribus pollicetur. Duo igitur... sunt sabbata-exterius, vnum Dei, & vnum homi... nis: & duo interius, vnum Dei, & vnum hominis. Sabbathum Dei, quo exterius ab opere cessare dē, sa... cramentum est illius interioris sabbati eius, in quo... ipsius aeterna, immortalisq; aeternitas inconcussa... beatitudine perfruens, nullo vnquam labore fatiga... tur: Sabbathū hominis, quod ei visibiliter exterius... seruandū praeceptum, sacramentum est interioris... sabbati, vbi mens sancta per bonam conscientiam a... seruitute peccati quiescens, in gaudio Spiritus sā... cti iocundatur. Hoc sabbatum quisquis in praesen... ti vita seruauerit, vt nullis consentiat malis, perue... nient in futura vita ad illud aeternum Dei sabbatū, vbi nulla sēriet mala. Sicut dictū est. Et erit sabbatū pro sabbato, mensis pro mense. Illud itaq; praep... tum specialiter ad Spiritus sancti personam referri videtur, cum dē. Obserua sabbatum: vt videlicet in praesenti eum suscipiamus: & custodiamus intra nos in gaudium bonae conscientiae, quatenus eum in futuro suscipere, & possidere mereamur in gau... dium vitae. Hae igitur sunt praepcepta tria primae tabulae. In quibus praecipue dilectio Dei commen... datur, & tota Trinitas vnus Deus aequaliter ado... randa & colenda praecipitur.

Esa. 66.

De septem alijs praepceptis: quae sunt secundae tabulae. Caput. VII.

Septem alia, secunda tabula continebat, quae hominem ad dilectionem proximi instituunt: & propterea septenario distinguuntur, qd in praesenti vita tantum, quae septem diebus voluitur, nostra charitas pietatis operibus exercetur erga proximum: postea consummationis operibus, & finitis laboribus, per contemplationem pariter cum proximo beatificanda in Deum. Amor igitur proximi & temporalis est quantum pertinet ad exhibitionem operis, & aeternus quantum pertinet ad effectū dilectionis. Primum praepceptum secundae tabulae ad patrem pertinet hominem, sicut primum primae tabulae ad patrem Deum. Vtrobique paternitas praeponeitur, utrobique principij dignitate honoratur: quia sicut quendam modum sic habemus principium nascendi per generationem a patre homine, sicut principium existendi per conditionem accepimus a Deo patre: & paternitas homini sacramentum est, & imago diuinae paternitatis: vt dicat cor humanum in eo principio, quod videt quid debeat illi principio, a quo est, & quod non videt. Sic ergo est dictum. Honora patrem tuum, & matrem tuam: vt bene sit tibi, & sis longaeuus super terram: sicut superius dictum est in primo praepcepto primae tabulae: ita & hoc non totum ad praepceptionem pertinet qd propositum, sed ibi qd praeter praepceptū erat, praemissum est: hinc subiunctū est. Audi Israel: Deus tuus vnus est. Hoc totum ante praepceptum praemittitur: ipsum praepceptum postea subiungitur, cū dē. Ipsum adorabis, & ipsi soli seruiēs

Amor proximi temporalis, & aeternus.

Hic praepceptum praecedit: Honora patrem tuum, & matrem tuam: deinde subiungit, vt bene tibi sit, & sis longaeuus super terram. Quid est ergo, qd ibi añ... N praepceptum causa praepcepti praemittitur: hic post praepceptum subiungitur: nisi, quia Deus diligendus est pp seipsum, & homo pp Deum? Nam & amor parentum, si ad solam carnem respicit, spirituale praemium non acquirit. Ex Deo igitur in nobis prius est, pp qd postea diligendus est a nobis: quia eius gratia nra dilectio praenitur, & nra dilectio per eius grām excitata subsequitur. In patribus autē carnis nrae, si ad id solum beneficium nra dilectio tenditur, quo carnaliter ab his nostrum meritum praenitur, quia vltra carnis affectum, & supra carnis intuitum non proficit, ad perfectionem praemij spiritualis non pertingit. Ergo propter vitā aeternitatis, diligendus est author vitae temporalis, vt. i. non hoc diligatur, quia hanc ab illo, immo per illum, vitam accipimus, sed quia per hanc ad illam vitam intraturi sumus. Bene ergo cum dictum esset. Honora patrem & matrem: subiuncta est causa: vt bene tibi sit, & sis longaeuus super terram. i. viuentiū: quia hoc diligere debemus in auctore vitae huius, qd ab illo per hanc vitam ad futuram vitam initiati sumus. Et pulchre honoranti principium suum longaeuitas promittitur: quia Deo per dilectionem adherentes aeternitatem promerentur. Sane quantum spectat ad sensum literae, duobus modis patres nostros honorare debemus, & obediendo eis videlicet in omnibus (exceptis his, in quibus dilectio Dei pris offenditur) & eos quantum facultas nra suppetit, adiutando. Sed & de patribus spiritualibus. i. prelatis nris idipsum intelligere nihil impedit: quibus obedientiam debemus, quantum nostra habet possibilitas, & auxilium immo seruitiū, quā cum suppetit facultas. Secundū praepceptum secundae tabulae. Non occides. Homicidiū fit multis modis, manu, lingua, consensu. Manu fit, cum quis alium actualiter vita priuat, vel in locum mortis, vbi vita priuetur, praecipitat: vt in carcerem, vel alium quēlibet talem locum. Lingua fit duobus modis, id est praecipiendo, vel suggerendo. Iudei quippe Christiū occiderūt, dum vt occideretur, iudici suggererūt. Consensu sicut duobus modis fit homicidiū, vel dum mortem alterius desideramus & cupimus, vel si dum eum a morte liberare possumus, vitam eius negligimus, id est adiutorium non impendimus. Tertium praepceptum secundae tabulae est. Non mo... chaberis, id est non fornicaberis. Fornicatio est oīs illicitus concubitus: & est duplex fornicatio. Animae. Vnde propheta. Perdisti oēs, qui fornicantur abs te. Corporis: de qua hic agitur. Hoc. n. praepceptum, & quaedam alia sub vereri lege tm inchoata sunt. i. non plene, sed ex parte data propter infirmitatem auditorum: quae postea adueniente gratia consummata sunt. Lex. n. dicit. Non mo... chaberis: corporalem tm mechiam prohibens. Christus dicit. Qui cumq; viderit mulierem ad concupiscendā eam, iam mechatus est eam in corde suo: omnem illicitam concupiscentiam tam aīe qd corporis contradicens. Quartum praepceptum est. Non furtu facies. Furtum accipitur in hoc loco pro qualibet illicita vsur

Honorandi a nobis patres cuicunq; generis.

Homicidiū multiplex.

Duplex fornicatio Psal. 72.

Matt. 5.

vsurpatione rei alienae, siue occulta siue manifesta. Qui. n. furtum prohibuit, rapinam nō concessit, cum sit maius peccatum (vt testantur sancti) aperte & violēter rapere, qd occulte subtrahere, quia maius odium & iram excitat. Sub furto et comprehenditur vsura. Quintum praepceptum secundae tabulae. Non falsum testimonium dices. Vt ergo melius liqueat. quid sit falsum testimoniū, altius incipiendum est, i. a mendacio. Aliud. n. est simplex mendacium in falso testimonio, aliud in periurio, aliud in voto, dum aliquis vouet qd non soluit. De quibus oibus dicendum est. Primum autē de simplici mendacio: quia propter ponenda est descriptio mendacij. Quidam mendacium sic diffiniendum putant. Mendacium est falsa significatio cum voluntate fallendi, vel quae praesentialiter adest, vel postea aduenit. Nam si quis alteri promittens se aliquid daturum, habens voluntatem dandi cum promitteret, postea vero mutata voluntate dare nollet, mendaciū esset, non quia in promissione cor duplex fuit: sed quia, qui promisit, postea cor duplicauit. Sic ergo intelligi potest, quod dictum est. Mendacium est significatio falsa, id est oratio vel locutio, per quā ille, qui loquitur, auditori falsum significare intendit, & putat. Nam etsi ita vt dicit, mentitur tm ille, qui loquitur cum opinione & intentione fallendi. Iocosa mendacia, & ironia, & parabola, mendacia non sunt: alioquin sancti reprehensibiles inueniretur, quia in parabolis, & ironijs multa locuti sunt. Sed ipse Christus in parabolis loquebatur ad ipsas turbas, quas utiq; in sermone suo nō assumpsisset, si vllum in eis mendacium constaret. Hoc tm interest, qd iocosa mendacia, & si falsitatis reatum non incidunt, leuitatis tm culpam non euadunt. Est adhuc aliud genus mendacij, cum aliquis quasi humilitatis causa mentiri videtur, utpote cum se peccatorem dicit, & tm non ita sentit vt dicit, de quo uerissime dictum est: quia cū causa humilitatis quis mentitur, si antequam mentiretur peccator non erat, mentiendo efficitur, quod non erat, quia qui peccatorem se dicit, & non ita credit, veritas in eo non est. Est aliud genus mendacij, cum pro salute vel vita alterius conseruanda aliquis mentitur, qd & ipsum nullo modo approbandū est. Male. n. mentiēdo vitā seruat in alterius corpore, qui per mendacium veritatem extinguit in suo corde. Pot tm in huiusmodi aliquando veritas sine culpa celari, qn causa salutis nostrae siue vtilitatis alienae ratio exposcit. Longe. n. aliud est, quod verum est tacere atq; aliud quod falsum est asserere. Ipsa. n. veritas dicit. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: quod utiq; non dixisset, si veritatē tacere semper culpa esset. Falsum testimoniū est, si cū quis alterius mendacio de veritate testimoniū perhibet: qui nō solū mentiēdo reus efficitur, sed quia et ipsū mendaciū contra veritatē patrocinari conatur qd quidē si sciens fecerit, danabilis oīno malitia est: si autē ignorās, reprehensibilis negligentia. Non omne iuramentū malū est, & tm omne iuramentū teste veritate a malo est. Qui. n. verū iurat pro necessitate proximi, aut pro vtilitate: cum. s. is, cui iuratur, aut credere non potest propter ignoran

Quid, & quotuplex sit mendacium.

R

Ioan. 26.

Testimoniū falsum quid.

Matt. 5.

tiam, aut credere recusat propter malitiam: huiusmodi iuramentum malum quidem non est illi, qui iurat: quia ex necessitate contestatur veritati, & tamen a malo est illius, cui iurat: hoc est vel ex infirmitate, si credere aliter non potest: vel si credere contemnit, ex peruersitate. Qui autem sine causa iurat, et si verum iurat, non sine culpa est: aut quia pro leuitate arguitur, aut pro contumacia condemnatur. Qui malum se facturum iurat, peccat. In quo tm melius esset iurum frangere, qd adimplere: ita quidem vt & malum caueat, qd iurauit: & nihilominus culpam agnoscat, in eo qd male iurauit. Periurium est mendacium factos sancta attestatio ne inducta confirmatum. Qui. n. falsum iurat, peccat vel periurat: in quo primum malum est culpa mendacij, cum id, quod falsum est, dē. Secundum autem, qd ad tuendam falsitatem testimonium veritatis irreuerenter vsurpatur. Qui viderit alium falsum iurare volentem, particeps peccati efficitur, si consentit: & si non quantum potest salua veritate, ne malum perficiatur, contradicendo & admonendo obstitit. Hic autē considerandum est, qd peccatū fratris cum probare non possumus, publicare nō debemus: ne fortē videamur nolle proximum nostrū corrigere, sed magis infamare. Propterea admonitio peccantibus adhibenda est, vbi negantibus testimonium conuincens adduci non potest. Votum est voluntaria spōsio animi. Quisquis Deo votum vouet, reddere debet quod vouet: iuxta illud propheta. Vouete, & reddite Dño. Dicit autem scriptura. Vota stultorum frangenda sunt. Vnde vota stultorum intelligimus omnia, quae vel mala sunt, vel si bona sunt, ordinata tm non sunt: & maius malum est, quod est ex eis, quā bonum, quod est in eis. Verbi gratia. Si mulier nolente viro, aut vir nolente muliere voueret continentiam: aut subiectus sine consilio & licentia praelati sui inordinatam proponeret abstinentiam: huiusmodi vota, quia manifeste stulta essent, tenenda omnino nō essent. Qui bonum quodcunq; vouet, si postea illud aut implere nō poterit, aut pro maiori bono pficiēdo implere noluerit: poterit sicut licentiā eorū, quibus dispensatio in eū credita est, votū eius aut laxari, aut mutari: ita vt in eius arbitrio nō cōstet vel hoc dimittere, qd faciēdū vouit, vel aliud pro eo facere, et si maius est, qd nō vouit. Sextū praepceptū, qd & nonū ē. Nō concupiscēs vxorē proximi tui. Septimū praepceptū qd & decimū est. Nō concupiscēs rē proximi tui. Hic opponēdū vī cōtra hoc, qd superius dictū est in eo praepcepto, qd superius datū est de fornicatione cauenda. Nō mechaberis: mechiam tm corporale esse prohibita. Postea vero p id, qd Chrs in euāgelio dicit. Qui cūq; viderit mulierē ad concupiscendā eā, iā mechatus est in corde suo: oīm tā corporale qd spūale mechiam esse interdictā. Quo. n. euāgelium suppleuit, qd lex scripta prius minus habuit: cū idipsum, qd euāgelium adiecit credidit, i lege scriptū prius inueniat. Qui. n. dixit, nō mechaberis corporale mechiam prohibēs: postea dixit. Non concupiscēs: spūale mechiam oīno cauedā esse ostēdēs. Quid ergo noua lex suppleuit, qd vetus minus habuit? Lex corporale mechiam prohibuit, concupiscētiā prohibuit. Quid amplius ha-

T

V

Votum.

Matt. 5.

Matt. 5.

buit euangelium, quod faceret? Sed sciendum est, quod vetus lex quauis concupiscentiam hominis a re aliena cohibuit, in propria tamen minime temperauit. Quia qui dixit: non concupisces uxorem & rem proximi tui, mulierem & rem omnino concupiscendam non vetuit, sed ab aliena tantum appetitum cohibendum demonstrauit. Non autem lex & in propriis temperatū esse debere edocuit, ut omnem illicitam concupiscentiam excluderet. Potest autem & alio intellectu conuenienter dici, veterem legem per concupiscentiam uxoris siue rei alienæ non illam significasse, quæ sola voluntate agit, sed ambitionem & machinationem, quæ studio quodam & adnūsu ad implendum desiderium, & ad obtinendum id, quod in desiderio est, exterius opere exercetur. Noua autem lex non solum damnauit illicitam concupiscentiam foris in studio operis, sed intus quoque damnabilem esse ostendit in desiderio voluntatis.

De ordine præceptorum Dei. Cap. VIII.

Ordinem autem præceptorum Dei sine consideratione trauisire non oportet. Nam si ordo viuendi est, est utique & ordo præcipiendi. Primum ergo attende, quod dicitur tibi: ut adores Deū tuū, & seruias illi. hoc est primum præceptum. In adoratione agnosce fidem, in seruitute intellige bonā operationem. Post hoc sequitur secundum præceptum, ut nomen Dei tui in vanum non assumes, quatenus verbum veritatis in ore tuo sit propter ueritatem, ut post fidem cordis sequatur confessio oris. Primum deuotio ad bonam conscientiam, postea exemplum operis ad bonam famam. Nouissime uerbum prædicationis ad doctrinam. Deinde sequitur tertium præceptum & dicitur tibi: ut sabbatum obserues: hoc est mentis quietem custodias, ut non perturberis ex aduersis foris occurrentibus pro ueritate, sed discas esse pacificus et inter eos, qui pacem oderunt. Prædices ueritatē, & non omitas charitatem. Hæc sunt tria præcepta primæ tabulæ de iis, quæ pertinent ad Deum. Postea sequitur secunda tabula de iis, quæ spectant ad proximum. Primum præceptum est secundæ tabulæ, in quo tibi præcipitur, ut honores principum tuum, ut uitā longæuam habere possis: quoniam qui non honorat eum, a quo est, dignus est, ut retinere non possit id quod est. Secundum præceptum est. Non occides: Conuenienter sane cui in præcedenti mandato uitæ longæuitas promittitur: hic, ne alienam uitam extinguat, prohibetur, ut hoc ex charitate Dei sit: quod principum suum honorans ad uitam, quæ finem nescit, inhiat: hoc uero ex charitate proximi, quod ad uitæ alienæ finem nullo crudelitatis odio se relaxat. Deinde sequitur tertium præceptū. Non mœchaberis: & quartum, Non furtum facies. Non mœchaberis: hoc pertinet ad uitam propriā. Non furtum facies: hoc pertinet ad uitam alienā. Supra enim iussus est homo & suam, & alterius uitam conseruare: hic iubetur & suam, & alterius uitam non lædere. Iustum enim est, ut in via uitæ corruptionē caueat, qui in patria uitam incorruptam expectat.

& qui iam uitam proximi per apertam uiolentiam non opprimit, etiam per fraudem occultam in his, quæ ad usum viuendi data sunt, ei non noceat: & non solum ipse per se non noceat, sed neque nocentibus, neque nocere uolentibus, sua autoritate uel attestatione fiduciam aut firmamentum præstare præsumat. Hoc enim in sequenti mandato prohibetur, cum dicitur. Non falsum testimonium dices. Et quia ab opere læsionis diu se cohibere nō potest, qui mentē suam ab intentione & uoluntate lædendi non cohibet: sequitur, & dicit. Non concupisces uxorem proximi tui: nec concupisces rem proximi tui. Hæc sunt decem præcepta, quæ primæ perfectionis uiam, & semitam pandunt directionis. Prima enim perfectio per bonam operationem hominem in seipso dirigit. Secunda per charitatem proximi in latum expandit. Tertia per charitatem Dei in altum extollit: quia denarius primæ perfectionis lineam porrigit. Centenarius secundæ expandit latitudinem. Millesimus in altum summā tollit perfectionem. Hæc autem in præsentī de expositione decem præceptorum legis dicta sufficiant.

De mobilibus, & superadditis præceptis. Cap. IX.

Sequitur aliud genus præceptorum, quæ mobilia uocantur: quoniam naturalibus mandatis secundum dispensationem ad tempus superaddita sunt, siue pro exercitatione, siue pro significatione. Pro exercitatione quidem, ut plurima essent, in quibus erudiendorum obedientia probaretur, & deuotio excoleretur. Pro significatione autem, ut in eis futuræ ueritatis signa præpararentur: & per ipsa, quæ corporaliter agenda præcipiebantur, quæ spiritualiter agenda vel credenda erant, demonstrarentur. Hæc autem omnia de medijs sumpta sunt: hæc est de iis, quæ in sua natura, nec ita bona erant, ut inuincibiliter debuissent, nec ita mala, ut omnino debuissent ex necessitate uitari. Omnia enim hæc, quæ in huiusmodi mandatis proposita sunt, quantum ad suam naturā talia fuerunt: quæ pro arbitrio agentis sine culpa possent fieri, & rursum sine culpa intermitteri. Accedens autem mandatum hoc: quæ per se media erant, & ad utrumlibet se habebant, siue præcipiendo, siue prohibendo in alteram partem deflexit: ita ut iam ea, quæ prohibita sunt, sine culpa non possint fieri: neque rursum ea, quæ præcepta sunt, possint omnino sine culpa dimitti. Quod tamen non natura rei facit, sed vis & obedientia mandati. Prohibuit lex, ne caro cum sanguine conderetur: non quia hoc quantum ad naturā rei malum erat, sed quia malum erat, quod in isto significari debuerat. Quasi enim caro cum sanguine editur, quando quis in opere furoris, & crudelitatis delectatur. Mandauit etiam eadem lex a carne porcina abstinendum, opera scilicet immunditiæ uitanda significans. Ad hunc modum aliorū quoque animalium tam uolucrum quam piscium, & eorum, quæ in terra versantur, quædam ab esu humano exceptit. Et multa alia, quæ prima conditio noxia non fecerat, secunda institutio per dispensationem

fationem quasi noxia uitare mandauit. Erant autem quædam alia de his medijs, quæ lex scripta magis per concessionem proposuit, quam per præceptionem vel prohibitionem: quæ fortassis per se mala fuissent, si concessa non fuissent. Verbi gratia. Dicit lex, ut si quis turpitudinem aliquam in sua uxore inuenisset, & ob id illam odio haberet: scriberet ei libellum repudij, & sic eam dimitteret: quia uidelicet melius erat, ut odio habita secundum uoluntatem dimitteretur, quam contra uoluntatem retenta occideretur. Dictum est etiam in lege. Iuramentum tuum Deo offeras, & iurabis per Deum: non quia uidelicet iurare per Deum bonum est, sed idcirco imperfectis iuramentum conceditur, ut facilius periurium uitaretur. Simul, ut etiam nomen Dei uenerari discerēt, cum illud frequentius in assertionem & testimonium dictorum suorum acciperent: & non cogentur nomina falsorum deorū ad confirmanda iuramenta sua assumere; quibus non solum permissum, sed præceptum fuerat: ita duntaxat si causa confirmandæ ueritatis exposularet, nomen Domini ad testimonium inuocare. Simile erat & hoc, quod permissum fuit pro illata iniuria talionem reddere, ne fortè uehementiori furore exardescerent, maiora illatis conaretur mala referre. Multa sunt alia genera præceptorum, quæ in lege scripta continentur, decentia quidem ad exteriorem conuersionem, & simul apta ad spiritualem significationem. In his ergo omnibus, illam, quam Apostolus posuit, discretionem in elementis exordij sermonis Dei significatam notamus. Sunt enim tria hæc elementa, exordia, sermo. In elementis sonus est, sed sensus non est: unde nec exordium dicuntur, quia sensus in eis nō incipit. Dictiones exordia sensuum sunt, unde & dictiones uocantur quasi iam aliquid dicentes, & primæ partes orationis, quia principium intelligentiæ ab eis oritur. In elementis ergo sonus est, & non sensus. In exordio sensus est, sed completus nō est. In sermone sensus est, & perfectus. Vide tria hæc in scriptura Dei similia. Dixit scriptura. Carnem cum sanguine non comedetis: hoc est elementum. Subiunxit postea. Nō occides: hoc est exordium. Postea compleuit etiā iram prohibens: hoc est sermo. Item dixit carnem porcina non edendam: in hoc fuit elementum. Addidit post hoc. Non mœchaberis: in hoc fuit exordium. Nouissime apposuit. Si quis uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est in corde suo &c. In hoc fuit sermonis completio. Præcepta igitur ad tempus superaddita, elementa fuerunt. Præcepta decalogi, exordia. Præcepta noui testamenti, sermo. Prima ex institutione disciplinæ, secunda ex ueritate naturæ, tertia ex perfectione gratiæ. Præcepta immobilia naturaliter priora sunt, præcepta mobilia (sicut dictum est) significatione præcedunt: quia in eis primum bonitas formatur, quæ postea in illis inchoatur: & nouissime per gratiam consummatur. De præceptis superadditis & mobilibus quædam etiam nunc in tempore gratiæ pro exercitatione retenta sunt, sicut est obseruantia ieiuniorum, & alia quædam, quæ cum superioribus fuerunt instituta; proinde tamen ad præsen-

tium instructionem sunt reseruata: & ea potissimum, quæ ad spiritualis studij exercitationem spectant: tempore gratiæ reseruantur, ijs, quæ ad carnales obseruantias pertinebant abolitis.

Quod tria sunt genera sacramentorum in lege. Cap. X.

Tria genera sacramentorum inueniuntur fuisse sub lege scripta: quædam specialiter ad remedium, quædam uero ad obsequium, quædam ad cultum diuinum. Prima pertinet ad peccatorum remissionem, secunda ad exercendam deuotionem, tertia ad colendam pietatem. Prima instituta fuerunt quasi ad necessitatem, ut in eis homo sanctificaretur, qualis circumcisio fuit, & hostiæ pro peccato & pro delicto, & cætera: quædam quæ specialiter ad emundationem & remissionem instituta fuerunt. Secunda autem quasi ad exercitationem fuerunt proposita: ut in eis deuotio fidelium exerceretur, & meritum aueretur, quales fuerunt hostiæ pacificorum, quæ offerebantur a fidelibus ad reconciliandam sibi gratiam diuinam. Tertia instituta fuerunt quasi ad præparationem quandam: ut quasi instrumenta quædam essent ad cætera sacramenta tractanda & sanctificanda, quale fuit atrium, & tabernaculum, & omnia utensilia, quæ continebantur in eis: necnō & sacra indumenta ministrantiū, & cætera omnia, quæ ad exornandum elementum diuinum fuerunt instituta. Item sacramenta alia fuerunt, quæ sanctificabantur ad emundationem: alia, quæ tractabantur ad deuotionem: tertia, quæ exercebantur ad uenerationem. Prima necessitatis, secunda uirtutis, tertia laudationis. Prima suscipiebantur ad sanctificationem, secunda tractabantur ad deuotionem, tertia exercebantur ad laudationem. Iterum sacramenta alia erant in rebus quibusdam sanctificatis: alia in sacrificijs, & oblationibus: alia in ministerijs diuinis. Sic res eadem multis modis ad euentiam distingui potest. Sacrificium dicebatur, quando de animalibus fiebat immolatio. Oblatio uero aliarum quarumlibet rerum uocabatur. Sacrificiorum tria sunt genera: Alia enim sunt holocausta, alia simplicia sacrificia, alia pacifica. Holocaustum uocabatur, quod uel ex debito, uel sponte oblatum totum incendebatur. Sacrificium uocabatur, quod pro debito institutionis oblatum partim cremabatur, partim reseruabatur. Pacifica dicebantur, quæ sponte offerebantur, siue pro gratiarum actione, siue pro precedentis uoti adimplentione, siue pro uoluntaria & spontanea deuotione. Holocaustum aliquando fiebat de armentis, aliquando de pecoribus, aliquando de uolatilibus. Oblatio aliquando de similia fiebat, quæ dicebatur sacrificium crudum: aliquando de clibano: aliquando de fartagine: aliquando de craticula, quod sacrificium coctum uocabatur. Sacrificia alia pro peccato erant: alia pro delicto. Pro peccato quidem, ut peccatum expiaretur delictum. Peccatum est, quando fit, quod fieri non debet. Delictum est, quando non fit, quod fieri debet. Et in his quidem omnibus sacramenta constabant. Sciendum uero, quod hæc omnia

omnia non talia sacramenta intelligere debemus, qualia superius sacramenta, quae proprie sacramenta dicuntur, esse debere definiuimus. Sed in his, & huiusmodi quaedam ob hoc solummodo sacramenta vocata, quia sacrarum rerum signa fuerunt. Sic ergo aliud est sacramentum sanctificationem significans tantum, & sanctificationem sanctificans: aliud non sanctificans, sed significans tantum. Et de sacramentis quidem scriptae legis haecenus dixisse sufficiat: De promissionibus vero, quas in tertia parte primae distinctionis posuimus, tractare propositi praesentis non fuit. Sunt igitur tria, quae lex scripta continebat, praecipua, sacramenta, promissa.

INCIPIT PROLOGVS
Secundi Libri.



Magna sunt in scripturis sacris spiritualium sensuum profunditates: Sed quia non omnibus eadem intelligendi gratia data est, habet sacrum eloquium quaedam in se, quibus fidem simplicium pascit: quae quidem altioribus iuncta vnam veritatis regulam perficiunt. Propterea in sacri eloquii tractatione, non eadem intendendi forma ubique seruanda est: quia altiora fidei sacramenta excellentiori sermone & digno sanctis reuerenter tractanda sunt: minora autem sacramentorum diuini instrumenta pro capacitate simplicium humiliori locutionis genere explananda, ut constet quod scriptum est. In fimbriis autem circumamicta varietatibus. Sicut enim sancta electorum ecclesia morum bonorum, ac virtutum varietate pulchre adornatur: ita sacra scriptura, vnde ipsa ecclesia sancta viuendi formam sumit, in suo sermone pulchra varietate contextit: in qua tamen varietas ipsa apta est, ut schisma non generet: & diuersitas concors, ut aduersitatem non pariat. Neque enim in ea magna modica despiciunt, neque rursus modica magnis associari indignata sunt: sed ornant se inuicem in vna veritate, quae propter veritatem placet omnia. Nemo igitur miretur, si post magna & inter magna fidei sacramenta, eorum, quae in suo ordine inferiora videntur, mentio fit: quia se non abhorrent simul, quae in veritate vnum sunt. Nam ipse Deus humiliari dignatus est ad humana descendens, ut hominem postmodum ad diuina subleuaret.

Psal. 44.

LIBRI SECUNDI
partes sunt. XVIII.

Prima pars tractat de incarnatione verbi.
Secunda de vnitatem ecclesiae, quae corpus est Christi.
Tertia de ecclesiasticis ordinibus.

- Quarta de indumentis sacris.
- Quinta de dedicatione ecclesiae.
- Sexta de baptismo.
- Septima de confirmatione.
- Octava de corporis & sanguinis Christi sacramento.
- Nona de minoribus sacramentis, & sacris.
- Decima de simonia.
- Vndecima de coniugio.
- Duodecima de votis.
- Tertiadecima de vitijs, & virtutibus.
- Quartadecima de confessione, & poenitentia, & remissione peccatorum.
- Quintadecima de vntione infirmorum.
- Decimaseptima de fine seculi.
- Decima octaua de statu futuri seculi.

IN PRIMA PARTE
Libri secundi capita sunt haec.

- De incarnatione verbi, & tempore gratiae. Cap. 1
- Quare filius missus est potius quam pater vel Spiritus sanctus. Cap. 2
- Quomodo solus filius carnem suscepit. 3
- De discretione trium personarum in deitate vna. 4
- Quod verbum carnem assumpsit cum poena sine culpa, cum mortalitate sine iniquitate. 5
- Quod verbum carne rationalem animam assumpsit: & qualis fuit anima illa in sapientia, & virtute, & iustitia, & bonitate, & merito. 6
- De carne, quam verbum assumpsit, qualis fuit secundum passibilitatem, & sensum, & affectum. 7
- Quomodo intelligendum est, quod scriptum est. Conceptus est de Spiritu sancto. 8
- De vntione verbi, & animae, & carnis. 9
- De separatione animae, & carnis in Christo. 10
- Quod Christus separata anima carne, et persona fuit, & Deus, & homo. 11
- Quod per hominem verbo vniu Deo vniuuntur omnes, qui membra sunt illius. 12
- Quod nunc Christus secundum humanitatem in caelo est, secundum diuinitatem vbique. 13

In secunda parte capita sunt haec:

- De gratia, quae per Christum datur: & spiritu a capite in membra diffuso. 1
- De ecclesia, & quid sit ecclesia. 2
- De duobus parietibus ecclesiae, laicis & clericis. 3
- Quas esse vitas: & secundum duas vitas, duos populos: & in duobus populis, duas potestates: & in vtraque ciuersos gradus, & ordines dignitatum, & vnam aliam superiorem. 4

Quod

- Quod omnis administratio ecclesiastica constat in tribus, hoc est in ordinibus, in sacramentis, & in praecipuis. 5
- De potestate terrena. 6
- Quomodo ecclesia terrena possideat. 7
- Quot modis in seculari potestate determinanda est iustitia. 8
- De ornamentis regis. 9

In iii. parte capita sunt haec.

- De spiritali potestate, & eius corona. 1
- De clericis. 2
- De tonsura ecclesiastica. 3
- Quomodo ordines sacri in monachis sint. 4
- De septem gradibus sacris. 5
- De ostiarijs. 6
- De lectoribus. 7
- De exorcistis. 8
- De acolitis. 9
- De subdiaconis. 10
- De diaconis. 11
- De presbiteris. 12
- De episcopis. 13
- De archiepiscopis. 14
- De summo pontifice. 15
- De ceteris officijs, quae sunt in clero. 16
- De archidiaconis. 17
- De primicerio. 18
- De thesaurario. 19
- Quando, & quomodo ordinationes sint faciendae. 20
- Qua aetate ordinandi sunt, qui ordinantur. 21
- Quod sine certo titulo ordinandi non sunt sacerdotes. 22
- Quales sint eligendi ad sacros ordines, & quales non. 23
- Qua ratione mutatio possit ordinatorum fieri. 24

In iii. parte capita sunt haec.

- Quot, & quae sint indumenta sacra. cap. 1
- De tunica byssina. 2
- De zona. 3
- De feminalibus lineis. 4
- De interiori tunica, & hyacinthina. 5
- De superhumerali. 6
- De rationali, quod graece logion dicitur. 7
- De mitra, quae cidaris dicitur, vel tiara, & de lamina aurea. 8
- De indumentis noui sacerdotij. 9
- De stola vel orario. 10
- De planeta vel casula. 11
- De mappula vel manipula. 12
- De dalmatica. 13
- De sandalijs, & caligis byssinis siue lineis. 14
- De baculo episcopi, & annulo. 15
- De pallio archiepiscopi. 16
- De vasis sacris. 17

In v. parte capita sunt haec.

- De dedicatione ecclesiae. cap. 1

- De his, quae visibiliter aguntur in ea. 2
- Quod sit mysterium supradictorum. 3
- In vi. parte capita sunt haec.
- de sacramento baptismi Quare sit primum, & quae de eo inquirenda. cap. 1
- Quid sit baptismus: & de nomine Dei, in quo fit baptismus: & de fide, & verbo sanctificante. 2
- Quare institutum sit sacramentum baptismi. 3
- Quando institutum sit sacramentum baptismi. 4
- Quando homines obligari coeperunt praecipio percipiendi baptismi. 5
- Quid distet inter baptismum Ioannis, & Christi: & de forma baptismatis Ioannis, & baptismatis Christi. 6
- Vtrum post datum praecipium baptizandi aliquis saluari possit, nisi actualiter percepto sacramento baptismi. 7
- de sacramentis Neophytorum. 8
- de catechizatione. 9
- de exorcismo. 10
- de ijs, quae post exorcizationem sequuntur in baptismo. 11
- de patrinis. 12
- de rebaptizatione. 13
- Quare in sola aqua baptismus celebratur. 14
- de forma baptismi. 15

In vii. parte capita sunt haec.

- de confirmatione. Et primo de chrismate, & eius usu. cap. 1
- Quod impositio manus per solos pontifices celebratur. 2
- de eo quod Syluester papa instituit, ut presbyter baptizatum chrismate in vertice linat. 3
- Vtrum sit maius sacramentum impositio manus, an baptismus. 4
- Quod non debeat iterari manus impositio sicut nec baptismus: & quae aetate sit celebranda. 5
- Quanto tempore debeant esse sub disciplina chrismatis, qui manus impositionem acceperunt. 6

In viii. parte capita sunt haec.

- De sacramento corporis & sanguinis Christi, de eius excellentia. cap. 1
- Quando institutum est sacramentum corporis & sanguinis Christi. 2
- Vtrum mortale an immortale corpus suum in cena Christus discipulis tradiderit. 3
- An corpus Christi fuit, quod Iudas per intinctam buccellam accepit. 4
- Quod agnus paschalis figura corporis Christi fuit. 5
- Quod sacramentum altaris & figura est quantum ad panem & vini speciem, & res est quantum ad corpus Christi veritatem. 6
- Tria esse in sacramento altaris, panem & vini speciem, corporis Christi veritatem, gratiam spirituale. 7
- Quare in specie panis & vini Christus sacramentum corporis & sanguinis sui instituit. 8

Qualis intelligenda est mutatio panis & vini in corpus Christi. Cap. 9
 Quid significant tres portiones illae, quae de corpore Christi in sacramento altaris fiunt. 10
 Quod corpus Christi quando diuidi videtur, secundum speciem diuiditur, secundum se autem integrum manet. & sic in singulis partibus totum, sicut in diuersis locis unum & idem ipsum est. 11
 Quod ea, quae in corpore Christi indigna videntur secundum solam speciem fiant. 12
 Quid fiat de corpore Christi, & corporali praesentia eius post summptionem sacramenti. 13
 Quod celebratio consecrationis corporis Christi missa vocatur: & quando missa, & a quo primum instituta est, & vnde missa dicitur. 14

In ix. parte capita sunt haec.

De sacramentis, quae ad exercitationem instituta sunt: & quomodo sanctificantur per verbum Dei. 1
 De aqua aspersiois, quae cum sale benedicitur. 2
 De susceptione cineris. 3
 De ramis palmarum, & de frondibus benedictis. 4
 De careo, qui in sabbato sancto benedicitur: & de agnis, qui benedicuntur in Pascha. 5
 De signis, quorum sonitu fideles in unum conuocantur. 6
 De cortinis. 7
 De alijs sacramentis, quae in factis constant. 8
 De his sacramentis, quae in verbis constant. 9
 De sacris, & non sacramentis. 10

In x. parte capita sunt haec.

De symonia vnde dicitur: & quid est symonia. 1
 De auctoribus symoniae. 2
 De his, qui spiritualia emunt, aut vendunt. 3
 De his, qui corporalia in ecclesia comparando cum eis, & in eis spiritualia emunt. 4
 De eo quod sola corporalia venduntur. 5

In xi. parte capita sunt haec.

De sacramento coniugij. de excellentia huius sacramenti: & quae in eo considerata sint. cap. 1
 De origine coniugij. 2
 De duplici institutione coniugij: & de causa institutionis duplicis. 3
 Quid sit coniugium: & qui illud legitime contrahere possunt: & quis consensus sit legitimus. 4
 Quando coniugium esse incipiat. 5
 De his, qui occulte nubunt: vel postquam nupserint, contra coniugium aliqua verenda faciunt. 6
 Quod tria sunt bona, quae coniugium comitantur, scilicet fides, spes proliis, sacramentum. 7
 Vtrum haec bona inseparabilia sint a coniugio, an non. 8
 De his, qui in coniugio incontinenter viuunt: & plus explende libidini, quam generande proli inferunt. 9

Qua ratione antiqui simul plures habuerint uxores. 10
 An coniugium dicendum est, quod aliquando dissolui potest. 11
 de iis, qui putant etiam inter illegitimas personas quascunque consensum adinuicem habitum coniugium facere. 12
 de coniugio infidelium. 13
 de consanguinitate, & gradibus consanguinitatis. 14
 Quare vsque ad sextum gradum consanguinitas custoditur. cap. eod.
 Quomodo sint computandi consanguinitatis gradus per sacrorum canonum auctores. ibid.
 de affinitate. 15
 de spiritali germanitate. 16
 Quid distet inter cognationem siue consanguinitatem & affinitatem, & spiritualem germanitatem. cap. 17
 Vtrum dolus, qui suppositio dicitur, coniugium dissoluat. 18
 Vtrum conditio seruilis si nesciatur, postmodum coniugium dissoluat. 19

In xij. parte capita sunt haec.

de votis, an sint diuersa. cap. 1
 de quinque modis, quibus mens agenda tractat. cap. 2
 Quid sit votum, & quid uouere. 3
 Quae vota tenenda non sint. 4
 Quod votum nullam commutationem admittat. 5
 Quae vota commutationem patiantur. 6

In xiiij. parte capita sunt haec.

de vitijs, & operibus malis. cap. 1
 de uirtutibus, & operibus bonis. 2
 de timore, & amore. 3
 Quid sit timor. 4
 de quatuor timoribus. 5
 de charitate. 6
 Quare non sint tria praecipua charitatis. 7
 Quot pure & gratis amat, qui Deum propter se amat. 8
 de mensura diligendi Deum. 9
 de mensura diligendi proximum. 10
 Vtrum charitas semel habita amittatur. 11
 Vtrum omnis dilectio Dei charitas sit nominanda. cap. 12

In xiiij. parte capita sunt haec.

de confessione, & praecipuo eius. 1
 de penitentia, & fructu penitentiae. 2
 de ijs, qui in hac vita penitentiam non complent. 3
 Vtrum iterari possit penitentia. 4
 de ijs, qui in extremis penitent. 5
 Quod sola voluntas bona sufficit, si facultas operandi non datur. 6
 Quod homo opus iudicat, Deus voluntatem pensat. 7
 de remissione peccatorum: & utrum sacerdotes, qui homines sunt, peccata dimittere possunt. 8

De

De eo, utrum peccata redeant postquam semel dimissa fuerint. Cap. 9
 In xv. parte capitula sunt haec.
 De vnctione infirmorum. De tribus generibus olei, & excellentia Chrysmatis. Cap. 1
 Quando, & a quo instituta est vnctio infirmorum. 2
 An iterari possit hoc sacramentum. 3
 In xvi. parte capitula sunt haec.
 De morientibus in Domino, quomodo beati erunt. 1
 De exitu animarum. 2
 De paenis animarum. 3
 De locis paenarum. 4
 De qualitate tormentorum gehennalium. 5
 Quod corporeus ignis gehennae non tantum corpora cruciabit, sed etiam spiritus. eo.
 Quod ignis gehennae ad aliquid lucebit, & ad aliquid non lucebit. eo.
 Quod ignis gehennae ab initio creatus est sic ut nutrimento non egeat. eo.
 Quales sunt purgatorij paenae in hac vita, & quales post hanc vitam. eo.
 De cura pro mortuis agenda. 6
 Quibus profit post mortem: vel quomodo quod pro illis fit. 7
 De exequijs. 8
 De sacrificio pro defunctis. 9
 Quibus profit. 10
 Vtrum anima sciunt quae in hoc seculo geruntur. 11
 In xvij. parte capitula sunt haec.
 De tempore aduentus Christi in nouissimo. 1
 De vltima tribulatione. 2
 Quare modo diabolus ligatur. 3
 Quare in nouissimo soluetur. 4
 Quanto tempore erit vltima tribulatio. 5
 De aduentu Eliae, & Henoch. 6
 De qualitate personae iudicis. 7
 De celeritate iudicij. 8
 De eodem. 9
 De eodem. 10
 De ordine resurgendi. 11
 Quomodo intelligendum est, quod scriptum est. Vios, & mortuos iudicabit. 12
 De resurrectione corporum qualiter, aut qualia resurgent. 13
 De abortiuis & monstris, utrum resurgent, & qualia. 14
 De modo resurrectionis. 15
 Exemplum supradictorum. 16
 Quod sanctorum corpora sine vitio resurgent, & incorruptibilia. 17
 Quod infantes non in ea statura resurgent, qua mortui sunt. 18
 Quod omnes in ea statura resurgent, quam in perfecta aetate vel iuuenili vel habuerunt, vel habitu viri fuerunt. 19
 Vtrum reprobi cum vitijs suis resurgent, & deformatibus. 20
 Quomodo terrena corpora in caelo manebunt. 21
 Quale sit futurum iudicium. 22
 Quod Deus conscientia nostra teste vtetur ad iudicandos nos. 23

Qualiter Deus in praesenti iudicet. 24
 De eodem. 25
 Item de eodem. 26
 De eodem. 27
 Vbi erunt sancti corporaliter, quando mundus ardebit. 28
 In xvij. parte capitula sunt haec. Cap. 1
 De inuolutione mundi. 2
 Quid proderit eterna pena malorum bonis. 3
 Quod boni illic malos videbunt, non mali bonos, & de secunda morte. 3
 Quod mali idcirco semper viuunt, vt semper moriantur. 4
 Quod ignis aeternus non aequaliter cruciabit omnes. 5
 De eodem. 6
 De eodem. 7
 Quomodo iustum sit, vt pro temporali culpa aeterna pena reddatur. 8
 De eodem. 9
 De eodem. 10
 Quomodo diabolus nunc cruciatur, & quomodo in futuro cruciabitur. 11
 De eodem. 12
 Quomodo post damnationem malorum sancti plenius cognoscent gratiam Dei. 13
 Quod damnatis malis sancti in vitam aeternam intrabunt. 14
 Quomodo iusti tunc non compatiuntur malis. 15
 De eodem. ibid.
 De visione Dei. 16
 Quid distet inter videre & credere. 17
 De visione corporali, & spiritali in futuro. 18
 An volubiles erunt ibi cogitationes nostrae. 19
 Qualis, & quanta erit felicitas & beatitudo futura. 20
 In tribus constare beatitudine veram. 21
 Quod sanctis in futuro non ad dolorem, sed ad gaudium proficiet praeteritorum memoria. 22

DE INCARNATIONE verbi, & tempore gratiae. Partis I.

Caput Primum.



In superiori parte operis huius conditionem omnium rerum a principio primo cum lapsu hominis, & his, quae postea ad reparationem eius usque ad aduentum verbi praeparata sunt, summam deduximus: nunc ea, quae sequuntur usque ad finem & consummationem omnium, ordine contingere libet. Tempus gratiae ab aduentu filij Dei in carnem exordium sumpsit, sicut scriptum est. Gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est. Ioan. 1: Gratia quippe Dei redemptio est generis humani: Quae dum per aduentum Christi perficitur, ueritas promissionis Dei in exhibitione gratiae eius adimpletur.

I Deo autem filius missus est, non pater, aut Spiritus sanctus: quia conueniens non erat, ut pater ab alio mitteretur, qui non erat ab alio. Si enim ab alio mitteretur, ab alio uenire haberet, a quo mitteretur: & esset illi quasi quoddam principium ab illo, a quo à quo mitteretur. Propterea ergo pater ab alio mitti non habet, quia ab alio esse non habet. Missus est autem primum filius, qui a solo patre est: deinde etiam Spiritus sanctus, qui est a patre & filio. Primum filius uenit, ut homines liberarentur: postea Spiritus sanctus uenit, ut homines beatificarentur. Primum ille a malo liberauit: postea hic ad bona reuocauit. Ille abstulit, quod sustinebamur: hic reddidit, quod perdidimus. Venit filius naturalis missus a patre, ut adoptandos in hereditatem uocaret, & consensum suum in gratia adoptionis comprobaret. Neque enim sine consensu filij a patre alieni in hereditatem ducendi erant. Misit ergo pater pro filijs, uenit filius pro fratribus: quia in patre & filio paternitatis & filiationis nomen constat: ut filij nomen adoptandi perciperent, & per illum cuius erat, & ab illo, a quo erat. Venit sapientia, ut hostis ratione uinceretur, & ut habitaculum suum ipsa uendicaret, quod malitia possidebat. Qui enim astutia uicerat, iustum fuit ut non fortitudine, sed prudentia uinceretur: ut in eodem, in quo se uictor exererat, uictus sterneretur. Factus est filius Dei, filius hominis, ut filios hominum filios Dei faceret: & ne filij nomen ad alteram transiret personam, & essent in Trinitate duo filij, & confunderetur Trinitatis discretio. Si enim pater carnem assumpsisset: idem ipse & pater, & filius esset. Pater filij, quem genuit ex aeternitate: & filius matris, a qua genitus esset ex tempore. Si autem Spiritus sanctus carnem assumpsisset: duo filij in Trinitate essent. Alter filius patris sine matre, alter filius matris sine patre. Ne ergo incommunicabile nomen diuideretur, solus filius carnem suscepit: ut unus & idem esset & filius Dei, & filius hominis. Filius Dei secundum diuinitatem genitus a patre: filius hominis secundum humanitatem natus ex matre,

Quomodo solus filius carnem suscepit.
Cap. III.

Sed forte erunt aliqui, qui dicant, Si inseparabilia sunt opera Trinitatis: ergo quicquid facit filius, facit pater. Si autem omne, quod filius, facit & pater: ergo si filius carnem assumpsit, & pater carnem assumpsit: quia filius sine patre carnem assumere non potuit, si nihil sine patre facere potuit. Sed hic primo considerandum est, quod cum dicitur filius facere omne, quod pater facit: de illa nimirum operatione intelligendum est, qua creaturam suam condit, & regit, & disponit conditor & opifex Deus. In qua operatione pater, & filius, & Spiritus sanctus omnino separari non poterunt: quia in diuinitate una, in qua & per quam operantur,

unum sunt. Hæc autem idcirco de diuina operatione distinguimus: ne quis contra id, quod dictum est: omnia quæ facit pater, hæc & filius facit, opponendum putet: quod pater gignit, quod filius non facit: & filius gignitur, quod pater non facit. Si enim filius sicut pater gigneret, pater esset: & si pater sicut filius gigneretur, filius esset. Itaque ne quis propterea quia filius non gignit: quod pater facit: existimaret filium non facere quæcunque pater facit: dicimus, quod hoc de illa operatione intelligendum est, qua uel creaturam operatur: ut quod non erat, esse incipiat: uel in creatura operatur, ut quod factum est in eo, quod factum est, subsistat. Ibi enim tota Trinitas inseparabiliter operatur: ubi nec pater a filio, nec filius a patre, nec Spiritus sanctus ab utroque in operatione separatur. In opere quippe operatio proprie designatur. Nam in eo quod factum non est, quod est Deus: non facit ipse, sed tantum est. In eo autem quod factum est: ab illo utriusque factum est, a quo factum est, omne quod factum est. Hic ergo omnia, quæ fecit pater, & filius facit similiter. In hac itaque operatione, qua carnis assumptio inuenitur, quomodo solus filio conueniat, & non patri: non inconuenienter queritur. Cum enim dicitur, quod filius carnem assumpsit: opus utique significatur, quod filius fecit: a quo opere si pater excluditur: non omnia, quæ facit filius, pater facit uel operatur. An forte quia dictum non est: omnia, quæ facit filius, pater facit: sed quæcunque pater facit, hæc & filius facit: existimandum est omnia quidem filium facere, quæ pater facit: quædam autem filium facere, quæ pater non facit? Absit. Sed omnia, quæ pater facit, filius facit: & omnia, quæ filius facit, pater facit: quia in eo quod deitate unum sunt, in operatione separari non possunt. Omne ergo, quod filius facit, pater facit: quia in diuinitate, qua filius est patris: quia cum patre unum est, nihil facit sine operatione patris. Fecit quædam in humanitate, secundum quam filius patris non erat: quia illam nascendo, a patre non acceperat: quæ propterea ad solam personam filij referuntur: quia ea, quæ in illa, & secundum illam naturam fecit, quam cum patre communem non habuit, sed solus ex tempore propriam singulariter accepit. Veruntamen omnia, quæ in diuinitate fecit, ideo solus non fecit: quia in diuinitate solus non fuit, sed idem cum ipso fecit, qui cum ipso idem fuit. Si ergo filius in diuinitate humanitatem assumpsit: quomodo in eadem diuinitate pater idem cum ipso non fecit, qui cum ipso idem fuit? An forte cum dicitur: filius carnem assumpsit: ex ui occultæ relationis, qua intelligitur, quia sibi uniuert: idem de patre non dicitur, quia si idem diceretur, non idem sed aliud intelligeretur? Si enim diceretur, pater carnem assumpsit: intelligeretur similiter, quod pater sibi carnem uniuert: quod iam idem non esset, sed aliud. Aliud quippe esset, si patri caro unita diceretur, quam cum filio unita dicitur: quia sicut alius est in persona pater, alius filius: sic aliud dicitur cum filius incarnatus dicitur, quam diceretur si pater incarnatus diceretur. Non igitur consequens est, si filius carnem assump-

assumpsit, idcirco carnem assumpsisse & patrem: sicut consequens non est, si filius sibi carnem uniuert, carnem sibi unuisse & patrem. Consequens autem est: quod si filius carnem sibi uniuert, eandem carnem ipsi filio unuisse & patrem: quia dum una utriusque operatio ostenditur, nec filius sine patre, nec pater sine filio operatus demonstratur. Si autem pater carnem sibi induisset, & filius sibi: non hoc idem esset, sed aliud: quoniam in eo ipso non eadem demonstraretur operatio, quod non ad eundem utrinque facta probaretur relatio. Nunc autem assumptione siue unionem carnis & pater operatus est, quia carne induit semetipsum: & fuit una unio, & operatio una. Propterea unio una: quia quod unitum est, unitum est. Propterea operatio una: quia quod factum est, in uno factum est. Tres operabantur & non tria, sed unum operabantur: & quod fiebat & unius erat, quantum ad illum solum factum est: & rrium erat, quantum ab illis factum est. Legitur in libro Iudicum: quod Manue uxorem accepit Samsoni filio suo: nec tamen uxorem accepit sibi, qui filio uxorem accepit. Et postulat filius patrem, ut sibi uxorem accipiat, quasi per se solus hoc facere non possit: & nemo est, qui argumentetur, ut dicat: si pater filio uxorem accepit, ergo uxorem accepit pater, & cõtendat uxoratum esse patrem, quia filio accepit uxorem. Quare ergo incarnatus esse dicatur pater, quia filio suo carnem uniuert: sicut ipse filius incarnatus dicitur, quia sibi carnem copulauit? Spõsa quippe uerbi caro est, & assumpti illam uerbum sibi, & pater uerbi similiter uerbo suo uniuert eam, & operati sunt duo unum, & fuit in uno operatio duorum una. Propterea ait. Quæcunque facit pater, hæc & filius facit similiter: hæc (inquit) similiter & filius facit. Quid est hæc: Non alia. Quid est similiter? Non aliter. Non poterat unitas operationis perfectius demonstrari. Non alia. Non aliter. Eadem, & eodem modo. Si operaretur, & non eodem modo operaretur: operatio una non esset, quia aliter esset. Si eodem modo operaretur, & non eadem operaretur operatio una non esset, quia alia esset. Nunc autem & eadem, & eodem modo operatur: ut nihil sit aut aliud, aut aliter in operatione illius. Ostende mihi aliquid, quod facit pater, si tamen quærendum est quid facit, qui totum facit. Pone tamen exempli causa unum aliquod ex omnibus, quæ facit pater: dico quod filius hoc ipsum facit. Nec ita hoc ipsum dico, quasi simile illi, sed idem ipsum. Cum enim dico. Idem facio, quod tu facis: quia forte domum ædifico sicut tu ædificas domum: & cum alia sit domus tua, quam tu ædificas: & alia domus mea, quæ ego ædifico: tamen idem me facere dico, quod tu facis: quoniam id, quod facio ego, secundum aliquid simile est illi, quod tu facis. Non sic intelligo cum dico: quod filius hoc ipsum facit, quod pater facit. Si autem ego domum ædificarem, & tu eadem mecum ædificares domum: dico quod idem faceres, quod ego: Etiam uerius unum, quia id ipsum & non aliud: nec tamen uere adhuc unum: quia tu partem unam, & ego alteram: tu instrumentis tuis, ego instrumentis meis: tu manibus & lacertis tuis, ego meis: denique tu uiribus tuis, e-

go meis: & iam non uere unum, sed in alio, & per alia. Nunquid si dico, cum dico: quod filius hoc ipsum facit, quod pater facit? Ergo alia est manus filij, & alia est manus patris: aliud brachium filij, & aliud brachium patris: alia uirtus filij, & alia uirtus patris: cum ipse filius & manus, & brachium, & uirtus sit patris. Sicut idem est quod homo manu facit, & quod manus hominis facit: & quod homo brachio facit, & quod brachium hominis facit: & quod homo fortitudine facit, & quod fortitudo hominis facit: sic idem est quod pater facit, & quod filius facit: quia omne, quod pater facit, per filium facit. Si essentia una est, si natura una, si fortitudo una, si uoluntas una: quomodo non est operatio una? Dicis, quod hoc facit pater: & ego dico, quod hoc ipsum facit filius. Hoc ipsum pater, hoc ipsum filius. Totum pater, & totum filius. Ipsum facere patris, filij est. Non li pensare quasi duas actiones: unam maiorem, & unam minorem. Aut forte similis ponderis æquales duas. Unitas ibi est: nihil multiplices. Una est actio duorum: immo trinum actio una, sicut deitas una: & in una actione tres, non tres agentes sunt, sed unum agens: sicut in deitate una tres, non tres dii sunt, sed unus Deus. Pater, & filius, & Spiritus sanctus, tres personæ sunt, sed tres dii non sunt, nec tres creatores, nec tres factores: quia in eo quod unum sunt, diuidi non possunt. Quæcunque ergo facit pater, hæc & filius facit similiter. Quid magis simile esse potest quam unitas? Quomodo potest diuidi, quod multiplicari non potest? Aut quomodo a se recedere potest, quod unum est? Ne ergo mireris, si assumptionem carnis, quæ ad solum filium refertur, non solum filius operatus est, sed cum filio pater etiam, & Spiritus sanctus. Neque idcirco tres incarnatos dixeris, quia incarnationem unius tres operati sunt: quia unitas naturæ inseparabilem fecit operationem, & proprietatem personæ singularem assumptionem.

De discretione trium personarum in deitate una.
Cap. IIII.

Quia uero infirmitas humanæ intelligentiæ ad ea, quæ credere iubetur, comprehendenda non sufficit: sacri eloquij auctoritate interim fouenda est, non ratione humana discutienda. Quapropter ea, quæ a sanctis patribus de discretione trium personarum in deitate una secundum catholicam ueritatis firmitatem iam dicta sunt, in medium proferre libet: nihil de nostro adijcetes, utpote, qui nec sufficientes inuenimur ad ea, quæ dicta sunt ab illis. ¶ AVGVSTINVS aduersus impietatem Arii. Patres nouum nomen Homouision condiderunt, sed non nouam rem tali nomine signauerunt. Hoc enim uocatur Homouision, quod est ego & pater unum sumus, unius uidelicet, eiusdemque substantiæ. ¶ Idem. Omnes catholici, qui de Trinitate ante me scripserunt, hoc intenderunt secundum scripturas docere, quod pater, M. Hug. à S. Vi. à. To. iij. Vy 3 &

& filius, & Spiritus sanctus, unius eiusdemque substantiæ, inseparabili æqualitate, diuinam insinuante unitatem. Ideoque non sunt tres dii, sed unus est Deus: quamuis pater filium genuerit, & ideo filius non sit, qui pater est. Filius a patre genitus sit, & ideo pater non sit, qui filius est. Spūs quoq; sanctus nec pater sit, nec filius, sed tm̄ patris & filij spūs, & patri & filio cœternus: ipse cœqualis, & ad Trinitatis pertinet unitatem: nec tm̄ eam Trinitatem natam de uirgine maria, sed tantum filium. Nec eandem trinitatem descendisse in specie columbæ, sed tm̄ Spiritum sanctum. Nec eadem dixisse de cœlo. Hic est filius meus dilectus: sed tm̄ uocem patris ad filium fuisse, quamuis pater, & filius, & Spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, sic inseparabiliter operantur. Nam quo intellectu homo Deum capit, qui ipsum intellectum suum, quo eū uult capere, nondum capit: intelligamus aut̄ Deum si possumus, & quantum possumus sine qualitate bonū, sine quantitate magnū, sine indigentia creatorem, sine situ p̄sentem, sine ambitu oīa continentē, sine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine sui mutatione mutabilia faciētē, nihilq; patientē. Quisquis Deum ita cogitat, & nondum p̄t omni modo inuenire quid sit: pie tm̄ cauet, quantum p̄t, aliqd̄ de illo sentire, quod nō sit. Est tm̄ sine dubitatione substantia, uel si melius hoc appellatur essentia, quā gr̄ci usiam uocant. ¶ Idem in libro contra Maximinum. Nulla sit partium diuisio in unitate deitatis: unus est Deus pater, & filius, & Spiritus sanctus, hoc est ipsa Trinitas unus est Deus. Tres enim personæ sunt pater, & filius, & Spiritus sanctus: & hi tres, quæ unius substantiæ sunt, unum sunt, & summe unum: ubi nulla naturarum, nulla est diuersitas uoluntatum. Si aut̄ naturæ unum essent, & consensione nō summe unum essent. Si uero natura dispares essent, unum non essent. Hi ergo tres, quia unum sunt: pp̄ ineffabilem coniunctionem deitatis, qua ineffabiliter copulantur: unus Deus est. Sed Christus una persona est geminæ substantiæ, nec tamen Deus pars huius personæ dici potest: alioquin filius Deus, antequam susciperet formam serui, non erat totus: & creuit, cum homo diuinitati eius accessit. Quod si in una persona absurde dicitur, quia pars illius rei esse non potest Deus: quanto magis Trinitatis esse pars non potest, quicumque unus in tribus: In Trinitate ergo, quæ Deus est, pater est Deus, & filius est Deus, & Spiritus sanctus est Deus: & simul hi tres unus Deus. Nec huius Trinitatis tertia pars est unū, nec maior pars duo quā unus est ibi, nec maius aliquid sunt omnes q̄ singuli: quia sp̄ualis, non corporalis est magnitudo. Qui potest capere, capiat: q̄ nō potest, credat & oret, ut quod credit intelligat. Pater, & filius, & Spūs sanctus & pp̄ indiuiduam deitatem unus est Deus, & pp̄ uniuersumq; proprietatem tres personæ sunt, & pp̄ singulorum perfectio nem partes unius Dei nō sunt. Virtus est pater, uirtus est filius, uirtus est Spiritus sanctus. ¶ Idem libro de Trinitate. Si solus filius intelligit sibi, & patri, & Spiritui sancto: illud cōsequitur, ut pater non sit sapiens de seipso, sed de filio: nec sapientia sapientiā genuerit, sed ea sapientia pater dicatur sapiens esse,

quā genuit. Vbi enim non est intelligentia, nec sapientia esse p̄t. Ac p̄ hoc si pater nō intelligit ipse sibi, sed filius intelligit patri: profecto filius patrem sapientem facit. Et si hoc est Deo esse quod sapere, & illa ea essentia est quæ sapientia: non filius a patre, quod uerum est: sed a filio potius pater habet essentiam: q̄d falsum est. Est ergo Deus pater sapiens ea, q̄ ipse est sua sapientia: & filius sapientia patris: de sapientia, q̄ est pater, de quo genitus est filius. Quare & intelligens est pater ea (q̄ ipse est) sua intelligentia: filius aut̄ intelligentia patris de intelligentia genitus, quæ est pater. ¶ Idem. Non qm̄ Deus Trinitas est ideo triplex putandus est: alioquin minor esset in singulis, q̄ in tribus pariter. In hac quoq; Trinitate cum dicimus personam patris: non aliud dicimus q̄ substantiam patris, quia persona patris non aliud est q̄ ipse pater. Ad se quippe dicitur p̄sona, non ad filium, uel ad Spiritum sanctum, sicut Deus, & similia. Hoc enim solum nomen est, quod cū dicitur de singulis ad se, pluraliter non singulariter accipiatur in summa. Dicimus namq; q̄ pater est p̄sona, & filius p̄sona, & spūs sanctus p̄sona. Pater tm̄, & filius, & spūs sanctus nō una p̄sona, sed tres. Verum cum dicimus tres personas unam essentiā: neq; ut genus de speciebus, neq; ut speciem de indiuiduis prædicamus. Videtur posse dici ut tres hoīes una natura: sed plus sunt duo hoīes q̄ unus, sed non maior est essentia pater & filius, quā solus pater, aut solus filius: Et tres illæ personæ, si ita dicendæ sunt, æquales sunt in singulis: quod animalis hō nō p̄cipit. Cur ergo latinitas hoc ita inusitate posuit: nisi quia uoluit hoc unum nomen seruire huic significationi, quo intelligitur Trinitas: nec oīno taceremus q̄ tres, cū tres esse fateremur: quo nomine non diuersitatem intelligi, sed singularem uoluit. Ita & illa tria & a se inuicem determinari uidentur, & in se infinita sunt, & ita singula sunt in singulis, & omnia in oībus singulis, & singula in omnibus, & unū oīa. ¶ Idem. Deniq; si qua est Deo cū alijs alius cuius noīs communitio: ualde p̄culdubio intelligenda est diuersa significatio. Sed hoc potentiori rōne oportet ostendere. Si nullius accidentis susceptibilis: est quomodo dicitur iusta, uel sapiens, uel aliqd̄ hōī diuina natura: Sed certū est, q̄ summa natura ideo uere est: quia per se est quicquid est: nihil autē iustum est, nisi per iustitiam: Igitur si non est iusta, nisi per iustitiam: & non potest esse iusta, nisi per se: quid consequentius quā ut eadem sit ipsa iustitia, per quam iusta est: Quapropter si quærat quid sit ipsa summa natura: quid rectius respondeatur quā iustitia: Et cum creatura dicatur iusta in eo quod quale est, eo quod habet iustitiam: ipsa (scilicet diuina iustitia) non proprie dicitur, habens iustitiam, sed existens iustitia. Et ideo nō in eo quod quale, sed in eo quod quid sit dicitur: nihilque in ea differt, siue dicatur iusta siue iustitia: quod uero in exemplum iustitiæ ratum esse conspicitur: hoc de omnibus, quæ similiter de summa natura dicuntur, intellectus per rationem sentire constringitur. Quicquid igitur eorum de illa dicitur: non qualis uel quanta, sed magis quid sit monstratur. Quicquid enim est quale uel quantum, est

¶ etia in eo aliud quod est, unde non simplex, sed compositum est. Nam cum aliquis homo dicatur corpus, & rationalis, & homo: non uno modo uel una consideratione hæc tria dicuntur: secundum aliud enim corpus, & secundum aliud rationalis est, & singulum horum non est totum quod homo. Illa summa essentia, summa uita, summa iustitia, summa sapientia, summa magnitudo, summa æternitas & alia similiter quæcunque sint in uocabulis multiplicia, non plura significant, sed unum. Idem. Neque persona patris, neque spiritus sancti, sed sola filij persona carnem suscepit: & ut hoc intelligas comparisonibus utar, ut ex creatura creatore intelligas. In anima est ratio: & cum sint unum, aliud anima agit aliud ratio: Anima uiuimus, ratione sapimus: ita pater, & filius, & spiritus sanctus, cum sit una substantia, tota Trinitas operata est hominem, quem assumpsit: eumque non tota Trinitas assumpsit, sed sola persona filij. ¶ Idem in libro quinto de Trinitate: Deo aliquid accidere non potest. Dicitur ad aliquid: sicut pater ad filium, & filius ad patrem: quod accidens nō est, quia ille semper pater, & ille semper filius. Si uero pater ad seipsum diceretur, secundum substantiam diceretur. Item quamuis diuersum sit esse patrem & esse filiū, non est tamen diuersa substantia, quia hæc non secundum substantiam dicuntur, sed secundum relatiuum: quod tamen relatiuum non est accidens, quia non est mutabile. Item non secundū hoc, quod ad patrem dicitur, æqualis est filius patri: restat ergo, ut secundū id æqualis sit, quod ad se dicitur. Quicquid aut̄ ad se dicitur, secundum substantiam dicitur. Restat ergo, ut secundū substantiam sit æqualis. Eadem igitur utriusque substantia. Cū uero ingenitum dicitur pater, non quid sit, sed quid non sit, dicitur. Cū aut̄ relatiuum negatur: non secundum substantiam negatur, quia ipsum relatiuum non secundū substantiam dicitur. ¶ Idem. Quid tres? Magna prorsus laborat inopia humanum eloquium. Dicitur est tres personæ: non ut illud diceretur, sed ne taceretur. ¶ Idem. Trinitas nullo modo filius potest dici. ¶ Idem. Fatendum est patrem, & filium principium spiritus sancti. ¶ Idem. Filius non tantum, ut filius, quod relatiue dicitur: sed omnino, ut sit ipsa substantia, nascendo habet. ¶ Idem. Cū conaretur humanā inopia loquēdo proferre, quod tenet de Domino Deo, timuit dicere tres essentias, ne intelligeretur in illa summa æqualitate ulla diuersitas. ¶ Idem. Ideo dicimus tres personas, non ut aliqua intelligatur diuersitas essentiarum: sed ut uel uno uocabulo responderi possit cum dicitur, quid tres, uel quid tria.

A HIERONYMVS. Vnum in tribus personis fatemur Deum, tres personas expressas sub proprietate distinguimus, non nomina tantūmodo, sed & nominum prodrietates, id est, personas: Vēl ut gr̄ci expriment, Hypostaseis, id est, substantias confitemur, nec pater filij, aut spiritus sancti personam aliquando excludit: nec rursus filius, aut spiritus sanctus patris nomen personamque recipit: sed pater semper pater est, filius semper filius est, spiritus sanctus semper spiritus sanctus. Itaque substantia

unum sunt, per sobis ac nominibus distinguuntur

A M B R O S I V S de Trinitate. Assertio nostra fidei hæc est, ut unum Deū esse dicamus, non duos aut tres. Tres deos esse dicit, qui diuinitatem separat Trinitatis. Nos autem patrem, & filium, & spiritum sanctum, unum Deum esse confitemur: ita ut in Trinitate perfecta, & plenitudo sit diuinitatis, & unitas potestatis. Deus enim unus est. Deus nomen est magnificentiæ, nō potestatis. Si ergo unus Deus unum nomen, una potestas, una Trinitas. Denique dicit. Ite baptizantes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. In nomine itaque, non in nominibus. Vnum nomen est, ubi est una substantia, una diuinitas, una maiestas. Hoc nomen est, in quo oportet omnes saluos fieri. Idem. Ego & pater unum sumus. Vnum dixit, ne fiat distinctio potestatis: sumus addidit, ut personas cognoscamus. Non enim pater ipse qui filius, sed ex patre genitus filius, ex Deo Deus, ex pleno plenus. Non sunt igitur hæc nuda nomina, sed uirtutis indicia. Plenitudo diuinitatis in patre, plenitudo in filio: sed non discrepans, nec confusum, quod unum est: nec multiplex, quod indifferens. Quomodo filius a patre genitus sit, impossibile est scire, mens deficit, lingua silet, non hominū tantum, sed & Angelorum. Supra Angelos, supra cherubim, supra seraphim, supra omnem sensum: credere iubemur, non discutere permittimur. Aufer argumenta, ubi fides quæritur. Credimus unum Deum, patrem, & filium, & spiritum sanctum. Patrem, eo quod habeat filium: filium, eo quod patre: & spiritum sanctum, eo quod sit ex parte, & filio. Pater ergo principium diuinitatis, qui sicut nunquam fuit non Deus, ita nunquam fuit non pater. A patre filius natus, ab eo uero, & a filio procedit spiritus sanctus. Pater æternus, eo quod habeat filiū æternum, cuius æternus sit pater. Filius æternus, eo quod sit patri, & spiritui sancto cœternus. Spiritus sanctus æternus, eo quod patri, & filio sit cœternus. Non confusa (ut Sabellius dicit) Trinitas in una persona neque separata, aut diuisa in natura diuinitatis, ut Arius blasphematur: sed alter in persona pater, alter filius, alter spiritus sanctus: unus in natura, in Trinitate Deus, pater, & filius, & spiritus sanctus. Idem. Non pater carnem assumpsit, neque spiritus sanctus, sed filius tantum, ut qui erat in deitate patris Dei filius, ipse fieret in homine hominis filius: ne filij nomen ad alterum transiret, qui non esset natiuitate filius. Dei ergo natiuitate filius hominis factus est filius, natus secundum ueritatem naturæ ex Deo Dei filius, & secundum ueritatem naturæ ex homine hominis filius: ut ueritas geniti non adoptione nec appellatione, sed in utraque natiuitate filij nomen nascendo haberet: & esset uerus Deus, & uerus homo unus filius. Idem. Non ergo duos Christos, neque duos filios, sed Deum, & hominem unum filium: quem propterea unigenitum dicimus manentem in duabus substantijs, sicut ei naturæ ueritas contulit non confusus naturis, neq; immixtis. Ita enim filius assumpsit hominē: ut qui suscepit, & quod suscepit, una esset in Trinitate persona. Neque enim homine assumpto, quaternitas facta est, sed Trinitas manit: assumptione illa ineffabiliter

Matt. 28.

Ad. 4.

1 Tim. 10.

Sabellij. & Arii blasphemia.

biliter faciente personæ unius in Deo, & hominē ueritatem. Quoniam non Deum tantum, nec hominē tantum dicimus Christum, sed Deum uerum natum de Deo patre, & uerum hominem natum de homine matre. Nec eius humanitatem, qua minor est patre, minuere aliquid eius diuinitati, quæ æqualis est patri. Hoc ergo utrunque unus est Christus, qui & secundum Deum dixit. Ego & pater unum sumus, & secundum hominem: pater maior me est. Ex quo homo esse cœpit, non aliud cœpit esse, quàm Dei filius, & hic unigenitus: & propter Deū uerbum, quod illo suscepto uerbum caro factū est: ut quemadmodum est una persona quilibet homo, anima, scilicet, rationalis & caro, ita sit Christus una persona uerbum, & homo. Idem Christus Iesus Dei filius est, & Deus & homo. Deus, quia Dei uerbum: homo, quia in unitate personæ accessit Dei uerbo anima rationalis & caro. Et qui unicus Dei filius est, est etiam filius hominis, idem ipse. Vtrunque, ex utroque, unus Christus: unus Dei filius, nō duo filij Deus & homo, sed unus filius. Idem. Deus hominem assumpsit: homo in Deum transiit, nō naturæ uersibilitate, sed Dei dignatione: ut nec Deus mutaretur in humanam substantiam assumendo hominem, nec homo in diuinam glorificatus in Deum, quia mutatio uel uersibilitas naturæ uel diminutionem uel abolitionem facit. Creditur à nobis sine confusione coniuncta Trinitas, sine separatione distincta. Idem. Nihil creatum, aut seruiens in Trinitate credendum est, nihil inæquale, nihil gratiæ æquale, nihil anterius posteriusue; nihil maius, aut minus, nihil extraneum aut officiale alteri, nihil sibi inuisibile, nihil creaturis uisibile, nihil moribus uel uoluntate diuersum, nihil de Trinitatis essentia ad creaturarum naturam deductum, nihil officio singulare nec alteri communicabile, nihil confusum, sed totum perfectum: quia totum ex uno, & unum, non tamen solitarium. Idem. Homouision ergo idem in deitate patris filius. Homouision patri, & filio Spiritus sanctus: Homouision Deo, & homini unus filius manens Deus in homine suo in gloria patris desiderabilis uideri ab Angelis. Sicut pater, & spiritus sanctus adoratur ab Angelis, & omni creatura: non homo propter Deum, uel Christus, cum Deo, sed homo in Deum, & in homine Deus.

Quod uerbum carnem assumpsit cum pœna sine culpa, cum mortalitate sine iniquitate. Cap. V.

Multi quærunt de carne illa, quam uerbum assumpsit, qualiter à peccato munda fuerit: & qualiter sine peccato pœnam peccati portauerit. Et de eo quidem qualiter à peccato uel munda fuerit, uel mundata; quorundam existimationem tacere non debemus, ne fortè si non exponatur, non uideatur: etsi non uideatur, quod est: credatur, quod non est. Quidam putant carnem illam, quæ assumpta est à uerbo, ita ab initio & in primo parente, quando tota massa naturæ humanæ per peccatum corrupta est, à contagione, & à corruptione peccati immunem fuisse custoditam, & ab ipso primo pa-

rente usque ad susceptionem sui à uerbo, liberam ab omni peccato, & mundam deductam, ut nunquam sub peccato fuerit: & ideo à peccato non liberatam, sed liberam. Aiunt enim, quod illa pars naturæ humanæ sub peccato esse non debuit, per quam ipsa natura humana, ubi obnoxia peccato fuerat, à peccato liberanda erat. Ad comprobandam eandem existimationem adducunt illud, quod Apostolus. Cum nouum sacerdotium ueteri præferendum assereret: Melchisedech, qui typum ipsius Christi, ac noui sacerdotij gerebat, ab Abraham decimas accepisse ostendit: in qua decimatione etiam Leui, à quo ueteris sacerdotij ministros descendisse dubium non est, decimatum comprobauit: ac per hoc uetus sacerdotium, quod in Leui decimas dedit, inferius nouum autem, quod in Melchisedech, qui forma Christi est, decimas accepit, superius, & dignius existimandum. Vbi tamen Christum, qui tunc secundum carnem similiter, ut Leui in lumbis Abraham fuit, decimatum non dicimus: ne simili ratione nouum quoque sacerdotium, quod in Christo est, ibidem decimas dedisse conuincamur. Quo modo autem Leui, qui secundum carnem in lumbis patris tunc fuit, decimatus est: & Christus qui secundum carnem ibidem fuit, decimatus non est, nullam causam aliam inueniri posse putant, nisi quia caro Leui cum culpa ibi fuit, caro Christi non fuit. Atque ideo, quod peccato obnoxium erat, expiatione eguisse: quod autem mundum atque à peccato liberum erat, non eguisse. Tali ergo se ratione probare putant, quod caro illa, quæ à uerbo assumpta est, nunquam obnoxia peccato fuit: sed ab initio suæ in eo, à quo descendit, siue in ijs, per quos descendit, munda seruata sit à peccato, ut aliquando esse possit hostia pro peccato. Sed catholica ueritatis definitio filium Dei (qui pro peccatoribus, & de peccatoribus natus est) de carne obnoxia peccato carnem assumpsisse asserit liberam à peccato, & ideo liberam, quia liberatam: ideo liberam, non quia sub illo nunquam fuerit, sed quia sub illo esse aliquando cessauit. Quando assumpta est, mundata est. Per eandem quippe gratiam natura humana mundata est, ut uerbo Dei libera à peccato uniretur, per quam Christianus à peccato liberatur, ut eadem naturæ in Christo capite suo societur. Appareat itaque nobis, sicut dicit beatus Augustinus, gratia in Christo capite nostro: unde secundum unius cuiusque mensuram se per cuncta membra eius diffundit. Ea gratia fit ab initio fidei suæ homo: quicunque Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus: de ipso spiritu, & hic renatus, de quo est ille natus. Eodem spiritu fit in nobis remissio peccatorum, quo spiritu factum est, ut nullum haberet ille peccatum. Sic ergo factum est per gratiam, ut caro illa à peccato, (sub quo ab origine sua erat) mundaretur: & mundata in illo (qui liber ab omni peccato in ea futurus erat) à peccato libera assumeretur: ut nec gratia corruptioni naturæ præiudicium faceret, nec corruptio naturæ gratiam impediret. Quomodo ergo (inquiunt) Christus in lumbis Abraham decimatus non fuit: si caro eius ibi peccato obnoxia fuit? Sed sciendum est, quod licet caro

caro Christi sicut caro Leui adhuc in lumbis Abraham sub peccato fuit, tamen ipsum peccatum eius non fuit, sub quo caro eius fuit. Hoc enim solum eius ibi fuit, quod inde futurum eius fuit. Quapropter Leui illic & naturam, & culpam habuit: quia inde per propagationem originis & naturam, & culpam trahere debuit. Quia ergo Christus in lumbis Abraham solam naturam habuit, propterea quod ipsam solam inde accepturus fuit; proculdubio oblatione non eguit, quæ pro eo, quod eius solum ibi erat, necessaria non fuit. Oblatio enim non pro natura, sed pro culpa offertur: quia si culpa non esset natura oblatione opus non haberet. Sic itaque Leui in lumbis Abraham decimatus est: quia & naturam, & culpam ibi habuit: qui & naturam, & culpam inde accepturus fuit. Christus uero decimatus non est, qui propterea quod inde solam naturam accepturus erat, illam etiam tunc ibi culpam non habuit: cum ipsa, quæ eius futura erat sine culpa natura, in sua origine culpæ obnoxia non fuit.

Quod uerbum cum carne rationalē animam assumpsit: & qualis fuit anima illa in sapientia, & uirtute, & iustitia, & bonitate, & merito. Cap. VI.

Quidam hæretici fuerunt, qui putauerunt in Christo cum carne uerbo rationalem animam assumptam non fuisse, sed solam carnem uerbo unitam: & ipsam diuinitatem uerbi carnem loco animæ uiuificasse, eandemque diuinitatem ab ipsa carne, quando in cruce mortua est, recessisse, rursumque ad ipsam, quando resuscitata est, uiuificandam, & resuscitandam rediisse. Sed catholica fides habet totum, quod hominis erat, præter culpam, Deum assumpsisse: quia nec aliter uetus homo esse potuisset: nisi totum, quod ad ueritatem humanæ naturæ pertinebat, assumpsisset. Accepit ergo cum carne & in carne ipsa animam rationalem, quæ & carnem ipsam uegetaret, & sensificaret ad uitam, & secundum liberam uoluntatem peccatum respiceret, & sectaretur iustitiam. Cui & hoc ex societate diuinitatis collatum est: ut spontanea quidem libertate bonum faceret, sed ad malum faciendum nulla prorsus necessitate, uel infirmitate declinare potuisset. Dicit quippe beatus Augustinus. De spiritu sancto ex uirgine Maria Dei filius unicus natus est, non carnis cupidine, sed solo Dei munere. Libera in illo uoluntas erat: ac tanto magis erat, quanto magis seruire peccato non poterat. Multa autem quæruntur de illa anima rationali, e quibus unum est. Vtrum uidelicet æqualem cum diuinitate habuit scientiam: de qua quæstione in alio opusculo, quod de anima Christi titulum habet, prolixius disputauimus. Hic uero hoc solum commemorare sufficit: quod eadem anima sicut plenam & perfectam Dei sapientiam unitam habuit, ita plene & perfecte ex ipsa & per ipsam sapientiam sapiens fuit, nec tamen ipsi sapientiæ natura æqualis fuit: quia longe aliud est sapientia sapere, atque aliud sapientiam esse. Ex quo enim humanitati diuinitas coniuncta est, ex ipsa diuinitate humanitas accepit per gratiam totum

Vtrum anima Christi æquale cum diuinitate habuerit scientiam.

L

Quæstio.

tum, quod diuinitas habuit per naturam: ita ut si illam ineffabilem unionem & Dei esset in humanitate sua totum, quod humanitatis erat: & hominis esset in diuinitate sua totum, quod diuinitatis erat. Sic ergo humanitatem uerbi in anima rationali a prima conceptione sua ex ineffabili unione diuinitatis plenam & perfectam sapientiam, & potentiam, & uirtutem, & bonitatem accepisse credimus: & ipsam sicut in unione diuinitatis inseparabiliter, sic in ipsa quæ ex unione diuinitatis erat, plenitudine uirtutes incommutabiliter permanisse confitemur. Neque enim idcirco Deus homo inter homines commutare uoluit, ut quasi per interualla temporum sapientia aut uirtute proficiens meritum sibi compararet, & seipso melior fieret: sed ut ea sapientia & bonitate, quam ipse in diuinitate sua plenam & perfectam semper habuit, & in humanitate sua plenam & perfectam semel & simul accepit, dispensatione salutis humanæ si ineffabilem ordinationem suam compleret. Quapropter id, quod dicit euangelista. Quod proficiebat Iesus ætate, sapientia, & gratia non ita accipitur, quasi in semetipso melior factus, sed quia hominibus, quam ipse habebat sed latebat, sapientiam & gratiam, prout ratio temporum postulabat magis semper ac magis aperuit. Ita apud homines ipse proficiebat, quoniam homines ipsi in eius cognitione profecerunt. Apud Deum autem profecit, in eo quod dum se sapientia & gratia Dei plenum ostenderet, eos ad laudem Dei patris, a quo hoc esse testabatur, magis semper ac magis prouocauit. De merito etiam Christi prætereundum non est, quod quidam minus considerate dicere solent, quod scilicet Christus homo aliter ad gloriam immortalitatis peruenire non potuisset, nisi prius per passionem mercedo mortem sustinisset. Non enim attendunt hi, quia quod Deus homo mortalis fuit, non necessitatis erat, sed uoluntatis. Nam si primus homo sine morte ad immortalitatem peruenire potuisset: si se ab inobedientia culpa custodire uoluisset: quanto magis Christus homo, qui non solum sine peccato homo iustus, sed supra hominem Deus fuit, carni suæ, quam ad consortium deitatis in conceptione sublimauerat, gloriam incorruptionis dare potuisset, etiam si illam ad tolerantiam passionis & mortis humiliate noluisse: Si enim Christus ad gloriam resurrectionis nisi moriendo peruenire non potuit: ergo pro se mortuus est Christus, & necesse habuit mori, ut uiuere posset. Quid autem dicit: Vado (inquit) immolari pro uobis. Hic intédite. Vado immolari pro uobis. Quare non dicit Christus uado immolari pro uobis, & pro me: Si enim pro nobis tantum mortuus est: ubi est quod dicitis mortuum pro se? Audite ergo Christus dicit, quod pro nobis mortuus est: & nos si dicimus, quod pro semetipso mortuus est, beneficiū negamus, quia gratias referre nolumus. Si pro se mortuus est: quid ei debemus? Ipse igitur sibi congratuletur. Pro se sustinuit: sibi recepit. An fortè & sibi & nobis? Quare ergo tacuit sibi, & dixit uobis? An fortè erubuit de necessitate, & gloriabatur de pietate? Ergo ipse erubuit manifestare: tu non erubescis impropere. Sed dicunt. Si Christus per tolerantiam passionis gloriam resurrectionis non meruit: quid est

M
Luca. 2.
Iesus proficiebat sapientia, et ætate, & gratia quomodo intelligatur.
N

Joan. 10.
Joan. 14.

Quorū de Christi carne opinio.

Phil. 2. est quod Apostolus dicit: Christus factus est pro nobis obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Ecce manifeste dicit Apostolus: quia propterea per resurrectionis gloriam Christus meruit exaltari: quia prius per obedientiam passionis usque ad mortem non respuit humiliari. Si ergo propter hoc exaltatus quia humiliatus, ergo exaltationis causa humiliatio fuit. Ergo in humiliatione meruit, qui in exaltatione humiliationis primum recepit. Si autem merendo ad gloriam peruenit: quomodo ad illam peruenire potuisset, si non meruisset? Sic ergo isti argumentando de propositione erroris ad conclusionem mendaciam perueniunt. Fallit quippe eos, quod meriti nomen non discernunt. Et propterea, quia dicere non audent Christum nihil meruisse, ne forte ab eo facta apud Deum nullius uirtutis aut pretij fuisse dicere uideantur: dum cadere timent, precipitant se asserentes, quod Christus patiendae gloriae meruit, ita ut si passus non fuisset, illam nec habere potuisset, nec debuisset. Si enim dicimus, quod nihil meruit: consequens esse putant opera uirtutis, aut iustitiae eum non fecisse. Si autem dicimus, quod meruit: statim inferunt aliquid eum prius non debitum sibi operando obtinuisse: quod est dicere, quod Christus aut bona opera non fecit: aut aliquid, quod sibi prius non debebatur, operando promeruit. Sed uidete quam stulta sit ista assertio. Quid enim? Ergo Deus bonum opus facere non potest: quia nihil non debitum sibi pro mereri potest? Aut ideo operando non meretur, quia ipsi debetur etiam si non operetur: quando nobis beneficia impendit Deus, & dona munificentiae largitur: nonne haec ipsa faciendo a nobis pro beneficijs suis amari, & laudari meretur? Aut quia meretur, ideo prius dignus non fuit, aut minus fuit: & opere tunc meruit meritum Dei, & melior seipso factus est Deus? Nunquid non melius est & multo melius: ut dicamus, quod eterna bonitate quae in ipso nunquam creuit (quia plena in ipso & perfecta semper fuit) plene semper & perfecte bonus fuit, & dignus laudari & amari? Et quando opere tunc facit, & nobis bene facit, amari & laudari a nobis meretur: & est meritum operis in illo aeternum quod nobis tunc exhibetur. Neque ideo modo non meretur, quia prius dignus fuit: neque quia modo meretur, prius dignus non fuit. Est ergo meritum in opere: quia quod fit, opus est bonitatis, & ipsum meritum tamen cum opere & in operante non incipit, quoniam & ante exhibitionem operis bonitas fuit operantis. Similiter Deus homo, qui sicut in diuinitate sua ab aeterno perfectam bonitatem habuit, immo ipse perfecta bonitas fuit: ita in humanitate sua a prima conceptione plenam & perfectam bonitatem accepit: non tunc primum obedientiam patiendi & moriendi habere coepit, quoniam pati & mori coepit. Ecce concedimus, quod Christus propterea exaltatus est a patre: quia obediens factus est patri. Ecce concedimus, quod obedientia meritum est, exaltatio praemium. Quid ergo? Si obedientia meritum est, nonne ex quo obedientia coepit, meritum coepit? Factus est (inquit) obediens. Quis factus est? Christus.

Secundum quid factus est: Secundum humanitatem. Secundum humanitatem factus est obediens: secundum diuinitatem subesse non potuit, in qua aequalis fuit. Alia scriptura dicit. Didicit ex his, quae passus est, obedientiam. Didicit, quod nesciuit. Quid nesciuit? Obedientiam. Subesse nesciuit. Non potuit in eo, quod aequalis erat, esse inferior. Propterea didicit, quod nesciuit: quia id, quod in excellentiam deitatis expertus non fuit, per inferiorem naturam in usum assumpsit. Factus est obediens. Ex quo factus est homo, factus est obediens. Ex quo homo esse coepit, subiectus esse coepit. In quantum homo dignitate, in quantum bonus uoluntate. Hic est meritum. Si uoluntas semper perfecta fuit, & meritum semper perfectum fuit. Ex quo Deus coepit esse homo, & homo coepit esse Deus. Deus coepit esse homo subiectus, & homo coepit esse Deus perfectus. Si Deus humiliatus est quantum potuit in homine, homo sublimatus non est quantum potuit in Deo? Si Deus in eo quod homo esse coepit, passibilis & mortalis esse coepit: & homo in eo quod Deus esse coepit iustus & bonus & perfectus esse coepit. Sicut enim Deus, quoniam homo esse coepit, quod hominis erat accepit: sic & homo, quoniam Deus esse coepit, quod Dei erat accepit. Quae sicut Deus perfecta sapientia, & potestas, & bonitas est: ita homo ex quo Deus factus est, perfecte potes, & sapiens, & bonus in Deo factus est. An putas Christum hominem tunc primum plenam & perfectam potentiam diuinitatis accepisse, quoniam dicit: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra? Unde ergo prius daemones imperauit, angelos ministros habuit, elementa ad nutum imperij sui inclinauit? An forte quia orantem legis quasi precibus obtinuisse putas, quod prius ipse non potuit. Pater (inquit) clarifica filium tuum. Et ecce uox facta est de caelo dicens: & clarificaui, & iterum clarificabo. Audistis filium postulantem, patrem annuentem. Putas, quod precibus obtinuerit, quod non obtinisset, si preces non fuisset? Audi, quod sequitur. Non propter me (inquit) facta est uox ista, sed propter uos. Si responsio propter me facta non est, nec postulatio propter me facta est. Sicut ego responsionem patris non accipio, ut me exauditum intelligam: sic nec preces patri fundo, ut quod non possum obtineam. Ego enim totum possum. Totum, quod pater potest, ego possum, qui filius sum patris. Omnia enim, quae pater facit, haec et filius facit similiter. Ex quo, non ut filius Dei patris, esse semel homo accepit: totum, quod Deus pater potest, posse accipit. Videtis ergo quomodo Christus homo in eo quod filius Dei fuit: & ex quo filius Dei fuit, diuinam sapientiam, & potestatem, & bonitatem habuit: & plene ac perfecte habuit, quia plene ac perfecte fuit. Aut ideo ab initio hoc non fuit, quia ab initio hoc non dixit? Haec (inquit) ab initio non dixi uobis. Ergo ab initio Christus homo, ex quo homo esse coepit, Deus non fuit: quia ab initio, ex quo homo esse coepit, hoc non dixit: Diu fuit Christus homo inter homines, priusquam Deum se diceret uel probaret, & quoniam hoc dicere, coepit cum magna modestia ac reuerentia hoc dixit: ne scandalizarentur, qui mirarentur, nec susciperent, qui non caperent. Ideo reuenter se suggestit, non precipitanter ingessit. Quae, inquit,

Heb. 5.

Matt. 28

† Nomen tuum.

Ioan. 12

Ioan. 5.

Ioan. 16

Ioan. 14.

Ioan. 20.

Obiect.

Luc. 24

V

inquit, dicunt homines esse filium hominis: Non predicauit, sed interrogauit. Dicit uoluit, sed dicere noluit: ne non ueritate docere, sed gloriam quaerere uideretur. Creditis in Deum, & in me credite. Considera quomodo modesto se adiungit: quia sciebat extra intelligentiam hominis esse, ut homo Deus crederetur. Propterea humane intelligentiae adhuc subiectus erat homo: neque in fide hominis adhuc, ut Deus crederetur, ascenderat. Ideo dubitanti, & amanti dixit. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Propter hoc ergo, quia sciebat in conscientia humana se subiectus esse: & ut aequalis crederetur eidem conscientiae longinquum & extraneum esse: paulatim illam fouebat, ut ad ueritatem assuefaceret: ut ueritas illam illuminaret, non nouitas scandalizaret. Sic ergo Christus homo inter homines conuersando secundum dispensationem salutis humanae congruam per temporum interualla, quod in se simul erat, aperuit: & quod ipse ab initio plenum & perfectum habebat, humanae cognitioni per quosdam profectus reuelationis se habere, magis ac magis prout oportebat ostendit. Sed dicunt. Si in Christo homine ab initio ex obedientia suscipienda passionis meritum fuit: in hoc ipso iam constat, quod si passurus non fuisset ab initio, meritum obedientiae patiendi habere non potuisset. Si enim futura passio non fuisset, obedientia patiendi nulla. Si obedientia non fuisset, meritum obedientiae non fuisset. Sic itaque ad obtinendam gloriam incorruptionis, inducere conantur necessitatem passionis. Sed minus considerant quia eadem bonitate, quae se ad obedientiam passionis spontaneum exhibuit, quae pati uoluit: iustus, & bonus, & gloria dignus fuisset etiam si pati nolisset: si enim pati nolisset, ad patiendum obediens non fuisset: non tamen inobediens fuisset, quia uoluntati patris hoc nolens non contradixisset, quoniam hoc & ipse pater nolisset. Nam sicut obediens fuit, quia uolenti uolens consensit: ita proculdubio obediens fuit, si nolenti hoc patri idem & ipse nolens consensisset. Itaque semper obediens fuisset, etiam si passus non fuisset: neque merito eius quicquam minueretur, etiam si ad passionem (quam non ex debito, sed ex dignatione suscepit) non humiliaretur. Vnum tamen, inquiunt, est quod Christus per passionem obtinuit, quod utique habere non potuisset, si passus non fuisset. Patiendae quippe omnibus creditibus factus est exemplum passionis, sicut resurgendo omnibus patientibus forma glorificationis. Hoc ergo lucratus est patiendae, quod ipsum magistrum & doctorem sequuntur omnes, qui bene patiuntur. Magnum quid lucratus est. Quid ipsi hoc prodest? Praecedit: & omnes sequuntur. Cuius bonum est hoc? Errantes inueni, praecessit ut uiam docerem: omnes secuti sunt. Mihi quid prodest? Ego uiam sciebam, per me incedere poteram: sed non erat causa pergendi, si compassio non esset subueniendi. Stulti, & tardi corde ad credendum, nonne oportuit, pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Intendite. Oportuit itaque, inquit, pati Christum: & ita intrare in gloriam suam. Quid est ita? Per passionem. Post passionem, glorificationem. Quid? Ergo Christus non potuit intrare in gloriam,

nisi transiret per poenam? Quid est, non oportuit, nisi quia aliter non potuit? Quomodo ergo suam, si oportuit: & quomodo oportuit, si suam? Si gloria eius fuit, quomodo ut ad illam intraret, pati oportuit? Sed suam pro se, oportuit pro nos. Poterat quidem Christus si uoluisset alia uia intrare in gloriam suam, & quomodo uellet illam accepisse: quemadmodum si uellet, nunquam caruisset, sed semper habuisset. Sed uoluit pro nos per poenam ire in gloriam suam, ut moriens timore tolleretur passionis, resurgens redderet spem glorificationis. Haec uia ire uoluit: quia nos hac uia ire debuimus, qui alia non potuimus. Nos uolumus, sed non possumus. Ipse potuit, sed noluit: quia si aliter uiuisset, peruenisset, sed non subuenisset. Qui ergo Christum in passione aliquid meruisse asserit, ita ut eadem passionem bonum aliquid ad commodum uel utilitatem uel gloriam suam eum obtinuisse contendat, quod iuste habere non potuisset, si passus non fuisset, Christum plane in necessitatem passionis ducit, & pariter redemptionis gratiam, quae in morte ipsius exhibita est, imminuere, uel potius euacuare conuincitur: qui causam passionis eius non nostram, sed ipsius necessitatem fuisse probare conatur. Ergo Christus non meruit quasi sibi indebitum aliquid acquirere, & tamen meruit opus uirtutis dignum remuneratione perficiens. Neque enim ideo quia prius ipse dignus fuit, opus uirtutis postea exhibitum remunerabile non fuit: neque rursum quia pro opere uirtutis remuneratus est, prius etiam quam operaretur, dignus fuisse negatur. Meruit ergo quantum ad uirtutem operis, quia pro opere remuneratione dignus fuit: nec tamen sic meruit, quasi dignus non fuisset, etiam si operatus non fuisset. Pater familias laborat in uinea sua, & post cum ad refectorem uenit, postulat cibum: bene se meruisse dicit, quod accepturus est. Sed aliter mercenarius meretur, aliter dominus. Mercenarius meretur, quia ei non deberetur, si non operaretur. Dominus autem etiam si non operatur, panem suum manducat, quia suus est: & non opus habet si uult pro eo laborare, quia suus est & sine opere. Multa sunt, quae dici potuissent super his: sed haec praesenti abbreviationi sufficiant. Nouissime querunt de anima illa rationali, quam uerbum cum carne in unitatem personae assumpsit, utrum sicut eam ex ineffabili unione diuinitatis perfectam sapientiam, & uirtutem, & bonitatem accepisse dicimus: ita quomodo ab initio priusquam gloriam resurrectionis per immortalitatem carnis indueret, ex eadem unione diuinitatis plenam quoque beatitudinem habuisse dicamus. Quod si concedimus, obijciunt: quod anima illa ante resurrectionem passiones & dolores sustinuit: ac per hoc plena beatitudo esse non potuit, ubi poena & dolor fuit. Sed non attendunt, quod anima illa secundum aliud carni unita fuit, & secundum aliud diuinitati. In eo quod carni unita fuit, uita carnis ipsa fuit. In eo autem quod diuinitati unita fuit, uita ipsius diuinitatis fuit. In eo autem quod carni iungebatur, recedente anima ipsa caro moriebatur. In eo autem quod diuinitati iungebatur, etiam a carne recedens ab ipsa diuinitate non separatur. Quae igitur in sensu carnis ad tempus dolorem sustinuit, in societate deitatis plenam &

Verum anima Christi ex unione diuinitatis plene beatificata fuerit.

Y

num & perfectum gaudium semper possedit. Vbi enim perfecte iungebatur, plene & perfecte beatificabatur. Vbi autem ad tempus minus habuit ex dispensatione postea suppletum est in glorificatione. Ita tamen ut quod in parte sublimiori habebat uerum bonum, nec aliquando redderetur, quia nunquam fuit amillum, nec suppleretur, quia ex quo datum est, semper mansit perfectum.

De carne, quam uerbum assumpsit, qualis fuit, secundum passibilitatem, & sensum, & affectum. Cap. VII.

AD carne uerbi hoc primum commemorare oportet, quod illam ab ipsa conceptione Spiritus sancti operatione ita mundatam credimus, ut eam uerbum ipsum liberam prorsus, & immunem ab omni peccato assumeret: pena tamen peccati uoluntate, non necessitate assumptis remaneat: ut dum ista in saluatore sine culpa pateretur, illa quae in saluandis pro culpa poena obnoxia fuerat, liberaretur. De hac itaque poena passibilitatis siue mortalitatis quaerunt quidam: quomodo in carne saluatoris erat. Sed facile est scire quomodo caro illa, quam diu in massa generis humani sub originali fuit, poena quoque praeruaricationis, qua totum tenebatur, in toto ipso ex necessitate sustinuit. Postquam autem a toto ipso singulariter diuisa est: ut nec in ipso esset, nec cum ipso in causa participaret: iam nihil poenae debuit, quia culpa nil habuit. Itaque quantum in ipsa fuit, non debuit sustinere poenam, quoniam iam non habuit culpam. Poterat ergo iuste saluator in carne suam, quam sine culpa assumpsit, poenam quoque mortalitatis, & passibilitatis infirmitatem non assumpsisse, sed eam non solum supra id, quod nos sumus mortales, quia peccator non erat: sed supra id etiam quod primus homo ante peccatum fuit: quia probandus non erat, a prima coceptione gloria immortalitatis induisse. Primus quippe homo, quia probandus erat, talis esse debuit, qui & peccare & non peccare potuisset, ut uoluntatis, non necessitatis esset utrumque. Neque enim uel obedienti meritum: uel non obedienti culpa esse potuisset: nisi & obedientia & praeruaricatio uoluntaria fuisset. Itaque quia ad probationem utrinque uoluntas eius expectabatur, ad utrumque ei possibilitas praestabatur. Quia uero peccandi & non peccandi possibilitatem habuit, oportebat ut & moriendi & non moriendi possibilitatem haberet. Si enim ex necessitate immortalitas fuisset, & praeruaricator & peccator mori non potuisset: atque ita inobedientia poenam debitam non haberet, nec se recognosceret aliquando peccator: si mortuus intus, foris semper uiueret. Item si ex necessitate mortalis fuisset, etiam in obedientia persistens, mori debuisset: & iniuste sine culpa puniretur, si non peccans moreretur. Quapp quia probandus erat: & utrum in obedientia persistere & expectabatur: caro quoque illius & semper aliquid mortalis erat, quia scilicet mori poterat: & semper aliquid immortalis erat, quia poterat non mori: quatenus ex eo quod mori poterat: moreretur si peccaret: & ex eo similiter quod mori non poterat, non mereretur si in obedientia

perseueret. Christus autem homo, quia perfectus a principio & probatus inuentus est, ad perfectionem uel ad probationem expectatus non est. Et idcirco sicut liberum arbitrium habuit, nec tamen ita ut peccare posset: ita quoque & immortalitatem quantum in se erat habere debuit, & ita ut mori omnino non posset. Unde constat, quod Christo homini a principio non solum ea immortalitas debebatur, quam primus homo habuit ante praeruaricationem, sed illa quoque, quam nunc secundus habet post resurrectionem, ut uidelicet sicut ex consortio deitatis spiritu confirmatus erat ad ueritatem, ut peccare non posset: ita quoque ex merito uirtutis carne confirmatus esset ad incorruptionem, ut mori non posset. Sed quia caro peccatrix a poena peccati liberari non potuit, nisi caro eius, quae sine peccato erat, pateretur, infirmitatem passibilitatis & mortalitatis in carne assumpta retinuit potestate, sustinuit uoluntate, non passus est necessitate. De sensu autem passionis in carne Christi quidam male sensisse inueniuntur. Asserentes carnem illam in omnibus iis, quae in ea & circa eam exhibita sunt passionis genera, similitudinem quidem passionis & doloris suscepisse, sed nullum omnino dolorem aut passionem sustinuisse. Sed non attendunt quanta absurditas huiusmodi assertionem consequitur. Quomodo enim in Christo uera compassio fuit, si uera passio non fuit? Quomodo stabit, quod dicit propheta: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros portauit? Si Christus in cruce dolorem passus non fuit, quare tantopere calicem passionis transferri a se postulauit? Quid sibi uoluit sanguis deludans angustiam imminentis mortis contestatus? Quid sibi uoluit, quod ipse Christus & infirmitatem, secundum quam caro passionem timuit, & uoluntatem, secundum quam Spiritus promptus fuit, exponens ait. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Ili ergo, qui negant in saluatorem secundum infirmitatem carnis ueram fuisse passionem, quantum in se est eam, quae per passionem Christifacta est, negare conuincuntur redemptionem. Sunt alij, qui non minori dementia de affectibus humanis in Christo (quos secundum ueritatem naturae cum humanitate suscepit) quaedam non solum falsa, sed horrenda etiam blasphemare non timuerunt. Quia enim Apostolus ait. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia: asserunt humanum affectum in Christo motus etiam uitiorum sensisse, absque consensu tamen rationis, secundum eam concupiscenti infirmitatem, qua nos, qui peccatores sumus, ex illa originali corruptione, quam portamus, illicitos appetitus, & motus concupiscentiae surgentis, & uitij tentantis delectationem etiam inuiti sentire solemus. Hos autem motus idcirco Christum in carne sua uoluntarie sustinuisse, ut quasi illis tentantibus resistendo uictor existeret: quatenus & sibi tentationem uitiorum superando praemium iustitiae acquireret, & nobis in tentatione positus resistendi, & uincendi in semetipso exemplum

C
Ela. 53.

Marc. 14

Heb. 4.

D

plum formaret. Sed absit a sensu Christiano, ut ullam in illa carne sacrosancta agni immaculati inordinatae delectationis, & concupiscentiae illicitae titillationem aliquo modo fuisse, aut dicat, aut credat: quia si uel aliquam prauae delectationis radicem aut motum concupiscenti inordinatum in illa fuisse diceremus, profecto ab omni uitio liberam negaremus. Quomodo autem uitium mundaret, si uitium portaret? Motus quippe inordinatus ex infirmitate concupiscenti, surgens cum ipsa tantum corruptione, de qua oritur non solum poena est, sed culpa: quae tamen in baptizatis ad damnationem non imputatur: quia per gratiam nouae regenerationis excusatur. Sicut dicit Apostolus. Iam nihil damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu. Haec tamen corruptio per gratiam sacramenti non quidem accipit, ut culpa non sit, sed ut damnabilis non sit: quia si culpa omnino non esset, non haberet excusari: quia non deberet imputari. Quapropter illam infirmitatem humanae naturae, quae poena est, solum cum susceptione carnis Christum assumpsisse ueraciter dicimus: illam uero, quae sic poena est, ut etiam culpa sit, nullatenus admisisse indubitanter affirmamus. Neque enim sic uictorem uitiorum dicere uolumus, ut eum ipsa, quae uinceret, uitia portasse aliquando ac sensisse dicamus. Propterea enim per solam poenam infirmari consensit, ut eos, qui & in culpa, & in poena aegrotabant, primum a culpa iustificaret, postea a poena liberaret.

Quomodo intelligendum sit, quod scriptum est: conceptus est de Spiritu sancto. Cap. VIII.

ECUM, sicut superius dictum est, incarnationem filij cum ipso filio pater simul, & Spiritus sanctus operatus sit, merito quaeritur: quare in Scriptura Sacra singulariter de Spiritu sancto conceptus memoratur. Haec quidem sicut, & caetera, quae de ipso dicuntur, humana intelligentia timide contingit, sed deuotio fidei amplius praesumens secundum puram conscientiam fidenter inquirat. Quaerendum itaque in primis est quomodo intelligi oporteat, quod dictum est Beatam Mariam de Spiritu sancto concepisse. Scimus namque, & omnes iam frequentissimo usu naturae dicimus: quod cum mulier a uiro concepisse dicitur, non aliud nisi substantiam carnis ad generandam carnem per carnis coitum suscepisse memoratur. Et haec quidem carnis substantia de carne uiri per ipsum carnis coitum transfusa, cum carne mulieris una caro efficitur: ut id, quod nasciturum est, ex utriusque substantia ueraciter originem sumens ab illo, per istam etiam ab ista generetur. Ergo mulier a uiro concipit, cum a carne uiri per coitum carnis semen

suicipit, ad generandam carnem. Nec aliud concipit, quam ille est, a quo concipit: aut ipsa, quae concipit, & quod concipit, hoc parit. Quid ergo dicemus? Nunquid Spiritus sanctus de sua substantia semen partus infudit aluo uirginis? Quomodo ergo semen carnis ministrare potuit substantia spiritualis? An forte semen carnis non fuit, quod conceptum est: & caro fuit, quod natum est. Quid dicemus? Quomodo Maria de Spiritu sancto concepit? Et si de Spiritu sancto concepit: quomodo Spiritus sanctus pater Christi non fuit? Haec omnia magna consideratione indigent: ne forte in re difficili, & ualde obscura humanus sensus aliquid amplius sua possibilitate praesumat. Nec ideo de his dubitandum est, quia obscura sunt: nec ideo aliquid temere definiendum, quia credenda sunt. Quaremus ergo quid concepit Maria. Aut carnem non concepit, & carnem non genuit: aut si carnem genuit, carnem concepit. Quod enim concepit, hoc genuit. Sed quomodo carnem ministrare potuit non caro? Aut non carnem gignere caro? Ista perplexa inquisitio siue quaerendi ratio, quemadmodum sane, & competenter intelligi ualeat, consideremus. Et primum in ea, quae secundum solitam, & usitatam naturae operationem peragitur conceptione, eiusdem naturae opus quomodo compleatur intueamur. In parentibus carnaliter generantibus, & per carnis coitum nascituram carnem ex carne fabricantibus, utrobique natura substantiam ministrat partui creando: ut ex utriusque carne procedat, quae solum in unius carne formanda est caro. Tamen hoc uectigal, quod natura quasi debitum quoddam ex instituto creatoris, ad fabricam humani corporis absoluendam impendit, ita prorsus sine ulla necessitate, aut coactione ab ea requiritur, ut nisi sola dilectione, & (ut sic dixerim) spontanea charitate ad tribuendum id non inclinetur. Nihil enim est praeter solam dilectionem, quod hoc debitum a natura extorquere possit, sed cum spontanea fuerit charitate persuasa, tunc nimirum sibi adiuuicem ad opus consummandum ex utraque parte liberenter atque gratanter occurrit. Sane quicquid uolenter nolenti arripitur, ad eiusmodi causae effectum incongruum prorsus, atque inefficax demonstratur. Sola ergo dilectio est, quae naturam persuadere, & uolentem quodammodo cogere potest ad seminandum partum. Et quidem in muliere amor uiri, in uiro autem amor mulieris, idem agere solet, ut quia in altero solum natura sibi sufficiens non est, alterutrum sibi per dilectionem subueniat: ut quod in neutra per se potuit, in utraque per se cum altera possit. Igitur semen humani partus a sola muliere formandum concipitur, quod simul a uiro & muliere feminatur. Quod quidem (sicut iam dictum est) in muliere per amorem uiri, & in uiro per amorem mulieris, natura operatur. Pro-

per quod etiam mulier non nisi à viro concipere dicitur, licet tam de se quam de viro accipiat, unde fecundatur. Et rectè de solo viro concipit: quia id, quod concipit, in altero quidem de carne uiri sumitur, in altero autem per amorem uiri ministratur. Non itaque hoc solum de viro concipit, quod de viro accipit; sed hoc etiam de viro concipit, quod ex se de amore uiri accipit. Hoc præmittere uolumus propter id, quod dictum est, Mariam de spiritu sancto concepisse. Concepit ergo Maria de spiritu sancto; non quòd de substantia spiritus sancti semen partus acceperit, sed quia per amorem & operationem spiritus sancti ex carne uirginis diuino partui natura substantiam ministravit. Nam quia in corde eius amor spiritus sancti singulariter ardebat, ideo in carne eius uirtus spiritus sancti mirabilia faciebat. Cuius dilectio in corde illius non suscepit socium, eius operatio in carne illius non habebat exemplum. Hoc igitur solum uirgo concepit, quod de sua carne per amorem, & operationem spiritus sancti accepit, de quo etiam solo sine uirilis feminis admixtione filium genuit. Non ergo libido carnis conceptionem in uirgine operata est, quæ nec de carne uiri concepit, sed per amorem & operationem spiritus sancti. Nec ipse spiritus sanctus ideo pater Christi dicendus est, quia eius amor conceptionem uirginis operatus est: quia non de sua essentia uirgini semen partus tribuit, sed ipsi de carne propria uirgini per amorem suum atque uirtutem, substantiam ministravit. Christus ergo & de uirgine natus est, quia de carne uirginis carnis substantiam accepit; & de spiritu sancto conceptus est, quia ipsa eum uirgo ex sola carne sua sine admixtione uirilis feminis per spiritus sancti operationem amoremque concepit. Hinc est, quòd eidem uirgini paritura per angelum dicitur. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi obumbrabit tibi. Spiritus sanctus nanque uirgini superuenit, ut per eius operationem caro Christi de carne uirginis formaretur; & uirtus altissimi obumbravit ei, ne substantiam carnis ministrans carnali concupiscentia uteretur.

De unione uerbi, animæ, & carnis.
Cap. IX.

Quæritur etiam utrum uerbum carnem simul & animam assumpserit; an carnem prius quam animam, siue animam prius quam carnem. Sed uerissime & absque omni dubitatione creditur, quòd ex quo hominem Deus assumpsit; totum assumpsit: quia ex quo hominem assumpsit, sicut homo Deus, sic & Deus uerus homo fuit. Verus autem non fuisset in sola carne, aut in anima sola: quia homo est & caro & anima. Itaque quado hominem assumpsit, simul

utrumque assumpsit. Assumpsit autem carnem & animam, id est hominem, naturam non personam. Neque enim assumpsit hominem personam: sed assumpsit hominem in personam. Ideo autem hominem assumpsit: quia carnem humanam, & animam humanam assumpsit. Ideo uero personam non assumpsit, quia caro illa & anima illa priusquam uerbo unirentur in personam, non erant unita ad personam. Vna unio fuit, & ad unum unio fuit, & uerbi & carnis & animæ. Non prius uerbum & caro, nec prius uerbum & anima, nec prius anima & caro, sed simul uerbum & anima, & caro. Sed erat quidem uerbum ante hanc unionem persona: quia filius erat, qui persona erat, sicut pater persona erat, & persona spiritus sanctus erat. Et erat persona æterna sicut uerbum æternum erat, & filius æternus erat. Nec cœpit esse persona uerbum, quando homo esse cœpit: sed assumpsit hominem, ut homo persona esse inciperet: nec alia persona quam illa erat, quæ eum acciperet. Itaque uerbum persona accepit hominem, non personam, sed naturam; ut qui suscepit & quod suscepit una esset in Trinitate persona. Neque enim assumpto homine quaternitas facta est, sed Trinitas mansit: quia homo assumptus ex quo Deus esse cœpit, non alia persona esse cœpit, quam illa, quæ eum suscepit. Qui ergo hominem assumptum negat personam esse, negat hominem in personam assumptum esse. Si enim illud nunquam futurus esset, frustra ad illud aliquando assumptus esset. Nunc igitur homo assumptus persona est, & non alia: sed ipsa illa persona, a qua assumptus est, quia & assumens & assumptus una persona est, Deus homo est. Verum est propter humanitatem suam. Homo Deus est. Verum est propter diuinitatem suam. Deus humanitatem suscepit, homo diuinitatem accepit. Et est Deus homo propter humanitatem, qua suscepit, & habet: & homo Deus propter diuinitatem: non de duobus dicitur, sed de uno: quia Deus & homo non duo, sed unus est Iesus Christus. Sed dicitur. Quomodo unus? Dic mihi qualis unio: & ego tibi dicam qualiter unus. Si uere ineffabilis est unio Dei & hominis, ineffabiliter non duo sunt, sed unus Deus & homo. Tamen non omnino duo sunt, Deus & homo, sed unus Iesus Christus. Qui est Deus, ipse est homo: & qui est homo, ipse est Deus: non alter & alter, sed ipse unus & idem. Quid significat homo? Naturam. Quem significat homo? Personam. Si quæris quid significat homo: aliud significat homo, & aliud Deus. Homo enim significat humanitatem, Deus significat diuinitatem. Si quæris quem significat homo: eundem significat, quem Deus, quia idem est & homo & Deus. Quid est homo? Si naturam quæris: corpus & anima. Bene dico: quia hoc est homo: hoc esse hominis est, quia hoc esse hominem facit. Quid est homo? Si personam quæris, Deus est.

Simul
Christi forma
tum atque
animatum,
& corpori
& anima
diuinitas
coniuncta.

est. Quare homo Deus est; Quia humanitas diuinitati personaliter unita est. Natura Dei diuinitas, natura hominis humanitas: & diuinitas quidem humanitas non est, Deus tamen homo est. Natura diuersa, persona una. Quia autem unita est natura, una est persona: & quia persona Dei & hominis una est, Deus & homo unus est. Propterea quod facit Deus, facit homo: & quod facit homo, facit Deus: quia non duo, sed unus, Deus & homo. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo. In terra loquebatur, & in cælo se esse testabatur. Utrobiq; .n. erat. In terra per humanitatem, in cælo per diuinitatem. Idem qui in cælo erat, in terra erat. Per humanitatem in terra & tñ in terra, per diuinitatem in cælo & in terra. Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Mirum est. Homo in cælo dominabatur, & Deus in cruce moriebatur. Si potuit homo in terra positus per humanitatem, in cælo esse per diuinitatem: potuit & Deus in cælo regnans per diuinitatem, in terra mori per humanitatem. Sed dicitur. Quomodo Deus mori potuit? Deus, qui immortalis est, quomodo mortuus est? Hoc ego sciebam, quia essent qui hoc dicerent. Deus mori non potuit: homo mortuus est, Deus mortuus non est. Quare ergo negatis Deum mortuum esse? Quia inquiunt diuinitas mori non potest. Si propterea Deus mortuus non est, quia sui diuinitatem mortuus non est: ergo nec de uirgine Deus natus est, quia secundum diuinitatem de uirgine natus non est: nec inter homines Deus conuersatus est, quia secundum diuinitatem inter homines Deus conuersatus non est: & cætera omnia, quæ in carne operatus est saluator. Si ergo Deus hæc non fecit: quis ille fuit, qui hæc fecit? Nos putauimus Deum fecisse hæc omnia. Vos dicitis, quod Deus hæc non fecit. Dicitur ergo: Quis ille fuit, qui hæc fecit? Christus (inquit) hæc omnia fecit. Ergo Christus hæc fecit, & Deus non fecit. Videte, ne forte dicatur uobis. Si Christus hæc fecit, & Deus hæc non fecit: ergo Christus Deus non fuit. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Vos tangitis Christum, & in propheta malignamini. Non dicitis Christum Deum non esse, & tamē dicitis, quod si uerum esset, Christus Deus non esset. Ergo tangitis Christum. Non aperte negatis, sed occulte necatis. Non, inquiunt, negamus, aut necamus. Sed ideo dicimus Deum mortuum non fuisse, quia secundum diuinitatem Christus mortuus non fuit. Ergo dicitur, quando Christus ambulauit in terra filium hominis in cælo non fuisse, quia secundum humanitatem in cælo non fuit. Si autem non ideo homo in cælo non fuit, quando in terra ambulauit Christus, quia secundum humanitatem in cælo non fuit: neque ideo mortuus non fuit Deus, quado in cruce pependit Christus, quia secundum diuinitatem mortuus non fuit. Quid .n. Si secundum hoc aut hoc non est, ergo non est? Si secundum hoc non est, tamen est: quia secundum aliud est. Auctoritatem uultis? Audite lucernam, si non creditis luci. Augustinus dicit. Si propter hominem mortuus est Deus, non est homo uicturus cum Deo: Non est mortalis uicturus in æternum, propter quem mor-

Psa. 104.

Ioan. 3.

Christus secundum humanitatem in terra tantum erat, secundum diuinitatem in cælo, & in terra.

1. Cor. 2.

N

Deus, qui immortalis est, quomodo mortuus est?

Hoc ego sciebam, quia essent qui hoc dicerent.

Deus mori non potuit: homo mortuus est, Deus mortuus non est.

Quare ergo negatis Deum mortuum esse?

Quia inquiunt diuinitas mori non potest.

Si propterea Deus mortuus non est, quia sui diuinitatem mortuus non est: ergo nec de uirgine Deus natus est, quia secundum diuinitatem de uirgine natus non est: nec inter homines Deus conuersatus est, quia secundum diuinitatem inter homines Deus conuersatus non est: & cætera omnia, quæ in carne operatus est saluator.

Si ergo Deus hæc non fecit: quis ille fuit, qui hæc fecit?

Nos putauimus Deum fecisse hæc omnia.

Vos dicitis, quod Deus hæc non fecit.

Dicitur ergo: Quis ille fuit, qui hæc fecit?

Christus (inquit) hæc omnia fecit.

Ergo Christus hæc fecit, & Deus non fecit.

Videte, ne forte dicatur uobis.

Si Christus hæc fecit, & Deus hæc non fecit: ergo Christus Deus non fuit.

Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.

Vos tangitis Christum, & in propheta malignamini.

Non dicitis Christum Deum non esse, & tamē dicitis, quod si uerum esset, Christus Deus non esset.

Ergo tangitis Christum.

Non aperte negatis, sed occulte necatis.

Non, inquiunt, negamus, aut necamus.

Sed ideo dicimus Deum mortuum non fuisse, quia secundum diuinitatem Christus mortuus non fuit.

Ergo dicitur, quando Christus ambulauit in terra filium hominis in cælo non fuisse, quia secundum humanitatem in cælo non fuit.

Si autem non ideo homo in cælo non fuit, quando in terra ambulauit Christus, quia secundum humanitatem in cælo non fuit: neque ideo mortuus non fuit Deus, quado in cruce pependit Christus, quia secundum diuinitatem mortuus non fuit.

Quid .n. Si secundum hoc aut hoc non est, ergo non est?

Si secundum hoc non est, tamen est: quia secundum aliud est.

Auctoritatem uultis? Audite lucernam, si non creditis luci.

Augustinus dicit. Si propter hominem mortuus est Deus, non est homo uicturus cum Deo: Non est mortalis uicturus in æternum, propter quem mor-

tuus est, qui uiuit in æternum: Sed quomodo mortuus est Deus? Unde mortuus est? Et potest mori Deus? Accepit ex te, unde moreretur per te. Idem iterum. Verbum (inquit) crucifixum est, sed non mutatum est in hominem. Et iterum. Per id ergo, quod homo erat, mortuus est Deus: & per id, quod Deus erat, excitatus est homo. Et quicquid passus est homo, non potest dici non passus Deus: quia Deus erat hominem assumens, sed non est mutatus in hominem. Videte adhuc. Quis fuit ille, qui dixit. Ante quam Abraham fieret ego sum? Nonne homo? Quis fuit ille qui dixit. Pater, clarifica me claritate, quam habui, prius quam mundus esset, apud te? Nonne homo? Ergo homo uere dixit. Priusquam Abraham fieret ego sum. Ergo homo uere dixit. Pater, clarifica me claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te. Quid? Hoc uos scandalizat: Hoc uos mouet, quod illos mouebat, qui dicebant. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? Quare non? Nonne & illi uerum dicebant, qui hæc dicebant? Paulo ante euangelista dixerat, quia ipse Iesus incipiens erat quasi annorum triginta. Pauca tempora ab illo fluxerant usque ad hoc. Nondum quadraginta anni completi erant, quanto magis quinquaginta non erant? An forte uerum dicebat: qui triginta annorum illum esse dicebat, quia hoc erat: & non uerum dicebant, qui eum nondum quinquaginta annos habere dicebant, quoniam & hoc amplius erat? Qui enim triginta annos nominabat, quod amplius erat non negabat. Qui autem quinquaginta annos non credebat, multo magis quod amplius erat non concedebant. Quid ergo? Quin triginta annos euangelista nominabat, nihil nobis certum determinare uoluit de spatio temporis ætatis Iesu, hoc est hominis Christi usque ad quod nostra cogitatio iret, & ultra non procederet? Si amplius habuit in eo quod hoc habuit, quare euangelista amplius non dixit? Sed non amplius habuit in eo quod hoc habuit. Triginta annorum erat Iesus: homo triginta annorum erat, quia ætas hominis triginta annorum erat. Triginta anni iam fluxerant, & non amplius, ex quo homo esse cœperat. Propterea homo triginta annorum erat, & non plus. Et quid? Si homo triginta annorum tantum erat, nonne similiter Deus triginta tantum annorum erat, qui homo triginta tantum annorum erat? Quam recens Deus. Quam paruam ætatem habuit Deus? Vere paruam, quia paruus factus. Parua ætas in paruo, magna æternitas in magno. Tamen plus temporis non habuit, ubi temporalis fuit. Vbi enim æternus fuit, nec triginta annorum fuit, nec uiginti, nec decem, nec quinque, ne unius. Illic enim non fuit annuus, sed æternus. Vbi autem temporalis fuit, non plus fuit. Vbi æternus fuit, quid dicam? Plus fuit? Parum est hoc. Tempus enim nequaquam ad comparisonem æternitatis accedere potest. Ergo æternitas fuit, & triginta tantum annorum fuit, & in tempore cœpit, & ante tempora fuit: & in eo quod cœpit in tempore factus est homo, & in eo quod fuit ante tempora factus est Deus. Et cū cœpit esse homo ex tempore: non tamen cœpit, quasi

Ioan. 8.

Ioan. 17.

Ioan. 8.

Luca. 3.

prius non fuisset. Et similiter cum factus est homo: non tamē factus est, quasi prius non existisset. Propterea eos, qui Christum creaturam esse dixerunt, fides catholica condemnauit: quia Christus quamuis in tempore esse cepit, non tamen omnino esse cepit, quia supra tempora & ante tempora idem ipse semper Deus fuit. Hoc est autem creaturam esse, aliquid de nihilo esse: hoc est esse aliquid, & fuisse nihil. Non autē omnis, qui aliquid esse incipit, ideo esse incipit, quia aliquid esse incipit: sicut qui aliquid esse desinit, non ideo esse desinit, quia aliquid esse desinit. Non enim aliquid ita esse desinit, ut nihil sit: sed solum ut id, quod esse desinit, iam nō sit. Sic non semper qui aliquid esse incipit, ita aliquid esse incipit, quasi esse incipiat ut aliquid sit: sed ut aliquid, quod prius non fuit, esse incipiat, ut iam sit. Ita Christus, quando homo esse incepit, aliquid esse incepit: nec tñ ita aliquid esse incepit, quasi prius nō fuisset aliquid: quia & priusquam hoc fuit quod aliquando esse cepit, fuit aliquid quod semper fuit, & nunquam esse cepit. Itaq; Deus homo factus est, & tamen Deus creatura non est, quia quod factus est pro eo factus est: quia temporaliter assumpsit, quod semper non habuit: sed ex tempore non accepit, quod semper habuit. Tamē postquam Deus factus est homo, & homo Deus: unus fuit, & non duo, homo & Deus. Et propter ipsam ineffabilem unionē, qua Deus & homo unus fuit, sicut Deus per humanitatem suam se ueraciter temporalem exhibuit, sic & homo per diuinitatem suam ante tempora se fuisse non fallaciter praedicauit. Si Deus aeternus triginta tantum annorum aliquando fuit propter humanitatem: quare similiter homo temporalis aeternus nō fuit propter diuinitatem? Ergo (inquiunt) homo ab aeterno fuit, & homo mundum creauit, & homo fuit antequam homo esset. Pueri estis, & adhuc inuolumentis infantiae expediri non potuistis, Nondum in uobis exercitati sensus creuerunt, qui lacte opus non habent, sed solido cibo. Quid enim sunt uerborum inuolucra, nisi quaedam inuolumenta intelligentiae, quibus quandiu sensus humanus obuoluitur, numquam cordis oculus ad ueritatis lumen perfecte aperitur? Queritis, an fuit homo ante tempora; & ego uos interrogo, an Deus cepit in tempore? Si aeternus factus est temporalis, temporalis factus non est aeternus? An forte ideo Deus propter humanitatem in tempore fuit: quia homo fuit, quoniam homo in tempore fuit, sed homo propter diuinitatem ante tempora nō fuit: quia quoniam Deus ante tempora fuit, homo adhuc Deus non fuit? Fortasse aliquid rationis erit, propter quod eiusmodi locutiones caueatis, saluat in integritate fidei Christianae, ut unum eundemque ipsum esse credatis, qui & in tempore homo fuit propter humanitatem suam, & ante tempora Deus propter diuinitatem suam. Et idcirco ipse idē ueraciter se dixit, & in tempore uenisse hominē, & ante tempora fuisse Deū. Cū autē hoc & hoc dixit, non alius & alius dixit, sed semper aliud & aliud dixit. Quod Deus dixit, homo dixit: & quod homo dixit, Deus dixit: quia & homo Deus, & Deus homo unus fuit. Quoniam dico homo, naturam significo humanam, id est animam & carnem. Quoniam dico Deus, natu-

ram significo diuinam, id est uerbi diuinitatem. Item quoniam dico homo, personam significo ex anima & carne. Item quoniam dico Deus, personam significo in diuinitate. Non amplius notat homo in natura, quam animam & carnem: neque in persona, quam ex anima & carne. Neque amplius Deus notat in natura, quam diuinitatem: neque in persona quam in diuinitate: & tamen in Christo persona ex anima & carne: & persona in diuinitate nō duae sunt personae, sed una persona est. Quae est natura hominis? Humanitas. Quae est natura Dei? Diuinitas. Ex humanitate est homo, ex diuinitate est Deus. Quod homo est, ex anima & carne est: hoc est esse eius, quia natura eius est. Quod homo est, ex eo est quod hominis est. Quod Deus est, ex eo est quod Dei est. Etenim quod Deus est, ex diuinitate est: hoc esse eius est, quia natura eius est. Et ideo quod Deus est, ex eo est, quod suus est. Quod homo est, ex eo est, quod hominis est. Quapropter quia Deus & homo ex eo quod hominis est, homo est: & homo ex eo quod Dei est, Deus est: profecto & Deus homo, & homo Deus est. Item quia nō ex alio homo Deus, quam Deus: neque ex alio Deus homo, quam homo: non alius, sed idem est Deus & homo. Tamen quod homo in suo est conditione, Deus in eodem est dignatione: & quod Deus in suo est per naturam, homo in eodem est per gratiam. Sic itaq; in Christo aliam dicimus esse humanam naturam, & aliam diuinam: sed non alium dicimus esse hominem, & alium Deum: sed Deum & hominem unum Iesum Christum. Quid est Iesus? Saluator. Quid est Christus? Unctus. Aliud nō rat Iesus, aliud Christus: & non alium tamen significat Iesus, quam Christus: quia unus est Iesus Christus. Augustinus dicit. Aliam significationem habet Iesus, & aliam significationem habet Christus, cum sit unus Iesus Christus saluator noster. Iesus tamen proprium nomen est illi, quoniam Moyses nomine proprio appellatus est, quoniam Elias, quomodo Abraham. Sic tamen quam proprium nomen & Dominus noster Iesus. Christus autem sacramenti nomen est, quoniam si dicatur propheta, quoniam si dicatur sacerdos. Lege sermonem Augustini in epistola Iohannis, ibi hoc reperies. Idem in libro de praedestinatione sanctorum. Ille (inquit) nos credere in Christum fecit, qui nobis fecit, in quem credimus Christum. Hoc itaq; dicit Augustinus. Vis ergo adhuc plenius audire quoniam aut semper quod, Dominus Iesus Christus factus est, aut infectus? Ambrosius in libro, quae de Trinitate scriptum est, ita dicit. Dicimus igitur, inquit, factum esse hominem, & ad hominem hoc esse referendum. Denique & alibi habes. Qui factus est ei ex semine Dauid semper carnem. Secundum carnem utique ex semine Dauid factus est. Deus autem ante secula ex Deo natus est. Nec tamen factum esse semper ad creationem refertur. Scriptum est enim. Domine refugium factus es nobis. Et paulo post. Ergo si factum esse frequenter ad aliquid, nō ad naturam refertur, et creatum ad carnem refertur. Vnde intelligimus illud, quod de incarnatione Domini scriptum est. Dominus creauit me principium uiarum suarum: in opera sua: id significo care, quod ad redimenda opera patris; Dominus Iesus ex uirgine sit creatus. Idem in eodem. Paulus (inquit) prohibet me creaturam seruire, & Christo admonet se uelud. Nō ergo creatura Christus. Paulus inquit. Seruus Christi Iesu, & bonus seruus, qui Dominum recognoscit. Ipse creaturam seruire nos prohibet. Quemadmodum ergo ipse

Christus an fuit homo ante tempora.

ipse Christo seruiret, si Christum creaturam putaret? Vide ergo quomodo Christum & factum & creatum semper aliquid affirmat, quem tamē creaturam esse negat. Idem quoque in eodem libro Christum nō adoptiuum, sed naturale filium esse testatur dicens. Per adoptionem nos filij dicimur, ille per ueritatem naturam. Quomodo ergo ex nihilo, quod ex nihilo fecit omnia: ita oportet secundum testimonia scripturarum fidei uestigia formare, ut rectae credulitati sincerae confessionis puritatem adiungamus.

De separatione anime, & carnis in Christo. Cap. X.

X Vidā putauerunt in morte diuinitatem a Christo homine recessisse: & mortem hominis aliud quam separationem diuinitatis a carne nō fuisse. Inueniunt enim quaedam uerba, in quibus ita dictum esse uideatur: & inuenientes homini litterae adherent, non pertingentes ad spiritum. Beatus quoque Ambrosius tale aliquid uide dicit in expositione psalmi illius, quem ipse Dominus in passione sua de se scriptum esse ostendit, dicens. Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me: Super enim hunc locum Ambrosius dicit. Clamat homo separatione diuinitatis mortuus: & alia quasi ad ipsum probandum adducta, quia scilicet Deus uita est, & ubi uita fuit, mors esse non potuit. Ac propterea nisi uita prius recessisset, mors uenire non potuisset. Scriptum quippe est, quia Iesus clamans magna uoce dixit. Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Clamat homo se derelictum esse a Deo, & conqueritur Deum a se recessisse. & quasi ideo se moriturum esse, quod Deus ab ipso recesserit. Ideo dixit: quia clamat homo separatione diuinitatis moriturus. Sed uidete quod dicit. Si enim agitur de illa separatione diuinitatis, pro qua Christus homo in cruce clamabat: illa utique iam facta erat. Non enim derelinquendum, sed derelictum iam se protestabatur dicens. Deus meus, ut quid dereliquisti me? Si ergo de illa separatione diuinitatis agitur: iam recesserat Deus, quoniam homo in cruce pendens derelictum se a Deo uociferabatur. Et utique adhuc Christus in carne uiuebat, quoniam sic Deus ab eo recesserat. Rūdeat ergo. Si mors esse nō poterat, nisi prius uita discederet: quomodo uita manere potuit, postquam uita recesserat? Iam n. sic recesserat Deus, & adhuc Christus uiuus in cruce pendeat, cum se derelictum causatur. Si ergo in hac recessione Dei, & in hac diuinitatis separatione, illam, quae inter diuinitatem & humanitatem constabat, unionem personae solum tam dicit: fuit quoddam tempus, quoniam Christus adhuc uiuus homo erat, & Deus non erat. Sed quis hoc dicat? Quis sane fidei concordans nō abhorreat Deo imponere: quod assumptum hominem usque ad mortem quidem comitando perduxit, & in morte, quoniam maiori periculo iam imminente maius auxilium necessarium erat, deseruit: Quare ergo tātōpere mercenarij impropertat, quod lupo ueniente oues, quas custodire debuerant, fugientes deserunt: cū ipse unica illa oue, & agnum illum ouis uirginis filium, quae nō solum custodiendum, sed etiam glorificandum suscepit, lupo ueniente deseruit: Quis prius de pastore securus ue-

niente lupo non timuit, dicens: Venit princeps meus Ioan. 14 di huius, & in me non habet quicquam. Nunc autē a pastore derelicta, causando & conquerendo clamat: quare dereliquisti me? Solus homo fuit, & Deus non fuit; & iam Deus homo non fuit, quia iam ab homine recesserat Deus: nec homo Deus fuit, quia adhuc uiuus in cruce pendens a Deo derelictus fuit. Iam non solum ergo in morte, sed & ante mortem diuinitas ab homine recesserat, quando homo adhuc Deum a se recessisse: ac per hoc (ut isti aiunt) Deum se nō esse, plangebat. Quis hoc dicat: Quomodo (inquiunt) intelligendum est, quod Christus a Deo derelictum se esse clamat, & quod scriptura hominem separatione diuinitatis moriturum clamasse affirmat: si Deus ab homine non recesserat: Quid ergo? Non potuit diuinitas humanitatem & secundum aliquid deseruisse, in quantum uidelicet eam potestati inimicorum expositam ad tempus non defendit: & secundum aliquid non deseruisse, in quantum scilicet etiam tunc ab ea per praesentiam maiestatis non recessit? Dereliquit illis, sed illam non dereliquit. Dereliquit illis, sed sibi nō dereliquit. Dereliquit, quia auxilium non contulit: sed nō dereliquit, quia praesentiam non abstulit. Subtraxit protectionem, sed non separauit unionem. Separauit se foris, ut ad defensionem contra inimicos non adesset: sed non separauit se intus, ut illi ad unionem personae deesset. Sic ergo dereliquit, ut non adiuuaret: sed non dereliquit, ut recederet. Vado pro uiam, mecum pergis: pariter ambulamus. Securus sum quasi amicum mecum habens. Venit hostis meus, & irruens inermem, & resistere non ualētem uulneribus afficit. Tu me plagari cernens nihil moueris, sed patienter sustines: & stas iuxta quasi non curans uulnera mea, & dico. Ut quid dereliquisti me? adhuc stas iuxta me, & causor te recessisse a me. Iuxta es loco, sed longe auxilio. Iuxta fuisti, quando te praesentem exhibuisti in dilectione. Longe factus es, quando in periculo constituto, te subtraxisti a compassione. Sic ergo humanitas a diuinitate in passione derelictam se clamabat, quia eam inimicorum potestati ad crucifigendum concesserat: sicut scriptum est. Non haberes in me potestatem ullam, nisi tibi datum fuisset desuper. Quam tamen mortem, quia nō pro sua iniquitate, sed pro nostra redemptionem, sustinuit in cruce pendens: quare sit derelicta requirit, non quasi aduersus Deum de poena murmurans, sed nobis innocentiam suam in poena demonstrans: causam quaerebat, qui peccatum nesciebat.

Quod Christus separata anima a carne & persona fuit, & Deus, & homo. Cap. XI.

Scriptum est. Et clamans Iesus uoce magna, tradidit Spiritum. Quis tradidit? Iesus. Quid tradidit? Spiritum. Cui tradidit? Patri. Non Iudaeus eiecit, neque pater extraxit, sed ipse sponte tradidit. Non uiolenter ablatum est, sed sponte datum. Potestatem (inquit) Ioan. 10. habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Ipsa anima, ipse est spiritus. Ipsa ergo anima emissa est potestate morietis, nō uiolētia occidētis. Emissa anima. Ille emisit, cuius fuit. Vnde emisit? Ex carne. Quod M. Hug. à S. Vict. To. iij. Zz 3 emisit

emissit: Ad patrem. Recessit anima, & mortua est caro. Mortuus est Christus, quia caro Christi mortua est. Sicut mortuus est Deus, quia mortua est humanitas Dei: ita mortuus est homo, quia mortua est caro hominis. Sola caro mortua est, & carne mortuus est homo, cuius caro fuit: mortuus est et Deus, quia Deus homo fuit. Separatio animae mors carnis fuit. Sola caro mortua est, a qua anima separata est: anima mortua non est, nec diuinitas mortua est, sed sola caro mortua est, quae separata est anima ab ea, uita eius. Anima ad infernum descendit, caro in sepulchro iacuit, diuinitas cum utroque permansit. Neque enim caro & anima personam destruerent separata, quae non fecerant & coniuncta. Verbum persona aeterna fuit. Neque tunc persona esse coepit, quoniam animam & carnem in personam accepit. Accepit animam & carnem, ut in se persona essent, non ut se personam facerent. Quia ergo anima & caro in eo personam esse acceperunt, quod uerbo personam uniri ceperunt: semper quidem cum uerbo una & eadem persona permanserunt, quia nunquam postea a uerbo uel inter se diuisa recesserunt. Fuit ergo uerbum persona aeterna propter diuinitatem aeternam, & ipsa persona Deus fuit propter diuinitatem, & homo fuit propter unitam uerbo humanitatem. Ergo Christus persona ad infernum descendit, sed secundum solam animam, quia sola anima ad infernum descendit: & Christus persona in sepulchro iacuit, & secundum solam carnem, quia sola caro in sepulchro iacuit: & Christi persona ubique fuit, & secundum solam diuinitatem, quia sola diuinitas ubique fuit. Neque anima in sepulchro iacuit, nec caro ad infernum descendit, neque caro uel anima ubique fuit. Corpus solum in sepulchro iacuit: & propter partem istam hominis Christus homo in sepulchro iacuit. Dicunt hoc quaedam scripturae: quod cum Christus in sepulchro iacuisse dicitur: totum pro parte ponitur: quia non totus homo in sepulchro iacuit, sed una pars hominis tantum corpus. Hic intendite. Non totus homo, sed pars hominis. Quis homo: Christus. Totus homo, totus Christus. Pars hominis, pars Christi. Christus in sepulchro iacuit: totum in parte ponitur. Ergo non totum iacuit, sed pars. Quid est totum: Christus. Quid est pars: Corpus. Ergo uel Christus non iacuit in sepulchro, si Christus in sepulchro iacuisse dicitur: & est figura dicendi, quae totum pro parte ponitur, & in toto pars intelligitur. Ergo nec Christus uere ad infernum descendit, sed pars Christi tantum, anima sola. Aliquid scrupulositatis incurrit. Suspecta quippe sunt haec catholica ueritati, & non recipit aut approbat, ut dicatur Christum non uere in sepulchro iacuisse, nec uere ad infernum descendisse. Quid enim: Si ideo non uere in sepulchro iacuit, quia solum corpus in sepulchro iacuit: nec uere ad infernum descendit, quia anima sola ad infernum descendit: ergo nec uere mortuus fuit, quia sola caro mortua fuit, non anima, uel diuinitas. Quid est, quod scriptum est: Quia cum Christus in sepulchro iacuisse dicitur totum pro parte positum est: An aliud est totum pro parte ponitur, atque aliud totum in parte operari: Quoniam enim totum pro parte ponitur, ipsum quidem totum nominatur, sed non ipsum intelligitur, sed pars eius sola, pro qua punitur. Quoniam uero totum in parte operari dicitur, ipsum quod dicitur intelligitur, nec pro ipso quod dicitur aliud intelligitur, quoniam secun-

dum aliud secundum partem operari intelligatur. Quoniam enim totum in parte operatur, ideo uere totum operatur: quia & totum cum parte est, & pars in toto est, quoniam & totum & pars operatur. Quoniam simul sunt, simul operari possunt. Tunc quippe operatio partis recte totius dicitur, quoniam totius est, & in toto est ipsa pars, quae operatur. Quoniam uero totum destructum est, & iam totum non est, non proprie totius dicitur, quod extra totum pars sola operatur. Quid ergo: Nunquid secundum hoc dicemus, quoniam caro Christi mortua est, ideo Christum uere mortuum fuisse, quia homo in parte sua sustinuit passionem: quoniam uero corpus Christi in sepulchro iacuit, ideo Christum non uere iacuisse, quia pars ipsa, quae iacuit, a toto iam diuisa fuit: Ergo Christus uere mortuus est, sed uere sepultus non est: Absit. Sed uere mortuus est, & uere sepultus, uere ad infernum descendit, & uere in caelum ascendit. Quomodo ergo totum positum est pro parte, quoniam scriptum est Christum iacuisse in sepulchro? Quod est totum, & quae est pars: Totum enim ad partes dicitur, & partes ad totum referuntur. Fortassis ergo cogitas quasi tria quaedam, diuinitatem, animam, & carnem Christum compositum: & Christum esse totum quoddam tribus partibus compositum, diuinitate, & carne, & anima. Ergo tertia pars Christi uerbum est: Absit. Non enim pars Christi uerbum est, sed ipse Christus uerbum est: Totum uerbum, sicut totus Deus: non dimidia pars Christi uerbum, & dimidia pars homo: sed totus Christus uerbum, & totus Christus homo, quia idem ipse Deus & homo. Intelligis quod dico: Si non intelligis, crede tantum. Credi potest, si intelligi non potest. Verum tantum est, quod Christus idem ipse & Deus & homo fuit, nec tertia pars Christi uerbum fuit, nec aliquid ex carne, & anima, & uerbo, quasi ex partibus compositum totum fuit, quia totum ipsum uerbum fuit. Vbi ergo totum fuit compositum ex partibus: Vbi partes fuerunt in toto, & totum fuit ex partibus. Diuinitas autem pars non fuit, ut ex ipsa totum esset maius ipsa; nec in ipsa pars fuit, ut in ipsa aliquid esset minus ipsa. In humanitate sola partes inuenimus, & totum ex partibus constat. Homo quoddam totum est duabus partibus constans, anima & carne. Iste sunt duae partes hominis, & in his duabus partibus constat totus homo. Natura diuina simplex est: natura humana duplex, propterea partes hominis duae sunt. Quia in natura hominis duo sunt, anima & caro. Vbi haec duo sunt, totus homo est. Vbi alterum horum est, pars hominis est. Propter hoc igitur uerbum totum hominem assumpsit, quia totum, quod hominis erat, assumpsit, animam & carnem. In sepulchro autem non totus homo iacuit, sed pars hominis tantum, hoc est caro. Similiter ad infernum non totus homo descendit, sed pars hominis tantum, hoc est anima. Si enim in sepulchro totus homo iacuisse diceretur, profecto a carne mortua anima recessisse negaretur. Similiter si totus homo ad infernum descendisse diceretur, caro utique pariter cum anima illuc descendisse affirmaretur. Itaque pars hominis tantum in sepulchro iacuit, & non totus homo: & dum Christus in sepulchro iacuisse dicitur, propter solam carnem, quae ibi iacuit, uerum esse probatur. Dum enim Christus in sepulchro fuisse dicitur, totus homo in sepulchro fuisse dicitur: quia cum Christus dicitur, totus homo dicitur, quoniam totus homo Christus. Et uerum est, quod

quod Christus in sepulchro iacuit: nec tantum homo totus in sepulchro iacuit, quoniam totus homo Christus fuit. Ideo quippe totus homo Christus fuit, quia anima, & caro uerbo in personam unita fuit. Christus autem propterea uere in sepulchro iacuit, quia caro eius ibi iacuit. Et ideo uerbum persona deesse non potuit, ubi caro erat, quae ipsi uerbo personaliter unita fuit. Sic itaque Christus in sepulchro fuit, quoniam caro eius ibi fuit: & totus tantum homini non fuit, quia non anima, & caro simul, sed sola caro ibi fuit. Quod autem homo dicitur homo, & persona homo, propter totum hominem dicitur, & propter totum quod hominis est dicitur: non id modo modo, quod homo a parte de humo sumpta denominatur: sed cum dicitur homo, & intelligitur persona, totum, quod homo est a toto dicitur quod hominis est. Aliud uero est cum homo dicitur esse id, quod homo est, atque aliud cum dicitur esse id, quod est in homine. Cum enim dicitur esse homo propter totum hominis esse dicitur, id est animam & carnem. Cum uero dicitur esse id quod est in homine, propter partem hominis dicitur, hoc est propter solam animam, uel propter solam carnem. Cum homo dicitur homo, dicitur persona: cum dicitur id, quod est in homine, dicitur quod est in persona. Dicitur quippe homo sapiens, & non dicitur tantum propter totum quod est homo, sed propter partem quae est in homine: quia sapientia non in anima, & in carne est, sed in anima sola. Itaque cum dicitur homo candidus aut niger, non propter totum quod est homo dicitur, sed propter partem quae est in homine: quia candor, & nigredo non in anima, & carne est, sed in sola carne. Et si forte totus homo hoc esse dicitur, non tantum ita dicitur, quasi totum quod hominis est hoc sit: sed quia id, quod in homine esse debet, totum hoc sit. Dicitur quippe totus homo albus, quoniam totum corpus hominis album est: non quia totum, quod hominis est, album est, sed quia totum, quod in homine album esse potest, album est. Itaque & Christus cum dicitur homo, propter totum dicitur quod est homo, id est animam, & carnem. Cum autem mortalis, uel mortuus, uel sepultus dicitur, propter partem hominis dicitur, id est solam carnem: quia sola caro, & mortalis fuit, quoniam corruptionem passibilitatis portauit: & sola mortua fuit, quoniam in cruce anima sine uita sua pependit. Et sola sepulta fuit, quoniam anima cum ipsa in sepulchro mortua iacente non fuit. Et tantum Christus hoc totum, quod sola caro fecit, ueraciter & ipse fecit, qui per diuinitatem suam personaliter praesens erat, in carne, & cum carne, quae hoc fecit. Similiter cum Christus spiritu exultasse dicitur, siue affectum, aut desiderium, uel timorem habuisse dicitur, secundum solam animam hoc habuisse intelligitur: quia sola anima hoc habuit, & ipse per animam ueraciter habuit, cuius diuinitati ipsa anima personaliter unita fuit: habuit quippe anima illa secundum affectus naturae, cum quibus assumpta fuit, & desiderium, & gaudium, & dolorem, & timorem passionis pro carne sua: quae omnia ad tempus rationabiliter admissa sunt, potestate facientis, & uoluntate patientis. Et cum timuit penam suae carnis, & dolores refugit: secundum affectum naturae fecit, quo nemo carnem suam odio habuit, cuius malum aliquando ex ratione sustinere potest, amare autem nunquam potest. Sic itaque in Christo secundum affectum naturae, quae anima in carne, & pro carne habuit, uoluntas quaedam erat, secundum quam & mortem, & dolorem, & passionem horruisse, & noluisse ueraciter dici-

tur. Quae tantum uoluntate superior uoluntas spiritus, quae ad obedientiam paternae iussionis propria fuit, dirigebat. Uoluntas quippe spiritus in Christo quasi medio quodam loco constituta uoluntate carnis subiecta, per rationem moderabatur, & uoluntati patris superiori per obedientiam subijciebatur, dicens. Non mea uoluntas, sed tua fiat. Ita ergo Christus, quod dicitur, aliquando secundum personam dicitur, aliquando secundum id, quod fuit in persona: & similiter quod secundum hominem dicitur, aliquando secundum ipsum quod fuit in homine. In natura autem diuinitatis, ubi multiplicitas, aut diuersitas nulla est, persona, & id, quod est in persona, diuersum esse non potest. In sola humanitate, ubi multiplicitas inuenitur, aliud totum, & aliud pars esse ostenditur. Totum persona est, pars in persona. Totum est anima, & caro: pars anima sola, aut sola caro. Dicit autem scriptura. Sicut anima rationalis, & caro unus homo, ita Deus, & homo unus est Christus. Videte similitudinem. Bene dico, anima & caro est homo: & iterum bene dico, homo est persona. Et rursum bene dico, anima & caro est una persona. Non autem similiter dicere possum, sola anima est homo, aut sola caro est homo. Et ideo dicere non possum, sola anima est persona, aut sola caro est persona. In Christo autem dicere possum, Deus, & homo est Christus, & dicere possum similiter, Deus est Christus, & iterum homo est Christus. Et rursum dicere possum, Deus, & homo una est persona: & iterum Deus est persona, & homo est persona. Qualis ergo est similitudo haec cum dicitur. Sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus? Si enim omnimoda similitudo est: quare sicut in Christo dicitur Deus, & homo Christus, & homo Christus, & Deus Christus: non ita etiam in homine dicitur, sicut caro, & anima simul homo, ita et sola caro per se homo, aut sola anima per se homo: uel sicut in homine anima quidem, & caro simul homo dicitur, nec anima per se solo homo dicitur, nec caro per se homo dicitur: sic in Christo Deus, & idem & homo simul Christus dicitur, ita tantum ut nec homo solus per se, nec Deus solus per se Christus dicatur? Magna in uoluntate dicendi est circa haec: & laborat homo in suo, qui pene nihil intelligere nouit, nisi hoc & secundum hoc, quod dicere nouit. Querunt hi quotidie homines quod dicendum sit, & quid credendum ratio. Querunt an locutio illa bona est, & an locutio illa recipienda est, & an probanda est locutio illa. In moneta uerborum positi sunt, & concurrens multitudo magna sermonum, & infinita perplexio: quae iudicium spiritus a litera trahere uolunt, non iudicium literae a spiritu. Nesciunt enim quia spiritus literam iudicare debet, non litera spiritum. Sicut scriptum est. Spiritus iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Laborant ergo in iudicio dicendi, quia spiritum non habent intelligendi. Volunt habere iudicium, & spiritum habere nolunt, sine quo recte iudicare non possunt. Propterea laborant in dicendo, & ueniunt alia, & alia dicenda de illo, quod unum intelligendum est. Querunt quod sit persona, & adducunt deinde definitionem personae, sicut a quibusdam facta est, & probata: quia persona est indiuiduum rationale substantiae. Ecce dicamus secundum nos, quod persona hoc est. Bene definitum est secundum nos quod sit persona. Secundum nos ita dicamus. Nam quod supra nos est,

Luc. 22

L

M

1. Cor. 2.

Persona quid sit.

est, dici oīno non pōt. Indicabile est, quia incompre-
 henfibile est. Secundum nos ergo dicamus. Persona
 est indiuiduum rationalis substantiæ. Quæ est ratio
 nalis substantia, nisi spiritus rationalis? Hæc est enim
 proprie rationalis substantia (spiritualis substantia,
 quæ sola rationis capax est, quia in ea sola ratio esse
 pōt. Nam si homo rationalis substantia esse dicitur,
 non propter totum dicitur, sed ppter animam so-
 lam, quæ proprie rationalis substantia dicitur. Ho-
 mo enim secundum animam tm̄ rationalis est, quia
 ipse animam rationalē habet. Anima autem secun-
 dum se rationalis est, quia ipsa in se rationem uel ra-
 tionalitatem, id est, rationis capacitatem habet. Sic
 itaque rationalis substantia proprie, & secundum se
 non est, nisi spiritus rationalis: qui indiuiduum ue-
 re est, & in quantum natura simplex est, compositio-
 nem partium non habens, & naturā simplicis est ei-
 usdem proprietatis plura non continens. Hic itaq;
 spiritus rationalis proprie persona dicitur, & nu-
 mero discretus, & ratione discernens. Sic enim qui-
 dam personam dictam esse uoluerunt, quasi per se
 sonantem, & quasi singulariter discernentem: ut in
 quantum numero discreta est per se, in quantum
 ratione discernit sonantem, uel pronuntiantem, uel
 iudicantem se intelligamus. Ecce ergo secundū hāc
 definitionem ppria dicimus, quod spiritus ratio-
 nalis persona est, per se discernens se. Non est hic
 magna quæstio, neque ambiguitas intelligendi, ubi
 quod est totum, unum est. In homine autem non ea-
 dem ratio occurrit, ubi duo quidem sunt, & tamen
 personæ duæ non sunt, sed una persona caro, & ani-
 ma. Hic autem quidam tam multipliciter delirasse
 inueniuntur solis uerbis adherentes, ut non facile
 uerborum inuolucra iudicari potuissent, nisi in fi-
 ne error se manifestus ostenderet. Dicunt hominē
 totum quoddam esse compositum ex anima, & cor-
 pore, aliud omnino & diuersum ab anima, & cor-
 pore: ita ut hoc totum nec anima sit, nec corpus sit,
 nec simul anima & corpus: non enim totum ista ef-
 se, sed ex istis esse dicunt. Hoc igitur totum hominē
 esse putant, & ipsum hominem, qui hoc totum est
 rationale esse, rationalitate, quæ in ipso toto est,
 diuersa à ratione, siue à rationalitate patris, id est, ani-
 mæ, sicut ipsum totū diuersum est à parte. Postremo
 omnia, quæ in toto sunt, diuersa esse omnino
 ab his, quæ in partibus constant, sicut ipsum totum
 partibus diuersorum est. Itaque sicut rationalis ho-
 minis alia est, quàm rationalitas animæ: quia una
 totius est, & in toto est: altera partis est, & in parte
 est: ita & bonitatem totius, quæ in toto est, aliam
 esse dicunt, & bonitatem partis aliam: quia partis
 est, & in parte tantum. Similiter, & malitiam homi-
 nis aliam, quia in toto est: & malitiam animæ aliā,
 quia in parte est. Postremo quotiescunque totum
 facit, & pars facit, quàmuis simul operentur: aliam
 tamen esse actionē partis, quæ in parte est, & aliam
 esse actionem totius, quæ in toto est, sicut totum ip-
 sum aliud est, & aliud pars eius. Ad hunc modū igitur
 quoties homo peccat, uel bene facit, peccatum
 uel iustitiam in homine esse, quæ toti accidunt ad
 proprietatem: & iterum peccatum siue iustitiam
 in anima esse, quæ parti accidunt ad proprietatē,

contendunt. Quapropter quando homo moritur,
 & anima à carne separatur diuisis partibus, totum
 ipsum, quod ex eis compositum fuerat, iam nihil ef-
 se; ac per hoc ipsum hominem, qui hoc totum erat,
 similiter nihil esse, nec alicubi esse. Et modo inter-
 rim nec peccatum eius puniri, nec iustitiam remun-
 nerari, animam tantum in iudicio esse: ut homo se-
 cundum meritum suum uel pœnam, uel gloriam
 recipiat, donec tandem in nouissimo anima ad cor-
 pus reuertente, rursus homo esse incipiat: & tunc
 secundum meritum suum, ipse quoq; remuneratio-
 nē accipiat. Tales modos loquendi hoīes confin-
 gunt, & per falsas fictiones sermonū ad ueras decep-
 tiones errorū ducuntur. Quid. n. stultius est q̄ dice-
 re, q̄ tunc hō esse desinat, q̄n uere esse incipit: & ran-
 to utiq; uerius est, quanto uerius est, in quo esse in-
 cipit? Non (inquiunt) sed figura est, q̄n sancti cum
 Christo esse dicuntur. Bene. Quando uobiscū sunt,
 ueritas est: & q̄n cū Christo sunt, figura est. In hoc
 uobis credite. Nos. n. non credimus. Nos scimus, q̄
 Christus ueritas est. Qui ad Christū uadunt, non ad
 figuram uadunt, sed ad ueritatē uadunt, & figuram
 euadunt. Quid tantopere hoīes sancti mori deside-
 rauerunt, si post mortem nihil futuri fuerunt? Cupio,
 inquit Apostolus, dissolui, & esse cum Christo.
 Quid cupis? Mori, & cū Christo esse. Immo mori, &
 nihil esse. Hoc isti dicunt, quia nihil eris post mor-
 tem. Si istis credis, mortem non optas, nisi fortē si
 non esse desideras. Si boni hoīes post mortem nihil
 futuri sunt, quomodo de iniquis, & prauis homini-
 bus uerē dictum est: esse nihil cupiunt: nec tamen
 esse queunt? Desinant ergo nunc & boni sperare,
 & mali timere: quia non erunt aliquid, cum hinc
 exierint, ut uel mala uel bona sentire possint. Sed be-
 ne (inquiunt) sperent, & timeant, q̄uis non p se, tm̄
 pro animabus suis: quia cum ipsi non erunt, aīe ip-
 sorum erunt: quæ uel gloriabuntur p iustitia, uel
 cruciabuntur p culpa. Ideo ergo (inquiunt) sperēt,
 & timeant p animabus suis. Utinam tam rectē dice-
 retis, q̄ rectum dicitis. Bene. n. dicitis: cum homini
 sperandum, & timendum pro aīa sua dicitis: si tm̄ in-
 telligeretis, q̄ nunq̄ melius, aut uerius pro se timet
 homo, q̄ cum timet pro aīa sua. Quid. n. magis est ho-
 mo, quàm aīa? Non hæc putas quicunq; es, qui te
 figuris sermonum munieras. Nouum aliquid illatū
 est auribus tuis, cum dictum est: hoc potius esse ho-
 minem, quod potius hoīs est. Audi ergo. Tu Chris-
 tianus nescis, quod ethnicus ille testatus est. Mens
 (inquit) cuiusq; is est quisq;: ergo ethnicus ille te
 Christiano religiosior fuit, qui ueritatem confessus
 est, quā tu negas. Ergo (inquis) homo est aīa? Quid
 ni? Nonne tu dicis, q̄ homo est corpus, & dicere ti-
 mes, homo est aīa? Paulo ante argumentando occur-
 risti: quia oīs homo est corpus. Oīs homo est ani-
 mal, & omne animal est corpus. Igitur oīs homo
 est corpus. Nullam contradictionem hic esse putas,
 Authoritas. n. hoc dicit. Producis authores ethnico-
 cos, ut probes q̄ oīs homo est corpus, & ethnicis au-
 thoritatibus credere nō uis, q̄ omnis hō est aīa. For-
 tassis, quia magis placet tibi hoc esse hominem, q̄ il-
 lud: quia hoc tibi magis placet, q̄ illud. Sed ego (in-
 quis) de toto loquor, cum dico omnis homo est
 corpus,

corpus, non de parte totius, quæ corpus est, neque
 de parte, quæ aīa est: hoc enim totum homo est, nō
 pars eius aliqua. De hoc ergo toto dico, quod corpus
 est. Dic ergo, hoc totum quare magis dicis esse
 corpus, quàm aīam, cum ex anima simul & corpore
 constat? Si propter partem unam, quia corpus est
 totum ipsum corpus dicitur: nonne multo magis
 dicendum est anima propter partem alteram, quæ
 anima est? Si enim à parte totum, natura, & nomen
 trahere dicitur: ab illa proculdubio parte, quæ meli-
 or est, & dignior: rectius, & naturam, & nomen
 trahere dicitur. Sed non habet usus loquendi in-
 quis, ut homo anima dicatur. Ecce concedo secun-
 dum usum loquendi. Dic quodlibet: ut tamen se-
 cundum regulam credendi sentias id, quod negari
 non debet. Usus loquendi ab hominibus inuentus
 est, & propter homines inuentus est: & ideo ea po-
 tius in dicendo hominibus forma esse debet, quàm
 sensus humanus in rebus percipiendis, & cognoscē-
 dis habet. Scimus quippe, quod uerē unū nihil est,
 nisi id solum, quod unitate unum est: id enim so-
 lum ratio uerē unum discernit, in quo totū quod
 est unum esse inuenit. Quæcunq; ergo numero plu-
 ra sunt, etsi aliquando uniantur, uerē tamen unum
 esse non possunt: quia tamen ea, quæ in una compo-
 sitione uniantur, quodam modo ad se inuicem ac-
 cedunt, & appropinquant sibi, ut quantum pos-
 sunt unitatem imittentur: idcirco secundum quen-
 dam modum & ipsa, quæ simul iuncta sunt, unum
 esse dicuntur. Nam sicut ratio id, quod uerē unum
 est, in percipiendo non diuidit: ita quoque sensus,
 quod simul iunctum est & unitum, in percipiendo
 non discernit. Et quemadmodum illi ratio in eo,
 quod unum est totum, non diuidit essentiam: ita
 quoque sensus hic in eo, quod unum est totum,
 non diuidit formam. Sic ratio percipit simul, q̄
 unum est, quia non in eo aliud & aliud: hic uerō sen-
 sus simul percipit quod unitum est, quia non est in
 eo alibi & alibi. Tamen quæ unita sunt plura, non
 uerē unum sunt, quàmuis simul conueniant, & quo-
 dammodo appropinquant ad unitatem: nec tm̄ ita
 uere aut ita proprie. Quid enim propius esse pōt,
 quàm unitas sibi? Quando ergo unum dicuntur
 plura propterea quia unita sunt, non proprie dicū-
 tur: quia non uere sunt, id quod dicuntur, sed secun-
 dum quendam modum tantum similia. Veruntamen
 sciendum est, quod aliter uniantur ea, quæ ad
 unionem faciendam pariter conueniunt, ut ex eo,
 quod simul esse incipiunt, unum quodammodo ef-
 se incipiant: aliter uero illa, ubi ante unionem uni-
 tas præcessit: & quod additum est de reliquo ad ip-
 sam unitatem per unionem accessit. Aliud quippe
 est aliqua simul per unionem ad unitatem compo-
 ni, atque aliud aliqua per unionem unitati appo-
 ni. Quando enim aliqua per unionem ad unitatem
 componuntur, nomen totius partis communicare
 oon possunt, quia non habent singula separatim in
 se unionem, quam faciunt simul ex se. Quando ue-
 ro aliqua alicui unitatem suam habenti per unionē
 apponuntur, in participationem illius transeunt,
 cui apponuntur: ut nomen quoque cum illo parti-
 cipare incipiant, sicut per unionem suam unitatem

illius participare incipiant, Verbi gratia, Paries, re-
 ctum, & fundamentum, tria quædam sunt: & nul-
 lum horum per se domus est. Quando ergo conue-
 niunt, ut hæc esse incipiant, tria simul componun-
 tur: nō duo terrio apponuntur. Non autem sicut iun-
 cta sunt corpus, & anima. Anima quippe, inquantū
 est spiritus rationalis, ex se & per se habet esse perso-
 nam, & q̄n corpus ei sociatur, non tantum ad per-
 sonā cōponitur, quantū in personā apponitur. Ut
 in eo q̄ per unionem quodammodo unum sit cum
 illa, eadem, quæ ipsa est, persona esse incipiat, cum
 illa. Inquantū ergo corpus cum aīa unitum est, una
 persona cum anima est: sed tm̄ personam esse ani-
 ma ex se habet, inquantū est rationalis spiritus. Cor-
 pus uero ex aīa habet, inquantum unitum est ratio-
 nali spiritui. Quia uero sensus hoīs in hoīe uiuente
 corpus, & animam simul percipit, non animam per
 se aut corpus per se, sed animam simul & corpus per
 sonam dicere humanus sermo consueuit. Hæc autē
 persona, quæ in anima quidem proprie una est per
 unitatem, inter corpus uero, & animam una per u-
 nionem, secundum usum loquendi diuersis nomi-
 nibus appellatur, Quorum quædam à parte sumpta
 sunt, quædam uero ab ijs, quæ constant in parte. Nā
 quod persona rationalis homo dicitur: uel anima,
 uel corpus, à parte sola uocabula sumpta sunt: quia
 in homine solum corpus hominis esse corpus, & ab
 humo sumptum esse, & ex coniunctione animæ sen-
 sificatum esse inuenitur. Hæc ergo uocabula à parte
 hominis sumpta sunt. Q̄n autē albus dī esse homo:
 aut niger, aut magnus, aut paruus: uocabula sumun-
 tur ab ijs, quæ in parte constāt: quia in solo corpore
 hominis, & non in anima eiusmodi proprietates
 inueniuntur. Q̄n autē rationalis dī homo, aut sapiēs,
 aut iustus ab ijs, quæ solum in parte sunt nomina
 ad totum sumuntur: quia non corpus hominis, sed
 sola aīa rationalis, & sapiens, & iusta inuenitur. Ita-
 que nomē hominis aliquando à corpore sumitur:
 aliquando ab ijs, quæ sunt in corpore: aliq̄n autem
 sumitur ab ijs, quæ sunt in anima: nunquam autem
 sumitur ab anima, ab illa quippe parte hominis hu-
 mana locutio homini potissima uocabula forma-
 uit, quam primum, & principaliter in homine
 sensus humanus agnouit. Et debuisset homo qui-
 dem à meliori parte sua nomen potius sumpsisse,
 nisi quia sermo aliter ad intelligentiam homini fa-
 mulari non potuisset, nisi prius eum, quem sensus
 humanus in percipiendo habuit, modum in dicen-
 do renuisset. Itaque quia id, quod ab humo erat,
 euidentius in homine uidebatur, ab illo potius ho-
 mo dicebatur. Sic quidem ex in firmitate sentien-
 di confusio dicendi orta est: & debemus propter
 usum in loquendo, modum dicendi seruare, nec
 tamen propter consuetudinem loquendi à ueri-
 tate credendi recedere. Propterea quippe scriptu-
 ra sacra, ne uerba hominum in ueritate Dei errare
 nos faciant personam ipsam proprie ipsam spiri-
 tum rationalem esse testatur. Quæ persona licet
 propter id, quod de humo sumptum est, homo di-
 catur: tamen uerissime, & quando illi sociata est,
 sola bene uel male operatur, & quando ab illo se-
 parata est, sola in pœna uel gloria remuneratur.
 Et

T Et sicut in corpore posita quaedam sola cogitatione, & uoluntate facit sine corpore, quaedam post uoluntatem & secundum uoluntatem in operatione per corpus: ita quoque pro meritis primum percipit primum separata à corpore sine corpore, postea unita corpori in corpore. Ecce ergo dicimus. Homo est animal. Verum est: propter id, quod in homine sensificatum est ab anima. Homo est corpus. Verum est: quia id, quod sensificatum est in homine, & de humo sumptum est, ipsum est corpus. Homo est persona. Verum est: quia id, quod ab humo sumptum est, animæ iunctum est in persona. Hoc totum usus dicendi habet: & secundum eum modum, quo uere dicitur, sine inconuenientia pro ueritate recipi potest. Iterum dicimus homo est animal. Non hoc usus loquendi recipit, qui formatus est secundum modum sentiendi. Solum enim corpus in homine uidetur, & in solo corpore homo uidetur: & idcirco à corpore homini nomen sumitur, quoniam propter corpus homo uocatur. Iterum quia in eo, quod uidetur: aliud esse percipitur, quod non uidetur: duo in homine esse deprehenduntur, id est corpus, & anima, quæ quoniam simul iuncta, & unita inueniuntur, eiusdem unionis in homine corpus, & anima partes nominantur. Ecce igitur concedamus, quod usus loquendi affert. Homo est corpus, & homo non est spiritus. Homo est animal, & homo non est anima. Nunquid similiter concedamus homo mortuus non est homo, homo enim uiuens est homo. Si autem homo mortuus non est homo, ergo homo, quando uiuere desinit, homo esse desinit. Sed quid est, quod uiuere desinit, nisi quod moritur? Quid autem moritur, nisi solum corpus, quod ab anima deseritur? Anima enim non moritur, nec uiuere desinit etiam quando uiuificare desinit. Ergo solum corpus moritur. Sed homo (inquis) id est, ipsa persona moritur. Quid est persona? Nonne indiuiduum rationalis substantiæ? Si ergo indiuiduum rationalis substantiæ persona est: rationalis utique spiritus, qui & simplicitate unus est, & natura rationis capax, proprie personam esse habet: ex se quidem in quantum spiritus rationalis est, per se autem quando sine corpore est. Quando autem corpus illi unitum est, in quantum cum corpore unitum est, una cum corpore persona est. Quando uero à corpore separatur, persona tamen esse non desinit, & ipsa eadē persona quæ prius fuit: quoniam corpus à societate spiritus decedens, eidem spiritui personam esse non tollit, sicut prius quando iungebatur, ipsi ut persona esset non dedit. Remanet itaque separata anima à carne, eadem persona spiritus rationalis: quæ licet fortassis secundum usum loquendi homo iam dici non possit, quia id, quod de terra sumptum erat, iam sibi unitum non habet: non tamen ideo minus persona est, & eadem persona, quæ prius fuit: quæ & illud sibi unitum habuit, & propter ipsam unionem una cum illo persona fuit. Sicut ergo corpus rationali spiritui iunctum, non dat illi ut sit persona, sed iunctum illi accipit ab illo, ut ipsum sit una persona cum illo: sic humanitas iuncta uerbo non quidem illi dedit, ut esset persona, sed

unita: illi accipit ab illo, ut una esset persona cum illo. Considerandum uero est, quod cum uerbum & homo una sit persona in Christo: recte tamen per se dicimus, uerbum est persona: & iterum recte per se dicimus, homo est persona. Et recte dicimus, quod simul homo & uerbum non duæ sunt, sed una persona. Quia enim uerbum & ante assumptum hominem persona fuit, & post assumptum hominem persona esse non desinit: ideo recte per se dicimus, uerbum est persona: & quia rursum inter hominem assumptum & uerbum maior & excellentior quàm inter animam & corpus unio fuit: nihilominus recte per se dicimus, homo est persona. Homo quippe id est corpus & anima simul iuncta, persona esse habet, non tamen alia quàm uerbum, quia una persona homo & uerbum. Unio quippe unum facit. Caro namque & anima simul iuncta persona fuissent, si una cum uerbo persona non fuissent. Propterea recte dicimus, quod & uerbum est persona: & iterum recte dicimus, quod homo est persona: & similiter recte dicimus, quod uerbum & homo non sunt duæ, sed una persona. Iterum recte dicimus, quod uerbum, ex quo homo factum est, nunquam postea homo esse desijt, quia se nec in morte carnis suæ ab assumpta humanitate unquam diuisit. Quapropter Christus etiam in morte carnis suæ nec Deus esse desijt, quia in uera deitate immortalis permansit: nec persona esse desijt, quia uerbum fuit: nec homo esse desijt, quia diuinitas eius ab humanitate sua non recessit. Sola anima a carne ad tempus diuisa est, sed diuinitas nec ab anima, nec a carne separata est. Christus ergo & uere mortuus fuit propter mortuam carnem, & uere uiuus permansit propter immortalem diuinitatem: & uerus Deus simul & uerus homo fuit propter inseparabilem diuinitatis & humanitatis unionem.

*Quod per hominem uerbo unitum Deo unitum
tur omnes, qui membra sunt illius.
Cap. XII.*

Apostolus dicit. Mediator non est unius: Deus **Y** autem unus est. Duo enim erant, Deus & homo, diuersi & aduersi. Deus erat iustus, homo erat iniustus: in hoc nota aduersos. Homo erat miser, Deus beatus: in hoc nota diuersos. Sic igitur homo & aduersus Deo erat per iniustitiam: & diuersus a Deo per miseriam. Propter hoc necesse habuit homo, primum quidem iustificari a culpa, ut reconciliaretur: postea uero liberari a miseria, ut reformaretur. In hoc ergo mediatore eguit homo ad Deum, ut reconciliaretur illi, & reduceretur ad illum: sed causam dissidentium agendam conuenienter suscipere non posset, qui non aliqua societatis ac pacis amicitia utriusque familiaris, atque propinquus existeret. Propter hoc ergo filius Dei factus est homo, ut inter hominem & Deum reconciliationis & pacis mediator esse posset. Suscepit humanitatem, per quam hominibus appropinquaret. Retinuit diuinitatem, per quam a Deo non recederet. Factus homo, sustinuit penam, ut demonstraret affectum:

affectum: seruauit iustitiam, ut conferret remedium. Verbum quippe, quod cum patre Deo unum erat per ineffabilem unitatem, cum homine assumpto unum factum est per admirabilem unionem. Unitas in natura, unio in persona. Cum patre Deo unum in natura, non in persona: cum homine assumpto unum in persona, non in natura. Quid magis unum, quam unitas? Quod unitate unum est, summe unum est. Verbum & pater unitate unum erant, quia natura unum erant: & uoluit ipsum uerbum nobiscum unum fieri, ut nos in se, & per se unum faceret: & cum illo, cum quo ipsum unum erat. Assumpsit ergo ex nobis nostram naturam, ut eam sibi sociaret per unionem in persona, quæ sociata non erat per unitatem in natura: ut per id, quidem, quod de nostro unum secum fecerat, nos sibi uniret: ut cum ipso unum essemus per id, quod nostrum sibi unitum erat: & per ipsum unum esse cum patre, qui cum ipso unum erat. Pater, inquit, sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Non pro eis autem rogo tantum, sed pro eis, qui credituri sunt per uerbum eorum in me, ut & ipsi in nobis unum sint: & mundus credat, quia tu me misisti. Sed ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum: & cognoscat mundus, quia tu me misisti. Rogat unitas pro unione, Verbum cum patre, unum in natura: homo cum uerbo, unum in persona. Membra cum capite unum, primum in iustitia, postea in gloria. Ut enim in iustitia unum sint, cognoscat mundus quia tu me misisti: ut autem in gloria unum sint, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum: ut uideant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

*Quod Christus secundum humanitatem in celo est:
secundum diuinitatem ubique. Cap.
XIII.*

Quæris quomodo mediator Dei & hominum **A** homo Christus Iesus nunc esse credatur in celo, aut quia Deus ubique sit: hominem quoque illum, qui in Deo sit, ubique diffusum: ex hoc nimirum intelligi uolens etiam in paradiso esse potuisse, qui ubique sit. Noli itaque dubitare, ibi nunc esse hominem Iesum Christum, unde uenturus est. Memoriter quoque recole, & fideliter tene christiana confessionem: quoniam resurrexit a mortuis: ascendit ad cælum: sedet ad dexteram patris. Nec aliunde quam inde uenturus est ad uiuos & mortuos iudicandos: & sic uenturus est illa angelica uoce testante. Quemadmodum uisus est ire in cælum; id est in eadem forma carnis atque substantia. Cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putandus ubique diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuinitatem astruamus hominis, ut ueritatem corporis auferamus. Non enim est consequens, ut quod in Deo

est, ita sit ubique sicut Deus. Nam de nobis ueracissima scriptura dicit: quod in illo uiuimus, & mouemur, & sumus: nec ramentum sicut ille, ubique sumus: sed aliter homo ille in Deo, quoniam aliter & Deus ille in homine proprio quodam & singulari modo. Una enim persona est Deus & homo, & utrumque unus est Iesus Christus: ubique per id, quod Deus est: in cælo autem per id, quod homo. Est ergo Deus per cuncta diffusus. Ipse quippe ait per prophetam. Cælum & terram ego impleo. Sed quod paulo ante posui de sapientia eius. Attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. **B** Itemque scriptum est. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: eique dicitur in quodam psalmo. **Sap. 8.** Quod ibo a spiritu tuo, & quod a facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Sed sic est Deus ubique per cuncta diffusus, ut non sit qualitas mundi, sed substantia creatrix mundi, sine labore regens, & sine onere continens mundum. Non tamen per spatia locorum quasi mole diffusa, ita ut in dimidio mundi corpore sit dimidius, & in alio dimidio dimidius, atque ita per totum totus, & in cælo solo totus, & in sola terra totus, & in cælo & in terra totus, & nullo loco contentus, sed in seipso ubique totus. Ita pater, ita filius, ita spiritus sanctus, ita Trinitas unus deus. Verum illud est multo mirabilius, quod cum Deus ubique sit totus, non tamen in omnibus habitat. Non enim omnibus dici potest, quod ait Apostolus, uel quod iam dixi: uel etiam illud. Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in uobis: Vnde econtrario de quibusdam dicit idem: **1. Cor. 3.** quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. **Rom. 8.** Qui porro audeat opinari (nisi quisquis inseparabilitatem Trinitatis ignorat penitus) quod in aliquo habitare possit pater, aut filius, in quo non habitat Spiritus sanctus: aut in aliquo Spiritus sanctus, in quo non & pater, & filius? Vnde fatendum est, ubique esse Deum per diuinitatis presentiam, sed non ubique per diuinitatis & inhabitationis gratiam. Propter hanc enim habitationem, ubi proculdubio gratia dilectionis eius agnoscitur, non dicimus pater noster, qui es ubique, cum & hoc uerum sit: sed pater noster, qui es in cæli: ut templum eius in oratione potius commemoremus, quod & nos ipsi esse debemus: & in quantum sumus, in tantum ad eius societatem, & adoptionis familiam pertinemus. Cum igitur qui ubique est, non in omnibus habitat: etiam in quibus habitat, non æqualiter habitat. Nam unde est illud, quod Elifens poposcit, ut dupliciter in eo spiritus Dei fieret, qui erat in Elia? Et unde in omnibus sanctis sunt alij sanctiores, nisi abundantius habendo habitatorem Deum? Quomodo ergo uerum est, quod superius diximus: quod Deus ubique sit totus: quando in alijs est, amplius, in alijs minus? Sed non est negligenter intuendum, quod diximus: In seipso est ubique totus: Non ergo in eis, quia alij plus eum capiunt, alij minus. Ideo enim ubique esse dicitur, quia nulli parti rerum absens est. Ideo totus, quia non uni parti rerum partem suam presentem præbet, & alteri

teri parti alteram partem: æquales uero æqualibus, minori uero minorem, maiori que maiorem. Non solum uniuersali creaturæ, uerum etiam cuilibet parti eius totus pariter adest. Porro etiam quod parum distincte putauimus posse intelligi: cum dicemus Deum esse ubique totum, nisi adderemus in seipso, ideo diligentius exponendum. Quomodo enim ubique in seipso? Vbi que scilicet: quia nusquam est absens: in seipso autem, quia non continetur ab eis, quibus est præsens, tanquam sine his esse non possit. Sicut autem nec ab illo abest, in quo non habitat: & totus adest, quamuis illum non habeat: ita & in illo, in quo habitat, totus est præsens, quamuis non ex toto eum capiat. Neque enim ad habitandum diuidit se per hominum corda seu corpora, aliam sui partem huic tribuens, illi aliam, sicut lux ista per aditus, & fenestras domorum, sed potius si quemlibet sonum (cum res corporea, & transitoria sit) surdus non capit, surdaster non totum capit: atque in his, qui audiunt, cum pariter ei propinquat: tanto magis alius alio capit, quanto est acutior: tanto autem minus, quanto est obtusior auditus: cum ille non uarie magis minusue sonet, sed in eo loco, in quo sunt omnes, æqualiter præsto sit. Quanto excellentius Deus natura incorporea, & immutabilis, & uita, qui non sicut sonus per moras temporum tendi, & diuidi potest, nec spatio aerec, tanquam loco suo indiget, ubi præsentibus præsto sit: sed æterna stabilitate ipse in se manens totus adeste rebus omnibus potest, & singulis totus: quamuis in quibus habitat, habeant eum pro suæ capacitatis diuersitate, alij amplius, alij minus: amplius quos ipse sibi dilectissimum templum gratiæ suæ bonitatis ædificat. Habitare etiam in hominibus adhuc animalibus nondum spiritualibus, ideo dicitur Deus: quia in eis occulte agit, ut sint templum eius: idque in proficientibus, & proficiendo perseverantibus perficit. Quamobrem Deus, qui ubique præsens est, & ubique totus non in omnibus habitat, sed in eis tantum, quos efficit beatissimum templum suum, uel beatissima templa sua, eruens eos à potestate tenebrarum, & transferens in regnum claritatis suæ, quod incipit à regeneratione. Cum igitur habitationem eius cogitas: unitatem cogita, congregationemque sanctorum maxime in cælis, ubi propterea præcipue habitare dicitur: quia ibi sit uoluntas eius perfecta, eorum, in quibus habitat, obedientia: deinde in terra, ubi ædificans domum suam habitat in fine sæculi dedicandum. Christum autem dominum nostrum unigenitum Dei filium æqualem patri, eundemque hominis filium, quo maior est pater, & ubique non dubites esse totum præsentem tanquam Deum, & in eodem templo Dei esse totum præsentem tanquam inhabitantem Deum, & in loco aliquo cæli propter ueri corporis modum.

INCIPIT SECUNDA PARS

De unitate Ecclesiæ, quæ Corpus est Christi. De gratia, quæ per Christum datur: & spiritu a capite in membra diffuso. Caput Primum.



Scriptum est, quod lex neminem ad perfectum duxit. Lex enim ignorantiam docere potuit, infirmitatem adiuuare non potuit. Duo hic mala in homine fuerunt, & ex his cætera mala hominis omnia processerunt. Vnum fuit ignorantia, alterum concupiscentia. Ignorantia boni, concupiscentia mali. Ex ignorantia uenit delictum, ex concupiscentia peccatum. Hæc igitur duo in homine ab initio fuerunt: sed ut cognosceret homo morbum suum, dimissus est totus sibi: ne forte gratiam superfluum iudicaret, si prius infirmitatis suæ defectum non agnosceret. Positum est ergo tempus naturalis legis, ut natura per se operaretur: non quod per se quicquam posset, sed ut se non posse agnosceret. Illa ergo sibi relicta errare cepit a ueritate per ignorantiam, & conuicta est de cæcitate: postmodum etiam conuincenda de infirmitate. Data est lex scripta, ut ignorantiam illuminaret, sed infirmitatem non corroboraret: ut in ea parte homo, qua defectum suum agnouit, iuuaretur. Vbi autem per se stare putauit relinqueretur. Accepta ergo scientia ueritatis per legem conari cepit, ut perficeret: sed pressus concupiscentia, quia gratiam adiuuantem non habuit, ab opere uirtutis defecit. Conuictus igitur in utroque est, quia uidelicet per se nec uerum potest agnoscere, nec bonum perficere. Post hæc itaque conuenienter gratia data est, quæ illuminaret cæcum, & sanaret infirmum. Illuminaret ignorantiam, refrigeraret concupiscentiam: illuminaret ad cognitionem ueritatis, inflammaret ad amorem uirtutis. Propterea spiritus in igne datus est, ut lumen haberet, & flammam: lumen ad cognitionem, flammam ad dilectionem. Porro sicut spiritus hominis mediante capite ad membra uiuificanda descendit, sic Spiritus sanctus per Christum uenit ad Christianos. Caput enim est Christus: membrum Christianus. Caput unum, membra multa: & constat unum corpus ex capite & membris, & in uno corpore spiritus unus. Cuius plenitudo quidem in capite est, participatio in membris. Si ergo corpus unum est, & spiritus unus: qui in corpore ipso non est, a spiritu uiuificari non potest: sicut scriptum est. Qui non habet spiritum Christi, hic non est eius. Qui enim non habet spiritum Christi, non est membrum Christi. In corpore uno spiritus unus. Nihil in corpore mortuum, nihil extra corpus uiuum. Per fidem membra efficiuntur, per dilectionem uiuificamur. Per fidem accipimus

6
Heb. 7.

Hic igno-
rantia, &
concupiscentia.

Spiritus sanctus
Quare in
igne datus

Rom. 8.

mus unionem, per charitatem accipimus uiuificationem. In sacramento autem per baptismum unimur, per corpus Christi & sanguinem uiuificamur. Per baptismum efficiuntur membra corporis, per corpus autem Christi efficiuntur participes uiuificationis.

De ecclesia, & quid sit ecclesia.

Cap. II.

Ecclesia sancta corpus est Christi uno spiritu uiuificata, & unita fide una, & sanctificata. Huius corporis membra singuli quique fidelium existunt, omnes corpus unum propter spiritum unum, & fidem unam. Quemadmodum autem in corpore humano singula quæque membra propria, ac discreta officia habent, & tamen unumquodque non sibi soli agit, quod solum agit: sic in corpore sanctæ ecclesiæ dona gratiarum distributa sunt, & tamen unusquisque non sibi soli habet etiam id, quod solus habet. Solum enim oculi uident, & tamen sibi solummodo non uident, sed toti corpori. Solæ autem aures audiunt, nec tamen sibi solummodo audiunt, sed toti corpori. Solum pedes ambulant, & non sibi tamen solummodo ambulant, sed toti corpori. Et ad hunc modum unumquodque, quod habet solum in se, non habet solummodo propter se: quatenus secundum dispositionem optimi largitoris, & distributoris sapientissimi, singula sint omnium, & omnia singulorum. Quisquis ergo donum gratiæ Dei percipere meruit, sciat non ad se solum pertinere, quod habet, etiam si solus habet. Hæc itaque similitudine ecclesia sancta, id est uniuersitas fidelium, corpus Christi uocatur propter spiritum Christi, quem accipit: cuius participatio in homine designatur, quando a Christo Christianus appellatur. Hoc itaque nomen signat membra Christi participantia spiritum Christi, ut ab uncto sit unctus, quia a Christo dicitur Christianus. Christus quippe unctus interpretatur, illo uidelicet oleo lætitiæ, quod præ cunctis participibus suis secundum plenitudinem accepit, & cunctis participibus suis quasi caput membris secundum participationem transfudit: sicut unguentum in capite, quod oram, hoc est in extremitatem ueluti defluxit: ut ad totum efflueret, & totum uiuificaret. Quia ergo Christianus efficietis, membrum Christi efficietis, membrum corporis Christi participans spiritum Christi. Quid est ergo ecclesia, nisi multitudo fidelium, uniuersitas Christianorum?

De duobus parietibus ecclesiæ, clericis

& laicis. Cap. III.

Uniuersitas autem hæc duos ordines completur, laicos & clericos, quasi duo latera corporis unius. Quasi enim ad sinistram sunt laici, qui uitæ præsentis necessitati inserviunt. Non ita dico ad sinistram quemadmodum illi ad sinistram statuentur, quibus dicitur: Ite maledicti in ignem æternum. Absit a me, ut bonos laicos ibi statuere præ-

sumam. Nam qui boni erunt, siue laici siue clerici, ibi non erunt: & qui mali erunt, siue laici siue clerici, ibi erunt. Non ergo ad illam sinistram laicos Christianos, qui veri Christiani sunt, constituo: sed ad illam sinistram, de qua dicitur: In dextera eius longæuitas uitæ, in sinistra autem eius diuitiæ & gloria. Quod enim ad sinistram in corpore est, de corpore est: & bonum est, quamuis optimum non sit. Laici ergo Christiani, qui terrena & terrena uitæ necessaria tractant, pars corporis Christi sinistra sunt. Clerici uero quoniam eam, quæ ad spiritualem uitam pertinent, dispensant, quasi dextera pars sunt corporis Christi. Sed constat his duabus partibus totum corpus Christi, quod est uniuersa ecclesia. Laicus interpretatur popularis, græce enim laos latine dicitur populus. Unde & basileus rex dicitur putatur: quasi βασιλεύς basis laoy, id est sustentamentum populi. Clericus dicitur a clerus græce, quod latine interpretatum sortem sonat, siue quod ipse sorte sit electus a Deo ad seruitium Dei, siue quod ipse Deus fors illius sit: & quod portionem aliam in terra habere non debeat clericus, nisi Deum, & ea quæ ad partem Dei spectant: cui statutum est decimis & oblationibus, quæ Deo offeruntur, sustentari. Laicis ergo Christianis fidelibus terrena possidere conceditur, clericis uero spiritualia tantum committuntur: quemadmodum olim in illo populo priore cæteræ tribus, quæ typum laicorum præferabant, portiones in hereditate acceperunt. Sola tribus Leui, quæ ecclesiasticos figurabat, decimis & oblationibus & sacrificiorum victimis pascebatur.

Duas esse uitas, & secundum duas uitas duos populos: & in duobus populis duas potestates, & in utraque diuersos gradus & ordines dignitatum: & unam inferiorem, alteram superiorem.

Cap. IIII.

Dux quippe uitæ sunt: una terrena, altera celestis: altera corporea, altera spiritualis. Una, qua corpus uiuit ex anima, altera, qua anima uiuit ex Deo. Utraque bonum suum habet, quo uergetatur & nutritur, ut possit subsistere. Vita terrena bonis terrenis alitur, uita spiritualis bonis spiritualibus nutritur. Ad uitam terrenam pertinent omnia, quæ terrena sunt. Ad uitam spiritualem, quæ spiritualia sunt, bona omnia. Ut autem in utraque uita iustitia seruetur, & utilitas proueniat: primum utriusque distributi sunt, qui utriusque bona secundum necessitatem, uel rationem studio ac labore acquirant. Deinde alij, qui ea potestate officii commissi secundum æquitatem dispensent, ut nemo fratrem suum in negotio supergrediat, sed iustitia inuolata conseruetur. Propterea in utroque populo secundum utramque uitam distributo, potestates sunt constitutæ. In laicis quippe, ad quorum studium & prouidentiam ea, quæ terrena uitæ necessaria sunt, pertinent, potestas est terrena. In clericis autem, ad quorum officium spectant ea, quæ spiritualis uitæ sunt bona, potestas est diuina. Illa igitur potestas secularis dicitur, ista spiritualis nominatur. In utraque potestate diuersi sunt gradus, & ordines

Dines potestatum: sub vno tamen vtrique capite distributi, & quasi ab vno principio deducti, & ad vnum relati. Terrena potestas caput habet regem. Spirituales potestas habet summum pontificem. Ad potestatem regis pertinent, quae terrena sunt, & ad terrenam vitam facta omnia. Ad potestatem summi pontificis pertinent, quae spiritualia sunt, & vitae spirituali attributa vniuersa. Quanto autem vita spiritualis dignior est quam terrena, & spiritus quam corpus: tanto spiritualis potestas terrenam iure secularem potestatem honore, ac dignitate praecedat. Nam spiritualis potestas terrenam potestatem & instruere habet, vt sit: & iudicare habet, si bona non fuerit. Ipsa vero a Deo primum instituta est, & cum deuiat, a solo Deo iudicari potest: sicut scriptum est. Spirituales diiudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Quod autem spiritualis potestas (quatum ad diuinam institutionem spectat) & prior sit tempore, & maior dignitate: in illo antiquo veteris instrumenti populo mani feste declaratur: vbi primum a Deo sacerdotium institutum est, postea vero per sacerdotium (iubente Deo) regalis potestas ordinata. Vnde in ecclesia adhuc sacerdotalis dignitas potestatem regalem consecrat, & sanctificans per benedictionem, & formans per institutionem. Sic ergo (vt dicit Apostolus) qui benedicit maior est, & minor qui benedicitur: constat absque omni dubitatione, quod terrena potestas, quae a spirituali benedictionem accipit, iure inferior existimetur.

du differentia dignitatum. Ordo autem alius est in potestate terrena vel seculari, & alius in potestate spirituali.

De potestate terrena. Cap. VI.

Potestas terrena pertinet ad vitam terrenam. Et omnia, quae ad terrenam vitam spectant, subiecta sunt terrena potestati. Haec autem omnia dupliciter pertinent ad ius terrene potestatis: vt videlicet ipsa terrena potestas haec & possidentibus secundum iustitiam distribuat, & contra iniustitiam impugnatum defendat. Sicut autem praetorum debitum est subiectis possidenda iuste dispensare, & eos contra iniustitiam defendere: sic subiectorum debitum est secundum instituta legum, & rationabiles consuetudines, praetatis & in se & in suis seruitium exhibere. Est autem seruitium, aliud determinatum, sicut census & tributum, quae annuatim soluuntur: aliud fortuitum, quod videlicet pro culpis ex casu accidentibus exigitur. Quod & ipsum licet secundum mensuram peccati legibus determinatum sit, in hoc tamen quodammodo determinatum non est: quia euentus eius certus non est, neque exigi iure potest, nisi cum acciderit culpa, pro qua persolendum est. Haec ergo est discretio terrena potestatis: vt sciatur quod praetati subiectis, vel quod subiecti praetatis exhibere debent pro ipsa terra, vel terrena substantia, circa quam vtrique debitum pensatur.

Quomodo ecclesia terrena possideat. Cap. VII.

De his autem terrenis bonis ad terrenam vitam pertinentibus, quae vel possident praetati in subiectis, vel subiecti possident a praetatis: quaedam ecclesijs Christi deuotione fidelium concessa sunt possidenda, saluo tamen iure terrena potestatis. Sic enim rationabile est, & bonum: quia Deus noster pacis amator est, & nihil inordinatum approbare potest vera iustitia. Spirituales siquidem potestas non ideo praesidet, ut terrena in suo iure praedictum faciat: sicut ipsa terrena potestas, quod spirituali debetur, nunquam sine culpa usurpat. Sic igitur quando huiusmodi, quae ad terrenam spectant potestatem, ecclesijs Christi conceduntur, ij quidem largitores sunt muneris, hoc solum concedere possunt in ea, quod possident: quia nec subiecti id, quod suis superioribus debetur, ad aliam potestatem transferre potestatem: nec praetati in his, quae iuste a subiectis possidentur, alienos possessores inducere. Hoc est, vt nec praetati id, quod subditorum est, alijs tribuant, nec subiecti id, quod praetatorum est, immutare praesumant. Notandum tamen, quod principes terreni in terrenis possessionibus, quas vel in subiectis, vel sine subiectis possident, ecclesijs aliquando concedunt solam utilitatem, aliquando & utilitatem & potestatem. Utilitatem sine potestate concedunt, quoniam fructum quidem possessionis ad usum ecclesiae transferri decernunt, sed potestatem iustitiae exercendae in ipsa possessione ad eius iurisdictionem

tionem transire non permittunt. Aliquando & potestatem & utilitatem simul tribuunt. Vbi tamen diligenter attendendum est: quod licet ecclesia fructum terrena possessionis in usum accipiat, potestatem tamen exercendae iustitiae per ecclesiasticas personas, aut iudicia secularia non potest exercere: potest tamen ministros habere laicas personas, per quas iura, ac iudicia ad terrenam potestatem, pertinentia secundum tenorem legum, & debitum iuris terreni exercent. Sic tamen, vt & ipsum quod potestatem habet, a principe terreno se habere agnoscat: & ipsas possessiones nunquam ita a regia potestate elongari posse intelligat, quin si ratio postulauerit & necessitas, & illis ipsa potestas debeat patrocinium, & illi ipsae possessiones debeant in necessitate obsequium. Sicut enim regia potestas patrocinium, quod debet, alteri non potest dare: sic ipsa possessio etiam ab ecclesiasticis personis obrenta, obsequium, quod regiae potestati pro patrocinio debetur, iure negare non potest. Sicut scriptum est. Reddite quae sunt Caesaris, Caesari, & quae sunt Dei, Deo.

Quot modis in seculari potestate, determinanda est iustitia. Cap. VIII.

Sciendum vero est, quod iustitia illa, quae terrena potestati in subiectis data est quinque modis determinatur: secundum personam, secundum causam, secundum modum, secundum locum, & secundum tempus. Nam quod aliquo modo licet, non statim omni modo licet: & ipsa iustitia, nisi iuste exhibita fuerit, iustitiae nomen amittit. Quapropter quod licet, perspicendum est diligenter quomodo licet: & considerandi sunt modi, quibus iustitiae forma determinatur. Secundum personam aliquid licet, & aliquid non licet: quemadmodum seculari iudici in personam laicam, si peccauerit, manum mittere licet: in clericum non licet. Secundum causam iustitia determinatur: vt videlicet negotia secularia a potestate terrena, spiritualia vero & ecclesiastica a spirituali potestate examinentur. Secundum modum siue mensuram iustitia determinatur, cum videlicet qualibet culpa congrua & sibi conuenienti poena mulctatur: vt nec priuatus amor in vindicta aequitatis aliquid subtrahat, neque odium priuatum adiciat debita seueritati. Secundum locum & tempus determinatur iustitia: si vbi, & quando conuenit iudicium exercetur, & profertur veritatis sententia. Secundum personam ergo iustitia violaretur, si iudex secularis in ecclesiasticam personam manum mitteret. Secundum causam, si ecclesiastica negotia examinanda susciperet. Secundum mensuram, si mendacium vel maledictum suspensio puniret. Secundum locum, si loca sacra violare praesumeret, & confugientibus ad illa etiam reis, & pro suis sceleribus condemnandis inordinate violentiam inferre tentaret. Secundum tempus, si sacris & solennibus diebus reuerentiam non exhiberet, quando & his parcendum est, quibus pro culpis suis supplicia debentur. His igitur

modis secularis potestas iustitiam exercere debet, legum instituta sequens, & nihil praeter iustitiam, & veritatem approbans in iudicando. Secularis autem potestas caput habet Regem iue Imperatorem, ab illo per subiectas potestates duces, & comites, & praefectos, & magistratus alios, descendens, qui tamen omnes a prima potestate auctoritatem sumunt in eo, quod subiectis praetati exiunt.

De ornamentis regis. Cap. IX.

Habet autem potestas secularis ornamenta quaedam dignitatis suae, quibus & excellentia ordinis ostenditur, & sacramentum ministerij figuratur. Annulus fidem, armilla bonam operationem, sceptrum iustitiam, gladius vindictam, purpura reuerentiam, diadema gloriam designat. Et haec quidem in praesenti de seculari potestate dicta sufficiant.

INCIPIT TERTIA PARS,
de ecclesiasticis ordinibus.

De potestate spirituali, & eius corona. Caput Primum.



Spiritualis potestas in clero ordinatur: habens gradus, & ordines dignitatum differentes. Primum signaculum clerici est corona, qua signatur ad partem fortis ministerij diuini, cui seruire regnare est. Corona quippe regale decus significat. Sic dicit beatus Petrus Apostolus. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Propter hoc igitur coma capitis clerico in modum coronae tondetur: & ipsa capitis summitas desuper nudatur & reuelatur: ut per hoc detur intelligi, quod ad regiam in Christo potestatem assumitur: & quod inter ipsum & Deum deinceps velamen esse non debet, vt reuelata facie, & pura mente Domini sui gloriam contempletur. Summum capitis summum est mentis. Denudatio capitis illuminationem significat mentis.

De clericis. Cap. II.

Clericus quippe secretorum Dei non ignatus esse debet, quia nuntius eius est ad populum. Tondentur etiam capilli capitis vsque ad apertionem & reuelationem sensuum, id est occulorum & aurium, vt eum ab audiendo & intelligendo verba Dei, terrenorum occupatio, quae per capillos significantur, non impediatur. Postquam autem clericus factus est, debet deinceps de stipendijs ecclesiae sustentari, & sub tutela & custodia spiritualium magistrorum scientia diuina & ecclesiastica disciplina erudiri, quatenus ad sacros ordines ministerij

1. Cor. 2.

Hebr. 7.

Quod omnis administratio ecclesiastica constat in tribus, haec est in ordinibus, in sacramentis, in praecipis. Cap. V.

Omnis ecclesiastica administratio in tribus constat, in ordinibus, in sacramentis, in praecipis. Ordines consideramus in personis praetorum, Sacramenta in ministerio eorum. Praecipia in conuersatione subiectorum. Quae singula propria consideratione egent. De ordinibus hoc primum attendendum est, quod alij sunt secundum gradum differentem, sicut est diaconus & sacerdos: alij in eodem gradu secundum potestatem excellentem, sicut diaconus & archidiaconus. Vnus gradus est in sacramento, non tamen una potestas in ministerio. Diaconus enim sacerdoti ministrat in sacramento corporis & sanguinis Christi. Archidiaconus autem hoc plus habet: quod praeter ministerium altaris sub episcopo, & vice episcopi curam habet ecclesiarum, & causas ecclesiasticas examinat, & ministeria dispensat. Similiter sacerdos & pontifex siue summus sacerdos vnus gradus est in sacramento, diuersa tamen potestas in ministerio: quia cum vtrisque corporis & sanguinis Christi consecrandi, baptizandi, catechizandi, praedicandi, ligandi, soluedi: vna quodammodo sit dignitas: Pontificibus tamen ecclesias dedicandi, ordines faciendi, manus imponendi, sacri chrismae consecrandi, commune super populum benedictionem faciendi: singularis data est potestas. Sic itaque alia est differentia graduum in sacris ordinibus, alia est in eodem gra-

1. Pet. 2.

X

sterij diuini, cum ratio poposcerit, digne possit accedere. Nemo ad clerum assumendus est, nisi sub titulo cerro. Qui enim caput non habent, accephali sunt, non clerici.

De tonsura ecclesiastica. Cap. III.

Tonsuræ autem ecclesiasticæ vsus a Nazaræis exortus esse putatur: qui prius crine seruato, denique ob vitæ continentiam caput radabant, & capillos in igne sacrificij ponebant. Hinc vsus ab Apostolis introductus est: vt qui diuinis cultibus mancipati Deo consecrantur, quasi Nazaræi, id est sancti crine posito, inueniantur: sicut ad Ezechielē dicitur. Tu fili hominis sume tibi gladium acutū, & duc super caput tuum, & barbam. Hoc etiam in nouo testamento Nazareos illos Priscillam & Aquilam in Actibus Apostolorum primum fecisse legimus. Paulum quoque Apostolum, & quosdam discipulorum Christi, qui in huiusmodi cultu imitandi extiterunt: scilicet vt hoc signo vitæ in corde, & opere pullulantia præcedēda doceantur.

Tondendi caput in corona specie consuetudine Apostoli induxerunt.
Ezech. 5

Act. 18.

Quomodo ordines sacri in monachis sint.

Cap. II.

Quidam volunt coronam aliquando pro signo accipiendam penitentia: quemadmodum in ordine monachorum, quibus & ceteri ordines sacri, qui in clero sunt proprii, in indulgentiam concedunt. Non enim in populo præesse possunt, nec spiritualis dignitatis in ecclesia curam suscipere, donec ad clerum assumantur. Propterea quod in illis est sacri signaculi, ad indulgentiam est, non pro potestate prælationis in populo Dei: sed ne in ipso quoque habitu penitentia, quo se sponte propter Deum sequestrauerunt, sacrosanctam corporis & sanguinis Christi communionem vel habere non possint, vel extra ad impedimentum quietis suæ requirere compellantur. Vt ergo intrinsecus quietius uiuant, ordines ministerij diuini per indulgentiam ipsis conceduntur, non ad exercendam prælationem in populo Dei, sed ad celebrandam intrinsecus communionem sacramenti Dei: quod tamen principio non ita fuisse dicunt. Monachi quippe, & eremum habitantes olim presbyteros habuisse leguntur.

De septem gradibus sacris. Cap. V.

Primus igitur signaculum clerici corona est, quo in partem ministerij sacri consignatur. Sequuntur deinde septem graduum promotiones, in quibus per spirituales potestates altius semper ad sacra tractanda conscendit. Primus gradus est ostiariorum, secundus lectorum, tertius exorcistarum, quartus accolitorum, quintus subdiaconorum, sextus diaconorum, septimus sacerdotum. Hic gradus dispares in eodem ordine habet dignitates. Nam post sacerdotes altiores sunt principes sacerdotum, id est episcopi. Supra quos iterum sunt archiepiscopi, & supra illos qui dicuntur pri-

mates, supra quos quidam patri archas constituere volunt, alii eosdem primates & patriarchas dicunt. Nos tamen quatuor tantum ex antiquo ecclesiæ vsu patriarchas nominatos inuenimus. Primum Alexandrinum, secundum Hierosolymitanum, tertium Antiochenum, quartum Aquileiensem, qui post Gradenis dictus est: nisi forte secundum proprietatem linguarum iisdem ipsi alibi patriarchæ, alibi primates appellati sint. Post hos omnes sequitur summus pontifex, quem papam, id est patrem patrū consuetudo ecclesiastica nominare instituit. Hic est principalis & maximus sedis Apostolicæ in ecclesia Romana successor: vnde & ipsum specialiter Apostolicum sancta ecclesia nominare consuevit. Cui vice Petri principis Apostolorum præiudicium, omnis ecclesiasticus ordo obtemperare debet, qui solus prerogatiua dignitatis clauis habet ligandi omnia & soluendi super terram. Isti ergo ordines sacri diuersis locis per orbem terrarum (quacunque sanctæ ecclesiæ corpus diffusum est) disponuntur, non solum voluntaria ordinatione spiritualium patrum, sed ex ipso quoque Gentilitatis vsu conuenienti ratione assumpta. In illis siquidem ciuitatibus vbi olim Gentiles flamines suos constituere consueuerant, ibi nunc episcopi sunt ordinati. Vbi vero archiflamines dispositi fuerant archiepiscopi successerunt. Lege librum Clementis: illic inuenies quomodo beatus Petrus per diuersa orbis terrarum loca principes ecclesiarum disponi instituit. Septem ergo spiritualium officiorum gradus proinde in sancta ecclesia secundum septiformem gratiam distributi sunt, quos Dominus Iesus Christus eiusdem spiritus plenitudinem habens, omnia in semetipso exhibuit: & corpori suo, id est ecclesiæ imitanda reliquit, cui ipsius spiritus participationem concessit.

De ostiarijs. Cap. VI.

Inter hos septem gradus spiritualis officij primus est eorum, qui ostiarij dicuntur, qui in veteri testamento olim ianitores vocabantur. Ad officium ostiarij pertinent clauis ecclesiæ, vt claudat & aperiat horis competentibus templum Dei: & omnia, quæ sunt intus extraque, custodiat, fideles recipiat, excoicatos, & infideles eiciat. Ostiarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei deat conuersari, ad suggestionem archidiaconi tradit ei episcopus clauis ecclesiæ de altario, dicens ei. Sic age quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur. Hoc officium Dominus in sua persona suscepit, quando flagello de funiculis facto vendentes & ementes de templo eiecit. Ipse quippe ostiarius dicit. Ego sum ostium. Per me si quis introierit saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

De lectoribus. Cap. VII.

Secundus gradus est lectorum, qui formam, & initium a prophetis accepit. Sunt enim lectores,

Esa. 58.

res, qui verbum Dei annunciant, quibus dicitur. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Hi, cum ordinantur, primum de vita ipsorum, & fide, & ingenio: episcopus ad populum uerbum facit: deinde eis vidente populo ab episcopo codex traditur diuinarum lectionum, & dicitur eis. Accipite, & estote uerbi Dei relatores: habeturi (si fideliter, & utiliter impleueritis officium) partem cum his, qui uerbum Dei ministrauerunt. Ex hac ergo potestatem habent in ecclesia coram populo propheticas & apostolicas lectiones recitandi. Hi quidem, qui ad hunc gradum promouentur, literarum scientia debent esse instructi, ut eorum, quæ legunt, sensum intelligant: in pronuntiatione uim accentuum agnoscat: distincte legant, ne confusione pronuntiationis intellectum auditoribus tollant. Considerant quid sit indicatiue legendum, quid sub interrogatione pronuntiandum: ubi sit in oratione distinctio, uel media distinctio facienda: quia & hæc male seruata intellectum perturbant, & grammaticorum typum gerentes ad irrisionem prouocant. Vox lectoris auribus & cordi consuleri debet, non oculis: ne motu uel gestu indisciplinato spectatores magis ex seipso faciat, quam auditores: æque effractum & scæmineum, quam agrestem & rusticum sonum deuitans. Lectores enim olim præcones uel proclamatores vocabantur, quia in populo uocem faciunt. Hoc officium Dominus in propria persona ostendit, quando in medio seniorum librum Esaiæ prophetae aperiens, distincte ad intelligendum legit. Si spiritus Domini super me euangelizare pauperibus misit me. Ex quo lectoribus intelligi datur, quod gratia spirituali clare debent, qui populo uerbum Dei annunciant.

Luc. 4.
Esa. 61.

De exorcistis. Cap. VIII.

Tertio loco sequitur ordo exorcistarum, qui super catechumenos faciunt sacramentum apertionis, & habet spirituale imperium super spiritus immundos, vt eos de corporibus obsessis eiciat. Debet autem habere spiritum mundum, qui spiritibus immundis imperat: vt uita ab officio non discordet, & malignum, quem per acceptum officium expellit de corpore alieno, per munditiam uitæ expellat de corde suo. Hi, cum ordinantur, accipiunt de manu episcopi librum exorcismorum, & dicitur eis. Accipite, & memoriam commendate: & habete potestatem imponendi manus super energumenos, siue catechumenos. Exorcistæ in ordine & ministerio ecclesiæ constituti sunt in officia, quæ in templo Salomonis erant disposita. Quæ posterius sunt ab Esdra dispertita. Leguntur. n. sub Esdra fuisse actores templi filij seruorum Salomonis, qui actum templi totius sub cura sua haberent, aut factis oblationibus deseruirent. Et cum fuissent ex ordine in ministerio templi, longe tamen fuerunt ab officio altaris Dei. Neque enim Psalmistis, id est cantoribus, nec ostiarijs, nec sacrorum seruis attingere licebat ad munera altaris, nisi tantummodo leuitis. Quasi ergo actores quidam spirituales templi Dei exorcistæ sunt in populo Dei, qui de

substantia Domini sui sibi in donis spiritualibus tradita, in spiritualibus edificijs dilapsa restituant, & reparent dissipata. Exorcistæ significat Apostolus, cum dicit. Nunquid omnes donationes habetis? Hoc officio vsus est Deus, quando salua sua tetigit aures & linguam surdi & muti dicens. Ephphetha, quod est adaperire: hoc exemplo nos docens spiritualiter aperire debere aures præcordiorum hominum ad intelligendum, & ora ad confitendum: vt expulso daemone, Spiritus sanctus uas suum recipiat. Similiter hoc officium exhibuit, quando de Maria Magdalene septem daemona eiecit.

1. Co. 12

Mar. 7.

Mar. 16.

Luc. 18.

De accolitis. Cap. IX.

Quarto loco succedunt accoliti, qui latine dicuntur cæroferarij: quia accensos cæros deferunt, dum legitur euangelium, vel dum offertur sacrificium. Non ut tenebras huiusmodi aeris illuminent, sed ob hoc ut sicut visibile lumen manibus gestant, ita opera lucis proximis ostendant: & more lucis erantibus uiam in tenebris pantibus ducatum præbent. Hi, cum ordinantur, postquam edocti fuerint ab episcopo qualiter in officio suo agere debeant, accipiunt ab archidiacono cæroferarium, id est candelam cum cæro: ut sciant se ad accedenda luminaria mancipari. Accipiunt & uiceolum uacuum, ad infundendum uinum in calicem, quo consecrandus est sanguis Christi: ut sit commemoratio sanguinis de Christi latere profluentis, & aquæ inde procedentis. Quæ duo ideo in calice commiscuntur: quia Christi sanguine sumus redempti, & aqua baptismatis a peccatis abluti. Hoc officium se habere Dominus in euangelio testatur, dicens. Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ.

Ioan. 8.

De subdiaconis. Cap. X.

Quinto loco est ordo subdiaconorum, qui apud græcos hypodiaconi uocantur. Isti sunt, qui in Esdra Nathanael, id est in humilitate Domino seruientes appellantur, ex quorum ordine fuit ille Nathanael: qui in euangelio saluatorem confiteri, & ab ipso meruit collaudari dicente Domino. Ecce uere Israelita, in quo dolus non est. Isti subseruiunt leuitis, & uasa corporis & sanguinis Christi ipsis ad altare deferunt, & iterum referunt. De quibus quidem patribus placuit: vt qui sacra mysteria contrectant, legem obseruent continentia: sicut scriptum est. mūdāmini, qui fertis uasa Domini. Hi in templo Domini oblationes suscipiunt a populis. Ad istorum prouisionem pertinet tantum de oblationibus ponere in altari, quantum sufficere possit populo Dei. Similiter ipsi corporales pallas, & substratoria lauare, & aquam in baptisterium uergeri debent: uiceum quoque & aquam manile & manutergium tenere, episcopo, & presbytero, & leuitis: pro lauandis manibus ante altare.

Ioan. 12.

Esa. 52.

re aquam præberet. Hi, cum ordinantur, sicut sacerdotes & leuitæ, manus impositionem non accipiunt, sed tantum calicem vacuum, & patenam vacuum de manu episcopi. De manu vero archidiaconi vireolum cum aqua, manile seu mantile, & natergium: quibus mundare debent manus sacerdotis & leuita tractaturi diuina sacramenta. Hoc officio vsus est Dominus, quando facta cœna cum discipulis linteo se præcinxit, & mittens aquam in peluum pedes discipulorum lauit, & linteo extersit.

Ioan. 13

De diaconis. Cap. XI.

Diaconorum ordo sexto sequitur loco, non sine aliquo senarij mysterio: in quo propter perfectionem sui significatur operum perfectio. Hic ordo in veteri testamento a tribu Leui habuit exordium. Præcepit enim Deus Moyse, post ordinationem Aaron & filiorum eius, rursus tribus Leui ad diuini cultus ministeria ordiatur, & consecraretur Domino, & seruiret pro Israel coram Aaron, & filiis eius in tabernaculo Dei. Ipsique gestarent Arcam, & tabernaculum, & omnia uasa eius, & in circuitu tabernaculi ipsi castra constituerent, & in transportando tabernaculo ipsi deponerent, rursusque ipsi componerent. A viginti autem annis & supra iussu sunt seruire in tabernaculo. Quam regulam etiam sancti patres in nouo testamento constituerunt: quoniam hac ætas ad portanda onera robusta est: quod illi ordini a Moyse institutum est. Quod etiam in nouo testamento repræsentatur, cum diaconis supra sinistrum humerum stola ponitur, & casula in diebus ieiunij super eundem humerum complicatur: quia quicquid laboris & sustentationis in hac vita toleramus, tanquam in sinistra portamus, donec in dextera, hoc est in æternitate requiem habeamus. Hic ordo in nouo testamento ab Apostolis initium sumpsit, quando sic legitur in actibus Apostolorum. Apostoli, septem viros boni testimonij plenos Spiritu sancto, ad hoc officium elegerunt, & oratione præmissa manus eis imposuerunt. Et exinde Apostoli, & eorum successores, decreuerunt, vt in omni matrice ecclesia septem diaconi circa Aram Christi sublimiori gradu, tanquam columnæ altaris assisterent, etiam non sine aliquo septenarij mysterio. In quo figuratur, vt septiformis gratiæ spiritu fulgentes, sancti sint corpore & spiritu. Hi sunt septem angeli in Apocalypsi tuba canentes. Hi sunt septem candelabra aurea. Hi voces tonitruorum. Ipsi enim clara voce in modum præconis admonent cunctos, siue ad orandum, siue ad genua flectenda, siue ad psallendum, siue ad legendum, & audiendum verbum. Ipsi euangelizant, ipsi sacramenta Dei dispensant. Sine ipsis sacerdos nomen habet, officium non habet. Nam sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro dispensatio sacramenti. Ipsi etiam sacerdotibus propter præsumptionem non licet calicem Domini in mensa tollere, nisi traditus eis fuerit a diacono. Leuitæ hostias super altare ponunt, ipsi mensam Domini componunt. Leuitæ operiunt Arcam testamenti,

Act. 6.

Apoc. 8.
Apoc. 1.
Apoc. 4.

quia non omnes videre debent, aut possunt alta mysteriorum, quæ operantur a leuitis. Ipsi albis induti vestibus assunt altari, vt candore vestis munditia vitæ significetur, nitidique ad hostias & immaculati accedant. Tales enim Dominum decet habere ministros, qui nullo carnis corruptione contagio, sed perfecta mentis & corporis castitate splendeant. Quales enim diaconi ordinandi sunt, Apostolus plenissime docet scribens ad Timotheum. Nam cum præmississet de sacerdotum electione, continuo subiunxit. Diaconos similiter irreprehensibiles, hoc est sine crimine: sicut episcopos pudicos, hic est a libidine continentis: non bilingues, ne turbent habentes pacem: non multo vino deditos, quia vbi ebrietas, ibi libido & furor dominatur: non turpe lucrum sectantes, ne de cœlesti militia lucra terrena sectentur. Post hoc subiicit. Hi autem probentur primum: & sic ministrent, nullum crimen habentes. Et hi itaque sicut episcopi ante ordinationem probari debent: & si digni inuenti fuerint, sic demum ad sacrum ministerium admitti. Hi cum ordinantur, solus episcopus manus eis imponit, quia ad ministerium, non ad sacerdotium applicatur: ponitur eis horarium, id est stola super sinistrum humerum ab episcopo: vt hoc agnoscant se accepisse iugum Domini, quo omnia ad sinistram, id est præsentem vitam pertinentia aduersa fortiter tolerant, & diuino timori subiiciant. Accipiunt & textum euangeliorum de manu episcopi, per quem intelligant se esse præcones euangelij Christi. Nam sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconis nouum prædicare præceptum est, præcipue euangelium, quod solis ipsis in ecclesia pronuntiare licet. Ad ipsos pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis Christi in baptismo scilicet in chrismate, in patena & calice. Oblationes etiã inferre, & disponere in altari, componere etiam mensam Domini atque vestire, crucem ferre, & prædicare euangelium, & Apostolum. Ad ipsos quoque pertinet officium præcum, & recitatio nominum. Ipsi præmonent aures ad Dominum, ipsi hortantur orare. Ipsi clamant, & pacem ipsi annuntiant. Hoc officio vsus est Dominus, quando post cœnam proprio ore & proprijs manibus sacramenta confecta dispensauit: & quando Apostolos dormitantes ad orationem incitauit, dicens. Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem.

1. Ti. 3.

Marc. 14

De presbyteris. Cap. XII.

Septimo loco subsequitur ordo presbyterorum, qui in veteri testamento a filiis Aaron sumpsit initium. Nam qui tunc sacerdotes vocabantur, hi sunt, qui nunc appellantur presbyteri: & qui tunc dicebantur principes sacerdotum, nunc episcopi nominantur. Presbyteri autem interpretantur, seniores: quia seniores greci presbyteros vocant. Debent enim presbyteri seniores esse in populo Dei, non tantum ætate corporis, quantum prudentia morum, & maturitate bonæ conuersationis, sicut scriptum est.

Sap. 4.

Luc. 10.

2. Cor. 5

Gala. 3.

Tit. 1.

est. Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Ceterum sunt sensus hominis: & ætas senectutis vita immaculata. Distat autem hoc tantum inter pontifices & huius temporis sacerdotes, quod solis pontificibus addita est clericorum ordinatio, Basilicam dedicatio, sacri chrismatis consecratio, manus impositio, & communis super populum benedictio. In aliis autem sacramentis siue scilicet catechizandi, siue baptizandi, siue missam celebrandi, & consecrati corporis & sanguinis Christi sacramentum, siue in ecclesia verbum faciendi: communis est vtrique dispensatio. Summis ergo sacerdotibus supradicta idcirco singulariter reseruata sunt, ne eadem protus auctoritas potestatis ab omnibus passim vendicata, inferiores erga superpositos insolentes redderet, & soluto obedientiæ vinculo scandalum generaret. Presbyteri successores, & vicarij sunt septuaginta discipulorum, qui præcedebant Dominum Iesum in omnem ciuitatem & locum, quod ipse erat venturus. Ita quippe presbyteri, qui adiutores sunt episcoporum, rudes populos catechizando iniant, baptizando vnitati ecclesiæ incorporant, & in sacramentis vsque ad manus impositionem populo Dei ministrant. Episcopi vero successores sunt Apostolorum, qui ex necessitate ad adiutorium, & supplementum sui officij, in tanta multitudine populorum regendorum ministerium sibi expetunt sacerdotum. Sicut Moyses in Eremo septuaginta viros elegit prudentes, quorum consilio & auxilio multitudinem tantam facilius gubernaret. Siue inferioris, siue superioris sint ordinis sacerdotes, id est siue presbyteri, siue episcopi, vicem gerunt summi pontificis, dum populos delinquentes ad penitentiam vocant, & orationum suarum medicamento sanant. Vnde Apostolus dicit: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Obsecramus ergo pro Christo, reconciliamini Deo. In hoc igitur vice mediatoris funguntur sacerdotes: quod Deum pro peccatis populi exorant, & penitentes absoluendo reconciliant. Quapropter conuenit, vt tanquam boni mediatores inter homines & Deum: & præcepta Dei ad populum deferant, veritatem prædicando: & præces populi Deo offerant, pro peccatoribus intercedendo. Mediator autem (vt ait Apostolus) vnus non est: quia discordes reconciliare non potest, qui vtriusque societatis pace, & amicitia vinculo concors non est: sed idcirco sacerdotes cum Deo pacem habere per eminentiam sanctitatis, & cum proximis concordiam seruare debent per affectum cõpassionis. Quales ergo debeant esse presbyteri Apostolus scribens ad Titum insinuat, dicens. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt constituas per ciuitates presbyteros, quemadmodum tibi disposui. Si quis sine crimine est, vnus vxoris vir, habet filios fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum esse sine crimine. Qua sententia ostendit etiam presbyteros sub episcoporum nomine taxari. Vnde & ad Timotheum de ordinatione episcopi & diaconi scribit de presbyteris tacens, quos sub nomine episcoporum in-

telligendos reliquit. Quapropter tales etiam in ecclesia presbyteros constituendos esse, sicut episcopos: & Apostolus asserit, & canones apostolicam auctoritatem secuti testantur. Presbyteri cum ordinantur episcopo eos benedicente, & manus super capita eorum tenente, omnes presbyteri, qui presentes sunt, manus iuxta manum episcopi super capita eorum leuant, & Spiritum sanctum super eos, qui ordinantur, inuocant. Vnguntur presbyteris manus sicut episcopis, vt cognoscant se hoc sacramento gratiam consecrati accipere, & opera misericordiæ erga omnes pro viribus exercere debere. Vnctio capitis specialiter ad episcopum pertinet: vt intelligat se vicarium illius esse, de quo scriptum est: vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Hi post inuocationem Sancti spiritus stolam super vtrumque humerum accipiunt, quæ in modum sustentaculorum dextrum latus munit & sinistrum, vt ex hoc intelligat se per arma iustitiæ a dextris & a sinistris esse munitos, vt eos nec aduersa frangant, nec prospera extollant. Accipiunt & calicem cum vino, & patenam cum hostiis de manu episcopi: quatenus his instrumentis potestatem se accepisse agnoscant placabiles Deo hostias offerendi. Ad ipsos pertinet sacramentum corporis & sanguinis Domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. Hoc officio vsus est Dominus noster Iesus Christus, quando post cœnam panem & vinum in corpus & sanguinem suum commutauit: & vt in memoriam suæ passionis idem facerent discipulos moriens instituit. Hoc quoque excellenter officium implens exhibuit, quando ipse sacerdos, & hostia seipsum in ara crucis propter peccata generis humani obrulit, & proprium sanguinem sancta æterna ingrediens cœlestia & terrena pacificauit. In quo apparet quanta sit excellentia sacerdotalis officij, per quod quotidie in altari passio Christi celebratur, & reus quisque a peccatis conuersus Deo reconciliatur. Quibus omnibus de sacerdotali officio breuiter præctatis admonendi sunt Christi sacerdotes: quatenus sicut excellenti dignitate, sic excellenti vitæ sanctitate: vt plebs eis commissa, atque eorum disciplinis edocta, gratanter eis obediat, & eorum imitatione de die in diem proficiat.

Psal. 44.

N

De episcopis. Cap. XIII.

Sacri canones definiunt nullum in episcopum eligendum, nisi qui prius in sacris ordinibus religiose fuerit conuersatus. Sacros autem ordines Diaconatus & Presbyteratus tantum appellandos censent: quia hos solos primitiua legitur ecclesia habuisse, & de his solis præceptum habemus Apostoli. Subdiaconos tamen quia & ipsi sacris altaribus administrant, oportunitate exigente in episcopos eligi concedunt. Sed rarissime & ipsum non sine Romani pontificis siue metropolitani licentiâ: si tñ spectata sit religionis, & probabilis scientiæ. Ad episcopum specialiter pertinet Basilicarum consecratio, vnctio altaris, & consecratio chrismatis, manus impositio, & communis super populum benedictio.

nedictio. Ipse prædicta officia, & ordines ecclesiasticos distribuit: ipse sacras virgines benedicit. Dū enim præcessit vnusquisque in lingulis, iste præordinator est in cunctis. Nullus episcopus alium in episcopum sine metropolitani consensu consecrare debet: nec metropolitanus ordinare episcopum, nisi tribus ad minimum episcopis presentibus: aliis omnibus, qui in eadem prouincia sunt, episcopis assensum dantibus. Cum vero ordinatur, duo episcopi ponunt & tenent euangeliorum codicem super caput, & super verticem eius: & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangunt. Vngitur autem sacra vnctione caput eius: quia omnis sanctificatio constat in Spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis in ipsa chrisinatis sancti vnctione, & significatur, & confertur. Ordinando autem pontifex manum imponit, Euangelicam vero lectionem diaconus legit, confirmationis autem epistolam notarius scribit. Denique & ordinator & ordinatus in ipsa ordinatione vterque missam celebrare debet. Et hæc quidem forma consecrandis pontificibus à sanctis patribus tradita est.

De Archiepiscopis. Cap. XIII.

P Sed quando archiepiscopus electus ordinandus fuerit, omnes eiusdem prouinciæ episcopi ad sedem metropolitanam conuenire debent, vt ab omnibus ipse ordinetur. Oportet enim vt ipse, qui illis omnibus præesse debet, ab omnibus illis eligatur, & ordinetur: alioquin cassa iudicatur consecratio. Statutum est autem, vt archiepiscopus intra tres menses consecrationis suæ ad fidem suam exponendam, & pallium suscipiendum ad Apostolicam Sedem mittat: quod amplius habere episcopo dignoscitur. Archiepiscopus enim episcopis præest, & pallium portat.

De Summo Pontifice. Cap. XV.

Q Via sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur ecclesijs, atque supra se metropolitanum habere non potest: Cardinales episcopi proculdubio metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum antistitem ad Apostolici culminis apicem prouehunt. Facta autem electione, si forte casus vel violentia aliqua obstiterit: vt is, qui electus est in Apostolica Sede iuxta consuetudinem inthronizari non valeat: electus tamen, quemadmodum statutum est, sicut Papa auctoritatem obtinere debet regendi sanctam Romanam ecclesiam, & disponendi facultates illius.

De cæteris officijs, quæ sunt in clero. Cap. XVI.

R Hi sunt ordines, & ministeria clericorum. Quæ tramen in auctoritatem pontificalem, in archidiaconi curam, & primicerij ac thesaurarij solitudinem diuiduntur.

De archidiaconis. Cap. XVII.

Archidiaconus imperat subdiaconis & leuitis, ad quem ista pertinent ministeria. Sollicitudo parochiarum, & ordinatio, & iurgia ad eius pertinent curam. Pro reparandis diocælianis Basilicis ipse suggerit sacerdoti: ipse inquirat parochias cum iussione episcopi, & ornamenta vel res Basilicarum, vel parochiarum: gesta libertatum ecclesiasticarum episcopo idem refert: collectam pecuniam de communione ipse accipit, & episcopo defert: & cætera quædam episcopalis prouidentie ministeria sub episcopo quasi in partem curæ aduocatus, in causis ecclesiasticis examinandis dispensat.

De primicerio. Cap. XVIII.

Ad primicerium pertinent acoliti, exorcistæ, lectores, atque psalmistæ, id est cantores. Signum quoque dandum pro officio clericorum, pro vitæ honestate: & officium cantandi peragendi solite: lectiones, benedictiones, psalmos, laudes, offertorium, & responsoria: quis clericorum dicere debeat. Ordo quoque & modus psallendi in choro pro solennitate, & tempore. Ordinatio quoque pro luminaribus deportandis: siquid etiã necessarium est pro reparatione Basilicarum, quæ quales sunt in vrbe, ipse denuntiat sacerdoti. Epistolæ episcopi pro diebus ieiuniorum parochianis per ostiarios dirigit. Clericos, quos delinquere cognoscit, ipse distringit. Quos vero emendare non valet, eorum excessum ad agnitionem episcopi defert. Basilicarios ipse constituit, & matriculas ipse disponit. Quando autem primicerius absens est: ea, quæ prædicta sunt, ille exquirat, qui ei aut lege est proximus, aut eruditione his explendis certus.

De thesaurario. Cap. XIX.

Ad thesaurarium pertinent ostiarij, Basilicarum ordinatio, incensi præparatio, cura chrisinatis conficiendi, cura baptisterij ordinandi, præparatio luminarium in sacrificio, & sacrificijs.

Quando, & quomodo ordinatione sint faciendæ. Cap. XX.

Ordinationes autem sacras, scilicet presbyterorum & diaconorum, non nisi certis temporibus fieri debere sancti patres decreuerunt, id est ieiunio quarti mensis, & septimi, & decimi, & initij quadragesimalis, ac medianæ quadragesimæ die sabbati circa vesperam ieiunio celebrato. Quando vero episcopus ordinationes facere disponit: omnes, qui ad sacrum ordinem accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem euocandi sunt ad ciuitatem, vnã cum presbyteris, qui eos præsentare debent. Tunc ergo episcopus è latere suo eligere debet sacerdotes, & alios prudentes viros, gnaros legis diuinæ, & exercitatos in ecclesiasticis functionibus, qui ordinandorum & vitam, & scientiam sine fauoris gratia, aut muneris cupiditate, secundum veritatem diligenter inuestigent: vt sic per tres continuos dies diligenter examinati, sabbato tandem, qui probati fuerint, episcopo consecrandi præsententur. Benedictiones vero pontificum diebus tantum dominicis celebrandas esse sacri canones sanxerunt.

Qua ætate ordinandi sunt, qui ordinantur. Cap. XXI.

De ætate vero ordinandorum talem nobis definitio sacræ scripturæ discretionē reliquit. Vt subdiaconus quidem non ordinetur ante quatuordecim annos: nec diaconus ante viginti quinque, nec presbyter ante triginta: quatenus deinceps, si dignus inuentus fuerit, in episcopum eligi possit.

Quod sine certo titulo ordinandi non sunt sacerdotes. Cap. XXII.

Quod autem sine certo titulo presbyter aut diaconus ordinari non debeat, dicere quid refert, cum etiam si perfectionem ecclesiasticæ disciplinae sequeremur, aliter in clerum assumendus non esset.

Quales sunt eligendi ad sacros ordines, & quales non. Cap. XXIII.

De vita autem, & conditione eorum, qui ad sacros ordines eliguntur, multa nobis patres doctissimi reliquerunt. Nam quid a sacris ordinibus non impediatur eos, qui probatæ fuerint conuersationis placuit definire. Qui a medicorum incisione fortè claudi efficiuntur, vel pro egritudine siue per violentiam abscinduntur: & qui non sponte, sed casu aliquod membrum sibi amputauerunt: si tamen tale fuerit, vt ab opere administrationis non impediatur: & laici, qui non concubinam nec pellicem norunt, nec bigami extiterunt, & in cæteris sine crimine vixerunt: liberi quoque, qui a Dominis suis ita manumissi sunt, vt in eis nullum obsequij ius aut potestatem obseruauerint, & sine crimine vixerint, hos in clerum assumi posse sine contradictione sanxerunt. Publice vero penitentes, criminosos, illiteratos, bigamos, repudiatarum maritos, ex adulterio natos, ab hæreticis baptizatos, & qui seipos absciderunt, a sacris ordinibus arcendos: & energumenos in clerum non recipiendos. Sed & filios presbyterorum ad sacros ordines non admittebunt, nisi quos vel habitus religionis, vel spiritalis vitæ honestas commendat. Penitentes vero, si necessitas exegerit, inter ostiarios deputari, vel inter lectores, ita vt euangelium vel epistolam non legant. Si autem ordinati sunt inter subdiaconos haberi concedunt, ita vt manum non imponant, nec sacra contingant. Penitentes autem dicimus eos, qui post baptismum pro homicidio, aut

pro diuersis criminibus, aut grauissimis peccatis, publicam gerentes penitentiam sub cilicio, diuino fuerint altario reconciliati. Similiter transmarinos, & incognitos homines, siue clericos aliarum ecclesiarum, neque ordinari, neque ordinatos recipi concedunt, sine commendatitijs literis episcoporum suorum.

Qua ratione mutatio possit fieri ordinatorum. Cap. XXIII.

Mutatio episcoporum de suis locis ad alia loca nulla ratione debet fieri, nisi pro magna utilitate, vel necessitate cogente. Et hoc quidem non per ipsos fieri oportet, sed consilio & inuitatione coepiscoporum, atque authoritate Romani pontificis. Mutatio similiter clericorum siue presbyterorum non sine magna discretionem fieri debet, cum consilio & authoritate episcoporum suorum. Clericum etiam in ecclesijs duarum ciuitatum ascribi sacri canones vetant. Presbyteros quoque relicta cura ecclesiarum suarum perfectionem suscipere, siue ad orationes, siue quolibet, inconsulto episcopo non oportere restantur. Determinant quoque quæ sint, quæ necessario presbyteros scire oportet, scilicet librum sacramentorum, lectionarium, baptisterium, computum, canonem penitentialem, psalterium, homilias per circulum anni dominicis diebus, & singulis festiuitatibus aptas: & multa alia, quæ de vita, & conuersatione sacrorum ordinum, vel rationabiliter dicta sunt, vel necessario faciendæ.

INCIPIT QUARTA PARS de indumentis sacris.

Quot, & quæ sunt indumenta sacra. Cap. I.



Non oportet Christi sacerdotes, & ministros: quoniam idcirco singularis eis in sacro ministerio habitus attribuitur: vt per id, quod foris apparet, quales intus esse debeant, ostendantur. Sacrarum autem vestium ritus, partim a veteri testamento assumptus est, partim a patribus noui adiectus. Legimus, quod Moyses Aaron fratrem suum cum filijs suis ad ostium tabernaculi testimonij sanctificandum applicuit, & lotum aqua, tunica byssina vestiuit, deinde zona præcinxit, & vestiuit eum tunicam interiorem, & imposuit ei superhumeralis, & cinxit eum secundum facturam superhumeralis, & imposuit super eum logion, id est rationale, in quo erat manifestatio & veritas, sed mitram imposuit super caput eius, & super mitram in fronte ipsius laminam auream, in qua scriptum erat nomen Dei. Septem si prædicta enumeres instrumenta pontificalis ornatus inuenies,

Leu. 18.

uenies scilicet tunicam interiorem, superhumera-
le, rationale, mitram, & laminam auream: quibus si
feminalia linea, quæ ritu sacro circa renes pontifi-
cis stringebantur adieceris, octo sunt sacerdotalia
indumenta.

De tunica byssina. Cap. II.

Tunica byssina est, quæ græce poderis, id est ta-
laris appellatur: quia a collo usque ad talos ex-
tenditur: quæ in nouo quidem sacerdotio non de
byssis solum, sed etiam de lino contextitur: quæ mem-
bris corporis modificata atque aptata, nihil super-
fluum aut dissolutum in vita sacerdotis esse debere
ostendit. Hæc ob speciem candoris nomen Albæ
fortitur, quo munditiam significat ministrorum
Dei. Sicut scriptum est. Byssinum sunt iustificatio-
nes sanctorum. Caro quippe hominis munditiam,
quam ex natura non habet, studio bono adnitente
acquirat per gratiam: ut secundum Apostolum mi-
nister Christi, corpus suum castiget, & in seruitutem
redigat: quemadmodum byssus vel linum candorem,
quem ex natura non habuit, per studium &
industriam multis tunctionibus, & quasi quadam
vexatione attritum acquirit.

De zona. Cap. III.

Hæc vestis id est tunica linea circa renes forti-
ter astringitur, ut castitas sacerdotis nullo in-
centiuorum æstu dissoluatur, sicut scriptum est. Sint
lumbi vestri præcincti. Vestis quippe candida mun-
ditiam, zona vero continentiam signat: ut illic non
sordescat, hic non effluat vita spiritalis. Hæc zona in
veteri testamento quatuor coloribus distincta inue-
nitur. i. bysso, purpura, hyacintho, cocco: quos varia
interpretatione siue ad quatuor elementa, quo-
rum complexione natura humana constat: ut totum,
quod hominis est, stringatur & cohibeatur a fluxu
vitiatorum: siue quatuor principales virtutes animi,
quibus homo ex omni parte cingi debet & muniri,
referendos existimant.

De feminalibus lineis. Cap. IIII.

Ob eiusdem castitatis & continentiae signum,
quæ per tunicam & zonam designatur: hoc est
et, quod inter cætera sacra indumenta feminalia linea
circa renes ad sacrum ministerium ingredientium
applicari iubentur: non tam ad turpitudinis velandam
(quæ solitis quotidiani vsus indumentis tegebatur)
necessitatem, quam ob conferuandam castitatis, &
munditiæ significationem. Neque vero existiman-
dum in illo priori populo viros discooperta, aut non
velata carne pudoris solitos incedere: ut intraturi
ad sancta tunc demum verenda tegere iuberentur.
Sed voluit sermo Dei in sacro officio ministros Dei
ad regenda infirma corporis proprium ac singula-
operimentum habere: ut per hoc ostenderet pudici-
tiam & castimoniam illorum, præcipue cum sancta
tractarent, vnicam & singularem esse debere. Vnde
ministri noui sacerdotij, hoc operimentum in sa-

cro officio singulare non assumunt, quibus est iniun-
cta seruanda castitatis quotidiana necessitas, sicut
quotidie est offerendi concessa potestas. Ministri ve-
ro veteris figuræ, tempore offerendi sacrificij femo-
ralia sumunt: quæ ministerio expleto iterum sol-
uunt, quoniam a contactu carnis vetus lex sancta
tractaturos prohibuit: quos rursus expleta vice ad
operam carnalis commercii relaxauit. Reliqua autem
duo, id est tunica linea, & zona, veteris & noui
testamenti sacerdotibus communia esse noscun-
tur: quauis nostrum sacerdotium zonam quatuor
coloribus intertextam non requirat, fortassis super-
stitionis vitandæ causa aut inopia artificij inductum,
contentum pura ac simplici continentia.

*De interiori tunica, siue hyacinthina.
Cap. V.*

Sequitur quartum indumentum, tunica interior,
siue hyacinthina, qua in veteri, & in nouo testa-
mento soli vtuntur pontifices. Et merito pontifex
duabus induitur tunicis, qui debet de thesauro suo
proferre noua & vetera: propter quod & ipsa tuni-
ca secunda interior appellatur, vel hyacinthina, cuius
color speciem cæli sereni imitatur: ut per hoc
intelligi detur, quod pontifex plus debet de cælestibus
cogitare, quam de terrenis. Rectus ordo: prius in
tunica, linea, & zona, & feminalibus exprimitur
munditia carnis: deinde per tunicam interiorem
vel hyacinthinam significatur munditia cordis.

De superhumerali. Cap. VI.

Quinta vestis est superhumeralis, quod hebraice
vocat Ephod. Hoc in testamento veteri
soli pontifices utebantur, eisdem quibus & zona
fuerat distincta coloribus. Sub gratia autem hoc
vestimentum tam sacerdotibus, quam pontificibus
commune est. Quod autem per quatuor colores in
zona significari diximus, id ipsum in superhumera-
li per eosdem quatuor colores significatum inueni-
mus. Significat autem superhumeralis fortitudinem
operum, & patientiam laborum, pro eo quod ad
portanda onera humeri supponuntur. Idcirco in
ipso superhumerali duobus lapidibus pretiosis:
quorum vnus a dextro humero, alter vero a sinistro
superpositus fuerat: nomina duodecim patriarcharum
in scripta erant: sex in vno, & sex in altero: quia
per nomina patriarcharum memoria sanctorum in-
telligitur, quam sacerdos a dextris & a sinistris. i. in
prosperis & aduersis cordi impressam semper ha-
bere & portare debet. Nostrum vero sacerdotium
superhumeralis similiter intextum non habet ut ve-
tus, pro eo quod Christiana religio magis simplici
veritati studere debeat, quam superstitioni.

*De rationali, quod græce logion dicitur.
Cap. VII.*

Sequitur deinde rationale siue logion, quod pe-
nitenti potestatis superimponitur, ut in eius corde
sapientiam, & discretionem inesse debere ostenda-
tur.

Tur. In ipso autem rationali posita sunt manifestatio
& veritas, ut in doctrina sua pontifex nec aliud,
quod veritas suggerit, efficere presumat: neque id quod a ve-
ritate itus hauserit, ratione & opere approbare, & ma-
nifestare desinat. Notandum vero, quod adiuuante
concatenatur rationale & superhumeralis: quia
coherere & concordare debent ratio & opera, ut
quod mentis intellectu percipimus, opere implea-
mus. Deinde etiam quia non prius rationale quam
superhumeralis nominatur: quoniam in schola vir-
tutum opera præcedunt, ut sapientiam apprehen-
das, sicut scriptum est. A mandatis tuis intellexi. Et
iterum. Quæ cepit Iesus facere, & docere. Postea
manifestatio sequitur post rationale, ne docere præ-
sumas, quod prius non didiceris. Huic etiam con-
cordat, quod in ipso rationali duodecim lapides
inerti erant duodecim patriarcharum nomina in-
scripta in se continentes: quia pontifex sanctorum
patrum exempla impressa memoriæ habere de-
bet, & secundum ipsa facta sua moderari.

*De mitra, quæ cidaris dicitur vel tiara, & de
lamina aurea. Cap. VIII.*

Post cætera ornamenta superimponitur capiti
pontificis mitra, quæ alio nomine cidaris vel
tiara vocatur: quæ quinque sensuum, qui in capite
sedem habent, regimen significatur. Minister ergo
bene vitam suam regens, caput suum Christum or-
nat. Quia autem sicut ait Apostolus: caput Christi
Deus est: conuenienter ornamento capitis, nouis-
sime lamina aurea superimponitur, cui inscriptum
est nomen Dei, quod hebraice ineffabile vocatur.
Ut per hoc significetur Deum sicut conditorem
omnium, ita etiam rectorem esse vniuersorum, &
ad honorem & gloriam eius referendum quicquid
a sacerdotibus, & ministris sacris bene fuerit dis-
pensatum. Hæc igitur indumenta octo esse debere
Moyses in Exodo constituit. Sed in Leuitico de eis-
dem indumentis tractans de octauo. i. de feminali-
bus tacuit: fortassis quia ad genitalia nostra & ve-
recunda lex manum non mittit, qui voluntarium
Deo castitatis sacrificium offerre debemus: sicut
scriptum est. De virginibus præceptum Domini
non habeo. Et ipse Deus de voluntariis eunuchis
loquens adiecit. Qui potest capere capiat. Ac si di-
ceret. Feminalibus ego non vestio, nec cuiquam ne-
cessitatem impono. Qui vult esse sacerdos, ipse se
vestiat: & ingressurus ad sancta, ad uerenda tegenda vo-
luntarie munimentum castitatis assumat. Notandum ve-
ro, quod sacerdotibus inferioris ordinis neque tuni-
ca datur hyacinthina, neque superhumeralis, ne-
que rationale, neque lamina aurea: quibus soli
vtuntur pontifices. i. summi sacerdotes: sed tantum
poderis, & mitra, & zona, qua stringitur poderis ip-
sa. i. tunica byssina: quia funguntur quidem sacer-
dotio, sed non in illa dignitate, qua funguntur sa-
cerdotio, qui octo indumentis decorantur.

De indumentis noui sacerdotij. Cap. IX.

Hæc sunt autem indumenta, quæ a veteri in-
strumento nouum sacerdotium assumpsit.

Tunica linea, zona, superhumeralis, tunica interior,
rationale, & mitra: sed tunica interiori, & rationa-
li soli vtuntur pontifices. Laminam auream nouum
sacerdotium non habet, pro qua nunc fronti-
bus fidelium signum crucis imprimitur: quoniam
auro legis sanguis euangelij pretiosior est.

De stola vel orario. Cap. X.

Hæc sunt, quæ veteribus noua institutio adiecit.
Stola, quæ alio nomine orarium vocatur: quæ collo sacerdotis superimponitur, ut etiam
iugum Domini assumptum significet: quæ a collo
per anteriora descendens dextrum latus ornat & si-
nistrum, ut doceat ipsum per arma iustitiæ a dex-
tris & a sinistris, id est in prosperis & in aduersis
debere esse munitum: sicut scriptum est. Patientia
vobis necessaria est, ut reportetis promissiones. Et
iterum. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus
erit. Inde est, quod stola cum zona poderis
quibusdam nexibus colligatur: quia virtutes virtu-
tibus sociantur, ne aliquo tentationis impulsu mo-
ueantur.

De planeta vel casula. Cap. XI.

Sicut igitur sacerdote Domini ornato, per tunicam
munditia, per zonam continentia, per superhu-
merale iustitia, per stolam patientia: cunctis postre-
mo casula superponitur, quæ charitatem significat:
sicut scriptum est. Adhuc excellentiorem viam vo-
bis demonstro. Si linguis hominum loquar & an-
gelorum, charitatem autem non habeam, nihil
sum &c.

*De mappula vel manipula.
Caput. XII.*

Quia vero mentibus bene compositis, & di-
uino cultui mancipatis aliquoties negligentia
subrepat: necesse est, ut ad eam detergendam
iugis adhibeatur diligentia, qua velut quædam ab
oculis demergens pituita sapienter emundetur. Pro-
pter quod in sinistra manu quædam apponitur
mappula, quæ saepe fluentem oculorum pituitam
tangat, & oculorum lippitudinem abstergat.

De dalmatica. Cap. XIII.

Vtuntur præterea leuitæ alio indumento, quod
dalmatica dicitur: a regione quidem, ubi pri-
mus eius vsus institutus putatur, nomen a colobio
vero, quo Apostoli, & quidam Apostolorum suc-
cessores leguntur, adiectis manicis formam trahens.
Significat autem dalmatica propter sui iatitudinem
curam proximorum, quæ se extendit per dilectio-
nem, ut pluribus proficiat. Ad vnum ergo finem
tendit, & significatio dalmaticæ in leuitis, & signi-
ficatio casulæ in presbyteris: quia vtrisque cura &
solicitude proximorum iniungitur, per dilectio-
nem adimplenda.

De sandalijs, & caligis byssinis siue lineis.

Cap. XIII.

Luc. 8.

VTuntur autem episcopi, & Cardinales presbyteri sandalijs, quae calciamenta sunt praedicatorum. Habent autem haec desubtus soleam integram, ne pes terram contingat: desuper vero constant ex corio per loca perforato: quia gressus praedicatorum & subtus muniti esse debent, ne terrenis polluantur: & desuper aperti, ut ad caelestia cognoscenda reuelentur. Quod autem locis quibusdam aperiuntur, hoc significat, quod euangelica praedicatione nec omnibus reuelari debet, nec ab omnibus abscondi: sicut scriptum est. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis. Illic quippe sandalia aperiuntur, ubi mysteria regni Dei cognoscuntur. Prius autem quam sandalia in pedibus assumant, induuntur caligis byssinis, vel lineis usque ad genua protensis, & ibidem costrictis: per quod significatur, quod rectos gressus debent facere pedibus suis, & genua debilia, id est negligentis resoluta roborare: & sic ad praedicandum euangelium festinare.

De baculo episcopi, & annulo.

Cap. XV.

VTuntur pontifices baculis, & annulis. Baculus per rectitudinem suam iustitiam significat platorum, qua subiectos regere debent. Qui idcirco subtus acumen habet, ut rebelles per increpationem pungat: desuper recuruus est, ut per consolationem mites trahat. Annulus sacramentum fidei significat, quo sponsa Christi ecclesia subarrhata est: cuius custodes praedagogi episcopi sunt, & praelati, pro signo ferentes hoc in testimonium illi.

De pallio archiepiscopi. Cap. XVI.

Archiepiscopi utuntur pallio, quod significat torquem auream, qua solebant legitime certantes accipere. Circulo autem, quo humeri constringuntur, timor & disciplina Domini intelligitur, quo se & subditos sibi regere debent. Per duas vero lineas ex utraque parte, id est ante & retro a summo deorsum pendentes, praedicatione utriusque testamenti, vel dilectio Dei & proximi figuratur.

De vasis sacris. Cap. XVII.

Hec autem sunt, quae de vasis sacris in ministerio diuino breuiter attingimus. Ara crucem significat, Calix sepulchrum, Patena lapidem, Corporalis palla syndonem, qua inuolutum est corpus Christi.

INCIPIT QUINTA PARS.

De dedicatione ecclesiae. Cap. I.

Post ordines quos in prima parte ecclesiasticae administrationis posuimus, ad sacramentorum

considerationem transimus. Et primum quidem de sacramento dedicationis ecclesiae, in qua caetera omnia sacramenta celebrantur, loquendum nobis videtur. Superius in ea, quam generaliter de sacramento praemissimus, tractatione, distinximus sacramenta, alia esse salutis, alia administrationis, alia exercitationis. Prima ad remedium, secunda ad officium, tertia ad exercitium. Et illa quidem, quae administrationis siue praeparationis sunt, ordinibus coherent: quoniam & ipsi ordines sacramenta sunt, & quae circa ordines considerantur, qualia sunt indumenta sacra, & vasa, & caetera huiusmodi. Haec omnia, quia (ut dictum est) circa ipsos ordines considerantur, diuisim tractari non debuerunt. Alia vero sacramenta omnia, ad quae conficienda & sanctificanda vniuersa haec quasi quaedam instrumenta praemissa sunt, subsequenter tractari exposcunt. Et primum sicut dictum est de dedicatione ecclesiae, quasi de primo baptismo, quo ipsa quodammodo ecclesia primum baptizatur, ut in ea postmodum homines ad salutem regenerandi baptizentur. Quasi enim primum sacramentum in baptismo cognoscitur, per quod fideles omnes inter membra corporis Christi per regenerationis nouae gratiam computantur. Idcirco hoc primum tractandum occurrit. Primum in dedicatione figuratum ecclesiae, deinde in sanctificatione animae fidelis exhibitum. Quod enim in hac domo orationis visibiliter per figuram exprimitur, totum in anima fidei per inuisibilem veritatem exhibetur. Ipsa enim verum templum Dei est confederatione virtutum, quasi quadam structura lapidum spiritualium aedificata: ubi fides fundamentum facit, spes fabricam erigit, charitas consummationem imponit. Sed & ipsa ecclesia ex multitudine fidelium in vnum congregata, domus est Dei viuis lapidibus constructa, ubi Christus fundam. angulare positus est, duos parietes Iudaeorum & Gentium in vna fide coniungens. Huius itaque sacri, quod in dedicatione ecclesiae exhibetur, formam primum proponimus: ut deinde mysticam intelligentiam fidei, quae in illo format, exquiramus.

De his, quae visibiliter aguntur in ea.

Cap. II.

Primus pontifex aquam benedicit, typicum sal admiscens, deinde ecclesiam ipsam extrinsecus tergyrando aspergit, clero & populo subsequente. Interim vero in circuitu dedicandae ecclesiae intrinsecus duodecim accensa sunt luminaria. Per singulas autem vices ad portam basilicae veniens (quam ob sacri figuram clausam esse oportet) percutit virga pastoralis superliminare ipsius dicens. Tollite portas principes vestras, & eleuamini porta aeternales, & introibit rex gloriae. Cui diaconus intus positus responderet. Quis est iste rex gloriae? Pontifex autem. Dominus virtutum ipse est rex gloriae. Tertia demum vice referato ostio intrat pontifex cum clero & populo dicens ter: Pax huic domui. Deinde cum sacerdotibus, & leuitis, & clericis ad orationem prosternitur per sanctificationem ipsius domus dedicandae. Postea consurgens ab oratione nondum salutans populum dicendo Dominus vobiscum:

Ruth. 2. vobiscum: tantummodo hortatur cunctos ad orandum. His completis incipit de sinistro angulo basilicae ab oriente per pavementum scribere alphabetum usque in dextrum angulum occidentis, atque iterum a dextro angulo orientis usque in sinistrum angulum occidentis. Dehinc ad altiora conscendit, & stans ante altare Deum sibi in adiutorium inuocat dicens. Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. Sicut erat in principio, & nunc & semper &c. sine alleluia. Post hoc aquam benedicit, salem & cinerem admiscens: & faciens ter signum crucis super ipsam: cui mixtura vinum etiam additur. Post haec tingit digitum in aqua, & facit crucem per quatuor cornua altaris. Inde venit ante altare, & circuiens aspergit illud septem vicibus, aspersorio facto de hyssopo. Circuit dehinc totam ecclesiam, intrinsecus aspergens parietes ipsius eadem aqua faciens hoc & tertio. Interim vero cantatur psalmus, Exurgat Deus, cum antiphona. Cantatur etiam antiphona. Qui habitat in adiutorio Altissimi. Circuit interim ipse pontifex, transiens per mediam ecclesiam & cetera: Domus mea domus &c. Eriterit. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiae laudabo te. His autem peractis pontifex se ad orationem confert, petens ut omnes, qui eandem domum oraturi intrauerint, exauditos se esse gaudeant. Completa itaque expiatione conuertitur ad altare incipiens antiphonam, Introibo ad altare Dei: cum ipso psalmo: & quod reliquum est de aqua purificationis ad basim altaris effundit. Deinde ipsum altare linteo extergitur: & Pontifex incensum defert super illud. Poitea facit crucem in medio altaris, & per quatuor angulos eius, de oleo sanctificato. Deinde in circuitu ecclesiae duodecim cruces chrismantur in parietibus, ab ipso Pontifice tres per singulos figuratae. Reuersus deinde iterum ad altare, accensum thus super illud offert in modum crucis: & sic peracta denique consecratione ipsum altare albis velaminibus operitur.

Quod sit mysterium supradictorum. Cap. III.

Multa in his omnibus latent profunda mysteria, ex quibus pauca ad memoriam excitanda attingimus. Domus dedicanda, anima sanctificanda est. Aqua poenitentia est, sordes abluens peccatorum. Sal sermo diuinus, increpatione mordens, & cordis corda insipida. Trina asperio trina mensio est purificandi per aquam. Duodecim luminaria Apostoli sunt, ecclesiam per quatuor mundi partes illuminantes, & crucis mysterium per totum mundum efferentes. Pontifex Christus est. Virga potestas. Trina superliminaris percussio, caeli, terrae & inferni damnatio. Interrogatio inclusi ignorantia populi: Apertio ostij sublatio peccati. Pontifex ecclesiam ingrediens pacem domui imprecatur, quia Christus mundum ingrediens pacem inter Deum & hominem fecit. Prostratus per sanctificationem domus orat, & Christus humiliatus pro discipulis, & pro credituris omnibus patrem orabat dicens: Patris sanctifica eos in nomine tuo. Surgens autem ab oratione populum non salutatur, quoniam qui

nondum sanctificati sunt, applaudendum non est ipsis, sed orandum pro ipsis. Descriptio alphabeti, simplex doctrina fidei. Pavimentum cor humanum. In pavimento alphabetum describitur, quoniam carnalis & rudis populus prima ac simplici doctrina fidei initiatur. Ductus a sinistro angulo orientis in dextrum occidentis, & iterum a dextro angulo orientis in sinistrum occidentis, formam crucis exprimit: quae mentibus hominum per fidem euangelice praedicationis imprimitur: & quia primum fides in Iudaeis fuit, & postea ad Gentes transiit: & rursus in fine cum plenitudo Gentium intrauerit: tunc

Ro. 11.

B

Gen. 48.

B

ois Israel saluus erit. Vtriusque ergo populi collectio: nec hi duo versus significant in crucis effigie copacti: hoc est quod Iacob filios Ioseph benedicens, cancellatis manibus formam crucis exprimit: dextram manum super caput Ephraim, & sinistram super caput Manasse posuit: quia priori populo abiecto, iunior ad dextram collocatus est. Cabaica siue virga pastoralis, qua scriptura figuratur, ministerium significat doctorum, quorum studio & praedicatione & conuersio Gentium facta est, & perficienda est Iudaeorum. Quae stans ante altare, Deum in adiutorium vocat: significat eos, qui precepta fidei cognitione, sed ad bona opera, & ad lucram contra inuisibiles hostes accingunt: & quia de suis viribus minime presumunt, diuinum auxilium sibi adesse deposcunt. In quo quia certatum labor exprimitur, quasi inter suspiria & gemitus nondum aliam noiam. Post haec aqua benedicitur cum sale & cinere, addito vino aquae mixto. Aqua populi est, sal doctrina, cinis passionis Christi memoria, vinum aqua mixtum Christus Deus & homo. Vinum diuinitas, aqua mortalitas. Sic enim populus sanctificatur doctrina fidei, & memoria passionis Christi, vnitus capiti suo Deo & homini. Post haec ecclesia intus aqua sanctificata aspergitur, ut & intus & exterius anima sanctificanda ostendat. Aspersorium hyssopi humilitatem Christi significat, qua aspersa sancta mundatur ecclesia. Circuit pontifex altare, & ecclesiam totam aspergendo: quasi omnes lustrando, & curam impendendo omnibus verbo, & exemplo commens se praebens vniuersis. Propter quod etiam opus oratione consummat, orans ut exaudiantur ibi iusta petentes: quoniam opus hominis sine diuino adiutorio esse potest, fructuosum esse non potest. Nouissime completa expiatione pontifex ad altare conuertitur, quod reliquum est de aqua purificationis ad basim eius effundens: quasi committens Deo quod superest vires suas excedens in perfectione sacri ministerij. Dehinc linteo altare extergit. Altare Christus est, super quem offerimus patri nostrae deuotionis munus. Linteum caro eius, rursionibus passionis ad candorem incorruptionis perducta. Incensum orationes sanctorum significat. Oleum autem gratiam sancti spiritus demonstrat, cuius plenitudo in capite praecessit, dehinc participatio ad membra defluxit. Propter hoc a sacro altari duodecim cruces parietibus chrismantur: quia spiritualis gratia a Christo in Apostolos descendit, ut crucis mysterium per quatuor mundi partes cum fide Trinitatis praedicarent. Candidum velamen, quo post consecrationem altare operitur, gloriam incorruptionis designat, qua post passionem corrupta mortalitate Iesu humanitas induta est: sicut scriptum est. Concidisti faciem meam, & laticia me circumdediti.

INCIPIT SEXTA PARS, De sacramento baptismi.

Quare sit primum, & quae de eo inquirenda. Caput Primum.



Acramētum baptismi primum est inter omnia sacramenta, in quibus salus constare probatur. De ipso nanque Dominus dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nō potest introire in regnum cœlorum. Et iterum. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Hæc sunt igitur, quæ de sacramento baptismi principaliter inquirenda proponimus. Primum, quid sit baptismus. Secundum, quare institutus sit baptismus, vel quare circūcisio mutata sit, & cætera quædam veteris legis sacramenta. Tertium, quando institutus sit baptismus: & de tribus temporibus. Primo, quando circūcisio statum habuit ante baptismum. Vltimo, quando baptismus statum habuerit post circūcisionem. Medio, quando circūcisio & baptismus simul cucurrerūt: altera vt finiretur, alter vt cōfirmaretur. Itē, quando homines obligari cœberunt præcepto suscipiendi baptismi. Item, quid distat inter baptismū Ioānis, & Christi. Item, quæ fuerit forma baptismi Ioannis. Item, quæ sit forma baptismi Christi. Itē, vtrum nullus saluari potest, nisi actualiter percepto sacramento baptismi. De his omnibus multa quærenda restant, sed nos interim pro tempore pauca secundum nostram possibilitatem prosequamur.

Quid sit baptismus, & de nomine Dei, in quo sit baptismus: & de fide. & verbo sanctificante. Cap. II.

SI ergo queritur quid sit baptismus: dicimus, quod baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbum Dei. Aqua enim sola elementum esse potest, sacramentum esse non potest, donec accedat verbum ad elementum, & sit sacramentum. Per verbum enim elementum sanctificatur, vt virtutem sacramenti accipiat. Vt quemadmodum elementum ex naturali quadā qualitate representat, ex superaddita instōne significat: sic ex sanctificatione contineat (quæ sanctificandis per eam imperianda est) gratiam spiritualem. Verbum aut, quo elementum sanctificatur, vt sit sacm, ipsum intelligimus, de quo dictum est. Ite docete oēs gentes, baptizates eos in noīe patris, & filij, & Spiritus sancti. Nomen ergo patris, & filij, & Spiritus sancti, ipsum est verbum Dei, per quod sanctificatur elementū, vt sit sacm. Et recte per verbum Dei sanctificant, quæ per verbum Dei creata subsistūt. Ipse dixit, & facta sunt. Per verbum creare potuit, & per verbū sanctificare non potuit. Quibus per verbum subsistentiā dedit, putas quod per ipsum verbum grām apponere nō possit? Ne ergo mireris, si per verbū Dei sanctificatur: quod ad remediū salutis institutum est

facm. Sed forte dicit cogitatio tua: quod est istud verbum Dei? Quod est hoc nomen patris, & filij, & Spiritus sancti, in quo baptizari iubemur? Nunquid vocem aliquam hoc cogitare oportet, & sonū ad aures humanas prolatum? Si vocem aliquam intelligi oportet nomen Trinitatis: ipsam quā aut qualē intelligi oportet? Si dicimus, quod hæc vox Deus in noīe isto intelligenda est: cōsequens est, vt vbi sonus iste super aquam sanctificandā prolatus non fuerit, sacm baptismi esse non possit. Quid ergo? Merfisti hominem, & dixisti. Baptizo te in noīe patris, & filij, & Spiritus sancti. Et dicis mihi. Christianus est hic homo. Baptizatus est in noīe patris, & filij, & Spūs sancti. Ego illum merfisti tertio in aquā. Ego dixi, cum mergerē illum. Baptizo te in noīe patris, & filij, & Spūs sancti. Ego igitur testis assuio, quod baptizatus est hic in noīe patris, & filij, & Spiritus sancti. Baptizatus est in noīe Trinitatis. In quo noīe? Tu mihi dixisti, quod nomen Trinitatis est Deus. Hoc nomen ego hic nō audiui cū dixisti. In noīe patris, & filij, & Spiritus sancti. Quod ergo nomen dicere voluisti? Dixisti te baptizare in noīe patris, & filij, & Spūs sancti. Et illud nomen, de quo dixisti, non dixisti: quō ergo sanctificata est aqua in noīe, quod dictum non est? Quod si putas te in hoc dixisse nomen patris, & filij Spūs sancti: quod dixisti in noīe patris, & filij, & Spūs sancti: & sic esse intelligendum in noīe patris, & filij, & Spūs sancti pro eo quod nomen patris ibi dicitur, in eo quod patris dicitur: & nomen filij ibi dicitur, in eo quod filij dicitur: & nomen Spiritus sancti ibi dicitur, in eo quod Spūs sanctus dicitur: ergo multa sunt noīa nō vnum nomen. Ego præceptum Dñi accepi, vt baptizarem in noīe patris, & filij, & Spiritus sancti: tu aut in nominibus multis baptizasti. Pater, & filius, & Spūs sanctus: tria noīa sunt, & trium noīa sunt: non vnum nomen, nec vnius nomē. Quia tres vniuersi non sunt, quibus vnum sint tres. Ipse vero non dixit in noīibus: sed in noīe (inquit) patris, & filij, & Spūs sancti: quia vnum est nomen, vbi est vna natura, vna substantia, vna diuinitas, vna maiestas. Hoc nomē aut est, in quo oēs saluos fieri oportet. Velim ergo, vt mihi ostendas vbi protuleris hoc vnum nomen patris, & filij, & Spūs sancti, cum mergens hominem dixisti. Baptizo te in noīe patris, & filij, & Spiritus sancti. Si ergo tale aliquid in cogitatione concipias, & doceri exoptules: quod sit nomē patris, & filij, & Spūs sancti, in quo baptizamur, & remissionē peccatorum consequimur: ego diligentia fidei tuæ nequaquam contemnendā existimo. Quō, n. in ipso noīe baptizare possumus, si ipsum nomen ignoramus? Clamamus quotidie: sanctificet nomen tuū. Sed quō in nobis sanctificat, si a nobis ignorat? Et si vocem sanctificari petimus dicat qui potest: quō in voce saluari rogamus? Deus (inquit) in noīe tuo saluum me fac. Si igitur in voce salus est: ergo tacentes, vel potius loqui non valentes saluari non possunt: quia loqui non possunt. Quis hoc dicat? Ergo nomen Dei, in quo nos sanctificari & saluari oportet, extra vocem, quætere oportet; ne forte si illud in sola voce ponimus, scandalum veritati faciamus. Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Ergo vbi noīa est, ibi nomen est; quia & ipsa noīa nomen

nomen est. Dicit aliquis. Magni nominis est homo ille, & homo ille magnum nomen habet in populo. Forte quia multas syllabas habet nomen eius, id magnum est nomen eius. Ergo nomen Dei paruum est, quia duas syllabas tantum complectitur, & duas syllabas formatur nomē Dei. Vides modo vbi sit magnitudo nominis Dei. Vbi. n. magnitudo nominis est, ibi & ipsum nomen considerare oportet. Si ergo magnitudinē nominis, magnitudinem famæ, & notitiæ magnitudinē conuenienter intelligimus: nomē ipsum, ipsā famā, & notitiā magis quam vocē aliquā, vel sonū vocis ad aures venientē intelligere debemus. Ergo fama eius, & notitia eius ipsum est nomē eius. Et rursum ipsa notitia eius non est aliud quam fides eius: quia per fidē solā nunc interim cognoscitur Deus, postmodum et cognoscendus per spēm. Fides ergo Dei ipsa est nomē Dei, per quod nunc in hominibus notitia eius habet, vbi adhuc ab hominibus præsentia eius non videtur. Puto iam obscurū vel ambiguū non esse, quæadmodum in noīe Dei saluat, quod in eo quod de ipso sentire potuit, & sentiendo credit: iustificat, & iustificatus liberat. Rursus qualiter nomen Dei sanctificatur, quoniam ab ijs, a quibus cognoscitur, Deus honorat: hoc dubiū non est, si ei, quem iam perfidē cognoscere meruimus, casti timoris & dilectionis reuerentiā exhibemus. Quid tibi videtur? Si nomē Dei est notitia eius, & fides eius in nobis est: nonne in noīe eius baptizantur, qui in fide baptizantur patris, & filij, & spūs sancti? Hoc est. n. vnum nomen, & vnius nomen: quo Trinitas predicat, & vnitas non negat. Quoniam ergo baptizas in fide patris, & filij, & spūs sancti, in noīe patris, & filij, & spūs sancti. Et hoc nomen. i. hanc fidē confiteris cum dicis. Baptizo te in noīe patris, & filij, & spūs sancti. Vt impleat, quod scriptū est. Corde creditur ad iustitiam: ore aut confessio fit ad salutem. Sed forte quia dixit Dominus Iesus Christus. Baptizate in noīe patris, & filij, & spūs sancti. Si ipsum nomen notitia, & fides intelligenda est Trinitatis: sufficit ad formam sacri complendam, & sanctificationem perficiendam sine verborum platione cū sola fide baptizandum immergere. Qui. n. dixit, vt in fide Trinitatis homines baptizarentur: non quid dicatur docuit, sed quid credatur, ostendit. Quæppe forte in sanctificatione sacri fidei professio super uacua esse videat, oportet nos in eo, quod dictum est in noīe patris, & filij, & spūs sancti, amplius aliquid intelligere, quam si dictum fuisset, in fide patris, & filij, & spūs sancti. Plus. n. aliquid habet vñ nomen, quam fides. Nam fides intrus est, & latet occulta, donec nominari incipiat, & venire in manifestationē. Tūc quippe nomen esse incipit, quoniam nominari incipit & notificari, vt cognoscatur. Et sic quidem in nomine patris, & filij, & spūs sancti baptizamur, quoniam baptizamur in confessione fidei patris, & filij, & spūs sancti. Ipse. n. dixit. Ite docete oēs gentes, baptizates eos in nomine patris, & filij, & spūs sancti. Docete, & baptizate. Si tingis, & taces: tingis, & non doces. Habes baptizate, sed docete non habes. Crede ergo, & confitere: loquere, & merge: vt in confessione lauentur, quæ mundanda sunt. Sed forte queris ipsam professionis fidei formā in perficiendo baptismatis sacramento, qualem intelligi oportet

teat. Ad quod breuiter respondendum puto: illam esse baptizandi formam, quā Dominus Iesus Christus cum discipulos suos ad baptizandum omnes gentes mitteret tradidit dicens. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Ergo recte feceris: si quod ille præcepit, tu confiteris. Ille iussit vt in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizares. Tu mergis hominem, & dicis: Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Bene sequeris formam institutionis diuinæ: facis quod iussit: profiteris quod instituit. Sed dicis: Quid ergo? Si quis forte per ignorantiam sine cōscientia erroris, horum verborum formam non tenens, tamen cum plena fide hominem baptizaret, dicens. Baptizo te in nomine patris omnipotentis: siue in nomine filij Dei: siue in nomine Spiritus sancti: siue etiam quod in actibus Apostolorum legimus: in nomine Domini nostri Iesu Christi: siue aliud aliquid simile: quod quidem quantum ad expressionē vocis a supradicta dicendi forma diuersum esset, sed quantum ad professionem veritatis non esset contrarium. An ne verum baptismatis sacramentum in illo constare deberet? Poterant fortasse ad hanc quæstionem tuam soluendam plurimæ hincinde rationes conduci & ostendi: quod ubi eadem fides constat, diuersitas sermonis ab ipsa duntaxat sinceritate & vnitate fidei non discrepans, nihil officiat. Sed in hac parte visum est mihi auctoritate potius, quam mea ratione interrogationi tuæ respondendum. Beatus Ambrosius in libro, quem de Trinitate scripsit, sic ait. Illi, qui negauerunt se scire Spiritum sanctum, quamuis baptizatos se dicerent in Ioannis baptismo, baptizati sunt postea: quia Ioannes in remissionem peccatorum, in aduentus Iesu, non in suo baptizauit nomine: & ideo spiritum nesciebant: quia nec baptismum in Christi nomine, sicut Ioannes baptizare solebat, acceperant. Ioannes enim licet non baptizaret in spiritu, tamen & Christum predicabat, & spiritum. Denique cum interrogaret, ne forte ipse esset Christus, respondit. Ego vos aqua baptizo. Venit autem fortior me, cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igne. Ergo illi, qui nec in Christi nomine, nec cum fide Spiritus sancti baptizati fuerunt, non potuerunt: accipere baptismatis sacramentum. Baptizati sunt itaque in nomine Iesu Christi: nec iteratum est in his baptisma, sed non uatum: vnum enim baptisma. Vbi autem non est plenum baptismatis sacramentum, nec principium, vel species aliqua baptismatis existimatur. Plenum autem est patrem, & filium, Spiritumque sanctum confiteri. Si vnum neges, totum subruis: & quemadmodum si vnum in sermone comprehendas aut patrem, aut filium, aut Spiritum sanctum: fide autem nec patrem, nec filium, nec Spiritum sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum. Ita etiam quamuis & patrem, & filium, & Spiritum sanctum minuas potestatem, uacuum est omnino mysterium. Denique & illi ipsi qui dixerant: nec si Spiritus sanctus sit, audiuimus: baptizati sunt

Ioan. 3. † Dei. Marc. 16

L Quæst. Act. 10.

Rom. 10. Mat. 28.

Act. 4.

Matt. 3.

Matt. 28

Pl. 148.

Psal. 52.

Psal. 75.

Mat. 28.

M

Act. 19.

postea in nomine Domini Iesu Christi: & hoc abundavit ad gratiam, quia iam Spiritum sanctum Paulo prædicante cognouerant. Nec contrarium debet videri: quia quævis etiam postea tacitum sit, de spiritu tamen creditum est. Et quod verbo tacitum fuerat, expressum est fide. Cum enim dicitur in nomine Domini nostri Iesu Christi: per unitatem nominis impletum est mysterium. Nec a Christi baptismo spiritus separatur: quia Ioannes in penitentia baptizavit, Christus in spiritu. Nunc consideremus, utrum quemadmodum in Christi nomine plenum esse legimus baptismatis sacramentum: ita et sancto spiritu nuncupato, nihil desit ad mysterij plenitudinem. Et rationem sequamur: quia qui unum dixerit, Trinitatem signavit. Si Christum dicas: & Deum patrem, a quo unctus est filius: & ipsum, qui unctus est, filium: & Spiritum sanctum, quo unctus est, designasti. Scriptum est enim. Hunc Iesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto. Et si patrem dicas, & filium eius, & spiritum oris eius pariter indicasti, cum id etiam corde comprehendas. Et si spiritum dicas: & Deum patrem, a quo procedit spiritus: & filium (quia filij quoque est spiritus) nuncupasti. Vnde ut rationi copuletur auctoritas: in spiritu quoque recte baptizari nos posse scriptura indicat. Dicente Domino. Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto. Et Apostolus ait. Omnes. n. in ipso corpore in unum spiritum baptizati sumus. Vnum opus, quia unum mysterium: unum baptisma, quia mors una pro mundo. Unitas ergo operationis: unitas prædicationis, quæ non potest separari: Hucusque verba beati Ambrosij, qualiter de recta baptizandi forma sentiendum sit manifeste explanant. Vides ergo qualiter in fide Trinitatis solo patre, vel filio, vel Spiritu sancto nuncupato plenum sit baptismatis sacramentum: & quemadmodum sine fide Trinitatis etiam tribus simul nominatis imperfectum. Sicut enim ubique fides integra quaritur, sic eadem fidei integritate manente sine detrimento salutis sermo variatur. Veruntamen ecclesiastica consuetudo hanc potissimum in baptizando formam tenere elegit, quam ab ipso sanctificationis auctore ex prima institutione servandam accepit. Si quis forte querat, utrum in articulo necessitatis sufficere possit ad plenum baptismi sacramentum: si fuerit quis in fide Trinitatis sine prolacione verborum baptizatus: vel quia is, qui baptizavit, loqui non potuit, siue quia ob festinationem, vel stuporem imminens periculi, siue alia quacunque causa præventus, dum baptizaret, locutionis memor non fuit. Si quis ergo forte hoc querat: ego de his, quæ occulta sunt, iudicare nolo: præcipue quia nomen Trinitatis hic non audiui. Vbi etsi vera fides fuit, confessio tamen fidei non fuit. Et hæc quidem de eo, quid sit sacramentum baptismatis: & de verbo sanctificante in præsentia dicta sufficiant.

Quare institutum sit sacramentum baptismi.
Cap. III.

Nunc restat demonstrare quare institutum est baptismi sacramentum: & quare circumcisio, quæ lo-

co illius olim posita fuisse putatur, succedente baptismo ablata sit, vel mutata. Nam si olim per circumcisionem similiter, ut nunc per baptismum peccata dimittebantur: quid necesse fuit, ut ipsa circumcisio succedente baptismi sacramento mutaretur? Cur autem accepta minus profuisse creditur, quæ neglecta non minus nocuisse affirmatur. Sicut enim nunc per euangelium dicitur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei: ita olim per legem dicebatur. Masculus, cuius caro præputij circumcisa non fuerit, peribit anima illa de populo suo. Nisi forte in hoc quod ille, qui non est baptizatus, a regno Dei excludendus dicitur: ille vero, qui non est circumcisus, periturus memoratur: quis velit intelligere propterea baptismum aliquid amplius conferre quam circumcisionem: quia circumcisio suscepta a perditione tantum potuit liberare, baptismus vero renatos etiam ad gloriam perducere potest. Nam illi antiqui patres, qui sacramenti circumcisionis iustificationem perceperant, a perditione quidem servabantur, sed ad gloriam regni non ducebantur, donec veniret ille, qui sanguine fuso rumpheam igneam extinguens, aditum paradisi rursum patefaceret, & credentibus in se omnibus regni cœlestis ianuam præcedens ipse primus aperiret. In hoc ergo baptismus amplius confert: quod per circumcisionem hinc exeuntes statim ad regnum mittit: quod tamen ex virtute sanguinis fusi ipsam aquam sanctificantis condonatur. Si igitur quis dicere velit, idcirco circumcisionem baptismi mutata, ut in baptismo perficeretur, quod circumcisio implere non potuit: fortassis videbitur convenienter illi responderi posse, quod hoc quod amplius nunc in baptismo est, ex baptismo non est, sed ex passione Christi baptismum sanctificante impletum. Idem vero circumcisionem facere potuisse, si illi passio Christi in cooperatione sanctificationis adiuncta fuisset. Nam in baptismo, quantum scilicet spectat ad virtutem baptismi, similiter ut in circumcisioe remissio tantum peccatorum percipitur: quia sicut dictum est, quod iustificatis postea aditus patriæ cœlestis panditur, cruce Christi condonatur. Propter huiusmodi rationem aliam mutata circumcisionis causam commodiorē fortasse, & manifestam magis proponendam putamus. In præcedentibus quodam loco cum de sacramentis tractarem: diximus sacramenta omnia signa quædam esse eius (quæ per illa datur) gratiæ spiritualis. Oportere autem, ut secundum processum temporum spiritualium gratiarum signa, magis spiritus ac magis euidencia ac declarantia formarent, ut cum effectu salutis cresceret cognitio veritatis. Itaque sub lege naturali primum data sunt sacramenta, decimationes, sacrificia, & oblationes: ut in decimatione quidem peccatorum remissio, in sacrificiis vero carnis mortificatio, in oblatione autem boni operis exhibitio signaretur. Sed erat obscura significatio hæc in sacramento decimationis, ubi homo de iis, quæ possidebat, partem obtulit, partem retinuit: ut ad hunc modum in eo quod erat, quod imperfectionis & defectus fuit, sibi tribueret: quod vero ad bonitatem spectabat, Deo imputaret. Hoc sibi voluerunt novem partes retentæ, quia novem-

Ioan. 3.

Gen. 17.

P

Gen. 17.

Quius signum imperfectionis est: a denario perfecto deficiens. Propterea autem, quia obscurum signum fuit emundationis in decimatione, data est circumcisio, ut virtutem iustificationis evidentius demonstraret: quando dictum est homini, ut portionem carnis suæ, non quidem superfluum, sed illius, quod superfluum erat in homine, signum auferret: ut per hoc agnosceret, quod culpam, quam natura per illam partem corporis traheret, gratia per sacramentum circumcisionis emundaret. Sed quia circumcisio eas tantum, quæ foris sunt, enormitates amputare potest, eas vero, quæ intrinsecus sunt, pollutionum sordes mundare non potest: venit post circumcisionem lauacrum aquæ, totum purgans, ut perfecta iustitia signaretur. Rursus quia prioris populi, qui sub timore serviebat mundatio laboriosa fuit: propterea sacramentum circumcisionis in carne, quæ dolorem habet, illi datum est. Novo autem populo, qui voluntate & dilectione servit, sacramentum iustificationis in lauacro aquæ, quæ suavem habet purificationem propositum est: & sic quidem rationem reddendam existimamus pro eo quod sacramentum circumcisionis mutatum est, & sacramentum baptismi institutum.

Quomodo institutum sit sacramentum baptismi. Cap. IIII.

Rogatur etiam quando institutum sit sacramentum baptismi: ex quo deinceps licitum non fuit illud negligere, quando illud suscipere debitum fuit. Et sunt quidem super hoc diversæ plurium opiniones. Alij dicunt ex eo institutum baptismum, quo Christus Nicodemo nocte ad se venienti modum novæ regenerationis insinuans, ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Alij dicunt institutionem baptismi ex eo cœpisse, quo Christus post resurrectionem suam in celum ascensus, discipulos ad prædicandum misit, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Quidam institutionem baptismi ex eo cœpisse putant, quo Ioannes in aqua baptizare cepit, prædicans baptizaturum in spiritu. Alij in passione Christi, quæ dixit Consummatum est: omnia veteris testamenti sacra finem accepisse, & novi exordium putant. Commodius autem videtur, ut dicamus baptismum prius per Ioannem, & deinde per Christum, siue per discipulos Christi aliquandiu, solum ne a consuetudine abhorreret in vltimum productum: novissimum autem, quæ in uniuersum mundum prædicatores baptizare missi sunt, generaliter institutum. Videtur autem hic tria tempora distinguenda. Primo. n. ante baptismum circumcisio sola statum habuit, & suscipiebatur ad iustificationem sine baptismo. Novissime autem nunc post circumcisionem solus baptismus statum habet, & celebratur ad salutem sine circumcisioe. Fuit autem medium tempus quoddam, quæ & circumcisio & baptismus simul cucurrerunt. Altera. i. circumcisio, ut finiret: alter. i. baptismus, ut confirmaretur. Oportuit. n. ut illa, quæ finienda erat, nequaquam subito vel præcipitanter, sed paulatim &

Ioan. 3.

Mar. 28

Marc. 1.

Ioan. 19

Ioan. 3.

Mat. 28.

quasi cum quadam reuerentia dimitteretur, ut ostenderent bona fuisse tempore suo. Et similiter quæ incipiēda erant, non subito in auctoritatem assumerentur, sed cum mora & gravitate inchoarentur, ne velut aliena & propter rem aliunde inducta subito putarentur. Illa igitur dimissa sunt, non proiecta: & illa intuta sunt, non usurpata: ut diuini consilij auctoritas ubique servaretur, & humana cautio, ne diuina opera reprehendere auderet, admoneret. Quævis ergo in passione Christi, per quam consummata sunt omnia, veteris figuræ status finem accepit, & novi sacri constitutio exordium: tamen & prius aliquo tempore: & noua inchoata sunt ad consuetudinem, & vetera postmodum aliquandiu tolerata sunt dispensationem. Simul ergo fuerunt utraq; tempore illo: siue ante passionem, siue post, ab eo quæ inchoata sunt noua, donec postmodum vetera sunt interdicta. Et in isto medio tempore, quod fuit baptismum cum circumcisioe: ab inchoatione sua usque ad passionem Christi: hoc fuit circumcisio cum baptismo post passionem Christi usque ad illud tempus, quo ipsa circumcisio cepit prohiberi. Sicut. n. ante passionem ipsa circumcisio in statu suo ad remedium suscipiebatur, & tamen et tunc baptismus sine periculo salutis non contemnebatur ab ijs, quibus predicabatur: ita post passionem baptismus quasi in statu suo percipiebatur ad salutem, & tamen et tunc circumcisio sine periculo salutis non contemnebatur ab his, quibus finis eius nondum manifestabatur. Postquam autem dictum est. Si circumcidimini Christus vobis nihil prodest: iam deinceps non poterat circumcisio ad salutem percipi, sicut prius postquam dictum fuerat. Masculus, cuius caro præputij circumcisa non fuerit, peribit anima illa de populo suo: non potuit circumcisio ab ijs præferri, quibus in iuncta fuerat, sine periculo salutis contemni. Rursus quemadmodum in principio baptismus a Ioanne solum sacramentum dabatur, ut ijs, qui baptizandi vltimum non nouerant, erudirentur: sic in nouissimo a quibusdam fidelibus circumcisio dispensatorie secundum solum sacramentum suscipiebatur, ne ijs, qui circumcidi consueverant, scandalizarentur.

Quando homines obligari ceperunt præcepto percipiendi baptismi. Cap. V.

Si ergo queritur, quæ homines obligari ceperunt debito percipiendi baptismi: hoc veritati, & rationi consentaneum esse probatur: ex eo unumquemque obligari ceperunt debito baptismatis suscipiendi, ex quo vel post institutionem præceptum, vel ante institutionem consilium percepit baptizandi. Qui. n. nec prius contemtorum consilij, nec post prævaricator præcepti extitit, culpe peccatus non fuit: nisi forte quis aut prius, aut postea ignoras fuisse dicat, ad quæ diuine institutionis notitia pervenisset, nisi eius culpa obstidisset. Quæ igitur Christus Nicodemo nocte ad se venienti dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest videre regnum Dei: amicum reuelatum est consilium. Quæ vero postea dixit. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti: informatis omnibus. expositum est præceptum. Vbi quidem generalis institutio facta est, quæ ex eo unumquemque; debitorem habuit: quod ad ipsum

sum prædicantibus Apostolis nuntijs verbi præceptum institutionis peruenit. Qui aut interim lōge positi, aut prope in occulto constituti, nondum cognita institutione diuina fortè ab hac vita subducti sunt: hoc de ipsis mihi sentiendum viderur, qd̄ & de illis, qui ante ipsam instōnem, siue in præputio, siue in lege fuerunt: quia quod illis fecerunt tempora, hoc istis operata est absentia. Si quis aut pertinaax esse velit: & adhuc hmōi aliquos in ignotis regionibus, & remotis terrarum sedibus degere cōtendat, qui fortè mandatum diuinum de percipiēdo baptisimatis sacro non acceperint: ego vel neminem talem esse, vel si fortè aliquis est: si eius culpa non obstiterit, audire & scire potuisse ac debuisse sine cunctatione affirmo: maxime cum scriptura euidenter clamet: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorū. Si igitur in omnem terram sonus eorum, & in omni terrarum quidem vel auditi sunt, & contemptores condemnantur: vel auditi non sunt pro culpa sua, & ignorantes ignorantur, & non saluantur. Et hæc de tempore institutionis baptismi dicta sunt.

Psal. 18.

Quid distet inter baptismum Ioannis & Christi: & de forma baptismi Ioannis, & baptismi Christi. Cap. VI.

Vnter baptismum Ioannis, & baptismum Christi, hæc distantia est: q̄ in baptismo Ioanis per intinctionem aquæ solum sacm̄ dabatur: in baptismo vero Christi cum sacro etiam res sacri percipitur. Ioannes. n. peccatores aqua tinxit, & peccata confidentibus penitentiam iniunxit: Christus baptizat, & peccata dimittit. Ille baptizans, venturum & baptizaturum in spiritu prædicauit: hic baptizans, ad remissionem peccatorum sp̄m̄ infundit. Illic hoies baptizabantur in nomine venturi: hic hoies baptizantur in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Sacramentum ergo utrobique quantum ad formam exteriorem idem fuit: quia illic sacm̄ solum fuit, nam remissio peccatorum non fuit: hic autem & sacramenti forma proponitur, & virtus sacramenti patiter in remissionem peccatorum condonatur.

Utrum post datum præceptum baptismi aliquis saluari possit, nisi actualiter percepto sacramento baptismi. Cap. VII.

Xsolent quidam siue curiose, siue studiose inquirere: utrum aliquis post indictum, & publice propositum baptismatis sacramentum saluari possit, nisi actualiter ipsum sacramentum baptismi percipiat. Videntur enim rationes manifestæ esse, & habent auctoritates multas: si tamen habere dicendi sunt, qui non intelligunt. Primum, quia dictum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Et iterum alibi. **Mar. 16** Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et sunt alia multa talia, quibus quasi astrui videtur nullo modo saluari posse eum, qui hoc sacramentum non habuerit, quicquid præter hoc sacramentum habuerit. Si fidem perfectam habuerit, si spem,

si charitatem habuerit, etiam si cor contritum & humiliatum habuerit, quod Deus non despicit, veram penitentiam de præteritis, firmum propositum de futuris: quicquid habuerit, saluus esse non poterit, si hoc non habuerit. Et hoc totum ita ipsis videtur, propter hoc quod scriptum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei. Et tamen si quis quærat, quid factum sit de illis, qui pro Christo sanguine effuso sine sacramento aquæ ab hac vita transierunt: dicere non audent eiusmodi saluos non esse. Et cum ostendere non possit hoc in eo quod supra memoratum est, scriptum esse: dicere tamen non audent, quia ibi scriptum non est, ideo negandum esse. Qui enim dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto: non addidit: vel effuso sanguine vice aquæ: & tamen verum est, quamquam hic scriptum non est. Nam si solus est, qui propter Deum aquam suscepit: quare non multo magis saluus est, qui propter Deum sanguinem fudit? Plus enim est sanguinem dare quam aquam accipere. Illud enim, quod quidam dicunt: propterea saluos esse, qui sanguinem fundunt, quia cum sanguine etiam aquam fundunt: & in ipsa aqua, quam fundunt, baptismum percipiunt: quam sit frivolum patet. Si enim propter humorem aquæ, qui cum sanie cruoris de vulneribus manat baptizati dicuntur, qui interficiuntur: ergo qui suffocantur, vel submerguntur, vel alio quolibet genere mortis (vbi sanguis non funditur) occiduntur, baptizati non sunt in sanguine suo: & frustra mortui sunt pro Christo, quia humorem aquæ, quem intra corpus habuerunt, non effuderunt. Quis hoc dicat? Ergo in sanguine baptizatur, qui pro Christo moritur: qui & si sanguinem non effundit ex vulnere, dat vitam, quæ pretiosior est sanguine. Nam sanguinem fundere posset, & si vitam non daret: & minus esset sanguinem fundere, quam vitam dare. Bene ergo sanguinem fundit, qui vitam ponit pro Christo: & habet baptismum suum in virtute sacramenti, sine qua sicut sacramentum ipsum accepisse non prodest: ita cum illa habetur, sacramentum habere non posse, non nocet. Verum ergo est (quamuis ibi dictum non est) quod qui pro Christo moritur, in Christo baptizatur. Ita (inquiunt) verum est, quamuis ibi dictum non est: & ideo verum est, quia alibi dictum est, & si ibi dictum non est. Qui enim dixit, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei: idem ipse alibi dixit. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Quod ergo ibi dictum non est, subintelligendum tamen est, quamuis dictum non est: quoniam alibi dictum est. Vide ergo quid dicunt. Ideo (inquiunt) quod dictum non est, subintelligendum est, vbi dictum non est: quoniam alibi dictum est. Si ergo hoc in hoc loco subintelligendum est, vbi dictum non est, quoniam alibi dictum est: quare similiter etiam de fide subintelligendum non est, quoniam alibi dictum est. Qui credit (inquit) in me, mortem non videbit in æternum? Idem qui dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei: ipse

ipse dixit: qui credit in me, non morietur in æternum. Aut ergo nega fidem, aut concede saluationem. Quid tibi viderur? Vbi fides est, vbi spes est, vbi charitas est: denique vbi plena & perfecta virtus sacramenti est: salus non est, quia solum sacramentum non est: & ideo non est, quia haberi non potest? Qui crediderit (inquit) & baptizatus fuerit, saluus erit. Ecce ergo dubium non est: quin vbi fides est, & baptismus est, salus sit. Et quid sequitur? Qui vero non crediderit, condemnabitur. Quare ita dicere voluit? Quare non dixit: qui non crediderit, & baptizatus non fuerit condemnabitur: sicut dixerat, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit? Quare: nisi quia credere voluntatis est, & quia fides credere volenti deesse non potest. Et idcirco in eo, qui credit, semper prava voluntas arguitur: vbi necessitas nulla esse potest, quæ ad excusationem prætendatur. Baptizari autem in voluntate esse potest, etiam quando non est in possibilitate. Et idcirco iuste bona voluntas cum deuotione fidei suæ non dispicitur: quàmuis ab eo, quod foris est, sacramento aquæ percipiendo articulo necessitatis præpediatur. Vis nosse plenius, an ne ratio hæc alicubi auctoritate manifestiori se præbet: quàmuis & illæ, quas supra commemorauimus, auctoritates tam manifestæ uideantur, ut de ueritate ipsarum dubitari non possit? Audi tamen adhuc aliud, si forte euidentius tibi demonstrari possit, de quo dubitare non debes. Beatus Augustinus in libro de unico baptismo sic ait. Etiam atque etiam consideras intentionem non tantum passionem pro nomine Christi id, quod deerat baptismi, posse implere: sed etiam fidem, conuersionemque cordis: si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Vides quoniam manifeste testatur fidem, & cordis conuersionem; bonæ uoluntati ad salutem posse sufficere, ubi uisibile sacramentum aquæ ex necessitate contigit haberi non posse. Sed ne forte contrarietas aliqua tibi esse uideatur, in eo eo quod postea in libro retractationum exemplum de latrone, quod ad hanc sententiam, in qua dixerat effusionem sanguinis, siue fidem, & cordis conuersionem, uicem baptismi implere posse, comparanda assumpserat: improbavit dicens. In quarto libro, cum dicerem uicem baptismi posse habere passionem: non satis idoneum posui illius latronis exemplum, qui utrum fuerit baptizatus incertum est. Sed considerare debes: quod in hoc loco exemplum tantum, quod ad probationem sententiæ adduxerat corripuit: ipsam sententiam non reprobat. Quod si putas idcirco sententiam illam improbandam, quia exemplum correctum est: ergo falsum est, quod dixerat effusionem sanguinis uicem baptismi posse habere: quoniam ad illud probandum exemplum ipsum positum est. Non enim ait, cum dicerem uicem baptismi posse habere fidem: sed cum dicerem (inquit) uicem baptismi posse habere passionem: quàmuis utrumque in ipsa una sententia posuisset. Si ergo ad id, quod dixit uicem baptismi posse habere passionem, exemplum positum est, cum ipsum sine ambiguitate uerum esse constet: patet, quod exemplum post-

Marc. 16:

A

M

Esa. 9.

D

modum correctum est, sed sententia non est improbat. Oportet ergo, ut aut confitearis uicem baptismi, in articulo necessitatis fidem ueram, & confessionem cordis implere posse: aut ostendas qualiter fides uera, & charitas non ficta haberi possit, ubi salus non sit. Nisi fortè dicere uelis neminem, fidem ueram, & charitatem ueram habere posse, qui uisibile sacramentum aquæ non sit habiturus. Quod tamen qua ratione, uel auctoritate probes, ignoro. Sed nos interim non contendimus, utrum aliquis, qui baptismi sacramentum percepturus non est, ista habere possit: hoc solo duntaxat cōstante: q̄ si quis esset, qui hæc haberet, etiam sine uisibili sacramento aquæ perire non posset. Multa sunt alia, quæ super hoc apprehendū adduci potuissent: sed nos quæ superius in tractatu sacramentorum ad id ipsum probandum posuimus: nequaquam iterum replicanda putamus.

De sacramentis Neophytorum. Cap. VIII.

Neophytus nouitius interpretatur. Neophytus uocatur nuper ad fidem conuersus, siue rudis in disciplina religioſæ conuersationis. Nouiter ad fidem conuerti uisibilibus sacramentis instruendi sunt: ut per ea, quæ uident, intelligant quæ non uident. Admonendi sunt huiusmodi, ut considerent nouam non esse fidem, in qua non sunt ipsi: quoniam ab initio mundi sicut nullo tempore defuerunt fideles, & iusti membra Christi: ita ab initio nunquam defuerunt sacramenta salutis, quæ præcesserunt in preparationem, & signum redemptionis, quæ completa est in morte Christi. namq; ætate Abel agnum obtulit in sacrificio figuram mortis Christi. Secunda ætate Noe Arcam in diluuium gubernauit, sicut Christi ecclesiam inter fluctus tentationum regens mergi non finit. Tertia ætate Abraham pro filio oblato arietem mactauit: sicut Deus pater uerbum suum pro salute mundi obtulit. In quo tamen diuinitas inuolabili permanere sola humanitas dolorem mortis sustinuit. Postea eductus est populus Israel de Ægypto per mare rubrum in columna ignis & nubis, sicut fideles Dei de tenebris peccati liberantur, renouati per sacramentum baptismi Christi sanguine consecratum, ipsum fide sequentes, in quo est & nubes humanitatis, & ignis diuinitatis. Quarta ætate in Hierusalem regnum populi Dei sublimatur temporale, præfigurans æternum. In quo princeps pacis, pater futuri seculi: fideles suos ad uisionem æternæ pacis introducet. Huius autem regni exordium David extitit, qui per multas tribulationes probatus, & glorificatus, pacis successorem filium reliquit: ut ostendatur, q̄ ad futuram pacis quietem peruenire non possunt, qui in presenti uita contra tentationes & tribulationes vincendas fortes non fuerint. Propter hoc qui in sabbato sancto paschalis solennitatis baptizandi sunt, quarta hebdomada quadragesimalis obseruantia, quæ continentie nobis arma ministrat, & in quarta eiusdem hebdomadæ feria catechizandi deferuntur ad ecclesiam, ibi audituri & instruendi qualiter contra spirituales nequitias sunt pugnaturi. Sed tamen usq; in sabbato

Sabbatū paschalis solēnitatis eorū baptisus differtur: hoc attendente ecclesia, q̄ qui ad agnitionē in presenti vita vocantur, in spe future quietis baptizantur. Quinta ætate populus pp peccata sua in Babylonē captiuus ducitur: & rursus Deo miserāte post septuaginta annos soluto captiuitatis iugo ad terram suam reuocatur. Om̄ populus Dei, qui in hac vita, quę septenario dierum voluitur, vanitati & confusione subiectus, mortalitatis iugum portat, post finē eius a corruptione liberatur. Sic igitur ab initio nullo tpe sacra Dei defuerunt, quibus fidelis populus ad perceptionem inuisibilium nutritur, & exercitaretur ad cognitionem. Ad vltimum sexta ætate de virgine natus est. Christus: sicut sexta die de terra virgine primus hō est plasmatus. Ipse ergo quasi consummaturus oīa, cū ad virilem ætatem peruenisset, tricesimo ætatis suæ anno a Ioanne baptizatus est, non necessitate, sed dispensatione, vt lauacrum emundandis sanctificaret. De hinc Ap̄los ministros euangelij conuocās, regnum cœlorum venturum prædicare cœpit: & nouissime in cōsummationem oīum semetipsum hostiam pro mundi redemptione in ara crucis patri offerens mortem sustinuit, vt credentibus in se mortis timorem tolletet: & a morte resurrexit, vt pro se morientibus spem vitæ, & resurrectionis daret; Postea ascensurus in cœlos discipulos in mundum vniuersum misit docere, & baptizare oēs gentes, vt vocarentur, qui præcedentem sequerentur ad vitam. Hæc sunt sacra fidei Christianæ ab initio condita, in fine credenda, sine fine profutura. Hæc sunt, quibus catechizandos imbuimus: & eorum, qui sacro nouitatis regenerandi sunt, fidem salutari confessione promerendam exigimus.

De catechizatione. Cap. IX.

ECatechumenus instructus, vel audiens interpretatur. Catechizare. n. est instruere: qm̄ baptizandi prius instruuntur & docentur quę sit forma fidei Christianæ, in qua eos saluos fieri, & sacm̄ salutis suscipere oportet: sicut scriptum est: *Itē, docete oēs gentes, baptizantes eos in noīe patris, & filij, & Spūs sancti. Prius docete: postea baptizate. Docete ad instructionem: baptizate ad emundationem. Docete ad fidem, baptizate ad peccatorum remissionem. Idcirco docete, quia qui crediderit: idēo baptizate, quia qui baptizatus fuerit, saluus erit.* Hæc igitur forma catechizationis a primis tēporibus Christianæ fidei instituta est. Quæ tunc quidem necessario seruabatur, qm̄ adultis & intelligentiā habentibus priusquam ad baptismi sacm̄ accederent, regula fidei Christianæ nuntiabatur. vt vel sponte fidei acquiescentes digni regeneratione spūali iudicarentur, vel credere nolentes merito a perceptione sacri Dei velut indigni repellerentur. Ad obtinendam quippe salutem idcirco arbitrium homini consulendum est, qm̄ opus salutis voluntarium esse oportet. Et hoc quidem a principio sic factum est. Postq̄ autē ad fidem multitudo gentiū introiuit, iam nunc ē in ijs, qui a fidelibus generantur, paruulis eadem forma seruatur: quos & ipsos

mater ecclesia prouida dispensatione sacro salutis interim carere non vult ne fortē ipsa dilatione, a salute alieni fierent, si non percepto sacro salutis subito ab hac vita exirent. Congruē ergo prouisa est in illis medicina salutis, vt in sacro fidei baptizentur, & per alterius fidem Deo reconcilientur, quos per alterius peccatum alienatos cōstat esse a Deo. Institutum est itaq; ad hoc nouum sacm̄ ad catechizandos paruulos, exorcizandos, initiandos, & deinde baptizandos: in quibus pro paruulis audit ecclesia, & ad interrogata respondet & spondet, donec ipsi intelligibiles annos perueniant, & sacra fidei, & charitatis, & spei per se intelligere valeant, & seruare.

De exorcismo. Cap. X.

EXorcismus de græco in latinum adiuratio dicitur. Exorcistæ. n. sunt, qui super catechumenos siue super energumēnos. i. eos, qui habent spiritū immundum, inuocant nomen Dñi Iesu diuina virtute obiecta, adiurantes eum, vt egrediatur ab illis. Recte ergo post catechizationem exorcismus sequitur: vt ab eo, qui iam fide instructus est, aduersaria virtus pellatur. Tria quippe sunt usq; ad susceptionem nouitatis perficienda, quibus baptizandus quasi concipitur & nutritur, & vsq; ad integritatem nouæ vitæ promouetur. Hęc autē sunt, catechismi, exorcismi, orationes. Primum itaq; catechizatur baptizandus, vt ad fidē proprio moueatur voluntatis arbitrio. Deinde exorcizatur, vt ab eo diaboli potestas iniqua pellatur. Additur et̄ oratio, vt gr̄a præueniat & subsequatur, q̄ vires præbeat libero arbitrio: & qua procul fiat vniuersa maligni spūs illusio. Forma igitur exorcismi in hunc modum perficitur. Signatur primo baptizandus crucis signaculo in fronte, in pectore, in oculis, in naribus, in ore: vt totius corporis sensus hoc signaculo muniantur, cuius virtute oīa nostra sacra complentur, & oīa diaboli signa frustrantur. Postea datur sal benedictum in os eius: vt sapientia conditus fœtore careat iniquitatis, & vltra non putrescat a vermibus vitiorum. Deinde exufflatur malignus fortis: vt spūs spiritu pellatur. Postea, tanguntur ei aures & nares saliuæ: vt tactu supernæ sapientiæ, & aures eius aperiantur, ad audiendum verbum Dei, & nares sili ad discernendum odorem vitæ, & mortis. Hoc est sacm̄ apertionis, qd̄ Dñs in euangelio significauit: quando aures & os tetigit surdi & muti dicens: Ephphetha, quod est adaperire. Marci. 7

De his, quæ post exorcizationem sequuntur in baptismo. Cap. XI.

His ergo completis, venit sacerdos ad fontē: cōsecratur fons in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti: vt sanctitas sacramenti non ex eo, qui ministrat, sed ex eo, qui sanctificat, constare sciatur, sicut scriptum est: *Hic est, qui baptizat.* Sic. n. nec a bono melius datur, nec a malo peius accipitur: quia sanctitas sacramenti non in merito ministrantium, sed in Deo sanctificatis virtute perficitur.

tur. Traditur etiam nouæ vitæ auditoribus symbolum fidei, in quo Apostolicæ doctrinæ forma consistit. Postremo oblatus ad baptismum paruulus, & interrogatus a sacerdote, an abrenuntiet satanæ, & omnibus operibus eius, atque omnibus pompis eius: per ora gestantium respondet: vt qui aliena iniquitate obligatus est, aliena fide & confessione soluat. Post abrenuntiationem factam, vngitur oleo sacro in pectore tanquam muniatur aduersus hostem: ne ei deinceps immunda, & noxia persuadere possit. Vngitur & inter scapulas, vbi vigor portandi oneris est, vt fortitudinem accipiat ad portandum onus Domini. Deinde interrogatur, an credat in Deum patrem, & filium, & Spiritum sanctum: vnam esse ecclesiam catholicam, remissionem peccatorum, & vitam æternam. Sub hac igitur fidei responsione, trina merione a fordibus vetustatis abluitur, & nouum hominem indutus triduanæ morti Christi conspeliatur: sicut ait Apostolus: *Quicumque in Christo baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus.* Consepulti enim sumus cum Christo per baptismum in mortem: vt quomodo Christus resurrexit a mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Trina enim immersio trina est cogitationis, locutionis, & operationis, emundatio. Completis autem baptismi sacramentis postquam baptizatus a fonte ascendit, sacro chrismate in vertice vngitur: vt Spiritum Christi participando, merito deinceps Christianus appelletur, coheres regni & gloriæ sacra vnctione effectus. Exinde traditur Christiano vestis candida: vt qui primæ natiuitatis decorem vetustatis pannis obscurauerat, habitu regenerationis, gloriæ præferat indumentum. Tegitur etiam post sacram vnctionem eius caput sacro velamine: vt intelligat se diademate regni, & sacerdotali dignitate potiri. Ad vltimum datur cereus accensus in manum eius: quatenus implere doceatur illud euangelicum, quo dicitur. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.* Hanc igitur lampadem si inextinguibilem seruauerit, inter virgines sapientes cum sponso cœlesti ad nuptias introibit.

De patrinis. Cap. XII.

Patrinis vocantur, qui paruulos ad baptismum offerunt, & pro ipsis spondendo quasi fideiufores ad Deum fiunt. Hi propterea patrinis vocantur: quia regnandos ad vitam nouam offerunt, & quodammodo authores fiunt ipsius regenerationis nouæ. De quibus placuit patribus, vt per singulos baptizandos, patrinis singuli admitterentur, id est vnus tantum, siue vir, siue mulier. Propterea fortassis, ne spiritualis cognatio, cui reuerentiam exhibere oportebat, passim diffusa, in matrimonij copula obesse potuisset. Sed quædam ecclesiæ hanc consuetudinem non seruant, plures ad susceptionem paruulorum admittentes. Hoc similiter sancitum est: vt alium in baptismo, vel in chrismate, hoc est confirmatione, in filiolum non

suscipiat is, qui baptizatus non est, vel confirmatus. Sed nec monachi compadres aut commatres facere possunt, quibus eiusmodi commercia familiaritatis prohibentur. Patrinis fideiufores sunt proijs, quos in baptismo susceperunt: vt eos cum ad legitimam ætatem peruenerint, admoneant fidem rectam, & conuersationem bonam custodire. Ante omnia symbolum, & orationem dominicam ipsi teneant, & eis insinuent. Pro quorum fide sponsonem fecerunt.

De rebaptizatione. Cap. XIII.

Apostolus dicit. *Vnus Deus vna fides, vnum k* baptisma. Quod ergo vnum, geminari non potest: quapropter valde rationabili definitione a sanctis patribus institutum est: vt qui semel baptismi sacramentum percepisse cognoscitur nulla ratione illud iterato accipiat siue in ecclesia, siue extra ecclesiam, hoc est a catholico, siue ab hæretico, siue denique a fidei, siue ab infidei, cuiuscunque conditionis, ætatis, aut sexus persona illud acceperit: modo tantum secundum rectam catholici baptismatis formam acceperit: ratum constare debet, nec vlla ratione poterit iterari. Quod enim bonum accepit: quare bonum non iudicetur, etiam si a bono non accepit? Non enim illius erat, a quo accepit: vel potius per quem accepit, qui bonus non fuit: sed illius, in cuius nomine accepit, qui semper bonus, malum dare non potuit. Propter hoc eos, qui ab hæreticis in nomine Trinitatis baptizati sunt, cum ad vnitatem ecclesiæ redeunt, non rebaptizari, sed vel vnctione chrismatis, vel impositione manus reconciliari catholice ecclesiæ antiqua patrum traditio instituit, sicut pridem Arianos per impositionem manus occidens, per vnctionem vero sacri chrismatis ad ingressum catholice ecclesiæ oriens reformauit. Nam qui solum sacramentum foris acceperunt, intus per impositionem manus spiritum accipiunt. Placuit tamen eos, qui se baptizatos nesciunt, & sui baptismatis testes non habent, sine cunctatione baptizari: quia iteratum dici non debet, quod factum esse nescitur. Quæritur etiam de iis, qui mimice, id est iocose baptizantur: vtrum verum & plenum sacramentum baptismi percipiant. Sed sciendum, quod aliud est aliquid iocose vel lusorie dare, siue accipere: & tamen velle dare, aut accipere, & hoc omnino intendere, vt detur & accipiatur, quod iocose vel datur, vel accipitur. Aliud autem aliquid agere, quod formam illius in opere habeat: & tamen hoc nolle agere neque intendere, vt hoc agatur, sed aliud aliquid quodcunque. Vbi ergo intentio baptizandi est, etiam si reuerentia debita in agendo non est, sacramentum quidem est: quia omnino agitur, & hoc intenditur: nec tamen sine culpa agentis, quia quod agitur & intenditur, non agitur. Ridiculum autem omnino est: vt vbi intentio agendi nulla constat, opus esse dicatur propter speciem quandam assimilaram operi, non propter

Ephe. 4.
Baptisma
an possit
iterari.

L

Ioan. 7

propter hoc assumptam, sed fortè prouenientem ex alio quocunque. Eiusmodi est, quod quidam imperiti existimant, verba illa, quæ ad conficiendam eucharistiam instituta sunt: a quacunque persona, siue in quocunque loco, & qualicunque intentione super panem & vinum prolata, effectum consecrationis & sanctificationis habere: quasi sacramenta Dei sic instituta sint, vt nullam operandi rationem admittant: sed tumultuosa quadam, & uiolenta, atque irrationabili pertinacia, sine omni intentione aut voluntate operantium ad effectum procedant. Ego filium meum fortè ad balneam tuleram. Veni ad aquam non vt baptizarem, sed vt balnearer: non vt sacramentum darem, sed vt sordes abluerem, uel carnem fouerem. Posui paruulum meum in aquam, sed quia uolui ut bñ cresceret, & prodesset: dixi fortè sicut dixissem in manducando & bibendo, sicut in arando & feminando, siue aliud quocunque agendo dixissem, dixi in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Tu uenis & dicis mihi, quod baptizatus est filius meus. Ego balneatum scio, baptizatum nescio. Quod si idcirco baptizatum putas: quia cum mergerem dixi. In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Ergo & ossa baptizata est, quia cum mergerem illam, dixi. In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Vide ergo & considera, quod rationale esse oportet opus ministeriorum Dei, nec propter solam formam præiudicare, ubi intentio agendi nulla est.

Quare in sola aqua baptismus celebratur.
Cap. XIII.

MSciendum est etiam, quod solo elemento aquæ sacramentum baptismi consecrari institutum est: quia sola hæc plenam habet & perfectam mundationem. Alij uero liquores omnes aqua purificantur. Et si quid alio quolibet liquore tactum fuerit, aqua abluitur, ut emundetur. Propterea in sola aqua sacramentum emundationis constat, sicut scriptum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

De forma baptismatis. Cap. XV.

NBaptismi forma iam olim in diluuiio præcessit: ubi in figura saluandorum octo animæ per lignum saluatae sunt. Similiter & in mari rubro: ubi aqua baptismum, & rubor sanguinem præferbat. Similiter in aqua asperisionis, cui cinis rufæ uitulæ miscebatur: quæ carnem Christi figura bat, quæ feminino sexu designatur propter infirmitatem: rufa propter sanguinem.

INCIPIT SEPTIMA PARS, De confirmatione.

De chrismate & eius usu. Cap. I.

Chrismatis unctionem iam ab antiquo in veteri testamento institutam legimus; qua tunc

quidem reges solum & sacerdotes liniebantur: Quorum unctione singularis ille unctus præfigura batur, qui præ cunctis participibus suis unctus est: vt cum illo participarent in nomine, qui participes illius esse mererentur in unctione. A chrismate .n. Christus dicitur, & a Christo Christianus nominatur. Propterea ex quo nomen omnes communicare cœperunt, omnes unctionem accipere debuerunt, quia in Christo omnes genus electum sumus, & regale sacerdotium. Crisma ex oleo & balsamo conficitur: quia per oleum infusio gratiæ, per balsamum odor bonæ famæ designatur.

Quod impositio manus per solos pontifices celebratur. Cap. II.

MAnus impositio, quæ usitato nomine confirmatio uocatur, qua Christianus unctio chrismatis per impositionem manus in fronte signatur, solis episcopis Apostolorum vicarijs debetur: ut Christianum consignent, & spiritum paraclitum tradant. Sicut in primitiua ecclesia Spiritum sanctum per impositionem manuum dandi soli Apostoli potestatem habuisse leguntur.

De eo, quod Syluester papa instituit, vt prebyter baptizatum chrismate in vertice liniat.
Cap. III.

Ingestis pontificalibus legitur, quod Syluester papa constituit, vt baptizatum presbyter in vertice chrismate liniat, propter occasionem quidem mortis: ne fortè per absentiam episcopi, & difficultatem eum consequendi: sine manus impositione baptizatum ab hac vita migrare contingeret. Quod quidem omnino periculosum esset. Quia sicut in baptismo remissio peccatorum accipitur, ita per manus impositionem Spiritus paraclitus datur. Illuc gratia attribuitur ad remissionem peccatorum, hic gratia datur ad confirmationem. Quid autem prodest si a lapsu erigeris, nisi etiam ad standum confirmeris? Propterea timendum est ijs, qui per negligentiam amittunt episcopi præsentiam, & non suscipiunt manus impositionem: ne fortè propterea damnentur, quia festinare debuerunt, dum potuerunt. Propter eos enim, qui articulo temporis præueniuntur, instituta est illa, qua sacerdos baptizatum statim in vertice liniat, sacri chrismatis unctio: vt in hoc ipso ostendatur quantum sacramentum istud necessarium sit ad salutem, cum tam sollicitè uniuersis cauetur, de fortè sine ipso ab hac vita subtrahantur. Manifestum est autem, quod primis temporibus omnis unctio chrismatis per solos pontifices fiebat. Sed & posteaquam institutum est: vt baptizatum sacerdos in vertice liniat, consignatio tamen frontis solis pontificibus referuatur. Solus enim pontifex frontem consignare & linire potest, & Spiritum sanctum tradere.

Vtrum,

Vtrum maius sacramentum sit impositio manus, an baptismus.
Cap. IIII.

DE sacramento confirmationis, id est impositionis manuum etiam quaeritur, vtrum maius sit sacramentum quam baptismus. Sed sicut sacri canones definiunt, vtrumque magnum omnino est sacramentum, & summa deuotione pensandum. Quamuis tamen alterum, id est impositio manuum in eo quod a solis pontificibus celebratur, maiori uideatur reuerentia colendum, sed hæc duo ita coniuncta sunt in ope ratione salutis, vt nisi morte interueniente omnino separari non possint.

Quod non debeat iterari manus impositio sicut nec baptismus, & quod a ieiunis celebranda sit. Cap. V.

DE sacramento impositionis manuum definitum est, vt nulla ratione iteretur, sicut nec baptismus: & si fortè id factum fuerit, graui potentia est plectendum. Hoc quoque statutum est, vt impositionis manuum sacramentum, non nisi a ieiunis, vel detur vel accipiatur: si iij, qui accipiunt perfectæ ætatis fuerint, vt mundi donum, Spiritus sancti accipiant. Sicut enim duobus temporibus, in pascha uidelicet & pentecoste baptismum, quod illis solum temporibus generaliter celebrandum est, a ieiunis celebrari debet: ita etiam donum Spiritus sancti per manus impositionem a ieiunis pontificibus & in ieiunis solum conuenit celebrari: exceptis infirmis, & morte periclitantibus.

Quanto tempore debeant esse sub disciplina chrismatis, qui manus impositionem acceperunt.
Cap. VI.

Solent quidam quaerere, quanto tempore debeant unctionem chrismatis obseruare in capite, vt scilicet capita non lauent, qui accipiunt manus impositionem, absque tempore baptisterij. Quibus responderi potest, conueniens esse, vt tabro tempore aduentus Spiritus sancti apud unquamque, qui eum accipit, celebretur: quanto tempore generaliter ab ecclesia celebratur aduentus Spiritus sancti super Apostolos, hoc est septem diebus. Et merito: quia septem sunt dona Spiritus sancti: & in septem comitibus ad hospitem suum Spiritus sanctus uenit. Et dignum est, vt habeat vnusquisque diem suum, & unicuique in die suo conuiuium præparetur. Alium consilium, alium fortitudo, alium intellectus, alium consilium, alium pietas, alium timor. Talia conuiuia Christus apud hospites suos exercet, talia & Spiritus sanctus.

sub

INCIPIT OCTAUA PARS, De sacramento corporis & sanguinis Christi.

De eius excellentia. Cap. I.



Sacramentum corporis & sanguinis Christi unum est ex his, in quibus principaliter salus constat, & inter omnia singulare: quia ex ipso omnis sanctificatio est. Hæc enim hostia semel pro mundi salute oblata, omnibus præcedentibus & subsequentibus sacramentis uirtutem dedit, ut ex illa sanctificarentur per illam liberandos omnes.

Quando institutum sit sacramentum corporis & sanguinis Christi. Cap. II.

Sacramentum corporis & sanguinis sui ipse Dominus Iesus Christus instituit, quando post cœnam ueteris paschæ panem & uinum in corpus & sanguinem suum diuina potentia transmilians Apostolis sumendum tribuit: & ut idem post hoc in memoriam sui ageret, præcepit.

Vtrum mortale an immortale corpus suum in cœna Christus discipulis tradidit. Cap. III.

Solent quidam quaerere, quale corpus suum discipulis suis Dominus Iesus Christus tradidit. Hoc est passibile an impassibile, mortale an immortale, & cætera, quæ ad hanc quaestionem pertinent. Ego in eiusmodi (sicut & in alijs professus sum) diuina secreta magis ueneranda quam discutienda censeo. Simplicitati fidei hoc sufficere puto: si dicimus, quod tale dedit, quale uoluit: & rursum, quale dedit, ipse nouit. Ideo enim tale dedit, quale uoluit, quia omnipotens erat, & potuit omne quod uoluit. Ideo autem ipse nouit quale dedit, quia sapientia erat, & non potuit ignorare quod fuit. Propterea leuissimè quaestione absoluit, & fortassis tutius in semetipso subsistit, qui non dicit mortale dedit, ne uideatur dicere contra sacramenti dignitatem: nec dicit immortale dedit, ne existimetur credere contra eam, quæ in Christo ante resurrectionem fuit, mortalis corporis ueritatem. Propter hoc fortassis melius est: ut ne uerum definire præsumamus, quis tamen alterum fuisse credamus. Sic itaque non dicatur hoc, uel hoc fuit: quamuis tamen credatur, quod alterum fuit. Quod si alterum dicendum est, ego absq; præiudicio ueritatis magis sensu ad illud accedo: ut illud impassibile & immortale, quantum .s. pertinet ad sanctificationem sacramenti tradidisse dicatur. Si quis autem obijciendum putet: quod ante resurrectionem Dñs Iesus Christus corpus mortale portabat: & hoc ipsi indubitanter profiteremur, mor-

mortalem fuisse Dñm Iesum s̄m susceptam humanitatem. quia si mortale fuisse non credemus, mortuum negaremus. Humana ergo natura mortalis fuit, sed voluntate, nō necessitate. Ex eo. n. quo per gratiam ab omni peccato munda verbo Dei in unitatem personae iuncta est, ab omni mortis necessitate & debito libera facta est, vt nihil morti deberet pro eo q̄ peccati nihil haberet. Sustinuit tñ sponte mortalitatem, quia mortē sustinere volebat: quia si mortalitatem non sustinisset, mori oīno nō potuisset. Sic ergo spōte mortalitatem portauit, quousq; mortem gustaret: & ita mortalitatem deponeret. Quia ergo voluntate, non necessitate mortalis fuit: ipsius mortalitatis proprietatem, s̄m q̄ ratio & ordo t̄pis postulabat, priusquam eam per mortem totam exueret, aliqñ ex parte, qñ voluit, deponit. & rursus, qñ voluit, recepit. Vt in hoc ipso probaret: quod in quantum eam sustinuit, ex necessitate non esset: qui sic pro potestate in quantum voluit eam non habere, sustinere oīno non posset. Legitur in euangelio, quod Dñs Iesus Christus cum verbo vitæ predicaret, & ad vitam mortales & morituros inuitaret: zelantes hostes, quem ratione conuincere non poterant, furore extinguere volebant. Itaque quasi in eum, qui nihil amplius mortali haberet, manus iniecerunt in ipsum, & duxerunt eum in supercilium montis, vt illinc eum precipitarent. Ipse autem, vt ostenderet se quidem mortalem esse, sustinuit vt teneretur: & vt iterum demonstraret, quod voluntate, nō necessitate mortalitatem & passibilitatem ferebat, nō sustinuit vt precipitaretur. Cum esset ducendus, teneri se patienter tolerabat. Cum autem esset precipitandus, potenter per medium illorum transibat. Quando voluit, tenebatur: & quando voluit, non tenebatur. Quantum voluit, & quando voluit, naturam mortalitatis admittit. Quantum autem eam sustinere noluit: & quando noluit, eandem a se potestate remouit. Transiens (inquit) per medium illorum, ibat. Nunquid putas, quod Christus luctando se de manibus inimicorum subtraxerit, cum ab eis teneretur, vt transiens liber per medium illorum iret? Ergo fortitudo corporis sola in eo laudanda est, non virtus deitatis? Non ita conuenit, sed exhibuit se qualem voluit admittens ad se, ex eo quod sponte portabat quantum voluit. Si ergo Christus naturam mortalitatis secundum rationem dispensationis diuinæ, priusquam eam perenniter victurus exueret, secundum tempus aliquando ex parte deposuit: & iterum, cum tempus postulabat, assumpsit: quid mirum est si dicitur, aliquando pro causa & ratione temporis, secundum aliquid & totā deposuisse: in qua tamen adhuc, cum tempus postulabat, passurus fuit? Si ergo hoc esse potuit: vt ipse se seipsum manibus gestaret, & discipulis sine corruptione sui edendum distribueret: & tamen ipse qui dedit, & qui dabatur: qui portauit, & qui portabatur, idem esset: quid mirum est si dicitur, quod ipse in eo quod dabat mortalis fuit, & in eo quod dabatur immortalis fuit: & tamen ipse, qui mortalis dabat: & qui immortalis dabat, nō duo, sed unus ipse fuit? Qūo mortalis non dabatur, sed unus ipse fuit? Qūo mortalis non dabatur, sed unus ipse fuit? Qūo mortalis non dabatur, sed unus ipse fuit?

qui inuisibiliter sumebatur, & incorruptibiliter manducabatur? Inuisibiliter sumebatur, quantum ad formam dico propriam corporis sui, non quantum ad speciem sacramenti sui. Inuisibiliter enim sumebatur: quia in eo quod sumebatur, quod ipse erat, non videbatur. Christus enim sumebatur, & species panis & vini tantum videbatur. Ideo dico inuisibiliter sumebatur, & quod erat non videbatur. Si ergo in eo, quod dabatur, quod ipse erat, videbatur, & in eo, quod dabatur, quod ipse erat, non videbatur: etsi in eo quod dabatur, te nebatur, & crucifigebatur: & in eo quod dabatur, frangebatur, & non diuidebatur, edebatur & non corrupebatur: quid miraris si in eo, quod dabatur, mortalis dicitur: in eo, quod dabatur, immortalis & impassibilis fuisse predicatur? Hæc tamen sic dicta sunt, vt nemini in eo, quod latet, præiudicium fiat.

Vtrum corpus Christi fuit, quod Iudas per intinctam buccellam accepit. Cap. IIIII.

Quæritur & hoc vtrū corpus Christi illud fuisse credendum sit, quod ipse traditori suo per intinctam buccellam porrexit. Cum intinxisset, inquit, Iesus panem: dedit Iudæ Simonis Iſcariotis. Sed (vt dicit beatus Augustinus) non sicut putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas Christi corpus accepit. Intelligendum est enim, quod iam eis omnibus distribuerat sacramentum corporis & sanguinis sui: vbi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euentissime narrat. Ac deinde ad hoc ventum est, vbi secundum narrationem Ioannis: apertissime per buccellam tinctam, atque porrectam suum exprimit traditorem fortassis per panis tinctionem illius significans fictionem. Non enim omnia, quæ tinguntur, abluuntur: sed, vt insciantur, nonnulla tinguntur. Si autem bonum aliquod significat hæc tinctio, eidem bono ingratum non immerito est secuta damnatio. Et hæc quidem verba sunt beati Augustini super eo, quod quæsitum est: an Iudas in buccella corpus Christi accepit. Ex eo tamen, quod traditori suo Dominus, ad notandum eum, buccellam intinctam dedit: consuetudo habet, vt corpus Christi fideles intinctum non accipiant.

Quod agnus paschalis figura corporis Christi fuit. Cap. V.

Sicut circuncisio olim, quantum ad effectum remissionis peccatorum, baptismi vicem gerebat: mare rubrum aut eiusdem similitudinē & figurā præferebat: ita agnus paschalis, cuius carnes a populo edebant, & sanguine postes domorū signabatur, in figura sacramenti corporis Christi præcessit. Postquam autem veritas venit, signum e medio sublatum est: ex quo iam non erat res, quæ futura significaret, sed quæ præsens perciperetur. Mansit tamen figura, quamdiu res nondum fuit: & exhibitum prius est in similitudine quod postmodum

Ioan. 13

Corpus Christi quare intinctum non accipiantur.

dum complendum erat in veritate. Ægyptus mundus, exterminator Deus, agnus Christus, sanguis agni passio Christi, domus animarum corpora, domus cogitationum corda. Hæc sanguine tingimus per passionis fidem, illa sanguine tingimus per passionis imitationem: crucis signum intus & foris opposites contra aduersarias potestates. Denique carnes agni comedimus, quando in sacramento uerum corpus eius sumedo, per fidem & dilectionem Christo incorporamur. Alibi, quod manducatur, incorporatur: quādo autem caro Christi manducatur, non quod manducatur, sed qui manducat ei, quem manducat, incorporatur. Idcirco uoluit Christus a nobis manducari, ut nos sibi incorporaret. Hoc est sacramentum corporis Christi, & res sacramenti corporis Christi. Qui manducat & incorporatur, sacramentum habet, & rem sacramenti habet. Qui manducat & non incorporatur, sacramentum habet, sed rem sacramenti non habet. Sicut qui incorporatur, etiam si manducare non contingat, rem sacramenti habet, quamuis sacramentum non habeat. Qui sumit, sacramentum habet: qui credit & diligit, rem sacramenti habet: Melius ergo est illi, qui credit & diligit, etiam si sumere & manducare non possit, quam illi, qui sumit & manducat, & non credit, nec diligit: uel si credit, non diligit.

Quod sacramentum altaris & figura est quantum ad panis & vini speciem, & res est quantum ad corporis Christi ueritatem. Cap. VI.

Sunt qui ex quibusdam scripturarum locis munimentum erroris ducere putauerunt dicentes in sacramento altaris ueritatem corporis & sanguinis Christi non esse, sed imaginem illius tantum & speciem & figuram. Propterea quod scriptura aliquoties dicat id, quod in eucharistia altaris sumitur, imaginem illius esse uel speciem, quod in participatione Iesu Christi percipitur. Qui profecto hunc erroris laqueum non inciderent, si uel sacramenta Dei recta & humili fide susciperent, aut scripturas conuenienti intelligentia tractarent. Nunc autem quia in sacramentis Dei sensum suum fidei præferunt in scripturis sacris sanam interpretationis formā tenere contemnunt: & fit, ut sermo ueritatis amplius eos caligare faciat, dum non recte intellectus errorem pro ueritate ministrat. Quod tamen scripturæ uitium non est, sed legentium & non intelligentium cæcitas. Neque sacramentorū Dei confusio, sed præsumptium prauitas. Hic autem periculose errauerunt tor manifestis sententijs & assertionibus non dubijs, quædam ambigua præferentes, & in ipsis magis mendacium quam ueritatem eligentes. Non quia hoc ab illis magis credebatur. Quid enim? Nunquid ideo sacramentum altaris ueritas non est, quia figura est? Ergo nec mors Christi ueritas est, quia figura est: & resurrectio Christi ueritas non est, quia figura est. Nam & mortem Christi, & resurrectionem figuram esse, & imaginem, & similitudinem, & sacramen-

tum, & exemplum: Apostolus manifeste declarat, dicens. Christus mortuus est pro debitis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram: ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus. Et Apostolus Petrus dicit. Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Ergo mors Christi exemplum fuit, ut peccato moriamur: & resurrectio eius exemplum fuit, ut iustitiæ uiuamus. Nunquid ideo ueritas non fuit? Ergo Christus uere mortuus non est, & uere non resurrexit: si mors eius, uel resurrectio uera non fuit. Absit. Nam de ipso scriptum est. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ergo mors Christi uera fuit, & tamen exemplum fuit & resurrectio eius uera fuit, & exemplum fuit. Quare ergo altaris sacramentum similitudo esse non potest, & ueritas? In alio quidem similitudo, in alio ueritas.

Tria esse in sacramento altaris, Panis & vini speciem, corporis Christi ueritatem, gratiam spirituales. Cap. VII.

Nam cum unum sit sacramentum, tria ibi discernere proponuntur: species uidelicet uisibilis, & ueritas corporis, & uirtus gratiæ spiritualis. Aliud est enim uisibilis species, quæ uisibiliter cernitur: aliud est ueritas corporis & sanguinis, quæ sub uisibili specie inuisibiliter creditur: atque aliud gratia spiritualis, quæ cum corpore & sanguine inuisibiliter & spiritualiter percipitur. Quod enim uidemus, species est panis & uini: quod autem tub specie illa credimus, uerum corpus Christi est, & uerus sanguis Iesu Christi, quod perpendit in cruce, & qui fluxit de latere. Nec per panem & uinum corpus & sanguinem tm̄ significari credimus, sed sub specie panis & uini uerum corpus & uerum sanguinem consecrari: & speciem quidem uisibilem sacramentum esse ueri corporis, & ueri sanguinis: corpus autem & sanguinem sacramentum esse gratiæ spiritualis. Et quemadmodum species illic cernitur, cuius res uel substantia ibi esse non creditur: sic res ibi ueraciter & substantialiter præsens creditur, cuius species non cernitur. Videtur enim species panis & uini, & substantia panis & uini non creditur: creditur autem substantia corporis & sanguinis Christi, & tamen species non cernitur. Quod ergo uidetur secundum speciem, sacramentum est, & imago illius, quod creditur secundum corporis ueritatem: & quod creditur secundum corporis ueritatem, sacramentum est illius, quod percipitur secundum gratiam spirituales. Sacramentum ergo altaris, & eucharistia diuina in uero corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi, imago est secundum speciem panis & uini in qua cernitur: & res est secundum substantiæ suæ ueritatem, in qua creditur illic atque percipitur. Et rursus, quod nunc uisibiliter secundum sacramenti speciem, & corporaliter secundum carnis & sanguinis Christi ueritatem Christum in altari sumimus, sacramentum

Luc. 4.

Christus Dominus panis.

est, & imago: quod ipsum eundem inuisibiliter, & spiritualiter secundum gratiæ infusionem, & Spiritu sancti participationem in corde sumere debemus. Ergo diuinissima eucharistia, quæ in altari, & secundum panis, & uini speciem, & secundum corporis, & sanguinis Christi ueritatem uisibiliter, & corporaliter tractatur, sacramentum est & signum, & imago inuisibilis, & spiritualis participationis Iesu, quæ intus in corde per fidem, & dilectionem perficitur.

Quare in specie panis & uini Christus sacramentum corporis sui, & sanguinis instituit. Cap. VIII.

Voluit enim sapientia Dei, quæ se per uisibilia manifestat, ostendere quod ipsa animarum refectio est, & cibus: & propterea carnem assumptam in edulium proposuit, ut per cibum carnis ad gustum inuitaret diuinitatis. Sed ne rursus humana infirmitas tactum carnis in assumptione horreret, consueti, & principalis edulij speciem illam uelauit: & sic sumendam proposuit, ut sensus in uno foueretur, & fides in altero edificaretur. Fouetur enim sensus in uno dum solitantur & consueta perficitur. Aedificatur autem fides in altero, dum in eo, quod uidet, quale sit illud, quod non uidet, agnoscit. Proponitur igitur species panis, & uini, ut doceatur plena & perfecta refectio esse in assumptione corporis, & sanguinis Christi ex diuinitate Christi. Plena autem refectio cibus, & potus est, cibi autem & potus panis & uinum substantia principalis est. Et proponitur species ex principali substantia refectio, ut in ea sumatur, & per eam ueritas corporis, & sanguinis Christi significetur. Sicut ipse testatur dicens. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Quæ tamen corporis, & sanguinis sumptio, quia sola sine spirituali effectu salutem non conferat, ipse idem saluator manifestat, dicens: Caro nihil prodest: spiritus est, qui uiuificat. Virtus ergo, & plenitudo spiritualis refectio, quæ in corpore Christi, & sanguine est, per se speciem quidem panis, & uini significatur: in perceptione autem gratiæ, infusione internæ & æternæ refectio perficitur. Et sic quidem cum tria in uno ibi sunt, in primo quidem signum inuenitur secundi, secundo autem causa tertij, in tertio uero uirtus secundi, & ueritas primi: & hæc tria in uno sunt, & unum sacramentum. Claret itaque, quod diuinissimæ eucharistiæ assumptio sacramentum est, & imago participationis Iesu: quia hoc, quod eius sacramentum uisibiliter percipimus, signum est, quod ei spiritualiter uniri debemus. Ipsa autem eucharistia, id est bona gratia: ipsa scilicet hostia sacra diuinissima uocatur: quoniam diuinus facit, & participes diuinitatis eos, qui se digne participant. Et quia ipsa signum est, & ueritas, in qua uera caro Christi sub specie panis sumitur: & in carne eius digne sumpta, ipse etiam diuinitatis susceptio, & participatio, & consortium condonatur.

Ioan. 6. Ibidem.

Eucharistia quare dicatur hostia sacra diuinissima.

propterea diuinissima, & sanctissima, & sanctificans sanctificantia omnia, & sancta.

Qualis intelligenda est mutatio panis, & uini in corpus Christi. Cap. IX.

Per uerba sanctificationis uera panis & uera uini substantia in uerum corpus, & sanguinem Christi conuertitur, sola specie panis & uini remanente, & substantia in substantiam transeunte. Conuersio autem ipsa non secundum unionem, sed secundum transitionem credenda est: quoniam nequaquam essentia essentiæ in augmentum accedit, ut per id, quod accedit, id ad quod accedit, maius fiat: sed transitione, ut id, quod accedit, unum fiat. Nec sic in pane corpus Christi consecrari dicimus, ut de pane corpus Christi esse accipiat: nec quasi nouum corpus subito factum de mutata essentia, sed in ipsum corpus uerum mutatam essentiam. Nec ipsam substantiam panis & uini in nihilum reductam, quia desijt esse quod fuit. Sed mutatam potius, quia cœpit esse aliud quod non fuit, & ipsum quod cœpit esse ex ea esse non accepit, qui panis fuit, sed ipsa eius esse accepit, quæ desijt esse quod fuit. Hoc expressius distinximus propter eos, qui ex sua ratione fidei præiudicium faciunt, & sensu suo incedentes asserere nituntur, uel hoc esse solum quod cernitur: uel tale esse quod creditur, hoc est sola panis & uini species cernitur, solam ibi esse panis & uini substantiam: uel quia substantia corporis & sanguinis Christi creditur, possibiliter ei inesse speciem & qualitatem panis, & uini, quæ cernitur, quasi non possit species apparere, cuius non adsit substantia: uel substantia latere, cuius non appareat forma.

Quid significant tres portiones illæ, quæ de corpore Christi in sacramento altaris sunt. Cap. X.

Tres portiones illæ, quæ in altari sunt de corpore Christi, mysticam significationem habent. Est enim corpus Christi uniuersa ecclesia, caput scilicet cum membris: & inueniuntur in corpore isto quasi tres partes, ex quibus totum corpus constat. Una pars est ipsum caput. Caput enim & caput est, & pars similiter corporis. Itaque, caput ipsum pars corporis una est. Alia pars corporis est in membris illis, quæ iam secuta sunt caput, & sunt cum ipso capite, ubi est ipsum caput. Sicut scriptum est: ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilæ. Illi ergo, qui iam de hac uita exierunt, quorum corpora in sepulchris requiescunt, & animæ cum Christo sunt: isti sunt pars corporis altera, & sunt quasi simul duæ partes istæ caput scilicet, & hæc altera pars corporis. Propterea in altari duæ partes seorsum referuntur extra calicem, quasi extra passionem. Quoniam ipsum caput iam immortale, & impossibile de morte resurrexit amplius non moriturum, neque passurum amplius. Et similiter illi, qui de hac uita sancti egressi sunt, & cum ipso capi-

F

G

Mat. 24.

te suo iam gloriatur, & gaudent, expectantes & ipsi resurrectionem carnis suæ, & immortalitatem, iam neque dolorem neque passionem sentiunt ullam, & sunt simul istæ duæ partes extra calicem & extra passionem, quoniam hæc priora transierunt. Tertia pars in calice ponitur, significans eos, qui adhuc uiuunt in passione, donec & ipsi ab hac uita exeant, & transeant ad caput suum, ubi amplius nec moriantur, nec patiantur.

Quod corpus Christi quando diuidi uidetur, secundum solam speciem diuiditur, secundum se autem integrum manet, & sic in singulis partibus totum, sicut in diuersis locis unum, & idem ipsum est. Cap. XI.

Noli autem putare, quoniam partes uides in sacramento altaris, quasi diuisum sit uel separatam a se, aut uelut per membra discerptum corpus Christi. Ipse integer manet in se, nec diuiditur, nec partitur. Sed tibi solum specie exhiberi oportebat, quod ad mysticam significationem pertinuit. Monstrat ergo tibi foris speciem, in qua sensus tuus erudiatur, & seruat intus corpus sui incorruptionem, in qua unitas eius non diuidatur. Videtur pars una, & quasi pars esse uis, & totum ibi est, & pars altera uis & quasi altera uidetur, & idem est & totum ipsum. Et si tertia pars uis similiter, idem ipsum est & totum. Totum hic, & totum ibi. Nec minus in parte, quam in toto, nec in toto maius, quam in parte. Quotcumque partes feceris, in singulis totum est. Nec mireris, opus Dei est hoc. Si in diuersis locis potest esse unum: quare est non in singulis partibus potest esse totum? utrumque mirum est, sed non ideo falsum est, quia mirum est. Et uerum est, quia mirum est: nec tamen sit mirum, quia opus Dei est. Non est mirum, si mirabilia mirabilia operatur. Quomodo (inquis) corpus unum eodem tempore in diuersis locis esse potest? Hic est: ibi est. Et totum utrobique est, & in multis locis similiter. Noli mirari. Qui locum fecit corpus fecit: & locum in corpore, & corpus in loco. Et qui fecit, ut corpus unum in loco uno esset, fecit sicut uoluit: & si uoluisset, aliter facere potuisset. Nam, & quoniam uult aliter facit, & est sicut ipse uult semper. Quia autem sic ipse fecit, ut corpus unum in loco uno esset: tu quod factum est uidi disti, & nescis aliud, nisi quod factum est, quod uidi disti. Idcirco miraris, quando aliud uides, uel audis, quam uidere & audire consueuisti. Ipse autem non miratur, quando aliud facit, quam quod facere consueuit: quia quando illud fecit sciuit: & tunc quod aliter facere potuisset, si uoluisset. Idcirco cum quid mirari cœperis, & dixerit forte tibi cogitatio tua quomodo hoc esse possit, cogita scientem & desinet esse mirabile, quicquid illud fuerit. Et si forte mirabile esse non desierit, tamen incredibile non erit. Si factor omnipotens cogitatur: non erit impossibile quicquid erit.

Quod ea, quæ in corpore Christi indigna uidentur, secundum speciem solam sunt. Cap. XII.

Quod si contingat aliquando sicut contingere solet, ut uideas aliqua fieri in hoc sacramento, quæ minus digna esse uidebuntur: noli horrere.

Sola species, quæ apparet, hoc habet. Tibi monstrat speciem, sibi seruat ueritatem. Exhibet sentiu tuo similitudinem cibi corporalis, ut sensus tuus per omnia in suo erudiatur. Seruat corpori suo ueritatem naturæ inuolabilis, & immortalis ne in suo corrumpatur. Si in aliquo a similitudine recederet, uerum sacramentum non esset, & proderet se ibi, & tolleretur locum fidei, neque iam crederetur. Sed uideretur. Quod fieri non oportet. Itaque quantum ad nos seruat per omnia corruptibilis cibi similitudinem, & tamen non amittit quantum ad se inuolabilis corporis ueritatem. Videtur corrodi, & manet incorruptus. Videtur affici uel maculari, & perseverat inuolatus. Sustinet hæc fieri circa se, ne sensus noster aliquid alienum percipiat, sed non recipit hæc in se, ne incorruptibilis natura sinceritatem suam amittat. Tanta est dignitas, & munditia corporis Christi, ut nec corruptione aliqua affici possit, nec lordibus maculari. Itaque si quando hæc fieri uideris, noli timere ipsi, sed sollicitus esto tibi. Ipse lædi non potest, tu noceri potes, qui male credere potes.

Quid fiat de corpore Christi, & corporali presentia eius post assumptionem sacramenti. Cap. XIII.

Sed fortassis iterum dicit tibi cogitatio tua, quid fiat de corpore Christi postquam sumptum fuerit & comestum. Tales sunt cogitationes hominum, ut uix quiescere uelint in his maximè, quæ querenda non sunt. Dicit ergo tibi cor tuum, quid factum est de corpore Christi, postquam illud sumpsi, & manducaui? Audi ergo. Corporalem presentiam Christi quæris? In cælo quære. Ibi Christus est ad dexteram Dei patris sedens. Tecum ad tempus esse uoluit, quando & quamdiu necesse fuit. Exhibuit tibi ad tempus corporalem presentiam suam, ut te ad spirituales excitaret. Ideo corporaliter ad te uenit, & exhibuit tibi ad tempus corporalem presentiam suam, ut per illam spiritualis inueniretur, quæ non auferretur. Ita per carnem assumptam olim in mundum uenit, & secundum presentiam corporalem ad tempus cum hominibus conuersatus est, ut eos ad spirituales presentiam quaerendam, & inueniendam excitaret. Postea completa dispensatione secundum corporalem presentiam recessit, & secundum spirituales presentiam remansit. Nam ut ostenderet, quod secundum spirituales presentiam non recedebat, quoniam secundum corporalem presentiam abire disponebat, ait: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi. Sic ergo in sacramento suo modo temporaliter uenit ad te, & est eo corporaliter tecum, ut tu per corporalem presentiam ad spirituales quaerendam excitaberis, & inueniendam adiuueris. Quoniam in manibus sacramentum eius tenes, corporaliter tecum est. Quoniam ore suscipis, corporaliter tecum est. Quando mando manducas, & quoniam gustas, corporaliter tecum est. Denique in uisu, in tactu in sapore corporaliter tecum est. Quamdiu sensus corporaliter afficitur, presentia eius corporalis non aufertur. Postquam autem sensus corporalis in percipiendo deficit, deinceps corporalis

Mat. 28.

nsol

ralis praesentia quaerenda non est, sed spiritualis
 in eadem dispensatio completa est, perfectum sacra-
 mentum uirtus manet: Christus de ore ad cor tran-
 sit. Melius est tibi, ut eat in mentem tuam, quam in
 uentrem tuam. Cibus iste animae non corporis est.
 Noli in ipso quaerere consuetudinem cibi corpora-
 lis: Venit ad te, ut comedatur, non ut consumatur.
 Venit ut gustetur, non incorporetur. Augustinus uo-
 cem de caelo audiuit, quia hoc a terrenis illi dici aut
 responderi non potuit. Cibus sum grandium, cresce
 & manducabis me: non ut me mutes in te, sicut ci-
 bum carnis tuae, sed tu mutaberis in me. Itaque pru-
 denter discerne, quod in sacramento Dei sensuum
 exhibitum sit, quod spiritui accommodatum: etiam
 ut solet post completam perceptionem aliquid ite-
 rato senseris, in hoc quoque species ad proprietatem
 sensui famulatur, ut ueritas similitudinis ubique co-
 feruatur. Nam si in aliquo quantum scilicet sensui
 exhibendum est similitudo deficeret, illic proculdu-
 bio sacramentum non esset. Sed res ipsa proderetur
 & manifestaretur, euidenti miraculo, quod non co-
 uenit quamdiu fides locum habet. Post haec ergo si
 corporalem praesentiam Christi quaeris: in caelo que-
 re. Ibi quaere, ubi & prius fuit quam per sacramen-
 tum suum corporaliter tecum esse inciperet, & un-
 de non discessit, quando ad te uenit.

Quod celebratio consecrationis corporis Christi mis-
 sa uocatur, & quando missa, & a quo primum in-
 stituta est, & unde missa dicitur. Cap. XIII.

M Celebratio missae in commemorationem pas-
 sionis Christi agitur: sicut ipse praecipit Apo-
 stolis tradens eis corpus & sanguinem suum,
 dicens. Hoc facite in meam commemorationem. Hac
 missam beatus Petrus Apostolus primum omnium
 Antiochiae dicitur celebrasse, in qua tres tantum o-
 rationes in initio fidei dicebantur, incipientes ab
 eo loco ubi dicitur. Hanc igitur oblationem. Cate-
 ra aut postea a sanctis patribus diuersis temporibus
 diuersa adiecta sunt. Missa autem dicta est quasi tra-
 missa, uel quasi transmissio, eo quod populus fidelis
 per ministerium sacerdotis, qui mediatoris uice su-
 gitur inter Deum, & homines, praeces, & uota, & o-
 blationes Deo transmittat. Ipsa etiam hostia facta,
 missa uocari potest, quia transmissa est primum scilicet
 a patre nobis, ut nobiscum esset: postea a nobis
 patri, ut apud patrem pro nobis intercederet. Pri-
 mum a patre nobis per incarnationem, postea pa-
 tri a nobis per passionem. Modo in sacramento. Pri-
 mum a patre nobis per sanctificationem, qua nobiscum
 esse incipit, postea patri a nobis per oblationem,
 qua pro nobis intercedit. Vel missa dicta est, si-
 cut quidam putant, ab emittendo: quia tempore,
 quo sacerdos incipit consecrare corpus Domini, ca-
 tachumeni foras emittuntur. Lecto enim euange-
 lio diaconus clamat: Si quis catechumenus adest, ex-
 ear foras. Catechumeni sacris mysterijs interesse
 non debent, quae non nisi baptizatis & Christianis
 committuntur, sicut de quibusdam, qui catechume-
 norum, & nondum renatorum typum gerebant,
 scriptum est. Ipse autem Iesus non credebat se illis.

INCIPIT NONA PARS
De minoribus sacramentis,
& sacris.

*De sacramentis, quae ad exercitationem instituta
 sunt: & quod omnia sanctificantur per
 uerbum Dei. Cap. I.*



Sunt quaedam sacramenta in
 ecclesia, in quibus etsi prin-
 cipaliter salus non constet,
 tamen salus ex eis augetur,
 in quantum deuotio exer-
 cetur. Haec licet in praesenti
 omnia enumerari non pos-
 sint, quaedam tamen inter-
 mittere non oportet pro
 exemplo uniuersorum. Ex
 his igitur sacramentis alia constant in rebus, qualia
 sunt aqua aspersionis susceptio cineris, benedictio
 ramorum, & cereorum, & caetera talia. Alia autem
 constant in factis, qualia sunt signaculum crucis, e-
 xufflatio exorcizationis, expansio manuum, incur-
 uatio genuum, & alia huiusmodi. Alia in dictis con-
 stant, sicut Trinitatis inuocatio, & quaecumque in
 hunc modum. Haec autem omnia per uerbum Dei
 sanctificantur, siue per prolationem uerborum di-
 uina uirtute inuocata sanctificantur, siue sola fide
 exhibita per eandem diuinam uirtutem sanctifica-
 tionis effectum accipiat. Vbi enim ultra fides est, uer-
 bum Dei deesse non potest: quia ipsum uerbum fi-
 de concipitur, & per fidem operatur. Omnia, inquit
 Apostolus, quaecumque facitis, in nomine Domini
 facite. Non autem consequens est, ut intelligamus
 Apostolum praecipisse, quod in omnibus operibus
 nostris fidem rectam teneremus. Ille enim in nomi-
 ne Domini omnia, quae facit, operatur, qui per re-
 ctam fidem agnoscit se, nec sine illo aliquid boni
 posse facere, & si quid fecerit laudabile extra illud
 gloriari non debere. Qui fideliter in omni opere
 suo, & ante factum ab illo auxilium quaerit, & post
 factum totum, quod operatus est, bonum ad lau-
 dem & gloriam eius conuertit. Sicut ergo omnia,
 quae facimus sola fide etiam sine prolatione uerbo-
 rum, in nomine Domini recte fieri dicuntur: sic &
 quaedam sacramenta sine prolatione uerborum
 per solam fidem sanctificantur. Nam ipsa uerba ali-
 quando sacramenta sunt, quae tamen ex alijs uerbis
 sanctificationem non accipiunt. Nullam tamen sa-
 cramentum sine illo uerbo sanctificatur, quod siue
 sola fide, siue ex fide, & prolatione uerborum inuo-
 catum, omnem sanctificationem operatur.

De aqua aspersionis, quae cum sale benedicuntur.
 Cap. II.

Alexander papa quintus a beato Petro con-
 stituit, ut sal & aqua benedicerentur ad asper-
 gendum populum, & habitacula eorum. Il-
 lo utique exemplo, quo Eliseus propheta sal in
 aquam misisse legitur, ut hoc condimento
 fontes

fontes amari in dulcedinem uerterentur. Hac igitur
 aqua sanctificata fideles asperguntur, & habita-
 cula fidelium lustrantur ab illusione & infestatione
 malignorum spirituum. Haec est autem significatio
 huius sacramenti, quod aqua poenitentiam signifi-
 cat de praeteritis, sal discretionem & cautelam de
 futuris: quae duo si simul misceantur, amara consci-
 entia in dulcedinem uertitur, atque illusiones & infe-
 stationes daemonum amplius ei non dominantur.
 Nos itaque supradictam institutionem secuti, per
 singulos dies dominicos sal & aquam simul misce-
 do benedicimus: ut hac aspersione fideles, & habi-
 tacula fidelium contra spirituales nequitias muniamur.

De susceptione cineris. Cap. III.

P Ecclasiastica institutio habet, ut per singulos
 annos in initio quadragesimae, quod caput ieiunij
 dicitur, quarta feria, quando ieiunium uoti-
 uum suscipitur: cinis consecratus capitibus fidelium
 imponatur scilicet ob recordationem mortalitatis
 nostrae, ut mortalis tunc homo, qui ex habitu poeni-
 tentiae, & recordatione peccatorum suorum ad de-
 uotionem compungitur, etiam per memoriam con-
 ditionis suae humilietur. Propter quod ei dicitur.
 Gen. 3. Memento quia cinis es, & in cinerem reuerteris.

De ramis palmarum, & de frondibus benedicendis.
 Cap. IIII.

H Abet etiam ecclesiastica consuetudo, ut in do-
 minica, quae proxima est ante solemnitatem
 paschalem, rami palmarum, & frondes arborum be-
 nedicantur, & populo portandi distribuuntur, in fi-
 guram eorum, qui Domino Iesu eodem die Hiero-
 solymam ascendenti cum ramis palmarum, & fron-
 dibus arborum uiuentibus, cantantes & laudantes
 occurrerunt. In quo non solum nobis id, quod illi
 tunc corporaliter fecerunt, corporaliter faciendum
 proponitur, sed id potius, quod uel in illo uel in isto
 corporali facto spiritualiter imitandum significa-
 tur. Palma quippe signum uictoriae est, rami autem
 uiuentes bona opera significant. Tunc igitur Chri-
 sto cum ramis palmarum, & frondibus occurrimus
 laudantes, quando ipsum mortis triumphatorem
 bonis operibus, & digna gratiarum actione laudamus.

*De cereo, qui in sancto sabbato benedicuntur, & de a-
 gnis, qui benedicuntur in pascha.*
 Cap. V.

R Ozimus papa constituit cereum magnum in
 sabbato sancto paschae benedici, quem diaconus
 accepta benedictione a sacerdote benedicit.
 Hic cereus Christum designat. In cera humanitatem,
 in igne diuinitatem. Qui catechumenos ad bap-
 tismum praecedit illuminans, sicut olim columna ignis
 filios Israel mare rubrum transeuntes praecessit, per
 ignem illuminans, & obumbrans per nubem.
 Sub eadem figura iuxta consuetudinem antiquam
 in die paschali in ecclesia Romana agni cerei bene-
 dicuntur, & populo distribuuntur.

*De signis, quorum sonitu fideles in unum con-
 uocantur. Cap. VI.*

S Ignorum usus a ueteri testamento assumptus est, sicut
 tubae argenteae a Domino ductiles fieri praeci-
 piuntur, quibus multitudo populi conuocari de-
 buisset. Ad similitudinem harum tubarum signa ex
 metallo feris in ecclesia facta sunt ad corda fidelium
 excitanda: ut per ea signum detur, quando debeant
 in unum conuenire. Vasa ista metallina ora praedi-
 cantium significant. Pleetra ferrea, quibus interius
 tunduntur, ut sonum emittant, linguae sunt eorum-
 dem. Funis autem mensura uitae est, & conuersationis
 modus, qui in scriptura proponitur. Funis manu
 tenetur, quando scriptura opere adimpletur. Fu-
 nem sursum sequitur, qui ductu scripturae sacrae ad
 bona eleuatur. Funem deorsum trahit, qui eadem
 docente quantum in malis pressus iaceat agnoscit.
 Iste aptus est populum Dei in unum conuocare, qui
 & eleuatus opere exempla bonitatis ostendit. & in-
 clinatus humiliate infirmitatem suam ueraciter ag-
 noscit. Signa ergo euangelica durabiliora sunt, &
 longius audiuntur quam tubae legis, quia uox ueteris
 testamenti ad tempus iudaeis tantum insonuit.
 Sonus autem euangelicae praedicationis in omnes
 gentes ad fines orbis terrarum exiit, & usque in fi-
 nem seculi non cessabit.

De cortinis. Cap. VII.

C ortina, quae ante sancta id est inter populum
 & clerum pendet, uelamen literae significat,
 per quod ijs, qui sub lege erant, ueritas adhuc eu-
 angelij regebatur. Cortina illa, quae inter san-
 cta & sancta sanctorum, hoc est inter clericum &
 sanctuarium suspensa est, significat uelamen morta-
 lis naturae, per quod a nobis etiam sub gratia posi-
 tis adhuc secreta caelestia absconduntur. Primum
 uelamen est quod in morte Christi scissum legitur.
 Secundum uelamen usque ad tempus resurrectionis
 non auferetur. Propter hoc in tempore qua-
 dragesimae, quae uitam praesentem significat, unum
 tantum uelamen inter nos & sancta sanctorum op-
 panditur, quod usque ad diem resurrectionis non
 auferetur: quia nunc litera quidem reuelata est,
 sed mortalitas nondum ablata: quae tamen omnis
 in futuro e medio tollenda erit, cum mortale hoc
 immortalitatem, & corruptibile incorruptionem
 induerit. Tunc quippe reuelata facie ingredie-
 mur, uel potius egrediemur ad gloriam Domini
 contemplandam, ut eum, quem nunc per solam
 fidem agnoscimus, facie ad faciem uidendo sicuti
 est agnoscamus.

De alijs sacramentis, quae in factis constant.
 Cap. VIII.

M ulta sunt alia ecclesiae sacramenta rebus uel
 factis expressa, quae omnia hic enumerari
 non possunt. Multa enim sunt, & ideo praesentis
 sermonis breuitas ea non capit. Insufflatio in-
 M. Hug. à S. Vic. To. iij. Ccc 3 exor-

10.15: exorcizatione uirtutē Spiritus sancti significat, qua uenient te fugatur, & subruitur spiritus malignus. Sicut scriptum est. Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbū in aquis uehementibus. Signaculū crucis uirtutē passionis Christi ostendit. Hoc ergo, quā fronte imprimitur, Christianus munitur. Quando contra imminens periculum opponitur, aduersaria uirtus fugatur. Primū ad arma, sicut ad tela. Primū ad defensionem, secundum ad impugnationem. Tuncio pectoris cōpunctionē cordis designat. Pectus tunditur, ut cogitationes uanae, & desideria praua de corde pellantur. Inclinatio capitis, genuum curuatio, siue prostratio humilitatem, & reuerentiam, siue etiam uenīe postulationem significant. Expansio manuum charitatem, & affectus boni amplitudinem demonstrat.

De his sacramentis, quae in uerbis constant.

Cap. IX.

X **A**lia item sunt sacramenta in sola uerborum prolacione expressa: quae & ipsa uariam significationem ostendunt. Celestinus Papa instituit, ut ex psalmis David ante sacrificium antiphonae canerentur, quae introitum dicimus. Collectas diuersi cōposuerunt, praecipue Gelasius, & Gregorius. Dominus uobiscum, ab antiquo usu assumptum est. Ruth. 2. Booz messorum suos salutans, hac salutatione usus est: & propheta in Paralipomenon Asa regem, & qui cum eo erant salutatur dicens: Dominus uobiscum. Paral. 15. Primis temporibus ab Epistola Pauli missa incipiebatur, postquam Euangelium sequebatur, sicut nunc hymnus Angelicus, quod ad officium missae in solēnibus diebus recitatur, ab Angelis primū decantatus legitur: cui ea, quae adiecta sunt, à Beato Hilario Picta uenit addita creduntur, à quo auctus est, & sicut nunc canitur cōsummatum. Symmachus autē Papa in ordine quinquagesimo tertius instituit, ut hic hymnus diebus dominicis, & in natalitijs martyrum in ecclesia ad officium missae decantetur. Responsorium Itali tradiderunt, quod operationē & uitā aeternā per asperitatē cātus significat. Alleluia laetitiam signat. Per tubilū, in quo finitur, ineffabile gaudiū in fine uenturū exprimitur. Tractus aliquoties tribulationem significat. Ut de profundis. Commouisti. Aliquā laetitiam. Ut iubilare. Laudate. Credo in unum Deū: centū quinquaginta patres in Constantinopolitano concilio contra haeresim Macedonij eiusdem urbis episcopi, qui Spiritum sanctum creaturam asseruit, composuerunt. Syxtus Papa instituit, ut ante consecrationem post hymnum. Sanctus. Sanctus. Sanctus cantaretur: quae trina reperitio. Trinitatis confessio. Secreta uocatur, quia secreto dicitur, ne uilescat. Y Olim alta uoce dicebatur: sed legitur, quod pastores dum illam usu quotidiano audiendi cognitam in agro decantarent, diuinitus percussi sunt, unde & consuetudo mutata putatur. Papa Pelagius docet ab uniuersis orbis communionē separatos esse, qui qualibet dissensione inter sacra missarum mysteria Apostolici pontificis memoriam, secundum consuetudinem non frequentant. Teigitur in primis, hanc obsecrationem, & consecratio-

ne sanctus Gelasius papa ex maiori parte cōposuit. Beatus Gregorius addidit, diesque nostros in tua pace disponas, & orationem dominicam censuit super corpus Christi recitari, sicut in uita illius legitur Qui pridie quā pateretur, usque in mei memoriam facietis, Apostoli in usu habuerunt, & in his uerbis corporis Christi sacramentum celebrauerunt. Alij Alexandrum papam hanc addidisse ferunt. Leo papa constituit intra actionem dicere, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Felix papa constituit supra memorias martyrum missas celebrari. Gregorius papa constituit in canone dicitur uorum solemnitates hodie in conspectu tuae maiestatis celebrantur: Domine Deus noster. In toto orbe terrarum, intra quorum nos consortium. Sergius papa constituit, ut agnus Dei in fractione dominici corporis cantaretur. Innocentius papa ad Decentium. Pacem asseris ante confecta mysteria quibusdam populis impertiri, uel sibi inter se sacerdotes tradere: cum praeter omnia, quae aperire non debeo, pax sit necessaria indicenda, per quam constet populum ad omnia, quae in mysterijs aguntur, atque in ecclesia celebrantur, praebuisse consensum, ac finita esse, pacis concludentes signaculo demonstrantur. Gloria & honor patri, & filio, & Spiritui sancto in secula seculorum amen. Trecenti decem & octo episcopi in Nicæna synodo composuerunt contra haeresim Arii, qui filium patre, & spiritum sanctum utroque minorem assererat. Hunc hymnum postea Hieronymus Damasco papae de graeco in latinum transtulit, & addidit, sicut erat in principio, & nunc, & semper: Pater noster ipse Christus tradidit discipulis suis. Unde specialiter oratio dominica uocatur, in qua septem discretæ petitiones septiformis gratiae sacramentum sunt. Symbolum fidei id est credo in Deum Apostoli duodecim dictauerunt, totidem sententijs comprehensum, qui numerus Apostolicae fidei sacramentum constat. Quicumque uult, Beatus Athanasius cōposuit. Et multi alij sancti patres alia atque in celebratione diuini officij ad ecclesiae decorem, & eruditionem fidelium ac deuotionem, addiderunt.

De sacris, & non sacramentis. Cap. X.

Sunt alia quaedam in ecclesia sacra, non tamen sacramenta: quae & ipsa quoque; quamuis spiritualis gratiae effectum non habeant, neque conferant sanctificationem, in hoc tamen sacra sunt, quod ad sancta pertinent, & illis coherent, quae & sanctitatem habent, & conferunt sanctificationem. Eiusmodi sunt omnia, quae ad ornatum ecclesiarum pertinent: siue quae in possessionibus earum continentur: quae in hoc quidem secundum aliquid sancta sunt: quod in ministerium sanctorum tradita sunt, & assignata. Ista ergo quasi simpliciter sancta sunt: illa uero, qui uis ista consecrantur, sancta sanctorum. Qui uero ipsa sancta temerare audet, abominationem committit. Eiusmodi ergo sunt, quae sancta dicuntur, uel sanctis sanctificata, quaecumque ecclesia possidet in substantia terrena, siue in pecunia, siue in terra: maxime in decimis, quae ab initio ita instituta

stituta sunt, ut nunquam a ministerio diuino siue illorum, qui Deo seruiunt, & ministerio diuino deputati sunt, usu sine peccato abalienari potuissent. Haec quidem in principio ob formam sacramenti magis instituta uidentur. Postea autem sub lege scripta, & sub lege gratiae ad sustentationem ministrorum Dei sunt reseruatæ, ita ut in eis & deuotio offerentium mereretur, & accipientium necessitas cōsolaretur. Haec igitur nullo modo ab usu ecclesiae abalienari possunt, neque in possessionem laicam siue commutatione siue donatione transire. Cetera corporalia, quae siue in terris siue in pecunia ecclesiae possident, quādiu quidem ab illa licite possidentur, auferri sine culpa non possunt: sed si causa & ratio postulauerit, per commutationem aut donationem ad alienam possessionem transire possunt. Sicut ergo rapina est, & uiolentia eiusmodi bona homini iuste possidenti tollere: sic sacrilegium est, & pluraquam rapina ista ecclesiae iuste possidenti auferre. Decimas autem quoquomodo usurpare aut retinere sine sacrilegij culpa non possunt, nisi soli ad quorum sustentationem diuina institutione ordinatae sunt. Haec igitur differentia est inter decimas & ceteras ecclesiae possessiones, quod decimae & institutione & possessione ad sacra pertinent, ceterae autem possessiones ecclesiasticae ad sacra pertinent sola possessione. Aliae ergo possessiones ecclesiae ad alienos possessores sine commutatione rationabili transferri non possunt. Decimae autem ab alienis omnino possideri non possunt. Illae ergo non possunt auferri, istae non possunt transferri. In illis sacrilegium est, si auferantur; in istis, si transferantur. Decimarum autem, & ceterarum possessionum ecclesiasticarum episcopi dispensatores esse debent, ut eas ijs, qui ecclesiae deseruiunt, rationabiliter distribuunt: ex quibus si quid forte aliquando ad sustentationem eorum, qui in ecclesiasticis officijs non deseruiunt, sed tamen in secreto diuino seruitio mancipati sunt, accommodatur, indulgentia est non debitum: ita tamen ut hoc ipsum de portione sit pauperum, non de sustentatione clericorum. In eo enim quod ministro debetur, dignus est operarius mercede sua, nec bene sustentat egentem, qui fraudat seruientem.

INCIPIT DECIMA Pars, De Simonia.

Unde dicitur, & quid est Simonia. Cap. I.



Simonia a Simone Mago nomen accepit, qui huius mali exemplum exitiale posteris reliquit. Est enim simonia gratiam spiritualem pecunia comparare uelle. Quod cum fit, & ille utique qui uendit, & ille qui emit, eadem sententia feriuntur: quia eiusdem reatus culpae obnoxij comprobantur.

De auctoribus Simoniae. Cap. II.

Simoniacae haeresis contagium iam olim in Ba-D Slaam pululauit, qui diuinationis pretio proposito ad maledicendum populum Dei perrexit. De Nu. 22. hinc huius haeresis duo leguntur auctores pestilentes emeruisse, alter sub prophetica, alter sub Apostolica doctrina. Prius Giezi magister esse uendentium: 4. Reg. 5 deinde Simon auctor uidetur emptorum. Horum Act. 8. autem (ut dictum est) sectatores sicut non sunt in errore diuersi, ita nec in damnatione discreti.

De ijs, qui spiritualia vendunt, aut emunt.
Caput. III.

Qui ordines sacros emunt uel uendunt, conuicti sine misericordia deponuntur: quia profecto sacris ordinibus indigni sunt, qui in ipsis sacris ordinibus peccasse comprobantur. Ab haereticis ad unitatem ecclesiae uenientes aliquoties legitimus in suos ordines receptos. Alij siquidem haeretici in suscipiendis ordinibus non errabant: sed alia causa erat atque doctrina, quae eorum fidem impediabat. Simoniacorum uero haeresis & peccatum, ipsa ordinatio eorum est. Merito igitur in suos ordines non recipiuntur, quoniam in ipsos suos ordines peccauerunt. Sciendum uero est, quod qui à Simoniacis nescientes ordinantur, quia eos catholicos non Simoniacos putant, spiritualem gratiam per ministerium illorum accipiunt, si erroris illorum (cuius conscij non fuerant) participes non fiunt. Qui autem pro gratia spirituali comparanda pecuniam offerunt, etiam à catholicis ordinati Simoniaci existunt. Sed dicis mihi. Quomodo à Simoniaco ordinatus per impositionem manus illius donum Sancti Spiritus accipere potest? Quomodo Simoniaco potest dare, quod non habet, et si catholicus putetur? Audi quomodo. Sicut adulter, sicut fornicator, sicut ebriosus, aut auarus dare potest, quod non habet: ita Simoniacus, quod non habet, dare potest: & uere dare potest ijs, qui digni sunt accipere. Per ministerium enim illius datur, non per meritum. Ideo ijs, qui erroris illius participes non sunt, & culpae conscij non existunt, gratia per illum datur, ab illo non datur. Minister malus est largitor, bonus tamen minister est. Sicut haereticus, siue alius quilibet malus minister, malus est: & tamen minister est. Malus, in eo quod errorem uel malitiam habet minister, in eo quod habet officium. Sic simoniacus: Nam & ipse haereticus est: & si non fide, tamen opere minister malus est, & tamen minister est. Malus in eo quod simoniacus est, minister in eo quod in officium ordinatus est. Malus in eo quod pretium dedit, minister in eo quod ordinem & officium accipit. Sed dicis mihi. Quomodo ordinem aut officium accipere potuit, qui pretium dedit? Audi quomodo. Ad perniciem ad perditionem. Officium emere potuit, gratiam accipere non potuit. Tamen quia officium accepit & habet: per ministerium eius bonis quidem gratia, & officium datur. A malis uero non gratia, sed officium solum accipitur: & tamen accipitur,

Ordinatus a simoniaco donum spiritus sancti accipit.

accipitur, quàmuis ad perniciem eius, qui male accipit, sicut ad perniciem eius, qui male dedit.

De ijs, qui corporalia in ecclesia comparando cum eis, & in eis spiritualia emunt. Cap. I III.

Sunt autem quædam in ecclesia, quæ dum pretio comparantur: cum perceptione corporalis beneficij, participatio etiam spiritualis dignitatis accipitur. Vbi profecto quisquis alterum uendere aut emere cognoscitur, neutrum inuenditum aut inemptum reliquisse comprobatur. Sed dicis mihi, Quo modo hoc esse potest? Ego in ecclesia uictum, & uestitum emi: ecclesiam non emi. Stipem emi, prebendam emi: corporalia tantum emi: spiritualia nihil emi, aut emere uolui. Dic ergo mihi. Quis nomen tuum inter nomina fratrum ascripsit? Quis tibi in choro, in capitulo locum assignauit? Si hæc non emisti, unde hæc habes? Quis tibi hæc dedit? Sed (inquis) gratis accepi, cætera emi. Hæc gratis data sunt. Bene dicis. Ouem emisti, & lanam non emisti, sed gratis accepisti. Tamen si ouem non emisisses, lanam non habuisses. Pro arbore pretium dedisti, ut eius fructum gratis manducares. Satis astute ingredi existimasti commento ridiculo. Vide ergo quomodo non emeris, quod non habuisses, si pretium non dedisses. Aut te hoc pariter emisisse confitere: aut si non emisti: noli tollere, quod tuum non est.

Sed dicis mihi iterum, Quid ergo? Non possum ab ecclesia stipem emere, & corporalis sustentationis impensam pretio sine Simonie culpa comparare? Ecce habeo prædia mea, aut pecuniam meam, qua sustentari possem, & uiuere. Sed forte timeo uiolentiam principum, aut fraudem familiarium siue alium quodcumque. Fortè etiam defectum ætatis, aut imbecillitatem uirium mearum considero. Video quia non possum ipse sicut expedit res meas disponere, & proprijs utilitatibus deseruire. Venio ad ecclesiam, commendo ei res meas, & uitæ meæ prouidentiam committo: & ut alat me, & sustentet, & de meo mihi subsidium ministret: & ne fortè frauder in aliquo, expeto certam mihi, & determinatam pensam consitui, quantum scilicet accipit unus aliquis eorum, qui ecclesie deseruiunt, qui in titulo ecclesie conscripti sunt. Præbendam peto ad quotidiani uictus usum, sicut habet alius, qui in ecclesia est, qui de ecclesia uiuit, & ecclesie seruit. Dat mihi ecclesia, & concedit illud, mea accipiens, & sua reddens, immo mea, non sua mihi dispensans. Quid igitur inde iudicandum sentiam inquiris. Ego tibi breuiter respondeo: quod si ecclesiam in uita tua dispensatricem facis, aut post mortem hæredem relinquis: ego prohibere nec uolo, nec possum. Et si de tuo te patet, aut pro tuo, prouidentia est, non culpa: necessitas, non iniquitas. Sic interim, ut aliud non requiras, nec accipias. Corporalis tibi necessitudo conceditur, commercium iniquitatis negatur.

De eo quod sola corporalia uenduntur. Cap. V.

Contingit autem aliquando, ut possessiones ecclesie, uel quælibet alia ecclesiastica bona cor

poralia per malos prelatos data uel uendita ab usu ecclesie alienentur. In quo genere crimen simonie esse non uidetur, quàmuis culpa grauis non desit. Quanta enim iniquitas sit: manifestum est eos, qui ad ædificandas & custodiendas ecclesias positi sunt, destructioni illarum, & eorum, quæ ad illas pertinent, dissipationi operam dare: maximè si ea, quæ abalienantur talia sunt, quæ ad usus alienorum nunquam licite transire possunt, sicut sunt decimæ, quæ ab initio institutæ sunt ad eorum tantum sustentationem, qui tabernaculo deseruiunt. Hæc igitur ad laicos transferre quid aliud est, quàm de facto sacrum auferre? Sic ergo, si unicuique peccato nomen culpe conueniens datum fuerit, nihil mali fit in iudicio æquitatis.

INCIPIT VNDECIMA Pars, de sacramento coniugij.

De excellentia huius sacramenti: & quæ in eo consideranda sint. Cap. I.



Vm omnia sacramenta post peccatum & propter peccatum sumpterint exordiu: solum coniugij sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum: non tamen ad remedium, sed ad officium. In coniugio autem hæc primum consideranda sunt & discernenda, origo & institutio, cum modo & causis suis, & eius secundum tempus & locum & ritus uariatio.

De origine coniugij. Cap. II.

Coniugij auctor Deus est. Ipse enim coniugium esse decreuit, quando mulierem ad propagationem generis humani homini in adiutorium fecit. Adam quoque in spiritu cognoscens ad quem usum mulier facta esset, cum adducta fuisset ad eum, dixit. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Christus etiam in Cana Galilee non solum præsentia corporali, sed exhibitione quoque miraculi nuptias consecrauit. In quibus omnibus ostenditur coniugium & a Deo esse, & bonum esse.

De duplici institutione coniugij: & de causa institutionis duplicis. Cap. III.

Institutio coniugij duplex est. Vna ante peccatum ad officium. Altera post peccatum ad remedium. Prima, ut natura multiplicaretur. Secunda, ut natura exciperetur, & uitium cohiberetur. Prima institutio coniugij proposuit in fœdere dilectionis, ut in eo sacramentum esset societatis, quoniam in spiritu constat inter Deo & animam. Officium autem coniugij in carnis commixtione proposuit, ut in eo sacramentum

1. Co. II

Gen. I.

Matrimonij inter Christum & Ecclesiam.

Gen. 2.

Ioan. 2.

Gen. 2.

Eph. 5.

rum esset societatis, quæ in carne futura erat inter Christum, & ecclesiam. Secunda institutio coniugium in fœdere dilectionis sancit, ut per eius bona id, quod in carnis commixtione infirmitatis erat, & delicti, excusaretur. Officium autem coniugij in commixtione carnis concessit, ut in eo præter generis multiplicationem generantium infirmitas exciperetur. Quare autem institutum sit coniugij sacramentum, Apostolus innuit, ubi uirum imaginem Dei esse: ac per hoc quodammodo mulierem animæ rationalis typum portare ostendit. Quare item primo institutum sit coniugij officium, ipse Deus institutor, & ordinator ostendit, dicens. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Officium autem coniugij, hoc est carnis commixtionem ante peccatum non ad remedium infirmitatis, sed ad multiplicationem prolis institutum esse, post peccatum aut idem ipsum ad remedium infirmitatis concessum Beatus Augustinus testatur his uerbis, dicens. Vtriusque sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis rectè honestate nuptiarum excipitur, ut quod sanis esset officium, sit egrotis remedium. Item in coniugio aliud esse, & alterius rei sacramentum esse ipsum coniugium, & aliud esse & alterius rei sacramentum esse ipsum coniugij officium: idem ipse in libro de bono coniugali testatur, dicens. In coniugio aliquid boni esse uidetur, non solum propter propagationem filiorum, sed etiam propter naturalem in diuerso sexu societatem. Alioquin iam non diceretur coniugium in senibus, si uel amississent filios, uel non genuissent; in quibus etsi emaruerit ardor carnis, uiget tamè ordo charitatis. Itè. In nuptijs plus ualet sanctitas sacramenti, quàm fecunditas uentris. Vnde quidam non intelligentes hoc, quod dictum est: Illa mulier non potest pertinere ad Christi & ecclesie sacramentum, cum quæ noscitur non fuisse carnale commercium, existimant sacramentum coniugij esse non posse ubi commixtio carnalis non fuerit. Nesciunt enim, quod officium coniugij in carnis commixtione illa, quæ inter Christum & ecclesiam per carnis susceptionem facta est, unionem figurat: proptereaque Christi & ecclesie sacramentum esse non possit, ubi commercium carnale non fuerit. Coniugium tamen uerum, & uerum coniugij sacramentum esse, etiam si carnale commercium non fuerit subsecutum: immo potius tanto uerius & sanctius esse, quanto in se nihil habet, unde castitas erubescat, sed unde charitas gloriatur. Nam & ipsum coniugium sacramentum est, sicut & ipsum officium coniugij sacramentum esse cognoscitur. Sed coniugium, ut dictum est, sacramentum est illius societatis, quæ in spiritu est inter Deum & animam. Officium uero coniugij sacramentum est illius societatis, quæ in carne est inter Christum & ecclesiam. Scriptum est enim. Erunt duo in carne una: sed si duo in carne una, iam non duo; sed una caro. Hoc est sacramentum, quod ait Apostolus magnum in Christo & ecclesia: ad quod sacramentum pertinere non potest mulier, cum quæ noscitur non fuisse carnale commercium. Potest tamen pertinere ad aliud sacramentum non magnum in Christo & ecclesia, sed maius in Deo & anima.

Quid enim? Si magnum est, quod in carne, magnum non est, immo multo maius, quod in spiritu est: Caro Ioan. 6. (inquit) nihil prodest, spiritus est, qui uiuificat. Si ergo magnum est, quod in carne est, maius utique est, quod in spiritu est. Si recte per scripturam sanctam Deus sponsus dicitur, & anima rationalis sponsa uocatur: aliquid profecto inter Deum & animam est, cuius id, quod in coniugio inter masculum & foeminam constat, sacramentum & imago est. Beate fortè (ut expressius dicatur) ipsa societas & quæ exterius in coniugio pacto fœderis seruatur sacramentum est, & ipsius sacramenti res est dilectio mutua animorum, quæ adinuicem in societatis & fœderis coniugalis uinculo custoditur. Et hæc ipsa rursus dilectio, qua masculus & foemina in sanctitate coniugij animis uniantur, sacramentum est: & signum illius dilectionis, qua Deus rationali animæ in eius participationem infundit gratiæ suæ, & spiritus sui participationem coniungitur. Copula igitur carnis, quæ ante peccatum in coniugio officium fuit, & post peccatum in eodem pro remedio concessa est: sic utrobique coniugio adiungitur: ut cum coniugio ipsa sit, non coniugium ex ipsa. Nam & ante ipsam coniugium uerum est, & sine ipsa sanctum esse potest: ut quidem si non adesset illa, infructuosius: nunc autem si illa non affuerit, syncerius. Quod enim post peccatum copula carnis in coniugio admittitur, indulgentiæ magis est, & compassionis: ne uitium concupiscentiæ, quod in humana carne post peccatum radicauit, turpius in omnem excessum perflueret, si nusquam licite excipi potuisset.

Quid sit coniugium: & qui illud legitime contrahere possint: & quis consensus sit legitimus. Cap. I III.

Quidam hoc modo coniugium diffiniendum putauerunt: ut dicerent coniugium esse consensum masculi & foemine indiuidualem uitæ consuetudinem retinentem. Cui diffinitioni legitimum adiungere oportet: quia si consensus masculi & foemine legitimus, hoc est legitime & inter personas legitimas factus non fuerit, coniugium in eo consecrari non potest. Legitimas autè illas personas dicimus, in quibus ulla rationalis causa demonstrari non potest, quare coniugij pactum mutuo firmare non possint. Ideo autem dico in quibus rationalis causa demonstrari non potest: quia etsi fortè est, sed occulta, & latens; & nondum iudicio ecclesie comprobata; quantum ad iudicium ecclesie spectat, pactum coniugale neque prohiberi potest, ut non fiat: neque cum factum fuerit, infirmari potest, ut non consistat. Quod enim omnino occultum est, quantum ad iudicium ecclesie, non esse dicendum est: quia ad efficiendum aliquid uel impediendum non differt ab eo, quod non est. Prima autem institutio, duas tantum personas id est patrem & matrem a contractu matrimonij excepit, ubi hominem ut adhærere possit uxori suæ patrem & matrem relicta esse asseruit dicens. Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ. Manifestum est autem, quod

Matrimonij anima cum Deo.

Gen. 2.

non requiruntur ad hoc, qui relinquuntur propter hoc. Has ergo duas personas solas prima institutio excepit. In ceteris omnibus nullam ulli ad sacramentum coniugij fœderandum prohibuit. Venit postea secunda institutio, quæ per legem facta est: & excipit quasdam alias personas siue ad decorem naturæ, siue ad pudicitia argumentum. Et ex tunc cepit esse ex prohibitione illicitum, quod fuerat ex natura concessum. Vbi quidem, si non culpabiliter prohibitio ignoratur, in transgressione ignorantia excusatur. Nec prohibetur uirtus sacramenti, quândiu non patet transgressio præcepti. Cum autem constans esse cœperit, quod prohibitum est, constare deinceps aut ratum esse non potest, quod factum est: quia quod manifeste contra præceptionem agitur, legitimum aut uerum esse non iudicatur. Erunt fortassis, qui existiment ignorantiam facere tantum non posse, ut pro ea coniugium appellari debeat inter eiusmodi personas, quibus matrimonij copula iuste prohiberetur, si causa, quæ later, cognosceretur. Ego illos interrogo quid sentiendum sit de filijs ex huiusmodi copula procreatis: utrum legitimi an illegitimi sint iudicandi. Quod si durum uideatur, & ut idcirco filij illegitimi dicantur: quia parentes secundum causam aliquam latentem illicitè, secundum iudicium autem & concessionem ecclesiæ legitime fuerunt copulati: concedant necesse est copulam illam, ex qua procreati sunt, quândiu quidem causa latuit, legitimam fuisse: etiam si iuste illicitam fuisse, causentur. Nô enim omne quod illicitè fit, ideo non fit, quia illicitè fit: quoniam quod fit, fieri omnino dicendum est, quàmuis in eo, quod sic fit, male fieri rectè dicatur. Si autem quod fit, & quod illicitè fit, fieri quidem sciat, illicitè autem fieri nesciat: potest quidem ignorantia culpam temperare aut excusare, ut actum legitimum constet in eo, quod fit: quàmuis facere non possit, ut irreprehensibiliter non fiat, in eo quod sic fit. Si ergo filij secundum aliquid legitimi sunt, secundum aliquid legitima est & copula, ex qua sunt. Quod si copula ipsa secundum aliquid legitima rectè dicitur: non mihi apparet quare non etiam secundum id ipsum coniugium merito nominetur. Non est enim magna contentio de nomine, ubi idem de ueritate sentitur. Exceptis ergo eiusmodi causis, in quibus uel propter horrorem uel turpitudinem, pudicitia consulendum uidetur: in ceteris omnibus hoc sentiendum puto, quod si in aliqua fortè per ignorantiam offenditur, quândiu quidem latet matrimonio secundum iudicium ecclesiæ legitime factò, nequaquam tollere possit, quin legitimum appelletur. Non mihi ergo quis fratrem, & sororem opponat, aut cetera huiusmodi, in quibus ratio ignorantia excusationem non admittit. Non permittuntur in eiusmodi offendere: quod in eo, quod faciunt, ignorantia debet excusare. Horroris sunt huiusmodi facta, non rationis, in quibus & si ignorantia fuerit, uerecundia tamen & pudicitia confusionem non euadit. Aliud est de illis loqui, de quibus dicit Apostolus. Tentatio uos non apprehendat, nisi humana. In quibus enim humanum est errare, in illis potest ignorantia erroris culpam excusare. Sic ergo legiti-

mas personas secundum iudicium ecclesiæ appelladas putamus, in quibus nulla causa extat, pro qua aut iuste prohiberi possit, quod faciendum est: aut cum factum fuerit, infirmari. Sed quândiu quidem sic est: legitimum esse dicitur, quod est. Si quis autem interroget, quomodo secundum iudicium ecclesiæ legitimum esse possit, quod secundum iudicium diuinum legitimum non est: ego quidem utrunque legitimum esse puto. Idcirco tamen secundum iudicium ecclesiæ specialiter legitimum dicitur: quia secundum iudicium ecclesiæ nihil in eo est, pro quo legitimum dici non debeat: sed secundum diuinum iudicium aliquid in eo est, quod ecclesiæ iudicio manifestum esset: coniugium legitimum non esset. Hoc est, quia aliquid in eo est, ecclesiæ quidem occultum, sed Deo notum. Quod si similiter ecclesiæ manifestum esset, coniugium legitimum non esset. Nunc autem per ignorantiam excusatur: ut ex eo ipso tam apud Deum, quàm apud homines legitimum sit, quândiu ignoratur: quia apud homines quidem nihil in eo reprehenditur: apud Deum autem quod reprehensibile est, & si culpam habeat, ad confusionem tamen reprobationis non imputatur. Et has quidem personas ecclesiæ legitimas, secundum iudicium ecclesiæ existimamus. Consensum autem legitimum illum esse putamus, qui ad hoc fit, ad quod fieri debet. Nam qui ad solam carnis commixtionem consentiunt, pro tali consensu coniuges adhuc dici non possunt. Hoc enim & fornicationes & adulterantes faciunt, a quibus coniugalis castimoniam nomen procul abesse cognoscitur. Ergo aliud illud est, cuius consensus inter masculum & feminam coniugium faciat. Hoc autem quid esse dicendum est, nisi societas illa, quam Deus creator a principio inter masculum & feminam instituit, quâ mulierem de latere uiri formatam eidem sociavit. Quia enim societas data est, non ancilla, aut domina: idcirco nec de summo, nec de imo, sed de medio fuerat producenda. Si enim de capite fieret, de summo fieret: & uideretur ad dominationem creata. Si autem de pedibus fieret, de imo fieret: & uideretur ad seruitutem subiicienda. Propterea de medio facta est, ut ad æqualitatem societatis facta probaretur. In hoc tamen quodammodo inferior ipso, quod facta est de ipso: ut ad ipsum semper quasi ad principium suum respiceret, & ei indiuidue adhærendo, ab ea se (quæ adinuicem constare debebat) societate non separaret. Hæc ergo societas coniugium est, quæ fœdere sponsonis mutua consecratur, quâdo uterque uoluntaria promissione debitorem se facit alteri: ut deinceps neque ad alienam altero uiuente societatem transeat, neque se ab illa, quæ adinuicem constat, societate disjungat. Ad cuius quidem societatis consensum, si etiam carnalis commixtionis consensus in prima fœderatione coniungitur, eiusdem commixtionis debito coniugati, postmodum adinuicem constringuntur. Quod si fortè in fœderatione coniugij utrinque pari uoto consensus carnis remittitur, pro eodem deinceps coniugari debitores adinuicem non tenentur. Quod enim ab utriusque pari consensu dimissum, & uoto firmatum est, iuste postmodum ab altero exigere non potest: & tam-

Mulier
quare ex
latere uiri
formata,
non ex pedibus, aut
ex capite.

men firmum stat etiam sic coniugij sacramentum, cuius uirtutem copula carnis sicut non efficit, cum adest: ita si defuerit, tollere non potest. Talis itaque consensus indiuidualem uitæ consuetudinem retinere creditur, qui ad hoc factus est: ut mutua societas, quæ adinuicem per ipsum initiata est, utroque uiuente amplius diffiduum non patiat. Qui ergo diffinire uoluerit coniugium, dicere potest. Coniugium esse consensum legitimum, hoc est inter legitimas personas & legitime factum masculi & feminae ad indiuidualem uitæ consuetudinem obseruandam. In quo quidem consensu copulae carnalis commercium pari uoto aut futurum non contradicitur, aut non futurum laudatur.

Coniugij
diffinitio

Quando coniugium esse incipiat. Cap. V.

SI quis autem quærat, quâdo coniugium esse incipiat: dicimus, quod ex quo talis consensus, qualem supra diffinimus, inter masculum & feminam factus fuerit: ex eo statim coniugium est, quem etsi postea copula carnis sequitur, nihil tamè coniugio amplius ad uirtutem sacramenti confertur. Unde constat, quod si uir uel mulier post talem consensum, ad alienam societatem transierit: etiam si commixtio carnis illic sequatur, ad priorem tamen societatem, in qua sacramentum coniugij sancitum est, & postquam secunda copula illicita omnino iudicatur, redire debet. Sed dicis mihi. Aliquis promissit siue forte iurauit alicui se usque ad tempus copulatum illam deducturum, & illa similiter promissit, uel iurauit se illi nupturam. Interim mutato proposito alter siue uterque ad alienam societatem transiit, & ille aliam uxorem ducit, & illa marito alteri nubit. Quid ergo faciendum est? Nunquid propter priorem sponsonem secundæ fœderationis pactum sciendum est? Sed considera, quod longe aliud est promittere, atque aliud facere. Qui promittit, nondum facit: qui autem facit, iam facit quod facit. In eo qui promittit, si non facit quod promittit, mendacium est. In eo autem qui facit, etiam si post factum penitet, tamen factum omnino est quod factum est. Qui ergo se promissit uxorem ducturum, nondum tamen uxorem duxit: & quæ sponsondit se nupturam, nõdum nupsit: nec coniugium adhuc fuit, sed futurum esse debuit. Cum autem postea & ille uxorem duxit, & illa marito nupsit, iam coniugium utrinque fuit: & non poterit dissolui quod factum est, etiam si id, quod promissum fuit, nõ est impletum. Præcedens ergo mendacium penitentia corrigendum est, sed sequens coniugium dissoluedum non est. Non autem sic est, quando sacramentum coniugij non quidem (ut supra dictum est) mutua sponsonem futurum promittitur, sed presentis assensus attestazione firmatur: quia post talem consensum quicquid in aliena societate etiam cum carnis commixtione, uel cum prolis procreatione secutum fuerit, irritum omnino esse debet. Sed putant quidam posterius factum idcirco stare debere: quia in eo amplius esse uidetur, ubi post consensum etiam carnis commixtio secuta est. Sed cur ideo stare debet, in quo plus factum est: si totum id, quod

Questio.

X

factum est, iuste factum non est: Si posterius propterea coniugium iudicatur: quia in eo copula carnalis fuit, quæ in priori non fuit: ergo si tertium post hoc secutum fuerit, dicit aliquis: quod melius iudicandum est, quàm secundum: quia in eo fortassis sapius copula carnalis fuit, quàm in secundo fuit: quod ratio nõ admittit. Quapropter quicquid post consensum coniugalem, qui matrimonium faciat, cum alio uel alia siue in consensu, siue in coitu admissum fuerit, ad incestus & adulterij maculam, nõ ad coniugij sacramentum pertinebit. Sed dicis. Si post primum coniugalis fœderis consensum statim coniugium est: quid ergo sibi uult, quod dicit auctoritas: aliter non fieri legitimum coniugium nisi ab his, qui super eam fœminam potestatem habere uidentur, & a quibus custoditur uxor, peratur: & a parentibus propinrioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotallyter, ut mos est, cum præcibus & oblationibus a sacerdote benedicatur: & cetera quædam, quæ in hunc modum adiungit, dicens. Quoniam aliter præsumpta non coniugata: sed adulterina contubernia, uel stupra, aut fornicationes potius, quàm legitima coniugia esse dicenda sunt. Sed id in hoc loco intelligi oportet legitima non esse id est non fieri secundum institutionem legum, quæ in hunc modum coniuges desponsari instituunt. Nam quod postea adiungit, aliter præsumpta adulterina contubernia potius, uel stupra esse quàm legitima coniugia: confestim subsequenti sermone temperat, dicens. Nisi forte uoluntas propria suffragata fuerit, & uota succurrerint legitima. Illic ergo, ubi uoluntas propria, & uotum legitimum succurrit, etiam sine his omnibus legitimum coniugium esse potest. Si enim coniugium esse non potest, ubi ista non sunt: nec baptisimus esse potest, ubi non præcedit fontis consecratio, baptisandi exorcizatio, & ubi non sequitur olei. & chris matis unctio. Sed sicut baptisimus esse potest sine istis, quàmuis ista debeant esse cum baptismo: ita & sine illis coniugium esse potest etiam ibi, ubi illa in coniugio & cum coniugio esse debent. Nam quod coniugium non in coitu constat, sed in consensu, nec in consensu coitus: quia sicut sine coitu consensus, ita etiam sine consensu coitus esse potest, si fortè utrinque castitatis & continentia propositum placitum fuerit, beatus Ambrosius testatur, dicens: Non defloratio uirginitatis, sed pactio coniugalis coniugium facit. Item. Coniugium non facit coitus, sed consensus: qui si defuerit, omnia etiam cum ipso coitu struuntur. Isidorus etiam dicit, quod coniuges uerius appellantur a prima desponsationis fide: quàmuis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus. Sed fortè uidetur hoc contrarium esse illi, quod superius diximus, coniugium in consensu maritali sanciri. Si enim a prima desponsationis fide coniugium incipit, cum fides desponsationis in promissione futuri consensus præcedere uideatur: quando coniugium ab hac fide initiari dicitur, proculdubio etiam ipsum matrimonij consensum antequam probatur. Sed si desponsationem ipsam futuri matrimonij pactioem & promissionem intelligere debemus: tunc nimirum fidem desponsationis.

nis, impletionem promissionis, & pactionis exhibitionem conuenienter accipimus. A qua nimirum, quia in prædicto consensu constat, merito coniugium exordium sumit; quia in eo quod fides pactionis & sponsonis, quæ de futuro coniugio utrinque facta fuerat, adimpletur: in consensu maritali coniugij sacramentum perficitur. Nomen autem desponsationis non ipsum coniugij consensum, quo matrimonium firmatur, sed pactionem & promissionem futuri consensu significare in ipsa uocis expressione coniugij: quia & spondere non dare est aut facere, sed promittere. Vnde & Apostolus dicit. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Quod si desponsationis nomen in ipso contractu matrimonij intelligere debemus: tunc si dem desponsationis consensum mutua societatis, quæ coniugium dicitur, conuenienter accipimus. Vnde & de matre Domini Augustinus dicit: quod a prima desponsationis fide coniux uocata est Ioseph quam concubitu non cognouerat, nec fuerat cogniturus. Et Ambrosius similiter. Desponsata uiro coniugis nomen accepit. Cum enim initiatur coniugium, tunc coniugij nomen assumitur. In quibus uerbis, sicut supra dictum est, si desponsationem accipimus in eo, quando consensu maritali coniugium sancitur, recte tunc ipsum coniugium inchoari, & nomen coniugis assumi dicitur. Si autem desponsationem intelligimus in eo, quod futurus ad coniugium faciendum consensus promittitur, tunc quidem coniugium in ijs, quæ coniugium antecedit, inchoari dicitur: & ab inde etiam quæ futura est coniunx propter ea, quibus iam coniugium initiatum est, nomine coniugis censetur. Sed ut liber de his, & de huiusmodi sentiatur: tantum ut coniugium nec ante legitimi consensus attestationem, in quo uterque alteri ad coniugalis fœderis societatem se tradit, uerum esse credatur: nec postea, imperfectum. Vis scire quid dico? Cum ille dicit. Ego te accipio in meam, ut deinceps & tu uxor mea sis, & ego maritus tuus: & illa similiter dicit: Ego te accipio in meum, ut deinceps, & ego uxor tua sim, & tu maritus meus: aut, si hoc dicunt, aut aliud quodcumque simile illi, in quo & si non hoc dicunt, hoc tamen intelligunt. Aut si non hoc dicunt: quia fortassis alicubi uerba non celebrantur, sed res agitur: tamen hoc faciunt. Ducit illam, accipit illam, sicut mos est legitimus ducendi uxores. Cui igitur hoc sicut mos est dicunt uel faciunt, & in hoc sibi consentiunt, hoc est, quod dicere uolo: quod deinceps coniuges sunt, siue hoc dixerint, & in hoc sibi consentierint coram legitimis testibus, sicut debet: siue forte soli seorsum & in secreto nemine attestante uel astante, qualiter non debet: tamen omnino coniuges sunt: nec deinceps, nisi alia emergat causa dissidij, ab inuicem separari licite possunt: etiam si propter furtiuum consensum, si factum negauerint, conuinci non possint.

De ijs, qui occulte nubunt, uel postquam nupserint, contra coniugium aliqua uerenda faciunt.
Cap. VI.

Sed dicis. Quid ergo faciendum est de homini, qui clanculo conuenerunt: si postea aut alter, aut uterque factum negando ad alienam societatem transierit.

Quidam uxorē duxit clanculo sine presentia testium solo adinuicē maritali consensu firmato, deuitas, ut nonnullū fieri solet, aliqua de causa sciam alienā, postea breui tempore interiecto, priusq̄ consensum occultum facto manifesto probasset, de facto pœnituit: eā, quā in hunc modū uxorē duxerat, dimisit: aliam duxit celebri apparatu manifestē corā ecclesia fortassis cū parentū traditione: cū sacerdotis benedictione nuptias fecit: filios genuit. Venit prior illa ad ecclesiā, iudiciū interpellat, iustitiā postulat. Inuiriā sibi illatā palā exponens. Negat ille: nec sunt testes, qui pnt probare quod occultū est. Hic quæris, quod facere debet Ecclesia: quia utrinq; incōueniens aliqd incurrere uis. Si n. illi mulieri, quæ quidē uerū dicit, sed tñ occultū est, nec probatū quod dicit, sine legitimo testimonio propter solū dictū eius creditur, & pro eo, quod incertū est & occultū id, quod certū & manifestū est & dissoluitur: poterit deinceps quilibet siue quilibet in aliu uel in alia, quodcumq; uoluerit fingere, ut sibi simili ratione credatur. Quod si admissum fuerit: magna cōfusio proueniet, neq; deinceps in ecclesia aliquid firmū stabit. Si uero pp auctoritatē ecclesiæ conseruandā coniugium, quod primū factū est, scinditur: & adulteriū, quod secundo presumpitū est, cōfirmantur: aliud malū magnū est: quā non solum libertas datur, sed et necessitas inducitur homini, ut maneat in peccato suo. Hic ergo cōsiliū quæris. Ego fortassis tibi potiora dicturus nō sum, tñ oportet, ut in tantis malis prorsus ignorantes non simus. Si quis putauerit propter hominū mala uitā da, talem consensum, quod nullo testimonio probatur, neq; facientū mutua cōfessione firmatur, irritū esse debere, neq; in eo ullatenus cōiugium stare posse: facilius incōueniens declinat. Pōt. n. etiā id, quod supra dictū est, furtiuos cōsensu non coniugia esse, sed adulterina cōtubernia uel supra, nisi uoluntas propria suffragauerit, & legitima uota succurrerit: propter hoc dictū putari, quod eiusmodi cōsensus, qui in occulto fiunt, cōiugium nō sanciant: nisi idē ipsi, qui in occulto sibi consenserint, eundem consensum suum utriusque uoluntarie in manifesto profiteantur. Tunc siquidem uoluntas propria suffragatur, & uota legitima succurrunt: cum id, quod in occulto fecerunt, sponte utriusque in manifesto profitentur. Si quis igitur ad hunc modum dicat coniugium occulto quidem consensu initiari posse, sed non nisi manifesta amborum confessione firmari, cōpendiosius mala multa declinat. Sed plurimum approbatio hoc recipit, ut siue in manifesto, siue in occulto talis consensus inter legitimas personas factus fuerit, perfectum coniugij sacramentum iudicetur. Quod si ita uerum esse constare debet: considerandum est quomodo, supra memoratæ quæstioni responderi oporteat. Dubium non est, quin id, quod ecclesiæ probari non potest, ecclesia ipsa iudicare non potest. Et rursus dubium non est, quin id, quod legitimo, & manifesto ecclesiæ iudicio factum est, sine legitima & rōnabili & manifesta causa rescindi nō pōt. Ratio nos urget ista mulier dicit: quod pari cōsensu cū uiro illo matrimonium fecit. Sed quod dicit, nec ipsa probare pōt: nec ecclesia, quod probatū nō est, approbare pōt. Nō pōt ergo pro eo,

Questio **G** pro eo, quod occultū est, id, quod manifestū est, infirmari Quapp oportet, ut scdam copulā, quod iudicio ecclesiæ legitime facta est, ipsa ecclesia iudicet ratā esse debere. Sed dicis. Quid ergo faciendū est huic mulieri, quod uirū suū ab ecclesia requirit, sed habere nō pōt, quia id, quod occultū fuit, probare nō pōt? Fortassis cū uiderit, quod maritū suū habere nō pōt, alteri nubere uolet, et ueniet ad ecclesiā expositulās, aut ut sibi maritū suū reddatur, aut alteri nubere cōcedatur. Hic ergo quæris quod ecclesia facere debeat, an p̄p̄ea quia priorē reddere non pōt, s̄m cōcedat? Sed uide, quō concedere ecclesia possit illi maritū alterū, quod suū adhuc uiuū esse cōfiteatur. Ipsa dicit uir meus uiuit, & tñ petere p̄sumit, ut alteri nubat. Ergo dicis: ad cōtinētiā cogenda est mulier ista. Ita sane, quia negligētiā cauere nō uult, iustū est ut p̄nā sustineat. Quare i manifesto nō nup̄sit. Si prius in nubēdo testimonium ecclesiæ habere cōtēp̄sit: qua rōne nūc iudiciū ecclesiæ interpellat. Ipsa se igit obligauit. Sustineat itaq; nūc p̄nā negligētiæ, ut alijs mulierib; nē idē p̄sumat correctionis & cautelæ exēplum fiat. Cōtinere p̄c̄m non est, nec impossibile est, et si difficile est. Si ergo mulieres nō hnt continere, caueāt in occulto nubere. Ibi nubant, ubi testes habere possūt, si maritos cōseriētes habere nō possūt. Quod si culpā uitare nō uolūt, sustineāt p̄nā. Qui ergo cōiugium suscipere uult, cogitet primū, quod cū illud susceperit, legē ei⁹ portare debet. Qui aperit quod delectat, portet necesse est, si in eo uel p̄ eo euenierit, et id quod grauat. Nō ergo p̄mittit ecclesia illi mulieri, quod se alteri uiro nup̄sisse cōfiteatur, illo uiuente ad alias trāsire nuptias: et si postmodū cōiugat, ut idem ipse uir post celebrationē scdam nuptiarū ad se reuersus, & de facto p̄nitēs peccasse se cōfiteatur & ad priorē uxorē redire uoluerit, ei⁹ de ueritate primi p̄c̄ti cōtestetur: nō recipit ecclesia testimonium eius: quia uariā uerbu suū: & cōtra se testimonium tulit, & abstulit sibi fidē in utroq; Tñ ecclesia id, quod ipsa fecit, sine causa legitima rescidere nō pōt: sed ratū esse debere censet, ne occulta manifestis p̄iudicē.

I itaq; illā hōi mulierē p̄ legitima uxorē adiudicat, quā s̄m iudiciū ecclesiæ legitime duxisse cognoscitur. Sed dicis. Si sic ergo iudiciū ecclesiæ stare debet, quā occultā manifestis p̄iudicare non possūt: quod illi hōi p̄ aīa sua faciendū est, quod uiuente uxorē sua alteri adherere cogitur, quā nec dimittere pōt, ne p̄ceptio ni & iudicio ecclesiæ cōtraire uideatur: nec sine scrupulo conscientie tenere, quā uiuente adhuc priorē cōtra diuinā iustitiā & institutionem illicitē sibi socialisse cognoscit? Si ergo iste talis ad ecclesiā confugiāt quærens cōsiliū salutis: quod illi dicit ecclesia? Audi, & itellige quod illi dicere pōt ecclesia. Si dixerit ei ecclesia, ut scda, quā publice duxit, dimittat, & ad priorē reuertatur: quā mō se cōtra primā testationem suā uxorē duxisse cōfiteatur: & in hoc receperit testimonium eius: mōs deinceps, quod odio habebunt uxores suas, fingēt & metuentur se prius alias duxisse, ut ab ijs, quas odiūt, separētur: & ita lex matrimonij nihil in se stabilitatis habebit, sed passim ubiq; p̄ uoluntate, unius cuiusq; dissoluetur. Nō ergo ecclesia aliqd dicere pōt illi, quod ut matrimonio, quod eius attestatio nē firmatū est, fidē seruet. Sed dicis. Causa illi est p̄ aīa sua, cōsiliū salutis quærit. Nam utrobq; pericu-

lum uidet: & utrū potius eligat, non inuenit. Si manet, contra conscientiam facit: si discedit, contra obedientiam facit. Nō ergo iam quærit, an discedere liceat: sed si non discedit, utrū p̄manere expediat. Cōscientiā exponit, & cōsiliū salutis quærit. Quid illi dicit ecclesia homini cōfidenti p̄c̄m, & quærenti cōsiliū? Si dixerit illi, ut maneat postq̄ reuelauit p̄c̄m: hoc est dicere, quantum uis, ut maneat, in p̄c̄o. Si uero nec hoc nec illud dicere pōt: quantum uidetur, homini tali uia salutis monstrari non pōt. Sed hoc rursus multū a fide Christiana: abhorretur dicatur ali quis talis esse, qui non possit, si uere p̄nituerit, in qualicumq; sit periculo saluus esse. Multa sunt quæ ad hunc modum contingere potuissent. Alius dicit se cū sorore, aut cū matre uxoris suæ rem habuisse. Alius uxorem se prius alia duxisse fatetur: & multa alia horrenda, quæ miseria hominum uel falsa con fingit, uel uera cōmittit. Et uerum est quidē, quod multa sūt horrenda ab hoibus in desiderijs suis malis sic excecatis, ut faciāt quæ non oportet: & sunt tāta hec mala, ut uix cōsiliū admittāt, nisi Deus, qui legē dedit, gratiā & misericordiā p̄stet. Per legē n. nō iustificabitur in conspectu eius oīs caro. Sicut olim male dictū legis oēs, quod sub lege erat, p̄mebat: nec erat, qui euadere potuisset maledictionē: quia nō erat, qui cauere posset p̄uicationē, donec ipse legislator ueniēs, maledictionē p̄ gratiā abstulit: & ne sp̄ maledictio & p̄uicatio regnarent, p̄ eādē gratiā ipsam et legē mutauit. Ira & mō nunq̄ cū hō p̄c̄o suo & malitia urgente in necessitatem peccati uenit, nec pōt legē portare, nisi maledictionē p̄uicationis incorpore cōmutat illi Deus p̄ misericordiā legē, & donat p̄nitenti, ut saluus esse possit: qui utiq; nō saluaretur, si p̄ iustitiā & rigore legis sine misericordia iudicaretur. Nō tibi fortassis s̄m opinionē aut existimatiō p̄ uā r̄n deo. De meo est nō de tuo, quod loquor. Nō aliqd possum. Quod mihi mens suggerit, profiteor. Si aliud dicerem, contra conscientiam meā & existimatiōnem dicerē. Quisq; p̄ se iudicet: ego tibi de corde meo loquor. Venit peccator ad me, & exponit mihi conscientiam suā, cōsiliū salutis quærens. Quid illi dicā? Si dixerit illi, recede: facio. Illi inobedientem ecclesiæ matri suę: & exemplo eius alios cōfiteo, ut dimittant uxores eius legitimas: & cum eas odio habuerint, fingāt quodcumq; sibi placuerit, & mentiātur ecclesiæ, ut libertatem habeāt recedendi ab eis: quia eas non amāt. Et si hoc ecclesia receperit & passa fuerit, ueniet magnū malum: & dimittent oēs p̄ libito, aut uiri uxores suas, aut mulieres maritos suos: & p̄ uno hominē multi dānabūtur: quod ita fieri non oportet. Quidā acuite se confiderasse putauerūt sibi, non p̄ximo consulentes: dicentes, quoties eiusmodi forte aliqd contingeret ecclesiā utrumq; facere debere: & in occulto, s̄ p̄nitenti consulerē, ut ab eiusmodi copula recederet: & in manifesto discedentem cogere, ut maneret. Quod quidem non esset salutem p̄ximo quærens, sed quali se uelle a periculo liberare. Non mihi suadet conscientia mea, ut hoc illi dicam. Quærit a me quid sibi faciendum sit: ostendit periculum suum, necessitatem suā demonstrat: se paratum esse testatur, ad utrūlibet quodcumq; iustus fuerit. Ego minus de me confido: dico illi, ut p̄ M. Hug. à S. Viç. To. iij. D d d gat

Obedio

gat ad Deū. Dñe tu legē dedisti p̄ seruos tuos qualē uoluisti, & p̄ quos uoluisti: & ecce nos serui tui sub lege sumus, tu Dñs lator legis sub lege nō es. Qd̄ instruisti q̄n̄ uoluisti, & quamdiu uoluisti: potes cum uolueris, & q̄bus uolueris sine p̄uaricationis reatu indulgere. Neq; n̄ iā culpa erit, qd̄ indulgētis est remissio, non agentis p̄sumptio. Tu ergo p̄cipisti Dñe per seruos tuos, per quos locutus es: & ordinasti ecclesiam tuam, ut uir uiuēte uxore sua alteri nō adhereret. Ego uxorem habui, & illa uiuente alteri n̄ adherēsi. Ecce iā ego facere non possum, ut hoc factū non sit. Sed tu facere potēs, ut hoc damnabiliter factū non sit. Itē tu mandasti Dñe, ut ecclesie tuae uicē tuam in terra agentis obediremus sicut tibi: & non scandalizemus unū de pusillis tuis, & dixisti: q̄a qui ecclesie tuae mandatū sperneret, tibi obediens non esset. Ecce ego miser p̄ peccata mea in cōtradictionē uenī: laqueū incidi necessitatis, ut exire sine peccato non possim. Si maneo accusat me conscientia mea aduersum te de occultis meis, q̄bus contra tuā dispositionem facio. Si recedo inobediēs ero ecclesie tuae, & scandalizo nō solū pusillos, sed et magnos seruos tuos, qui in hac parte qd̄ occultū est nesciūt tñ qd̄ iustū est uolunt: & accusat me conscientia mea de manifestis meis, q̄bus contra p̄ceptionem tuam ago. Ego igitur in arcto positus, & cinctus undiq; periculis tuā miām imploro, paratus ad oē, qd̄ iubes; si illud scire dederis. Si dixeris discede, non maneo. Si dixeris mane non discedo. Scio. n. qd̄ te iubēte sit malū esse non posse, qd̄ cunq; illud fuerit. Tua est. n. potestas, ex qua bonū est oē, qd̄ tibi placuit. Cui indulges, non imputatur: cui imputas, nō indulgetur. Si ergo Dñe tu iusseris, ut postposito ecclesie scandalō, & contempto inādato magistrorū meorum; quos mihi dedisti, & q̄bus me obedire p̄cepisti: ego magis te audio: quā hoīem, quē audire nec debeo, nisi p̄ te, nec uolo contra te. Si ergo tu iubes Dñe, ad hoīem nō attendo. Si autem parcere uis pusillis tuis, aut ecclesie tuae auctoritatē conseruare p̄ salutē multorū: ego qd̄ de peccatis meis in iudicio tuo sum. Sed tñ scio, q̄ benignus & misericors es, & potes si uolueris non imputare necessitatem, si acceptā habueris uolūtatem. Magis ergo uolo incidere in manus tuas, quā in manus hoīum; q̄a tibi & adest potestas, & non deest pietas. Hō immutare legē non pōt. Tibi lex nō dñatur, q̄a conditor & dñs legis es. Homo facta iudicat, non uolūtatem: tu factis p̄cis propter uoluntatem. Confidens ergo in misericordia tua, occulta necessitatis meae tibi committo, non p̄sumens p̄ timorē tuū ecclesie scandalum facere, q̄a spero, q̄ offensā tui mihi pie ignoscere sustineas. Cū idcirco non p̄sumo offendere proximū, ne in proximo offendā, & Deum meū. Sic mihi uidetur quoties occulta aliqua in necessitate conscientia remordent: & maxime si talia fuerint, in quibus dispensatio institutionis indulgentiā admittat: q̄a ea, quae contra naturā sunt, & sine peccato nunquam fieri potuerunt, nō accipiunt remissionē, nisi habuerint correctionē. In huiusmodi ergo occultis, in quibus talis institutio, non naturalis p̄ceptionis p̄uaricatio est, uidetur mihi nūquā q̄, quae latent, manifestis & maxime ijs, quae sine gra-

ui scandalo mutari, non possunt, p̄iudicate debe- re: sed magis expēdire, ut in manifestis scandalū caueatur, & de occultis ad gratiam, & ad miām confugiatur. Possē autē fieri, ut qd̄ aliqñ pro scandalo uitādo ex necessitate cōtra institutionē agitur, q̄a occultū est, & probari ac p̄ hoc uitari non pōt: p̄niten- ti & dolenti, p̄ miām non imputerur. Vir potestātē corporis sui nō habet, sed mulier. Similiter mulier potestatem corporis sui nō habet, sed uir. Pōt ergo uir siue mulier peccando facere, ut potestātē in corpore alterius perdat: sed facere nō pōt, ut alteri potestatem sui corporis, quantum in se est, tollat. Quod sui iuris est, perdere pōt: qd̄ suum nō est, tollere nō pōt. Sic ergo & si aliqñ faciat, ut debitum suum in corpore alterius iure exigere non possit: non tñ facit, ut debitum alterius in suo corpore iure negare possit. Quæritur autē & de ijs, q̄ se dicunt post coniu- galem pactiōnē, siue ante: cum sororibus, ac matribus, aut alijs q̄buslibet in linea cognationis propter quis cōmerciū carnale habuisse, qd̄ faciendū sit: si hoc factū esse legitimo testimonio approbari possit. Ego quidē quādiu fieri rōnabiliter possit p̄ seruandā pacē: tōri coniu- galis eiuſmodi, testimonia & probationes declinare. Si autē res oīno manifesta fuerit, tunc qd̄em p̄ horrorem facti & scandalū uitandū, separationem fieri suaderem: sic tñ ut uterque in continentia p̄manere cogeret: qm̄ qd̄ cōiugij sacm̄ adinuicē non scinderetur, et si opus carnalis cōmerciij contradiceretur. Si q̄s autē dicat, quō mulier, quae non peccauit cogi possit ad cōiugē riam inuita: uideat & hoc esse de miseria carnis, a cuius uoluptate, q̄ se in p̄speritate nō cohibet, dignū est, ut in aduersitate quoq; dolores illius portet. Ista mulier, q̄ nō dicit se continere non posse, quid faceret, si manus eius longa, & continua, uel et p̄petua ægitudine p̄meretur. Quē ergo non desereret in languore corporis iacentē, nō deserat mō de iniquitate p̄nitentem. Vel si forte conditionem carnis sustinere nō uult legi carnis se non subijciat, ne que suscipiat ad delectationem, qd̄ pati non uult ad afflictionem. Et hæc qd̄em de occulto consensu cōiugij, siue de ceteris, q̄ in eo occulta sunt, uel occultanda, & uerenda esse possunt, nobis dicēda fuerūt. Fatemur ergo (sicut dictum est) in consensu maritali cōiugium sanciri: & q̄ post ipsum legitime factū quicquid aliud sit contra ipsum stare non pōt, si hic solus legitimo testimonio probari potest. Postquā ergo demonstrauimus, quid sit cōiugium: & ex quo cōiugium sit dicendum, ut ratum esse debeat nūc consequenter de bonis cōiugij tractandum est.

Quod tria sunt bona, quae coniugium comitantur scilicet fides, spes prolis, sacramentum. Cap. VII.

Tria sunt principaliter bona coniugij, quae cōiugium comitantur. Fides, spes prolis, sacramentum. In fide attenditur, ne p̄ter uinculum cōiugale cum altera, uel cum altero cōcumbatur. In spe prolis attenditur, ut deuote expectetur, atq; an- ter suscipiatur, religioſe nutriatur. In sacramento attenditur, ne cōiugium separetur: & dimissus aut dimissa,

dimissa, nec causa prolis, alteri copuletur. Hæc sunt bona, quae opponit coniugium contra eam, quae in carne peccati adhuc manet, cōcupiscentiam carnis, sine qua carnis commixtio fieri non potest. Bonum quippe cōiugij, ut dicit beatus Augustinus, malum inobedientium membrorum limitat quodāmodo & modificat, ut concupiscentia carnalis fiat saltem pudicitia coniugalis. Duobus autem modis bonum hoc contra malum illud remedium occurrit dū & illum immoderatā libidinis ardorem sub certa regulā unius fœderis limitando a uago cōcubitu modificat: & eum, qui per se malus esset, per bona sibi adiuncta excusat. Nec tñ facit, ut malum prorsus nō sit, sed ut damnabile non sit: quippe p̄ hoc malum non fit culpabile illud bonum, immo p̄ hoc bonū ueniale fit illud malū: nisi. n. malum esset, non opus haberet excusari. Et rursum nisi remedium haberet, deberet imputari. Si autē coniugium nihil boni in se haberet, remedium contra malum esse non posset. Nunc autē ipsa, quae ei insunt, bona, malum, qd̄ ab eo non queritur, sed in eo toleratur, excusant, ut non imputetur ad damnationem: quod necessitas imponit, non uoluntas exigit. Item Augustinus ad Valerium. Non tñ fœcunditas, cuius fructus est in prole: nec tantum pudicitia, cuius uinculum fides est: sed etiam sacm̄ nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Huius sacramenti res est, ut legitime copulati quamdiu uiuunt non separentur.

Utrum hæc bona inseparabilia sint coniugio, an non. Cap. VII.

Si fides coniugij est p̄ter maritalē copulā aliā nescire, & uiolatio fidei huius adulterium committere: patet q̄ hoc bonū ita coniugio adheret: ut si quidem adsit, ex eo amplius coniugiū cōmendetur: si non adsit, nō tñ coniugiū sacm̄ adnihilatur. Quae. n. adultera est, non ideo coniunx non est, quia adultera est: immo si coniunx non esset, adultera esse non posset. Non. n. adulteriū est, nisi cum fides tōri legitimi uiolarur: qd̄ utiq; cū sit, culpa committitur, sacm̄ non cassatur. Similiter si spes prolis est in eo q̄ deuote expectatur, amanter suscipitur, religioſe nutritur: non dubiū est & hoc quoq; bonum oī coniugio, siue coniugibus oibus semp̄ adesse non posse. Quomodo. n. ab illis proles speratur, qui uel pari uoto continentia custodiunt, siue p̄ ætatis defectu amplius generare non possunt? Itaq; duo hæc. i. fides & spes. plis ita coniugiū comitantur: ut ubi quidem adsunt, coniugiū in altero syncerius, in altero fructuosius appareat. Vbi autē non adsunt, aut culpabilius, aut infructuosius probetur: & tñ cōiugium esse non desistat. Sacm̄ autē ita inseparabile esse uidetur, ut sine illo oīno coniugium esse non possit. Vnde Augustinus. Vsq; a deo fœdus nuptiale cuiusdā sacri res est, ut nec separatione irritū fiat: quia uiuente uiro, a quo relicta est, mechatur, si alteri nupserit. Hoc autē uult sibi tanta firmitas coniugalis uinculi: qd̄ non tñ ualeret, nisi alicuius maioris rei qd̄dam sacm̄ adhiberetur, qd̄ inconcussum manet: quia interueniente diuortio non aboletur nuptialis cōfœderatio, ita ut coniuges sint etiam separati. Nam

Matrimo-
nij vincu-
lum nullo
diuortio
dissolui po-
test.

quia duo sunt diuersa, coniugium, qd̄ constat in legitima societate, & coniugij officium, qd̄ constat in carnis commixtione: & in altero quidem. i. coniugio sacm̄ est, ad alterum uero. i. ad officium coniugij, fides & spes prolis pertinere uidetur. Vnum. i. fides, ut per eam illicita carnis commixtio caueatur: alterum. i. spes. plis, ut p̄ eā licita carnis cōmixtio exerceatur. Sicut ipsum officiū carnalis cōmerciij a coniugio abesse pōt, ita etiā ipsum coniugiū sine ijs, q̄ ad officiū carnalis cōmerciij pertinent, esse pōt: quamuis (ut dictum est) si fide careat, minus syncerum: si autē spe prolis careat, minus fructuosum inueniatur. Fides. n. fructum habet in castitate pudicitiae coniugalis. Spes prolis fructum habet in utero fœcunditatis. Coniugium autē in ipsa societate maritali sacramentum est: & ideo sicut ipsa societas utroque uiuente non diuiditur: ita & sacramentum societatis coniugalis, quamdiu coniugium constat, ab ipso non separatur. In quo uidelicet cōiugio sacm̄ foris est indiuisa societas: res sacramenti intus adinuicem flagrans perseveranter animorum charitas. Sacm̄ foris ad Christū & ecclesiam, res sacramenti intus ad Deum & animam. Ut sicut in copula carnis Christi & ecclesie sacramentum diximus, ita etiā in fœdere societatis eiusdem sacramentum ostendamus. Hoc ergo dictum est, ut ostendatur, q̄ aliqñ coniugium sine fide & sine spe prolis est: sine sacramento autē nunquam esse potest: quamuis & ipsum sacm̄ aliquoties esse inueniatur, ubi sanctitas sacramenti non esse ostenditur. Dicit enim beatus Augustinus, quod sacramentum coniugij omnibus gentibus commune esse potest: sanctitas autē sacramenti non nisi in ciuitate Dei nostri est, & in mōte sancto eius. Quod quemadmodum uerum sit facile uidere potest, qui superius dicta considerat. Diximus enim supra, q̄ in coniugio duplex sacramentum constaret. Vnum in commixtione carnali, sacramentum illius societatis, quae est inter Christum & ecclesiam: alterum in societate coniugali, sacramentum illius societatis, quae est inter Deum & aiām: siue etiam q̄ Christi ecclesie sacm̄ esset in societate coniugij: Dei uero & animae sacramentum in dilectione coniugali. Siue igitur hoc modo sacramentum coniugij accipiatur, recte sacramentū coniugij oibus gentibus commune esse dicitur: sanctitas autem siue uirtus sacramenti, non nisi in ciuitate Dei nostri, & in mōte sancto eius: Hoc est in fide & charitate, in ecclesia uidelicet sancta, & inter fideles esse perhibetur. Sacm̄ autē coniugij habent, qui pari cōsensu ad eā, q̄ a Deo inter masculū & fœminā instituta est, societatem indiuisē adinuicem conseruandam conueniunt. Sc̄i uero huius sanctitatem non habent nisi ij soli, qui per fidē membra Christi facti sunt, & per charitatem mēte & deuotione intus Deo uniti sūt.

De ijs, qui in coniugio incontinenter uiuunt: & plus explenda libidini, quam generanda proli inseruiunt. Cap. IX.

Beatus Augustinus de ijs, qui tali incontinentia uiuunt in firmitate, siue uoluptate uicti inseruiunt: sic dicit. Concubitus, qui non fit causa prolis, nū-

ptia non cogunt fieri, sed impetrant ignosci. Si tamen non ita sit nimius, ut impediatur tempora, quae rationi debentur, nec immutetur in eum usus, qui contra naturam est. Concubitus enim, qui est necessarius causa prolis, inculpabilis est tantum modo si est nuptialis. Qui autem ultra necessitatem iustam progreditur: nam non rationi, sed libidini obsequitur: & hunc non exigere, sed reddere coniugi ne fornicetur, ad coniugem pertinet. Si uero ambo tali concupiscentiae subiguntur, rem faciunt, quae non est nuptiarum, cuius delicti non sunt nuptiae exhortatrices, sed deprecatrices. Decus quidem conjugale est castitas procreandi, & reddendi carnalis debiti fides. Hoc est opus nuptiarum, quod ab omni crimine defendit Apostolus, dicens. Si acceperis non peccasti, & si nupserit uirgo, non peccat. Immoderata autem progressio secundum ueniam conceditur. Sanctitati etiam coniugij nec infidelis coniunx obesse potest, sed potius fidelis prodest infideli. Vnde Apostolus. Sanctificatus est uir infidelis per fidelem mulierem &c.

Qua ratione antiqui simul plures habuerint uxores
Cap. X.

X De hoc similiter beatus Augustinus sic ait. Antiquis temporibus, cum adhuc salutis nostrae mysterium uelatur, iusti propagandi nuptias contrahebant, non uicti libidine, sed ducti pietate, qui multo facilius continere possent, & uellent. Urebanur tamen coniugibus & plures uni uiro habere licebat, quas castius habebat quam nunc unam quilibet istorum, in quibus uidemus: quod secundum ueniam concedit Apostolus. Habebant enim eas in opere generandi, non in morbo desiderij. Idem in libro de uirginibus. Antiquis iusti non fuit peccatum, quod pluribus foeminis utebantur: neque contra naturam hoc faciebant, cum non lasciuendi causa, sed gignendi hoc facerent: neque contra praecipuum, quia nulla lege erat prohibitum. Veruntamen sicut idem alibi testatur, magis pertinet ad bonum nuptiarum unum cum una, quam cum multis copulari: quod indicat primi coniugis copula diuinitus facta, ut inde connubia sumerent initiu, ubi honestius attenderetur exemplum. Item idem. Sicut non est impar meritum patientiae in Petro, qui passus est, impar meritum continentiae in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui filios generauit. Et illius. n. celibatus & istius connubium, pro temporum distributione Christo militauerunt. Sed continentiam Ioannes in opere, Abraham in solo habitu habebat. Melior autem est castitas coelibum quam castitas nuptiarum: quarum Abraham unam habebat in usu, ambas in habitu: talte enim coniugabiliter uixit: esse autem castus si ne coniugio potuit, sed tunc non oportuit. Idem. Iustus quamuis cupiat dissolui, & esse cum Christo: tamen sumit alimentum non cupiditate uiuendi, sed officio consulendi, ut maneat quod necessarium est propter alios. Sic misceri foeminis iure nuptiarum, officiosum fuit sanctis uiris, non libidinolum.

Quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis, & utrumque non est sine delectatione carnali: quae tamen modificata & refrenante temperantia in usum naturalem redacta libido esse non potest. Quod autem est in sustentando uictu illicitus cibus, hoc est in quaerenda prole fornicarius uel adulterinus concubitus: & quod est in cibo licito immoderatus appetitus, hoc est in coniugibus uenialis ille concubitus.

Utrum coniugium dicendum est, quod aliquando dissolui potest. Cap. XI.

Q Vidam coniugium omnino esse negant, quod aliquando dissidium admittit. Inueniunt enim auctoritates quasdam, & uerba scripturarum diuinarum a sanctis patribus prolata, quibus quasi id ipsum uidetur astrui. Dicit enim beatus Augustinus in libro de bono coniugali. Vique adeo foedus nuptiale cuiusdam sacramenti res est, ut nec separatio ne irritum: quia uiuente uiro, a quo relicta est, moechatur, si alteri nupserit. Et idem. Quia interueniente diuortio non aboletur nuptialis confederatio, ita ut coniuges sint etiam separati. Propter huiusmodi assertiones uidetur illis non esse dicendum coniugium etiam quando est, quod aliquando ita dissidium & separationem admittit, ut diuini adinuicem coniuges non appellentur. Sed mihi interim non apparet qua ratione possint probare, quod hoc ad uirtutem sacramenti coniugalis pertinet: ut indiuidua ab utriusque societas, quamdiu uterque uiuit, conseruetur: propterea coniugium non fuisse, quod aliquando dissolui potuit. Si enim idcirco hoc coniugium non esse dicunt: quia hoc ea, quae ad coniugium pertinent, in toto non habet: intendat quod cum dictum est indiuiduam societatem ad coniugium pertinere, uere dictum est: quia hanc coniugium habere debet, quando scilicet est ubi esse debet. Haec enim coniugij est, & hanc coniugium exigit, siue potius confert, quantum in se est. Sicut baptismi est remissionem peccatorum conferre: & uere dicitur cum dicitur, quod baptismus remissionem omnium peccatorum confert: & sicut sacramenti corporis Christi uirtus est societatem & participationem Christi conferre: & uere dicitur cum dicitur, quod susceptio corporis Christi confert spiritualem participationem Christi: & tamen qui factus baptismi sacramenti accipit, remissionem peccatorum non percipit: & qui indigne manducat corpus Christi, nequaquam per id meretur spiritualem participationem Christi. Si ergo uere haec ad illa pertinere dicimus: & in illa sine istis aliquoties inuenimus: nec ideo minus ad illa pertinent, quam sine istis sunt illa: quoniam uidelicet sunt ubi esse non debent, & apud quos esse non debent: mirum est si indiuiduam societatem ad coniugium pertinere dicimus, cum tamen coniugium sine illa inueniamus, quoniam scilicet est, ubi esse non debet? Quod si idcirco factum non esse dicunt: quia hoc non habet, quod habere debet, quoniam est, ubi esse non debet: dicant similiter baptismi factum uere non esse apud factum, & factum uere baptizatum non esse, quia ibi remissionem peccatorum non operatur: & uerum corpus Christi non esse, quod indigne percipitur, quia illic spiritualis participatio Christi non confertur. Intelligant

ergo, quod quoties huiusmodi spirituales effectus sacramentis diuinis attribuuntur, uirtus ipsorum sacramentorum exprimitur: in quo quidem non ostenditur quid sit uirtus sacramentis Dei ab utentium futurum sit, sed potius quid ex ipsis sit efficacia gratiae spiritualis, quae in ipsis est, si in prauitate ab utentium non remaneant, fieri possit. Qui ergo hoc coniugium habere dixit, hoc utique dicere uoluit, quod coniugium hoc, quantum in se est, habere debet, si fuerit, ubi esse debet. Si autem forte non fuerit, ubi esse debet, non est mirum si eo careat, quod habere debet. Neque ideo tamen minus uerum est sacramentum dum est, quamuis minus utile sit illi, in quo est.

A Ad hunc modum putamus quaedam coniugia uere dici posse, quae diuini iudicij ecclesiae rata habentur, quae tamen postmodum emergentibus causis legitime recte soluantur: & si postea contra ecclesiae prohibitionem pertinaci praesumptione tenentur, illicitae & illegitimae copulationes iudicantur. Non tamen hoc de omnibus (sicut supra memorauimus) sic sentiendum existimamus. Nam facta horum excusatione, nulla legitimorum nomen poterunt retinere. Aliud est de illis, ubi uenialiter peccatur: ut uidelicet si quis infra septimum, aut sextum, aut etiam fortassis quintum gradum lineam propinquitatis ignoras temeraret: quod quidem non tam contra naturalem siue antiquam legalem institutionem, quam contra subsequentem ecclesiae praesceptionem esset. Legimus quod beatus Gregorius Anglis nouiter ad fidem conuersis, ne forte Christianam religionem horrerent dispensatorie concessit, a quinto gradu consanguinitatis coniugia copulare: in quo apparet, quod ea quae aliquando dispensationem admittunt, ut licite manifeste fiant, excusationem habent, et si praeter concessionem ignoranter fiant. Et idcirco fortassis eiusmodi, quae diuino oculo latent, ignorantia conuenientius existimantur excusari: quae tamen manifesta facta, quia contra praesceptionem sunt, non debent tolerari. Hec autem dicta sunt contra illos, qui putant coniugium omnino dici non posse, quod aliquando dissolui potest.

De his, qui putant etiam inter illegitimas personas quascunque consensum adinuicem habitum coniugium facere Cap. XII.

Alij non minus praecipitij existimatione in contraariam assertionem feruntur intem ut dicant quantum libet illegitimae personae fuerint cuiuscumque professionis siue ordinis pari consensu adinuicem facto coniuges esse: non sacerdotes continentiam professos, non sumos sacerdotes, non monachos, aut sacras uirgines ab hac lege excipiendos putant. Sed habent illi similiter uerba quaedam scripturarum, quibus munire credunt & confirmare existimationem suam. Et sunt uere quaedam dicta eiusmodi, in quibus conuenienter hoc intelligi possit, si conuenienter hoc fieri possit. Sed non sic iudicare debet quibus doctrina uerbi Dei commissa est, ut pro unum aliquid confirmatum a sensu uniuersorum recedat. Neque partem totum, sed totum pars sequi debet. Sed si forte inueniatur pars a toto discordans, aut coaptata est si fieri potest, aut si fieri non potest abijcienda. Melius. n. a parte receditur quam a toto. Optimum autem est, si & pars reuene-

tur, & totum. Haec ergo sunt, quae adducunt in approbationem assertionis suae. Beatus Augustinus in libro de professione sanctae uirginitatis, sic ait. In coniugali uinculo si pudicitia conseruatur, damnatio non timetur. Sed in uiduali & in uirginali continentia excellentia muneris amplioris expetitur. Quae expetita, & electa, & uoti debito oblata: iam non solum capessere nuptias, sed et si non nubatur, nubere uelle damnable est. Nam ut hoc demonstraret Apostolus, non ait. Cum in delicijs haec egerint in Christo, nubunt: sed, nubere uolunt. Habentes, inquit, damnationem, quam primam fidem irritam fecerunt: et si non nubendo, tamen uolendo. Non quia ipsae nuptiae uel taliu damnandae iudicantur, sed damnatur propositi fractio, damnatur fracta uoti fides, damnatur non susceptio a bono inferiore, sed ruina bono ex superiore. Postremo damnatur tales, non quia conjugalem fidem posterius inierunt, sed quia continentiae primam fidem irritam fecerunt. Et post pauca. Proinde quod dicitur taliu nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi uidentur satis acute ac diligenter considerare quid dicant: fallit eos quippe si militudo ueritatis. Quia. n. coniugium Christi dicuntur eligere, quae christiana sanctitate non nubunt: hinc quidam argumentantur dicentes. Si uiro suo uiuo, quae alteri nubitur, adultera est: sicut ipse Dominus in euangelio definiuit: uiuo ergo Christo, cui mors ultra non dominabitur, quae coniugium eius elegerat, si homini nubitur, adultera est. Qui hoc dicunt acute quidem mouentur, sed parum attendunt hanc argumentationem quanta sequatur absurditas. Cum. n. laudabiliter etiam uiuente uiro ex eius consensu foemina continentiam Christo uoueat: iam si istorum rationem nulla hoc facere debet, ne ipsi Christo, quod sentire nefas est, adulterum faciat, cui uiuente uiro nubitur. Et post pauca. Fit autem per hanc minus considerata opinionem, qua putant lapsarum a sancto proposito foeminarum, si nupserint, non esse coniugia: non paruum malum ut a maritis separentur uxores, quasi adulterae sint, non uxores. Et cum nolunt eas separatas reddere continentiae, faciunt maritos earum adulteros ueros, cum suis uxoribus uiuis alteras duxerunt. Quapropter non possum quidem dicere a proposito meliote lapsas, si nupserint, foeminas, adultera esse, non coniugia. Sed plane non dubitauerim dicere lapsas & ruinas a castitate sanctiore, quae uouetur Deo, adulteris esse peiores. Et sic quidem beatus Augustinus dicit. Et uideretur manifesta auctoritas, & ratio euidens, de qua dubitari non possit. Sed ecce dicamus ita: & ita sentiamus, ut lapsae a proposito & professione continentiae foeminae, si nupserint, coniugia esse uera: nec solui posse omnino eiusmodi. Quid ergo? Nonne similiter & eadem ratione de alio sexu sentiendum est: si lapsi a proposito & professione continentiae uiri uxores duxerint, coniugia esse uera & rata debere esse, in tantum ut solui omnino non possint, quamuis a culpa defendi non possint? Ecce ergo dicamus, quod ita est: & ita sentire & tenere oportet. Non habemus rationem aliquam, qua infringere possumus, aut infirmare tam euidens rationem, & auctoritatem. Tenemur necessitate, ut ita sentiamus & teneamus. Videte quid sequitur? Si hoc promulgatum fuerit & a M. Hug. a S. Vict. To. iij. Ddd 3 dierint

Merint hoies, q̄a ita tenet ecclesia, q̄ lapsi a p̄posito & p̄fessione cōtinentiæ, si cōiugia inierint, separari non possunt nec cogere eos potest ecclesia, ut ad p̄positū continentię seruandū reuertantur: nihil deinceps stabile aut ratū esse poterit. Non ordo, uel habitus; nō deniq; uotū, aut p̄fessio ulla tenere poterunt hoies: q̄n fr̄na impudicitię laxent, & ruāt in desideria sua: uel cū fastidire cōeperint bonū, in quo sunt, libertatē q̄rēt, uel cū tentati fuerint forte de malo, in quo nondū sunt, ad uoluptatē suā explēdā festinatēs. Ita dissipabitur oīs ordo, & pulchritudo religionis Christianæ ad nihilū redigetur, & turpitudine magna succedet. Scdm̄ infirmitatem nostri t̄pis loquor. Quis deinceps in habitu uel p̄fessione religionis cōstitutus stabit: si urgeri cōperit stimulis carnis suæ sicut natura mortalis, & corruptioni obnoxia pati consueuerit: & dixerit ei cogitatio sua: non poteris resistere tā uiolētā passioni, tātis desideriorū incendijs & æstibus, q̄ nō hodie, aut cras, aut triduo, siue quatuor, aut octo diebus, aut et unius mensis, aut unius anni spatio bellū tibi indixerūt: sed q̄ diu uiuis sup̄ terrā, q̄ diu carnē mortale portas, q̄ diu sentire poteris, nō te deserent, non tibi parcent, nō tibi pacē dabūt, aut requiem: semp̄ intētionem oppriment, cogitationem tuā auerent, ut nunq̄ mentem liberā, aut uolūtatem purā ad Deū erigere possis. Vide ergo, q̄ & hoc seculū p̄dis, & futurū nō acq̄ris. Melius tibi saltem esset, uel ista tormenta deuitare, quā in toto perire, & nihil sentire boni. Videt Deus q̄ iuitus pateris, nolēs traheris, cōactus assentis: fortassis respiciet ad uolētā passionis tuæ, & misertus, excessui tuo dabit ueniā, p̄cipue cū dicat Apostolus. Melius est nubere, quā uri. Et unūsq; uxore suā habeat p̄p̄ fornicationē. Bene, n. nouit Apostolus infirmitatē humanā: & iō non dixit illi habeat, q̄a illis licet: & illi nō habeant, q̄a illis non licet: sed unūsq; habeat: q̄ cōtinere nō p̄t melius est, ut nubat, quā utatur. Melius est, ut licite excipiat infirmitatē, quā uitio sp̄ uratur ad passionem. Nā ipse Dñs dicit. Qui p̄t capere capiat. Ipse scit q̄ capere non possum uerbū hoc, ut continens p̄manēa. Q̄n̄ putauī posse, libenter p̄posui: & in eadem adhuc uolūtate libenter p̄seuerarē, si pati possem. Sed non ualeo tolerare æstū bullientis nature, ardo rem concupiscentiæ seruētis sustinere nō possum. Ideo facio q̄d possum. Vado, & duco uxore: excipio infirmitatē meā: dolēs quidē, quia a superiori bono descēdere cogor: sed t̄n̄ nō oīno desperans, quia ad concessā descēdo. Magis uolo in inferiori bono saluari, quā in summo periclitari. Et si forte est culpa aliqua, descēdo q̄a p̄positū meū non teneo: Ego p̄nitentiam agā, & satisfactione placabo Deū. nihil durū erit, aut difficile: t̄m̄ hāc passionem euadere possim, & mortē istā, in qua uiuens teneor, declinare. Quis putatis eiusmodi rōnibus se istiget, & cohortetur cū affligi ceperit, & uri stimulis carnis suæ, si sciat q̄ licet & q̄ fieri p̄t: & salus est illis, q̄ hoc faciūt: & nō cogit ecclesia illos, q̄ sic retro aspiciūt, sed ita uiuere concedit, & legitima censet esse coniugia illorū? Quis non malit, cū in tēratione graui fuerit, multis annis p̄nitere, & quālibet satisfactionē exoluere: t̄m̄ ut frui possit uoto, & optionē

sua, & desideria sua licite adimplere? Quid ergo dicemus? Plane attestari audemus, q̄ etsi negari forte non p̄t hic ita dictū esse, & hoc dictū ita intelligendū eē: nulla t̄n̄ rōne his maxime t̄pibus, q̄bus hoies ad uitia p̄ni sunt, expedit ita tenere & facere. Et ad hūc modū fortassis si qs̄ dicere uolerit, hāc de illis t̄pibus dicta esse, q̄n hoies magis peccare erubescerāt, & q̄n sola erubescētia p̄uaricationis cohibere potuit fluctuātes & in tēratione cōstitutos, ne a p̄posito & uoto sanctitatis laberentur: & q̄n magis terrebat̄ur in eo, q̄ sibi post lapsum ad prioris excellentiæ puritatē amplius reditū non parere sciebāt: & ita tūc ecclesiā scdm̄ tēporis illius statum tenere debuisse, & tenuisse: ut q̄ post uotum & p̄fessionē continētiæ ad coniugale copulā descēderet, ita manerēt: nec soluerēt̄ur hm̄oi contractus, & scdm̄ iudiciū & p̄missione ecclesiæ tūc rara fuisse hm̄oi cōiugia. Postea at, cum inciperēt hoies abuti tali concessione & p̄missione, ecclesiā p̄p̄ pericula imminētia usum murasse, & sententiā intoruisse ad aliud: atq; ideo nūc coniugia non esse eiusmodi p̄p̄ prohibitionem & institutionem ecclesiæ, s̄m̄ quā licita uel illicita, rata & soluenda oīa iudicantur. Si qs̄ hoc dicat, fortassis aliqd̄ dixisse uidebitur. Nos nihil reprehendimus ex oībus, q̄ ueritatē q̄tā esse p̄mittūt. Si quis at hāc dicta esse intelligat de ijs, qui p̄positū cōtinentiæ occulte uouerunt, & uotū suum sine attestatione hominū soli Deo obtulerūt, eosq; si postea uoto fracto ad coniugale societate descendere uoluerint, idcirco ab ecclesia p̄hiberi non posse: quia p̄fessionē illorū non accepit, neq; obseruationem continētię eis indixit. Si quis igitur tales uiduas aut uirgines post uotū cōtinentiæ ad maritalē copulam descendentes dānationem q̄dem habere, i. rem dānabilem facere, non quia nubūt, sed quia uotū frangunt: non p̄p̄ bonū inferius, q̄d appetūt, sed p̄p̄ bonum superius, q̄d relinquunt, ita quidem p̄p̄ fidē uiolatā dānationem habere, se t̄n̄ oīno coniuges esse, nec separari debere existimet, certum est (sicut superius diximus) q̄ ea, q̄ ecclesiæ p̄bari nō possunt, ab ecclesia iudicari oīno non possunt. Hęc igitur, q̄ uera esse constat, si in sententia superius memorata conuenienter dicta accipimus: nihil amplius restat q̄stionis, cur nō ueraciter dicta, & utiliter tenenda approbemus. Certum est, n. q̄ ij, qui post occultum uotum castitatis, & p̄positum continentię nondū manifesta p̄fessione confirmatum, ad experiētiā carnis redeunt, nullo modo ab ecclesia prohiberi possunt, neq; eiusmodi copulam ecclesia ipsa, si q̄n contrigerit, abiudicat, sed ratā esse, neq; occulta manifestis p̄iudicare debere confirmat. Quod si quis ad hāc dicere uoluerit, q̄ ille, q̄ sp̄ualiter Ch̄ro nupserunt, non possunt deinceps illo uiuente homines habere maritos, recte supradicta ratione eius assertio reprobatur. Ad hunc modum de ijs, quæ manifeste falsa sunt, uel occulte uera, unicuiq; secundū suam mensurā sentire licebit. Mihi autem hoc magis probabile est, si inuenire contigerit, quod & ueritatem seruat, & auctoritatem non improbat, p̄cipue tāti uiri, de quo bene sentire debemus, etiā tūc quando id, quod sensit ipse, nos sentire non possumus. Dicamus igitur quātum secundum ueritatem dicere

Uotum occultum an matrimonium impediat.

Uotū manifesta professione confirmatum ad coniugale fœdus descendere prohibet.

dicere possumus, q̄ aut s̄m̄ tempus hoc dictum est, q̄n ita fieri oportebat, aut s̄m̄ eos t̄m̄ hoc dictū est, qui post occultū uotum cōtinentiæ ad experiētiā carnis redeunt, & cōiuges fiunt, quos idcirco ecclesia separare non p̄t, quia cū hic manifestū cōstet factū, q̄d illic occultum fuit, p̄bari nō p̄t. In quibus t̄n̄ temerata fidei reatus, s̄m̄ aliqd̄ peior adulterio d̄r, q̄a per illud in hominē, per hunc uero in Christum peccatur. Aliud est aut̄ de illis, qui post uotum etiā professione publica sub testimonio ecclesiæ erga Deū se obligauerunt: & forte adhuc, q̄d amplius est, ad sanctimoniā cōtinentiæ cōsecrati sunt. De quibus uere dicimus, q̄ post tale p̄positum, & tale uotū manifesta p̄fessione confirmatum, ad cōiugale fœdus descendere nō p̄nt, & si forte hoc aliq̄n attemptauerint, nō coniuges, sed fornicarios, & sp̄ualis castimonie uiolatores, ad pristinā p̄positi sui integritatem reparandā & conseruandā districtē reuocādos. Si autem temerario ausu incepto persistere uoluerint, & illicitā copulā, quā cōtra primę professionis debitū inierunt, deserere cōtempserint, quasi inobedientes, & incestu fornicationis nefandæ cōtaminaeos, iustæ seueritatis sn̄ia ab ecclesię cōmunionem p̄cedendos, neq; ullatenus ad p̄niā recipiendos, nisi se ab huius infamis societatis cōuersatione retraxerint. Et hoc est fortassis, q̄d sibi uolunt uerba illa cū c̄tis penē p̄ sui ambiguitate iam nota. Innocentius enim Papa, cuius auctoritas in ecclesia Christi celebris est, sic dicit. Quæ Ch̄ro (inq̄t) sp̄ualiter nubūt, & a sacerdote uelantur, si publicē nupserint, uel clāculo corruptæ fuerint, nō eas admittendas ad agendā p̄niā, nisi is, cui se iunxerant, ab hac uita discesserit. Si, n. hęc rō in hominibus seruat, ut q̄ dimisso uiro suo ad aliū trāsuerit, adultera habeatur: nec ei agendi p̄niæ incus cōcedatur, nisi alter defunctus fuerit, quanto magis etiā ea, q̄ se immortalis sponso iunxerat? Non est ergo dubium, quin de illis hic agatur, q̄ in proposito continentię sub manifesta et professione ad castimoniā cōseruandam consecratae sunt. De his ergo dicunt, q̄ si post tale p̄positum ad nuptias carnales transierint, ad p̄niā non sint admittēdæ, nisi is, cui se iunxerat, idest fornicator siue adulter ab hac uita, idest à tali conuersatione discesserit. In eo enim statu p̄nitentiam agere non p̄nt, in quo quāmdiu peranserint, saluari nō possunt. Quidam eum, cui se iunxerant, Christum interpretari uolunt, cui prius proposito continentię se uouerunt, & quasi sub conditione dictum sit, quia secundus, ad quem transeunt, legitimus nō iudicatur, nisi prius ille, cui ante se iunxerant, moriatur. Si enim in hominibus hęc ratio seruat: ut quāmdiu prior uiuit, secundus legitimus esse non possit: constat profecto, quod ubi prior omnino mori nō potest, secundus nulla ratione legitimus esse potest. Et ad hunc modum hac qualicunq; ratione probatur, quod hęc, quæ cum professione cōtinentiæ sponso Christi consecratae sunt, amplius ad carnales nuptias transire non possunt. Et est in ista utique probatione non quidem per omnia ratio cogens, sed ad aliquid similitudo conueniens, qua docentur sponso Christi: quod si in toro carnali tanta fides exigitur, multo maior deuotio, & amor sincerior

spirituali debetur. Sunt qui hęc ad terrorem dicta esse putant, alij ad publicam p̄nitentiam referunt, quæ propter rigorem ad incutiendum timorem, aliquando neganda uidetur, ut dum peccator secundum dispensationem foris repellitur, & in stantibus timor cadendi, & in iacentibus humilitas resurgendi augeatur. Ego nihil abijcio ex ijs, quæ ueritati contraria non sunt. Dicatur quodlibet, dum non credatur nisi quod licet. Summa hęc est. Quod M si quis post uotum continentię factum ad carnales nuptias transierit: si quidem occultum fuerit uotū eius, non potest illum prohibere ecclesia, quin nubat. Et si postea facti p̄niteat ecclesia, neque de occultis p̄nitentem a consilio salutis repellere, neq; propter occulta, ea, quæ manifesta sunt, dissoluere potest. Si autem ij, qui propositum suum publice professione & uoto firmauerunt, deinde uoluerint ad carnalis fœderis iura transire, nullatenus eos ecclesia permittit: & si forte p̄sumpserint ea contra propositi ac professionis suæ puritatem inire, quasi illegitima & a sanctitate coniugij aliena debita districtione dissoluit. Sic ecclesia tenet. Sic nos tenere debemus, & qui ecclesiæ instituta sequimur, & salubre esse credimus quicquid spiritu Dei dictante ab illa fuerit institutum, & dignum reuerentia iudicatum: & etiam si alijs temporibus aliquando non ita fuisse, & nunc aliter esse quā fuit, demonstraretur: Non tamen cogitare debemus quasi leuitate aliqua factum sit, ut nunc aliter teneatur, & aliter institutum sit quā fuit: sed quod tunc oportebat, & ita salubre fuit, ut sic teneretur, & sic iubetur: nunc autem alia esse tempora, & aliud esse congruum, siue necessarium saluti humanæ.

De coniugio infidelium. Cap. XIII.

Q Vidam putāt paganorum, siue quorumlibet infidelium societatem coniugium non esse, quāuis secundum modum institutionis diuine legitime facta fuerit. Dicunt enim, quod legitimum dici non debet, quod sine fide factum est. Sed mihi interim non occurrit ratio aliqua quomodo probare possint infidelium societatem secundum diuinam institutionem factam, coniugium non esse, nisi forte similiter dicere uelint baptismi sacramentum non esse: quod hæreticus dat uel accipit, quia fidelis non est neque ille qui dat, neq; ille qui accipit. Et hac ratione contendunt sacramenta Dei non posse ad infidelium participationem uenire, si sacramentum coniugij habere infideles non possunt: aut solum coniugij sacramentum ceteris omnibus excellentius esse dicendum, si hoc solum extra fidem participari non potest. Baptismi sacramentum infidelis habere potest, coniugij sacramentum infidelis habere non potest. Ergo baptismi sacramentum, in quo specialiter signaculum fidei est, infidelis habere potest: & coniugij sacramentum, quod non tam fidei signum est quā natura, non tam uirtutis indicium quā propagationis instrumentum, æque fidelis & infidelis habere nō potest. Sed baptismi (inquiunt) sacramentum, q̄n infidelis accepit, ideo accepit, quia etsi in alio infidelis fuit, ipsum

ipsum tñ sacramentum secundum rectam fidei formam accepit. Alioquin nisi illud fm rectam fidei formam accepisset, non utiq; accepisset, siue fidelis siue infidelis fuisset. Itaque quia in hoc accipiendo fidei contrarius non fuit, accipere illud potuit, quāvis fm aliud fidelis non fuit. Et ego dico, quod qñ infidelis uxorem propter prapagationē filiorū ducit, fidem toro coniugali seruat, sociam diligit & custodit, & illa uiuentem ad alienam societatem non transit: quāuis in alio infidelis sit, quia .i. non credit: in hoc tñ neq; contra fidē, neq; contra diuinā institutionē facit. Sed auctoritas (inquit) dicit. Huiusmodi cōiugia uera nō esse. Ideo dicit, quā oīa, quę præter fidē sunt, & si uera sunt ad speciem, non sunt uera ad salutem: & si uera sunt ad formam sacramenti, ad effectum tñ uirtutis, & gratiæ spiritualis uera non sunt. Sic & de quibusdam alijs sacramentis dictū est, quod uera non sunt, qñ ab infidelibus participantur. Nec solum ab infidelibus, sed et à fidelibus prauis, & peruersis agentibus indignè contrectantur. De ipso sacramento corporis Christi dicit auctoritas, quod non est uerum corpus Christi, quod conficit schismaticus. Et iterum alia auctoritas dicit: quod errant, qui corpus Christi uerba sacerdotis facere putant, & non uitam, & multa ad hunc modum dicta inueniuntur. Et dignum est, ut dicta sanctorū, quantum possumus, per omnia ueneremur: & credamus uerum esse, quod nobis ab illis dictum est, in quibus & per quos locutus est spiritus ueritatis. Itaque dicimus ueritatem sacramentorum Dei duplicem esse, aliam scilicet in sanctificatione sacramenti, aliā in effectu spūali. Dicitur. n. ueritas sacramentorū uirtus & grā spūalis, quę in ipsis & per ipsa sacramenta percipiunt: quod ueritatem accipere non possunt, qui sacramenta Dei indignè percipiunt. Secundum itaq; hunc modum Sacra Scriptura aliquoties dicit, quod sacramenta Dei illis uera non sunt, qui ea indignè percipiunt, pro eo quod sola exterius sacramenta contrectando ad ueritatem illorū, quę in gratia spiritali constant, non pertingūt. Sic itaq; sacramenta Dei & in se uera sunt semper, quantum ad ea, quę per uerbum Dei fit, sanctificationem: & indignè tractantibus ac percipientibus uera non sunt, quantum scilicet pertinet ad eam, quę in ipsis percipitur, gratiæ spiritalis participationē. Ita ergo uerum Christi corpus non est, quod conficit schismaticus, quia cum corpus Christi sacramentum sit unitatis, in ipso utique schismaticus sibi unitatem non conficit, qui se ab ipsa unitate diuidit. Simili modo, qui putant sola uerba sacerdotis ad Corporis Christi consecrationem sufficere, & non etiam uitam, & conuersationem bonam illius necessariam esse ad hoc, ut illi fiat, & ad utilitatem illius fiat, quod per illum fit sacramentum Dei. Qui hoc scilicet putant, errant: quia sacramenta Dei, & carnes agni in peccato permixtas non sanctificant, quāuis per illorum ministerium ad aliorum sanctificationem sacramenta fiant. Sic ergo dicimus, & de coniugij sacramento: quia secundum aliquid apud illos rectè uerum, siue ratum, siue sanctum non esse dicitur, qui solum sacramentum habentes, uel non rectè cre-

dendo uel prauè uiuendo ueritatē eius, hoc est uirtutem & effectum spūalem accipere nō merentur. Dicit beatus Augustinus. Quod sacm cōiugij oībus gentibus cōe est, sanctitas aut sacri nō est nisi i ciuitate Dei nostri, & in monte sancto eius. Item. Cum euangelium cœpit pdicari: primum Gentiles Gentilibus coniunctos inuenit coniuges. Item. Si Dñs dimittendæ coniugis solam cām fornicationis admittit, & paganum coniugium dimitti phibet: consequens est, ut paganismus non subiaceat fornicationi. Quid est ergo (inquiunt) quod beatus Ambrosius dicit: Non est ratum coniugium pter Deum: & ideo non est pctm dimissio pp Deum, si alij copuletur? Item Beatus Gregorius dicit. Dimissio pp Deum nō est pctm, si alij coniungatur. Iniuria. n. creatoris soluit ius matrimonij. Sed uidete quō pbatur coniugium non esse eiusmodi: quia inquit dictum est. Non est ratum cōiugium pter Deum: & q iterum dictū est: Iniuria creatoris soluit ius matrimonij. Ideo ergo coniugium esse negauit, quia ratum non esse dicit. Et quia iniuriam creatoris soluere dixit ius matrimonij. Sed attendite, quod in hoc potius cōiugiu esse dixit, qui cōiugium istud, sed nō ratum affirmauit. Et simili modo qui dixit. Iniuriā creatoris i matrimonij soluere, matrimonium illic esse & ius habere alleruit. Qd utiq; ius firmum stare, & nō sine pctō negaretur, si non maiori cā supueniēte solueretur. Si. n. prius nullum ius ibi fuit, qd necesse erat tātopere excusare eos, quod se ab illo iure psoluendo subtraxerunt: Si culpā uidebatur etiam ille, qui dimissus est, nisi p cām maiorem excusaretur: quō ille, qui sine cā dimitteret, non iure accusaretur? Nūc at, quia debitum sacri coniugalis uerum fuit, sine cā oīno negari nō potuit. Debet. n. uir uxori & uxor uiro, ut alter ab altero nō discedat: & si fortè discesserit alter, ille qui deseritur, coniugij tñ ius & debitum inuiolatum custodiat. Sed est cā Dei maior, aduersus quā nulla stare debet cā. Hęc cum læditur, contra eā nulli aliquid debetur. In oī cā i suum pdit, qui huic cā aduersatur. Sub illa & fm illā qdā debemus, contra illā nihil. Dicit tibi uxor tua, Christianus factus es, ego te non sequar: quia idola non colis, quia parentum tuorum ritum & consuetudinem abiecti, eo ad alium: uel si ad alium non eo, te cum iā non eo, non te cognosco maritū, nisi Chrīm neges. Hic tibi intende. Iniuria creatoris ius soluit matrimonij. Nihil illi amplius debes. Perdidit ius suum, quæ creatori suo iniuriā fecit. Non tibi liceat illam deserere, si ius suum in te non pdidisset. Potestatem habuit in corpore tuo, & non tibi licuit tollere illi, qd suum erat, donec ipsa creatori tollere uoluit, qd suum erat. Postq̄ at creatori suo iniuriam facere uoluit, iure i suum amisit. Hoc de patre, hoc de fratre & sorore, hoc de filijs & cognatis, hoc de niq; de aīa tua facere te oportet. Oībus. n. ijs aliqd debes: sed pro Deo, non contra Deum. Ecce pater tuus, aut mater tua, aut frater, aut soror, aut etiam aīa tua ex una parte est, & dicit unus aliquis tibi. Ego hoc amo, hoc appeto, ad hoc intendo. Vado, ut hoc obtineam, hoc acquiram, hoc perficiam. Veni post me, assentire mihi, cooperare uoluntati meæ, desiderio meo faue. Stat Deus tuus ex altera parte, & dicit

Matt. 5

P

Cōtra causā Dei nullā cā stare potest.

& dicit tibi. Ego hoc auerfor, detestor malitiam illam, peccatum illud non mihi placet: noli assensum dare, malum est, non facias illud. Ad me potius intende, mihi acquiesce, post me ueni, sectare quod suadeo, sequere quo præcedo: clamat econtrario tibi pater tuus. Fili quomodo me deseris? ego te genui, ego te in hanc uitam perduxi, ego te alui & nutriui, moribus & disciplina institui. Dicit econtrario Deus tuus. Ille quidem te genuit, sed quando genuit de meo accepit, quod tibi dedit, substantiam de meo generans tibi ministravit: sed uitam generato dare non potuit, ego quod tibi de meo a me ministrabatur per illum, solus uiuificauit sine illo, ego tibi dedi uitam tuam, dedi & mortem meam. Non est mortuus propter te pater tuus, sicut ego mortuus sum pro te, ut tu uiueres in me. Non me in causa præcedere debet, qui in gratia & beneficio antea non potuit. Non igitur illum audias contra me, non illum sequaris in eo, quod mihi displicet. Nihil illi debes, nisi propter me, a quo nihil accipere potuisses, nisi datum fuisset a me. Hoc dico: hic intendite. Si quando tale aliquid contigerit: siue pater, siue mater, siue frater, siue soror, siue uxor, siue filij, adhuc amplius dico, etiā si anima nostra auertere uoluerit nos a Deo nostro, non debemus illam audire, nec illam attendere, neq; sequi desideria illius. Euangelium nobis clamat: Qui non dimiserit patrem aut matrem, fratres aut sorores, uxorem & filios, adhuc autem & animam suam propter me non est me dignus. Omnis pietas illic impietas est ubi ad hoc pius sis, ut impius efficiaris. Videte ergo quod contra causam Dei nulla causa stare potest: immo nec causa etiam est, quæ illi aduersatur, quæ summa & sola est. Ad hunc modum dimissio propter Deum nō est peccatum, si alij adiungitur. Iniuria. n. creatoris soluit ius matrimonij. Si infidelis discedit, discedat. Non est subditus seruituti frater in eiusmodi, seruituti subditus esset, si uel traheretur inuitus, uel teneretur non uoluntarius. Nihil illi debet, siue discedat siue maneat: perdidit ius suum, qui creatori iniuriam fecit. Si ergo discedit infidelis, discedat: nihil ad nos: non cogitur fidelis quasi aliquo debito obligatus, aut sequi discedentem, aut sustinere contemnentem. Non est subiectus seruituti, liber est, ut faciat quod uult, tantum in Domino: ducat uxorem, si uir ille est: si femina est, nubat. Quam uult societatem eligat: non iam teneretur debito prioris societatis, cuius ius solutum est ppter iniuriam creatoris. Quæ uidelicet iniuria creatoris non solum tunc excusat fidelem, quando ab infideli propter Deum dimissus alteri sine culpa coniungitur: sed tunc etiam excusat, quando ipse fidelis magis societatem fidelem eligens, infidelem cohabitare quidem uolentem, sed fidem recipere reuolentem Christiana deuotione detestatur. Siue enim discedat siue manere eligat infidelis, nihil debet illi qui fidelis factus est. Nemo illum cogere potest, quin faciat quod uelit. Iniuria creatoris soluit ius matrimonij. Non potest iam infidelis ab illo quicquā exigere, quia in illo debitū suū perdidit, postq̄ creatori id, quod dēt, reddere cōtemnit: hęc iam fidelis causam, qua iuste negare potēt

Lucę. 14

R

110

id, qd prius debuit, & qd adhuc quidē debuisset, si causam interuenientē, & debitū ipm soluentem nō habuisset. Ergo liber est fidelis, si sociū fidelem eligere uult, nemo illū prohibere potest: tñ si patitur fidelem cohabitare uolentē opus pfectionis facit, ad lucrandū proximū (dū: sic dicit Apostolus. Sanctificatus est uir infidelis p mulierem fidelem: & iterū mulier infidelis p uirū fidelem. Si ergo fidelis infidelē cohabitare consentientē ad hoc patitur, ut de infideli faciat fidelē, siue faciat siue nō faciat, quantum in se est lucratur aīam fratris sui, & implet opus pietatis. Si autē pati non uult detestās infidelitatem eius, non est seruituti subiectus in eiusmodi frater. Nemo illū potest cogere si uult, quin infidelem deserat: neq; phibere etiā si uoluerit, quin se infideli cōiungat. In infideli peccatum est, qui fidem respuit, cuius culpa soluit ius matrimonij, ut iam exigere iure non possit, qd si exigeretur, sine iniuria negari nō posset. Culpa quippe infidelis fidelem à debito soluit, sicut econtrario iustitia fidelis infidelem debito astringit. Itaq; nō peccat fidelis, si alteri se cōiungat, qm a iure matrimonij aduersus infidelem solutus est: sed infidelis etiā derelictus sine culpa alienā societatem nō appetit, quem adhuc ius matrimonij & debitum cōiugalis fœderis erga fidem astringit. Ergo non potest adulterium uocari, si fidelis alteri cōiungitur. Infidelis autem derelictus crimen adulterij incurrit, si alteri copulatur. Propterea si fidelis etiam ab eo, quod licet, pro periculo proximi uitādo se temperat, perfectius opus facit. Ad qd nō nullatenus cogi potest, quia non debiti opus est, sed charitatis effectus: sicut dicit Beatus Augustinus in libro de adulterinis coniugijs. Discessionem fidelis ab infideli Dominus non prohibet: quia non iniusta coram eo. Sed Apostolus consilio charitatis non solum, ne dimissi scandalizentur, sed etiam quod cum in aliena coniugia ceciderint, adulterinis nexibus colligati difficillime ab infidelitate resoluantur. Itaque adulterium committit infidelis si alteri se sociat, quia à debito prioris pacti solutus non est. Sed dicit. Ecce infidelis, uel quicumque Paganus siue Iudæus Christianus efficitur, uxorem, quam prius habuit (quia eum ad fidem sequi non uult) fidei libertate derelinquit: aliam fidelem ducit; prior se speram uidens alteri nubit, adulterino nexu se alligans. Contingit postea, ut compuncta infidelitatem suam horrere incipiat, ad fidem ueniat, Christiana efficiatur: quid de hac muliere faciendum est? Continere non potest. Expostulat ab ecclesia, ut aut uirum suum recipiat, aut alteri nubere concedatur. Quid illi dicit ecclesia? Si uirum suum illi reddit, soluit matrimonium, quod Christiana sanctitate firmatum est, & adulterium eum facit, cum uiuente uxore sua (quam fidelis fidelem legitime duxit) alteri copulatur, quod omnino fieri nō licet. Ergo non reddit illi maritum suum ecclesia. Quid igitur illi dicit? Si dixerit illi, ut alteri nubat, adulteram eam facere uideretur, quam nondum solutam à lege uiuentis uiri cum altero coniugium copulare concedit. Non igitur aliud superesse uideretur, nisi ut hanc mulierem ecclesia ad continentiam seruandam cogat, quæ peccato suo obligata uidetur,

Questio.

V

videtur, ut nec suum habere possit, nec alterum. Sed si hoc ecclesia fecerit contingere potest, ut scandalizetur mulier illa, & fidem Christianam abhorrens ad infidelitatem reuertatur; alia quoque mulieres siue uiri in infidelitate constituti, quarum mariti, & quorum uxores iam ad fidem transierunt, & ipsi derelictis cum alijs fidelibus coniugia inierunt, hoc cognito ad fidem Christianam uenire pertimescant, & subsequatur perditio multorum dum fidem fugiunt, quia continentes esse uel nolunt, uel non possunt. Postremo si mulier ista post perceptam gratiam baptismi de priori peccato ad iudicatur, uidetur imperfecta fuisse gratia: & non totum, quod praecedebat, in culpa lauacro regenerationis ablutum: nec uerum iam esse, quod uetera transierunt, & noua facta sunt omnia. Propter hanc liberata uidetur mulier hanc, postquam fidem percepit, & sacramentum libertatis & nouitatis induit, ut deinceps prioris copulata debito non teneatur. Iustum est enim, ut quam iniuria creatoris alligauit, reuerentia nunc & fides eius absoluat. Propter hoc non prohibet ecclesia eiusmodi, si continentiam seruare noluerint, cum alijs matrimonio copulari. ¶ Potest autem quæri, si contingat eum, qui prior ad fidem uenit, conjugalem copulam non inisse, donec eum alter, qui in infidelitate remanserat, subsequatur, quid ecclesia de huiusmodi facere debeat. Sed dubium non est, tales, postquam in fide unum facti fuerint, si continere noluerint, in id ipsum redire debere, ac denuo Christiana deuotione conuenire ad prioris matrimonij (quod non sine creatoris institutione inierant) debitum persoluum. Hoc etiam quæri potest, si eo, qui prior ad fidem uenit, fidei matrimonio alligato ille, qui in infidelitate remansit, cum illo, cui se nexu adulterino iunxerat, ad fidem pariter subsequatur, utrum ecclesia tolerare debeat, ut post fidem susceptam simul maneant, qui in infidelitate positi male iuncti fuerunt. Sed eadem gratia interueniente, & uetera omnia diluente, nihil impedit, quin bene in Christo simul permaneant, & extra fidem Christi male sociati fuerunt. De ijs etiam quæri potest, qui in infidelitate constituti cognatas suas ducunt, aut alias quasque, quibus lege Christiana sociari non poterant, si forte simul ambo ad fidem ueniant, utrum ecclesia eiusmodi copulam tolerare possit. Sed alia ratio hic est, quia baptismi gratia culpam delet, non naturam. In baptismo, quod gratia est in natura, sanctificatur, quod criminis est in culpa, excusatur. Propterea Christiana religio concedere non dedit, cum ad iudicium eius uenerint, quod extra ipsam quodam potuit inchoari, sed in ipsa non debet tolerari. Hanc uero, quae supra memorata sunt, de utroque sexu simili modo pensanda sunt, siue scilicet uir mulierem suam, siue mulier uirum suum in fide Christiana praeueniat.

De consanguinitate, & gradibus consanguinitatis. Cap. XIII.

Primo gradu, superiori linea continentur pater & mater. In inferiori filius & filia. Quibus quoque nullae aliae personae iunguntur. Secundo gradu

continentur in superiori linea auus & auia. In inferiori nepos, & neptis. In transuerso frater & soror, quae personae duplicantur. Auus. n. & auia tam ex patre quam ex matre accipiuntur. Quae personae, subleuatis quibus quoque gradibus similiter pro substantia earum, quae in quo gradu subsistunt, in ipso ordine duplicantur. Ista persona in secundo gradu ideo duplices appellatur: quia duo sunt aui, & paternus, & maternus. Item duo gratia nepotum sunt, siue ex filio, siue ex filia procreati. Frater & soror ex transuerso ueniunt. i. aut frater patris, aut frater matris, quae aut patruus aut auunculus nominantur: qui & ipsi hoc ordine duplicantur. Tertio gradu ueniunt supra proauus & proauia. Infra pronepos & proneptis. Ex obliquo fratris, sororisque; filius, uel filia: patruus, amita. i. patris frater, & soror, Auunculus, matertera: matris frater, & soror. Quarto gradu ueniunt supra, abauus & abauia. Infra abnepos & abneptis. Ex obliquo fratris & sororis nepos, & neptis. patruelis, soror. patruelis. i. patris filius uel filia, consobrinus, consobrina. i. auunculi, & matertera, filius uel filia, amita, i. amita. i. amita filius uel filia. Itemque consobrini sunt, quae ex duabus sororibus nascuntur. Quibus accrescit patruus magnus, amita magna. i. aui paterni frater & soror. auunculus magnus, matertera magna. i. auiae paternae quam maternae frater & soror. Quinto gradu ueniunt supra quidem atauus, atauia. Infra atnepos atneptis. Ex obliquo fratris & sororis pronepos, proneptis, fratres patruelis, sorores patruelis, amita, amita, consobrini consobrina, filius uel filia. Proconsobrini proconsobrina, id est patris magni, amita magna auunculi magni, matertera magna filius uel filia: quibus accrescunt pro patruus, & pro amita. Hi sunt proaui materni frater & soror, proauunculus pro matertera. Hi sunt proaui paterni, maternaeque frater & soror, proauique materni. Hae species nec alijs gradibus, quam scripta est, nec alijs uocabulis declarari potest. Sexto gradu ueniunt supra tritauus, tritauia. Infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris & sororis atnepos, atneptis: fratres patruelis, sorores patruelis: amita, amita: consobrini, consobrina: patris magni, amita magna: auunculi magni, matertera magna: nepos, neptis: propioris consobrini filius, uel filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescunt pro patruus, pro amita: proauunculi, pro matertera: filius, uel filia: at patruus, at amita. Hi sunt abauus paterni frater & soror: abauunculus ab matertera. Hi sunt abauia paternae maternaeque, frater & soror, abauiaque materni. Hae quoque explanari amplius non possunt, quam ipse author differuit. ¶ Septimo gradu, qui sunt cognati recta linea supra infraque proprie nominibus non appellantur: sed ex transuersa linea continentur, fratris sororis: atnepos, atneptis: consobrini filij, filiaque. Successionis iccirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per naturam rerum, nec nomina inueniri, nec uita succedentibus prorogari potest. In ijs septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius propagari.

Quare

¶ Quare usque ad sextum gradum consanguinitas custoditur.

Consanguinitas dum te paulatim propaginum gradibus dirimens usque ad ultimum gradum subtrahit, & propinquitatis esse deserit, eam rursus lex matrimonij uinculo repetit, & quodammodo reuocat fugientem. Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex aetatibus mundi generatio, & hominis status finitur: ita propinquitatis generis tot gradibus terminetur hoc modo. Filius & filia, quae est frater & soror, sit ipse truncus. Illis seorsum seunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi. Nepos & neptis, primus. Pronepos & proneptis, secundus. Abnepos & abneptis, tertius. Atnepos & atneptis, quartus. Trinepos & trineptis, quintus. Trinepotis nepos & trineptis neptis, sextus.

¶ Quomodo sint computandi consanguinitatis gradus.

Gregorius Papa VI. Progeniem suam unumquemque ad septimam obseruare decreuimus generationem: & quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad conjugalem copulam accedere denegamus. Quod si fecerint, separentur.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei omnibus episcopis & clericis, nec non iudicibus per Italiam constitutis salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad sedem Apostolicam perlata est quaestio nouiter exorta de gradibus consanguinitatis: quam quidam legum & canonum imperiti existimantes eosdem propinquitatis gradus contra sacros canones, & ecclesiasticum morem numerare nituntur, nouo & inaudito errore affirmantes, quod germani fratres uel sorores inter se sint in secunda generatione, filij eorum filiaeque in quarta, nepotes uel neptes eorum in sexta. Tali modo progeniem computantes & eiusmodi, sexto eam gradu terminantes. Dicunt deinceps uiros ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere, & ad huiusmodi profanum errorem confirmandum in argumento assumunt seculares leges, quas Iustinianus Imperator promulgauit de successionibus consanguineorum, quibus consili ostendere moluntur, fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in sexto. Sic seriem genealogiae terminantes, numerationem sanctorum patrum, & antiquae ecclesiae computationem usque ad nos perductam, peruersa quadam calliditate disturbare nituntur. Nos uero Deo annuente hanc quaestionem discutere curauimus in synodo habita in Lateranensi consistorio, conuocatis ad hoc opus episcopis, & clericis, atque iudicibus diuersarum prouinciarum. Denique diu ueritate legibus, & sacris canonibus, distincte inuenimus ob aliam atque aliam causam alteram legem, alteram canonum fieri computationem. In legibus siquidem ob nihil aliud ipsorum graduum metio facta est, nisi ut hereditas uel successio ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur. Hac igitur de causa, quae hereditates nequeunt deferri, nisi de una ad alteram personam: ideo curauit secularis Imperator in singulis personis singulos praefigere gradus. Quia uero nuptiae non ualent fieri sine duabus personis, ideo sacri ca-

nones duas in uno gradu constituunt personas. Vtraque tamen computationem, si attente ac subtiliter fuerit perspecta, idem sensisse, & eandem esse in sententia atque ad eundem terminum conuenire manifestum erit. Iustinianus namque utque ad quem gradum consanguinitatis ipsa perduret in suis legibus non definitur. Canones uero ultra septem nullam numeram uere generationem. Sexto quippe gradu determinato in ipsis legibus subintulit Imperator. Hactenus ostendisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex ijs palam est intelligere quemadmodum ulteriores gradus numerare debeamus. Genera quippe persona gradum adijcit. Ecce in ijs breuibus uerbis aperte ostenditur tales gradus, quales isti computant, non tamen usque ad sextum, uerum & ultra numerari debere, cum ultra sex ulteriores gradus numerandos esse decernat. Vbi. n. ait ulteriores gradus, aperte indicat non sex tamen esse gradus, sed sex finitis adhuc esse alios numerandos. Ut ergo ueridicæ leges sint, & ueraces sint canones, dicamus hoc, quod ueritas habet, scilicet, quod non terminatur consanguinitas in huiusmodi sexto, & terminatur secundum canones in septimo gradu. Vtraque enim computatio sicut superius diximus, uno sine concluditur. Namque duo gradus legales unum gradum canonicum efficiunt. Fratres itaque, qui secundum seculares leges dicuntur in secundo, iuxta canones numerantur in primo; filij fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo. Nepotes uero, qui computantur in sexto, istis numerantur in tertio. Sic deinceps, qui in legibus scribuntur, in octauo, & in decimo, in canonicis definiuntur in quarto & in quinto. Atque hoc modo de reliquis sentiendum est, ut qui secundum canones dicuntur in sexto uel in septimo, secundum leges accipiantur in duodecimo uel in quatuordecimo. Nam in septem gradibus si canonicè & usualiter numerantur omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quos nec consanguinitas inuenitur, nec nomina reperiuntur, nec successio potest amplius praerogari, nec memoriter ab aliqua generatione recordari. Ne uero in hac computatione consanguinitatis aliqua dehinc ualeat ambiguitas remanere, aliam, quam quidam faciunt, numerationem, in hac est disputatione duximus finienda. Sunt. n. quidam, qui non a fratribus, sed a filiis eorum. i. patruelis uel consobrini genealogiam numerare incipiunt dicentes, filios fratrum in prima computari generatione debere, quia fratres quasi quidam truncus, ex quo ceteri ramusculi oriuntur, existunt. Sed nec ista graduum computatio, si bene intellecta fuerit, ab ea, quam superius exposuimus, in sententia poterit esse diuersa.

¶ Libro tertio institutionum Sexto capitulo de gradibus cognationis.

Hoc loco necessarium est exponere quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quare in primis admonendi sumus cognationem aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transuerso, quae etiam ex latere dicitur. Superior cognatio est parentum, inferior liberorum; Ex transuerso fratrum, sororum, eorumque, qui uel quae ex ijs progenerantur, & consequenter patrum, amita, auunculi, matertera. Et superior quidem & inferior

rior cognatio à primo gradu incipit. At ea, quæ ex transuerso numeratur, à secundo. Primo gradu est supra pater mater: infra filius filia. Secundo supra auus auia. Infra nepos neptis. Ex transuerso frater & soror. Tertio supra proauus proauia. Infra pronepos proneptis. Ex transuerso fratris sororisque filius filia. Et consequenter patruus amita, auunculus matertera. Patruus est patris frater, quem græci πατρώου ή πατρώδελφου vocant. Auunculus est matris frater, qui apud eos proprie, μητρώου appellatur, & promiscuè θείος dicitur. Amita est patris soror, matertera est matris soror, quæ ut supra patris deia appellatur. Quarto gradu supra abauus abauia, infra abnepos abneptis. Ex transuerso fratris sororisque nepos neptis; & consequenter patruus magnus, amita magna, idest auus frater & soror. Item auunculus magnus, matertera magna, idest auia frater & soror. Consobrinus consobrina, idest quicumque, uel ex fratribus, aut sororibus progenerantur. Sed quidam rectè consobrinus eos proprie dici putant, qui ex duobus sororibus progenerantur, quasi consobrinos. Eos uero, qui ex duobus progenerantur fratribus, proprie fratres patruelus uocari. Si autem ex duobus fratribus filia nascerentur, sorores patruelus appellantur. At eos, qui ex fratre & sorore progenerantur, amittinos proprie dici. Amittina filij consobrinum te appellant, si fuerit tua amita. Item amittina filij consobrinum te appellant, tu illos amittinos. Quinto gradu supra atauus atauia. Infra abnepos abneptis. Ex transuerso fratris sororisque pronepos proneptis, & consequenter propatruus proauita, idest proauus frater & soror proauunculus promatertera, idest proauia frater & soror. Item fratris patruelis, sororis patruelis, consobrinus & consobrina, amittini & amittine, filius filia; propior sobrinus, sobrina. Hi sunt patruus magnus, amittine magnæ; auunculus magnus, matertera magnæ; filius filia. Sexto gradu sunt supra, tritauus tritauia, infra trinepos trineptis, ex transuerso fratris sororisque abnepos abneptis. Et consequenter ab patruus abamita, idest abauus frater & filia. Item sobrini sobrine, qui quæue ex fratribus uel sororibus patruelis, uel consobrinis uel amittinis progenerantur filius & filia. Hactenus ostendisse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex ijs palam est intelligere quemadmodum ulterius quoque debemus gradus numerare. Quippe semper generata quæque persona gradum adijcit: ut longè facilius sit respondere quanto quisque gradu sit, quam propria cognationis appellatione quemque denotare. At generationis quoque gradus eo modo numerantur. Sed quia magis ueritas occulta fide, quam per aures animis hominum infigitur: ideo necessarium duximus, post narrationem graduum etiam eos presenti libro inscribi: quatenus possint & ex auribus, & ex inspectione adolentes perfectissimam doctrinam graduam adipisci.

Ex epistola Ioannis Constantinopolitani episcopi.

Gregorius Papa requisitus ab Augustino Anglorum gentis Episcopo quorundam generatione

fideles debeant copulari, dispensatorie sic rescribit. Quædam lex Romana in Republica permittit, ut siue frater & soror, siue duorum fratrum germanorum, uel duarum sororum filius & filia misceantur: sicut experimento didicimus in tali coniugio sobolem non posse succrescere. Vnde necesse est, ut iam quarta uel quinta generatione fideles licenter sibi iungantur. Item Ioannes dicit. Verum post multum temporis à Felice Mesana Sicilia præsulæ requisitus: utrum Augustino scripserit. Ut Anglorum quarta generatione contracta matrimonia minimè soluerentur: humillimus pater Gregorius inter cætera talem dedit rationem. Quod scripsi Augustino gentis Anglorum Episcopo, alumno uidelicet (ut recordaris) tuo, de consanguinitatis coniunctione ipsi & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem uenerat: ne à bono, quod cœperat, metuendo austeriora recederet: specialiter, non generaliter certissimè scripsisse me cognoscas. Vnde & mihi omnia Romana ciuitas testis existit: nec ea intentione hæc illis scripsi mandata: ut postquam firma radice in fidem fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur: aut infra affinitatis lineam, idest usque ad septimam generationem iungantur. Sed quod adhuc illis Neophytis existentibus eis primum illicita consentire: & eos uerbis, & exemplis instruere: & quæ post de talibus egerint, rationabiliter & fideliter excludere oportet. Nam iuxta Apostolum, 1. Cor. 3. qui ait, Lac dedi uobis potum, non escam: ista illis modo, non posteris, ut præfixum est temporibus tenenda indulgimus, ne bonum, quod infirma adhuc radice plantatum erat, erueretur, sed aliquantulum firmaretur, & usque ad perfectionem custodiretur. Hæc ergo ego Ioannes idcirco perstringenda curavi, ut ijs, qui occasione nouæ dispensationis illicita matrimonia contra hunc eruditissimum uirum causantur, non generaliter quartæ generationis copulam censuisse, immo uenialiter, simulque temporaliter permisisse cognoscant.

Zacharias Papa. capitulo primo.

Aserentibus hominibus de Germaniæ partibus didici: quod beatæ recordationis Papa Gregorius, dum eos ad religionem Christianitatis diuina gratia illustraret, licentiam illis dedisset in quarta se copulare generatione: quod quidem Christianis licitum non esse, dum utique se cognouerint: sed dum rudes erant inuitandi ad fidem, quanquam minimè scriptum repetimus, non ambigamus.

Item Capito quinto.

Ut consobrinam, neptem, nouercam, fratris uxorem, uel de propria cognatione, uel quam cognatus habuit, nullus audeat sibi in coniugio copulare. Si quis huic tali nefario coniugio contenerit, & in eo permanerit: sciat se Apostolicæ authoritatis anathematis uinculis esse innodatum: & nullus sacerdos tribuat ei commu-

unionem. Si uero conuersus, diuisusque fuerit a tali copulatione, dignæ poenitentia submittatur, ut sacerdos loci considerauerit.

Decretum Gregorij iunioris.

SI quis fratris uxorem duxerit in coniugium, anathema sit. Si quis nouercam, aut nurum suam duxerit, anathema sit. Si quis de propria cognatione, uel quam cognatus habuit, duxerit in coniugium, anathema sit.

Beda in historia Anglorum.

Interroganti Augustino, utrum debeant duo germani fratres singulas sorores uxores accipere, quæ sunt ab illis longa progenie generata. Respondit Gregorius. Hoc fieri omnibus modis licet. Nequaquam enim in sacris eloquijs inuenitur, quod huic copulæ contradicere uideatur.

Cap. xxxij. Gregorinus respondit Augustino.

Ubi nouerca misceri graue facinus est: quia in lege scriptum est. Turpitudinem patris tui non reuelabis. Neque enim turpitudinem patris filius reuelare potest. Sed quia scriptum est. Erunt duo in carne una. Qui turpitudinem nouercæ, quæ una caro cum patre fuit, reuelare præsumperit, profecto patris turpitudinem reuelabit. Cum cognita quoque fratri misceri prohibuitur: quia per coniunctionem priorem caro fratris fuerit facta: pro qua re etiam Ioannes Baptista capite truncatus, & sancto martyrio consummatus est.

De affinitate. Cap. XV.

Gregorius seruus seruorum Dei Venerio Catalano. Fraternalitatis tuæ studiosæ sagacitati, frater amande, quas debeo, refero grates: quoniam quaesisti quæ debuisti, iocundum me reddidisti. Vnde placide ad inquisita respondeo. Sedem Apostolicam consulere decreuisti, si mulier copula nuptiali extraneo viro iuncta cognationi eius pertineat, si eo defuncto cognatio maneat eadè, uel si sub alio viro cognationis uocabula dissoluantur, uel si susceptæ soboles possint legitime ad prioris uiri cognationis transire copulam. Est enim uerbum Domini validum & forte, durable, perseverabile, immutabile, non momentaneum, non transitorium. Ait autem per seipsam ueritas, quod Deus est uerbum Dei. Cælum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Antequam Deus in carne inter homines appareret, eo inspirante dixit Adam. Quam obrem relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Cui non contradixit Deus. Denique cum ueritas oriretur de terra in terram, & uisibilis in humanitate apparuit, interrogatum est, si licitum esset homini uxorem relinquere. Quod prohibens fieri ueruit: præterquam si fornicatio sola excluderet copulam maritalem. Vnde protulit statim in medium eandem ipsam sententiam, quam ante secula manens cum patre uerbum inspirauit in Adam ipse confirmans, quod ipse homo protulit. Quam obrem relinquet homo &c. Si una caro fiunt, quomodo poterit aliquis eorum propinquus pertinere uni, si non pertineat alteri? Quod minimè fieri posse cre-

dendum est. Nam uno defuncto in superstitibus affinitas non deletur, nec alia copula coniugalis affinitatem prioris copulæ soluere potest. Sed neque alterius coniunctionis sobolem placet ad affinitatis ipsius prioris transire consortium, pro eo quod uerbum Domini validum est, & forte, & ut inquis dicit Propheta. Quoniam ipse dixit, & facta sunt. Pf. 148. ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea in æternum, & in seculum seculi: præceptum posuit, & non præteribit. Non potest per uerbum suum atque præceptum efficere duos in carnem unam & masculum & feminam, qui innumeram multitudinem sexus utriusque non destitit secum facere unum? sicut per se ueritas dicit. Non pro ijs tantum rogo, sed pro ijs, qui credituri sunt per uerbum eorum in me, ut unum sint sicut tu pater in me, & ego in te: & ipsi in nobis unum sint. Si quis temerario ausu & sacrilego in defuncto quaerit propinquitatem, uel sub altero affinitatis uocabula dissipare, uel susceptam sobolem alterius copulæ credens legitime sociari propinquitatis prioris: hic negat uerbum Dei validum esse uel forte. Et qui tam facile, uel tam uelociter quaerit dissoluere: hic non credit uerbum Domini manere in æternum. Conspice terram ex quatuor locis distantibus magna intercapedine & confectam & conglutinatam, sicut cuiuscunque figuræ uel immensitatis corpus uolueris.

Ex consilio Matisconensi.

Sane consanguinitas, quæ in proprio viro obseruanda est, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est: quia constat eos duos fuisse in carne una, communis illis utraque parentela esse credenda est, sicut scriptum est. Erunt duo in carne una.

Ex consilio Cabillonensi.

Contradimus quoque, ut in quarta, uel quinta, uel sexta generatione nullus amplius in coniugio copuletur. Vbi autem post interdictum factum fuerit, inuentum separetur.

De spiritali germanitate. Cap. XVI.

De qua Nicolaus Salomoni Constantiensi episcopo.

Sciscitatur a nobis sanctitas uestra: si aliquis homo commatres spirituales habere ualeat unam post alteram, in quo fraternalitas tua meminisse debet scriptum esse. Erunt duo in carne una. Itaque cum constet, quia uir & uxor una caro per connubium efficiuntur: restat nimirum uirum compatri conliti illi mulieri, cuius matrimonio assumpta uxor commater esse uidebatur: & liquet idcirco uirum illi femina non posse iungi in copula, quæ commater erat eius, cum qua idem una fuerat caro effectus.

Idem Carolo archiepiscopo.

SI quis cum commatre spiritali fornicatus fuerit, anathematis (ut scitis) percutitur ictibus. Similiter autem & illum percutere promulgamus, qui cum ea, quam de sacro fonte baptismatis suscepit, aut cum illa, quam ante episcopum tenuerit, cum sacro chrismate fuerit uncta, fornicationis M. Hug. à S. Vic. To. iij. Ee perpe-

perpetrauit scelus: legitimam tamen si habuerit, non dimittere cogatur uxorem.

Ex Concilio Cabilonensi.

Dictum est nobis quaedam feminas defidie, quaedam vero fraudulenter, ut a viris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Unde nos dignum duximus: ut si qua mulier filium suum, defidia, aut fraude aliqua coram episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam suam aut propter fraudem, quando uiuat penitentiam agat, a viro tamen suo non separetur.

Ex Concilio Maguntinensi.

De eo, quod interrogati, si ille, qui filiola sua duxit uxorem: & de eo, qui concubuit cum commatre spirituali: & de eo, qui filium suum baptizauit, & cuius vxor eum de fonte suscepit ea ratione, ut dissidium coniugij fieret: si postea in tali copulatione permanere possent. De talibus sic respondendum est. Si filiolum aut commatrem suam spirituales aliquis in coniugio duxerit: separandos eos esse iudicamus, & graui penitentia plectendos. Si autem coniuges legitimi vnus aut ambo ex indultia fecerint, ut filium suum de fonte suscipiant, ut dissidium fiat, tale consilium damus, si inuupti manere voluerint, bonum est: si autem, grauis penitentia infidiatori iniungatur: & simul maneat, & si superuixerit praeruaricator coniugij, acerrima penitentia muldetur, & sine spe coniugij maneat.

Ex Concilio Tyburiensi.

Qui spirituales compatrem habet, cuius filium vel filiam de lauacro sacri fontis accepit, & eius uxor commater non est: licet ei defuncto compatre suo eius viduam ducere in uxorem, si nullam habent consanguinitatis propinquitatem. Quid enim? Nunquid non possunt coniungi, quos nulla proximitas carnalis vel in id generatio fecerit spiritualis? Item simili ratione qui spirituales habet compatrem, gener eius fieri non prohibetur: de illa duntaxat filia, quam ipse de sacro fonte non suscepit. Spirituales quoque parentum, i. compatrum filij vel filiae ante siue post compaternitatem geniti, legitime coniungi possunt. Praeter illas personas, quibus copatres existunt, quia spirituales filiam patris sui nemo uxorem ducere potest, quam uis filiam eius, qui compater est patris sui, si filiola patris sui non fuit, uxorem accipere non prohibeat.

Quid distet inter cognationem siue consanguinitatem, & affinitatem, & spirituales germanitatem. Cap. XVII.

Tria quaedam sunt, i. consanguinitas, affinitas, & spiritualis germanitas, in quibus Christianorum coniugio lex indicta est. Consanguinitas est inter eos, qui iunguntur secundum lineam generis. Affinitas est inter eos, qui genere quidem iuncti non sunt, & tamen mediante genere sunt sociati. Verbi gratia. Filius fratris mei consanguineus meus est: vxor eius, quae de meo genere non est, per ipsum, qui est de genere meo, affinis mihi facta est, & ego illi. Qui ergo de aliena co-

gnatione uxorem ducit, cognatos suos illi affines facit: & est inter mulierem & cognatos viri, siue inter virum & cognatos mulieris, non quidem consanguinitas, sed affinitas: in qua similiter, ut in consanguinitate, contractus matrimonij prohibetur. In consanguinitate usque ad septimum gradum, coniugia vetita sunt. Quaedam tamen scripturae in sexto gradu, quaedam vero in septimo prohibitionem terminare videntur. Ambigua est enim locutio cum dicitur: quod usque ad septimum gradum coniugia copulari non permittuntur. Potest enim & sic intelligi: quod usque ad septimum quidem gradum prohibentur, sed in septimo conceduntur: vel quod septimus gradus ultimus est, in quo prohibentur, & post quem permittuntur. Quodam primo gradu posuerunt filios, secundo nepotes, tertio pronepotes, quarto atnepotes, quinto abnepotes, sexto trinepotes, septimo trinepotum nepotes. In hunc modum septem gradus in prohibitione continentur. Qui autem patrem & matrem radicem generationis esse dicunt, filium autem & filiam quasi truncum generationis constituunt: isti in nepotibus primum gradum computandum censent, secundum quam acceptionem ille gradus, qui in superiori dispositione septimus fuit, in hac sextus esse ostenditur. Gradus consanguinitatis quantum tendatur sursum & deorsum, copulam conjugalem non admittit, sicut de filio ad matrem, & omnes qui supra sunt, hoc est auia, proauiam &c. & de matre ad filium, & omnes qui infra sunt. Hoc est nepotem, pronepotem &c. Similiter de patre ad filiam, vel de filia ad patrem supra & infra consideratur. Quapropter inter eos, qui a latere descendunt, gradus consanguinitatis in matrimonio computantur. Quidam affinitatem quinto gradu terminare voluerunt. Alij usque ad septimum sicut & consanguinitatem obseruandam esse iudicauerunt. Spirituales autem germanitas siue propinquitas hoc modo custoditur. Nemo commatrem aut filiam spirituales uxorem ducere potest. Simili modo mulier compatri suo, aut filio spirituali vxor esse non potest. Filius quoque commatrem patris, vel filiam spirituales uxorem habere prohibetur. Et similiter filia compatri matris suae, aut filio spirituali uxor esse non potest. In concilio Tyburiensi conceditur, ut homo defuncto compatre suo uxorem illius ducat, si ei commater non est. Quod si verum est, similiter mulier defuncta commatre sua, viro illius nubere potest, si ei compater non est. Quod tamen in aliquibus prohibitum reperitur.

Utrum dolus, qui suppositio dicitur, coniugium dissoluat. Cap. XVIII.

Aviduimus aliquando quibusdam uxores incognitas facie desponsantibus, alias quaedam viles personas dolo suppositas, ubi quidem si assensum suum postea iij, qui dolum passi sunt, facto, quod ex intentione non fecerunt, praebere noluerint: nequaquam coniugium ratum esse debere censemus. Ex intentione enim non factum constat, nec possunt construngi ad exequendum id, quod

nec intenderunt cum facerent, nec voluerunt cum scirent.

Utrum conditio seruilis si nesciatur, postea coniugium dissoluat. Cap. XIX.

Quæritur etiam, utrum si qua mulier seruo nupserit liberum eum existimans: aut liber ancillam duxerit liberam putans: postea ubi fraus detecta fuerit, coniugium dissolui debeat. Et sunt qui hunc dolum aliter quam superiorem iudicandum putant. Nam quia hic non in persona, sed in qualitate personae solum erratur: idcirco sanctitatem matrimonij preiudicare debere censent. Sed fortassis hoc magis veritati, & paci, in quos vocauit Deus conueniat: ut ubi alterius ignorantia culpabilis non esse ostenditur, alterius dolus ad læsionem innocentis in eo, quod fraude usurpauit, stare non permittatur.

INCIPIT DVODECIMA PARS de votis.

De votis, an sint diuersa. Cap. I.

De votis, votum non soluo: Tu postulasti, & ego quidem, quod spondest, solue re cogor. Modicum inter frequetes occupationes suratus oculi summam perstrinxi, sed non plene profectus sum, quod quaesisti. Quæris de votis, utrum pari debito & eadem necessitate astringant promissores suos. Si interrogationi tuae tantum, & non etiam ædificationi, responsum dare vellem: breuiter respondere potuissem: quod non vnum in votis omnibus debitum constat. Verum quia te non quaestionem mouisse, sed ædificationem magis quaesisse non dubito, quantum interim pro tempore possibilitas se suggestit, & ratio: deuotioni tuae satisfacere conatus sum.

De quinque modis, quibus mens agenda tractat. Cap. II.

Quinq; modi sunt, quibus humana mens agenda tractare consuevit, cogitatione, voluntate, deliberatione, promissione, & voto. Aliud est cogitare aliquid, atque aliud velle quod cogitaueris. Nam & cogitare potes, quod non vis. Velle autem non potes, nisi cum placet id, quod cogitaueris. Verum aliquoties contingit, ut id, quod secundum delectationem placet, secundum rationem non placeat: & ut nondum ipsa rationi acquiescat ad illud, ut faciat ipsum quod delectat. Et est quidem in ipsa delectatione quasi quaedam voluntas facti, sed in ipsa ratione necdum tamen est propositum faciendi. Si autem secutum fuerit post voluntatem propositum: ut mens in id, quod delectat,

assensum confirmet: iam tenetur siue ad culpam, si malum est: siue ad meritum, si bonum est. Hoc autem totum, quod cogitationis est, & voluntatis est, & propositi est, totum in ipsa est, & ad ipsam siue bonum sit siue malum: & non tenetur, nisi in se: & quantum in se est, tantum tenetur. Cum autem promissio secuta fuerit post propositum, iam obligari incipit aduersus alium sponsor, & debitor fit promissionis suae pro veritate seruanda ad proximum. Si quidem bonum est quod promissit, debitor est quia bonum est, & quia promissit. Si autem malum est quod promissit, debitor non est in eo quod malum est, quod promissit. Reus tamen est, quia promittere praesumpsit, quod sine culpa implere non potuit. Nouissime sequitur votum, in quo amplius aliquid a promissione contineri videtur.

Quid sit votum, & quid vouere. Cap. III.

Votum enim est testificatio quaedam promissionis spontaneae, quae ad solum Deum, & ad ea, quae Dei sunt, magis proprie refertur. Vouere siquidem est testificatione promissionis spontaneae Deo se obligare, ac debitorem statuere. Nam qui promittit simpliciter, spondet se facturum aliquid: qui vero vouet, contestatur promissioni suae, & affirmat ipsam promissionem. Vbi in quantum est promissio, tenetur: in quantum est contestatio, obligatur. Votum autem aliud occultum est ad Deum & coram Deo, aliud manifestum ad Deum coram homine. Occultum votum factum, peccatum est. Manifestum autem votum factum, peccatum & scandalum. In illo Deus offenditur, in isto vero etiam in proximum peccatur. Quod si quaeris, quae vota oino tenenda sunt, & quae item sine culpa praetermitti siue etiam commutari possint: hanc primam discretionem accipio.

Quae vota tenenda non sint. Cap. IIII.

Scriptura dicit. Vota stultorum frangenda sunt. Vota quippe stultorum intelligimus ea, quae vel de malo fiunt, vel de bono male. Verbi gratia. Si quis voueret quempiam interficere, siue quodlibet aliud, in quo culpa constaret se facturum, votum de malo esset, & malum esset, & idcirco faciendum non esset. In quo prima culpa fuit vouere, secunda foret si impleretur perficere. Similiter & votum de bono factum si bene non fiat inter vota stultorum, quae frangenda sunt, deputatur. Bene autem non fit, etiam si de bono sit illud votum, in quo vouetur vel quod non licet, vel quod non expedit. Non licet: ut si mulier non consentiente, vel potius contradicente viro suo continentiam voueat. Non expedit: ut si quispiam in ieiunio, vel alio quolibet opere supra vires suas, ac possibilitatem suam aliquid se facturum esse proponat. Haec igitur omnia inter vota stultorum deputantur, quae vel peruersa sunt, vel illicita, vel indiscreta. Vbi autem bonum vouetur, & bene vouetur quaedam eiusmodi sunt, ut commutationem ex dispensatione suscipiant, quaedam vero talia, ut recompensationem omnino non admittant.

M. Hug. à S. Vic. To. iij. Ece 2 Quod

Quod votū nullā commutationē admittat. Cap. V.

Vis scire quæ sunt illa, quæ commutationem nullam patiunt? Fortassis mihi nō credis, qui auctoritatem quæris, si quid ex viuis vnū ego proferre voluero. Est tñ quoddam, q̄ commutationē nullam admittit. Nam dispensatio esse nō p̄t, vbi recompensatio esse nō p̄t. Dispensatio quippe nōmen dispendij est, detrimentū sonat q̄-tum in ipso est. Stultum vero est voluntarie damnum sustinere, vbi nullum lucrum consequitur. Vbi aut̄ in paruo detrimentum voluntarie toleratur, vt in maiori lucrum proueniat: hæc dispensatio vocatur, & bona est dispensatio ista. Ecce ergo quō bñ in illo voluntarie damnum sustineri p̄t, quo maius nihil acquiri p̄t? Vnum est, si auctoritatem vis quod commutationem non recipit: nō ego dico, sed veritas dicit: & si ego dico, post veritatem dico, & s̄m veritatem dico: quia non dabit hō commutationem pro anima sua. Sed forte rñdebis, & dices, quod nō dixit veritas, nō dabit: sed

Mat. 16. q̄ dabit hō commutationem pro aīa sua? Ecce igit̄ non affirmavit, sed interrogavit: tu rñde si potes q̄ dabit hō commutationem pro aīa sua? Vides manifeste, quod vnum est, qd̄ commutationem nō recipit, neq; dispensationem admittit. Hoc si voues, imo quia voues (non. n. bonus esse potes, si hoc nō voueris) redde qd̄ vouisti: & ipsum, quod vouisti, redde: quia si aliud reddere volueris, nō accipitur pro isto, quodcunq; illud fuerit. Vouete, inq̄t psalmista, & reddite Dño Deo v̄ro oēs, qui ī circuitu eius affertis munera. Quæ munera? Afferte Dño filij Dei, afferte Dño filios arietum. Forte ista sunt munera, q̄ vouere nos iubet, & reddere psalmista. Arietes, & filij arietum: cum dicit. Vouete &c. Cui munera? Audi quid sequitur. Terribili, & ei, q̄ aufert sp̄m principū, terribili apud reges terre. Quid hoc pertinuit, vt postq̄ dixerat: reddite Dño Deo v̄ro munera, statim subiungeret: qui aufert sp̄m principum: nisi quia ipsa munera ipsum sp̄m significare voluit? Sed si sp̄m principum aufert, auferre non poterit sp̄m tuum? Redde ergo voluntarius, ne amittas inuitus. Vouete, & reddite Dño Deo v̄tro, oēs, q̄ in circuitu eius affertis munera. Terribili, & ei, qui aufert sp̄m principū, terribili apud reges terre. Vide ergo, frater quid est quod vouete, & reddere nos oportet Dño Deo n̄ro. Quod si post vouere, vel post uotum reddere nolumus: tñ retinere non valemus. Si reddimus, accipiet: si non reddimus, tollit. Si reddimus, p̄ dato remunerabit: si non reddimus, pro non dato condemnabit. Si. n. reddimus, quod nostrum est damus, & reputatur ad iustitiam: si aut̄ non reddimus, qd̄ alienū

Psal. 75.
Psal. 28.
Psal. 75.
Mat. 16. est retinemus, & imputat̄ ad culpam. Qui amat (inquit) aīam suam p̄det eam, & qui perdidit aīam suam pp̄ me, inueniet eā. Seruat sibi, qui mihi tribuit: & qui sibi retinet, amittit. Vouete ergo, & reddite. Si voues aīam tuā, redde aīam tuam. Noli putare q̄ reddere possis p̄ aīa tua pecuniam tuā. Hoc. n. esset plus vouere, & minus reddere, & nō esset æqua recompensatio. Si tua das Deo, te ipsum zambulo: non est æqua partitio. Nōne si recte offeras,

& non recte diuidas, peccasti? Plus. n. valet aīa, & minus pecunia. Nōne aīa plus est q̄ esca, & corpus plus q̄ vestimentum? Si plus est aīa q̄ esca, plus vti que est q̄ pecunia: quia & esca plus est quam pecunia. Propter escam. n. datur pecunia, & si non esset esca, pecunia quid esset? Nam quod plus confert & prodest, ipsum plus esse necesse est. Si ergo voues aīam, noli pro aīa dare pecuniam: quia si hoc facis, frandem facis, plus vouens, & minus reddens. Cū aīa tua dare potes pecuniam tuam: pro anima non potes, nisi forte pro anima tua ita pecuniam tuam dare volueris, vt anima tua data acceptabilior fiat. Pro illa, cum illa amatur: pro illa sine illa non accipitur. Noli ergo putare, q̄ pro anima tua. i. pro cōmutatione animæ tuæ pecuniam tuam dare possis: quia & ipsam pecuniam sic datam non acciperet, & tu animam tuam seruare non posses sic retentā. Itaque & pecunia amitteretur, & anima nō seruaretur. Hoc igitur unum est, quod recompensationem non accipit.

Quæ vota commutationem patiuntur. Cap. VI.

Cætera omnia pro loco, & tpe, & cā commutationem admittunt. Vouisti aurum, argentū reddere potes: quia quod p̄tio minus est, in pondere maius esse potest. Vouisti peregrinationem tuā Dño, commutationem admittit, si forte expediat magis, quod contingere potest, vt permaneas in patria tua, & in domo tua. Nam si illic persoluere potes aliud tñ ualēs, siue ad laborem operis, siue ad deuotionem uirtutis, siue ad utilitatē administrationis, commutationem dare potes. Vouisti ieiunium, & hic commutatio esse potest: si forte hoc non expediat, quod contingere potest. Aliud adhuc dico. Vouisti Deo seruire in aliquo loco, uel in habitu, uel ī societate aliqua: dico, quod & hoc totum commutationē habere potest: quia potest & locus destrui, & homines mori, & habitus mutari. Nunquid putas ideo perdis animam tuam, si locus aliquis uastatur, aut si homines moriuntur? Tantummodo ex te non fiat, quod in illis fit: neq; in te remaneat, quod a te fieri debuit. Non est periculum tuum, ubi non est culpa tua. Fac quod potes, & quantum potes: & sufficit tibi. A bona uoluntate non amplius exigitur, nisi quātum potest. Si autem aliquid horum uoueris, uel similitum aliquid, quæ uel inuitis auferri possunt, uel a uolentibus commutari: & implere quidē uales quod uouisti, non est in tuo arbitrio commutatio uoti tui, etiam si maius aliquid uideris, uel melius faciendum quod facias. Potest quidem dispensatio fieri circa te, sed non debet fieri a te. Nam tu quidem quantum in te est hoc debes, quod uouisti, ipsum & non aliud. Non tibi licet pro alio aliud commutare, sed dispensatori & magistro tuo: si uoluerit & expedire nouerit licet aliud accipere. Si idem a te datur, debitum est: si aliud ab illo accipitur, indulgentia est. Nam idcirco dispensator dicitur ille, qui a subiectis oib. s̄m utilitatē & fructū recompensationis diuersa qdā a primis, & alia ab ijs, q̄ p̄posita fuerāt, salubri ac rōnabili cōmutatione impendere p̄t. Sicur ergo uotum tuū in tua constat uolun-

voluntate, sic commutatio uoti tui in illius cōstat p̄tate. Illic per te operari p̄t bonū, q̄ delectat: hic aut̄ cōsulere debes illum quid magis expediat. Est aut̄ adhuc amplius aliquid, quod dictis adijciēdū v̄t. Ecce uouisti uirginitatem carnis tuæ Dño Deo tuo: dico, q̄ reddere debes quod uouisti. Non licet tibi retrospicere, vt deinceps ad experientiam carnis descēdas. Dico ergo tibi, redde quod debes. Nō licet tibi aliud pro isto reddere, si istud potes reddere. Sed quid facimus? Ecce uouisti, & votū non tenuisti: quia uirginitatem amisisti. Non potes amplius reddere uirginitatem: non potes dare, q̄ non habes. Semel amissa est uirginitas, amplius reparari aut recuperari non p̄t. Quid aut̄ facies? Quid reddes Dño Deo tuo p̄ uirginitate tua, q̄ uouisti, & post uotum amisisti? Est ne aliquid aliud, qd̄ pro ista reddi possit: vt debitum reddatur, & tñ votū impleatur? Si nihil est aliud, qd̄ pro ista reddatur: salus non est ijs, qui hanc uouerunt, & amissam iā reddere non p̄nt: Nunquid igitur pontem misericordie p̄scindere audebimus eiusmodi? Dicat hoc qui audet. Ego nec præsumo, nec uolo. Videat qui hoc dicere uoluerit, ne forte sibi ipsi piculū struat. Ergo aliud est, q̄ reddere possis p̄ uirginitate tua, si eam perdidisti. Quid aliud? Redde pœnitentiam tuam, redde contritionem tuam, redde humilitatem tuam. Pro uirginitate carnis redde humilitatem cordis, pro carne fracta frange cor: humilitatē per se debuisti, et si uirginitatem habueras: & tñ si uirginitatem reddere non potes, redde pro illa humilitatem, & satisfacet tam pro se q̄ pro illa. Vide quanta est uirtus humilitatis. Socia est uirginitas humilitatis, & socia humilitas uirginitatis: & non p̄t, si abest humilitas, satisfacere Deo uirginitas: p̄t aut̄, et si abest uirginitas, satisfacere Deo humilitas, si habeatur. Est igitur aliquid, q̄ reddas pro uirginitate tua, si illam reddere non potes. Est unde satisfacias Deo, etiā si istam non offeras: nunquid sic dico de aīa tua? Perde aīam tuā, ita vt amplius eam reddere non possis: & uide si aliquid tibi superest, q̄ p̄ illa reddere possis. Propterea dixi tibi. Quia hoc vnum est, pro quo cōmutatio nullā dari p̄t. Si hoc solum dari non potest: hoc nisi reddideris, quicquid dederis, non satisfacis. Hoc si reddis, quicquid non dederis, non offendis.

Humilitas quæ sit laude digna, & quam Deo satisfacitoria.

INCIPIT DECIMATERTIA Pars de uitijs, & uirtutibus.

De uitijs, & operibus malis. Cap. I.

Septem capitalia uitia, siue principalia, siue originalia, sacra scriptura commemorat: quæ ideo capitalia, uel principalia, uel originalia dicuntur: quia reliquorum omniū caput sunt, & principū, & origo. Omnia quippe alia ab istis septem uitijs oriuntur. Hoc autem interesse uidetur inter peccata &

uitia: quod uitia sunt corruptiones animæ, ex quibus si ratione non refrēntur, peccata, id est actus iniustitiæ oriuntur. Quando autem tentanti uitio cōsensu adhibetur, actus iniustitiæ est, quod peccatum dicitur. Itaque uitium est infirmitatis spiritualis corruptionis, peccatum autem ex corruptione oriens per consensum actus iniquitatis. Itaque uitium absque consensu infirmitas est, cui, in quantum infirmitas est, misericordia debetur: præmiū autem & corona, in quantum ab actu iniquitatis cohibetur. Cum consensu uero uitium culpa fit: ubi, in quantum uitium est, malum est: in quantum uoluntarium est, pœna dignum est. Vitium ergo est in corruptione: peccatum autem in actione. Actus uero peccati solo consensu perficitur, etiam si foris opus non fuerit, quia quod iniquitatis est, per consensum prauum in sola uoluntate completur, etiam tunc, cum ab eo, quod uult, perficiendo foris inuita restringitur. Facit enim quod suum est totum, & quod amplius non facit, suum non est: nec ab ipsa est, quod amplius non facit, sed contra ipsam. Ita in solo consensu opus iudicatur: cui quidem id, quod foris est, opus tantum in malitia adijcit, quantum ipsum, qui intus operatur, motum uoluntatis ad malitiam accendit. Sic ergo uitia origo peccatorum sunt, ex quibus nascuntur opera iniquitatis. Quæ quidem, sicut dictum est, absque consensu pœnam habent, quia corruptio sunt: cum consensu autem culpam, quia uoluntaria sunt. In quantum enim originalia sunt, pœna in ipsis exercetur. In quantum uoluntaria, pœna ipsis debetur. Sunt autem hæc. Prima superbia, secunda inuidia, tertia ira, quarta accidia, quinta auaritia, sexta gula, septima luxuria. Ex ijs tria hominem expoliāt, quartum flagellat spoliatum, quintum flagellatum eicit, sextum eiectum seducit, septimum: seductum seruituti subijcit. Superbia aufert homini Deum, inuidia proximum, ira seipsum, accidia flagellat spoliatum, auaritia flagellatum eicit, gula eiectum seducit, luxuria seductum seruituti subijcit. Anima rationalis infanitate sua uas est solidum & integrum nullam habens corruptionem, quam uitia uenientia in eam hoc modo uitiānt & corrumpunt: per superbiam inflatur, per inuidiam arefcit, per iram crepat, per accidiam frangitur, per auaritiam dispergitur, per gulam inficitur, per luxuriam conculcatur, & in lutum redigitur. Superbia est amor propriæ excellentiæ. Inuidia odium felicitatis alienæ. Ira irrationabilis perturbatio mentis. Accidia est ex cōfusione mentis nata tristitia, siue tedium, & amaritudo animi immoderata, qua iocunditas spiritualis extinguitur, & quodam desperationis principio mens in semetipsa subuertitur. Auaritia est immoderatus appetitus habendi. Gula est immoderatus appetitus edēdi. Luxuria est cōcupiscētia explēdē voluptatis nimia, uel cōcubitus desiderii supra modū, uel cōtra rōnē efferuēs. Superbiæ duo sūt gna. Vnū itus, alterū foris. Intus superbia ē, foris iactantia. Superbia in elatione cordis, iactantia in ostētatione operis. Superbia in eo, q̄ sibi placet, alienum testimonium despicit. Iactantia aut̄, ut ma-

gis sibi placeat, alienum testimonium requirit. Propterea iactantia per leuitatē blandam se simulat: superbia vero in tumore crudelem demonstrat. Superbia. n. timeri vult, iactantia amari: & vtraq; tñ in eo, quod appetit, sibi placens peruerse, diuerso licet mō inordinate conuincit gloriari. Si quis igitur superbiam, & iactantiā sub vno cōputauerit membro, septem inuenit vitia capitalia: de quibus peccata oīa, actus iniquitatis, & iniustitiæ opera oriunt. Peccata autem alia venialia, alia crīalia dñr. Venialia sunt, quæ nec facile vitari pñt, vt aliqñ nō fiant, neque multam turpitudinem, vel læsionem magnā hñt, si fiant. Criminalia dñr, quæ vel læsionem magnam inducunt, vel turpitudinem ingerunt: in quibus vel Deus, vel proximus multum offenditur, vel ipse, qui facit, maculat. Talia sunt homicidia, adulteria, periuria, furta, & quæ ijs similia adiungunt, vel continentur in istis, sicut rapinæ, sacrilegia, incestus, & cetera talia. Venialia sunt sicut ira leuis & transitoria, risus & huiusmodi, quæ sine deliberatione agentium contingunt, siue ex negligentia incaute, siue ex infirmitate præcipitanter.

De virtutibus, & operibus bonis. Cap. II.

Sicut superius diximus aliud esse vitium, atque aliud peccatū, quod ex ipso vitio procedit: ita intelligimus aliud esse virtutes, atque aliud opera iustitiæ, quæ ex ipsis oriuntur. Virtus. n. quasi quædam sanitas est & integritas aīæ rōnalis, cuius corruptio vitii vocatur. Opus vero iustitiæ est in motu mentis rationalis, qui s̄m Deum incedit, a cordis conceptione surgens, & foras vsque ad actionis corporalis completionem procedens. Virtutes in scripturis plurimæ numerant: maximæ vero, q̄ in euangelio, quasi q̄dam antidota, vel sanitates contra septem vitiōrū corruptionē sub eodē numero disponunt. Prima est humilitas, secunda māsfuetudo, tertia mentis cōpunctio, quarta desiderium iustitiæ, quinta misericordia, sexta cordis mūditiā, septima pax mentis interna. Hō igitur in peccatis iacens ægrotus est, vitia sunt vulnera, Deus medicus: dona Spiritus sancti antidota, virtutes sanitates, beatitudines gaudia, per dona. n. Spiritus sancti vitia sanantur. Sanitas vitiōrum integritas est virtutū. Sanus operatur, operans remunerat. Sic post virtutes opera bona sequunt, & ex virtutibus opera ipsa oriuntur. Sex opera mīæ in euangelio, specialr a Dño enumerant: in quibus perfectio bonorū operū significatur. Primum est esurientem pascere, s̄m sitientē potare, tertiu hōspitem colligere, quartum nudū vestire, quintū infirmū visitare, sextū ad incarcerationē & clausum venire. In ijs. n. necessitatibus oīs vitæ humanæ molestia vel comprehenditur, vel figuratur: in quibus quisquis pp Deum proximo cōpatitur, mīam a Deo in sua necessitate meretur.

De timore, & amore. Cap. III.

Sane duo sunt motus cordis, quibus anima rationalis ad omne, quod facit, agendum impelli-

tur. Vnus est timor, alter amor. Hæc duo, cum bona sunt, omne bonum efficiunt. Per timorem. n. mala cauentur, per amorem bona exercentur. Cum autem mala sunt, oīum malorum initium & causa existunt. Per timorē enim malum a bono recedit, per amorē vero malum mala perpetrantur. Sunt ergo duo hæc quali portæ duæ, per quas mors & vita ingrediuntur. Mors quidem, quando aperiuntur ad malum: ita autem, quando ad bonum referant.

Quid sit timor. Cap. III.

Timor est effectus mentis, quo mouetur, vt superiori cedat. Amore. n. accedit, timore recedit. Si in iustitia persistisset hō, ex voluntate subijceretur meliori. Nunc autem ex necessitate fortiori subiicitur. Hæc est pœna illa timoris, ex qua seruilis nominatur. Quando qui voluntate prius meliori subiici noluit, nunc necessitate fortiori subiicitur. Quam profecto pœnā tunc charitas foras mittit, qñ subiectione voluntariam facit. Quanto magis crescit charitas, tanto magis crescit voluntas: quanto magis crescit voluntas, tanto magis decrescit necessitas. Et iam perfecta charitate amat ad reuerentiam meliorē voluntarius, non timet ad pœnam fortiolem inuitus. Querunt de Christo hōie quō timorem Dñi habuerit. Sed facile est demonstrare quō voluntarie patri, in quantum ipse homo erat, sibi superiori subiiciebatur: & spontanea reuerentia cedebat illi, quē superiorem cognoscebat dicens: pater maior me est. Sicut igitur amor, cum sit motus mentis naturalr vnus, s̄m diuersas qualitates diuersa nomina sortitur: & dicitur aliqñ cupiditas, quando. s̄. ad mundum est: quādo vero ad Deū est, charitas. Sic timor cum sit motus mentis naturalr vnus, s̄m diuersos tamen modos, quibus habetur vel operatur, diuersis noībus significatur.

De quatuor timoribus. Cap. V.

Quatuor sane timores sacra scriptura discernit, seruilis, mundanū, initialis, filialis. Seruilis timor est, pro euitanda pœna abstinere a malo, retenta voluntate mala. Mundanus timor est pro euitanda pœna abstinere a bono, retenta voluntate bona. Initialis timor est pro euitanda pœna cum peruerso opere et prauas cogitationes reserare. Filialis timor est bono firmiter adherere, quia illud amittere nolis. Ex ijs quatuor timoribus duo mali sunt. i. seruilis & mundanus, duo vero boni. i. initialis & filialis. Seruilis timor pœnam, quæ ab hominibus infertur, metuit: & idcirco ei sufficit cessare a malo opere, quia ad oculum famulatur, & reatum conscientie non metuit, hōibus placere volens. Mundanus vero timor hōibus placere non qrens, tñ displicere metuens: & ipse fingit, quod nō est, tam mendax in neganda veritate, q fallax alter in falsitate tegenda. Et vterque in veritate offendit: alter, quia timide negat, quod est: alter, quia peruerse simulat, quod non est. Initialis vero timor, quia eam, quam Deus comminatur, pœnam declinare fatagit, nequaquam sibi sufficere videt, vt ab illicita

Christus
timorem
Domini
habuit.
Ioan. 14

illicita se operatione contineat: quia ei, qui cor intuetur, non est satis ad probationem, si innocēs fuerit actio, nisi etiam ipsa cordis cogitatio ante eius oculos syncera atq; impolluta appareat. Quia ergo illi displicere metuit, qui videt totum, ad perfectā innocentiam coram eo necesse esse considerat, vt emendet totum. Et ideo iste timor initialis dī, quia sub hoc per bonam voluntatem & virtus initium capit, & vitium finem. Necdū tamen perfectio est, quia dum aliud agitur, & aliud intenditur, ipsum adhuc propter se bonum nō amatur. Tunc accedit charitas, & intrat per timorem illum: qui dū monstrat, quod fugere debeamus, periculum, quodammodo appetere & desiderare facit præsidium. Conuertit igitur cor ad Deum: vt quodammodo de ipso fugiat ad ipsum, hoc est dum cauet habere iratum, studeat habere propitium. Hunc sequitur timor filialis, qui ex succedente charitate nascit, vt ipsum timere nihil aliud sit, q̄ deglutatum in charitate bonum iam nolle amittere. Et hic quidem timor aliquid pœnæ adiunctum habet, dum in incerto ambulamus, & potest in vtramque adhuc partem declinare status vitæ mutabilis. Sed cum mutabilitas nulla erit, tunc nulla ex incerto suspicionis pœna inerit. Et tunc timor quodammodo sine timore erit: vbi & de stabilitate certi erimus, & tamen reuerentiam creatori exhibere non desistemus.

De charitate. Cap. VI.

Geminam nobis sacra scriptura charitatē commendat, Dei videlicet & proximi. Charitatē Dei, vt sic ipsum diligamus, vt in ipso gaudeamus. Charitatē proximi, vt sic ipsum diligamus, nō vt in ipso, sed vt cum ipso gaudeamus in Deo. Hoc est vt Deum diligamus pp seipsum: proximum autem propter Deum. Deus autem idcirco pp seipsum diligendus est, quia ipse est bonū nostrum. Proximus autem idcirco pp Deum diligendus est, quia cum ipso in Deo est bonū nostrum. Illud diligimus, vt ad ipsum veniamus, & in ipso gaudeamus. Istum diligimus, vt cum ipso curamus, & cum ipso perueniamus. Illud vt gaudium, istum vt gaudij socium: illum vt requiem, istum vt requiei cōsortem. Quid est Deum diligere? Habere velle. Quid est Deum diligere pp seipsum? Ideo diligere, vt habeas ipsum. Quid est proximum diligere propter Deum? Ideo diligere, quia habet Deum. Sicut diligimus hōiem propter iustitiam, quia habet iustitiā: & sicut diligimus hōiem propter sapientiam, quia habet sapientiam. Sic diligimus hōiem propter Deum, quia habet Deum: vel si forte nondum hēt, quia habiturus est eum: vel vt hēt eum. Sic itaq; propter Deum hōiem diligimus, quem vtiq; pp Deū nō diligeremus, si Deum nō diligeremus. Quemadmodum cum hōiem propter sapientiam diligo, ideo diligo, quia ipsam sapientiam diligo: quem profecto nō diligerem, si sapientiam propter quam ipsum diligo, nō diligerem. Ita cum proximum pp Deum diligo, ideo diligo, quia Deum diligo, propter quem ipsum proximum diligo, quem vtiq; nō diligerem, si Deum propter quem ipsum diligo, nō

diligerē. Sic igitur si bene diligo, & bonum diligo. Non. n. bene diligo, nisi cum bonum diligo: & cum bonum quod diligo, nō ob aliud q̄ propter bonitatem diligo. Si ergo bene diligo, sic diligo. Quō? Amicum in Deum, & inimicum propter Deū. Quid est amicum diligere in Deo? Ideo diligere, quia Deum hēt. Non in diuitiis suis, non in fortitudine sua, nō in pulchritudine sua, sed in iustitia sua, in sanctitate sua, in bonitate sua. Illa. n. etsi a Deo sunt, extra Deum diligere pñt: & sæpe cum diliguntur, auertunt & peruertunt mentē diligentium se, vt Deum non diligant. Idcirco pro iis laudādus est Deus: quia cū dantur ab ipso dantur, & dona eius sunt: sed in iis non est amicus proximus, quia virtus eius non sunt: neque bonum faciunt ista hōiem, et si abundauerint: neque si defuerint, malum. Bonitas autem bonum facit, & iustitia iustum, & veritas verum. Et hæc cum adsunt, adest Deus: quia Deus bonitas est, & iustitia, & veritas. Ideo in bonitate, & iustitia, & veritate diligendus est hō. Et qñ in istis diligitur, in Deo diligitur: quia Deus bonitas est, & iustitia, & veritas. Si ergo bonum diligimus, & bene diligimus, boni sumus. Non enim bonos facit, nisi dilectio bona, & dilectio boni. Si autem boni sumus, nullos amicos hēmus nisi bonos, & nullos inimicos nisi malos: quia si boni sumus, nihil præter bonum diligimus, & nihil præter malum odimus. Si autem amicos bonos hēmus, & inimicos malos: amicos quidē in bonitate sua diligere debemus. Ideo quia boni sunt. Inimicos autem, quia in bonitate diligere non possumus, quia boni nō sunt: tñ propterea diligere debemus, vt bonitatem hēant, & boni sint. Et in iis oībus non nisi bonitas diligitur, quando nihil diligitur nisi propter bonitatem. Simili mō cum Deus diligitur propter se diligitur, quia ab alio non est, neq; aliud ab ipso, quod diligitur in ipso. Cum vero proximus diligitur, nō propter se diligitur, sed propter Deum. Alter. i. amicus, quia Deū habet: alter. i. inimicus, vt Deum hēat: & in iis omnibus non nisi Deus diligitur: quia aliud non est q̄ Deus: quod & in illo diligitur, quia est: & in isto diligitur, vt sit. Ergo cum Deus diligitur & proximus diligitur, cum Deus diligitur: quare dixit scriptura, vt & Deum diligas & proximum? Si in Deo Deum diligis, & in proximo Deum diligis: nec aliud in proximo q̄ in Deo diligis: quare sunt duo præcepta charitatis? Si. n. vtrobq; Deus diligit, in vtroq; vnū impletur: nec opus fuerat præceptū geminari de opere vno. Suffecerat si dixisset: Dilige Dñm Deū tuum. In hoc. n. totum est. Qui. n. vere Deū diligit, ubiq; diligit. Si vere diligitur, diligitur ubicunq; inuenitur. In seipso, in proximo, intus & foris, & sursum & deorsum, longe & prope. Si mel dulce est, dulcis est & fauus. Si mel diligis, diligis & fauum, recepta culum mellis. Sed cum mel diligit, ideo diligitur, quia dulce ipsum est. Cū vero fauus diligit, id diligit, quia dulcedo in ipso est. Mel pp seipsum diligitur. Fauus autem propter mel diligitur: & si forte videris fauum non hntem mel, vides receptacula, ubi mel esse debuerat: & doles vacua esse: & nō placet tibi, quia arida sunt: & cupis mel illic esse, qd diligis: & si uenerit, amplius diligis. Ita dilige Dñm Deum tuum:

tuum: quia dulcedo est ipse, & bonitas & veritas. Proximum autem tuum dilige, quia receptaculum est dulcedinis, bonitatis, & veritatis: & si in eo inuenieris, quod habere debet, dulcedinem, & bonitatem, & veritatem: dilige in ipso illa, & dilige ipsum propter illa. Si autem vacuum inuenieris bonis tuis: dole, quia receptaculum inane vides: & opta, ut veniant ad eum, & intrent in eum bona sua, ut fiat ipse bonus habens bona sua, sine quibus bonus esse non potest. Dilige ergo Deum, quia bonitas est. Dilige proximum, quia ex bonitate bonus est: vel si bonus non est, ut sit bonus, qui bonus esse potest. Qui enim iam esse non possunt boni, diligendi non sunt, nec proximi sunt, sed alieni, & remoti & extranei. Nō des, inquit, alienis honorem tuū, & annos tuos crudeli: ne forte impleatur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena. Ili ergo sunt alieni & extranei nimis remoti & longe facti, quibus amplius reditus nō patet ad bonum, demones scilicet & homines maligni cum demonibus damnati. Qui ideo a nobis amplius diligendi non sunt: quia ab illo bono, propter quod diligitur omnis, qui bene diligitur, irrecuperabiliter corruerunt. Nusquam nobis scriptura dicit, demones diligamus: neque illos homines, qui iam cum demonibus damnati sunt. Illi enim proximi non sunt, sed remoti, & alieni facti a nobis. Nos autem proximos diligere debemus, non alienos, id est homines, non demones: & illos homines, qui uel per bonitatem non recesserunt, uel per arbitrij libertatem redire possunt. Non enim omnino longe sunt, qui & si abierunt, adhuc redire possunt. Ili sunt proximi, quos diligere debemus, uel in Deo, si non recesserunt, uel propter Deum, si redire possunt. Quos quando diligimus, uel in eis Deum diligimus & optamus, cum quod non sunt boni esse possint. Propter hoc duo sunt praecepta charitatis, Dei uidelicet & proximi, ut per charitatem Dei ipsum bonum diligas: per charitatem proximi bonum, quod diligis, proximo non inuideas. Poteras aliquid diligere, & proximo non diligere: Poteras aliquid uelle habere, tamen non uelle ut illud haberet proximus tuus: in Deo tamen non poteras. Nō enim poteras diligere Deum, nisi diligeres proximum tuum: quia cum inuidia & odio Deus diligi non potest: tamen quia in alijs rebus hoc facere poteras, ut aliquid uelles poteras, ut aliquid uelles, & proximo tuo non uelles: distinctum est, ut utrumque tibi faciendum esse intelligas, quamuis tamen alterum sine altero facere non possis. Quamuis simul sint, tamen duo sunt dilectio Dei & proximi: neque ideo debuerunt in praeceptione confundi, quamuis non possint in actione separari. Duo igitur sunt praecepta charitatis: unum, quo Deum diligere praecipimur: alterum, quo proximum amare iubemur.

Quare non sunt tria praecepta charitatis. Cap. VII.

Sed dicis: Quare tria data non sunt praecepta charitatis: ut similiter diligit homo seipsum, sicut diligit Deum, & proximum? Sed

iuberetur, ad quod faciendum sic homo pronus fuerat ex se, ut illud aut non posset, aut non uellet dimittere, etsi prohiberetur. Non igitur praecipendum homini erat, ut se diligeret: sed timendum, vel cauendum magis erat, ne nimis diligeret. Hoc siquidem naturae insitum erat, ut se odire non posset. secundum quam nemo carnem suam odio habuit: cuius commodum, qui naturae insitus est, appetitus in separabiliter diligit, & quod aduersum est illi, semper detestatur & fugit. Tamen quia questio aliqua esse uidetur, quare praeceptum non est homini, ut diligit seipsum, sicut mandatum est, ut diligit Deum, & proximum suum: considerare nos oportet, si forte in his duobus mandatis, in quibus de dilectione Dei & proximi agitur: id etiam, quod ad diligendum se homini, vel praecipendum vel faciendum est, contineatur. Duo in homine sunt, anima & corpus, spiritus & caro. Vtrumque Deus fecit, & vtrumque homo a Deo accepit. Quod autem a Deo est, totum bonum est: & quod bonum est, totum diligendum est. Itaque diligere debet homo totum, quod a Deo bonum accepit: quia bonitati ingratus esset, si quod ab ipsa est, bonum non diligeret. Bene ergo facit, cum diligit corpus suum: ita tamē si bene diligit, id est si in eo diligit, in quo diligendum est. Similiter cum diligit animam suam, bene facit. Et melius facit cum diligit animam suam, quam facit cum diligit carnem suam, & tanto melius, quanto melior est anima quam caro. Itaque in utroque bene facit, cum vtrumque bene diligit. Corpus quippe diligendum est ad necessitatem, anima uero diligenda ad bonitatem. Caro diligenda est, ut contra corruptionem foueatur: anima diligenda est, ut contra iniquitatem custodiatur. Tamen si necessitas alterius inciderit: & alterum pati necesse sit, melius est, ut caro sustineat corruptionem, quam anima faciat iniquitatem. Vtrumque ergo diligendum est: sed tamen magis illud, quod melius est: quamuis autem utrumque esset diligendum, non tamen utrumque ut diligeretur praecipendum erat. Nam quia per naturae affectum carnis suae amor sufficere homini inerat: non erat praecepto prouocandus, ut illum haberet: sed admonitione potius temperandus, ne nimis haberet. Carnis (inquit Apostolus) curam ne feceritis in desideriis. Carnem quippe suam homo ante peccatum per affectum naturae dilexit: ad necessitatem, post peccatum autem per uitium concupiscentiae iam nunc diligere consuevit ad superfluitatem: & ideo in hac parte praecepto non eget, ubi per se uoluntarius est, etiam si non moneatur, sed prohibitione potius & comminatione, ne in praeceptis eas, si non teneatur. Sic ergo dilectio carnis in praecepto ponenda non fuit, de qua constabat quia satis haberetur, etiam si non praeciperetur. De dilectione uero animae quaeri potest, utrum in mandato constituta sit: & si hoc mandatum est homini, ut diligit animam suam, utrum hoc mandatum aliud ab illis duobus mandatis, quae supra distincta sunt in dilectione Dei & proximi, intelligendum sit, aut idem cum illis. Quid est autem animam diligit, nisi bonum eius amare? Sicut, si carnem suam

Eph. 5.

X
Corpus &
anima ut
diligenda

Rom. 13

amare

Psal. 10.

amare dicitur, qui bonum illius amat, & commodum appetit: & odisse, qui ea, quae aduersa illi sunt & noxia, aut studiose agit, aut uoluntarie sustinet: ita quoque animam suam amare dicitur, qui amat ea, quae bona illi sunt & salubria, & quae ad bonum illius cooperantur, & salutem proficiunt. Qui autem, quae illi nocent, amat, non illam amat. Qui diligit, inquit, iniquitatem, odit animam suam. Amas liuiores, & percussuras, & uulnera: & dicis amo carnem meam: qualis amor? Tu illam laedere & affligere non cessas, & amare te dicis. Si amas illam, ama bonum illius. Si amas illam, bene fac illi, si potes: opta, si non potes. Hoc est amare benefacere & bonum uelle. Qui prosequitur, odit: qui fouet, diligit. Si me diligere vis, sic me dilige: alioquin si amicos persequeris, inimicos foues. Malo te hostem habere, quam familiarem. Nos amorem uocamus, cum bonum diligitur, commodum optatur, salus quaeritur. Qui hoc facit, diligit. Si autem hoc est amare, ille profecto animam suam diligit, qui bonum illius diligit: & quod bonum illi est, diligit. Quid est autem aliud bonum animae rationalis, quam Deus? Si ergo uerum bonum animae Deus est: ille utique animam suam diligit, qui Deum diligit: quia animae suae bonum diligit. Quid enim putasti tibi dictum fuisse, quando tibi dictum est, ut Deum diligas? Fortassis existimabas tibi dici, ut Deum tuum diligas sicut diligit uicinum tuum, cognatum tuum, amicum, uel proximum. Quomodo enim illum diligit, nisi quia bonum cupis illi, & optas & facis si potes: & facis quantum potes, si diligit quantum potes. Tamen non facis, quantum diligit. Si tamen potes, quantum diligit, tamen facis, quantum diligit. Si autem minus potes, facis tamen quantum potes. Si uero plus potes, & minus diligit, quantum diligit, tamen facis. Quid igitur? Ita putas tibi iuberi, ut Deum tuum diligas: ut facias uel cupias illi bonum, & non potius ut cupias illum bonum? Non illum amas ad bonum suum, sed amas illum ad bonum tuum, & amas illum bonum tuum. Neque enim sic illum amas ad bonum tuum, ut ab illo sit bonum tuum, & non ille sit bonum tuum. Itaque amas illum ad bonum tuum, ut ipse, quem amas, sit bonum tuum. Si enim illum amare vis ad bonum suum: quid illi boni dare potes, quod tu habes, & ipse non habeat, qui totum, quod habes, ab ipso habet? Oblitus es illi dicere, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Quid ergo illi dabis, qui totum habet, quod tu habes, & plus habet, quam tu habes? Tu pauper es, ille diues est: In hoc mundo pauperes dant diuitibus: & qui plus habet, accipere possunt a minus habentibus quod non habent: hic enim qui ditiores sunt, plus habent: qui tamen totum non habent, accipere possunt quod non habent. Deus tuus alias diuitias possidet. Quod tu minus habes, ille plus habet: & quod aliquid habes, ille totum habet. Quomodo ergo illum amas? Quid illi dabis? Sed dicis: Quamuis dare non possim, tamen optare possum. Cupio, ut illi bonum eueniat. Possibilitas quidem mea parua & exigua est ad illum: affectus autem & amor diues in illum. Quod facere non possum, uelle possum. Facerem quidem si possem, sed quia non possum, facio quod possum. Quid facis? Amo Deum meum. Quomodo amas? Cupio, inquit, bonum illi. Quod bonum illi cupere potes,

Psal. 15.

Z

qui extra illum bonum inuenire non potes? Deus summum bonum est, & in ipso omne bonum est: & omne bonum ipse est. Quid cupis illi, qui totum habet, totum possidet? Bono bonum optas: iustitiam rectum, sapientiae sensum, perfectioni incrementum? Superuacua pietate moueris. Miserere potius tui. Ille satis habet. Tu illum, qui optimus est, meliorem facere vis? Cum ergo Deum diligis, tibi diligis: & bonum tuum est, quod diligis: & ad bonum tuum diligis, quia bonum tuum ipse est, quem diligis. Cum diligit iustitiam, cui diligit? Illi, an tibi? Cum sapientiam diligit, cum ueritatem & bonitatem diligit, cui diligit? Illi, an tibi? Ipsum lumen, quod iocundum & delectabile oculis est, cum diligit, cui diligit? Ipsi, an tibi? Sic est Deus tuus. Cum diligit eum, intellige quod bonum tuum ipse est. Quid est diligit, nisi concupiscere & habere uelle & possidere & frui? Si non habetur, uelle habere: si habet, uelle retinere: quamuis uerum bonum nunquam diligit nisi cum habetur: nec haberi, nisi cum diligitur. Bona ista, quae foris sunt, saepe amantur, cum non habentur: & cum habentur, non nunquam despiciuntur. Non tale est bonum, quod Deus est. Si amatur, habetur: si diligitur, gustatur: praesens est dilectioni. Si potes diligit, potes habere. Si hoc das, hoc recipis. Non aliud pro illo quaeritur, nec pro alio illud datur.

Quod pure & gratis amat, qui Deum propter se amat. Cap. VIII.

Sed forte mercenarius eris, si diligit Deum, & se seruis ei, ut premium ab illo accipias. Dicunt hoc stulti quidam, & tam stulti, ut seipsum non intelligant. Diligimus Deum, & seruiamus illi: sed non quaerimus premium, ne mercenarij simus: etiam ipsi non quaerimus: Dabit, si uoluerit, sed nos non quaerimus, in tantum enim excutimus manus ab omni munere, ut etiam ipsum non quaeramus, quem diligimus. Pura enim & gratuita, & filiali dilectione diligimus: nihil quaerimus. Ipse cogitet si quid dare uoluerit, nos nihil requirimus. Diligimus ipsum, sed non quaerimus aliquid: etiam ipsum non quaerimus quem diligimus. Audite homines sapientes. Diligimus (inquit) ipsum, sed non quaerimus ipsum. Hoc est dicere, diligimus ipsum, sed non curamus de ipso. Ego homo sic diligi nollem a uobis. Si me sic diligeretis, ut de me non curaretis, ego de uestra dilectione non curarem. Vos uideritis, si dignum est ut Deo offeratis, quod homo digne respiceret. Quomodo (inquit) mercenarij non sumus, si Deum propter hoc diligimus, ut premium ab eo accipiamus? Non est gratis hoc amare, neque amor iste filialis, sed mercenarij & serui, qui pretium quaerit pro seruitute sua. Qui hoc dicunt uirtute dilectionis non intelligunt. Quid enim diligit, nisi ipsum uelle habere? Nō aliud ab ipso, sed ipsum, hoc est gratis. Si aliud quaereres ab ipso, gratis non amares. Nunc autem non aliud quaeris pro eo quam amas: & tamen aliquid quaeris, & desideras in eo, ipse quod amas. Alioquin non amares, si non desiderares. Sed aliud est pro ipso, aliud in ipso. Si pro ipso aliquid amas, mercenarius: Si in ipso amas

Prou. 5.

T

Charitatis
praecepta
duo quare
distincta
sunt.

D. 1

amas & ipsum amas, filius es etiam si vitam aeternam aliud aliquis esse cogitaueris, & diuersum ab ipso bono, quod deus est: & pro ipso adipiscendo tibi serueris, non est pura seruitus, neque dilectio gratuita. Filij illi Zebedaei, qui coessum dextrae & sinistrae petierunt in regno eius: quiddam aliud cogitauerunt alienum & diuersum a bono isto, & pro eo adipiscendo aliquandiu illi adhaeserunt, donec increpati & mutati veritatem cognouerunt, & intentionem correxerunt. Putauerunt. n. q. Deo seruiendum esset pro eo, quod ipse non esset: quia non intellexerunt ipsum esse bonum, quod solum amandum est pro seipsum, & quicquid amandum est praeter ipsum, amandum est propter ipsum. Quod quidem tanto amatur felicius, quanto ardentius. Qui hoc amat, seipsum amat: quia bonum suum amat, & vere amat, quia verum bonum amat. Propterea scriptura non dixit tibi, teipsum diligas: ne forte errares, & putares indulgendum tibi, & studendum iis, quae foris sunt commoda, & carni tuae suauia: & existimares, q. sic te diligere deberes, & occasionem sumeres a scriptura, ut solum carnem tuam foueres, & animam tuam negligeres: propter hoc non dixit tibi, ut teipsum diligas, ne hoc intelligeres, vbi magis diligeres: & hoc negligeres, vbi periculosius desperires. Non ergo tibi dixit, ut teipsum diligas: nec tamen omnino tacuit, cum dixit, ut Deum tuum diligas. Cum enim diligis Deum tuum, diligis bonum tuum, & melius bonum, & melioris bonum. Et cum diligis bonum tuum, diligis teipsum, qui bonum ipsius diligis, & quod bonum est illi, diliges.

De mensura diligendi Deum. Cap. IX.

Quam autem diligere debeamus bonum nostrum, quod Deus est, scriptura nobis manifestat, cum dicit. Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua. Quasi diceret: Non tibi praecipio, ut tantum diligas, sed vel tantum diligas Deum tuum: quantum potes, tantum dilige. Possibilitas tua erit mensura tua. Quanto plus amas, tanto plus habes. Et quanto plus habes, tanto felicius es. Extendere ergo & dilatare quantum potes, ut totum impleatur, quod in te est, etiam si non totum capiat, quod in illo est. Noli timere quasi tibi deficere debeat ille, si nimis capax fueris. Quantumcunque poteris, nunquam tantum poteris, quantum ille est. Si tantum posses, tantum esses. Nunc autem crescere in illo potes, aequare illum non potes. Cresce ergo, & profice. Quanto maior in bono eris, tanto melior. Si summus esses, optimus esses. Nunc quia summus esse non potes, potes esse in summo. Et magnum tibi hoc est, & ex hoc tu magnus es, si in summo es: & tanto utique maior, quanto altior. Ascendis autem cum diligis. Sursum pergis in charitate, quia charitas sursum ducit: sicut ait Apostolus. Adhuc excellentiorem vobis viam demonstro. Ascende ergo, dum potes. Modo tempus est crescendi & perficiendi. Postea cum consummabunt omnia, stabis in eo, ad quod perueneris: & erit hoc summum tuum in illo, supra quod non transies amplius. Sed summum illius non

1. Co. 12

erit, in quo propterea consistas, quasi non inuenias amplius quo crescas. Idcirco ascende, dum potes: quantum potes, nunquam nimis potes, vbi nunquam potes totum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: ut ex illo totum tuum impleatur, etiam si a tuo totum illius non capiat. Totum replet in te, & superabundat in se. Si vas non deficit, oleum sufficit. Cor tuum vas est, amor illius oleum est. Quandiu vas habes, ille oleum infundere non cessat: & postea cum tu amplius vas non habes, ille adhuc amplius oleum habet. Propterea noli parcere illi, cape quantum potes, dilige quantum sufficis, quia ille non deficit. Dilige ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. i. ex toto intellectu tuo, & ex toto affectu tuo, & ex tota memoria tua: quantum intelligis, quantum sapis, quantum sufficis, tantum dilige. Totum cognitione impleatur, totum dilectione afficiatur, totum memoria teneatur. Quantum illuminaris, tantum afficiaris: ut totum dulce sit quicquid de illo in cognitionem & memoriam venit. Si totum recte probatur, cur non totum diligatur? Quantum ergo innotescere dignatur nobis, totum diligatur a nobis. Totum, quod capere possumus, diligamus, & quantum possumus.

De mensura diligendi proximum. Cap. X.

De dilectione proximi dicit nobis scriptura. Dilige proximum tuum sicut teipsum. Quod id, quod nobis cupimus bonum, et illi cupiamus. In quibus. n. nosmetipsos recte diligimus, proximum nostrum siue ad necessitatem corporis, siue ad animam salutem, sine fictione diligere, & quantum rationabiliter possumus, adiuuare debemus. Querunt autem aliqui, si id, quod dictum est: & sicut teipsum, si similitudinem tantum, an et si aequalitatem intelligendum sit. Nam si proximos nostros tantum diligere iubemur, quantum nosmetipsos: videtur quoddam scrupulosum inde oriri, quod non leuiter explicare possumus. Ecce duo, quorum alterum perire necesse sit. Datur vni optio, quod velit eligat e duobus, quorum alterum omnino euitari non possit. Si suam salutem magis eligit, minus proximum diligit. Si proximi salutem magis eligit, Deum minus diligit quam proximum, a quo separari propter proximum vult. Sed forte dicat quis parem dilectionem facere non posse electionem. Vtrumque aequaliter velle, & vtrumque aequaliter nolle, nec posse alterum alteri praeferre in optione, quae paria omnino constant in dilectione. Sic ergo forte quis hanc obiectionem euitare contendat. Sed quid dicimus? Si vnum aliquem hominem tantum diligere debeo quantum meipsum: nonne duos, aut tres, aut quatuor amplius diligere debeo quam meipsum? Sic vadunt quaestiones hominum, inquietant homines semetipsos cogitationibus suis. Dicunt. n. Quod melius est amplius diligendum est. Ponamus tres homines: vnum hinc, duos inde. Dico, quia perire necesse est aut vnum istum, aut duos istos. Dic ergo tu mihi quid eligis, qui proximum tuum tantquam teipsum diligis? Melius est perire vnum quam duos, quia melius est saluari duos quam vnum. Ideo, inquit, magis eligo, ut pereat vnus, & duo

Diligere Deum ex toto corde, tota mente, & anima quid sit.

Leuit. 19

Questio.

Obisio.

& duo saluentur. Ergo vis, ut magis saluentur duo illi, quam iste vnus: Nonne ergo magis diligis illud quod potius eligis? Ita, inquit, omnino, magis diligo. Vide ergo quid sequatur. Superius confessus es, quod tantum diligis, vel si non diligis tantum, diligere debes proximum tuum, quantum teipsum. Si ergo tantum diligis vnum istum, quantum teipsum. & rursus duos illos plus diligis quam vnum istum, plus utique duos illos diligis quam teipsum. Et si illos plus diligis quam teipsum, quantum videtur plus illos diligis quam Deum, propter quos separari vis a Deo, ut Deum non habeas, neque Deum diligas, & pereas, ut illi salui fiant. Et fortassis aliquis exiit mabit eius modi dilectionem habuisse Moysen, qui irascenti Deo pro salute proximorum se opponens ait. Si non dimittis eis hanc noxam, dele me de libro, quem scripsisti. Et Appus pro fratribus anathema esse cupit a Christo, ut illi salui fiant in Christo. Et fortasse etiam hoc aliquis ad amorem Dei pertinere credit, ut eum tantum diligamus, ut gloriam eius in alijs potius amplificari, quam in nobis coarctari cupiamus. Et propterea pro salute multorum nostram nobis perditionem optandam, ut potius multi saluentur, & nos pereamus, quam multi pereant, & nos saluemur. Sed considerate quoniam dilectionis ordo talis non est, ut ante se diligat homo proximum suum, cuius dilectionem a sua trahere & formare iubetur, cum dicit. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Si. n. proximum suum sicut seipsum diligit: quomodo proximum diligit, cum seipsum non diligit? Si. n. proximum suum diligit sicut seipsum, profecto hoc illi cupit & optat quod sibi. Si autem hoc illi euenire desiderat, quod sibi: quomodo illius salutem desiderat, qui sui perditionem optat? Itaque seipsum primum bene diligere debet, ut postea sibi bene diligat & proximum suum. Si autem se perdere vult, ut saluum faciat proximum suum, non est ordinata dilectio, quia nullam commutationem dare potest homo pro anima sua. Hoc. n. primum requirit a te Deus, ut animam tuam des illi, deinde cetera adicias. Si quid pro isto dare volueris, non accipitur, nisi dederis & istud. Primum istud, reliqua cum isto. Non itaque dico duos, aut tres, aut quatuor homines, sed nec totum mundum contra animam tuam diligere debes. Si. n. aliquid plusquam animam tuam diligis, idem ipsum profecto plusquam Deum diligere comprobabis: quia animam tuam non diligis nisi in eo solo, quod bonum illius, quod Deus est, diligis. Idcirco primum dilige animam tuam, diligendo bonum animae tuae. Deinde dilige et proximum tuum sicut teipsum, diligendo illi bonum, quod diligis tibi. Hoc est. n. illum diligere, bonum illi diligere. Nam bonum illius diligere posses, etiam si illi non diligeres. Posses. n. tibi diligere, aut alteri cui libet, & non illi: & ita illum non diligeres, quamuis bonum diligeres: quia illi non diligeres. Posses diligere equum illius, vestimentum, domum, & agrum, pecuniam, fortitudinem, pulchritudinem, aut sapientiam illius, quamuis illum non diligeres: quia tibi diligeres, non illi. Ita bonum illius tibi diligere poteris, & tamen illum non diligere: quia tibi diligeres, non illi. Tamen verum bonum non poteris tibi diligere, nisi illum diligeres & cuperes proximo

Exo. 3. 2. Rom. 9.

Leui. 19

Dilectiois ordo.

tuo. Distinxit ergo scriptura dilectionem istam secundum illam, quae in alijs & de alijs est, dilectionem: primum praecipiens homini, ut Deum diligat: intendens utique, ut in eo ipso seipsum diligat: quia diligere seipsum non aliud est, quam bonum suum diligere: & bonum suum diligere non est aliud, quam sibi diligere, hoc est velle illud, & desiderare. Quia n. ois, qui bonum suum diligit, sibi diligit: & rursus quia ois, qui Deum diligit, bonum suum diligit: constat profecto, quia nemo Deum diligit, qui sibi illum non diligit. Et omnis, qui diligit, sibi diligit: quia desiderat & habere cupit quem diligit. Item quia non omnis, qui bonum alterius diligit, illum diligit: cuius bonum diligit: quia non illi diligit bonum, quod diligit. Distinxit scriptura humanae menti in ea, quae in humanis diuisa aliquoties inueniuntur, id, quod diuina inseparabile habent, dicens homini: ut postquam diligeret Deum, diligeret & proximum suum, non quod illud sine isto facere posset: sed ne posse putaret. Primum ergo dixit, ut Deum diligeret: & in eo ipso dixit, ut sibi diligeret: quia omnis, qui bonum suum diligit, sibi diligit. Quia vero non omnis, qui bonum alterius diligit, illi diligit, cuius bonum diligit: post dilectionem Deo i statim subiungit dilectionem proximi, ut hic homo proximo suo cuperet diligendo illum, quod sibi diligendo Deum. Nemo igitur existimet pro eo, quod dictum est, dilige proximum tuum sicut teipsum, quemlibet unum hominem se diligere debere quantum se: & duos, aut tres, aut quatuor plus quam se. Si. n. tantum se diligit, quantum bonum suum diligit, & tantum bonum suum diligit, quantum diligit Deum: consequens erat, ut tantum diligeret proximum quantum Deum, si eum tantum diligeret quantum seipsum. Propterea non illi dicit, ut illum tantum diligat: sed ut in eo, in quo se diligit, illum diligat: & quod sibi cupit, illi cupiat. Hoc est. n. diligere sicut seipsum, cupere illi & optare, quod sibi optat, & cupit bonum: primum quidem sibi, deinde illi. Non. n. amat illum sicut se, nisi prius amet se. Et in corporalibus quidem bonis, quae in tantum aliquando coarctantur, ut quod ab uno solo possidetur, ad alterius usum transire non possit, nisi ab eo, a quo possidetur, totum recesserit: si gratuita charitate, & propter spiritualis boni amplioris remunerationem, aut dilectionem homo se supra debitum non extollat: nihil proximo impendere cogitur, quod sine necessitate debeat. Nihil enim proximo debet nisi post illud & sibi illud, quod sibi debet. Et idcirco cum utrumque non potest, primum faciat, quod primum faciendum est. De reliquo. n. si deest effectus, sufficit affectus. Et fortassis propter hunc affectum ostendendum, Moyses de libro scripturae deleri petijt, & Paulus pro fratribus anathema a Christo fieri concupiuit: non quia Deum pro hominem perdere uellent, sed quia Deum, si fieri posset, non sine proximo, quem diligebant, possidere uellent. Affectus. n. loquebatur, & quasi de dilectione securus amato & amanti in dulcedine dilectionis de separatione comminabatur, non quia illius separationem diligebat, sed quia alterius coniunctionem optabat. In eo autem, quod proximi bonum amat, & proximo

Proximus noster quantum ratione, et quanto sit diligendus.

Obiectio. ximo bonum amat, bonum suū amat, & sibi amat: quia bonum sibi est bonum proximi sui, si amat illud, & cupit illud illi, quod bonum est illi. Verum. n. bonum cum invidia non possidetur, & cum charitate felicius possidetur. Sed dicis. Quod maius bonum est, magis diligendum est: maius autem bonum est duos saluari quam unum: quapropter si optio data fuerit: quod malim: ego eligere debeo, ut multi saluentur, quam ego solus. Hic ergo non attendis, quod maius bonum mihi est, ut saluus fiat ego solus & plures pereant, quam ut peream ego solus & multi saluentur. Quod autem maius signum mihi est, a me plus diligendum est: quia mihi primum insitum est, ut diligam bonum meum, illud maxime, quod verum est bonum: & post illud & secundum illud diligam bonum proximi mei. Secundum me & post me, aliquid illi debeo: ante me vel contra me nihil. Alioquin non stare. Diliges proximum tuum sicut teipsum, si illum diligeres odio habens non teipsum. Secundum hunc itaque modum, non nisi duo sunt praecepta charitatis. Primum de dilectione Dei, in quo homo veraciter diligit seipsum: secundum de dilectione proximi, in quo proximum diligit, sicut seipsum.

Utrum charitas semel habita imittatur.

Quidam de charitate tam multa dicere volunt, ut charitatem laudare incipiant contra veritatem: & non est tamen laus charitatis, ubi est iniuria veritatis. Dicunt charitatem talem ac tantam virtutem habere, ut sine illa reliquae virtutes omnes quamuis aliquo modo secundum affectum naturae ad bonum procliuem inesse possint, meritum tamen aeternae retributionis apud Deum habere non possint. Quod enim sine charitate fit, propter Deum non fit: & quod propter Deum non fit, Deus remunerare non habet, si vult: etiam si secundum aliquid bonum est illud, quod fit. Naturae. n. bonum est, non gratiae: in natura, non supra naturam. Quod ergo ex natura sola bonum est in sola natura, & meritum simul & premium illius est. Itaque, quod sine charitate in sola natura fit, ad illud, quod in Deo est supra naturam premium non pertingit. Liqueat ergo, quod bonum operando summum bonum non meretur nisi is solum, qui id, quod facit, bonum propter summum bonum operatur. Vis mereri Deum, fac quod facis propter Deum. Hoc ergo dicunt de charitate: quia virtus est virtutum omnium, & placent propter ipsam, quae sine ipsa & si ad aliquid bona essent, ad summum tamen bonum obtinendum bona esse non possent. Haec omnia de charitate dicta libenter suscipimus quasi principium bonum seterae veracis. Sed sequitur aliud quod se quidem coniungit veritati, cum falsum sit ipsum, ut cum illa ingrediatur, & per illa suscipiatur. Sed nos lucem discernimus a tenebris: & deridemus obscurum, quod se lumini ingerit, & stare se putat cum lumine. Si. n. charitas lumen est: error vero & stultitia tenebrae sunt. Vbi. n. charitas est, claritas est: & non est in ipsa, qui palpando incedit. Qui enim charitate est aut ambulat: aut videt, aut stat, & non praesumit ultra quam videt. Quamdiu vero

in lumine est siue stet, siue ambulet, errare non potest: quia videt ubi est. Qui autem praesumptione sua se percipiat, ubi non videt, perdit claritatem: quia non habet charitatem: & quocumque ultra procedit, error totum est. Sic isti de charitate mentuntur nescientes charitatem: quia praesumere non debuerunt in eo, quod videre non potuerunt. Dicunt, quod charitas semel habita, deinceps nunquam amplius amittatur. Ego igitur illos interrogo, si ipsi charitatem nunquam perdidissent: & utinam iccirco charitatem non perdidissent, quia habitam retinissent. Sed vereor, quod id potius non perdidissent, quia nunquam habuerunt. Si autem nunquam habuerunt, neque gustauerunt: quomodo asserere praesumunt quod nesciunt? Si autem charitatem aliquam habuerunt, habent adhuc ipsam charitatem, quam habuerunt: quia secundum sententiam ipsorum semel habitam amittere non potuerunt. Si autem habent charitatem, ambulant secundum charitatem, & non operantur iniquitatem. Si autem operantur iniquitatem, non habent charitatem. Si. n. Deum non diligit, qui mundum diligit, & ea quae in mundo sunt: quomodo non multo magis non Deum diligit, qui iniquitatem diligit? Qui diligit per sal. 10. iniquitatem, odit animam suam. Qui autem animam suam odit, seipsum non diligit: vel si diligit, male diligit, quia secundum solam carnem diligit. Qui autem non diligit seipsum: non diligit proximum sicut seipsum. Qui autem non diligit proximum, quem videt: quomodo potest diligere Deum, quem non videt? Isti ergo, qui aliquando operantur iniquitatem, dicant quomodo habeant charitatem. An forte dicent, quia non ipsi operantur iniquitatem, sed peccatum, quod habitatum in eis: Nam & tales fuerunt nonnulli stulti, & non intelligentes id, quod homo est: qui putabant quaedam peccata etiam cum deliberatione perpetrata eiusmodi esse, ut de ipsis homo veraciter dicere possit. Non ego operor: sed peccatum, quod inhabitat in me: non attendentes, quod hoc quidem, quod homo concupiscentiam sentit, quia ex necessitate est vitae corruptibilis, non ipse operatur: quod vero concupiscentiae consentit, quia ex uoluntate est, non nisi ipse operatur. Si ergo per propriam uoluntatem operantur iniquitatem: non habent utique charitatem. Et quid dicent? Conueniant conscientiam suam: & moderentur scientiam suam. Conscientia humilietur, ne scientia inflatur. Non ergo de iustitia praesumant, ne forte per ipsam falsae iustitiae praesumptionem, scientiam veritatis amittant. Dicunt quod, qui semel charitatem habet, deinceps illam amittere non potest: hoc est dicere, quod bonus est, malus esse non potest. Quare ergo similiter non dicemus, quod qui malus est, bonus esse non potest, si dicimus, quod qui modo bonus est, malus esse non potest: Qui enim charitatem habet, bonus est: & qui charitatem non habet, bonus non est. Si ergo bonus, qui habet, non potest amittere, neque malus, qui non habet, potest acquirere. Quod si verum esse constiterit: nec tanti timendum est, nec sperandum iacenti. Nos in tempore sumus, ubi incerta uoluntur omnia, & tu mihi de tempore aeternitatem facis? Scriptura dicit: quod homo nunquam in eodem statu permanet. Et tu nescio Iob. 14. unde

1. Cor. 10. unde contendis, qui stat nunquam cadit? Quare ergo dictum est, qui stat, videat, ne cadat? Utinam verum esset, si tamen iustum esset: ut in hac vita omnis, qui bonus est, malus esse non possit. Sed nunc vita ista hoc non habere debet, in qua & mali expectantur, ut boni fiant, & boni probantur, si ad iniquitatem non declinant. Extra hanc vitam quidam mali sunt, qui boni esse non possunt, & boni quidam sunt, qui similiter mali esse non possunt: quia illi per malitiam ligati sunt, isti per gratiam confirmati. Sed & in ijs quoque necessitate natura, quae ex se ipsa mutabilis est, nullatenus operatur: quia in alijs (ut dictum est) mutabilitatem naturae non natura, sed malitia in deterius coarctat. In alijs quoque eandem naturae mutabilitatem non natura, sed gratia in melius confirmat. Qui ergo illic mali sunt, boni esse non possunt. Similiter qui boni sunt, mali esse non possunt. Hoc. n. aeternitatis est & immutabilitatis, ut illic de alio in aliud transitus esse non possit. Hic autem, quamdiu mutabiliter uiuitur, & bonus malus, & malus bonus esse potest. Et si forte aliquis ita bonus inueniat, qui semper bonus sit: idem ipse tamen qui bonus est, malus esse potest, quod diu ille, qui malus est, bonus esse potest.

N Vterque enim sub tempore vere uiuit, & utriusque conditio una est in tempore. Sed dicis. Quid ergo sibi vult auctoritas, quae dicit. Charitas nunquam excidit? **1. Cor. 13.** Audi quid: Tu fortassis sic intelligebas: quod ex quo semel haberet, amplius non amitteret. Noluit hoc dicere scriptura: sed aliud, quod tu quidem iccirco recte non intellexisti, quia ipsam scripturam non bene inspexisti. Quid ergo? Quid dicit scriptura illa? Nunquid non manent tria haec, fides, spes, charitas? Quid est nunc? Hoc est in hac vita, quamdiu quod non videtur, creditur: & speratur, quod expectatur: & desideratur, quod amatur. Cum autem finem acceperit vita haec, & omnia facta fuerint manifesta: quid erit occultum, quod credatur, quod nihil erit, quod manifeste non videatur? Quid est tunc poterit sperari futurum quando omnia praesentia erunt, & nihil futurum erit? Dicitur est, quia si vides, non est fides: & iterum: quod videt quis, quid sperat? Ergo illic non credes. Non dico, quia infidelis eris: sed non credes, quia scies. Similiter dico, quod illud non sperabis: neque tamen dico, desperabis: sed ideo dico non sperabis, quia quod sperasti, totum habens nihil futurum expectabis. Nunquid similiter dico, quod illud non amabis? Ergo quoniam adhuc non habuisti dilexisti, & non amabis quoniam habebis? Absit. Immo multo magis tunc amabis quoniam quem amabis, videbis: & quem videbis, habebis. Non. n. sic est amor iste, ut absens diligatur, & praesens fastidiatur. Ergo tunc est amabis, & multo magis amabis, & remanebit charitas, quando fides & spes amplius non erunt. Hoc igitur vult, quod dictum est charitas nunquam excidit: quoniam hic habet, & illic retinet. Siue prophetiae euacuantur, siue linguae cessabunt, siue scientia destruetur.

Rom. 8. **1. Cor. 13.** **Ibidem.** Omnia. n. haec in vita tamen sunt: et ipsa scientia nostra, quae modo est, tunc non erit. Non quia tunc nulla erit, sed quia alia erit. Omnia igitur ista cum ipsa vita excidunt: quia non permanent postea, quoniam videbitur, qui creditur: & habebitur, qui speratur. Charitas autem nunquam excidit: quoniam hic est, & illic erit, & non habet finem nunquam dilectio, sicut finem non habebit vn-

quam inspectio. Sicut nunquam separabimur a cōtemplatōne, sic nunquam euacuabimur a dilectione: sed semper videbimus, & semper diligemus. Sic ergo charitas nunquam excidit, quia semper manet. Non. n. dixit a nullis excidit: sed nunquam excidit, quia non in omnibus manet, & tamen semper manet, in quibus manet. Nam si propterea non semper manet, quia non in omnibus manet: ergo nec fides: aut spes hic manet: quia non in omnibus manet. Multi. n. a fide & spe, quae in Deum est, recesserunt: & fidem & spem ipsam, quam habere ceperant, deseruerunt: & excidit ab eis fides, & spes etiam in hac vita. Nec tamen iccirco minus verum fuit, quod dictum est: Nunc manent fides, spes, & charitas tria haec. Si ergo fides & spes, quae hic aliquam a quibusdam excidunt, tamen hic manent: quia hic prorsus nunquam excidunt, quoniam in alijs manent: ergo si charitas, quae aliquando hic a quibusdam excidit, tamen manet semper: quia quauis a quodam exciderit, nunquam tamen prorsus excidit, quia in alijs semper manet. Neque. n. iccirco perit, si in me perit, & mihi perit: Neque propterea destruitur, si a me euacuat, & in me destruitur quoniam alteri manet, quod mihi non manet. Sed dicis iterum. Si ijs, qui mali sunt futuri & perituri charitatem aliquando habere possunt: quomodo charitas sibi proprius nominatur: de quo non comunicat alienus? Qui. n. pereunt alieni sunt, & non pertinent ad nos: neque ad id, quod nostrum est. Si ergo alieni sunt, quomodo de illo, quod nostrum est proprium, comunicare possunt? Mirum est. Si enim ijs, qui aliquando fuerunt alieni, proximi facti sunt accedendo: quare non similiter ijs, qui proximi sunt, alieni fieri possunt recedendo? Si enim accedere possunt, qui longe sunt: possunt etiam recedere, qui prope sunt. Qui accedunt, reconciliantur: qui recedunt, abalienantur. Si autem qui reconciliati sunt, proximi sunt: ergo & qui abalienati sunt, alieni sunt: tamen quamdiu proximi fuerunt, non fuerunt alieni: sicut ijs, qui alieni fuerunt, priusquam reconciliarentur, proximi non fuerunt. Et qui proximi fuerunt, quamdiu proximi fuerunt, de fonte proprio comunicauerunt. Et similiter qui alieni fuerunt, quamdiu alieni fuerunt, de fonte proprio non comunicauerunt. Cum autem ijs, qui alieni fuerunt, proximi esse ceperunt: de fonte proprio comunicare ceperunt: & similiter qui proximi fuerunt, postquam abalienari ceperunt, de fonte proprio comunicare desierunt. Et remanet semper sors proprius, de quo non comunicat alienus. Alienus. n. comunicare non potest: & tamen qui alienus est, proximus esse potest. Charitatem malus habere non potest: sed qui malus est, bonus esse potest. Quando bonus esse incipit, charitatem habere incipit: & quoniam bonus esse desinit, charitatem habere desinit: & nunquam charitatem nisi bonus habere potest, quia charitatem habere & simul malus esse nemo potest. Dicis iterum. Si aliquando charitas semel habita amittitur: quid est, quod dicit scriptura. Qui amicus est, semper diligit? Si enim qui diligit, amicus est: & qui amicus est, semper diligit: profecto qui diligit, semper diligit: qui autem semper diligit, nunquam charitatem amittit. Si igitur vera est scriptura, & qui diligit, semper diligit: qui semel charitatem

tem habet, nūquam illam amittit. Sic tibi videtur.

P Multa sunt talia, quae possunt quouis deduci: sed magnum non est, si aliquid dicas: sed si hoc quod dicis: utrum sic sit dicendum intelligas. Qui amicus est, semper diligit. Verum est hoc, quia amicus semper diligit: & inimicus semper odit: & tñ q̄ amicus est, inimicus potest esse, & odire: & q̄ inimicus est, amicus potest esse, & diligere. Quādiu amicus est diligit: & quādiu inimicus est, odit. Sunt autē quidā non veri amici, qui in prosperitate amare se simulant, & in aduersitate probantur quales sunt. Propter eiusmodi dictum est: q̄ verus amicus, sp̄ diligit: hoc est nō in prosperitate tm̄, sed ē in aduersitate, hoc est semper. Non. n. est verus amicus, & q̄ amicus esse vī, qui s̄m tempus nutat, & in vtranque partem post fortunam mouetur. Non talis est ille, qui semper diligit: qui hoīem amat, nō pecuniam: amicum, nō lucrum. Qui. n. propter solā pecuniam amat, quādiu pecunia abundat, amat: quādiu pecunia deficit, dilectio deficit: & non est amicus iam, qui amicus esse videbatur: immo qui prius amicus non fuit, sed putabatur, nunc manifeste amicus nec esse, nec fuisse comprobatur. Illi ergo iure dī, qui amicus est, semper diligit. Si amicus fuisti in prosperitate, dilige in aduersitate. Quid. n. in prosperitate dilexeris, in aduersitate ostendis. Si. n. amicum dilexisti, adhuc ipse est: dilige ipsum. Cur cesset dilectio, cum quod amat, non aufertur. Si autē fortunam dilexisti, non habes iam, quod diligas: quia fortuna discessit, & permanet homo solus. Hoc sibi vult, quod dictum est: qui amicus est, sp̄ diligit. Instas adhuc quasi maius aliquid adducturus ad comprobandum, q̄ charitas semel habita non recedat. Ostendis integram tunicā Christi, quae scindi non potuit, etiam quādo Christus pati potuit. Corpus Christi vulnerabatur, & tamē tunica Christi nō scindebatur. Magnum est, quod affert, si bene intelligas. Quid est. n. tunica Christi, nisi ecclesia Christi: & quid integritas tunicae, nisi vnitas ecclesiae? Ecce q̄ bonum, & quādam iocundum habitare fratres in vnum. Quod vnum?

Obiectio.

Q Manete in dilectione mea. Ergo charitas vnitas est ecclesiae. Et dicit scriptura: qui in vnitate ecclesiae sunt perire non possunt: hoc est, quod dicere voluisti: qui in charitate sunt, perire non possunt: siue charitatem siue vnitatem nomines, idem est, quia vnitas est charitatis, & charitas vnitas. Qui ergo in vnitate ecclesiae sunt, semper in charitate sunt: & qui in charitate sunt, perire omnino non possunt. Manifesta est veritas. Nemo fidelis contradicit. Nullus in charitate perire potest. Ibi perire non potest, sed inde exire & perire potest. Qui ibi manet, perdit ionem non timet. Caueat ipse, ne eggediatur foras. Intus positus perditio non est, sicut ijs, qui foris sunt, salus non est. Qui incipit exire, incipit perire. Cum autem foris positus ad charitatem reuertitur, ad salutē reparatur. Quid amplius quaeris? Fortassis aliam vnitatem ecclesiae interpretari voles, de qua veraciter dicere possis: quod iccirco in illa nullus peribit, quoniam de illa nullus exibit. Est enim vnitas praedestinationis, de qua dī: nouit Dominus qui sunt eius. Et verū est, quod oēs qui in hac vnitate sūt salui erunt: quā

Ioan. 15

Obiect.

2. Ti. 2

ex ijs, qui praeuisi sunt ad uitam, nullus peribit. Si Rom. 9. dicit enim scriptura: quos praedestinavit, hos uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit: & quos iustificauit, hos & glorificauit. Isti ergo sunt diligentes Deum, quibus omnia cooperantur in bonum, qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam qui secundum propositum uocati non sunt, & qui ad uitam praedestinati non sunt: etsi aliquando ad tempus Deum diligant, usque ad finem in dilectione Dei non perseverant. Qui propter ea amissa charitate pereunt: quoniam cū ad iniquitatem ceciderint, ad charitatem non resurgunt. Praedestinati autem postquam Deum diligere coeperint, uel perseveranter diligunt, ut a dilectione non cadant, uel cū a dilectione ceciderint, iterum ad illam resurgunt, ne pereant. Quid tibi uidetur? Credis ne ita esse ut dico? Fortassis non tibi sufficit Apostolus, qui hoc dicit: propterea non quod ita existimes intelligendum esse, quod dicit Apostolus, non omnes diligentes Deum in numero illorum ponere uoluit, quibus omnia cooperantur in bonum, nisi eos tantum, qui secundum propositum uocati sunt sancti. Manifesta est ueritas, nisi illam impudēter negare uolueris. Sed dices fortassis non ita intelligendum esse, quod dicit Apostolus. Scimus, quia Deum diligentes omnia cooperantur in bonum: ijs qui secundum propositum uocati sunt sancti. Dicis ergo non ita intelligendum esse, quasi per id, quod subiunxit, ijs qui secundum propositum uocati sunt sancti, determinare uoluerit: quibus diligentes Deum oīa cooperantur in bonum: sed potius eosdem ipsos diligentes Deum oēs s̄m propositū uocatos sanctos. Sic ergo fortassis intelligenda putabis uerba Apostoli: nec mihi credes, si dicere uolueris: hoc tibi signatum esse, quod non omnes praedestinati sunt, qui aliquando Deum diligunt, quia nō permanent in eo, qd diligunt: Verba Augustini sunt haec. Si mihi non credis, illi crede, ut mihi credas. Immo nō mihi, sed ueritati credas. Audi ergo, qd dicit. Apostolus, inquit, cū dixisset: scimus quā diligentes Deum oīa cooperantur in bonum, sciens nonnullos Deum diligere: & in eo bono usq; ad finem non manere: mox addit: his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Hi. n. in eo qd diligunt Deum permanent usq; in finem. Et qui ad tempus inde deuiant reuertuntur: & usq; in finem perducunt, qd in bono esse ceperunt. Ecce habes manifeste, quod quidam ad tempus charitatem habentes, quia in illa usq; in finem non perseverant, cadunt & pereunt: & rursus quidē, qui ab illa ad tempus cadunt, quia iterum resurgunt, conseruantur, & saluantur. Alij uerō, quia ab illa nunq̄ desciunt, usq; in finem perseverant feruore semel coepta charitatis deuotionem perducunt. Quid manifestus queris? Si hoc non uides, quid uides? Sed dicis. Quomodo aliquando ueram charitatem habere potuerunt, qui in ea perseveraturi non fuerunt? Mirum est. Ergo fides, fides non fuit, quae aliquando fides esse desijt. Quare non similiter dicis, quod nunq̄ albus fuit, qui aliquando albus esse cessauit? Nonne intelligis, quod in eo ipso aliquando

R

Obiect.

Obiect.

quando

quando illud fuisse dī, qui aliquando esse illud desijt memoratur? Quod. n. quis nunq̄ fuit, nunquā esse desijt. Quapropter qui aliquā amare desijt, constat profecto, q̄ prius q̄ amare desineret, amauit. Sed verus, inquis, amor non fuit, qui ad tps fuit. Ergo nec verum odium fuit, quod ad tempus fuit. Nec verē albus fuit, qui ad tempus albus fuit. Quis hoc dicat? Ergo vera dilectio fuit, & vere fuit quādiu fuit: & si s̄m aliquem modum uera non fuit, in eo quod desijt, quando iam uere non fuit. Si ergo dicis, quod uera dilectio non fuit, quae aliquando dilectio esse cessauit: sic intellige, quod quando dilectio esse desijt, uera dilectio non fuit: quia in eo ipso quod nutabat & defecit, ut dilectio non esset: esse coepit & accepit, ut quod prius fuit, iam uera dilectio non esset.

Vtrum omnis dilectio Dei charitas sit nominanda. Cap. XII.

Fortassis dices, quod quidam eiusmodi dnt: q̄ ij, qui non perseveraturi Deum diligunt, dilectionem quidem Dei hnt, sed charitatem non hnt: pro eo q̄ non oēm dilectionem Dei charitatem appellandā putant, nisi eā solam, q̄ usque in finem perseverat. Sed hoc si quis dicere uoluerit: qua rōne, uel auctoritate probare possit nō inuenio. Nisi forte iccirco aliud dilectionē, aliud charitatem sonare putet: quia alterū latinū, alterū grēcū uocabulum esse putet. Sacra scriptura nobis dicit, q̄ dilectio charitas est, & q̄ dilectio Dei sp̄ bona est. Non nobis dicit: quia ille diligit, bene facit: & quia iste diligit, male facit. Augustinus dicit Ap̄lm scilicet quosdā Deum diligere, & in eo bono usq; in finem non permanere: & bonam uocat dilectionem Dei, & in ijs, qui nō sunt permāsuri in illa: & isti nescio quot sp̄s charitatis inuenerunt, more pigmentariorum in nundinis declamationū stultarum. Dnt non de oī charitate intelligendū: qd dī charitas semel habita non amittit: sed de perfecta tm̄. Et si ego illos interrogo, q̄ sit illa perfecta charitas, nō mihi rōdēt: nisi illa, q̄ non amittitur. Non. n. audent dicere de illa, sed de perfectione charitatis loqui, q̄ in futuro habebit: ne superfluo de illa, loqui conuincant, q̄ ad hanc uitam non pertinet. Ergo non inueniunt quā charitatem hic perfectā dicant, nisi illā q̄ non amittit. Et rursus cū assignare uolunt q̄ sit illa charitas, quae nō amittitur: non inueniunt quid dicāt, nisi illa q̄ perfecta est. Ita circulū faciunt, inuoluentes semetipsos: quia quo exeat nō hnt. Postremo tanta erroris caligine inuoluunt, ut dū pertinaciter charitatem semel habitā cōtendūt non posse amitti, asserere incipiant eam a quibusdam non solum minorā peccata, sed criminalia quoque, & damnabilia ex deliberatione ppetrantibus retineri. Dauid adulerum & homicidā charitatem Dei habuisse dnt, q̄ libidini seruiens in vxorem proximi sui uolunturam turpitudini frena relaxauit, & ad eandem turpitudinem tegendam illum ipsum, cuius torū fode uolauerat, innocentem & iustum crudeli prodicione extinxit. Dicant mihi, ubi tunc fuit charitas non agens perperam, ubi innocens opprimitur: nō quaerens quae sua sunt, q̄ aliena rapiuntur. Osten-

dant mihi hic, si possunt, dilectionem, quae plenitudo legis est, ubi & p̄cepta legis uolantur: & ius naturale corrumpitur. Lex dicit, Non occides. Nō mordeberis. Non concupisces vxorem proximi tui. Si charitas hic est, plenitudo legis hic est. Si plenitudo legis est, quomodo prauaricatio esse potest? Si talia facientem charitatem habuisse dicunt: quare non etiam in hoc faciendo nihil peccasse dicunt: quia scriptura dicit: qui natus est ex Deo, non peccat: & quia rursus alibi dicitur, habe charitatem, & fac quicquid vis? Si enim hoc uerum est, quod talia facientes charitatem retinere possunt: cum ijs, qui charitatem habent, quicquid liber agere conceditur, profecto quicquid egerint, peccatū non esse comprobatur. Eant ergo cum charitate sua, & faciant quicquid uoluerint: quia magnos defensores habent, alios quidem defendentes, q̄ charitatem non amittant, alios autē concedentes, ut quicquid uolunt cum charitate faciant. Sed dicūt. Si Dauid peccando charitatem amisit: quomodo ergo uerū est, quod scriptum est de ipso, q̄ spiritus Domini non recedebat a Dauid ab eo die, & deinceps? Si. n. charitas recessit: quō spiritus Domini remansit? Quasi uero spiritus Domini s̄m multa alia remanere non potuerit, etiam si s̄m donum charitatis recesserit. Nōne & in illis siue cum illis remanet, quos cadentes custodit, ne pereant: quos tamen stantes non custodit, ne cadant? Iustus cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam. Quid ergo? Si praesens erat Dns stanti, quare lapsus est? Et si praesens non erat cadenti, quare collisus non est? Si. n. teneretur, non laberetur. Item si manus non supponeretur, collideretur. Propter hoc ergo collisus non est, quia cecidit super manum. Si manus super eum cecidisset, collisus fuisset. Qui ceciderit, inquit, super lapidem istum, non confringet: super quem autem ceciderit, conteret eum. Propter hoc ergo Dominus manū non iacenti superposuit, ut p̄meret: sed supposuit, ut releuaret. Supposuit, ut adiuuando repararet: non superposuit, ut iudicando condemnaret. Sic itaque spiritus Domini nō recessit a Dauid: quia cum eo erat, ut abeuntem reduceret, & p̄nitentem iustificaret: & forte cum eo erat, sed in eo non erat. Cum eo erat ad custodiam, sed in eo non erat ad iudiciam. Non enim tunc iustus erat Dauid, quando in tam graui peccato prostratus erat: neque ad eum tunc pertinuit, qd scriptum est: Iustus in die septies cadit: & tamen iusti nomen non amittit. Propter hoc igitur spiritus Dei & si cum Dauid tunc erat, ut peccando non periret: nullatenus tamen sic erat, ut damnabiliter nō peccaret. Simile est, quod de Petro asserere negante conantur, quod etiam tunc charitatem Dei non perdiderat, quando interrogatus Christū se cognouisse negauit. Non enim attendunt quod scriptum est. Nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu: & nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Quod si forte dicere uoluerint: q̄ spiritum Dei tunc quidem Petrus intus in corde habuit, sed quod foris loquebat, in spiritu Dei non dixit: audiant qd scriptum est. Ex abundantia cordis os loquit. Ille ergo sp̄s foris in ore loquebat, qui

1. Io. 5.

Obiect.

1. Reg. 16.

Psal. 36.

Matt. 21.

Prou. 24.

1. Cor. 12.

Matt. 12.

X intus in corde dñabatur. Qui cor regebat, linguā mouebat. Sed dicent forte: Spiritus quidem Dei recessit, sed charitas remansit. Considerate vtrum veritas hoc dictum patiat. Apostolus dicit. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spūm sanctum, qui datus est nobis. Nos charitatem non habemus, nisi in quantum Spiritum sanctum habemus: & tu dicis, quod recedente & absente Spū sancto charitas manet? Et dicunt. Quid ergo? Nulla scintilla pietatis, nulla affectio dilectionis in Dauid & in Petro remansit: qñ alter molestia carnalis concupiscentiæ victus, alter vero imminentis mortis timore fractus, quodammodo vterque inuitus peccauit. Immo voluntarie vterque peccauit, quia si voluissent vtrique non peccassent. Sed quia semetipsum magis quam Deum dilexerunt, suam potius quam Dei voluntate impleuerunt. Caro aliud suadebat, & aliud Deus præcipiebat: & elegerunt magis obedire carni, quam creatori. Si voluissent, carnis voluntatem contempsissent: & voluntatem creatoris præposuissent. Sed nondum magistrum bonum imitabantur dicentem: pater, non mea voluntas fiat, sed tua. Et fieri potest, quod ipsam carnis voluntatem, cuius violentiam senserunt, aut nullam, aut non tam violentam esse voluerunt: tñ quod eidem tentanti & fatiganti consenserunt, nō nisi volentes fecerunt: quia magis creatorem offendere, quam ipsam molestiam & fatigationem tolerare voluerunt: quod si noluisent, omnino non fecissent. Ergo in hoc volentes id quod caro voluit, fecerunt, id quod creator voluit, noluerunt: quia si illud voluissent, ad istud faciendum uoluntarie nō consensissent. Cum. n. e duobus, quæ simul fieri nō possunt, vnum voluntate eligitur, proculdubio alterum in uoluntate non esse comprobatur. In ea, ergo voluntate, qua contra Deum carni consentire elegerunt, charitatem vtiq; Dei nullatenus habuerunt: quamuis tñ in eo ipso, quod magnam in tentatione violentiam passi sunt, aliquam in peccato suo excusationem habere possunt. De affectu vero pietatis, quem huiusmodi peccantes nonnunq; hñe videntur, qñ simul & peccare consentiunt, & tñ quodammodo in pctō, qd nō deserunt, dolore quodā affici non desistunt: cauendū tñ est oīno, ne charitatis siue dilectionis Dei noīe dignus existimet. Si. n. in ijs, qui ab iniquitate ad iustitiā cōuertunt, affectus qdam & dilectiones p̄teritorū malorum remanent, q tñ in bono p̄posito constitutis ad iniquitatē non imputant: quare nō similiter in ijs, qui ad iniquitatē declinauerunt ex vsu p̄teritæ virtutis ēt in malo p̄posito affectiois qdā amissi siue corrupti boni aliqñ supesse dicant, q quidem sine p̄posito bonæ voluntatis ex vsu, siue ex natura inesse p̄nt: sed sine ipso meritum iustitiæ hñe nō p̄nt: Vnum. n. hoc est propositum. s. voluntatis siue consensūs animi ex voluntate surgens, cui soli iudiciū est cum Deo. Et hoc solum si bonum est, nō est ad malum quicquid in hoīe est, siue bonum sit siue malum. Item si malum est, non est ad bonum quicquid reliquum est, siue bonum siue malū. Ad hunc ergo oculum, ex quo solo totum corpus lucescit, respicere debuērūt: qui in affectionibus nescio

Rom. 5.

Luc. 22.

Y p̄nt:

1. Joā. 2.

qualibus, quas & incredulis & iniquis aliquotiens siue ex natura siue ex vsu inesse videmus, meritū hoīs constituunt. Poterant his satis supstitiosa qōnes finem accipere, si tñ finem accipere poterant. Nunc aut̄ quærunt, & semper quærunt, & nunq̄ inueniunt. Interrogant vtrum Dauid & Petrus dānari debuissent, si ante p̄nitentiā in peccatis suis mortui fuissent. Quæ quæstio quali rñsione digna sit, vtrinam videre possent. Quare. n. perire non debuissent, si in peccatis suis mortui fuissent? Sed perire, inquiunt, non potuerunt, qm̄ ad vitam prædestinati fuerunt. Quare ergo similiter non peccare non potuerunt, qm̄ peccaturi præsciti fuerunt? Si enim prædestinatio impediri non p̄t, nec p̄scientia falli non potest. Si autem prædestinatio peccandi non infert necessitatem, nec prædestinatio damnationis tollit possibilitatem. Vis adhuc audire quid dicat Augustinus: quia mihi non credis? Audi qui sunt, qui diligūt: & qui sunt, qui p̄seueraturi sunt: & quæ sit vnitas dilectionis: & quæ sit vnitas prædestinationis. Scimus qm̄ diligentibus Deum omnia cooperātur in bonum, ijs qui p̄m propositum vocati sunt sancti: propositum autem non suum, sed Dei. Qui ēt prædestinati, atque præsciti sunt. Vsq; adeo profus omnia, vt etiam si qui eorum deuiant, & etiam exorbitant: hoc ipsum eis faciat proficere in bonum: quia humiliores redeunt, atq; doctiores. Horum si quisquā perit, fallitur Deus, & vitio humano vincitur. Sed nemo eorum perit, quia nulla re Deus vincitur, aut fallitur. Isti signati sunt ad Timotheum, vbi cū dictum fuisset, Hymeneum & Philetum fidem quorundam subuertere: mox additum est. Firmum autem fundamentum Dei stat, habens signaculū hoc: sciuit Dñs qui sunt eius. Horū fides, q̄ p̄ dilectionē operat̄, p̄fecto aut oīno nō deficit: aut si qui sūt, quorū deficit, re parat̄ anteq̄ vita ista finiat̄: & deleta, q̄ intercurrat, iniquitate: vsq; in finē p̄seuerātia deputat̄. Qui vero p̄seueraturi non sunt, ac sic a fide Ch̄iana & cōuersatione lapsuri sunt: vt tales eos vitę huius finis inueniat: p̄culdubio neq; illo tpe, quo bñ pieque vixerūt, i istorū numero sunt cōputādi. Nō. n. sunt a massa illa p̄ditionis p̄scientia Dei & p̄destinatione discreti: & iō nec p̄m p̄positum vocati, ac per hoc nec electi. Sed i eis vocati, de quib. dictū ē: Multi vocati: nō in eis, de quib. dictū est: pauci vero electi. Et tñ quis eos neget electos, cū credunt & baptizant, & p̄m Deū viuūt? Plane dñr electi a nesciētib. quid futuri sint: nō ab illo, qui eos nouit non hñe p̄seuerantiā, q̄ ad beatam vitā p̄ducit electos. Scitq; illos ita stare, vt p̄scierit esse casuros. Hic si a me quæratur, cur eis Deus p̄seuerātiā non dederit, qui eam, qua Christiane viuerent, dilectionem dedit; me ignorare respondeo. Respondent & ipsi si possunt, cur illos Deus cum fideliter & pie viuerent, non tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum: & ne fictio deciperet animas eorum? Vtrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nesciuit? Nempe nihil horum nisi peruersissime atque insanissime dicitur. De huiusmodi ait Ioannes. Ex nobis exierunt, sed non erant

Z

Rom. 8.

2. Ti. 1.

Mat. 22.

Quæstio.

1. Joā. 2.

1. Joā. 5.

Ibidem.

erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum. Et quid aliud dicit, nisi nō erant filij, etiam qñ erant in professione, & nomine filiorum? Non quia iustitiā simulauerunt, sed quia in ea non permanserunt. Neq; .n. ait: nam si fuissent ex nobis, veram non fictam iustitiam tenuissent vtiq; nobiscum. Sed si fuissent (inquit) ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum. In bono vtiq; erant, sed quia in eo nō permanserunt. i. vsq; in finē non p̄seuerauerūt: non erāt (inquit) ex nobis, etiam qñ erant nobiscū. Hoc est non erant ex numero filiorum, etiam qñ erant in fide filiorum: qm̄ qui vere filij sunt præsciti & prædestinati & p̄m propositum vocati sunt, vt sint electi. Non. n. perijt filius promissionis, sed perditionis. Ac per hoc nullus prædestinatorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam, qm̄ sic est ordinatus: & ideo Christo datus, vt non pereat, sed habeat vitā æternam. De quibus ait Ioannes. Scimus qm̄ oīs, qui natus est ex Deo, non peccat. Dauid grauius peccauit: sed quia natus ex Deo ad societate filiorum Dei p̄tinebat, non peccauit vsq; ad mortē, sed veniam p̄nitendo meruit. De hoc siquidem peccato ad mortem, ante meminit idem Ioannes his verbis. Est peccatum ad mortē. Et statim subiūxit. Scimus qm̄ oīs, q̄ natus ē ex Deo nō peccat.

INCIPIT DECIMAQVARTA
pars, de confessione & p̄nitentiā,
& remissione peccatorum.

De confessione, & p̄cepto eius. Cap. I.



Multa est malitia hominis. Nemo quando male agere vult auctoritatem quærit: quādo aut̄ dicimus hominibus, vt faciāt bona, & vt confiteantur mala, quæ fecerunt: dicunt nobis. Date auctoritatem. Dux scriptura hoc præcipit, vt confiteamur peccata nostra. Si ergo scriptura peccata confiteri non præcipit: respondete modo, si scripturam habetis, quæ peccata iubeat tacere. Si ergo confiteri non vultis, quia auctoritatem confitendi non habetis: quare tacere vultis, cum auctoritatem tacendi non habeatis? Tamen quia auctoritatem quæritis: accipite auctoritatem. Antiqua lex peccata confiteri iubet, & homines ad sacerdotes mittit, vt confiteantur peccata sua, vt indulgentiam accipiant. Illic ergo præuaricatio legis confessione & oblatione obletur, quando adhuc umbra fuit: & adhuc cōfessio criminis p̄nā potius timere debuit, quā misericordiam expectare. Si hæc auctoritas non sufficit, audite scripturam alibi manifeste dicentem. Qui abscondit scelera sua, non iustificabitur. Quid enim est abscondere nisi tacere, & confiteri nolle? Nam qui scelera sua per impudentiā praeagendi manifestant, non iustificationem merentur,

Prōu. 28

1. Joā. 2.

sed damnationem. Igitur tegenda sunt mala, tantum pertinet ad impudentiam prauis operis, & reuelanda sunt per humilitatem confessionis. Vultis adhuc scire periculum taciturnitatis, & vtilitatē confessionis? Quoniam tacui, inquit psalmista, inueterauerunt ossa mea, dū clamare tota die. Et iterum. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Vide ergo & considera, si taces peccata tua, inueterantur: si confiteris, condonantur. Sed dicis. Ecce dico peccatum meum: sed Deo, non homini. Scripturam sequor. Illa mihi dicit, vt Deo confitear peccatum meum: non me ad hominem mittit, in quo salus non est, sed illuc trahit cōfessionem, vnde promittit remissionem. Dixi, confitebor &c. Quid facit homo? Audi quid facit. Nonne ille homo fuit, qui dixit: fili, remittuntur tibi peccata tua? & verum est, quod ille homo fuit, qui dixit hoc. Propterea qui illum hominem esse viderunt, Deum autem non cognouerunt, murmurauerunt inter se dicentes. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Sciebant enim, quod peccata dimittere Dei erat, sed nesciebāt quia quod Dei erat, homo a Deo acceperat: & ille quidem homo quod habebat in quantum homo erat, ideo habebat, quia acceperat. In quantum vero Deus erat, hoc idem ipsum habebat, & non acceperat. Propterea autē voluit accipere aliquando in humanitate, quod semper habuit in diuinitate: vt e vicino homini appropinquaret in eo, quod hominis erat. Et in eo ipso, quod hominis erat, homini exhiberet, quod Dei erat. In eo nanque quod hominis erat, familiariter homini iungebatur. In eo vero, quod Dei erat, potentius in homine operabatur. Propterea. Vt sciatis, inquit, quia filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge, & ambula. Ostendit quod videre poterant, vt per hoc crederent quod videre non poterant. Propter hoc ergo Deus factus est homo: vt se ad confabulandum homini proximum & familiarem exhiberet vt in vna eademque persona & suum genus homo inueniret, cui fiducialiter infirmitatem suam reuelaret, & supra hominem Deum credens, de accepta ab illo remissione peccatorum suorum, non diffideret. Deinde vt dispensationis gratia largius multiplicaretur: Deus homo hoīes, q̄ puri homines erant, participes fecit potestatis suæ: vt officium eius impleant p̄nitentium confessionem suscipiendo, & potestatem eius exercerent, p̄nitentibus & confitentibus peccata remittendo. Accipite, inquit, Spiritum sanctum. Duo rum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Ergo Christus hō discipulis suis vicem eius agentibus in terra potestatem dedit dimittendi peccata. Sed dicis fortassis. Quare non similiter Christus præceptum dedit hominibus peccata sua confitendi, sicut discipulis potestatem dedit confitentium peccata dimittendi, Audi quare. Voluit Christus, vt a temetipso surgeres, vt non quasi extorta

Confessio
nis vtilitas.
Psal. 31.
Ibidem.

Mat. 9.
Mar. 28
Luc. 5

Ibidem.

Cur Deus
homo.

Confessio
a Christo
ob eius bonitatem
& misericordiam
instituta.

Ioā. 20.

Quæstio.

vel coacta videretur confessio tua. Idcirco quod ad se pertinuit, officium suum discipulis suis peragendum iniunxit, ut medicorum more aegros ad se venientes exciperent, & sanarent. Medicis ergo dixit, ut curarent, sed infirmis non dixit, ut ad medicos curandi venirent. Hoc quasi certum esse voluit, quod aegri libenter salutem quaerent, & se curandos offerrent, si medicos inuenirent. Propterea solos medicos admonuit. Infirmum enim ipse morbus suus sufficienter admonet, neque opus praecepto habet, si dolet. Tamen ipsi medici postea, quia negligentes in curatione sua aegrotos inuenerunt, eos ad salutem quaerendam, & admonitione sua exciuerunt, & praecepto attraxerunt.

Jacob. 5. Confitemini, inquit Apostolus Iacobus, alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem ut saluemini. Quid est alterutrum? Alter alteri, homo homini. Non solum homo Deo, sicut verus ille confessor ait. Dixi, confitebor &c. sed homini propter Deum. Plus enim facit, qui seruo humiliatur pro Domino, quam qui ipsi Domino humiliatur. Propterea Confitemini alterutrum peccata vestra. Quid est alterutrum? Non tamen vnusquisque vnicique, sed alterutrum, hoc est inter vos, hoies hominibus, oues pastoribus, subiecti prelati. Ij, qui peccata habent, ijs, qui peccata dimittere potestatem habent. Debitum quidem erat, ut confessionem facturi ad illum iretis, qui est super vos: nunc autem pro indulgentiae dispensatione conceditur, ut peccata vestra adinuicem vobis confiteamini inter vos. Ille quidem, qui solus confessionem acciperet, confessionem non faceret, quia peccata non haberet: hi autem, qui confessionem peccatorum accipiunt, & confitentibus peccata sua dimittunt, necesse habent, ut & ipsi peccata sua confiteantur, ut poenitentibus & confitentibus peccata sua dimittantur. Propterea ergo confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem. Ad quid? Ut saluemini. Confitemini, ut saluemini. Quid est confitemini, ut saluemini? Hoc est non saluamini, nisi confiteamini. Hoc fortassis tu audire noluisse: quia latebras quaeris, & abscondis scelera tua, ut non iustificeris. Non tibi placet, quod dicitur: quod ijs, qui confiteri nolunt peccata sua, saluari non possunt: propterea fortassis conaris ad aliud dictum Apostoli intorquere: ut intelligatur confitentibus quidem promississe saluationem, tamen non confitentibus non negasse iustificationem. Audi ergo. Augustinus dicit. Non potest quis iustificari a peccato, nisi confessus fuerit ante peccatum. Item Beda in eandem epistolam Iacobi, de qua superius testimonium sumpsimus. Sine confessione, inquit, nequeunt dimitti peccata. Sed in hoc illa discretio esse debet: ut quotidiana leuiaque peccata alterutrum coequalibus confiteamur, ut orationibus inuicem saluemur. Porro grauioris lepra immunditiam sacerdoti pandamus, & ad eius arbitrium iustificari curamus. Videte quomodo concordant testimonia veritatis. Est quaedam communis in ecclesia poenitentia, quam quotidie adinuicem facimus: in qua oratione fusam pro inuicem pro quotidianis & leuioribus peccatis indulgentiam & remissionem consequimur. Grauioris autem culpae reatum singulari

confessione sacerdoti aperimus, & secundum eius consilium munere satisfactionis oblato, indulgentiam peccati obtinemus. Sed dicis. Si saluari non potest homo, nisi confiteatur peccata sua. Quid est, quod scriptum inuenitur: Lachrymae lauant delictum, quod ore pudor est confiteri. Inueniuntur. n. quaedam eiusmodi dicta, & rapiunt ea homines gaudentes: non quia veritatem quaerunt in eis, sed quia malitiam suam defendere volunt ex eis. Dicunt. n. Quid nos confringitis, quid nos arctatis? Pudenda sunt facta nostra: non nos permittit verecundia eloqui, erubescimus confiteri quod fecimus, quod possumus tamen facimus, cor contritum & humiliatum offerimus, dolemus pro eo, quod male egimus, lachrymas fundimus, carnis maceratione reatum punimus. Quid verba quaeritis, ubi bona opera sunt? Habemus scripturam consolantem nos, & dicentem, Lachrymae lauant delictum, quod ore pudor est confiteri. Non malitiam excusamus, sed verecundiae parcimus. Quod ergo homini dicere erubescimus, Deo dicimus, qui non impropere. Eiusmodi ergo occasionibus quaerunt homines excusationem torpori suo, & peruertere conantur scripturas: quia peruersi sunt ipsi. Quid enim? Si scriptura dicit, lachrymae lauant delictum, quod ore pudor est confiteri: nunquid ideo dixit: si erubescis confiteri peccatum tuum tibi sufficiat, si tantum lachrymeris, etiam si non confitearis? Nonne multo melius est, ut scripturam hoc potius dicere voluisse intelligas, quod lachrymae ex intima cordis contritione prolatae illa etiam peccata lauant, quae sine pudore & verecundia proferri non possunt? Quid ergo? Si pudenda peccata lachrymae lauant, ubi tacendum est, ubi diuinum auxilium magis necessarium est? Immo multo magis ubi confitendum est, ut humilitas confessionis adiuuet lachrymas contritionis. Similiter cum tibi dicitur. Si homini erubescis dicere peccatum tuum, ut dicas Deo, qui non impropere, non tibi dicitur: si erubescis dicere homini, ut homini non dicas, sed Deo. Sed mansuetudo Dei tibi demonstratur, qui tam mitis & suavis est omnibus ad se confugientibus: ut ab ipso impropere aliquid te non oporteat formidare, etiam talia fuerint peccata tua, ut ea te homini manifestare sine erubescencia non posse contingat. In eo enim, de quo erubescis, cum homini dicis, erubescere te Deo non oportet, cum Deo dicis: quia non impropere dicenti, sed condonat confitenti. Dic ergo homini, ut salubriter confundaris ad tempus coram eo: ut ista confusio gloriam tibi postmodum adducat, & fiduciam praestet: ne impropere timeas, cum manifestari coeperis coram Deo: Tamen ne forte tibi diceret cogitatio tua, si tam graue est homini reuelare peccata: & si ita erubescimus coram homine, quid faciemus ante eum, cuius maiestatem declinare non possumus, neque iudicium effugere? Ne igitur remetipsum desperares sic de Deo cogitando, ostenditur tibi mansuetudo Dei erga poenitentes & confitentes: quod peccata omnia poenitentibus condonat, & confitentibus non impropere. Sic ergo accipe, quod dictum est. Dic Deo, qui

Obiectio.
E
Culpa eorum, qui verecundia impediti, peccata confiteri non audent.

qui non impropere: quasi diceret etiam si erubescis coram homine, ne erubescas coram Deo: quoniam Deus mitior est homine, & mansuetior, & compatiens miseris, ut non impropere. Secundum hunc itaque modum non tibi dicitur, ut peccata tua homini non dicas: sed ut in ijs etiam, quae coram homine erubescenda sunt, de Dei pietate confidas.

Obiect. Opponis adhuc lachrymas illas Petri, quas legis, confessionem non legis: lachrymae lauant delictum, quod ore pudor est confiteri. Has igitur lachrymas opponis, non quia amas compunctionem, sed quia fugis confessionem. Dicis ergo, quia lachrymas Petri legis, satisfactionem non legis. Audisti quia fleuerit, sed quid dixerit non audisti. Ideo lachrymae lauant delictum, quod ore pudor est confiteri. Quid ergo? Hoc tibi dici putas: ut quia Petrus lachrymatus legitur, confessus non legitur: tu si lachrymeris, non confitearis? Nonne multo melius est, ut illud potius hic demonstrari intelligas: quod si illicitum lachrymae valuerunt, ubi confessionem oris non habuerunt, quanto magis si verae fuerint, nunc valent, ubi cum cordis contritione etiam oris confessionem habent? Hoc enim tibi demonstratur, cum subditur. Prius flendum est, postea confitendum. Hoc siquidem ad veritatem confessionis spectat, ut prius compungaris, postea confitearis. Nam sunt quidam sicut impudentes ad faciendum, sic inuerecundi ad dicendum: qui quoniam turpitudinem suam in faciendo non vident, verecundiam in dicendo non habent, quibus utique per prophetam dicitur. Frons mulieris meretricis facta est tibi, nesciisti erubescere. Isti nonnunquam sine aliquo compunctionis motu, sine aliquo timoris vel amoris Dei attractu, pro sola consuetudine explenda ad dicenda peccata sua se ingerunt, existimantes se propter solam verborum prolationem a debito peccatorum suorum absolui, quibus recte dicitur: prius flendum est, post confitendum. In confessione namque peccatorum hominem & verecundari oportet, ut humiliter quod fecit cognoscat, & tamen non sic verecundari, ut taceat. Hoc bene nouit peccatrix illa, quae etiam venit, ut peccata sua se abscondere nolle ostenderet: & tamen non ante, sed retro stetit, ut verecundiam turpitudinis suae se attendere demonstraret. Propter hoc recte dicitur prius flendum, post confitendum.

De poenitentia, & fructu poenitentiae.
Cap. II.

H Poenitentia alia est interior, alia exterior. Poenitentia exterior est in afflictione carnis. Poenitentia interior est in contritione cordis. Per poenitentiam exteriorem castigatur culpa prauis operis. Per poenitentiam interior emendatur culpa prauae voluntatis. Secundum quantitatem delicti, mensura correctionis pensanda est. Agite, inquit, fructus dignos poenitentiae. Aliud est enim fructus poenitentiae, aliud ipsa poenitentia. Sicut aliud est arbor, & aliud fructus eius: sic aliud est poenitentia, aliud fructus eius. Poenitentia est dolor commissi praeteriti, quando doles te fecisse quod malum est.

Quando ergo improbas & damnas mala tua, poenitentiam habes: quando autem satisfactione sequente & punis & corrigis mala tua, fructus poenitentiae habes. Si duplicet tibi quod fecisti, poenitentiam agis. Si persequeris & punis quod fecisti, fructus poenitentiae facis. Poenitentia est facti improbatio: fructus poenitentiae delicti correctio. Sed quia secundum menturam delicti correctionis mensura pensanda est: ideo fructus poenitentiae dignos facere oportet. Si in correctione minor est afflictio, quam in culpa fuit delectatio: non est dignus poenitentiae tuae fructus. Sed dicis mihi. Quomodo scire possum quando condigna sit poenitentia mea? Quia hoc scire non potes, ideo necesse habes semper poenitere. Satisfacere potes, nimis facere non potes. Melius est, ut plus facias, quam minus. Iccirco sollicitus esto, satage, da operam, studium impende: ut culpa sit cum fine, deuotio sine fine. Tamen ut aliquando peccatrix conscientia consoletur, positus est modus & mensura poenitentiae exterioris: ut illa expleta vel perfecta fiduciam habere incipias, & sancta quadam praesumptione in spe misericordiae diuinae de indulgentia & remissione peccatorum confidere, & tanto verius, quanto utique syncrius iniunctam poenitentiam expleueris.

De ijs, qui in hac vita poenitentiam non complent. Cap. III.

Sed fortassis tacita tibi cogitatione respondeas: k Quomodo, inquis, certus esse possum de venia propter poenitentiam, & satisfactionem ab homine iniunctam, etiam si illam studiose compleueris: cum ipse homo, cui peccata mea confiteor, saepe aut ignorantia nesciat, aut negligentia non considerat qualem mihi secundum modum & mensuram delicti debeat satisfactionem iniungere? Ad hoc tibi breuiter respondeo. Quia si homo nescit, Deus scit. Tu tamen fac quod tibi praecipitur. Obediens esto in eo, quod tibi iubetur. Videat Deus deuotionem tuam, etiam si homo non condigne moderetur afflictionem tuam. Perire non poteris, si deuotus inuentus fueris. Sed decipior, inquis, putans me satisfecisse, cum satis non fecerim. Ille mihi iniunxit, ut tantum facerem, & non amplius mihi praecipit. Ecce totum feci, & non satisfeci. Vado quasi securus ad Deum, putans me satisfecisse illi, cum adhuc teneor obligatus: quia satis non fecerim. Quare ergo, inquis, factum est, ut talem sacerdotem non habeam, qui mihi dicat hoc quod oportet? Audi quare. Propter peccata tua factum est hoc, quibus meruisti ut malum haberes, quibus si districte iudicareris, & hoc merueras, ut nullum haberes. Qui (inquit scriptura) regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Et ego, ait, adhaerere faciam linguam tuam palato tuo, & eris mutus. Quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Nam ut scias, quod malitia tua hoc fecit: vide ubi erat deuotio tua. Si enim perfectam deuotionem habuisses, etiam nullo admonente cessare tamen potuisses. Nunc autem pigritia tua, & negligentia tua occasionem torporis quaesuit, non correctionem.

rectionem. Et vidit hoc Deus, & dedit tibi secundum cor tuum, ut non inuenires, quod non quæres accipere. Nec tamen dico, quod desperes: hoc etiam si contingat, ut homo, qui exterius curandis vulneribus peccatorum medicamentum apponit, aliquid minus sufficiens tribuat. Sæpe quod minus foris agitur, efficacius intus operatur. In paruo opere magna deuotio potest esse. Homo videt in facie, Deus autem intuetur cor. Et ut minus dicam, magnum est si in hac vita incipere possis, etiam si non perficias. Nam & post mortem ignis quidam purgatorius dicitur, ubi purgantur & mundantur, qui hic corrigi cœperunt, & non perfecerunt. Qui autem in hac vita nec incipere voluerunt, ibi consummare non possunt. Quibus autem hic correctionem suam incipere datur, etiam si perficere non datur, illic correctionis perfectio reseruetur. Tamen tutius omnino est, ut hic & incipere & perficere contendas, ut illic tibi nihil patiendum vel faciendum super sit. Durum est tormenta illa vel ad modicum sentire. Propterea tutius omnino tibi est, ut hic & incipias & perficias quod facere debes, quod si perficere hic non poteris, si tamen inchoaueris, noli desperare, saluus eris. Sic tamen quasi per ignem. Ardebis quidem, donec consumprum fuerit, quod cremabile portas. Tu autem saluus eris, quoniam in te fundamentum permansit charitatis Dei.

Verum iterari possit pœnitentia.
Cap. IIII.

Sunt qui dicant: relapsis in pristina peccata locum veniæ amplius non esse: propterea quod quædam scripturarum testimonia ijs, qui post acceptam pœnitentiam ad priora peccata redeunt, aditum salutis negare videntur. Et sunt quidem eiusmodi quædam dicta, in quibus non hoc quidem dictum est, sed a non bene intelligentibus hoc dictum esse videtur. Apostolus Paulus in illa epistola, quam ad Hebræos scripsit, sic ait. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœlestis, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt: renouari rursus ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes. Et rursus. Voluntarie enim peccantibus post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Et iterum scriptum alibi inuenitur. Quia locus non est secundæ pœnitentiæ. Sed siue hæc siue alia talia scripta vel dicta catholicorum virorum super hoc inueniantur, nulla ratione existimandum est eos, qui recte sapuerunt, hoc astruere voluisse, quod in quacunque peccata prolapsi, vel penitere non possent, si per diuinam misericordiam respicerent, aut veniam consequi non valerent, si per ueram pœnitentiã cõpungerent. Hoc. n. fides catholica omnino non recipit: quia qui dixit, non dico tibi septies, sed vsque septuagies septies: se nec secundam, nec tertiam, nec quotamlibet peccatoris pœnitentiam veram duntaxat resutare significauit,

Quod ergo dictum est, impossibile esse eos, qui post illuminationem gratiæ, & gustum doni cœlestis, & participationem Spiritus sancti, prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam: vel sic intelligendum est: quod per se cadere potuerunt, sed per se surgere non possunt, atque ideo illis impossibile esse, Deo non esse. Sicut scriptum est: Spiritus vadens, & non rediens. de via perditionis dictum est: quod omnes, qui ingrediuntur per eam, amplius non reuertentur: quia homo per se quidem ad malum ire potest: per se redire non potest, nisi per gratiam adiuuetur: & adiuuetur sic ad pœnitentiam renouetur. Vel sic ergo intelligendum est, quod scriptum est. Impossibile esse prolapsos ad pœnitentiam renouari, vel propheticum illud, quod dictum est: Virgo Israel cecidit: non adiciet, ut resurgat virgo Israel (in quo similiter quidam a recta intelligentia errauerunt) his verbis expressum conuenienter quis dicat. Nam quia sanctus Hieronymus super hunc locum quædam verba ambigua exposuit: quidam, qui ex scripturis libentius materiam erroris quàm ædificationis assumunt, lapsos reparari non posse conantur astruere. Ait enim. Quod cum Deus omnia possit: de corrupta virginem facere non potest. Ipse viderit quid dicere voluerit: ego a puritate Christianæ fidei non discedo. Veritas vna est. Apostolum dicentem audio. Si aliud angelus euangelizauerit, anathema sit. Ego tamen sic sentio, quia aliquid dicere voluit, etiam si ego nesciam quid dicere voluit. Sic tamen pius est mihi sentire, quod verum dixit, etiam si forte competentius vel euidentius dixisset potuisset, quod dixit. Ego dictum catholici viri ad catholicam veritatem interpretari conabor. Tamen si de corruptione carnis intelligitur hoc: stultum est sic sentire: quod homo carnem suam vitare possit, Deus sanare non possit. Si de corruptione cordis hoc intelligitur, & hoc similiter stultum est dicere: quia homo peccare possit, Deus iustificare non possit, & tantum iustificare, quantum ille peccare. Si autem idcirco illud non posse dicitur Deus, quia factum est: & quod factum est, non factum esse non potest, quia quod verum est, falsum esse non potest: & idcirco non potest, quia contra veritatem non potest, quia si contra veritatem posset, contra seipsum posset, qui veritas est. Quod pœdus habet hoc dictum magis quàm si diceretur de alio quolibet: quod factum est, iam non esse factum non potest, etiam si quod factum est, emendari potest, ut factum esse non noceat, quod factum est? Certum est, quia qui cadit, resurgere potest, & non solum resurgere, sed etiam melior resurgere quàm fuit, cum cecidit. Multi ceciderunt, & meliores surrexerunt, quàm fuerunt antequam ceciderunt: meliores etiã quàm futuri fuissent, si non cecidissent: quia ad hoc ipsum cadere permisi sunt, ut ex ipso casu suo, & ruina erudirentur, & meliores efficerentur. Nemo tamen melior post casum surrexit, vel surgere potuit, quàm fuisset et si non cecidisset, & hæc, quæ modo resurgendo bona operatus est, omnia stado operatus fuisset. In hoc secundum aliquid dici potest: quod omnis, qui cadit id, quod cadendo perdit, amplius totum recuperare non potest: quia quicquid

postea

postea ad correctionem vel ad recuperationem adiecerit, facere omnino non potest, quin melior fuisset, si hæc omnia haberet, & tamen non cecidisset. Propterea nemo in spe correctionis peccare debet: quia quod semel amittitur, amplius ipsum non recuperatur: quia quicquid adiectum postea fuerit pro reparatione perditum non est ipsum, sed aliud pro ipso, & plus utique esset, si utrumque simul esset. Quod idcirco fieri non potest: quia sicut tempora transacta amplius non redeunt: ita quæ semel perpetrata fuerint, amplius non facta esse non possunt. Si igitur virgo es, custodi diligenter quod habes. Noli in spe peccare, noli cadere, quasi melior surrectura sis. Quicquid postea feceris, facere tamen non potes, quin melior esses si hoc faceres, & virgo esses. Sic itaque fortasse secundum hunc modum conuenienter intelligitur: quod virgo Israel cecidit, & non adiciet, ut resurgat virgo Israel. Et quod ubi mille erant, centum erunt, & ubi centum, decem in domo Israel. Si in hunc modum lapsos ad pœnitentiam renouari non posse, dicimus: nihil inconueniens fortassis dicimus: neque penitentibus viam indulgentiæ claudimus, sed periculum cadendi demonstramus. Si enim magnum est, aliquando surgere: maius utique est nunquam cecidisse. Si bonum est, sanatum esse: melius est, nunquam corruptum fuisse. Est adhuc alius sensus, quem in supradicta sententia eadem veritate intelligere possumus, utrum æquali conuenientia, nescio. Impossibile est, inquit, eos, qui semel illuminati sunt, & cætera quæ adiecit, prolapsos rursus renouari ad pœnitentiam: & quasi causam subiunxit, quare eiusmodi ad pœnitentiã renouari non possint: rursus, inquit, crucifigentes, & ostentui habentes filium Dei. In hoc ergo denuo renouari non possunt: quia aliam crucem, & aliam mortem filij Dei habere non possunt: non quia pœnitentibus venia denegetur, sed quia pro peccantibus Christus iterum non morietur. Custodi ergo salutem tuam, semel pro illa Christus mortuus est. Si illum amiseris, non poteris habere Christum alium, qui pro te moriatur, vel eisdem Christi mortem aliam. Dicit tibi Christus. Serua salutem tuam, ego semel pro illa mortuus sum. Si illam amiseris, ego iterum mori non possum, tamen eadem morte amissam iterum reddere possum. Sed nolo mihi iniuriam facias: quia si salutem tuam, morte mea acquisitam voluntarie peccando iterum amiseris, quantum in te est, iterum crucifigi, iterum me mori compellis. Ego carnem meam hostiam obtuli, ut de peccato pœnitentes veniam consequerentur, non ut voluntarie peccantes, & in peccato persistentes iustificarentur. Qui ergo de peccato pœnitent, habent in ea hostiam expiationis. Qui autem in peccatis suis voluntarie permanent, non habent ex ea causam saluationis. Hostia quidem ista data fuit illis, ut per eam expiarentur de peccato pœnitentes: sed iam nunc relinquitur eis ipsa hostia, ut per eam in peccato voluntarie persistentes iustificentur. Non ergo putent voluntarie peccantes istam hostiam ad se pertinere: quia voluntarie peccantibus iam non relinquitur hostia.

pro peccato: quia non possunt sibi eam usurpare, quæ ita oblata est, ut ijs proficiat, qui de peccatis pœnitent, non qui permanent in peccatis. Sic vna veritate manifesta, alia quoque in lucem venit. Quod autem dictum est, quod non est locus secundæ pœnitentiæ: ita quidam intelligere volunt: quia tota hæc vita locus est pœnitentiæ homini peccatori. Qui hic pœnitentiam facere volunt, locum habent: quia hic locus datus est pœnitendi hominibus. Qui autem hic pœnitentiam facere nolunt: in alia vita etiam si voluerint, facere pœnitentiam non poterunt: ita ut fructum habeat pœnitentiæ illorum, quia locum non habet. Prima ergo pœnitentia in hac vita locum habet, Secunda pœnitentia post hanc vitam locum non habet: nec fructum habent, etiam si dolorem habent. Alij hoc dictum intelligunt de publica pœnitentia, quam dicunt, iterari non posse propter rigorem & castigationem, ne homines sacramenta Dei contemnant. Sed vnusquisque prout potuerit secundum veritatem sentiat. Ego illum, qui dixerit ideo locum non esse secundæ pœnitentiæ: quia vna debet esse pœnitentia homini, quàm diu viuit: ut semper de præteritis doleat, & se a futuris custodiat, & nunquam ad peccata redeat, quæ semel dimisit, & qui hoc facit, quod debet facere, facit. Et qui aliter facit. i. qui ad peccata præterita reuertitur: ut cum peccauerit, quàm diu vult iterum ad pœnitentiam redeat, & quasi post primam secundam faciat pœnitentiam, facit quod facere non debet: nec tamen, in eo quod pœnitet, male facit, sed in eo quod non perseverat in pœnitentia, male facit. Qui sic dixerit locum non esse secundæ pœnitentiæ: ego illum faciliorem inuenisse exitum puto, & sine scrupulo quæstionis molestiam declinasse.

De ijs, qui in extremis pœnitent. Cap. V.

Querunt quidam, quid de ijs sentiendum sit qui in peccatis suis vsque ad finem vitæ perseverauerant, & tamen in extremis morte imminente territi compunguntur & pœnitent: & ex toto corde misericordiam & indulgentiam querunt, etiam si satisfactionem articulo temporis præuenti persolvere non possunt. Breuiter, quod mihi videtur, absoluo. Ego puto hominem quàm diu in hac vita viuit, sicut malum facere potest, ita & emendare posse si fecerit, & nunquam quocumque tempore etiam in extremis & in articulo necessitatis pœnitentiam hominis infructuosam esse, si vera fuerit. Ego scripturam audio dicentem. Quia in quacunque hora ingemuerit peccator, saluus erit. Non dicit, biduo aut biennio ante mortem si ingemuerit, sed quacunque hora ingemuerit, saluus erit. Ergo tu noli ponere tempus misericordiam Dei, ne forte iudicium tuum tibi ipsi aduersetur. Noli ponere legem, quæ tibi non expedit. Peccator es, ama misericordiam: quia si non amas, non mereris. Nec tamen sub hac spe secure tibi peccatum est. Propterea quod in spe si conuersus fueris, salus tibi promittitur. Nam quis est tunc venia tibi (si vere pœnitueris) pmittat: non tibi, ut tunc venia

re pœnitere debeas, promittitur. Valde difficile est, ut tunc vera sit pœnitentia, quando tam serâ venit. Quando cruciatus membra ligat, & dolor sensum opprimit, vix homo aliud cogitare potest. Ergo si vis securus esse, pœnitentiam age dum sanus es. Dum mens sibi vacare potest, exerce illam in opere suo. Valde suspecta debet esse pœnitentia, quæ coacta videtur esse. Facile est, ut homo se nolle putet, quod posse non datur. Possibilitas optime voluntatem probat. Si nō facis dum potes, manifeste ostendis quod non vis. Quāuis autem in tempore sanitatis securior sit pœnitentia, tamen melior est fera, quā nulla. Ante finem time: ne pœnitere differas: in fine confide, ut vel tunc respicias. Quod si tunc fortē tibi suppetere non vides tempus boni operis, egredere tamen in spe firmam cum arrha bonæ deuotionis. Multum fera fuit latronis pœnitentia, sed indulgentia fera non fuit. Quod tandiu petere distulit, vide quā cito accipit: Cor contritum & humiliatum Deus noster nūquā despiciet: quia mortem non vult peccatoris, sed ut conuertatur & viuat.

Psal. 50.
Ezec. 33

Quod sola bona voluntas sufficit, si facultas operandi non datur. Cap. VI.

Luc. 2.

SI ergo bonam voluntatem habes, noli desperare. Angeli de cælo clamant: pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Non dixerunt pax hominibus diuitibus, aut nobilibus, aut potentibus, siue multa facere valentibus. Si hoc dixissent, timendum tibi esset. Quia hæc omnia etiam inuitis abesse possunt, & adesse nō amantibus similiter. Voluntas nulli abesse potest, nisi volenti. Tale aliquid est voluntas, quod nec dari nec auferri possit inuito. Propterea voluntas hoīs est p̄as Dei. Et iō voluntas hoīs est, quia velle in p̄ate hoīs est: & non pōt voluntatem tollere homini aliqua violētia extrinsecus incutrens, neq; infirmitas, neq; aduersitas ulla, neq; paupertas voluntatem homini tollere potest, nisi ipse homo voluerit. Opus ei auferri potest, etiam quando ipse non vult: voluntas non potest. Propterea non est in ipso quando possit, sed in ipso est quando velit: etiam quāuis ex ipso nō sit voluntas, quando vult: quia & ipsum velle bonum ex Deo est. Idcirco tamen in ipso homine dī esse quā dovelit, quia extrinsecus velle hominis impedire non potest. Ad hoc ut velit nihil foris queritur, totū in ipso est, quod ad hoc faciendū opus est. Nō q̄rit aliquid extra se, ut velle habeat i se. Idcirco velle ē in ipso, posse in ipso nō est, nisi aliud foris apponatur ad explicandā volūtate: quod quā adesse debeat, vel abesse, in p̄ate hominis non est. Idcirco quādo nō vult bonum, non culpatur nisi ipse. Quando autem non pōt, si vult quidem propter voluntatem impossibilitas non imputatur: si autem non vult propter impossibilitatem, voluntas non excusatur. Totum ergo meritum in voluntate est. Quāntū vis, tū mereris. Sed dicis. Si solum velle meritum est, & si meritum hominis in sola constat voluntate: Quid ergo opus facit? Habeo voluntatem, & sufficit mihi. Quid necesse est operari, si opus nihil fa-

cit? Sed voluntatem sine opere habere non potes, quā operari potes. Non est volūtas, si non operatur quod pōt. Si autem non pōt operari, sufficit ipsa sibi, & habet meritum suum propter se, i quo sola placet, & bona est. Sed dicis iterum. Si totum meritū in voluntate est: nihil amplius ex opere est, etiam quando ipsum opus cum voluntate est: quare ergo opus requiritur, si p̄ opere merito hominis nihil adijcitur uel aufertur? Audi quare. Ideo post voluntatem etiam opus requiritur, ut ipso opere voluntas augeatur. Tale est cor hominis, ut opere suo amplius inardescat, siue ad bonitatem amādam, si rectum est: siue ad malitiam, si prauum est. Ita vtri que affectus opere nutritur, ut crescat, & amplior sit: & vix fieri potest, ut voluntas opere suo nō augeatur. Quantum ergo voluntas crescit, tū meritum crescit, & tū ipsum opus voluntati aut prodest in bonum, aut in malum nocet, quantum ipsam voluntatem ad affectum bonitatis, siue malitiae, accendendo exercet. Et si fortē contigerit tantam esse voluntatem in eo, qui non operatur, quāta est in illo, qui opus exercet, ubi eadem voluntas est, meritum dissimile esse non potest. Sed dicis iterum. Si totum meritum in voluntate est, ergo opus bonum non remuneratur, sed sola voluntas. Vide quomodo hoc intelligere velis. Nam si aliquid & hoc ueraciter dī, quod hominis uolūtas siue ad bonum siue ad malum sola remuneratur. Et rursum conuenienter dī: quod opus, & uoluntas, & ipse etiam hō uolens & operans pro uoluntate & opere remuneratur. Dicitur uolūtas remunerari, quia in ipsa meritum constat. Dicitur & opus remunerari, quia in ipso constat causa siue occasio merendi. Voluntas remuneratur pro opere: opus remuneratur pro uoluntate. Voluntas remuneratur pro opere, quia in illo ut placeret meruit. Opus remuneratur pro uoluntate, quia ex illa ut placeret accepit. Voluntas placet, quia ipsa bona est: & in ipsa iustitia est, quæ placet. Opus placet, quia ex uoluntate bona est, & signum iustitiæ & bonitatis quæ in ipsa uoluntate est, & placet. Voluntas placet pro eo, quod in ipsa est: opus placet pro eo, ex quo ipsum est. Sicut ergo sola iustitia est, pro qua & uoluntas placet, & opus uoluntatis: sic non dicitur, sed una retributio est, qua & uoluntas remuneratur, & opus uoluntatis. Vna ergo retributio est, qua & hō remunerari dī, quia illi datur: & uoluntas remunerari dī, quia pro illa datur: & opus remunerari dī, in quo uoluntas ipsa placere meretur. Etiam quā nō operatur, uel uoluntas placet in hoc, quod uoluit operari: & de ipso opere placet, et quā illud facere nō pōt. Sēper ergo placet uoluntas p̄ opere & hō nūq̄ placet nisi p̄ uolūtate. Tū quā hō p̄ uolūtate placet, iō placet, quia ipsa uolūtas placet. Quā autem uoluntas p̄ opus placet, non sic placet, quasi opus p̄ se placeat, & uoluntas p̄pter opus, cū potius propter se uoluntas placeat, & opus propter uoluntatem. Sed dicitur propter opus placere uoluntas, quia ipsa uoluntas operis est, & de opere est quod placet. Velle enim semper aliquid uelle est, & placet hō, quia uult aliquid p̄ uolūtate in stā, quod de aliquo est: & ideo iusta est, quia est de quo esse de-

Obiect.

Obiect.

Voluntas, opus, & hō quō remunerantur.

R.

topus.

topus.

X.

esse de-

esse debet, & talis est, qualis esse debet. Sic ergo in uoluntate totum meritum est, etiā si respectu operis sit: quod opus siue sit, siue non sit, nihil in uoluntate minus est: nisi fortē in hoc quod uoluntas ipsa maior fieret, si ipsum opus fieret. Si ergo magnum meritum habere vis, magnam habere uoluntatem. Magna fiducia. Tū mereris, quāntum vis. Pōt esse uoluntate pares, qui facultate sunt impares. Multum dedit Zacchæus, qui diues erat, & multum habebat. Vidua illa, quæ duo minuta misit, parum habuit, & parum dedit: & tū tū dedit, quantum Zacchæus. Minores facultates ferebat, sed parem uoluntatem habebat. Si attendas quæ dederint, diuersa inuenies: si attendas unde dederint, paria inuenies. Non autem pensat Deus quantum datur, sed ex quanto detur. Si ergo ubi plus datur, & ubi minus, differens meritum non est, si æqualis utrinque uoluntas habeatur: ergo ubi aliquid datur, & ubi nihil datur, differens meritum esse non potest, si æqualis utrinque uoluntas habeatur. Ideo dixi tibi, ut non desperes, si facultas deest tibi: ad sit bona uoluntas, quantum vis, tū mereris. Fac ergo uoluntatem magnam, si vis habere meritum magnum. Bene hoc sciuit peccatrix illa, quæ quia multum habuit quod dimitteretur, non attulit substantiā magnam, sed dilectionem magnam. Multum contra multum. Si multa pecunia magis quā charitate multa iniquitas multa redimeretur, feliciores diuites essent quā pauperes, & secure peccare possent quāntum uellent, & quandiu uellent. In ipsis. n. esset redemptio peccatorum suorum. Quando uellent darent pecuniam, & haberent iustitiam. Nunc autem bene facit Deus, quia in eo posuit redemptionem nostram, ubi nullus, nisi ipse velit, egere potest. Amare possunt æqualiter & diues & pauper, etiam si pecuniam æqualiter dare non possunt. Dilige multū, si vis ut multum tibi dimittatur. Dimittuntur (inquit) ei peccata multa, quā dilexit multū. Cui plus dimittitur, plus diligit. Aliquid contrarietatis hic esse uis. Si. n. ei ideo dimittuntur peccata multa, quā dilexit multum: uel dilectio prior esse quam remissio: & rursum si ille plus diligit, cui plus dimittitur, uel prior esse remissio quam dilectio. Sic enim dictum est. Duo debitores erant uni feneratori. Vnus debebat multum, alius parū. Vnus plus, alius minus. Cum non haberent unde redderent, donauit utrique. Quis ergo eum plus diligit? Et respondit. Ultimo quia is, cui plus donauit. Uel hic prior esse remissio, & posterior dilectio. Ideo enim multum diligitur, quia multum dimittitur. Postea subiungit ostendens quare istam propositionem fecerit. Vides, inquit, hanc mulierem? Intraui in domū tuam: aquam pedibus meis non dedisti. Hæc autem, postquam intraui, lauit lachrymis pedes meos, & capillis exterxit. Et postea. Propterea, inquit, dico tibi: dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multū. Cui minus dimittitur, minus diligit: & cui plus dimittitur, plus diligit. Non uidentur ista coherere: quia dixit eum plus diligere, cui plus dimittitur: & huic iccirco multū dimittim, quia multum dilexit. In hoc igitur non uel conueniens esse similitudo, nisi forte sic dicat: quia in hoc apparet, quod mul-

Luc. 7.

Dubiū.

tum ei dimittitur, quia dilexit multum: quia ille, cui plus dimittitur, plus diligit. Dimittuntur (inquit) ei peccata multa, quia dilexit multū. Dimittuntur illi peccata multa. Et unde hoc probō, aut quō illud ostendo, quod dimittuntur ei peccata multa? In hoc, inquit, quia dilexit multum. Magna dilectio magnæ remissionis indicium est. Cui enim plus dimittitur, plus diligit. Debitor enim est ille, cui plus dimittitur, ut plus diligit. Et si plus diligit, facit quod debet: & ostendit se multum accepisse in eo, quod multum reddit. Sic igitur mulier ista multum officiosa, multum sedula, multum deuota, diligit multum, quia multum se accepisse agnoscit. Dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Si quis ergo ita intelligere uelit quod dictum est: Dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Nihil inconueniens erit. Sed uel fortassis alicui hoc magis ad ueritatem pertinere, ut illam hic dilectionem intelligamus, qua mulier peccatrix desiderio sanitatis accensa diligere cepit saluatorem, a quo se credidit hñe salutem, & quia agnouit multum esse, quod sibi ab eo dimittendū esse sperauit: ideo multum dilexit. Nōdum adhuc audierat, dimittuntur tibi peccata tua. Adhuc quod mulier impetrare desiderauit, postulauit, & tū quasi iam accepisset, datorem suum amauit, a quo se quod petijt acceptura non dubitauit. Ideo inquit: Fides tua te saluā fecit. Quia. n. credidisti, dilexisti: & quia dilexisti, meruisti: iō fides tua te saluam fecit. Ex quo fides cepit, salus cepit. Sed tu nesciebas, quod ego te per fidem & dilectionem ad me traherem, ut credenti & diligenti peccata multa condonarem. Tu autem fortē hoc non cogitabas. Iō ut scias & cōtoleris, nūc dico: Dimittunt tibi peccata tua. Cui plus dimittitur, plus diligit. Alij diligunt postquam accipiūt, & tu prius quam acciperes dilexisti, quia te accepturam credidisti. Ideo fides tua te saluam fecit. Vade in pace. Vide nunc quantum facit charitas, quantum facit bona uoluntas: Noli ergo timere. Si bona uolūtas pigra non fuerit, indulgentia tarda non erit.

Quod homo opus indicat: Deus uoluntatem pensat. Cap. VII.

Duo sunt, uoluntas & opus uoluntatis. Deus uoluntatem pensat, homo opus iudicat. Sed sunt iterum opera alia occulta, quæ nesciunt: alia dubia, quæ non discernuntur: alia manifesta, id est uel ita mala, ut nō ualeant abscondi, siue ita bona, ut de eis non possit dubitari. Occulta & dubia diuino iudicio reseruant. Quæ autem manifesta sunt, si bona sunt, per approbationem iudicantur, sed per retributionem non iudicantur: quia præmium & merces illorū in posterum reseruantur. Mala uoluit Deus hic iudicari & puniri, ne si in posterum illorum iudicium seruaretur, non ad correctionem, sed ad damnationem omne iudicium exerceretur. Propterea positi sunt homines iudices uice Dei, ut culpas subiectorū examinando castigent, ut in fine cum uenerit iudex Deus, correctos saluare possit, quos corrigendos humano iudicio subiecit. Data sunt

sunt

sunt ergo iudicia, & contra culpas diuerfas expian-
das, correctionū & satisfactionum modus ac me-
tura rationabili definitione præfigitur: & est scrip-
tus liber pœnitentialis, in quo quali spiritalis me-
dicinæ antidota proponuntur, ubi medici anima-
rum accipiant, quod contra morbos peccatorum
ægris sanandis mentibus apponant.

*De remissione peccatorum: & an sacerdotes,
qui homines sunt, possint dimittere pec-
cata. Cap. VIII.*

Potestati remittendi peccata quidā soli Deo ita
ascribere conantur, ut in ea hominem participē
fieri posse nullo modo concedant. Et ad confirma-
tionem huius assertionis adducunt mundationem
illius leprosi, quem Dominus prius per semetipsū
sanitati restituit, ac sic deinde ad sacerdotes mittit:
non ut eius mundatio uirtute illorum perficeretur,
sed ut tantummodo testimonio illorum confir-
maretur. Simili modo nunc in præsentī ecclesia
dicunt ministeria sacerdotum nihil amplius virtu-
tis habere, nisi quædam tantummodo signa esse, ut
ille uidelicet, qui prius per contritionem cordis
intus a Domino absoluitur, postmodum in con-
fessione oris ab eis absolutus esse ostēdatur. Quod
autem in sola cordis contritione etiam ante confes-
sionem oris peccata dimittantur, prophético illo
testimonio probare uolunt, quo dicitur: Quacunq;
hora ingemuerit peccator, saluus erit. Et alibi. Quia
adhuc te loquente dicam: Ecce adsum. Et Psalmis-
ta. Dixi (inquit) confitebor aduersum me in iniqui-
tatem meam Domino: & tu remisisti impietatem
peccati mei. Idcirco tamen post contritionem cor-
dis confessionem quoq; oris esse necessariam: quia
si quis etiam post impetratam ueniā peccatorum
confiteri eadem peccata sua neglexerit, quasi in-
stitutionis diuinæ contempserit, quamuis nō peccatis
quæ iam dimissa sunt, reus teneatur, tamen pro cō-
tempso reus erit. Vel fortassis, quia ipsa peccata
iam ad contumacem redeunt, quæ prius per com-
punctionem humiliato dimissa fuerunt. Hac ergo
ratione probant homines nullo modo potestatem ha-
bere dimittendi peccata, sed hanc solius Dei esse,
sicut etiam in euangelio Iudæi contra Dominum
murmurantes: quia dixerat paralytico: Dimissa sūt
tibi peccata tua: aierunt solum Deum posse pecca-
ta dimittere. Sed fortassis qui hæc de absolute
peccatorū dicunt, quō quisq; peccato ligetur, non
satis diligenter attendunt. Duobus. n. modis pecca-
tor ligatus est. Ligatus est obduratione mentis, li-
gatus est debito futuræ damnationis. Quamdiu nā
que grā Dei cum homine est, solutus est homo, & ad
bene operandum expeditus: Sed cum per peccatū
grā Dei subtrahitur, ita ipsa sua obduratione
mens intrinsecus obligatur. Ista obduratio siue ex-
cæcatio mentis, interiores tenebræ sunt, in quibus
homo pro peccato suo in præsentī obligatus tene-
tur: & nisi ab eis in hac uita solutus fuerit, postmo-
dum ligatis manibus: & pedibus in tenebras exte-
riores proijcietur. Sed quia nemo sua uirtute post-
ruinam peccati surgere ualere, nisi diuina miseri-

corda gratuito præueniens eum suscitaret. Ideo
necesse est, ut Deus gratiam suam, quam peccanti-
bus nobis iuste subtraxerat, quā ad penitentiam ui-
uificandi sumus, sola misericordia nullis nostris me-
ritis præcedentibus reddat: quatenus ipsa grā adue-
niens cor nostrum a torpore infidelitatis, & a pec-
cati morte exuscitet: ut. s. dū primū ipsa sola ope-
rante ad pœnitentiam cōpuncti a uinculis torpo-
ris absolui, etiam ipsa deinde cooperante, pœ-
nitentes a debito damnationis absolui mereamur.
Hoc bene in resuscitatione Lazari signatum est,
quem ipse Dñs per se prius intrinsecus a uinculo
mortis absoluit, uiuificatū autē de foris ministerio
ipsorum Apostolorum solui præcepit. Sic nāq; in
sancta ecclesia nunc mortuos ad cōpunctionem
grām suam interius uiuificans ad cōpunctionem
accendit, atq; uiuificatos per confessionem foras
venire præcipit: ac sic deinde confitentes per mini-
sterium sacerdotum ab exteriori uinculo, hoc est a
debito damnationis absoluit. Bene autē debitum
damnationis exterius uinculum dicitur: quia pertinet
ad tenebras exteriores, quas euadere dignus non
est, quisquis prius in hac uita a tenebris interiori-
bus solui non meretur. Sed male (inquiunt) de sa-
cerdote Deum facitis, qui ei potestatem dimittendi
peccata, quod soli Deo competit, tribuitis. Non
ego sacerdotes deos facio, sermo diuinus, qui men-
tiri non potest, sacerdotes deos dicit. Dijs, inquit, nō
detrahas, & principi populi tui non maledices. Illi
vero contra legis præceptum dijs detrahunt, quia
potestatem diuinitus collatam sacerdotibus auferre
uolunt. Neq; uero ego sacerdotibus potestatem di-
mittendi peccata tribui. Ille hominibus potestatem diu-
nam tribuit, qui de hominibus deos facit. Sed tamen
ipse, sicut ex semetipso Deus est, ita etiam per se-
metipsum quando uult sine humana cooperatio-
ne peccata dimittere potest. Hi uero, qui ex semetip-
sīs dijs nō sunt, et nisi eo, a quo sunt hoc quod sūt,
in eis & per eos operante, & eis cooperante pecca-
ta dimittere nō pnt. Quō ergo solus Deus bonus
est: nec tamen inde sequitur bonos nō esse, et eos,
qui Deo seruiunt: & quō solus Deus mirabilia facit,
& tamen de iusto homine dicitur: fecit. n. mirabilia in
uita sua: ita et solus Deus peccata dimittit; tunc
quoq; quando sacerdos ab eo & per eum dimittit.
Ipse. n. hoc in homine facit, quod nō per eum facit:
nec ideo dicendum est hominē ibi nihil facere, quia
per eum Deus facit. Immo uero ideo multo meli-
us, & multo uerius facere, quia per eum Deus facit.
Hinc est quod Petro principi Apostolorum dicit:
Tibi dabo clauēs regni celorum. Quodcumq; liga-
ueris super terrā, erit ligatum & in cælis: & quod-
cumq; solueris super terrā, erit solutum & in cæ-
lis. Non dixit, quodcumq; solueris: hoc est, ut illi
aiunt solutum ostenderis: fuit solutum, sed erit so-
lutum, quia sententiam Petri nō præcedit, sed sub-
sequitur sententia cæli. Ne autē hoc soli Petro con-
cessum esse putet: audi quod omnibus Apstolis, ac per hoc
omnibus Apostolorum successoribus, & Apstolorum uice
fungentibus dicat. Accipite, inquit, spiritum
sanctum, quorum remiseritis peccata, remittun-
tur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Vbi
dixit:

*Sacerdo-
tes dijs vo-
cantur.
Exo. 22.*

Eccl. 31.

*Matt. 16.
Remittendi peccata
Christus
episcopis,
ac Sacerdo-
tibus in ec-
clesia con-
cessit.*

Ioan. 20

dixit: si ostenderitis, fuit: Nusquam dixit hoc: sed
dixit: si feceritis, erit. Audiant ergo & intelligant,
quorum remiseritis peccata &c. Quibus hoc dice-
batur, prius dictum fuerat, Accipite Spiritum sanctū,
quorum remiseritis peccata &c. ne uel quod daba-
tur crederetur contemptibile, uel quod accipientes
operantur, existimeretur ex humana uirtute procede-
re. Non ergo mirum est, si homines peccata dimitte-
re possunt: quia ut hoc possint, non ex sua, sed diui-
na uirtute accipiunt: & hoc hominibus Deum dare
nihil est aliud, quā Deum hoc per homines facere.
E Quod autem de mundatione leprosi opponunt, mi-
nime eorum opinioni suffragatur: quia si ideo pec-
cator ante confessionem absolui credendus est, quia
leprosus mundatus est ante demonstrationem, eadē
ratione peccator post compunctionem ad sacerdo-
tem ire non debet peccatum suum plangere, sed ius-
titiam demonstrare: quia & ille ad sacerdotes mis-
sus est, non ut sanitatem reciperet, sed ut sanitatem
demonstraret: quod omnino fides Christiana abhor-
ret. Propterea si miraculum, quod Dominus opera-
tus est, sacerdotibus non ob reuerentiam officij, sed
ad improprium ostenditur: quid aliud quam noui
quoque sacerdotij in spiritali curatione contemptus
generatur? Sed & illud quod dicunt: Quacunq; ho-
ra ingemuerit peccator saluus erit: ego de ijs præci-
pue dictum existimo, qui totam uitam suam in pec-
cato agentes in sine pœnitent, & peccata deserunt:
quando iam in hac uita tempus satisfactionis habe-
re non possunt. Quibus dicitur, ne tamen ullo mo-
do de uenia desperent, quia & tunc quoque si uere
pœnituerint, misericordiam consequi ualent. Hoc
est enim quacunq; hora scilicet etiam in extremis,
etiam in articulo necessitatis, si peccator ingemue-
rit, hoc est ex tota cordis contritione conuersus fue-
rit, saluus erit ab æterna scilicet damnatione. Quasi
alijs uerbis diceretur. Quacunq; hora in præsentī
uita peccator uere pœnituerit, in futura uita non pe-
ribit. Quod si quis cōtendat illud, quod dictum est,
saluus erit, non esse dictum de saluatione, quæ in fu-
turo tribuitur, sed de illa potius, quæ in præsentī ab-
solute peccatorum condonatur: non necesse est
tñ nos dicere, quod peccator ab omni debito absol-
uatur statim, ex quo gemere cœperit, donec totum
consecutus fuerit remedium, quod Deus ad obtinē-
dam ueniā instituit. Hoc est autem remedium, ut
corde pœniteat, & ore confiteatur delictum. Quod
cum fecerit, iam amplius debitor damnationis non
erit, etiam si satisfactio restat, quam pro peccato per-
soluat. Quod si forte peccator uere pœniteat, sed in-
tercurrente articulo necessitatis ad confessionē ue-
nire non possit, confidenter pronuntio, quod in
eo summus sacerdos complet quod mortalis nō po-
tuit, & apud Deum iam factum constat, quod homo
quidem uere uoluit, sed non ualuit adimplere, quia
confessionem non contemptus exclusit, sed impedi-
uit necessitas. Proinde si id, quod dictum est: quacū-
que hora ingemuerit peccator, saluus erit, de præsen-
ti salute accipitur: sic intelligendum est, ac si diceretur:
tunc peccatoris salus incipit, quando ueraciter
pro delictis suis ingemiscit: quæ tamen salus tūc ple-
ne perficitur, quando id unde ingemuerit et ore cō-

Ezec. 33

*Ezec. 33
Esa. 65
Psal. 31.
Confessio-
nis pecca-
torū neces-
sitas.*

*Marci. 2
Lucæ. 5.*

*C
Duplex
peccatoris
uinculum.*

fitetur. Item illud, quod dicitur: quia adhuc te loquē-
te dicam: ecce adsum: sic conuenienter potest acci-
pi: quod prius Deus adest per gratiā, ut cor pñiam cōpun-
gat: deinde adest, ut peccatorum indulgentiā confi-
tenti tribuat. Postremo, id quod de Psalmista opponit.
Dixi, confitebor &c. Sanctus Gregorius de culpa co-
gitationis tñ modo dictū esse asserit in hæc uerba.
Sepe misericors Deus eo citius peccata cordis ablu-
it quo hæc exire ad opera nō pmittit. Vnde recte per
Psalmistā dicitur. Dixi, confitebor &c. Et paulo post,
quam facilis sit super hoc uenia: ostendit, qui dū se
adhuc promittit petere hoc, quod se petere promit-
tebat, obtinuit quatenus quia usque ad opus nō ue-
nerat culpa, usque ad cruciatum nō perueniret pñia,
sed cogitata afflictio mentem tergeret, quam nimirū
tñ modo cogitata iniquitas inquinasset. Quod si
quis hoc de quolibet delicto uelit accipere: sciat tñ
aliud peccatū esse, aliud impietatem peccati. Impie-
tas nanque peccati ipsa rectissime obduratio cordis
accipitur, quæ primum in compunctione soluitur,
ut postmodum in cōfessione peccatum ipsum, id est
debitum damnationis absoluat. Sed siue hoc siue
alio quocumque modo prædictæ auctoritates expo-
nantur: nos uerisimile confitemur sacerdotes Dei in
ecclesia potestatem habere ligandi atque soluendi:
nō perfunctorie & inuisitato quodam genere loquē-
di significatam, sed ueraciter a Deo concessam, qui-
bus dictum est: Quorum remiseritis peccata remit-
tuntur eis; & quorum retinueritis, retenta erunt. Sed
forte quis opponet, quod sacerdotes multos in eccle-
sia ligant, qui apud Deum non ligantur, item multos
soluunt, qui apud Deum ligati permanent; quia sæpe
& innocentes ligant, & in reatu pmanentes absoluit,
& sic uerū non erit; quorum remiseritis &c. sed sciē-
dū est, quod sæpe sacra scriptura sic de te aliqua loqui-
tur, ut quid inde euenturū sit pñuntiare uideatur, &
tñ uirtutē eius magis quā euentū exprimat; quia non quod
euenire debeat, sed quod uenire possit ostendit. Verbi
gratia, Dicit quodam loco scriptura. Qui crediderit
& baptizatus fuerit, saluus erit; & tñ scimus, quod multi
credentes baptismum percipiunt, qui postea culpis
suis exigentibus reprobari ad salutem æternam non
pertingūt. Item in alio loco. Qui manducat carnem
meam, & bibit meum sanguinem, habet uitam æter-
nam, & in iudicium non ueniet, sed transiet a mor-
te in uitā. & tñ Paulus dicit; Quod quisquis corpus
Domini indigne manducare, & calicem bibere præ-
sumpserit, iudicium sibi manducat, & bibit. Vbi que
ergo magis uirtus sacramentorum exprimitur, nec
quod per eā quilibet participantes saluandi sint, sed quod sal-
uari possint significatur; Quasi diceretur. Tanta uir-
tus est baptismatis, ut quisquis illud fideliter & deuote
acceperit, per illud ad æternā salutē pertingere possit.
Item tanta uirtus est in sumptione corporis & san-
guinis Christi, ut per illud, quicūque digne sumpe-
rit, æternam uitam consequi possit. Simili modo
hoc dictum existimo. Quorum remiseritis &c. Ac si
apertius diceretur. Tātā uobis potestati in soluēdis,
& ligandis peccatis tribuo, ut quisquis a uobis liga-
ri meruerit, apud me solutus esse non possit; & quis
quis a uobis solui meruerit, iam apud me ligatus
non sit. Audiant homines, intelligant pecca-
tores

Esa. 65.

Plal. 31

*Ioan. 20.
Obiect.*

Marci 16

Ioan. 6.

1. Cor. 11.

M. Hug. à S. Viçt. To. iij. Ggg tores

tores quod presidium eis a Deo conceditur, quod rursus iudicium preparatur. Fortassis Deum necdum interpellare praesumunt, habent homines sacerdotes uice Dei fungentes, cum quibus interim causam suam sine periculo agere possunt. Ament intercessores, & timeant iudices. Sed fortassis iterum quaerit aliquis, quid opus sit Deo ad soluenda peccata hominum, homines cooperatores querere, quasi per se quod uoluerit non ualeat adimplere. Sed certissime scire debemus, quod in abolendis peccatis nequaquam Deo humana cooperatio suffragatur. Ideo tamen hominem cooperatore fieri: quia salus peccatoris eo modo competentius perficitur. Quid enim peccata, nisi plagae quaedam sunt: & quid est poenitentia, nisi medicina? Et scimus, quod in sanandis uulneribus carnis, nisi congruum adhibeatur remedium dolori nequaquam sequitur effectus curationis. Quia ergo per superbiam omne peccatum geritur, necesse est, ut per humilitatem omnis poenitentia condidatur: quatenus inobedientiam obedientia frangat, & elationis tumorem humilitatis deuotio premat. Conueniens ergo ualde est, ut nos, qui peccando Deo contumaces fuimus, poenitendo hominibus etiam seruis Dei supplices simus: & homo, qui ad Dei gratiam conseruandam mediatore non eguit, iam eam recuperare non nisi per hominem mediatorem possit. Nam & hoc saluberimum est peccatori, ut discat quam longe peccando a Deo recesserit, cum tam difficulter poenitendo ad Deum redit: quia & cautior de reliquo efficitur, cum non sine graui labore poenitendi aditus indulgentiae aperitur. Gemat ergo peccator & suspiret, & anxius pro peccato suo timeat & expauescat, sollicitus discurrat, auxiliatores & intercessores quaerat, prosternat se humiliter homini, qui humiliter noluit astare creatori, ut in hoc etiam facto quodammodo ad Deum clamet, & dicat: Vide Domine, & considera, & attende quod facio. Scio quidem Domine, & fateor, quod tibi subijci nolle damnabilis fuit elatio: sed iam propter te coram homine prosterni non sit quaeso despicibilis deuotio. Magnus est, quod abstuli, nec parum est, quod reddo. O quam suavis & iocunda Dei nostri miseratio. Totum bonum nostrum ipse in nobis operatur, & uelut pater alludens in filiis sic totum facit, ut quasi nihil facere uideatur. Ecce peccator compunctus gemit, suspirat, lachrymatur, confitetur reatum suum, postulat ueniam, flagitat misericordiam: & hoc totum quasi ex homine esse creditur. Sed quis quaeso hoc facit nisi ille, qui intus praesidet, & cor hominis ad hoc faciendum mouet? Obsecro, ut non sit onerosum, si breue quoddam huius rei exemplum proposuero. Pater quidam contumacem filium quasi cum magno furore expulit, ut ita afflictus humiliari disceret. Sed illo in contumacia sua persistente quadam secreta dispensatione consilij, a patre mater mittitur, ut non quasi a patre missa, sed quasi materna per te pietate ducta ueniens muliebri lenitate obstinatum demulceat, contumacem ad humilitatem fleat, uehementer patrem iratum nuntiet, se tamen interuenturam spondeat, ueniam promittat, consilium salutis suggerat, intercessores quaerere suadeat, non nisi magnis precibus patrem placari posse

dicat: causam tamen rei se suscepturam asserat, & ad bonum finem rem omnem se perducturam promittat. Videte quaeso si non ita causa nostra agit. Peccatum filium Deus pater quasi expulit iratus, cui tamen in proposito bonae uoluntatis suae fortassis nunquam iratus fuit. Sed quia infirmitas humana per se de lapsu surgere non ualeat, ad cor peccatoris mater gratia mittitur, sacerdos intercessor quaeritur, ut Deus, qui iratus non fuerat, complacetur. Quid dicam? Quis sapiens, & custodiet haec, & intelliget misericordias Domini? Nunquid enim ideo superfluo factum est, quod factum est: quia Deus ab irato in propitium non mutatus est, qui suis nunquam propitius non est? Absit. Sed necesse est sic fieri, quia aliter reatus nostri sceleris non potest expiari. Necesse est sic, quia Deus hoc etiam, quod dare desiderat, a se praecipit postulari. Necesse est ergo sic fieri: quia et si in Deo secundum propositum erga nos ira non fuerat: in nobis tamen secundum reatum ira manebat quae dum debita satisfactione soluitur, ut ira dicam, non Deus homini, sed homo Deo reconciliatur. De peccatis autem, utrum redeant an non, ex quo semel dimissa fuerint, ego interim non asserendum iudico, sed uerendum. Quod tamen si sit, uel non sit: qua iustitia fiat, uel non fiat alterius tractatus operam expectat, eo praecipue quod quaedam diuinarum scripturarum testimonia de hac re ambigue edita leguntur: ita etiam ut ex eis non nihil absurditatis nasci uideatur, quae certe non leui aut transitoria consideratione discutienda sunt.

De eo, utrum peccata redeant postquam semel dimissa fuerint. Cap. IX.

Multa sunt quaestiones hominum. Quamdiu uiuunt, semper quaerunt. Qui enim quaerit, non dum inuenit quod quaerit: & tamen quaerit: quia amisit quod quaerit: & si non amisit, quia forte nunquam habuit: tamen quamdiu quaerit, significat se nondum habere quod quaerit. Propterea quamdiu uiuimus necesse habemus semper quaerere, quia nondum totum habemus, quod habere debemus. Quid est autem hoc, quod quaerere debemus, nisi ueritas, & bonitas? Quae si perfecte haberemus, nihil amplius quaerere deberemus, quia si quid forte amplius esset, adijceretur, etiam si non quaereretur. Quaerite (inquit) primum regnum Dei, & iustitiam eius: & haec omnia adijcientur uobis. Regnum Dei ueritas est, iustitia eius bonitas: haec duo si quaesieris sicut debes, caetera omnia gratis apponuntur. Quare ergo quaerere labores illa, quae gratis habere potes? Si ista quaeris sine illis, aut non habes: si habes, utiliter non habes. Si illa quaeris sine istis, & illa habes ad salutem, & ista ad utilitatem. Omnia, inquit, haec adijcientur uobis. Multa sunt haec, illa pauca sunt. Duo enim sunt ibi, hic plurima inueniuntur, & tamen plus ualent duo illa, quam omnia haec. Noli respicere ad maius, sed ad melius. Noli attendere ad aceruum, sed pensa pretium. Pauca quaere, ut multa inuenias. Haec sunt ergo sola, quae quaerere debent homines, ueritas & bonitas. Et utinam tam studiosi essent ad quaerendam bonitatem, quantum ad quaerendam

rendam ueritatem curiosi inueniuntur. Nescio quo pacto familiare omnibus est ueritatem quaerere, etiam ijs qui bonitatem non amant. In tantum enim omnes ueritatem scire uolunt, ut nemo inueniatur, qui falli uelit. Multi sine bonitate ueritatem quaerunt: sed loca ueritatis est bonitas. Non uenit libenter sine bonitate ueritas: aut si uenit, non uenit ex partibus illis, & de regione illa, ubi salus est. Quaerunt homines, utrum peccata ipsorum ad eos reuertatur postquam semel dimissa fuerint. Scire hoc uolunt, & cauere hoc nolunt. Quare ergo hoc scire uolunt, quod cauere nolunt, nisi quia curiositas eos trahit cum bonitas non delectet? Quaerunt hoc si forte eis dicatur, quae non est ita. Pendent ad nuntium corporis sui, si forte quis ueniat, quod dicat eis, quod audire uolunt. Quaerunt quasi ueritatem: non quod amet uel ipsa ueritatem, quae non diligit bonitatem: sed uerum esse uolunt hoc, quod ipsi uolunt. Ideo ergo quaerunt, si forte illis respondeatur, quod ipsi potius audire uolunt: & si forte quis testis ueritatis uenerit, quod dicat ueritatem contra ipsorum uoluntatem, non excitatur, sed consternatur & corruunt mente, quae non audierunt, quod audire uoluerunt. Idcirco finem malitiae illorum ueritas illis rident: uel sicut uolunt, ut amplius errent: uel sicut nolunt, ut amplius desperent. Tamen quae & hoc ipsum querendum est propter eos, qui excitantur & proficiunt, de ueritate non est absurdum si quaerimus quod et in hac parte conscientia humana, si aliqua ut solet cogitatione pulsetur, sibi debeat respondere. Sic ergo quaeritur, utrum peccata, quae semel poenitenti dimissa fuerint, amplius imputentur: fortassis quod dixerit asserendum non esse hoc sed timendum, securius iudicabit. Melius est enim, aliquando in eiusmodi occultis, quae sine periculo salutis nesciri possunt, timere, quam aliquid definire. Dicit ergo aliquis, quod timendum est hoc, non asserendum. Ego illi, quod cogitationem suam castigare potest, ut hoc ei sufficiat, hoc satis esse puto, & magis fortassis expedire, ut amplius non quaerat. Qui uero urgetur, & animo sollicitatur, neque hic stare potest, ut ultra non pergat ad inquisitionem, illi satisfaciendum esse puto quantum fieri potest salua reuertentia secretorum. Ecce ergo tu quicumque certus esse uis, utrum peccata illa amplius redeant, quae semel dimissa fuerint: uideamus ergo & discutiamus quod te sollicitet. Peccata (inquis) mea dimissa fuerunt: uolo scire si amplius debeant imputari. Quid ergo tibi uidetur? Mihi (inquis) non uidetur, quod debeant de nouo imputari peccata, quae dimissa sunt. Alioquin mutabilis uidetur Deus, quod non teneat sententiam suam, & tam facile mutet iudicium suum. Quomodo mutet? In hoc (inquis) mutet, quae cum prius mihi peccata mea condonauit, dixit quod amplius ea a me non requireret. Non enim condonasset, nisi hoc dixisset. Nunc autem iterum ea requirit, & exigit ad poenam a me quae prius dimiserat. Ideo dico, quod si deus peccata, quae semel dimisit, iterum imputare, mutabilis praedicatur, & uarias uerbum suum, quod semper constare debet: Propterea igitur quia hoc esse non potest, uidetur mihi, quod peccata, quae semel a Deo dimissa sunt, nulla ratione debeant amplius imputari. Sic fortassis tibi uidebitur, & hac ratione confirmabis te, ut non timeas periculum tuum. Sed dic mihi modo quomodo intelligas id, quod dicis: peccata tua tibi dimitti. Si enim non intelligis quomodo recedunt, non intelligis quomodo redeunt: imo si non intelligis quo-

modo adsunt, non intelligis quomodo recedunt, uel quomodo redeunt. Quid ergo dicitur, cum deus peccata imputare? Si dicitur, quia quoniam imputat peccata tibi irascitur: ergo quoniam poenitenti condonat peccata, placatur. Si ergo dicimus, quod deus aliquando iratus postea placatur: quomodo negare poteris, quin in hoc ipso mutetur? Quando ergo imputat, & quando condonat, non mutatione sui, sed mutatione tui imputat, & condonat. Peccata imputat, quando peccatorem dignum poena iudicat. Peccata condonat, quoniam poenitentem dignum uenia iudicat. Et utrobique idem ipse est. Tu mutaris de alio in aliud: modo peccator per culpam, modo iustus per poenitentiam. Ipse non mutatur, sed idem permanet semper, & stans in illo quod ipse est immutabiliter uidet, & discernit quod inuariabiliter factus es, siue de bono malus, siue de malo bonus. Et quoniam te peccatorem uidet, imputat tibi peccata tua, quae talem te discernit, quem digne puniat: quoniam autem poenitentem te uidet, peccata tua tibi condonat, quia talem te discernit, cui iste parcat. Haec autem omnia ipse immutabiliter operatur, quia & cum tu per poenitentiam peccator esse desinis, non tamen ipse desinit scire qualis fuisti: Et cum iustus esse incipis, non tamen ipse incipit scire, quod tu esse incipis: quia & antequam inciperes sciuit qualis tu futurus fuisti, & cum desieris esse quod eras non tamen ignorat ipse qualis fuisti. Non ergo sic intelligas quasi mutetur deus, cum tu mutaris: sed quia propter ea peccata tibi imputare dicitur, quia ira sua & indignatione dignum te discernit: eadem autem postea condonare peccata, quoniam uenia & misericordia dignum agnoscit. Si ergo hoc est peccata imputari, reum esse per culpam: & peccata condonari, iustum fieri per poenitentiam: quare peccata ad hominem reuertuntur? Sed dicis mihi. Ego ipse homo ad peccata reuertitur: non dicis mihi. Ego quando ad peccata reuertor, ira reuertor, ut simile aliquid agam illi, quod prius egi, non tamen hoc ipsum, quod prius egi. Et si idem ago, idem similitudine, non idem ueritate. Idem, quia simile illi: non idem, quia illud. Una similitudo agendi, non tamen actio una. Si ergo dicor pro praeteritis delictis idcirco puniri debere, quia post illa dimissa ad similia perpetranda redeo: ego sic iustum esse fateor, si hoc modo pro illis puniri dicor, quomodo illa perpetrare dicor. Si autem propter hoc solum prima mala agere de nouo dicor, quia alia quaedam ago similia illis: pari modo cum pro illis dicor puniendus, non aliud intelligendum ratio suadet, quam me puniendum esse pro ijs, quae similia prioribus postea perpetravi. Non autem hoc in questione erat: sed utrum uidelicet post prioris delicti indulgentiam, si ipsum delictum repetitur, illa, quae dimissa fuerat, culpa ad subsequenter reuertente reatus duplicetur. Verbi gratia. Quidam pro homicidio perpetrato ex toto corde poenitentiam egit, & indulgentiam consecutus est. Contigit postea, ut homicidium perpetraret. Ecce iste homo duo homicidia fecit, uel potius homicidium bis. Sic enim conuenientius & expressius secundum proprietatem locutionis dicitur. Vnum enim quoddam malum homicidium est, sicut adulterium, & furtum, & fornicatio singula mala sunt, quemadmodum charitas, & patientia, & castitas singulae uirtutes sunt. Et qui duos homines diligit, non

duabus dilectionibus diligit, sed una charitate & una dilectione. Sic ergo homo iste bis homicidium fecit; primo, quoniam penitendo indulgentiam obtinuit; secundo, quando post indulgentiam acceptam iterum homicidium perpetravit. Mortuus est autem homo iste postea sine poenitentia, & damnatus est per peccatis suis. Quæritur ergo de hoc homine, utrum debeat puniri pro illo homicidio, pro quo poenitentiam egit, & indulgentiam accepit. Et si hoc dicitur: quia iustitia hoc fiat non videtur. Nam si puniatur pro eo, quod peccavit & non emendavit: iustitia est manifesta. Si autem iterum requiritur, quod fuerat condonatum, aut iniustitia vera est, aut iustitia occulta. In hoc ergo demonstrari oportet, quia iustitia homo pro eo, quod iam dimissum fuerat, iterum puniatur. Sic fortassis pro hac parte obijciendum tibi videatur. Dic ergo nunc, iustum tibi videtur, ut pro subsequente poenitentiam procedens culpa, quod imputatur, condonetur, & non similiter pro subsequente culpa, quod dimissa fuerat, procedens culpa iterum imputetur? Si subiuncta virtus plagam peccati hiatem claudit: subiuncta culpa non aperit clausam? Si opera bona virtutem pro culpa moriuntur, & pro iustitia iterum mortua vivificantur; quare similiter opera mala, quod pro virtute excusantur, pro culpa iterum non imputantur? Vis ut poenitentiam tamen valeat, ut quod imputatur, condonetur: & non vis, ut culpa tamen valeat, ut quod condonabatur, imputetur? Poenitentia sequens potuit procedentem culpam excusare, ut non noceat aliqui imputata: & sequens culpa non potest procedentem poenitentiam evacuare, ut non possit aliqui fuisse laudata? Si sententia iudicio tuo constare poterit, magis commode quæres quam iustum. Male dicitur homo, quod parte sua deteriori facit. Ideo parte tuam bonam facis, & iudicas bene pro parte tua. Fortassis bene tibi esset, si sententia veritatis tuum iudicium sequeretur: Nunc tibi te iudice damnareris. Sed timeo, ne forte dum tu aliud vis, quam veritas: aliud veritas faciat, quam velis. Magis enim veritatem impleri oportet, quam tuam voluntatem. Tu dicis, quia quod condonatum est, iterum imputari non debet. Ergo similiter quod imputatum est, condonari non debet, si quod condonatum est, iterum imputari non debet. Si poenitentia, quæ placet, facit ut imputata condonetur malitia: & contempnus, quia displicet, non similiter facit ut condonata imputentur? Si humilitas poenitentiam dignum te facit, ut pro ijs etiam, quæ imputabantur, non puniaris: contemptus & transgressio culpæ te dignum non facit, ut pro ijs etiam, quæ condonabantur, culpandus exigaris? Nonne attendis, quod quanto sapientius gratia datur, tanto nequior ingratitude iudicatur? Ecce duo sunt, unus sapientius offendit, & sapientius oranti & deprecanti, veniam indulgetur: alter innocenter vivens, & semper voluntati & imperio prestantis Domini humiliter obediens, non habet pro quo deprecetur: contingit autem postea quod contingere potest, ut uterque in simili culpa offendant. Dic ergo, uter horum amplius reus iudicetur, nisi ille qui post tantam gratiam ingratus comprobatur? leges secunda crimina gravius pleunt: & iterata vulnera difficilius ad sanitatem reducuntur: & tu dicis, quod nihil interest ad reatum subsequentium qualia aut quanta precedentia fuerunt? Si mala prima, quæ per posteriora bona excusata fuerant, per subsequentia iterum mala non vivificantur ad reatum: ergo prima bona, quæ per posteriora mala mortificata fuerant, per subsequentia iterum bona non vivificantur ad meritum? Recte iudicate filij hominum. Si aliter iudicas pro te, aliter con-

tra te, iudex iustus non es. Tamen diligere iustitiam debes, ut nec teipsum diligas contra illam. Literatores sunt, qui causas transformant, & mutant veritatem pro commoditate. Tales iustitia non probat. Domine, inquit, non cognovi literaturam: introibo in potentias Domini: Domine memorabor iustitiam tuam solum. Hoc est iudicium iustum, in quo sola iustitia ita attenditur, ut nihil iustitiam præponatur. Iustum ergo iudicium iudica, si vis ut bona tua iam pridem pro culpa mortua iterum pro iustitiam vivificentur. Noli irasci: neque iniuriam tibi fieri putes, si mala tua iam pridem per poenitentiam excusata, iterum pro malitia tua tibi imputentur. Sed Deus (inquit) dixit de malis meis, quoniam poenitentiam egi, quod ea mihi amplius non imputaret. Similiter & Deus dixit de bonis tuis, quoniam peccasti, quod amplius ea non remuneraret. Si ergo pro dictum Dei stare debet, ut illa amplius non imputentur: quare similiter verbum Dei stare non debet, ut ista amplius non remunerentur? Pro commo tuo vis, ut Deus mentiatur. Vbi autem lædi te sentis, pro veritate ipsius conservanda laboras. Quare ergo hoc facis, nisi quia perverte te diligis, & Deum non diligis? Ipse autem recte diligit veritatem suam, & iuste condonat pravitatem tuam. Quia tamen de dicto Dei argumentum sumere putas, & eius sponsonem præterdis ad defendendam iniquitatem tuam: ipse tibi respondeat quantum confidere debeas, cum male agis in eo, quod prius poenitentiam veniam promissit: & similiter si bene agis, utrum id desperare debeas pro eo, quod male prius agenti mortem & perditionem intendit, Dominus pro prophetam loquitur dicens. Tu fili hominis dic ad filios populi tui: iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die peccaverit: & impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua: & iustus non poterit vivere in iustitia sua, in quacunque die peccaverit: et si dixerit iusto, quod vita vivat, & confusus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiam eius oblivioni tradentur: & in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixerit impij, morte morieris, & egerit poenitentiam de peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam, pignus restituerit impij ille, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quicquam iniustum: vita vivet, & non morietur. Omnia peccata, quæ peccavit, non imputabuntur ei iudicium & iustitiam fecit, vita vivet. Et dixerunt filij populi tui. Non est æquum poteris via Domini: & ipsorum via iniusta est. Vide ergo, quia idcirco presumendum tibi non est si peccaveris, quod prius poenitentiam veniam promittebatur: neque ideo desperandum si bene egeris: quia peccanti mors & damnatio intentabatur. Deus tibi de tuo respondeat, non de suo. Meritum tuum tibi indicat, consilium suum non reuelat. Male agenti dicit, morieris. Bene agenti dicit, vivet. Quid est dicere morieris, nisi damnaberis? Et quid est dicere vivet, nisi saluaberis? Quid est autem dicere damnaberis, nisi dignum damnatione iudicare? Et quid est dicere saluaberis, nisi saluatione dignum discernere? Dicit ergo tibi quod tuum est, quod tibi debetur, quod futurum est: quantum ad meritum tuum, non quantum ad consilium suum. Hoc est enim iustum, ut de tuo tibi respondeat; & hoc tibi proponat, quod ad te pertinere videtur. Sic Niniuitis semper ipsorum meritum, non semper consilium suum mandavit dicens. Adhuc quadraginta dies & Ninive

Pla. 70
Ezech. 33
Matt. 18
Ezech. 33
Nahum. 1

niue subverteretur. Sic enim meritum illorum requirebat, & ita futurum fuit semper meritum illorum. Ad hoc spectabat, & illud est, quod dictum est Ezechiel. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non vivet. Ita enim quantum ad ipsum futurum fuit; & ut ita futurum esset exigebat quod ipso fuit. Talis enim erat infirmitas illius, ut amplius vivere non posset, nisi aliunde iuaretur, & aliunde acciperet ut posset. Ergo quantum ad illos pertinebat futurum fuit, quod dicebatur: quamvis dilatum sit, atque aliter dispelatum ab illo, a quo dicebatur. Sic ergo cum tibi peccati dicitur morieris, meritum tuum exprimitur: sicut cum tibi bene agenti dicitur vivet, meritum tuum nuntiatur. Eri quoniam dictum mutari videtur non pro dicente mutatur: sed pro te, pro quo dicitur: quia tu mutaris, & non idem permanes, neque mereris, ut idem tibi semper dicatur. Noli ergo pro dictum Dei confidere, si male egeris: quia cum tu mutaris ad illud, mutatur ad te dictum illius. Etiam inquit. Si dixerit iusto quod vita vivet: & confusus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiam illius oblivioni tradentur. Si omnes iustitiam eius oblivioni tradentur, ergo & poenitentia eius, & humilitas eius, & cetera bona, quæ operatus est, oblivioni tradentur. Si autem poenitentiam oblivioni traditur, culpa unde excusatur? Ergo si poenitentia deletur, culpa, quæ pro poenitentia dimissa fuerat, iterum necesse est renascatur. Et merito qui post acceptam gratiam ingratus extitit, cum illo gratia ipsa non permansit: sed mutata est ab eo, quoniam ipse ad illam idem esse noluit. Vide quod tibi evangelium dicat de seruo nequam & ingrato, cui rogati a domino suo debitum omne dimissum fuerat: sed quia ille erga conferu suum misericordiam habere noluit, rursum ab eo pro districtione iustitiæ exigitur, quicquid pro lenitate gratia dimissum fuit. Recte igitur dictum est: quia cum peccantibus in nos debita sua dimittere nolumus, iure iterum exigitur id est, quod nobis dimissum esse gaudebamus. Et merito. Quod enim culpa peccatori dimittebatur, gratia fuit, non debitum. Qui si sponte gratiam collatam abijcit, iustum profecto est, ut illi gratiam accepisse non proferat. Sed dicitur mihi. Si post poenitentiam facta peccati iterum priora denuo peccata imputantur: ubi est quod dicitur: quia nullum bonum irremuneratum esse potest. Ecce bonum quoddam hic est, poenitentia. huius huius, quæ bona fuit, quod diu vera fuit: & non habet bonum illud remunerationem aliquam: quia imputantur homini huic peccata sua, quasi nunquam poenitentiam egisset. Aut poenitentia illa bona non fuit; aut si bona fuit, ostende remunerationem eius: Quid ergo? Nonne tibi magna remuneratio esse videtur peccati remissio? Iste quoniam poenitentiam egit dimissum est ei peccatum suum. Quando poenituit, peccatum suum non imputabatur illi. Quando meritum fuit, præmiu permanit. Volebas tu hanc libertatem dari hominibus: ut cum meritum dedissent, & præmiu accepissent: rursum quoniam placeret eis, meritum tollerent, & præmiu retinerent? Non esset æqua commutatio ista. Iniquus ageres aduersus Deum, si sic tuu dares, & suu acciperes: ut iterum tollerent tuum, & suum retinerent. Si tuu dedisti, & suum accepisti: si tuum recipis, ipse quod suum est habere vult. Nunquid tibi non ita videtur? Fortassis dicis, quod non est æqua via Domini: & senties contra veritatem: quia non intelligis veritatem. Quomodo, inquit, stabit quod scriptum est: non iudicabit Deus bis in idipsum, si ea quæ dimissa fuerant, iterum

ad poenam requiruntur? Audi quomodo. Bis in idipsum Deus non iudicat: quia peccatum, quod pro condignam satisfactionem deletum ostenditur, ab eo nulla tenus ad poenam imputatur. Sed hoc, inquit, quod pro satisfactione deletum fuit, iterum ad poenam requiritur. Idem requiritur, quia satisfactio iam non est aliqua, quæ ad excusationem illi opponatur. Quando satisfactio permansit, permansit remissio: & non puniebatur, postquam semel dimissum fuerat. Cessavit autem satisfactio, quoniam iterata est malitia, quia & hoc ad satisfactionem pertinebat, ut facta corrigerentur, & correctæ non iterarentur. Postquam ergo culpa redijt, iam quodammodo idipsum non fuit: quia bis in reatu esse coepit peccatum unum. Quia autem culpa reuerfa est, reuerfa est & poena: quæ pro peccato repetita non fuisset, si culpa reuerfa non fuisset. Quando venit culpa, secuta est & poena. Quando correctæ est culpa, subtracta est poena. Quando reuerfa est culpa, reuerfa est & poena. Vnum contra unum, & duo contra duos: non unum contra duo, nec duo contra unum. Hæc est iustitia. Quantum ponitur, tamen reponitur. Quid tibi videtur? Responde si potes. Si autem respondere non potes noli contumescere, sed deprecare. Non tibi expedit, ut intres in iudicium cum Deo. Quare ergo misericordiam, ut iustitiam portare possis.

INCIPIT QUINTA DECIMA pars, de unctioe infirmorum.

De tribus generibus olei, et excellentia chrismatis. Cap. I.



Tria sunt genera olei sancti, Tria sunt genera olei sancti, Primum est oleum unctio- nis. Secundum est oleum principalis chrismatis. Tertium est oleum, quod dicitur oleum infirmorum. Chrisma graece dicitur unctio latinè. Et tamen cum omne oleum ad unctioem faciendam sanctificetur non omne oleum principalis chrismatis uocatur, nisi illud solum, quo principalis unctio perficitur, quod est singulariter chrisma nominatur. Chrisma enim est oleum cum balsamo mixtum, quo unguuntur capita regum & pontificum, quo et baptizatos sacerdos ungit in vertice, sicut eodem potestis pro impositione manus confirmados ungit in fronte. Hoc itaque oleum cum balsamo mixtum, chrisma uocatur, siue oleum principalis unctiois. Hæc enim unctio, quæ chrismate fit, principalis unctio dicitur: quia in ea principaliter paraclitus datur. Unde & pro abundantia gratia duos liquores mixtos habet, oleum scilicet & balsamum. Oleum conscientiam, balsamum famam, oleum, quo intus conscientia perungitur, balsamum, cuius odore foris proximi resperguntur. Oleum intus ad pacem cum Deo; balsamum foris ad exemplum cum proximo. Est aliud oleum, quod dicitur oleum unctiois, quo catechumeni & Neophyti unguuntur in pectore, & inter scapulas ad sacram baptismi percipiendum. Tertium genus olei est, quod dicitur oleum infirmorum, quod ad presens sacram pertinet.

Chrismatis materia.

Chrisma quare ex oleo & balsamo conficitur.

M. Hug. à S. Vi. à. To. iij. Ggg 3 Quan-

Pla. 57

Ionæ. 3. niue.

Quando, & a quo instituta est unctio infirmorum.

Cap. II.

Vnctiois extremae sacramentum a Christo institutum dicitur... Sacramentum unctiois infirmorum ab Apostolis institutum legitur. Iacobus enim Apostolus in epistola sua scribens, sic ait. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, ut orent pro eo, ungentes eum oleo facto: & si in peccatis est, dimittentur ei: & oratio saluabit infirmum. In quo ostenditur dupliciter ex causa sacramentum hoc institutum: & ad peccatorum scilicet remissionem, & ad corporalis infirmitatis alleuationem. Vnde constat, quod qui hanc unctioem fideliter & deuote percipit, per eam sine dubio & in corpore & in anima alleuationem & consolationem accipere meretur: si tamen expedit, ut in utroque alleuetur. Quod si forte corporis sanitatem & ualitudinem habere illi non expedit, illam proculdubio, quae est animae, sanitatem & alleuationem in huius unctiois percipiione acquirit.

Utrum iterari possit hoc sacramentum.

Cap. III.

Quaerunt quidam, an unctio infirmorum iterari possit: cum baptisimus, confirmatio, & alia quaedam sacramenta semel suscepta denuo non iterentur. Sed nihil interrim ratio nulla occurrit, quare conuenienter iterari non possit hoc sacramentum. Qui enim baptizatus est, ideo baptizatus est, ut Christianus sit. Qui autem semel Christianus factus est, amplius Christianus hic esse non potest, et si malus fiat: quia & Christianus malus esse potest, nec tamen Christianus esse desinit, etiam si bonus esse desinit. Praeterea qui semel baptizatus est, denuo non baptizatur, etiam si de malo ad bonum conuertatur. Qui autem oleo ungitur, ideo ungitur, ut ei peccata dimittantur, & infirmitas alleuetur. Sed qui iustificatur, potest iterum peccare: & qui sanatur, potest iterum egrotare. Qui autem Christianus efficitur: quia quod habet sacrum nominis perdere non potest, recipere non potest. Non sic est sacramentum unctiois. Spiritus est quaedam medicina corporis & animae langores mitigans & sanans. Nam oleum membram dolentia sanat. Ita oleum ad utrumque curandum prodest: si morbus non reuertitur, medicina non iteretur. Si autem morbus non potest cohiberi, quare deberet medicina prohiberi? Si unctio iterari non potest, nec oratio iterari potest. Vtraque enim illic commemorata sunt. Orent, inquit, pro eo, ungentes eum oleo facto: Et si in peccatis est, dimittentur ei: & oratio saluabit infirmum. Sed fortassis dices, quod unctio non pertinet, nisi ad peccatorum remissionem: & oratio non pertinet, nisi ad corporis alleuationem: quia dictum est oratio saluabit infirmum. Verbe quod libet. Sed dices: quod unctio confert peccatorum remissionem, & oratio infirmitatis alleuationem. Ego uerum esse confiteor, sic tamen ut conuersam non neges: quia unctio confert corporis alleuationem, & oratio peccatorum remissionem. Vtrumque uadit ad utrumque. Vtrumque operatur, & utrumque utrinque operatur, & utrumque alteri cooperatur.

& unum effectum habet utrumque. Quod in sacramento non didicitur, in uirtute sacramenti non se paratur. Tamen quia unctio membrorum dolore sanat, & contra corporis infirmitatem magis prodesse uidetur: ideo fortassis dixit, oratio saluabit infirmum: ut in utroque utrumque intelligas, & non putes unctioem magis ad sanitatem corporis pertinere, quam ad peccatorum remissionem. Prius anima curatur, postea corpus sanatur. Propter correctionem animae infirmatum est corpus. Ideo ad sanitatem corporis obtinendam, prius curanda est anima. Et si forte corpus ad pristinam sospitatem non conualecit: nihil periculi est, si tantum anima suam sanitatem receperit. Quare ergo negetur, quod unctiois sacramentum super infirmum iterari possit ad reparandam sapius sanitatem, & ad impetrandam sapius peccatorum remissionem: cum negari non possit pro eadem corporis sanitate, & similiter pro peccatorum remissione, sapius iterandam esse orationem? Et ut in sacramentis idem demonstremus: quis dicat hominem aqua asperisionis semel lustratum amplius aspergi non posse: & quod maius est sacramento corporis & sanguinis Christi semel percepto amplius illud suscipere non debere? Sed si forte ad haec respondendum existimes: quia corpus semel consecratum denuo in eodem sacramento non benedicitur, neque asperisionis benedictio sapius in eadem aqua reiteratur: uide quod similiter idem oleum post unam consecrationem alia rursus benedictione aut consecratione non sanctificatur: & tamen sicut ille, qui corporis Christi sacramentum iam percepit, nequaquam idcirco a percipiendo iterum eo prohibetur: sic ei, qui unctiois sacramentum accepit, si necesse fuerit, & causa siue deuotio exoptulet, ut illud iterum percipiat, rationabiliter non contradicitur.

INCIPIT SEXTA DECIMA pars, de morientibus, seu de fine hominis.

Quod ij qui in Domino moriuntur, etiam cum paruo merito beati erunt.

Cap. I.



Scriptura dicit. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. In Domino moriuntur, qui in carne quidem morientes in Domino tamen uiuentes inueniuntur. Qui dicitur in Domino in fide, & spe, & charitate. Per ista enim uiuitur in illa uita, qua uiuitur in Domino. Est quaedam uita, qua corpus uiuit ex anima: & est quaedam uita, qua anima uiuit in Deo: nunc quidem fide, spe, & dilectione: postea uero pro fide, & spe contemplatione, remanente dilectione. Non igitur nocere potest anima, si corpus uitam suam perdit, quando ipsa uitam suam in fide, & spe, & charitate persistens non.

non amittit. Nemo ergo mihi dicat: qui paruam fidem, & spem paruam, & paruam charitatem habet, non saluantur. Ego non mensuro. Crescant quantum uolunt: quanto maiores, tanto meliores. Tamen ego illos condemnare non audeo: quantumuis paruus sint. Ex quo nati sunt ex Deo, filij sunt Dei. Putas, quod magnos filios suos Deus saluabit, & paruos condemnabit? Scriptura mihi dicit. Imperfectum meum uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Si oes, ergo & paruus & magnus. Quid est oculi tui uiderunt? Approbauerunt. Quid est in libro scribentur? Saluabuntur. Ergo imperfecti quoque saluabuntur. Qui enim imperfecti sunt, aliqui sunt: & aliqui sunt, & in numero ponuntur, & scribuntur. Qui nihil sunt, nulli sunt: nec scribi aut numerari habent, qui nihil habent. Ergo omni habenti dabitur, & abundabit. Omni habenti meritum dabitur praemium: non dixit habenti magnum meritum, praemium dabitur, & paruus meritum habenti non dabitur: sed omni, inquit, habenti dabitur, & abundabit. Ergo etiam ille, qui paruus meritum habet, cum praemium acceperit, satis habebit: quamuis non tantum habebit, quantum qui magnum meritum habebit. Solus ille excluditur a percipiendo praemio, qui nihil habet de merito. Omnes ergo, qui in Domino moriuntur, beati sunt: quia post meritum uirtutis, perueniunt ad praemium beatitudinis.

Psal. 138.

Matt. 25

De exitu animarum. Cap. II.

Multa quaeri possunt, si tamen omnia quaeri debent, quae quaeri possunt. Quaerunt homines de exitu animarum a corporibus qualiter exeant: & quo exeuntes pergant, uel cum peruenerit quod pergunt, quod inueniant, uel quid percipiant, aut sustineant. Sed haec omnia magis timenda sunt, quam quaerenda. Ideo quippe abscondita sunt, ne quaerantur, aut inueniantur, sed timeantur. Quis enim securus esse potest in incertum pergens? Hoc autem solum incertum esse non debet, quod bonam uitam mala mors sequi non potest. Mala enim mors non est nisi ea sola, quam mala sequuntur. Qui ergo bene mori uult, bene uiuat, quoniam ea, quae post mortem ueniunt, contra ea disponuntur: & secundum ea retribuantur, quae ante mortem in uita praecedunt. Usque ad mortem meritum est, post mortem uero praemium. Mors media est, in qua dies Domini incipit dies hominis finem accipit. In die suo homo sibi relinquitur: ut quod uult operatur. In die uero Domini iam in parte sua non est homo, sed in illius parte ad quem uenit, ut remuneretur. Propterea ad hominem pertinet, ut id solum, quod sibi commissum est, bene disponere studeat: illud uero, quod non commissum, sed promissum sibi est, illius arbitrio, a quo illud impleri oportet, relinquat. Multi quaerunt de exitu animarum, quomodo a corporibus egrediantur animae: siue scilicet hoc modo, ut essentialiter & localiter foras egrediantur: ut extra esse incipiant quasi exclusae: siue hoc solum illis egredi sit, quod se a uiuificatione corporum retrahit: & quasi ad se collectas uel ligatas a uegetatione corporis cessant, ut in semetipsis subsistant. Verbi gratia. Quando status iste corporis

piritus expiratur egreditur a corpore, & incipit essentialiter atque localiter extra corpus esse: quod prius essentialiter atque localiter intra corpus contineretur. Quando uero cortex arescere incipit in arbore, exit humor ab illo, & contrahitur ad interiora, neque foras egreditur, ut extra sit, sed interius remanet in eo, quod intus est, siue in ligno siue in medulla, ut in cortice ipso non sit. Tamen omnino exit a cortice, ut in cortice iam non sit: neque exit quasi ad exteriora effusus, sed exit quasi ad interiora collectus. Et si forte humor rursus ab interiori suo prodeat, ut se iterum effundat in cortice: rursus reuincit cortex ille, quoniam humor in ipso est uita eius. Sic quod rursus de anima quando exit a corpore, utrum hoc solum illi exire sit, quod se retrahit ad se a uiuificatione corporis: & in hoc ipso iam in corpore non est, quod corpus uiuificare cessat: in hoc enim uidetur, quod iam quodammodo extra omne corpus est, quod sola in semetipsa subsistens ad corporis uiuificationem effusa non est. Quoniam uero in corpore non est, in loco non est: quia locus non est nisi in corpore. Quando autem extra corpus est, & extra locum est, quia inter ipsam & corpus non est locus: & aequaliter distat ab omni corpore, quia inter ipsam & omne corpus nullus est corpus. Si uero inter ipsam & omne corpus nullus est corpus, constat profecto, quod inter ipsam & omne corpus nullus est locus, quia locus non est, ubi non est corpus. Quando igitur extra omne corpus est, quantum ad locum aequaliter prope est omni corpori: quia si extra corpus posita uni corpori propior, & alteri remotior esset, inter ipsam profecto & corpus spatium esset. Si spatium esset, locus esset: si locus esset, corpus esset. Si autem inter ipsam & omne corpus, corpus esset, extra omne corpus corpus esset: quod fieri non potest. Itaque dicunt, quod anima neque per corpus a corpore recedit, neque per corpus ad corpus accedit: & ideo nec loco mouetur, ut recedat a corpore, quod est in loco: nec loco mouetur, ut accedat ad corpus, quod est in loco. Inter omnem enim locum & id quod est in nullo loco nullus est locus. Propter hoc itaque dictum putant, quod spiritus creatus tempore quidem mouetur, quia mutabilis est: sed loco non mouetur, quia nec loco mouetur, recedens a corpore, quod est in loco: nec loco mouetur accedens ad corpus, quod est in loco. Neque enim loco mouetur, quando recedit a loco: neque iterum loco mouetur, quando accedit ad locum: etiam quando in corpore posita anima corpus localiter mouet, ipsa tamen localiter non mouetur. Si enim idcirco localiter moueri existimatur, quia in corpore est, quod localiter mouetur: quare non similiter sapientia localiter moueri dicatur, quia in corde est, quod localiter mouetur? Nam si dicitur, quia per animam ipsam in corde est sapientia, cum anima ipsa per corpus localiter motum localiter moueri dicitur: quare non etiam per ipsam animam localiter motam sapientia, quae in anima est localiter moueri dicatur? Si uero hoc ratio non probat, ut sapientia localiter moueri dicatur, cum sit tamen in anima: quare anima localiter moueri dicitur, quamuis in corpore sit, quod localiter moueri cernitur? Huiusmodi consideratione probant spiritum localiter

Iacobi. 5

Extrema unctiois fructus.

Apoc. 14

Atque qualiter a corporibus exeant.

litter non mouerit, quamuis in corpore sit, quod localiter mouetur: temporaliter tamen moueri, quae uicissitudini subiaccens de alio in aliud mutatur. Sed nos in occultis nimis curiosos esse non oportet, ne forte plus praesumamus, quam possimus. Quae sit uia spiritus Deus nouit, qui fecit eum. Nos autem neque scimus quomodo uenit, neque comprehendimus quomodo recedit. Quando status iste corporeus attrahitur, corporaliter & localiter ingreditur: quando autem spiratur, corporaliter & localiter egreditur. Sed alia est natura spiritus, alia corporis. Quando primo homini data est anima, inspirauit Deus in faciem eius spiraculum uitae. Et quis dicere potest, quomodo inspirauit Deus animam corpori uiuificando: siue quia extra creatam ad uiuificandum immisit: siue quia ibidem fecit, ubi posuit, & abintus creatam in uiuificationem produxit: nec alia fuit inspiratio, quam ipsa uiuificatio? Si ergo nescitur quomodo inspiratur, quomodo sciri potest qualiter expiratur? Deus inspirat, homo expirat. Deus mittit, homo remittit. Quae uia mittitur cum accedit, eadem remittitur cum recedit. Hoc unum scimus, quod recedente anima corpus moritur, & ipsa separatio animae mors corporis est. Hoc nobis sufficit scire quod recedit. Quomodo recedat ex abundanti est perscrutari. Multis tamen exemplis didicimus in exitu animarum angelorum malorum siue bonorum praesentiam adesse, qui illas pro meritis uel ad tormenta pertrahant, uel ad requiem deducant: sed & ipsas animas adhuc in corpore positas ante exitum multa aliquando de ijs, quae futura sunt super eas: siue ex responso conscientiae interioris, siue per reuelationes exterioris factas praescisse cognouimus. Raptas etiam aliquando, & iterum ad corpora reductas, uisiones quasdam & reuelationes sibi factas narrasse, siue de tormentis impiorum, siue de gaudijs iustorum: & in his omnibus tamen nihil nisi uel corporale, uel corporalibus simile recitasse: lumina, flammam, portus, naues, domos, nemora, prata, flores, homines nigros, candidos, &c. qualia in hoc mundo uideri & haberi solent: uel ad gaudium amari, uel timere ad tormentum. Se quoque solutas corporibus, manibus trahi, pedibus deduci, collo suspendi, flagellari, praecipitari, & alia huiusmodi: quae non nisi corporali naturae conuenire omnino possunt. Quae omnia si ita illic uisibiliter & corporaliter esse credimus: praeter alia, quae absurda nascuntur, ipsas utique animas etiam a corporibus separatas corpora esse ad similitudinem corporum membris compactas atque distinctas confitemur. Ego quidem quod de hac re audiui, tacere non debeo. Quidam probati testimonij frater narrauit mihi se a suo abate ueraciter hoc affirmante audisse: quod cum aliquando ille ad quosdam fratres eminens constitutos uisitandos pergeret, in itinere (ut solet) quodam loco hospitium accepit. Vbi factum tunc apud omnes eiusdem loci habitatores celebre paucis ante diebus contigisse didicit. Quidam peregrinus orationis causa ad sanctum Iacobum pergens in eodem loco hospitatus est. Nocte (ut itinerantibus mos est) ante diluculum surrexit: egressus de uico

in syluam, quae eidem uicina erat, deuenit. Ibi a comitibus itineris casu (ut solet) discrimine uiae distinctus deuiare cepit. Cumque longius processisset obuium habet quendam uenerandi habitus & uultus uirum, a quo interrogatus quis, aut unde esset, uel quo pergeret: nomen, patriam simul, & causam itineris exposuit. Ille se esse sanctum Iacobum, ad quem tenderet, praestatur. Se iam pridem omnia scisse: nunc uero quasi beneplacito & grato uenisse obuiam, deuotionem laudat, bonum propositum commendat, praemium apud se magnum parari, nec longe esse iam remunerationem. Multis post haec uerbis hinc inde intercurrentibus tandem miserias & dolores uitae huius quales aut quantae sint exponit: omne quod hic amatur, cito fugiat: & pari modo omne, quod timetur uel doletur, quomodo sine mora transeat. Inter haec & huiusmodi quasi rationabili persuasione paulatim menti hominis nihil sinistrum suspicatis contemptum uitae ingerit, metum mortis tollit. Postremo testatur nihil magis uiro uirtutis expedire, quam ut hinc exire festinet: et si alia uia non detur, manu sua fortiter mortem laceat: & non permittat se in his doloribus diu teneri, qui gaudium sibi paratum esse non dubitat. Quid multa? Deceptus fraudulentae persuasioni assensum praebet: & iniecto ferro semetipsum iugulat. Comites eius diu per deuia quaesitum tandem extinctum inueniunt: ad uicum unde exierant cadaver exanime reportant. & quia hospes, apud quem nocte illa manserat, huius sceleris uerisimiliter conscius uidebatur: eandem falsa criminatione ad poenam exposcit. Ille dum innocentiam suam sine causa periclitari cerneret, & diuinum auxilium intima cordis deuotione sibi adesse imploraret, ecce subito, qui mortuus fuerat, surrexit: & rem gestam cunctis statibus, & mirantibus exponens innocenter absoluit. Referebat se ab eodem angelo malo, a quo ad intersectionem sui praeseretur quendam splendidam faciem uirum (ipsum autem sanctum Iacobum fuisse aiebat) uentibus occurrisse: eumque ereptum in caelum ad tronum iudicis deduxisse: illicque precibus pro ipso fuis, ut uitae denique redderetur obtinuisse. Ibi se multa millia angelorum uidisse affirmabat: de quorum tamen statu & facie interrogatus nihil in hoc mundo esse dicebat simile illis, quo illam, quam in ipsis uiderat, qualitatem exprimere potuisset, nisi forte ignem aut lucem, ipsam tamen longe & ualde dissimiliter. Memorem quidem se esse, sed exprimere nullo modo posse quod uiderat. Hoc quidem commemorare uoluimus, ne mirum uideatur, si animabus a corporibus egressis signa quaedam corporalibus similia ad demonstrationem spirituum praesentantur, quae nisi in talibus & per talia ab animabus corpore exutis uiderentur, nullo modo ab eisdem ad corpora reuersis in corpore uiuentibus, & corporalia tamen scientibus dicerentur. Quamuis enim illa aliter ibi a corporibus exute uideri possent, non tamen hic nobis aliter narrare possent: & manerent se per occulta illa, nec esset quod de illis nobis a redeuntibus diceretur, nisi exeuntibus & uidentibus secundum ista monstraretur. Vtrum autem animae, quae hinc amplius non reuersurae exeunt, secundum hunc modum

modum illa uideant aut sentiant, omnino dubium est: nisi quod probabilis uidetur, quod illae quae in corporibus uiuentibus per delectationem rerum uisibilium corporalibus imaginibus afficiuntur, a corporibus exeuntes in eisdem illis imaginibus tormenta patiuntur. Neque enim omnino corporale passibilitate exeunt, quoniam corporaliu imaginationibus delectationis praeuusu imprefsis obuolutae & inuolutae exeunt. Quae uero hic manentes se ab eisdem delectationibus, & cogitationum phantasias mutare ac spoliare studuerunt: illic postmodum postquam a corporibus egressae fuerint, poenam in eis & tormenta non sentiunt: quia in hoc ipso quodammodo impassibiles existunt, quod nihil poena dignum secum ferunt.

De poenis animarum. Cap. III.

Quidam putant animas corporalibus poenis cruciari non posse, nisi per corpora & in corporibus manentes. Quapropter a corporibus exutas animas nullas alias poenas sustinere credunt, nisi eas solas, quas conscientia intus accusatrix irrogat. Sed uerissime auctoritate sacri eloquij, & catholicae ueritatis probatur testimonio corporali & materiali igne animas etiam nunc ante susceptionem corporum cruciari. Si enim demonibus, quae sunt spiritus, corporalis ignis praeparatus dicitur: quid mirum est, si animae a corporibus exute corporali igne cruciatur? Sed quomodo, inquiunt, animae sine corporibus a rebus corporalibus pati possunt? Ecce dicamus. Nescimus quomodo hoc fieri possit: nunquid ideo uerum non est, quod nos nescimus quomodo est? Tamen quid mirum est, si animae extra corpora patiuntur? Si laeduntur dum ceduntur induta, cur non laedantur si caedantur exuta? Si effici possunt, quoniam inter ipsas & illud, a quo afficiuntur, medium est illud, per quod afficiuntur: nonne probabile est, omnino multo magis eas affici debere, quam illi a quo afficiuntur, immediate coniunguntur? Tamen hoc ubique querendum non est: ut quod iubemus credere, nostra semper ratione discutere conemur. Scriptura sacra magistra fidei nostrae hoc nobis dicit. Quid amplius querimus? Suscipiamus, non contradicamus. Beatus Gregorius dicit, quod in eo ardent quod se ardentes uident. Quid sibi uult putatis hoc quod dicit, quod animae in eo ipso ardent quod ardorem suum uident? In rebus alijs corporalibus non est ita, ut ardorem sentiat quicumque ignem conspicitur. Quae est ergo uisio illa animae, qua sentit omne, quod uidet: uel si non omne hoc, certe quod ad poenam uidet? An quia sensus animae, quoniam per corpus egreditur, ideo diuersis modis percipit, quia per diuersa instrumenta percipit: & ob hoc quaedam eminens constituta corporali sensu non percipit, quia ad percipienda illa instrumenta corporis sensus non sufficit? Ibi enim sensus deficit, ubi amplius instrumentum non sufficit. Propterea illi sensus, quae instrumenta magis sufficientia habent, maiorem in percipiendo uim habent. Oculum longe posita uidet, tactus uero sentire non potest nisi immediate coniuncta. Si instrumentum tangendi aequae ut uidendi perspicax esset, aequae tactus ut uisus eminens constituta perciperet. Quid ergo? Vbi instrumentorum diuersitas nulla erit: quare non omnis sensus aequalis erit, uidelicet idem sit illic uidere quod tangere, tangere quod dolere? Hoc tamen non nisi de illis intelligendum est, qui idcirco a tormentis affici possunt, quia hinc

exeuntes in corruptione uitiorum secum ferunt passibilitatem. Nec tamen quia sensum animae eminens affici dicimus, idcirco inter poenas corporales & ipsam animam quasi aliqua locorum spatia collocamus: quia ipsa, quae in sui natura nulla dimensione tenditur, ubiqueque praesens est sensu, per semetipsam etiam praesens esse probatur. Quia enim in ipsa non est locus, inter ipsam & locum nullus est locus. Haec tamen omnia, quia dictum est, ratione humana inuestigari non possunt: in his mentem solidemus, quae fides non dubia probat, quod scilicet peccatrices animae, quae culpam non correxerunt in hac uita, poenam habent post hanc uitam: quae licet qualiter ab illis sentiantur, a nobis non intelligatur: quid interest cum non ideo minus ab illis sentiantur, quamuis a nobis non intelligatur? Nil etenim refert a quibus rebus patiantur, sed quantum patiantur: quia uis doloris non in tormento, sed in sensu patiens consistit. Quid enim, perdesset, et si elementorum foris cruciatum materia abesset, & patientium tamen dolor intus propterea non minor esset? Ut quod igne ac flamma times, nisi quia uri times? Sed si uulnera & plagae non dolerent, quis arma aut tela timeret? Vide ergo, quod omnia haec, a quibus dolor esse potest non timeatur nisi propter ipsum dolorem. Tolle sensum doloris, non est quod timeas. Poterat ergo Deus etiam sine elementis etiam materialibus animabus cruciandis sensum doloris dare: sed dignum est, ut in eis puniantur, in quibus peccauerunt prius quidem sine corporibus, sicut in ipsis peruerse sunt delectatae: postea uero cum corporibus, sicut in ipsis per corpora inique sunt operata.

De locis poenarum. Cap. IIII.

Sicut peccatoribus cruciandis Deus poenas corporales praeparauit: ita etiam ad ipsas poenas corporales loca corporalia distinxit. Quia enim ea quae foris sunt, opera eius non solum instrumenta, sed etiam documenta esse debent eorum, quae inuisibiliter operatur: idcirco etiam & in corporalibus locis & tormenta impiorum, & gaudia iustorum distinxit. Infernus locus tormentorum est. Caelum locus est gaudiorum. Bene etenim locus tormentorum est deorsum, & locus gaudiorum sursum: quia & culpa deorsum premit, & iustitia sursum sustollit. Maxima tormenta, locum in infimo habent, maxima gaudia, in summo. Media autem bona & mala in medio, hoc est in hoc mundo mixta sunt. Dicitur infernus esse inferior locus, in imo terrae poenis damnandorum praeparatus. De quo tamen omnino certum non est in qua parte eius. Utrum intra concauitatem illius, siue extrinsecus in aliqua regione ambitus ipsius dispositus sit: quamuis tamen uerisimiliter uideatur infra terram quasi carcerem quendam, & uelut ergastulum tenebrarum collocatum. In hoc inferno dicunt ignem inextinguibilem, & qui ut semper ardeat nutrimento non eget, ab initio mundi demonibus aeternaliter cruciandis praeparatum, in quo, si igne etiam homines maligni cum demonibus aeternam poenam passuri sunt, quia eis in hac uita positi ad culpam confesserunt. Ad hunc infernum animae sceleratorum a corporibus egressae statim retrudi existimantur: sicut ediuerso

ediuerso perfectorum iustorum, & q ab hac uita purgati exeunt sine mora ad cœlum (ubi s̄m humanita- tem suã. Iesus Christus in dextera patris sedet in glo- ria) deduci continuo creduntur: sicut scriptum est. Vbi- cunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & a-

42 quila. Est aut̄ alia pœna post mortem, q̄ purgatoria dicitur. In qua q̄ ab hac uita cum quibusdã culpis, iusti tñ ad uitã p̄. festinati exierunt, ad temp̄ cruciã- tur, ut purgentur: cuius locus oĩno determinat̄ nõ est, nisi quia multis exemplis & reuelationibus aĩarum in eiusmodi pœna positã sæpe numero mō- stratum est in hoc mundo illã exerceri: & fortassis

K p̄babiliter erit, ut in ijs potissimũ locis singulã pœ- nã sustinere credatur, in quibus culpã cõmiserunt, sicut multis sæpe documentis p̄batum est. Alia uero si qua sunt harum pœnarum ioca, non facile assi- gnantur. Beatus Auḡ. ex epistola Petri ostēdit, quo- modo apostata angeli labētes in huius mundi ima detrusi sunt usq; ad futurã in die iudicij ultimã dā- nationem. Nã qđ Petrus carcerē uocat caliginis in- ferisidem Paulus tenebras appellasse ostenditur, di- cens. Rectores tenebrarum harũ spiritualia nequi- tiã in cœlestibus. Hũc aut̄ carcerē, siue tenebras istas aerem istum intelligimus esse. Vnde & aeris po- testates dicuntur, in quo mō ipsi maligni spirit̄ ante ultimi iudicij diem & s̄m aliquid ligati sunt, in- quantum. I. conscientia futurã dānationis cõstrin- guntur: & s̄m aliquid soluti, in quantum uidelicet ad tentãdos hoĩes s̄m moderamē diuinã dispensa- tionis ab illis interim maximis gehennã tormētis laxati uacare p̄mittuntur. De inferno autē, ubi ille

2. Petr. 2. Eph. 6.

Infernus uerisimili- ter sub ter- ra est. Apoc. 5. Vtrum a- nima dam- nandorum egr̄sse a corporibus statim ad in- fernum ra- piantur.

L æternus ignis paratus est cruciãdis, beatus Grego- rius in lib. dialogi uel testatur hoc uerisimilius iu- dicari: ut (sicut diximus) sub terra esse credatur pro- pter scripturã, q̄ dicit: nec in cœlo, nec in terra, nec sub terra inuentus est, qui librum signatum aperire potuisset. Quæri aut̄ nõ inconuenienter p̄t, utrũ animã damnandorum, eorum. I. qui ab impijs & sce- leratissimis quadã uiuendi mensura in malitia in- feriores fuerunt, egressã a corporibus statim ad in- ferni loca rapiantur: an uero in aliquibus alijs locis pœnalibus s̄m occultã Dei dispensationem ab illis grauioribus gehennã tormentis adhuc interim dif- ferantur: ut uidelicet quẽadmodum boni, qui cum culpīs quibusdã mansionibus detinentur, ut nõ sta- tim ad gaudia cœlorum ascendant: ita quoq; min⁹ mali cum hinc egrediuntur quibusdam tñ quibusdã tñ leuioribus pœnis s̄m modum seu mensurã culparum dispositis nõ statim ad tormenta inferni descendant: De perfectis quippe bonis dubium nõ est, quin egredientes statim ad gaudia transeant. Si- militer et̄ de ualde malis dubiũ nõ est, quin exē- tes hinc sine mora ad inferni tormēta descendant. De imperfectis quoq; bonis certum est, q̄ nunc in- terim quibusdam pœnis usq; ad plenam uidelicet purgationem a uenturis gaudijs differat. De imper- fectis siue minus malis certum non est ubi nũc sint, donec in tpe uniuersalis resurrectionis receptis cor- poribus aut illa tormenta descendat, ubi s̄per sint. Nã idcirco ab illis differri dicuntur, quia minus ma- li sunt: poterunt simili rōne non differri credi, quia damnandi sunt. Quid. n. facit dilatio, ubi emēdatio

uel purgatio esse non potest? Quod tñ quia occultum oĩno est, nequaquam temere definiendum est.

De qualitate tormentorum gehennalium. Cap. V.

Hoc aut̄ ualde dignum inquisitione uidetur: M utrum. I. solus ignis cruciatibus damnandorũ p̄paratus sit, p̄pterea q̄ illum solum ueritas cõme- morat, dicens. Ite maledicti in ignem æternum. Cũ enim in hac uita non solum ab igne, sed et̄ ab alijs elementis pœnã ac cruciatus proueniant, quare nõ et̄ illic in alijs elementis sicut & in igne pœnã dam- nandorum consistant: De tormentis quippe impio- rum scriptum est. Transeunt a frigoribus niuium ad calores ignium. Et iterum alibi. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Nã si uermem quis ad solam cõpunctionem conscien- tiã peccatricis refert uelit: & ob hoc quidem ignē corporalem, uermem autem non corporalem, sed spiritualem intelligendum putet: quid est qđ alibi scriptum est. Vindicta carnis impij ignis & uermis? Si. n. p̄pterea ignis corporalis creditur, quia uindi- cta carnis est: quare non similiter uermis corpora- lis dicitur, quia in uindictã carnis paratus cõme- moratur? Propter h̄mōi non leuiter unum aliquid definiti potest. Tñ qui dixerit p̄pterea carnis im- pij uindictã in uerme futurã esse, & in igne: quia impius pro eo q̄ et̄ in carne male uixit, & in carne cruciabitur p̄ ignem, & in spiritu p̄ conscientię uer- men, sane intelliget & uermem non moriturum in æterno cruciatu conscientię, & ignem non extin- guendum in carne. Sed quomodo illa frigora ni- uium, & calores ignium interpretabimur: ad quã cruciandi impij alternatim transire dicuntur? An fortè hoc de illa tñ pœna intelligendum est: quia nunc in spiritu ante ultimi iudicij diem cruciatur: ut uidelicet p̄ uarietatem tormentorum ad illam unam & summam pœnam transeant, in qua sicut interminabiliter, ita etiam inuariabiliter substan- tia. Vltima quippe damnandorum pœna sicut cunctis pœnis maior esse non inconuenienter creditur: ita quoq; in eo, qđ ceteris in oĩbus acrius est, & uehe- mentius excrucians, tormento esse non irratiõnabi- liter putatur. Qđ p̄pterea fortassis solum erit, ut s̄per summam esse possit: quia quicquid p̄ illo mu- taretur, de illo minueretur. Quidam tñ fuerunt qui (sicut dictũ est) tormenta gehennã spiritualiter tñ & non corporaliter intelligenda putauerunt: pro- pterea q̄ quãdam uerba scripturarum quasi idem asserentia inueniuntur. Dicunt. n. quãdam scriptu- rã: q̄ substantia inferorum spiritualis est, non cor- poralis: & si stridores dentium, & fletus animarum spiritualia intelligi oportet, flamas quoq; & tormē- ta non corporalia, sed spũalia sunt cogitanda. Eius- modi ambiguitatibus uerborum fluctuant, q̄ non sunt radicati in fide. Quid. n. necesse fuit propterea tormenta gehennã spiritualia tñ credere: quia sub- stantia inferorũ spiritualis, & non corporalis dicta est? Quid. n. sunt inferi nisi spiritus maligni, qui a summis ad infima & per culpam lapsi sunt, & per pœnã depressi. Quorum nimirũ substantia et̄ post culpam non corporalis, sed spũalis esse dicitur: q̄ licet

Matt. 25

Iob. 24. Ela. 66.

Eccl. 7.

N

licet in eis uoluntas per malitiam ad aliud mutata sit, natura tñ et̄ post eadem permansit. Animarum quoq; nunc in inferis damnatarum substantia non corporalis, sed spũalis recte phibetur, quã nunc a cor- poribus soluta in sola spũali natura illic in tormen- tis detinentur. Et idcirco qđ de ipsis in scriptura sa- cra s̄m naturam rerum corporalium commemoratur, merito non corporaliter, sed spũaliter intelligē- dum creditur. Nam si id, qđ ipsa sunt, non corpus, sed spūs est: qđ in ipsis est, non corporale, sed spũale est intelligendum. In hunc ergo modum ueraciter inferorum substantia spũalis, & non corporalis exi- stimatur. Sed & illud quoq; qđ d̄r, q̄ si fletus anima- rum, & stridores dentium spũaliter accipimus: flam- mas quoq; tormentorum in ipsis non corporales, sed spũales credere debemus: sic sane intelligi p̄t, si cruciatus animarum, qui ex flamis corporalibus ge- nerari creduntur, non corporaliter, id est mediãti- bus corporibus in ipsis fieri intelligantur. Multa sunt alia, q̄ uel ambigue dicta sunt, uel ambigue dici possunt. Sed aliud est rerum ueritas, aliud uerborum uarietas. Neq; nos oportet p̄ multitudinem dicen- di a simplicitate deuiare credendi. Dicit Augus. in en- chiridio. Quod tempus, qđ inter hoĩs mortem & ul- timam resurrectionem positum est, aĩas abditis rece- ptaculis continet sicut una quæq; digna est uel rege uel ærumna. Ergo abditã sunt receptacula aĩarũ: nec p̄ ab hoĩe definiti qđ non p̄ ab hoĩe sciri. Itē qualis sit intelligendus ignis ille gehennã: & quemadmo- dam igne corporali incorporei spiritus siue aĩe cor- poribus soluta cruciari possint, nõ solum fidei Chri- stianã, sed sacri eloquij auctoritas non enodat.

Quod corporeus ignis gehennã non tantum corpora cruciabit, sed etiam spiritus. Augustinus de ciuitate Dei de eodem.

P Gehenna, qđ etiam stagnum ignis & sulphuris licitũ est, corporeus ignis erit: & cruciabit cor- pora damnandorum, & hominum, & dæmonum: soli da hoĩm, aeria dæmonum: aut tñ hominum corpo- ra cum spiritibus: dæmones aut̄, spiritus sine corpori- bus hærentes sumendo pœnam non in percipiendo uitã corporalibus ignibus. Cur. n. non dicamus quis miris tñ ueris modis etiã spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi: si spiritus hominum etiam ipsi p̄fecto incorporei & nunc potuerunt in- cludi corporalibus membris, & tunc poterunt suo- rum corporum uinculis insolubiliter alligari? Si uiuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore: cur non post mortem, cum incorpo- reus sit spiritus, etiam corporeo igne teneatur? Ete- nim per ignem spiritum teneri dicimus, ut in tor- mento ignis sit uidendo atque sentiendo. Ignem namque eo ipso patitur, quo uidet: & quia concre- mari se aspicit, concrematur. Sicque fit, ut res cor- poreã incorporeã exurat, dum ex igne uisibili ar- dor ac dolor inuisibilis trahitur, ut per ignem cor- poreum mens incorporeã etiam corporeã flamma crucietur. Et post pauca. Dum ergo peccatorem diui- tem damnatum ueritas in ignem phibet: quisnam sapiens animas reproborum teneri ignibus neget?

Quod ignis gehennã ad aliquid lucebit, & ad aliquid non lucebit, De eodem Gregorius in moralibus.

Illa Vltima flama uitiorum cremationem habet, & lumen non habet. Illic ignis & ad consolatio- nem non lucet, & tñ ut magis torqueat ad aliquid lu- cet. Nam sequaces quoq; suos secum in tormento re- probi flamma illustrante uisuri sunt, quorum uiui amobē deliquerunt: quatenus quorum uitam carna- liter contra p̄cepta conditoris amauerant, ipsorum quoq; intuitus eos in augmento suã damnationis affligat. Sicut electis ignis ardere nouit ad solatium, & tamen ardere ad supplicium nescit: ita ediuerso gehennã flamma reprobris, & nequaquam lucet ad consolationis gratiam: & tamen lucet ad pœnam, ut damnatorum oculis ignis supplicij & nulla clarita- te candeat, & ad doloris cumulum electis qualiter crucientur ostendant.

Quod ignis gehennã ab initio sic creatus est, ut nutrimento non egeat. Idem in eodem.

Omnipotens iustitia futurorum p̄scientia ab ipsa mundi origine gehennã ignem creauit, q̄ in pœna reproborum semel esse inciperet, sed ardo- rem suum et̄ sine lignis nunquam finiret. Ignis nan- q; corporeus, ut esse ignis ualeat, corporeis indiget fomentis: qui cum necesse est, ut seruetur, per cõge- sta ligna proculdubio nutritur: nec ualeat, nisi succē- sus esset: & nisi reforus, sustinere. Ac contra gehennã ignis cum sit corporeus, & uniuersos reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succēditur, nec lignis nutritur: sed creatus semel durat inextin- guibilis, & succensione non indiget, & ardore non- caret. Bene ergo de iniquo dicitur. Deurabit eum ignis, qui non succenditur.

Iob. 20.

Quales sunt purgatorie pœnã in hac uita, & quales post. Augustinus de Ciuitate Dei.

In hac uita quidem mortali esse quãsdam pœnas purgatorias confitemur: non quibus affliguntur, quorum uita uel non inde fit melior, uel potius in- de fit peior: sed illis sũt purgatorie q̄ eis coerciti cor- riguntur. Ceterẽ omnes pœnã siue temporales siue sempiternã, sicut unusquisque diuina prouidentia tractandus est, infertur uel pro peccatis siue in præ- ritis, siue in quibus adhuc uiuit ille, qui plequitur, uel pro exercendis declarandisq; uirtutibus, per homi- nes & angelos siue bonos siue malos. Sed tempo- rales pœnas alij in hac uita tñ, alij post mortem, alij & nunc & tunc, ueruntamen ante iudicium illud se- uerissimum nouissimumque patiuntur. Non aut̄ ue- nient oēs in sempiternas pœnas, q̄ post illud iudiciũ futurã sunt, qui post mortem sustinent t̄pales. Nam quibusdã qđ in isto nõ remittitur, remitti in futuro seculo. i. ne futuri seculi æterno supplicio puniatur, confitemur. Rarissimi sunt aut̄, qui nullas in hac ui- ta, sed tñ post eã pœnas luan. Fuisse tñ aliquos, qui usque ad decrepitam senectutem ne leuissimã qui- dem febriculã senserint, quantancunq; duxerit ui- tam, & ipsi nouimus & audiuimus quamq̄ uita ipsa mortalium tota pœna sit. Non enim parua est pœna ipsa.

ipsa insipientia uel imperitia, q usq; adeo fugienda merito iudicatur, ut p plenas doloribus pœnas pue ri cogantur quæque artificia uel literas discere: ip sumq; discere, ad quod pœnas adiguntur, tam pœ nale est eis, ut nonnunq ipfas pœnas, per quas com pelluntur discere, malint ferre q discere. Quis autē non exhorreat, & mori eligat, si proponatur ei aut

T mors per pœnam, aut rursus infantia: Quæ qdem, non a risu sed a fletu orditur, hanc lucem, quid ma lorum ingressa sit nesciens prophetizat quodam

Zoroa- mō. Solum qn natus est ferunt risisse Zoroastrem. stes. Nec tñ boni aliquid ei monstruolus risus ille por tendit. Nam magicarum artium inuentor fuisse p

hibetur. A Nino quippe rege Assyriorum bello su peratus occubuit. Verum tanta est Dei misericordia in uasa misericordiæ, quæ pparauit in gloriam, ut et prima hominis ætas. i. infantia, quæ sine ullo reni lu subiacet carni: & secunda, quæ pueritia nuncu

patur, ubi nondum ratio suscepit contra uitia pu gnant, & fere sub oibus uitiosis delectationibus iac et: quia licet fari iam ualeat, & ideo infantiam trā sisse uideatur, nondum in ea est præcepti capax infir mitas mentis: si sacramenta mediatoris acceperit, et si hanc in eis annis uitam finiat, translata. s. a potesta

te tenebrarum in regnum Dei non solum pœnis nō præparetur æternis, sed nec illa post mortem purga toria tormenta patitur. Sufficit. n. sola spiritalis re generatio, ne post mortem obsit, qd carnalis genera tio trahit cum morte. Cum aut uentum fuerit ad æ

tatem, quæ iam præceptum capit, & subdi iam pōt legis imperios suscipiendum est bellum contra uitia & gerendum acriter, ne ad damnabilia peccata per ducat: & si quidem nondum uictoriarum consuetu dine roborata sunt, facilius uincuntur & cedunt: si autem uincere atq; imperare cōsueuerunt, laborio sa difficultate uincuntur. Hoc autem bellum nunq ullum esset, si natura humana per liberum arbitriū in rēctitudine, in qua facta est, persistisset. Nunc ue ro quæ pacem felix habere noluit, secum pugnat in felix. Paucissimi autem sunt tantæ felicitatis, ut ab ipsa ineunte adolescentia, nulla damnabilia peccata committant, uel in flagitiis, uel in facinoribus, uel in nefariæ cuiusdam impietatis errore: sed magna spi ritus largitate opprimant quicquid in eis posset car nali delectatione damnari. Plurimi uero præcepto legis accepto, cum prius uicti fuerunt præualenti bus uitijs & præuaricatores eius effecti, extunc ad gratiam confugiunt adiuuantem, qua fiant & ama rius penitendo, & uehementius pugnando pri Deo subditi, atq; ita carni pposita mente uictores. Quis quis ergo cupit pœnas euadere sempiternas, non so lum baptizetur, uerum, & iustificetur in Christo: ac sic uere transeat a diabolo ad Christum. Nihil in ædi ficio præponitur fundamento. Inueniemus ergo qui possit saluari per ignem, si prius inuenierimus quod sit habere in fundamento Christum. Si quis itaque Christianus diligit meretricem, ei; adherens unū corpus efficitur: iam fundamentum nō habet Chris tum. Si quis aut diligit uxorem suam sicut Christum: quis ei dubitet in fundamento esse Christum? Si ue ro sicut hoc seculum, si carnaliter, si in morbo concu piscentiæ sicut & gentes, quæ ignorant Deum: etiā

hoc sicut ueniam concedit Apostolus: immo per Apo stolum Christus. Potest ergo & iste in fundamento habere Christum. Si. n. nihil ei talis affectionis, uo luptatisq; præponat: quamuis superædificet ligna, se num, stipulam Christus est fundamentum: propter hoc saluus erit per ignem. Delicias quippe huius mū di, amoresque terrenos propter conjugalem quidē copulam non damnabiles, tribulationis ignis exurit. Qui amat patrem, aut matrem, aut filium, aut fi

Matt. 10

liam super me, ait Dominus, non est me dignus. Ve rum qui has necessitudines sic amat carnaliter, ut tñ Christo Dño non præponat, malitq; ipsiq; carere q Christo, si ad hunc fuerit articulum tentationis ad ductus: per ignem erit saluus: quia & earum amissio ne tantum necesse est urat dolor, quantum hæserat amor. Ac per hoc ei, q ædificauit, erit ædificatio ista damnosa, quia non habebit, qd superædificauit: & eorum amissione cruciabitur, quibus fruendo utiq; lætabatur. Vide in Apostoli uerbis hoim ædificantē super fundamentum, lapides præciosos, aurum, ar

1. Cor. 3.

1. Cor. 7.

Ibidem.

Eccl. 27.

1. Cor. 3.

gentum. Qui sine uxore est, inquit, cogitat quæ sunt Dei, quomodo placeat Deo. Vide alium ædificantē ligna, sœnum, stipulam. Qui autem matrimonio iunctus est (inquit) cogitat quæ sunt mundi, quomo do placeat uxori. Vasa figuli probat fornax, & homi nes iustos tentatio tribulationis & uniuscuiusque opus quale fuerit ignis probabit. Si cuius opus per manserit: peruanet enim quod quisq; cogitat quæ sunt Dei, quomodo placeat Deo, quod superædifi cavit, mercedem accipiet, id est unde cogitauit: hoc sumet. Si cuius opus asserit, damnum patietur: qm qd dixerat, nō habebit. Ipse aut saluus erit: quia nul la eum tribulatio ab illius fundamenti stabilitate se mouit. Sic tamen quasi per ignem. Quod. n. sine illi ciente amore nō habuit, sine urente dolore non per dit. Ecce quātū mihi uidetur, inuētus est ignis: q nul lū eorū damnet, sed unum dicit, alterum dānicet, ambos probet. Nullas quidem pœnas nisi purga torias uoluit esse post mortem: qm terris superiora sunt elementa aer, aqua, ignis. Ex aliquo horum mū detur per expiatorias pœnas, quod terrena cogita tione contractum est. Vnde Gentilis poeta. Aliæ pan duntur inanes. Suspensæ ad uentos: alijs sub gurgi te uasto. Insectum eluitur scelus: aut exurit igni. Iniustū enim putant, ut pro peccatis qlibet magnis paruo. i. tempore perpetratis pœna quisq; damnetur æterna: quasi ullius id usquam iustitia attendat, ut tanta mora temporis quisq; puniatur, quanta mora temporis, unde puniretur admisit. Nunquid in uin culis tandiu quisq; iudicandus est esse debere, quan diu fecit unde meruit alligari: cum iustissime anno sas pœnas seruus in compedibus pendat, qui uerbo aut ictu celerrime transeunte uel lacessiuit dominū, uel plagauit? Quod ergo de sempiterno supplicio damnatorum per suum prophetam Dñs dixit: fiet oīno, fiet. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Vtrumq; horum, lignem atq; uermen uolunt quidam ad aię pœnas, non ad corpo ris pertinere: quia scriptum est. Sicut tineæ uestimen tum, & uermis lignum: sic meror excruciat cor uiri. Qui uero pœnas & animæ & corporis in illo suppli cio futuras non dubitant, igne uri corpus, animam

Aene. 6.

Esa. 66.

Prou. 25

aut fodi quodā nō uerme meroris affirmat. Qd et si credibilis est: quia utiq; absurdū est ibi dolorē aut corporis aut aię de futurū. Ego tñ facili existimo, ut ad corpus dicā utrūq; pertinere q neutrum. Legitur qp pe in ueteribus scripturis. Vidicta carnis ipij uermis & ignis. Potuit breuius dici uindicta impij. Cur er Eccl. 7. go dictum est carnis impij, nisi quia utrumque .i. uermis & ignis pœna erit carnis?

De cura pro mortuis agenda. ex Augustino in En chiridio. Cap. VI.

AN Eq; negandū est defunctorū aīas pietate sua rū uiuentū reuelari, cū p illis sacrificiū media toris offertur, uel eleemosynę in ecclesia fiūt. Sed eis hæc plunt, q cū uiuerēt, hæc sibi ut possint pdesse, meruerunt. Est. n. qdā uiuendi modus nec tā bonus, ut nō requiratur ista post mortē: nec tā malus, ut ei ista nō plint post mortē. Est. n. talis in bono, ut hæc nō reqrat: & est rursus talis in malo, ut nec habens ua leat, cum ab hac uita trāsierit, adiuuari. Quocirca oē meritū cōparatur, quo possit post hæc uitā reuelari q spīa uel grauari. Nemo aut se speret, qd hic negle xerit, cū obierit, apud Deū pmereri. Non igr ista, q p defunctis frequēt ecclesia cōmēdādis, illi Apo stolicæ snā sunt aduersa, qua dictū est. Oēs. n. astabi mus ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; sicut ea, q p corpus gessit, siue bonū siue malū: quia hoc est meritū sibi qsq; cum in corpore uiueret, cōparauit, ut ei possint ista prodesse. Nō. n. oibus plunt. Et cur nō oibus nisi pp differētiā uitæ, quæ quisq; gessit in corpore? Quē ergo sacrificia siue altaris siue quarū cūq; eleemosynarū p baptizatis defunctis oibus of ferūtur: p ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro nō ualde malis ppitiationes, p ualde malis et si nul la sunt adiumenta mortuorum, qualecunque uiuo rum consolationes sunt. Quibus autem profunt, aut ad hoc profunt, ut sit uera remissio: aut certe, ut tole rabilior fiat ipsa damnatio.

Missa sa crificiū p mortuis of fertur, & illis pdesse.

Quibus profuit post mortem: uel quomodo quod pro il lis fit. Aug. de Ciuitate Dei. Cap. VII.

EST itaq; quidam modus uitæ nec tam malæ, ut ijs, qui in ea uiuunt, nihil profuit ad capessendū regnū cælōrū largitas eleemosynarū, quibus et iusto rum sustentatur inopia, & fiunt amici, q eis in æter na tabernacula suscipiant; nec tā bonæ, ut ad tantā beatitudinē adipiscendam eis ipsa sufficiat, nisi eorum meritis, quos amicos fecerunt, misericordiam consequantur. Mirari autem soleo etiam apud Virgilium reperiri istam sententiam, ubi Dominus ait: Facite uobis amicos de māmōna iniquitatis, ut ipsi recipiant uos in æterna habitacula. Mā cū elisios cā pos poeta ille describeret, ubi putant habitare aīas beatorū: nō solū ibi posuit eos, q pprijs meritis ad illas sedes peruenire potuerunt, sed adiecit, atq; ait. Quiq; sui memores alios fecere merēdo. i. q prome ruerunt alios, eosq; sui memores p merēdo fecerūt. Prorsus tanq diceretur eis, qd frequētatur ore Chri stiano, cum le cuiq; sanctorū humilis quisq; cōmē dat: & dicit. Memor esto mei, atq; ut id esse possit p nitendo efficit. Sed qd iste sit modus, & q sint ista

Lucę. 16

pctā, q ita impediunt peruentiōē ad regnum Dei, ut tñ sanctorum amicorū meritis ipetrent indulgē tiā: difficillimū est inuenire, periculosissimū defini re. Ego certe usq; ad hoc tēpus cū inde satagerē, ad eorū indaginē peruenire nō potui. Nunc uero dum uenialis iniquitatis, et si pseueret, ignoratur modus: pfecto & studiū in meliora pficiendi orando, & i stando uigilantius adhibetur, & faciendi de Mam mona iniquitatis sanctos amicos cura nō spernitur. Verū ista liberatio, q fit siue suis quibusq; orationi bus, siue intercedē tibus sanctis, id agit, ut in ignem non mittatur æternum: non ut cum fuerit missus, post quantumcunque tempus inde eruetur.

De eodem idem libro secundo.

NON exultemus ad mortuos, p quibus curā ge rimus, peruenire nisi qd p eis siue altaris, siue orationum, siue eleemosynarū sacrificijs solenniter supplicamus; quis nō p quibus fiunt, oibus prosūt: sed ijs tñ, p quibus dum uiuunt cōparatur, ut pro sint. Sed quia non discernimus qui sint: oportet ea pro regeneratis oibus facere, ut nullus eorum pter mittatur, ad quos hæc beneficia possint & debeant peruenire. Melius. n. supererunt ista ijs, quibus nec obsunt nec profunt, q eis deerunt, quibus profunt. Diligentius tñ facit hoc quisq; pro necessarijs suis, qd pro illo fiat similiter a suis. Corpori aut huma no quicquid impeditur non est p̄sidium salutis, sed humanitatis officium, sicut affectum, quo nemo unq carnem suam odio habet. Vñ oportet, ut qui pōt, p carne proximi curam gerat, cum ille inde recesserit, qui gerebat.

Eph. 5.

De exequijs idem in eodem libro primo. Cap. VIII.

CVratio funeris, conditio sepulture, pompa exe quiarum, magis sunt uiuorum solatia, quàm mortuorum subsidia. Si aliquid prodest impio se pultura prætiola, oberit uilis aut nulla pio. Præcla ras exequias in conspectu hominum purpurato il li diuiti exhibuit famulorum turba: sed multo cla riores in conspectu Dñi ulcerofo illi pauperi mini sterium præbuit angelorum, qui eum extulerunt nō in marmoreū tumulum, sed in Abrahamæ gremiū,

De sacrificio pro defunctis. Gregorius in Dia logis. Cap. IX.

SI culpa post mortem insolubiles non sunt: mul torum solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare.

Quibus profuit. Idem in eodem, Cap. X.

SEd sciendum est, quia illis sacræ uictimæ mor tuis profunt, qui hic bene uiuēdo obtinuerunt, ut eos etiā post mortem bona adiuuent, quæ hic pro ipsi ab illi fiunt. Hæc nāq; singulariter uicti ma ab æterno iteru aīa saluat, q illa nobis unigeni ti mortē respētat. Qui licet surgēs a mortuis iā nō moritur, & mors ei ultra nō dñabitur: tñ in seipso imortaliter, atq; icorruptibiliter uiuēs p nobis: sū hoc mysterio sacræ oblatiōis imolatur. Et quippe M. Hug. & S. Vic. To. iij. H h h ibi

Rom. 6

ibi corp^o sumitur, eius caro populi salute partitur, eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro oblatione nostra passionem unigeniti filij semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem celos aperiri, in illo lesu mysterio angelorum choros adesse, summis ima fociari, terrena celestibus iungi, unū quoq; ex uisibilibus atque inuisibilibus fieri?

Utrum anima sciunt qua in hoc seculo geruntur. Cap. XI.

Q Værit nonnulli de aīabus carne solutis, utrū cognitionem habeant eorū, q̄ in hac uita geruntur: maxime illorum, qui iam in gaudio Dñi sui, & in abscondito faciei eius, ueri luminis illustratione lætātur. Adijciūt quoq; illud de animabus sanctorum, qđ multi in q̄stione adducūt: an p̄ces supplicatiū audiūt: & cū ad intercedendū inuocantur, utrum uota postulatiū usq; ad ipsorum cognitionem ueniūt. Difficile est de hmōi iudicare. Quo. n. scietia nostra certa esse p̄t de ipsis: q̄ eā, quā de nobis hēnt, sciam nec capere possumus, nec inuestigare: Hoc unū certum est, scōrum aīas in secreto diuinæ contēplationis constitutas eorū, q̄ foris agūt, tm̄ scire, q̄tū illis uel ad gaudiū, uel nobis ad auxiliū p̄desse cōstat. Nos intercessores q̄rimus apud Deū. Quid amplius uis? Times ne forte nō orent, q̄ sp̄ orant? Quo. nō orabunt p̄ te, qñ tu oras, q̄ & qñ tu nō oras, orare tm̄ non cessant? Sed non audiunt, inquis: & ego in uentū uerba infundo, non audientibus & nō intelligentibus loquens. Ecce dicamus. Nō audiunt sancti uerba postulantiū, neq; ad beatitudinem illorū attinet ista nosse, q̄ foris aguntur. Ecce dicamus. Nō audiunt. Nur qđ Deus nō audiūt? Quid ergo labores inuestigare, qđ audiāt, & q̄tum audiāt sc̄ti, quos oras: cum ipse Deus audiāt, pp̄ quē oras? Ipse uidet humilitatem tuā, q̄ remuneraturus est deuotionē tuā. Tñ si audiunt, & q̄tum audiūt: quid est audire nisi scire: Vnum. n. est lumen, in quo & audiunt ad p̄cipiendū, & uident ad cognoscendū. In quo si quid forte foris agitur, qđ mō interim non audiunt, aut non uident, mysterium est diuinationis, nō detrimentum felicitatis. Inueniuntur tm̄ quidam sanctorum patrum qđ ita dixisse, quasi nihil sit in creaturis, quod nō uideant qui uident omnia uidentem. Ego amplius iudicare non p̄sumo, nisi hoc solum, qm̄ tantum uident, quantum illi placitum est, quem uident, & in quo uident.

INCIPIT DECIMASEPTIMA Pars, de fine seculi.

De tempore aduentus Christi in nouissimo, Augustinus ad Esycium. Cap. I.

DE Saluatoris aduentu, qui expectatur in fine, tempora dinumerare non audeo: nec aliquē prophetam de hac re numerum annorū existimo

præfuisse. Sed potius illud præualere, quod ipse Dominus ait: Nemo pōt cognoscere tempora, quæ p̄t posuit in sua potestate. Tempora ergo computare hoc est xp̄ous chronous ut sciamus quando sit huius seculi, uel aduentus Domini nihil aliud mihi uideatur, quam scire uelle quod ipse ait, scire neminem posse. Opportunitas uero illius t̄pis p̄fecto non erit, anteq̄ p̄dicetur euangeliū uniuerso orbi in testimonium oībus gentibus. Apertissima. n. de hac re legitur sententia saluatoris dicentis. Et p̄dicabitur hoc euangeliū regni in uniuerso orbe in testimonium oībus gentibus. Tunc ueniet finis. Tūc ueniet quid est nisi ante non ueniet: Quanto post ergo ueniat, incertum nobis est. Ante tm̄ non esse uenturum dubitare utique non debemus. Si ergo latet, qñ ecclesia fructificante atque crescente, uniuersus oīno a mari usque ad mare. orbis implebitur: proculdubio latet qñ finis erit. Ante quippe non erit. Tunc reuelabitur ille iniquus. i. antichristus, quē Dñs Iesus Christus interficiet sp̄u oris sui.

De ultima tribulatione. Augustinus de ciuitate Dei. Cap. II.

T Vnc soluetur satanas de custodia sua, & exibit ad seducendas nationes, quæ sunt in quatuor angulis terræ, Gog, & Magog: quorum interpretationem noīum esse cōperimus: gog tectum: magog de tecto: tāq̄ domus & ipse, qui procedit de domo. Gentes ergo sunt, in quibus diabolus uelut ī abyssō superius intelligebamus inclusum: & ipse de illis quodammodo sese efferens & procedens, ut illæ sint tectum: ipse de tecto.

Quare modo diabolus ligatur. Cap. III.

A Lligatio diaboli est nō permitti exercere totā tentationem, quā pōt uel ui, uel dolo ad seducendos hoīes in partem suam cogendo uiolenter, fraudulenter uel fallendo. Qđ si permittetur in tam longo t̄pe, & tanta infirmitate multorū plurimos tales, quales Deus perpeti id: non uult, & fideles deijceret, & ne crederent impediret: quod ne faceret alligatus est. Tunc enim soluetur, qñ & breue tempus erit. Nā tribus annis & sex mensibus legitur suis totis, suorumq; uiribus lauiturus: & tales erunt, cum quibus ei belligerandum est, ut uinci tanto eius impetu, infidijq; non possint. Soluetur autem satanas in fine seculi, ut quā fortē aduersarium Dei ciuitas superauerit, cum ingenti gloria sui redemptoris, adiutoris, liberatoris aspiciat.

Quare in nouissimo soluetur. Cap. IIII.

E Xibit autē (ut dictum est) satanas in apertam p̄secutionē, de latebris erūpet odiorū. Hæc. n. erit nouissima p̄secutio nouissimo imminente iudicio, quā sc̄ta ecclesia toto terrarū orbe patietur, uniuersa uidelicet ciuitas Christi ab uniuersa ciuitate diaboli q̄tacūq; erit: utraq; sup̄ terrā. Vnde Apostolus. Refrigescet charitas multorū, & abūdabit iniquitas. Vnde Daniel. Et erit, inq̄ t̄ps tribulatiōis, qualis nō fuit, ex quo nata ē gēs sup̄ terrā, usq; ad t̄ps illd̄.

Quanto tempore erat ultima tribulatio. Cap. V.

M HÆc p̄secutio nouissima futura ab antichristo tribus annis & sex mensibus erit. Non. n. ueniet ad uiuos & mortuos iudicādos Christus, nisi prius uenerit ad seducendos in anima mortuos aduersarius eius antichristus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.

De aduentu Eliæ, & Henoch. Cap. VI.

N VEniet tunc Elias Thesbites anteq̄ ueniat dies Dñi magnus & illustris, qui conuertet cor patris ad filiū, & cor hoīs ad proximū suum: ne fortē ueniens percutiā terrā penitus. Per hunc Eliam magnum, mirabilemq; p̄phetam & posita sibi lege nouissimo t̄pe ante iudiciū Iudæos in Ch̄m uerum. i. in Ch̄m n̄m esse credituros, celeberrimum est in sermonibus, cordibusq; fidelium. Ipse quippe añ aduentū iudicis Saluatoris non immerito speratur esse uenturus, qui ēt nunc uiuere nō immerito creditur. Curru nanq; igneo raptus est de rebus humanis: qđ euidentissime sacra scriptura testat. Cū uenit ergo exponēdo legem sp̄ualiter, quam nunc Iudæi carnaliter sapiunt, cōuertet cor patris ad filiū. i. corda patrū ad filios. Sic. n. cor patrū conuertetur ad filios, cum intelligentia patrū perducet ad intelligentiam filiorum: & cor filiorum ad patres eorū, dum in id, quod senserunt illi, consentient & isti.

De qualitate persone iudicis. Aug. de Trinitate. Cap. VII.

O CVM uenerit filius hoīs in gloria sua, & oēs angelus eius cum eo: tunc cōgregabunt ante eum oēs gentes. Et Iudæi quippe qui in malitia perseuerantes in illo iudicio puniendi sunt: sicut alibi scriptum est: Videbunt in quē pupugerunt. Cum. n. boni & mali uisuri sunt iudicē uiuorū & mortuorū: proculdubio eū uidere mali non poterunt, nisi fm̄ formā, qua filius hoīs est: sed tm̄ in claritate, in qua iudicabit, non in humilitate, in qua iudicatus est. Non. n. Ch̄s iterū in cruce uidentus est. Ceterū illam Dei formā, in qua æqualis est patri, proculdubio impij non uidebunt. Non. n. sunt mūdices. Beati. n. mundicordes, qm̄ ipsi Deū uidebunt. Alioquin si filius Dei iudex in forma, in qua æqualis est patri, ēt impijs, cū iudicaturus est, apparebit: qđ est quod p̄ magno dilectori suo pollicetur dicens: ego diligā eū, & oīdam meipsum illi? Quapropter filius hoīs iudicaturus est: nec tm̄ ex humana p̄tate, sed ex ea, qua filius Dei est. Et rursus filius Dei iudicaturus est: nec tm̄ in ea forma apparēs, ī qua Deus est æqualis p̄i, sed in ea, qua filius hoīs est. Itaque utrūq; dici pōt: & filius hoīs iudicabit, & nō filius hoīs iudicabit: quia filius hoīs iudicabit, ut uerum sit, qđ ait: Cum uenerit filius hoīs, tunc congregabunt ante eū oēs gentes. Et nō filius hoīs iudicabit, ut uerū sit, qđ ait: Ego non iudico, & ego nō quero gloriam meā: est qui q̄rat, & iudicet. Nam fm̄ id, qđ in iudicio nō forma Dei, sed forma filij hoīs apparebit: nec ipse p̄ iudicabit. Scđm hoc. n. dictum

Mat. 25. Ioan. 8. Ibidem.

est: pater non iudicat quenq; sed oē iudicium dedit Ioan. filio. Scđm autē qđ dictum est: dedit p̄ filio uitam Ibidem. h̄re in semetipso: non utiq; d̄ p̄ non iudicat quem quam. Scđm hoc. n. q̄ æqualē p̄ genuit filium, iudicat cum illo. Scđm hoc ergo dictū est, qđ in iudicio non forma Dei, sed forma filij hoīs apparebit: non quia non iudicabit, qui dedit oē iudicium filio: cū de illo dicat filius. Est qui q̄rat, & iudicet: sed ita dictum est p̄ non iudicat quenq; sed omne iudiciū dedit filio: ac si diceretur. Patrem nemo uidebit in iudicio uiuorū & mortuorū, sed oēs filium: quia & filius hoīs est, ut possit ab impijs uideri: cū & illi uidebunt, in quē pupugerunt. Oē igitur iudicium dedit filio, q̄ iudex in forma filij hoīs apparebit, quæ forma non est patris, sed filij: nec in ea filij, in qua æqualis est p̄i, sed in qua minor est p̄e, ut sit in iudicio conspicuus bonis & malis. Quando autē iudicem uidebunt mali, non eis uidebitur bonus, quia non ad eum corde gaudebūt, sed tunc se plangent oēs tribus terræ. In numero utique malorum oīum & infidelium uisio illa filij hoīs nec bonū erit impijs, qui mittent in ignem æternū, nec summum bonū erit iustis. Adhuc. n. uocat eos ad regnum, qđ eis paratum est ab initio mūdi: Sicut. n. illis dicit, Ite in ignem æternum: sic istis, uenite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum.

De celeritate iudicij. Aug. ad Consentium. Cap. VIII.

I N atomo dicit Apostolus, hoc est in puncto tēporis, quod diuidi nū pōt: in ictu oculi, hoc est in summa celeritate: & in nouissima tuba, hoc est in nouissimo signo qđ dabit, ut ista compleant. Ca. net. n. (inquit) tuba, & mortui resurgēt incorrupti: & nos cōmutabimur. Ergo istā cōmutationem in melius sine dubitatione oportet intelligi, quia oēs & iusti & iniusti resurrecturi sunt. Sed sicut Dñs in euangelio loquit: Qui bene fecerunt, in resurrectione uitæ: qui male egerūt, in resurrectione iudicij: iudiciū appellans penā sempiternā: Sicut alio loco: Qui non credit (inquit) iam iudicatus est. Proinde illi, qui ad iudicium resurrecturi sunt, non cōmutabunt in illā incorruptelā, q̄ nec doloris p̄nam uel corruptionē pati pōt. Illa nanq; fidelium est atq; sanctorū. Isti uero perpetua dānatione cruciabuntur: quia ignis eorum non extinguetur, & uermis eorū non morietur. Ac per hoc incorrupti quidem resurgēt integritate membrorum, sed tamen corrupti in di dolore p̄narum cum audierit: Ite in ignē æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. A quo auditu malo iustus non timebit.

De eodem. Cap. IX.

E T ut radius oculi nostri non citius peruenit ad S propinquiora, tardius ad longinquiora, sed utraque interualla parili celeritate contingit: ita cū in ictu oculi, sicut Apostolus dicit, sit resurrectio mortuorum: omnipotentia Dei, & ineffabili nutui tam facile est quæq; recentia, quā diuturno tempore dilapsa cadauera suscitare.

M. Hug. à S. Vic. To. iij. H h h 2 De

De eodem. Cap. X.

ERit iudiciu ipso inopinato Dni aduentu celerimū, qd tardissimū putabatur: quia ipfas conscientias sine sermonis plixitate cōuincet. In cogitationibus. n. (sicut scriptū est) impij interrogatio Sap. 1. erit. Et Apłs, Cogitationibus (inquit) accusātibz, Rom. 2. siue excusantibus in die qua iudicabit Deus occulta hoium, sm euangelium meum, per Iesum Christum, Etia sic Dominus futurus est testis intelligendus velox, cū sine mora reuocaturus est in memoriam, vnde conuincat & puniat conscientiam.

De ordine resurgendi. Cap. XI.

PROpheta Esaias. Resurgēt (inquit) mortui: & resurgēt qui erant in sepulchris. Vnde Apłs. Ipse Dns in iussu, & in voce archāgeli, & in tuba Dei descendet de caelo, & mortui, qui in Chro sunt, resurgent primi. Deinde nos viuentes, qui reliqui sumus, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chro in aera: & ita sp cum Dno erimus. Hęc verba Apostolica resurrectionem mortuorum futurā, qn veniet Chrs vtiq; ad viuos & mortuos iudicandos, pclarissime oñdunt. Sed qri solet, vtrum illi, quos hic viuentes inuenturus est Chrs: quorū personas in se atq; illos, qui tunc secū viuebant, transfigurabat Apłs, nunq oīno morituri sint: an ipso tps puncto, quo cū resurgentibus rapiemur in nubibus obuiam Chro in aera, ad immortalitatē per mortem mira celeritate trāsibunt. Si ergo sanētos, qui reperient Chro veniente viuentes: eique in obuiā rapiemur crediderimus in eodē raptu de mortalibus cotporibus exituros: & ad eadem mox immortalia redituros, nullas in verbis Apostoli patiemur angustias: siue vbi dicit: tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur: siue vbi dicit: oēs resurgemus, aut oēs dormiemus: quia nec illi per immortalitatem viuificabuntur, nisi quamlibet paululum tamen ante moriantur: ac per hoc & a resurrectione non erunt alieni, quam dormitione praecedunt, quamuis breuissima, non tamen nulla.

1. Cor. 15. Ibidem. Resurrecti, oēs morituri sunt, nemino excepto.

Quomodo intelligendum est, quod scriptum est. Viuos, & mortuos iudicabit. Cap. XII.

DVobis modis accipitur, q viuos & mortuos iudicabit. Siue viuos intelligimus, quos hic nondum mortuos, sed adhuc in ista carne viuentes inuenturus est eius aduentus: mortuos autem, qui de corpore priusquam veniat, exierunt, vel exituri sunt. Siue viuos iustos, & mortuos iniustos: quoniam iudicabunt iusti, iudicabuntur iniusti.

De resurrectione corporum qualiter, aut qualia resurgent. Cap. XIII.

SVnt nonnulli, qui considerantes, q spiritus a carne soluitur: q caro in putredinē vertitur, q putredo in puluerem redigitur, q pulvis in elementa soluitur, vt nequaquam ab humanis oculis videat: resurrectionem fieri posse desperant. Et dum arida

ossa inspiciunt: hęc vestiri carnibus, rursusque ad vitam viridescere posse diffidunt, qui resurrectionis fidem ex obedientia non tenent, certe hanc tenere ex ratione debuerunt. Quid enim quotidie, nisi resurrectionem nostram in elementis, mundū imitatur: Per quotidiana quippe momenta lux ipsa temporalis, quasi moritur, dum superuenientibus noctis tenebris ea, quę aspiciebatur subtrahitur: & quasi quotidie resurgit, dum lux ablata ocalis suppressa iterum nocte reparatur. Per momenta quippe temporum cernimus arbuta viriditatem foliorum amittere, a fructuum prolatione cessare. Et ecce quati ex arescente subito ligno, velut quadā resurrectione ueniente, videmus folia erumpere, fructus grandescere, & totam arborem rediuiuo decorē ueturi: Sed ecce resurrectionē audio, effectum, tñ ipsius resurrectionis exquirō, Credo nanque, q resurrecturus sum: sed volo, vt audia qualis. Scien dum quippe mihi est, utrum in quodam alio subtili fortasē vel aërio, an in eo, quo maneo, corpore surgam. Sed si in aërio corpore resurrexero: iā non ero ego, qui resurgo. Nam quomodo est vera resurrectio, si vera non poterit esse caro? Aperta ergo ratio suggerit, quod si vera caro non fuerit, proculdubio resurrectio uera non erit. Neque enim recta resurrectio dici potest, vbi nō surgit, quod ceciderit. Vnde etiam redemptor noster dubitantibus de sua resurrectione discipulis ostendit manus, & latus: palpanda ossa, & carnem praebuit dicens. Palpate & uidete: quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Iam vērō de resurrectione carnis, non sicut quidam resurrexerunt, iterumq; sunt mortui: sed in uitam aeternam sicut Christi ipsius resurrectio, quemadmodum possum breuiter disputare, & omnibus quaestionibus, quę de hac re moueri solent, satisfacere non inuenio. Resurrectam tamē carnem oīum quicumq; nati sunt, nascuntur, & mortui sunt, & morietur, nullo modo Christianus debet dubitare. Vnde prima occurrit de abortiuis fœtibus quaestio: qui iam quidem nati sunt in vteris matrum, sed nondum ita nati, ut iam possint renasci. Si resurrecturos eos dixerimus, qui iā formati sunt, utcunque tolerari potest quod dicitur. Informes vero abortiuos quis non procliuus perire arbitretur, sicut semina quę concepta non fuerint? Sed negare quis audeat, & si affirmare non audeat, id acturā resurrectionē: vt quicquid formę de fuit, impleatur: atque ita nō sit perfectio, quę accessura erat tpe, quęadmodū non erunt vitia, q accesserunt tpe: ut neq; in eo, quod aptū & congruū dies allaturi fuerant, natura fraudetur: neq; in eo, quod aduersum & contrarium dies attulerit, natura turpetur: sed integrabitur, quod nōdum erat: & integrū sic instaurabitur, quod nondum fuerat vitiatum.

Resurrectio mortuorum probatur.

Z

Luc. 24.

De abortiuis & monstris, vtrum resurgent, & qualia. Cap. XIII.

SUPER hoc scrupulosissime quidem inter doctissimos quaeri solet & disputari potest: quod vtrum ab homine inueniri possit, ignoro. Quando incipit homo in vtero viuere, vtrum sit qdam occulta

cultā vita, q nondum motibus viuēntis appareat. Nā negare vixisse puerperia, quę propterea membratim exsecantur, & eijciuntur ex vteris pręgnantium, ne matrem quoq; (si mortua ibi relinquunt) occidant, impudentia nimia videtur. Ex quo aut incipit hō viuere, ex illo vtiq; iā mori pōt. Mortuus vero, vbicumq; mors illi potuit euenire: quō ad resurrectionem non pertineat mortuorum, reperire nō possum. Neq; n. monstra, quę nascuntur & uiuunt, quāmlibet cito moriantur, aut resurrectione negabunt, aut vitata resurrectura credēda sūt, aut non potius correctā emendatāq; natura. Absit. n. vtilium bimentibrem, qui nuper natus est in oriente, de quo fratres dilectissimi, qui eum viderunt, retulerūt: beatus Hieronymus presbyter scriptum reliquit: absit, inquam, vt vnum duplicem hominem, ac nō potius duos homines, qd futurū fuerat, si gemini nascerentur, resurrecturos existimemus. Ita & cetera, quę singuli quiq; partus vel amplius vel minus aliquid habendo quadā nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanę naturę figuram resurrectione reuocabuntur: ita vt singule aīę singula sua corpora obtineant, nullis coherentibus etiam quęcunq; coherentia nata fuerant: sed seorsum sibi singulis suā membra gestantibus, quibus humani corporis complebitur integritas. Nō perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro: sed in quenlibet puluerem cinerēve soluatur, in quoslibet halius aurāsque diffugiat, in quancunq; aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa veratur, in quoruncunq; aīalium vel hominum cibum cedat, carnemq; mutetur: illi aīę humanę pūcto temporis redibit, quę illam primitus, vt homo fieret, atque cresceret, animauit.

De modo resurrectionis. Cap. XV.

MEMbrorum omnium reformatio non solū ex terra, verum etiam ex aliorum elementorum secretissimo sinu, quo dilapsa cadauera recesserunt, in temporis puncto reddenda & redintegrandā promittitur. Ipsa itaq; terrene materies, q discedente aīa, sit cadauer, non ita resurrectione reparabitur, vt ea, quę dilabuntur, & in alias atque alias aliarum rerum species formalq; vertuntur, quę ad corpus redeant, vnde dilapsę sunt, ad eadē quoq; corporis partes, vbi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillus redit, qd tam crebra tōsura detraxit, si vnguis, quod toties dēpsit exfectio, immoderata hęc & indecentia cogitantibus, & ideo resurrectionem carnis non credētibz, occurrit informitas. Sed quemadmodum si statua cuiuslibet volubilis metalli, aut in igne liqueceret, aut contereretur in puluerē, aut cōfunderetur in massam, & eam velit artifex rursus ex illius mensurę quantitatē reparare, nihil interesset ad eius integritatē, quę particula materię cuiq; mēbro statua redderetur, dum tñ totum, ex quo constituta fuerat, restituta resumeret: ita Deus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex de toto, quo caro nra constituta, eā mirabili & ineffabili celeritatē restituet.

Nec aliquid attinebit ad eius integritatē, vtrū capilli ad capillos redeant, an vngues ad vngues, an quicquid eorum perierat, mutetur in carnē, & in alias partes corporis reuocetur, curate artificis prouidentia ne quid indecens fiat. Nec illud est consequens, vt ideo diuersa statura sit reuiuiscentiū singulorum, quia fuerat diuersa viuēntiū, aut macri cum eadē macie, aut pingues cum eadē pinguedine reuiuiscant. Sed si hoc est in consilio creatoris: ut in effigie sua cuiuscunq; proprietates, & discernibilis similitudo seruetur, in ceteris aut corporis bonis æqualia cuncta reddantur: ita modificabitur illa in vnoquoq; materies, vt nec aliquid ex ea pereat: & qd alicui defuerit, ille suppleat, qui de nihilo potuit, qd uoluit operari. Si aut in corporibus resurgentium rationalis inæqualitas erit, sicut est uocum, quibus impletur cantus: hoc fiet cuiq; de materia corporis sui, qd & hoīem reddat angelicis cętibz, & nihil inconueniens eorum sensibus ingerat. Indecorum quippe aliquid ibi nō erit: Sed quicquid futurum est, hoc decebit: quia nec futurum est, si non decebit.

Exemplum supra dictorum. Cap. XVI.

SI n. statuum pōt artifex hō (quā propter aliquā de causam deformē fecerat) consistere, & pulcherrimam reddere, ita vt nihil substantię, sed sola deformitas pereat: ac si quid in illa forma priorē indecenter extabat, nec parilitati partium congruebat: non de toto, vnde fecerat, amputare atq; separare, sed ita conspergere vniuersa atq; miscere, vt nec fœditatem faciat, nec minuat quantitatem: quid de omnipotente sentiendum est?

Quod sanctorum corpora sine vicio resurgent, & incorruptibilia. Cap. XVII.

RESurgent igitur sanctorum corpora sine vllō vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, difficultate. In quibus tanta felicitas erit, ppter qd & spiritualia dicta sunt, cum procul dubio corpora futura sint, non spūs. Sed sicut nunc animale corpus dē, qd nunc corpus non aīa est: ita tunc spūale corpus erit, corpus tñ non spūs erit. Proinde quātum attinet ad corruptionē, q nunc aggrauat aīā, & vitia, quibus caro, aduersus spūm concupiscit: tunc non erit caro, sed corpus, quia & caelestia corpora perhibentur. Propter qd dictum est: Caro & sanguis regnum Dei non possidebūt. Et tāq; exponens quid dixerit: neq; corruptio, inquit, in corrupelam possidebit: Quod prius dixit caro & sanguis, hoc posterius dixit corruptio: & qd prius dixit regnū Dei, hoc posterius incorruptionem. Quantum aut attinet ad substantiam, et tñ caro erit. Propter qd post resurrectionem corpus Christi caro appellatum est. Ideo ait Apol. Seminatur corpus aiale: surget spirituale: qm tāta erit cōcordia carnis & spūs viuicantē spū sine sustētaculo alicuius indigētia subditā carnē, vt nihil nobis repugnet ex nobis: sed sicut foris neminē, ita intus nosmetipsos pariemur inimicōs. M. Hug. à S. Vic. To. iij. Hhh 3 Quod

C

E

Sap. 15. Gal. 17.

1. Co. 15

Ibidem.

Quod infantes non in ea statura resurgent, qua mortui sunt. Cap. XVIII.

F Vid ergo dicturi sumus de infantibus, nisi quod non in ea resurrecturi sunt corporis exiguitate, qua mortui. Sed quod eis tardius accessurum erat tempore, hoc sunt illo Dei opere miro atque celerrimo recepturi? In sententia quippe Domini, **Luc. 21.** ubi ait: Capillus capitis vestri non peribit: dictum est: non defuturum esse, quod fuit: non autem negatum est affuturum, quod defuit. Defuit autem in infanti mortuo perfecta quantitas sui corporis. Perfectio quippe infanti deest, vitique perfectio magnitudinis corporalis, quæ cum accesserit iam statuta longiore esse non possit. Hunc perfectionis modum sic habent omnes, ut cum illo concipiantur atque nascantur: sed hinc in ratione non in mole, sicut ipsa membra omnia iam sunt latentia in semine, cum etiam natis nonnulla adhuc desint, sicut dentes, aut si quid eiusmodi. In qua ratione vniuscuiusque materia indita corporali iam quodammodo (ut ita dicam) lineatur ut esse, quod nondum est: immo quod later: sed accessu temporis erit, vel potius apparebit. In hoc ergo infans iam aut brevis, aut longus est, qui longus brevisve futurus est. Restat ergo, ut suam recipiat quique mensuram, qualem habuit in iuuentute, etiam si senex est mortuus, vel fuerat habiturus, si ante est defunctus: ut nec ultra nec citra iuuenilem formam resurgant corpora mortuorum, sed in ea ætate de robore, usque ad quam Christum peruenisse cognouimus. Circa triginta quippe annos definierunt esse etiam seculi huius doctissimi homines iuuentutem, quæ cum fuerit spatio proprio terminata, inde iam hominem in detrimenta vergere grauioris ac sensuualis ætatis: & ideo non esse dictum in mensuram corporis, vel in mensuram staturæ: sed in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Quod omnes in eadem statura resurgent, quam in perfecta vel iuuenili ætate, scilicet habuerunt, vel habituri fuerunt. Cap. XIX.

Rom. 8. Illud, quod ait Apostolus, prædestinatos conformes fieri imaginis filii Dei, potest sic accipi, ut quemadmodum nobis ille mortalitate, ita nos illi efficiamur immortalitate conformes. Si autem in his verbis, qua forma resurrectura sint corpora, sumus admoniti: sicut illa mensura, ita & ista conformatio non quantitatis intelligenda est, sed ætatis. Resurgent itaque omnes tam magni corpore, quam vel erant vel futuri erant iuuenili ætate. Si quis vero in eo corporis modo, in quo defunctus est, resurrecturum vnumquemque contendit, non est cum illo laboriosa contradictione pugnandum.

Utrum reprobi cum vitijs suis resurgent, & deformitatibus. Cap. XX.

H Quicunque vero ab illa perditionis massa, que facta est per hominem primum, non liberantur per vnum mediatorem Dei, & hominum, resurgent quidem etiam ipsi vniuscuiusque cum sua car-

ne, sed ut cum diabolo, & eius angelis puniantur. Vtrum sane ipsi cum vitijs, & deformitatibus suorum corporum resurgant, quæcumque in eis deformia & vitiosa membra gestauerunt, inquirendo laborare quid opus est? Neque enim fatigare nos debet incerta eorum vel habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa sempiterna damnatio. Nec moueat quomodo erit in eis corpus incorruptibile, si dolere poterit: aut quomodo corruptibile, si non poterit. Non enim est vera vita, nisi ubi feliciter uiuitur: nec vera incorruptio, nisi ubi salus nullo dolore corrumpitur. Vbi autem infelix mori non finitur, & ut ita dicam mors ipsa non moritur: & ubi dolor perpetuus non interimit, sed affligit ipsa corruptio, & non finitur: hæc in scripturis sanctis secunda mors dicitur. **Apo. 20.** Nec prima tamen, qua suum corpus anima relinquere cogitur, nec secunda, qua pœnale corpus anima relinquere non permittitur, homini accidisset, si nemo peccasset. Mitissima sane omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum, quod originale traxerunt, nullum insuper addiderunt, & in cæteris, quæ addiderunt, tanto quisque ibi tolerabiliorẽ habebit damnationem, quanto hic habuit minorem iniquitatem.

Quomodo terrena corpora in cælo manebunt. Cap. XXI.

Necessè est, aiunt quidam, ut terrena corpora in naturale pœdus uel in terra teneat, uel cogat ad terram: & ideo in cælo esse non possunt. Primi quidem illi homines in terra erant nemorosa atque fructuosa, quæ paradisi nomen obtinuit, & de ponderibus elementorum sic argumentantur. Quoniam, scilicet a magistro Platone didicerunt: mundi duo corpora maxima atque postrema duobus medijs, aere. scilicet & aqua esse copulata atque coniuncta. Ac per hoc, inquit, quoniam terra ab hinc sursum uersus est prima, secunda aqua super terram, tertius aer super aquam, quartum super aerem cælum. Non potest esse terrenum corpus in cælo. **Momētis. n. pprijs,** ut ordinem suum teneant, sua elementa librantur. Ecce qualibus argumentis omnipotentis Dei humana contradicit infirmitas, quam possidet uanitas. Quid ergo faciunt in aere terrena tot corpora, cum a terra sit aer tertius: nisi forte qui per plumarum & penarum leuitatem donauit auium terrenis corporibus, ut portentur in aere, immortalibus factis corporibus hominum non poterit donare uirtutem, qua in cælo esse possint habitare? Nam cum terrenorum corporum sicut onera gestando sentire consueuimus, quanto maior est quantitas, tanto fit maior & grauius: tamen membra suæ carnis leuiora portat anima, cum in sanitate robusta sunt, quam in lægore cum macra sunt. & cum alijs gestantibus onerosior sit saluus & ualidus, quam exilis & morbidus: ipse tamen ad suum corpus mouendum & portandum agilius est, cum in bona ualitudine plus habet molis, quam cum in peste uel fame minimum roboris. **Tm̄** ualet et in habendis terrenis corporibus, quamuis adhuc corruptibilibus atque mortalibus, non quantitatibus pondus, sed temperationis modus. Et quis uerbis explicet quantum distat inter præsentem quam dicimus sanitatem & immor-

immortalitatem futuram? Non itaque redarguunt nostram fidem philosophi de corporum ponderibus. Est enim sic hinc sursum uersus terra prima, aqua secunda, aer tertius, cælum quartum, ut super omnia sit animæ natura. Nam & Aristoteles quartum corpus esse dixit esse, & Plato nullum. Si quintum esset, certe superius esset cæteris. Cum uero nullum est, multo magis sperat omnia. In terreno ergo quid facit corpore? In hac mole, quid agit subtilior omnibus? In hoc pondere quid agit leuior omnibus? In hac tarditate quid agit celerior omnibus? Itane per huius tam excellentis naturæ meritum non poterit effici, ut corpus aus leuetur in cælum? Et cum valeat nunc natura corporum terrenorum deprimere animas deorsum, aliquam & animam leuare sursum terrena corpora non ualebunt? Postremo si ita est elementorum ordo dispositus, ut secundum Platonem duobus medijs, aere & aqua: duo extrema, scilicet ignis & terra iungantur, cælique obtineant illi summum locum: hæc autem imum uel fundamentum mundi: & ideo in cælo non potest esse terra: **I** Cur est ignis in terra? Secundum hanc quippe rationem ista duo elementa in locis proprijs, imò ac summò terra & ignis esse debuerunt, ut quæ admodum nolunt in summo esse posse, quod imum est: ita nec in imo esse possent, quod summum est. Sicut ergo nullam purant uel esse, uel futuram esse particulam terræ in cælo, ita nullam particulam uidere debuimus ignis in terra. Nunc uero non solum in terris, uerum etiam sub terris ita est, ut eum eructent uertices montium: præter quod in uisibus hominum & esse ignem in terra, & eum nasci uideamus de terra: quandoquidem & de lignis & lapidibus nascitur, quæ sunt corpora sine dubitatione terrena. Cur ergo nolunt, ut credamus naturam corporum terrenorum aliquando incorruptibilem factam cælo conuenientem futuram, sicut nunc ignis corruptibilis his conuenit terris? Nihil igitur asserunt ex ponderibus atque ordine elementorum, unde omnipotenti Deo, quo minus faciat corpora nostra talia, ut etiam in cælo possint habitare, præscribant.

Quale sit futurum iudicium. Cap. XXII.

M Quædam vis intelligenda est diuina, qua fiet, ut cuique opera sua uel bona uel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset uel excuset conscientiam, atque ita simul & omnes & singuli iudicentur. Quæ nimirum vis diuina libri nominis accepit. In ea quippe quodammodo legitur quicquid a faciente recolitur.

Quod Deus conscientia nostra teste utetur ad iudicandum nos. Cap. XXIII.

N Adueniente iudice vniuscuiusque conscientia ad testimonium erit deducta. Tunc omnes ante oculos culpa reducitur, & mens super gehennæ incendia suo grauius igne cruciatur.

O Necessè est sapius cogitemus quales erimus in die iudicij purissimis angelorum conspectibus

offerendi: & aeterno iudici rationem de libris conscientiarum reddituri. Remotis enim omnibus probationibus: certum est in die illa ipsum ante se hominem constituturum, & ipsam sibi animam in cordis speculo demonstrandam: & testes contra eum non de foris aliunde, sed intus de semetipsa præferendos: adicienda erunt non aliqua peregrina, sed nimirum nota testimonia. **i. opa sua.**

Qualiter Deus in presenti iudicet. Cap. XXIII.

Iudicat Deus hoc tempore non solum uerum de genere primorum meritum peccatorum, sed et de singulorum operibus proprijs, quæ gerunt arbitrio uoluntatis. Nescimus enim quo iudicio Dei bonus ille sit pauper, malus ille sit diues. Ille gaudeat, quem profuis perditis moribus cruciari debuisse persuadet: exeat de iudicio non solum inultus, uerum et damnatus innocens, aut iniquitate iudicis pressus, aut falsis obrutus testimonijs. Econtario scelestus aduersarius eius non solum impunitus, uerum et iudicatus insultet. Impius optime valeat, pius languoribus tabescat: atrociter fanissimi iuuenes: & qui nec uerbo quenquam ledere poterunt, diuersa morborum atrocitate affligantur. Infantes uiles rebus humanis immatura morte rapiantur, & qui uidet nec nasci debuisse insuper diuissime uiuat: plenus criminibus, sublimetur honoribus, & hominem sine querela tenebræ ignobilitatis abscondat: & cætera huiusmodi.

De eodem. Cap. XXV.

Nunc uero quando non solum in malo sunt boni, & in bono mali: quod uel iniustum: uerum et plerumque & malis mala eueniunt, & bonis bona proueniunt: magis inscrutabilia sunt iudicia Dei, & inuestigabiles uiae eius. Cum uero ad illud Dei iudicium uenerimus, quod tempus iam prope dies iudicij, & aliquando dies Domini nuacupat, non solum quicquid tunc iudicabitur, uerum etiam quæcumque ab initio iudicata, & quæcumque usque ad illud tempus iudicanda sunt, apparebunt esse iustissima. Vbi hoc quoque manifestabitur: quam iusto iudicio Dei fiat, ut nunc tam multa ac pene omnia iusta iudicia Dei lateant sensus mentesque mortalium, cum tamen in hac re piorum fide non lateat iustum esse, quod latet.

De eodem. Cap. XXVI.

Cum ualde occulta sint diuina iudicia, cur in hac uita non nunquam bonis male sit, & malis bene: tunc occultiora sunt, cum & bonis hic bene est, & malis male. Nam cum bonis male est, & malis bene: hoc fortasse deprehenditur, quod & boni si qua de liquerunt, hic recipiunt, ut ab æterna plenius damnatione liberentur: & mali bona, quæ pro hac uita faciunt, hic inueniunt, ut ad sola in posterum tormenta pertrahant. Unde & ardenti diuiti in inferno dicitur. **Memento fili, quia accepisti bona in uita tua, & Lazarus sibi mala. At cum bonis hic bene est, & malis male:**

male incertum valde fit, vtrum bona iccirco boni accipiant, vt prouocati ad aliquid melius crescāt, an iusto iudicio atq; latenti hic suorum operum remunerationem percipiāt, vt a præmiis vitæ sequentis inanescent. Et vtrum malos iccirco aduersa feriāt, vt ab æternis suppliciis defendant: an hic eorum pœna incipiat, vt quandoque complenda ad vltima gehennæ tormenta perducatur.

De eodem. Cap. XXVII.

S Vobis modis in hac vita hominem iudicat Deus: quia aut per mala præsentia irrogare iam tormenta sequentia incipit, aut tormenta sequentia flagellis præsentibus extinguit.

Vbi erunt corporaliter sancti, quando mundus ardebit. Cap. XXVIII.

T Quærat forsitan aliquis, si post factum iudicium iste mundus ardebit, antequam pro illo cælum novum, & terra noua reponatur: eo ipso tempore conflagrationis eius vbi erunt sancti, cum eos habentes corpora in aliquo corporali loco esse necesse sit? Possimus respondere futuros eos esse in superioribus partibus, quod ita non ascendet flamma illius incendij, quemadmodum nec vnda diluuij. Talia quippe illis inerunt corpora, vt illic sint, vbi esse voluerint. Sed nec ignem conflagrationis illius pertinescent immortales atque incorruptibiles facti, sicut vitorum trium illorum corruptibilia corpora atque mortalia in camino ardenti illæsa viuere potuerunt.

Dan. 3.

INCIPIT XVIII. PARS, de statu futuri seculi.

De inuocatione mundi. Cap. I.

Vdicatis ijs, qui scripti non sunt in libro vitæ, & in æternum ignem missi, qui ignis cuiusmodi, & in qua mundi vel terræ parte futurus sit, hominum scire arbitror neminem, nisi forte cui spiritus diuinus ostenderit. Tunc figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione præteribit, sicut factum est mundanarum aquarum inundatione diluuium. Illa itaque; (vt dixi) conflagratione mundana elementorum corruptibilitatem qualitates, quæ corruptilibus nostris corporibus congruebant ardendo penitus interibunt, atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniat: vt. s. mundus in nouatus in melius aperte accomodetur hominibus etiam carne innouatis in melius.

Quid proderit æterna pœna malorum bonis. Cap. II.

X Iniqui ad aliquid ardebunt. s. vt iusti omnes & in Domino videant gaudia, quæ percipiunt, & in illis respiciant supplicia, quæ euaserunt, quatenus tanto magis in æternum diuina gratia ditiores se esse cog-

noscant, quanto apertius in æternum mala puniri conspiciunt, quæ eius adiutorio vicerunt.

Quod boni malos videbunt, non mali bonos: & de secunda morte. Cap. III.

Qui erunt in pœnis, quid agant intus in gaudio Domini nesciunt: qui vero erunt in illo gaudio, quid agatur foris in tenebris exterioribus ciunt. Non enim nulla, sed sempiterna mors erit, quoniam nec viuere anima poterit Deum non habendo, nec doloribus temporis carere moriendo. Prima mors animam pelliciam corpore nolentem. Secunda mors animam nolentem tene in corpore. Ab utraque morte cõter id habetur, vt quod non vult anima de suo corpore patiatur.

Quod mali iccirco semper viuunt, vt semper moriantur. Cap. IIII.

Illic anima posita beata esse perdidit, & esse non perdidit. Ex qua re se cogitur, vt & mortem sine morte, defectum sine defectu, & finem sine fine patitur: quatenus ei & mors immortalis sit, & defectus indeficiens, & finis infinitus.

Quod in æternis non æqualiter cruciabitur omnes. Cap. V.

Manet dissimilitudo passionum et in similitudine passionum, & licet sub eodem tormento, non est idem virtus & vitium. Nam sicut sub vno igne aurum rutilat, palea fumat: & sub eadem triturâ stipula comminuuntur, frumenta purgantur, nec idem cum oleo amurca confunditur, quia eodem preli pondere exprimitur: ita vna eademque vis irruens bonos probat, purgat, eliquat: malos damnat, vastat, exterminat. Tantum autem interest non qualia, sed qualis quisque patiatur.

De eodem. Cap. VI.

Nequaquam negandum est et ipsum æternum ignem pro diuersitate meritorum, quantum malorum aliis leuiorem, aliis futurum esse grauiorem: siue ipsius vis atque ardor pro pœna digna cuiusque varietur, siue ipse æqualiter ardeat, sed non æquali molestia sentiat.

De eodem. Cap. VII.

Vnus quidem est gehennæ ignis, sed non omnes vno modo cruciatur peccatores. Vniuscuiusque quantum exigit culpa, tamen illic sentietur pœna. Nam sicut in hoc mundo sub vno sole multi constituntur, nec tamen eiusdem solis ardore æqualiter sentiunt, quia alius plus æstuat, atque alius minus: ita illic in vno igne non vnus est modus incendij: quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum: vt & ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat.

Quomodo iustum sit, vt pro temporali culpa æterna pœna reddatur. Cap. VIII.

Quomodo ergo verum est (inquiunt) quod ait Christus vester: In qua mensura mensi fueritis,

in eadem remetietur vobis: si temporale peccatum supplicio punitur æterno? Nec attendunt non propter æquale spatium temporis, sed propter vicissitudinem malorum. vt qui mala fecerit, mala patitur, dicta fuisse eandem mensuram. De iudicijs. n. & condemnationibus Domini loquebatur. Proinde qui iudicat & condemnat iniuste, si iudicatur & condemnatur iuste: in eadem mensura recipit, quantum non hoc, quod dedit. Iudicio. n. fecit, & iudicio patitur. Quamuis damnationem fecerit, quod iniquum est: patitur damnationem, quod iustum est. Nec quisquam existit, qui concedat tam cito nocentium finiendam esse tormenta, quam factum homicidium, vel adulterium, vel sacrilegium, vel quodlibet aliud scelus, non temporis longitudine, sed iniquitatis & impietatis magnitudine metientium.

De eodem. Cap. IX.

Christus ait. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. i. quod feceris, patieris. Non vt si stuprum fecerit, stuprum patiatur: sed quod peccato isto facit legi, hoc ei lex faciat. i. quia legem talia prohibentem de sua vita abstulit: auferat eum etiam ipsa lex de hominum vita, quam regit. Idem. Nolite iudicare, & non iudicabimini. In quo. n. iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Nunquid si iniquo iudicio iudicabunt, iniquo iudicabuntur? Absit. Nulla quippe iniquitas apud Deum: sed ita dictum est. In quo iudicio iudicaueritis, in eo iudicabimini, tanquam si diceretur. In qua voluntate benefeceritis, in ipsa liberabimini, vel in qua voluntate malefeceritis, in ipsa puniemini. Ex qualitatibus quippe voluntatum, non ex temporum spatijs siue recte facta siue peccata metentur. Alioquin maius peccatum haberetur arborem deijcere, quam hominem occidere. Illud. n. fit longa mora, ictibus multis: hoc vno ictu, breuissimo tempore. In hac quippe sententia ad hoc solum eadem mensura est, vt quod præstitit, ei non præstetur. Atque ita quod ipse iudicatur erit æternum, quamuis quod iudicauerit æternum esse nequiverit. In eadem igitur mensura, quamuis non æternorum malefactorum æterna supplicia remetientur: vt quia æternam voluit habere peccati perfruitionem, inueniat æternam vindictæ seueritatem.

De eodem. Cap. X.

Scire uelim quomodo iustum sit: vt culpa, quæ scum sine perpetrata est, sine fine puniatur. Gregorius. Hoc recte diceretur, si districtus iudex non corda hominum, sed facta pœsaret. Iniqui. n. ideo cum sine deliquerunt, quia cum sine vixerunt. Nam voluissent, vtiq; si potuissent, sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt. n. quia in peccato sepe viuere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam, iudicantis pertinet, ut nunquam careat supplicio, qui in hac uita noluerunt carere peccato.

Quomodo diabolus nunc cruciatur, & quomodo in futuro cruciabitur. Cap. XI.

Antiquus hostis nequitie sue uinculis astrictus aliud est, quod nunc patitur: aliud, quod in fine patietur. Quia. n. a lucis intimæ ordine cecidit, nunc semetipsum intrinsecus horroris caligine confundit. Sed posthac amaritudine inuoluetur: quia superbiæ eius supplicia non solum omnimoda, sed etiam infinita præparantur. Quæ uidelicet eius pœna tunc initium accipit, cum districtus ad extremum iudex uenit.

De eodem. Cap. XII.

Morte autem carnis alieno diabolo, unde nimirum superbus incedit, mors alterius generis præparatur: In æterno igne tartari. Quo non solum cum terrenis, sed etiam cum aerijs corporibus excruciarum spiritus possint.

Quod post damnationem reproborum sancti plenius cognoscunt gratiam Dei. Cap. XIII.

Remanentibus igitur angelis & hominibus reprobus in æterna pœna, tunc sancti scient plenius quid boni contulerit eis gratia.

Quod damnatis malis, sancti in vitam æternam intrabunt. Cap. XIII.

Sicut. n. impijs dicit. Ite in ignem æternum, sic iustis, Venite benedicti patris mei, possidete, &c. Et sicut ibunt illi in combustionem æternam, sic iusti in uitam æternam. Quid est autem uita æterna, nisi ut cognoscant te, inquit, unum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum? Sed iam, in illa claritate, de qua dicit patri, quæ habui apud te prius quam mundus fieret: tunc tradet regnum Deo & patri, ut intret seruus bonus in gaudium Domini sui.

Quomodo iusti tunc non compatientur malis. Cap. XV.

Et ubi est quod sancti sunt, si pro inimicis suis, quos tunc ardere uidebunt, non orabunt, quibus utique dictum est: Pro inimicis uestris orate? Orant pro inimicis suis eo tempore quo possunt ad fructuosam pœnitentiam eorum corda conuertere, atque ipsa conuersione saluare. Quid. n. aliud pro inimicis orandum est, nisi hoc, quod ait Apostolus: ut det Deus illis pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, & respiciant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipsius uoluntatem.

De eodem.

Placet quod dicis. Et quomodo pro illis tunc orabitur, qui iam nullatenus possunt ad iustitiam

ta opera ab iniquitate commutari. Eadem itaque causa est, cur non oretur tunc pro hominibus igne aeterno damnatis, quae nunc etiam causa est, ut non oretur pro diabolo, angelisque eius aeterno supplicio deputatis. Quae nunc etiam causa est, ut non orent sancti homines pro hominibus infidelibus impijsq; defunctis, nisi quia eis utique, quos aeterno supplicio deputatos iam nouerunt, ante illum iudicis iusti conspectum orationis suae meritum. ca. cassari refugiunt? Quoniam nunc quoque uiuentes iusti & mortuis & damnatis & iniustis minime communiuntur, quando adhuc aliquid iudicabile de sua causa sese perpeti etiam ipsi nouerunt. Qui tanto districtius tunc iniquorum tormenta despiciunt, quanto ab omni vitio corruptionis exuti ipsi iam iustitiae vicinius atq; arctius inharebunt. Sic quippe eorum mentes, per hoc quod iustissimo inharent iudici, vis distinctionis absorbet, ut omnino eis non libeat quicquid ab illius aeternae regulae subtilitate discordat.

De visione Dei. Cap. XVI.

NSiquaeris, utrum possit Deus videri: respondeo. Potest. Si quaeris unde sciam? respondeo. Quia in verissima scriptura legitur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Si quaeris quomodo dictum sit inuisibilis si videri potest, respondeo. Inuisibilem esse natura. Videri autem potest, cum vivit, sicut vult. Plurimis enim visus est, non sicut est, sed quali specie illi placuit apparere. Quid est ergo, quod eadem dicit auctoritas: Deum nemo vidit unquam. & quod Apostolus planius explicans: Quem nemo, inquit, hominum vidit, nec videre potest. Quomodo ergo Deum vidit Abraham, Isaac, Iacob, Iob, Moyses, Michaeas, Esaias, & si qui alij sunt: de quibus veracissima scriptura testatur, quoniam Deum viderint: si Deum nemo vidit unquam, nec videre potest? Magna quomodo est quomodo non sit contrarium, quod tot antiqui viderunt Deum: si Deum nemo vidit unquam: quem nemo hominum vidit, nec videre potest. Certe refelli non potest, ut dicit Ambrosius, vel patrem, vel filium, vel Spiritum sanctum: si tamen est Sancti Spiritus visio ea specie videri, quam voluntas elegerit, non natura formauerit. Quoniam Spiritum quoque visum accepimus in columba, & ideo Deum nemo vidit unquam, quia eam, quae in Deo habitat, plenitudinem diuinitatis nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit. Unde Moyses ait Deo, cum quo ut amicus amico facie ad faciem loquebatur. Si inueni gratiam ante te, ostende mihi temetipsum. Quid ergo, ille non erat ipse? Si non esset ipse, non ei diceret: ostende mihi temetipsum: sed ostende mihi Deum. Et tamen si eius naturam substantiaque conspiceret, multo minus diceret, ostende mihi temetipsum. Ipse ergo erat in ea specie, qua apparere voluerant: non autem ipse apparebat in natura propria, quam Moyses videre cupiebat. Ea quippe promittitur sanctis in alia vita. Unde quod responsum est Moyse: verum est, quia nemo potest videre faciem Dei & viuere: ideo nemo potest eum in hac vita uiuens videre si-

cuti est. Nam multi uiderunt, sed quod uoluntas elegit, non quod natura formauit. Si quaeris quomodo eum uidit uel Cain sceleratus, quando de suo scelere ab illo interrogatus & iudicatus est: uel etiam ipse diabolus, quando uenit cum angelis, ut coram illo assisteret: si beati mundi corde, quoniam ipsi Deum uidebunt? Respondeo: non quidem esse consequens, ut etiam uideant Deum, qui uoces ab eo factas aliquando audiunt. Neque enim uiderunt eum, qui audierunt, quando dixit ad filium: & clarificauit, & iterum clarificabo. Veruntamen non est mirandum, si aliquando etiam non mundi corde uideant Deum in specie, quam uoluntas eius fecerit, latente inuisibili & apud se incommutabili manente natura. Si quaeris, utrum etiam sicuti est aliquando possit uideri: Respondeo, filijs hoc esse promissum, de quibus dictum est. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Non enim quaeritur, quomodo uideatur Deus in ea specie, qua in isto seculo quibusdam uoluit apparere: sed quomodo uideatur in illo regno, ubi eum filij eius uidebunt sicuti est. Tunc quippe satiabitur in bonis desiderium eorum. Non enim indigni Deum uidebunt, de quibus dictum est: Tollatur impius, ne uideat gloriam Dei: quibus etiam dicitur. Ite in ignem aeternum &c. Promisit autem Deus se ostenturum dilectoribus suis cum patre unum Deum, non quomodo in hoc seculo in corpore uisus est a bonis & malis. In iudicio enim futuro, quo sic venturus est, quomodo uisus est iens in caelum: hoc est in eadem forma filij hominis, eandem formam uidebunt, quibus dicturus est. Eluriui, & non dedistis mihi manducare: quia & Iudaei uidebunt, in quem pupugerunt, non illam Dei formam, in qua non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo. In illa Dei forma tunc uidebunt Deum, qui uidebunt sicuti est. Nec ideo uidebunt, quia pauperes spiritu in hac uita fuerunt, quia mites, quia lugentes &c. sed quia mundo sunt corde, quoniam mundo corde uidebitur: qui nec in loco uidetur, nec oculis corporalibus quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu.

Quid distet inter videre & credere. Cap. XVII.

Inter uidere & credere hoc distare dicimus: quia praesentia uidentur, creduntur absentia. Plane forsitan satis est si praesentia illa hoc loco intelligamus dicta, quae praesto sunt sensibus siue animae, siue corporis. Unde etiam ducto uocabulo praesentia nominantur. Sicut enim hanc lucem corporis sensu, sic & meam uoluntatem plane uideo, quia praesto est animi mei sensibus, atque intrus mihi praesens est. Si quis uero mihi indicet uoluntatem suam, cuius os & uox mihi praesens est: tamen quia ipsa uoluntas, quam mihi indicat, latet sensum corporis & animi mei: credo, non uideo. Aut si eum mentiri existimo, non credo, & si forte ut dicit ita sit. Creduntur ergo illa, quae absunt a sensibus nostris, si uideretur idoneum, quod eis testimonium

monium perhibetur. Nec quia dixi, ea credi, quae absunt a sensibus nostris, sic accipiantur, ut inter illa deputentur, quae aliquando uidimus, & nos uidisse retinemus, certique sumus: quamuis tunc non praesto sint, cum recoluntur a nobis. Neque enim inter credita, sed inter uisa deputantur: & ideo nota sunt, non quia fidem habuimus alijs testibus, sed quia nos uidisse sine dubio recordamur, & scimus. Constat igitur nostra scientia ex rebus uisis, & creditis: sed in ijs, quae uidemus uel uidimus, nos ipsi testes sumus. In ijs autem, quae credimus: alijs testibus mouemur ad fidem: cum earum rerum, quas nec uidisse nos recolimus, nec uidimus, dantur signa uel in uocibus, uel in literis, uel in quibuscunq; documentis, quibus uisus non uisa credantur. Non autem immerito nos scire dicimus, non solum ea, quae uidimus aut uidemus: uerum etiam illa, quae idoneis testimonijs uel testibus credimus. Porro si scire non incongruenter dicimus et illud, quod credimus: certissimum hinc factum est, ut etiam recte credita, & si non adsint sensibus nostris, uideere me dicamur. Cum itaque dixi homini, crede Christum resurrexisse a mortuis, si credit attende quid uideat, attende quid credat, & utrunque discerne. Videt hominem, cuius auditu uocem: & ipsa uox in uisus corporalibus deputatur, secundum ea, quae supra diximus. Hec duo sunt testis & testimonium, quorum ad oculos unum, ad aures alterum pertinet. Sed hunc testem fortasse aliorum testimoniorum autoritate confirmat, diuinarum scilicet scripturarum, uel quorilibet aliorum, quibus est morus ad fidem. Scripturae ad uisa pertinent corporis: oculorum, si eas legit: uel aurium, si audiuit. Quod igitur non sic ostendero, ut aut corporis aut animi sensu uisum perceptumque teneatur, & tamen dixerit aliquid, quod aut uerum quidem aut falsum esse necesse sit, sed ne uerum illorum duorum genere uideatur: relictat, ut tantummodo credatur, uel non credatur. Sed si diuinarum scripturarum earum, scilicet quae canonicae in ecclesia nominantur, perspicua firmatur autoritate, sine ulla dubitatione credendum est. Alijs uero testibus uel testimonijs, quibus aliquid credendum esse suadet, tibi credere uel non credere liceat, quantum me ea admonenti ad faciendam fidem uel habere uel non habere perpenderit. Si enim ea, quae non uidimus, hoc est in praesenti apparentia non sensibus uel mente uel corpore, neque de scripturis sanctis uel legendo uel audiendo didicimus, nulla omnino credidissimus: unde sciremus esse ciuitates, ubi nunquam fuimus, uel a Romulo conditam Romam, uel, ut de propinquiore loquar, Constantinopolim a Constatino: unde postremo sciremus quinam parentes nos, praesentibus quibus praesentibus, maioribus geniti essemus? Taliu quippe cum plurima sciamus, non tamen ea uel uero sensu praesentia sicut solem, sicut nostri animi uoluntatem, uel canonicorum eloquiorum autoritatem, sicut Adam fuisse primum hominem, aut Christum in carne natum, passumque, resurrexisse didicimus: sed alijs referentibus de quorum testimonio in hoc duntaxat reru genere minime dubitandum esse putauimus. Satis, ut puto, ista mea prolocutione recognouisti, quid sit uidere uel

me uel corpore: & quid ab eis distet credere, quod quidem sit mente, & uideatur mente, quam menti non strae fides nostra perspicua est. Sed tamen quod eadem fide creditur, abest, & ab aspectu corporis nostri, sicut abest corpus, in quo Christus resurrexit, & ab aspectu mentis alterius, sicut abest ab aspectu mentis nostrae fides tua, quamuis eam esse in te credam: cum non uideam corpore, quod nec tu potes: nec mente, quod tu potes: sicut ego meam, quod tu non potes.

De uisione corporali, & spirituali in futuro. Cap. XVIII.

Drum est dicere, quod sancti alia corpora tunc habebunt, ut non possint oculos claudere atque aperire cum uelint: durius autem, quod ibi Deum quisquis oculos clauerit, non uidebit. Si enim propheta Eliseus puerum suum Giezi absens corpore uideat accipientem munera quae dedit ei Naamam Syrus, quem propheta memoratus a lepra deformitate mundauerat: quod seruus nequam domino suo non uidente latenter se fecisse putauerat: quanto magis in illo corpore spirituali uidebunt sancti omnia, non solum si oculos claudant, uerum etiam unde sunt absentes corpore?

Utrum uolubiles erunt ibi cogitationes nostrae. Cap. XIX.

Proinde uerbum, quod foris sonat, signum est uerbi, quod intus lucet, cui magis uerbi competit nomen. Nam illud, quod profertur ore carnis, uox uerbi est. Verbumque ipsum deus propter illud, a quo, ut foris appareret, assumptum est. Idem in eodem paulo post. Quapropter ita deus illud Dei uerbum, ut Dei cogitatio non dicitur: ne aliquid esse quali uolubile credatur in Deo: quod nunc accipiat, nunc recipiat formam, ut uerbum sit: eam uel non possit amittere, atque informiter quodammodo uolitari. Et paulo post. Dicuntur quidem etiam in scripturis sanctis cogitationes Dei: sed eo locutionis modo, quo ira & obliuio Dei deus: quare utique ad proprietatem in Deo nulla est. Et paulo post. Et tunc quidem in aeterna uita, scilicet uerbum nostrum non erit falsum: quia neque mentiemur, neque falleremur. Fortassis etiam non erunt uolubiles nostrae cogitationes ab alijs in alia euntes ac redeuntes: sed omnem scientiam uno simul conspectu uidebimus. Tamen cum & hoc fuerit si & hoc fuerit, formata erit creatura, quae formabilis fuit, ut nihil iam desit eius formae, ad quam peruenire deberet: sed tamen coarctata non erit illi simplicitati, ubi non formabile aliquid formatum uel reformatum est, sed forma neque informis, neque formata ipsa ibi aeterna est, immutabilisque substantia.

Qualis & quanta erit felicitas, & beatitudo futura. Cap. XX.

Quanta erit felicitas, ubi nullum erit malum, uel nullum latebit bonum? Vacabitur Dei laudibus

bus, qui erit oīa in omnibus. Idem in eodem. Certe ubi uolet spūs, ibi erit protinus corpus. Nec uolet aliquid spūs, qđ nec spūm possit decere, nec corpus. Vera ibi gloria erit, ubi laudantis nec errore quisq; nec adulatione laudabitur. Verus honor, qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno. Sed nec ad eum ambiat ullus, ubi nullus permittitur esse nisi dignus, Vera pax, ubi nihil aduersi, nec a seipso, nec ab alio quisquam patietur, Præmium uirtutis erit ipse, qui uirtutem dedit; eiq; seipsum, quo melius & maius nihil possit esse, promisit. Quid enim est aliud, quod per prophetam dixit. **Hier. 7.** Era illorum Deus, & ipsi mihi erunt populus; nisi ego ero unde satientur: ego ero quæcunque ab omnibus honeste desiderantur, & uita, & salus, & uictus, & copia, gloria & honor, pax & omnia bona? Sic enim & illud recte intelligitur, quod ait Apostolus: Vt sit Deus omnia in omnibus. Ipsa enim erit finis desideriorū nostrorum: qui sine fine uidebitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus, profecto erit oībus, sicut ipsa uita æterna, communis. Cæterum qui futuri sunt, p **X** meritis præmiorum etiam gradus honorum atq; gloriarum: quis est idoneus cogitare, quanto minus dicere? Quod tñ futuri sunt, non est ambigendum; Atq; ita etiam beata illa ciuitas magnum in se donum uidebit, qđ ulli superiori nullus inferior inuidebit, sicut non inuident archangelis angeli ceteri. Tam nolet esse unusquisque quod non accepit, quamuis sit pacatissimo uinculo concordia ei, qui accepit, astrictus; quam nec in corpore uult oculus esse, qui est digitus, cum membrum utrunq; contineat totius partis pacata com **pago.** Sic itaque habebit donum aliis alio minus, ut hoc quoque donum habeat, ne uelut amplius.

In tribus constare beatitudinem ueram. Cap. XXI.

Ibi esse nostrum non habebit mortem: ibi nosse nostrum, non habebit errorem; ibi amare nostrum, non habebit offensionem.

Quod sanctis in futuro non ad dolorem, sed ad gaudium proficiet præteritorum memoria. Cap. XXI.

ERit ergo illius ciuitatis & una in omnibus, & inseparabilis in singulis uoluntas libera ab omni malo liberata, & impleta omni bono, fruens indefinenter æternorum iocunditate gaudiorū, oblita culparum, oblita pœnarum. Tñ nec ideo suæ liberationis oblita, ut liberatori suo non sit ingrata. Quantum ergo attinet ad scientiam rationalem, memor erit præteritorum malorum suorum: quantum autem ad experientis sensum, prorsus immemor. Nam & peritissimus medicus, sicut arte sciuntur, omnes morbos corporis nouit. Sicut autē corpore sentiuntur, plurimos nescit, quos ipse nō passus est. Vt ergo scientiæ malorum duæ sunt, una, qua potentiam mentis non latent, altera, qua experientis sensibus inhaerent (Aliter quippe sciuntur omnia uitia per sapientiæ doctrinam, aliter per insipientis pessimam uitam) Ita & obliuiones malorum duæ sunt. Aliter nanque ea obliuiscitur eruditus & doctus, aliter expertus & passus: Ille si peritiam negligat, ista si miseria careat. Secundum hanc obliuionem, quam posteriore loco posui, nō erūt memores sancti præteritorum malorum. Carebunt enim malis omnibus, ita ut penitus deleantur ab eorum sensibus; & tamen potentia scientiæ, quæ magna in eis erit, non solum suæ præterita, sed et dānatorū eos sempiterna miseria nō latebit. Ibi uacabimus, & uidebimus; uidebimus & amabimus: amabimus, & laudabimus. Ecce quid erit in fine sine fine.

*Malorum
sue uitio-
rum scien-
tia. Et obli-
uio: duæ.*

Sit Optimo maximo Deo nostra laus & gloria: Amen.

F I N I S



V E N E T I I S

Apud Ioannem Baptistam Somaschum Papiensem.
M D L X X V I I I